D te capiēda, ueritate occidēda mendacia. Abſit ut blaſphemias ignorantiū, ſcienter blaſphemando uincamus, Abſit ut mala falaciū imitando caueamus. Qūo.n. cauebimus, ſi ut caueamus habebimus? Si.n. vt capiatur q̄ blaſphemat neſciēs, blaſphemabo ſciens, peius eſt quod ago q̄ quod capio. Si vt inueniatur qui Xp̄m negat neſciens, ego Xp̄m negabo ſciēs, ad perditionē me ſecuturus eſt quē ſic inuenero: ſiquidē ut illum inueniā, prior pereo. An forte qui eo modo Priſcillianiſtas inuenire molitur, ideo non negat Chriſtū, quia ore depromit quod corde non credit: quaſi uero quod pauloāte iā dixi, cū dictum eſſet, Corde creditur ad iuſtitiam: incaſſum eſt additū, ore confeſsio fit ad ſalutem? *Rom. 10.* Nōne penè omnes qui Xp̄m coram perſecutoribus negauerunt, quod de illo credebant, corde tenuerunt, & tamen ore ad ſalutem non confitendo perierunt, niſi qui per pœnitentiam reuixerunt? Quis ita euaneſcat ut exiſtimet Apoſtolum Petrum hoc habuiſſe in corde quod in ore, quando Chriſtum negauit? Nempe in illa negatione intus ueritatē tenebat, & foris mendacium proferebat. Cur er-
E go lachrymis diluit quod ore negauerat, ſi *Mat. 29* ſaluti ſufficiebat quod corde credebat? Cor loquens in corde ſuo ueritatem, tam amaro fletu puniuit mendaciū quod ore deprōpſit: niſi quia magnā uidit eſſe pernicem, q̄ corde quidem credidit ad iuſtitiam ſed ore non confeſſus eſt ad ſalutem? Quapropter illud quod ſcriptum eſt, Qui loquitur ueritatem in corde ſuo: non ſic accipiendum eſt quaſi *Pſal. 14.* retenta in corde ueritate, loquēdū ſit in ore mendacium. ſed ideo dictum eſt, quia fieri poteſt vt loquatur quiſque ore ueritatem, quæ nihil ei proſit ſi eam in corde nō teneat, id eſt ſi quod loquitur ipſe non credat: ſicut hæretici, maximeque iidem Priſcillianiſtæ faciunt, cum catholicam ueritatem non quidem credunt, ſed tamen loquuntur, ut noſtri eſſe credantur. Loquuntur ergo ueri-

tatem

tatem in ore suo,nō in corde suo. Propterea
distinguendi erant ab illo, de quo dictū est,
Qui loquitur veritatē in corde suo. Hāc aūt
veritatem catholicus, sicut in corde loquit̄,
quia ita credit,ita & in ore debet, ut ita præ-
dicet. Contra istam vero, nec in corde, nec
F in ore hēat falsitatem, vt & corde credat ad
iustitiā,& ore confessionē faciat ad salutem.
Nam & in illo Psalmo cum dictū esset, Qui
loquitur veritatem in corde suo: mox ēt hoc
additum est, Qui non egit dolum in lingua
Ephe. 4. sua. Et illud quod Apostolus ait, Deponētes
mendacium, loquimini veritatem vnusq̄sq;
cum proximo suo: quia sumus inuicem mē-
bra, absit vt sic intelligamus tanquam loqui
mendacium permiserit cum eis, qui nō sunt
nobiscum mēbra corporis Christi. Sed iō di-
ctum est, quia vnusquisq; nostrū hoc debet
quemq; deputare qđ eum vult fieri, ēt si nō-
dum factus est, sicut dn̄s alienigenam Sama-
Luc. 10. ritanum proximum eius ostendit, cum quo
misericordiā fecit. Proximus ergo habēdus
est,non alienus,cum quo id agendum est,ne
remaneat alienus. Et si ꝑ ꝑ id qđ nondum est
fidei nostræ sacramentiq; particeps factus,
aliqua illi occultanda sunt vera, non tn̄ ideo
dicenda sunt falsa. Fuerunt.n. etiam tꝑibus
Apostolorum, qui veritatem non veraciter,
Phili. 1. id est,non veraci aīo prædicarent,quos dicit
Apostolus Christum annunciasse non caste,
Confutatio mendacij. sed per inuidiā & contentionē. Ac per hoc
ēt tunc nonnulli tolerati sunt annunciantes
non casto animo veritatem, non tamen vlli
G laudati sunt, tanq̄ annunciātes casto animo
falsitatem. Denique de illis dicit, Siue occa-
Phili. 1. sione, siue veritate Christus annuncietur.
Nullo modo autem diceret, vt postea Chri-
stus annuncietur,prius negetur. Quo circa
multis quidem modis possunt latentes hære
tici vestigari, nec catholica fide vituperata,
nec hæretica impietate laudata.

Ne boni quidē cā peccandum. Cap. 7.

Sed & si aliter omnino non posset educi
de cauernis suis hæretica impietas, nisi a tra
mite ueritatis lingua catholica deuiaret, to-
lerabilius illa occultaretur q̄ ista præcipitare
tur. Tolerabilius in suis foueis delitesceret
vulpes, quam propter illas capiendas in bla-
sphemiæ foueam caderent venatores. Tole-
rabilius perfidia Priscillianistarum veritatis
vetamine tegeretur, quàm fides catholica ne
a Priscillianistis mentientibus laudaretur, a
catholicis credētibus negaretur. Nam si pro
pterea iusta sunt non qualiacunque, sed bla-
sphema mendacia, quia hoc aīo fiunt, vt oc-
culti hæretici detegantur, poterunt isto mo-
do si eodem aīo fiant, casta esse adulteria.
Quid si.n. ex numero Priscillinistarū impu- Confutatio mendacij.
dicarum aliqua fœmina, inijciat oculum in
catholicū Ioseph, eiq; promittat proditurā
se latebras eorū, si ab illo impetrauerit stu- H
prum, certumq; sit eam si ei consensum fue
rit, qđ pollicita est impleturā, faciendumne
censebimus, an intelligemus nequaquā tali
pretio merces eiusmodi cōparandas? Cur er
go non * eruimus capiendos hæreticos car- * A. L. Emimus.
ne in adulteriū defluente,& * eruendos pu- * A. L. Emēdos.
tamus ore in blasphemia fornicante? Aut.n.
licebit vtrunq; pari rōne defendere, vt ideo
hęc non esse dicantur iniusta, quia ea facta
sunt intētione qua deprehenderētur iniusti:
aut si sana doctrina nec ꝑ ꝑ inueniendos hæ
reticos vult nos cum fęminis impudicis sal
tē corpore nō mente misceri, profecto, nec
ꝑ ꝑ inueniendos hæreticos vult a nobis saltē
voce non mente,aut immundā hæresim præ
dicari,aut castā catholicā blasphemari. Quia
& ipsum mentis imperiū,cui debet oīs infe-
rior motus hoīs obedire digno non carebit
opprobrio,qn̄ fit qđ fieri nō oportet, seu mē
bro seu verbo. Quanq̄ ēt cum verbo fit,mē-
bro fit: qm̄ lingua membrum est qua fit uer-
bum. Nec ullum factū nr̄m mēbro ullo pari
tur,nisi qđ prius corde cōcipitur, uel potius
intus cogitādo, & consentiēdo iam partum,
foras æditur faciendo per membrū. Nō itaq; I
aīus a facto excusatur, qn̄ dr̄ aliq̄d nō ex aīo
fieri,quod tn̄ non fieret, nisi animus facien-
dum esse decerneret. Interest quidem pluri-
mum,qua causa,quo fine,qua intentione q̄d
fiat. Sed ea,quæ constat esse peccata, nullo Quod nūquam facienda sunt quæ de se mala sunt, ut inde ueniant bona.
bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine,
nulla velut bona intentione facienda sunt.
Ea quippe opera hominum, sicut causas ha-
buerint bonas seu malas, nunc sunt bona,
nunc mala, quæ non sunt per seipsa pecca-
ta. Sicut uictum præbere pauperibus,bonū
opus est,si fiat causa misericordiæ cum recta
fide. sicut concubitus coniugalis,qn̄ fit cā ge
nerandi, si ea fide fiat ut gignantur regenerā
di. Hæc atq; hmōi secūdum suas causas ope-
ra

ra sunt bona uel mala, quia eadem ipsa si habeant malas causas, in peccata uertuntur. Velut si iactantiæ causa pauper pascitur: aut lasciuiæ causa cum uxore concumbitur: aut filii generantur, non ut Deo, sed ut diabolo nutriantur. Cum vero iã opera ipsa peccata sunt, sicut furta, stupra, blasphemiæ, vel cætera talia: quis est qui dicat causis bonis esse facienda, ut uel peccata non sint, uel qđ est absurdius, iusta peccata sint? Quis est q̃ dicat, ut
K habeamus qđ demus pauperib. faciamus furta diuitibus, aut testimonia falsa vendamus, maxime si non inde innocẽtes læduntur, sed nocentes potius dãnaturis iudicib. eruũtur? Duo.n. bona fiunt huius vẽditione mẽdacii, ut & pecunia sumatur. vnde inops alatur, & iudex fallat, ne hõ puniatur. Testamẽta ẽt si possumus, cur nõ vera supprimimus, & falsa supponimus: ut hæreditates uel legata nõ habeant indigni, qui nihil ex eis operantur boni, sed hi potius a quib. esurientes pascũtur, nudi uestiuntur, peregrini suscipiũtur, captiui redimuntur, Ecclesiæ cõstruuntur? Cur. n. nõ fiant illa mala ꝑ ꝑ hæc bona, si ꝑ ꝑ hæc bona, nec illa sunt mala? Iam uero si aliquæ immundæ, & diuites fœminæ uideãtur amatores & stupratores suos insuper ditaturæ, cur nõ, & has partes atque artes suscipiat uir misericors, quib. pro tam bona cã utatur, ut hẽat, vnde indigentib. largiatur: nec audiat
Ephe. 4. Apostolum dicentem, Qui furabatur iã non furetur, magis aũt laboret operans manibus suis, qđ bonum est, ut hẽat vnde tribuat cui
L opus est. Si quidem non solum ipsum furtũ, uerumẽt falsum testimoniũ & adulteriũ, & oẽ opus malum non erit malum, sed bonũ, si ea cã perpetretur, ut sit vnde fiat bonum. Quis ista dicat, nisi qui res humanas oẽsque conatur mores legesq; subuertere? Quod. n. sceleratissimũ facinus, qđ turpissimum flagitium, qđ impijssimum sacrilegiũ non dicatur posse fieri recte atq; iuste, nec impune tm̃, uerumẽt gloriose, ut in eo perpetrando, non solum supplicia nulla timeãtur, sed sperentur & præmia: si semel concesserimus in oĩbus malis operib. hoĩum, iõ non quid fiat, sed quare fiat esse quærendũ, ut quæcunque ꝑ ꝑ bonas causas facta inueniuntur, nec ipsa mala esse iudicentur. At si iustitia merito punit furem, ẽt qui dixerit, & ostenderit, iõ se subtraxisse suꝑflua diuiti, ut præberet necessaria pauperi, si merito punit falsariũ, ẽt q̃ se iõ testm̃ alienum corrupisse docuerit, ut ille hæres esset qui facturus inde fuerat eleemosynas largas, non ille qui nullas: si merito punit adulteriũ, ẽt qui demonstrauerit misericordia se fecisse adulteriũ, ut per illã cũ qua fecit, de morte hoĩem liberaret. Postremo, ut ad rẽ de qua q̃õ est propius accedamus, si merito punit eum qui fœminę alicui Priscil lianistarũ turpitudinis conscię, ꝑ ꝑea se adul M terino cõcubitu miscuit, ut ad eorũ latebras ꝑueniret: obsecro te, cũ dicat Apostolus, ne *Rom. 6.* exhibeatis mẽbra vr̃a arma iniquitatis peccato, & iõ nec manus, nec corꝑis genitalia, nec alia mẽbra flagitiis exhibere debeamus, ut Priscillianistas inuenire possimus: q̃d nos lingua, q̃d totũ os nostrũ, q̃d organum uocis ostendit, ut hæc exhibeamus arma peccato: tãtoq; peccato, ubi Deũ nr̃m, ut Priscillianistas apphẽsos ab ignorãtiæ blasphemiis seruemus, sine excusatione ignorãtię blasphemem⁹.

Dicet aliq̃s, Ergo æquãdus est fur q̃libet, ei furi qui misericordiæ uoluntate furatur. Quis hoc dixerit? Sed horũ duorũ non iõ est quisquã bonus, q̃a peior est vnus. Peior est. n. qui concupiscẽdo, q̃ qui miserando furat. Sed si furtũ oẽ peccatũ est, ab oĩ furto est abstinendũ. Quis. n. dicat esse peccandũ, ẽt si aliud sit dãnabile, aliud ueniale peccatũ? Nũc aũt q̃rimus, si hoc aut illud quisq; fecerit, q̃s non peccauit, siue peccauit, nõ quis grauius leuiusue peccauit. Nã & ipsa furta leuius utique puniuntur lege q̃ stupra. Sunt aũt utraq; peccata, quãuis alia leuiora, alia grauiora: ita ut leuius habeatur furtũ, qđ concupiscẽdo, q̃ stuprũ qđ subueniẽdo cõmittitur. In suo quippe genere aliis eiusdẽ generis peccatis leuiora fiunt, q̃ bono aĩo vñr admitti, cũ tñ & ipsa alterius generis peccatis, ipso suo genere leuiorib. inueniantur esse grauiora. Grauius est. n. auaritia, q̃ misericordia furtũ facere. Itẽque stuprũ grauius est luxuria, q̃ misericordia perpetrare, & tamẽ grauius est adulterare misericordia quã furari auaritia. Neque nunc agitur quid sit leuius siue grauius, sed quæ sint peccata, uel non sint. Nemo. n. dixerit debuisse peccare, ubi constat esse peccatum: sed debere dicimus, si ita uel ita peccatum est, ignosci uel non ignosci.

Num leuiter peccandum. Cap. 8.

Cõparatio peccatorũ adinuicem.

Verum

Nemini [l]iciter peccandum ob uitandũ alienum peccatũ grauius. Cap. 9.

Verum quod fatendum est, ita humanos animos quædã cõpensatiua peccata perturbãt, ut ẽt putẽtur debere laudari, ac potius recte facta dicãtur. Quis.n.dubitet esse grãde peccatũ, si pr̃ filias suas prostituat fornicationib. impiorũ? Et tñ extitit cã qua hoc uir iustus debere se facere existimaret, qñ Sodomitæ nefario libidinis impetu hospitib. eius irruebant. Ait.n. Sunt mihi duæ filiæ, quæ non co-
B gnouerunt uirũ, producã illas ad vos, & vti-
Ge. 19. mini eis qũo placuerit vobis, tm̃ ĩ uiros istos ne faciatis iniquum, ꝓ pea quia intrauerunt subtectũ tignorũ meorũ. Quid hic dicemus? Nonne ita scelus qđ Sodomitæ hospitib. illius uiri iusti facere conabantur, horremus, ut quicquid fieret ne hoc fieret, arbitremur fuisse faciendum? Mouet ẽt maxime persona faciẽtis, quæ merito iustitię liberabitur a Sodomis: ut qñ minus malum est fœminas q̃ uiros perpeti stuprum, ẽt hoc ad iustitiam iusti illius pertinuisse dicatur, ꝙ in filiab. hoc maluit fieri q̃ in hospitibus suis, non tm̃ id uolens aĩo, uerum & offerens uerbo: & si illi assensi fuissent, impleturus & facto. Sed si hãc peccatis * aperimus uiã, & cõmittamus minora ne alii maiora committant, lato limite, imò nullo limite, sed conuulsis, & remotis omnib. terminis infinito spatio cũcta intrabunt atque regnabunt. Qñ.n.fuerit definitum peccandũ esse homini minus, ne alius peccet amplius, profecto, & furtis nostris stupra cauebuntur aliena, & incesta stupris: & si qua impietas uisa fuerit ẽt peior incestis: incesta quoq; facienda dicẽtur a nobis, si eo modo agi potuerint, ut illa impietas non cõ-
C mittatur ab aliis: & in singulis quibusque generibus peccatorũ, furta pro furtis, & stupra pro stupris, & incesta pro incestis, & sacrilegia pro sacrilegijs facienda putabuntur, nostra pro alienis: nõ solũ minora pro maiorib. verumẽt si & ad ipsa summa, & pessima ueniatur, pauciora pro plurib. si se ita rerũ uersetincursus, ut aliter alii non se abstineant a peccatis, nisi minus aliqñ, sed tamen peccantib. nobis ita: ut oĩno ubi dixerit inimicus q habuerit * hmõi ptãtem, nisi tu sceleratus fueris, ego sceleratior ero: aut nisi tu hoc scelus feceris, ego talia plura faciam: scelus nobis uideamur admittere, si uelimus ab scelere temperare. Hoc sapere quid est aliud, nisi

** A. L. aperuerimus.*

Quomodo non faciendum est minus peccatũ, ut ab alio uitetur maius.

** A. L. huiusmodi.*

desipere, uel potius insanire? A mea quippe iniquitate, non ab aliena, siue in me, siue in aliis perpetrata, mihi est cauenda damnatio. Anima.n.quæ peccauerit, ipsa morietur. Si ergo peccare, ne grauius uel in nos, uel ĩ quoslibet alii peccent, proculdubio nõ debemus, cõsiderandum est in eo qđ fecit Lot, utrum exemplum sit qđ imitari, an potius qđ uitare debeamus. Magis.n. vr̃ intuendum & notandũ, cum tam horrendũ malum ex impietate flagitiosissima Sodomitarũ suis impenderet hospitib. qđ cuperet depellere nec ualeret: sic ẽt iusti animum potuisse turbari, ut uellet facere qđ non humani timoris nebulosa tempestas, sed diuini iuris tranquilla serenitas, si consulatur, a nobis faciendũ non esse clamabit: & iubebit potius, ut sic nostra peccata caueamus, ne ullorũ prorsus alienorũ peccatorũ timore peccemus. Aliena qppe ille uir iustus timendo peccata, quæ nisi consentientes inquinare non possunt, perturbatus nõ attendit suũ, quo uoluit subdere filias libidinib. impiorũ. Hæc qñ in scripturis sanctis legimus, non iõ quia facta credimus ẽt facienda credamus, ne uiolemus pcepta, dũ passim sectamur exempla. An uero, quia iurauit Dauid se occisurum esse Nabal, & clementi cõsideratione nõ fecit, propterea illũ imitãdum esse dicemus, ut temere iuremus nos esse facturos, qđ non esse faciendũ postea uideamus? Sed sicut illum timor, ut prostituere filias uellet, sic istum ut temere iuraret, ira turbauit. Denique si de ambobus interrogando, ut dicerem, cur hæc fecerin', fas nobis esset inquirere, posset ille respondere Timor & tremor venerunt super me, & contexerũt me tenebræ: posset etiam dicere iste, Turbatus est præ ira oculus meus: ut nõ miraremur, uel illum in timoris tenebris, uel istum oculo turbato non uidisse quod uidendum fuit, ne facerent quod faciendum non fuit. Et sancto quidem Dauid iustius dici potuit, quòd nec irasci debuerit: quamuis ingrato, & reddenti mala pro bonis. Sed & si ut homini ira subrepsit, non utique tantum debuit præualere, ut se facturum iuraret, quod aut sæuiendo faceret, aut peierando non faceret. Illi autem inter libidinosas insanias Sodomitarum cõstituto, quis auderet dicere, ẽt si tui hospites in tua domo, quo eos

Eze. 18. *Respondit allegationi factæ de Loth.* *Gen. 19.* D

Exempla non ita sunt sectanda, ut præcepta uiolẽtur.

1. Reg. 15.

E

Psal. 54.

Psal. 6.

intrare humanitate uiolentiſsima cōpuliſti, ab impudicis apprehenſi & oppreſsi mulieri bria patiantur, nihil timeas, nihil cures, non expaueſcas, nōn horreſcas, non cotremiſcas? Quis hæc uel illorū ſceleratorū ſocius hoſpiti pio dicere auderet? Sed planè rectiſsime diceretur, Age quicquid potes, ne fiat qđ merito times. Sed non te timor iſte cōpellat, ut facias qđ in ſe filiæ tuæ fieri ſi uoluerint, * facient cum Sodomitis te authore nequitiā : ſi aūt noluerint, * patientur a Sodomitis te authore uiolentiā. Noli facere * magnum ſcelus tuū, dum magis horreſcis alienū. Quantumlibet.n. diſtet inter tuum & alienū, hoc erit tuum, illud alienū. Niſi forte pro defenſione huius viri in eas ſe quiſpiā coarctet anguſtias, ut dicat, qm̄ accipere q̄ facere præſtat iniuriā : hoſpites aūt illi non erant vtiq; facturi iniuriā, ſed paſſuri, maluit vir iuſtus filias ſuas iniuriā pati q̄ hoſpites ſuos, eo iure quo filiarū dn̄s erat, & nouerat nō eas peccare ſi id fieret, quia peccantes potius quibus non conſentirent, ſine peccato proprio ſuſtinerent. Deniq; non ſe ipſæ ſtuprādas quāuis pro maſculis fœminas pro illis hoſpitibus obtulerunt, ne reas eas faceret non perpeſsio libidinis alienæ, ſed ſuæ conſenſio voluntatis. Nec pr̄ earum hoc in ſe fieri permittebat, cum hoc facere conaretur quibus hoſpites non prodebat, quamuis minus mali eſſet qđ in vno, q̄ ſi fieret in duobus. Sed quātum poterat reſiſtebat, ne ipſum quoq; ullus ꝓprius macularet aſſenſus, quem libidinoſus furor ēt ſi præualuiſſet corporis uiribus, tamen nō conſentientē non maculaſſet alienus. In filiabus aūt non peccantib. nec ipſe peccabat, q̄a non eas peccare ſi opprimerētur inuitæ, ſed peccantes ferre faciebat : tanquam ſi ab improbis, ut ſui ſerui cęderentur offerret, ne hoſpites eius paterentur cędis iniuriā. De qua re non diſputabo, quia longum eſt, utrū uel dominus iure ſuæ poteſtatis recte ſic utatur in ſeruo, ut ſeruū ſuum cędi faciat innocentem, ne amicus eius etiam ipſe innocens, in domo eius a uiolentibus improbis uapulet. Sed certe Dauid nullo modo recte dicitur iurare debuiſſe ſe eſſe facturum, quod poſtea cerneret ſe facere non debere. Vnde conſtat, ꝙ non omnia quæ a ſanctis, uel iuſtis uiris legimus facta, transferre debemus in mores:

F

* A. L. faciant. * A. L. patiātur * A. L. maius.

G

ſed ēt hinc diſcere q̄ late pateat, & ad quos uſq; perueniat qđ Apoſtolus ait, Fratres, & ſi præoccupatus fuerit hō in aliquo delicto, uos qui ſpiritales eſtis, inſtruite hm̄ōi in ſpiritu lenitatis, intendens teipſum ne & tu tenteris. Præoccupationes.n. ſunt iſtæ in quib. delinquit, dum quid faciendū ſit aut ad horā nō vr̄, aut & q̄ viderit vincit̄, ut ſ. fiat peccatū, cū uel latet veritas, uel cōpellit īfirmitas.

Gala 6.

In omnib. aūt actibus noſtris maxime ēt bonos turbant compenſatiua peccata, ita ut nec peccata exiſtimentur ſi habeāt tales cauſas ꝑ ꝗ quas fiant, & in quibus uideatur peccari potius ſi non fiant. Et præcipue de mendacijs hoc in hoīum opinione præualuit, ut peccata nō putent̄ illa mendacia, quinimmo & recte facta eſſe credantur, qn̄ quiſque pro eius cui falli expedit vtilitate mentit̄ : aut ne aliis noceat qui nociturus vr̄, niſi mendaciis euitetur. Ad hæc mendaciorū gn̄a defendenda, plurima de ſcripturis ſāctis ſuffragari putantur exēpla. Nō aūt hoc eſt occultare veritatē, qđ eſt ꝓferre mendaciū. Quāuis.n. oīs qui mentit̄ uelit celare, qđ uerū eſt, nō tamē oīs q̄ vult qđ uerū eſt celare, mentitur. Plerunque.n. vera nō mentiendo occultamus, ſed tacendo. Neque. n. mentitus eſt dn̄s ubi ait, Multa habeo vobis dicere, ſed nō poteſtis illa portare mō. Vera tacuit, nō falſa locutus eſt, quib. ueris audiendis eos minus idoneos iudicauit. Qđ ſi eis hoc ipſum nō indicaſſet, id eſt, nō eos poſſe portare quę dicere noluit occultaret quidē nihilominus aliquid veritatis, ſed poſſe hoc recte fieri forſitan neſciremus, aut nō tāto firmaremur exemplo. Vnde qui aſſerunt aliquando eſſe mētiendum, nō conuenienter commemorant Abraham hoc feciſſe de Sara, quam ſororem ſuam dixit: Non enim dixit non eſt vxor mea : ſed dixit ſoror mea eſt, quòd erat reuera tam propinqua genere, vt ſoror non mendaciter diceretur. Quod & poſtea iam ſibi ab illo qui abduxerat ea reddita cōfirmauit, reſpondens illi, & dicens, Eſt uere ſoror mea de patre, nō de matre: hoc eſt, de paterno genere, non de materno. Aliquid ergo ueri tacuit, non falſi aliquid dixit, quando tacuit uxorem, dixit ſororem. Hoc & filius eius fecit Iſaac. Nam & ipſum nouimus propinquam ſuam coniugem fuiſſe ſortitum. Non eſt ergo mendacium

H

De temporis ſacræ ſcripturæ intelligendis. Cap. 10.

Omnis qui mētitur uult celare quod uerum eſt: nō tamē omnis qui uult quod uerum eſt celare, mētitur,

Ioan. 16.

I

Q̄uo excuſatur Abrahā à mendacio, cum Sarā uxorem dixit ſororem ſuā.

Ge. 20.

Ge. 26.

Mendaciū quid ſit.

Gre. 27.

Iacob à mendacio excuſatur, cū ſe dixit Eſau.

Tropi nõ sunt mendacia naque metaphoræ neq; antiphrases ut cætera id genus locutionum.

cium cum silentio absconditur verum, sed cum loquendo promitur falsum. Iacob autẽ quod matre fecit authore, vt patrem fallere videretur, si diligenter & fideliter attendat̃, non est mendacium, sed mysterium. Quæ si mendacia dixerimus, oẽs ẽt parabolæ ac figuræ significandarum quarumcunq; rerũ, quæ non ad proprietatem accipiendæ sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendum, dicentur esse mendacia. Quod absit oĩno, Nam q̃ hoc

K

Metaph.

putat, tropicis ẽt tam multis locutionib. oĩb. pôt hanc importare calumniam, ita ut hæc quæ appellatur metaphora, hoc est de re propria ad rem nõ propriam verbi alicuius vsurpata translatio, possit ista rõne mendacium nuncupari. Cum.n.dicimus fluctuare segetes, gemmare vites, floridam iuuentutẽ, niuẽ caniciem, proculdubio fluctus, gemmas, florem, niuem, quia in his reb. non inuenimus, in quas hæc verba aliunde transtulimus, ab istis mẽdacia putabuntur. Et petra Christus, & cor lapideum Iudæorum. Item leo Christus, & leo diabolus, & innumerabilia talia dicentur esse mendacia. Quid q̃ hęc tropica locutio usq; ad eam peruenit quæ appellatur Antiphrasis, ut dicatur abundare qđ nõ est: dicatur dulce quod acidum est, lucus quod non luceat, Parcæ quod non parcant? Vnde illud est in scripturis sanctis, Si non in faciẽ benedixerit tibi, quod diabolus ait domino de sancto Iob: & intelligit̃ maledixerit. Quo verbo & Nabuthei fictum crimen à calumniantib. nominatum est. Dictum est.n.q̃ benedixerit. Hi oẽs modi locutionum mendacia putabuntur, si locutio vel actio figurata in mendacio deputabitur. Si aũt non est mẽdacium, qñ ad intelligentiam ueritatis aliud ex alio significantia referuntur, profecto nõ solum id quod fecit aut dixit Iacob patri ut benediceretur, sed neq; illud q̃ Ioseph velut illudendis locutus est fratribus, nec q̃ Dauid simulauit insaniam, nec cætera hmõi mendacia iudicanda sunt, sed locutiones actionesque Propheticæ ad ea quæ vera sunt intelligenda referendæ. Quæ ꝑ ea figuratis uelut amictib. obteguntur, ut sensum pie quærentis exerceat̃, & ne nuda ac prompta vilescat. Quamuis quæ aliis locis aperte ac manifeste dicta dicimus, cũ ea ipsa de abditis eruũtur, ĩ nostra quodammodo cognitione renouant̃,

1.Co.10. Ezec.21. Apoc.5. 1.Pet.5. Antiphrasis. Iob.2. 3.Re.21

L

Gen.27. Gen.42. & sequẽti. 1.Re.31.

Tropi in scripturis quare.

& renouata dulcescunt. Nec inuidentur discentib. q̃ his modis obscurantur, sed cõmẽdantur magis: ut quasi subtracta desiderẽtur ardentius, & inueniantur desiderata iocundius. Tñ vera non falsa dñr, qm̃ uera non falsa significantur, seu verbo seu facto. Quæ significantur.n. vtiq; ipsa dñr. Putantur autem mendacia, qm̃ non ea quæ vera significant̃, dicta intelliguntur, sed ea quæ falsa sunt, dicta esse creduntur. Hoc ut exemplis fiat planius, idipsum quod Iacob fecit, attende, Hædinis certe pellib. membra contexit: Si cãm proximam requiramus, mendacium putabimus. Hoc.n. fecit vt putaretur esse qui non erat. Si autem hoc factum ad illud ꝑꝑ quod significandum reuera factum est, referatur, ꝑ hædinas pelles peccata, per enm uero qui eis se operuit, ille significatus est qui nõ sua, sed aliena peccata portauit. Verax ergo significatio nullo modo mendacium recte dici pôt.

M

Cur Iacob se dixit Esau & quõ à mendacio excusatur.

Vt aũt in facto, ita & in uerbo. Nam cum ei pater dixisset, Quis es tu fili? Ille respondit, Ego sum Esau primogenitus tuus. Hoc si referatur ad duos illos geminos, mendacium videbitur. Si autem ad illud ꝑꝑ quod significandum ista gesta dictaq; conscripta sunt, ille est hic intelligẽdus in corpore suo quod est eius Ecclesia, qui de hac re loquens, ait, Cum uideritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno dei: uos autem expelli foras. Et uenient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Austro, & accumbent in regno Dei. Et, ecce sunt nouissimi qui erant primi, & sunt primi qui erant nouissimi. Sic enim quodammodo minor maioris primatum frater abstulit atque in se transtulit fratris. Cum igitur tam uera tamq; significentur ueraciter, quid hic debet putari factum dictũmve mendaciter? Cum.n. quæ significantur, non utiq; non sunt in ueritate, sed sunt seu præterita seu præsentia seu futura, proculdubio uera significatio est nullumque mendacium. Sed nimis longum est in hac significatione prophetica enucleate cuncta rimari, in quibus palmam ueritas habet, quia ut significando prænunciata sunt, ita consequendo claruerunt.

Gene.27.

Luce.13.

A

Quõ disputandũ cum Priscillia.

Neque id isto sermone suscepi, quod ad te magis pertinet qui Priscillianistarum latebras aperuisti, quantum ad eorum attinet dogma-

dogmata falſa atque peruerſa: ne ita inueſtigata uideantur quaſi docenda fuerint, & nõ redarguenda. Magis ergo fac ut expugnata iaceant, quæ feciſti ut prodita pateant. Ne dũ uolumus ad indaginẽ hominũ fallaciũ ꝑuenire, ipſas falſitates ſinamus tanꝗ inſuperabiles ꝑmanere: cũ potius debeamus & in latentiũ cordibus deſtruere falſitates, ꝗ parcendo falſitatibus inuenire fallaces. Porrò inter illa dogmata eorũ, ꝗ ſubuertenda ſunt, ẽt hoc eſt uuq;, ꝙ dogmatizant, ad occultandã religionẽ, religioſos debere mentiri, intm̃, ut nõ ſolum de alijs rebus ad doctrinam religionis

niſtis & mendaciorũ patronis. Cap. 11.

B non pertinentibus, ſed de ipſa quoq; religione mentiendũ ſit, ne pateſcat alienis: vt uidelicet negandus ſit Chriſtus, quo poſſit inter inimicos ſuos latere Chriſtianus. Etiã hoc, obſecro te, dogma impiũ nefariumq; ſubuerte, ꝓpter ꝙ aſtruendũ argumentantes de ſcripturis colligunt teſtimonia, quib. uideantur non ſolum ignoſcenda uel toleranda, uerũ & honoranda mendacia. Ad te igitur pertinet ſectam deteſtabilem cum refellis, ſic accipienda monſtrare iſta teſtimonia ſcripturarum: ut uel doceas non eſſe quæ putantur eſſe mẽdacia, ſi eo modo intelligantur quo intelligẽda ſunt: uel imitanda non eſſe etiam quæ manifeſtum eſt eſſe mendacia: uel certe ad extremum de his ſaltem rebus quæ ad doctrinam religionis pertinent, nullo modo eſſe mentiẽdum. Sic enim uere funditus euertuntur, dũ euertitur ubi deliteſcunt: ut eo ipſo minime ſectandi, & maxime cauendi iudicentur, quo ſe ad occultandam hæreſim ſuam profitẽtur eſſe mendaces. Hoc in eis eſt primitus expugnandum, hoc eorum uelut idoneum munimentum ueritatis ictibus feriendum atque deijciendum Nec eis quam non habent, alia

Tria mendaciorũ latibula penitus eruenda.

C latebra quò confugiant eſt præbẽda: ut ſi forte ab his produntur, quos conati fuerint ſeducere nec potuerint, dicant: Tentare illos uoluimus, quoniam nos prudentes catholici docuerunt ad inueniendos hæreticos id eſſe faciendum. ſed aliquanto commendatius oportet ut dicam, cur iſta mihi uideatur tripartita ratio diſputandi aduerſus eos qui patronas mendacijs ſuis uolunt adhibere diuinas ſcripturas: ut prius oſtendamus nonnulla quæ ibi putantur eſſe mendacia, non eſſe quod putantur, ſi recte intelligantur. Deinde ſi qua ibi mendacia manifeſta ſunt, imitanda nõ eſſe. Tertiò contra oẽs omniũ opiniones, quibus uidetur ad uiri boni officiũ pertinere aliquando mentiri, omnimodo tenedũ, in doctrina religionis nullo modo eſſe mẽtiendũ. Hæc .n. tria tibi exequenda pauloante commendaui, & quodammodo iniunxi.

Ad oſtendenda ergo quædã quæ putantur in ſcripturis eſſe mẽdacia, nõ ea eſſe ꝙ putãtur ſi recte intelligantur, nõ tibi parũ aduerſus iſtos ualere uideatur, ꝙ non de Apoſtolicis, ſed de Propheticis literis inueniũt uelut exẽpla mentiendi. Illa quippe oĩa quæ nominatim cõmemorant ubi ſit quiſq; mentitus, in eis libris leguntur in quib. non ſolũ dicta, uerumetiam facta multa figurata conſcripta ſunt, qa & figurata geſta ſunt. In figuris autẽ ꝙ uelut mendaciũ dr̃, bene intellectũ, uerũ inuenitur. Apoſtoli uero in Epiſtolis ſuis aliter locuti ſunt, aliterq; cõſcripti actus Apoſtolorũ, iã uidelicet reuelato teſtamento nouo, ꝙ illis figuris Propheticis uelabatur. Deniq; in tot Epiſtolis Apoſtolicis, atq; i ipſo tã grãdi libro in quo actus eorũ canonica ueritate narrantur nõ inuenitur talis aliquis mẽtiens, ut de illo ab iſtis ad mentiendi licentiã ꝓponatur exẽplũ. Quandoquidẽ illa Petri & Barnabæ ſimulatio qua gentes Iudaizare cogebant, merito reprehenſa atq; correcta eſt, & ne tunc noceret, & ne poſteris ad imitandũ ualeret. Cum.n. uidiſſet Apoſtolus Paulus quia non recte ingrediuntur ad ueritatẽ Euãgelij, dixit Petro corã oĩbus, Si tu cũ ſis Iudæus, gentiliter & nõ Iudaice uiuis, qũo gentes cogis iudaizare? Id aũt ꝙ ipſe fecit, ut quaſdã obſeruationes legitimas Iudaica conſuetudine retinendo & agendo non ſe inimicum legi Prophetiſq; monſtraret, abſit ut mendaciter eum feciſſe credamus. De hac quippe re ſatis eſt eius nota ſententia, qua fuerit conſtitutum, nec Iudæos qui tunc in Chriſtum credebant, prohibendos eſſe a paternis traditionibus, nec ad eas gentiles cum Chr̃iani fierẽt eſſe cogendos: ut illa ſacramenta ꝗ diuinitus pręcepta eſſe cõſtaret, non tanꝗ ſacrilegia fugerẽtur: nec tñ putarẽtur ſic neceſſaria iã nouo teſtõ reuelato, tanquã ſine ijs quicunque conuerterentur ad deũ ſalui eſſe nõ poſſent. Erant enim qui hoc putabant atque prædicabant, quamuis iam recepto Chriſti Euangelio

Non eſſe mendacia quæ putãtur in ſacris literis. Cap. 11.

D

De ſimulatione Petri & Barnabæ.

Gala. 2.

Qualiter legis cerimonias Paulus obſeruauerit.

E

lio

lio: &, eis simulare consenserat Petrus & Bar
nabas, ideoq; cogebant gentes Iudaizare: Id
erat.n.cogere, sic ea necessaria prædicare, tã-
quam & recepto Euangelio nulla sine illis sa
lus esset in Christo. Hoc error quorundã pu *1. Cor. 9.*
tabat, hoc timor Petri simulabat, hoc libertas
Pauli redarguebat. Quod ergo ait, Oib. oĩa
factus sum ut oẽs lucrifacerem: compatiẽdo
id fecit, non mentiendo. Fit.n.quisq; tanquã
ille cui uult subuenire, qñ tãta misericordia
subuenit, quanta sibi subueniri vellet, si esset
ipse in eadem miseria constitutus. Itaque fit
tanquam ille, non quia fallit illum, sed quia
Galat. 6. se cogitat sicut illũ. Vnde illud est eius Apo-
F stoli quod iam supra cõmemoraui: Fratres,
& si præoccupatus fuerit homo in aliquo de
1. Cor. 9. licto, uos qui spiritales estis, instruite hmõi
in spiritu mansuetudinis, intendens teipsum
ne & tu tenteris. Nam si ꝑ ꝑea quia dixit, Fa-
ctus sum Iudæis tanquam Iudæus, & ijs qui
sub lege erant tanquam sub lege: ideo putan
dus est mendaciter suscepisse legis veteris sa
cramenta: debuit & gentium idolatriã eodẽ
modo mentiendo suscipere, quia dixit etiam
ijs qui sine lege erant tanquã sine lege se fa-
ctum, ut eos lucrifaceret. Quod utiq; non fe
cit. Non.n.alicubi sacrificauit idolis: aut ado
rauit illa figmenta, ac non potius libere tan-
quam martyr Christi detestanda & uitanda
monstrauit. De nullis igit̃ Apostolicis actib.
siue sermonibus isti proferunt imitanda exẽ
pla mẽtiendi. De Propheticis ergo factis seu
dictis ideo sibi vñr hẽre quod proferãt, quia
figuras prænunciatiuas putant esse mẽdacia,
eo ꝙ mendaciis sint aliqñ similia. Sed cũ re-
feruntur ad eas res ꝑ ꝑ quas significandas ita fa
Quid sit mendacium. cta uel dicta sunt, reperiunt̃ significationes
esse ueraces, ac per hoc nullo modo esse mẽ-
dacia. Mendacium est quippe falsa significa-
G tio cum uoluntate fallendi. Non est aũt falsa
significatio, ubi & si aliud ex alio significat̃,
Euãgelij locorum quorundã qui videñtur patrocinari mẽdacio sensus quis. Capi. 13. verũ est tñ quod significat̃ si recte intelligat̃.
Sunt q̃dam eiusmodi ẽt saluatoris in Euãge-
lio, qa & ipse dñs Prophetarũ Propheta esse
dignatus est. Talia sunt illa, ubi de muliere q̃
fluxũ sãguinis patiebat̃, ait: Quis me tetigit?
Et de Lazaro, Vbi posuistis eũ? Sic quippe in
terrogauit quasi nesciẽs qđ utiq; sciebat. Ac
per hoc nescire se finxit, vt aliquid aliud illa
velut ignorantia sua sig̃naret. Quæ significa-
tio qm̃ verax erat, mendacium profecto non
erat. Eos nãq; significabãt, siue illa fluxũ san
guinis patiens, siue ille mortuus quatridua-
nus, quos ẽt qui cuncta sciebat, quodammõ *Luc. 8.*
nesciebat. Nam & illa typum gerebat plebis *Ioan. 11.*
gentiũ, vnde præmissa fuerat Prophetia, Po-
pulus quem non cognoui, seruiuit mihi. Et
Lazarus remotus à viuentib. tanquam ibi ia *Psal. 17.*
cebat per significatiuam similitudinem, ubi
ille cuius vox est, Proiectus sum à facie ocu- *Psal. 30.*
lorum tuorũ. Et ideo tanquã nesciret à Chri
sto, & illa q̃ fuerit, & iste ubi positus fuerit,
verbis interrogantis est figuratũ, & oẽ vitatũ
veraci sig̃natione mendacium. Hinc est ẽt il
lud qđ cõmemorasti eos dicere, dñm Iesum H
posteaquam resurrexit, ambulasse in itinere *Quomodo Christus finxerit se longius ire absq; mẽdacio. Luc. 24.*
cũ duob. discipulis, & propinquantib. eis ca-
stello quo ibãt, illũ longius se ire finxisse: vbi
Euangelista dicens, Ipse aũt se finxit longius
ire: ẽt ipsum uerbũ posuit, quo mendaces ni
mium delectant̃ ut impune mentiant̃: quasi
mendaciũ sit oẽ quod fingit̃, cum veraciter
aliud ex alio significandi gr̃a tam multa fin-
gant̃. Si ergo nihil aliud significasset Iesus in
eo ꝙ longius ire se finxit, merito iudicaret̃
esse mẽdaciũ. Porrò aũt si bene intelligat̃, &
ad id quod uoluit significare referat̃, inuenit̃
esse mysterium. Alioquin erunt cuncta men
dacia quæ ꝑ ꝑ quandã rerũ significandarum
similitudinẽ cũ gesta non sint, tanquã gesta
narrant̃. Vnde est illa de duob. vnius homi-
nis filiis, maiore qui mãsit apud prẽm suũ, &
minore qui longius peregrinatus est, tã pro- *Luc. 15.*
lixa narratio. In quo genere fingendi, huma
na ẽt facta uel dicta, irrationalib. animantib.
& reb. sensu carentibus, hoĩes addiderunt, vt
eiusmodi fictis narrationib. sed veracibus si-
gnificationib. quod vellent commendatius
intimarent. Nec apud authores tm̃ seculariũ
literarum, ut apud Horatium, mus loquitur
muri, & mustela vulpeculæ, ut per narratio- I
nem fictam ad id quod agitur, vera significa- *Hora. li. ser. 2. sa. 6.*
tio referatur. Vnde Aesopi tales fabulas ad eũ
finem relatas, nullus tam ineruditus fuerit
qui putaret appellanda mendacia. Sed in lite *Nedum apud seculares auctores sed & in literis sacris.*
ris quoq; sacris, sicut in libro Iudicum, Li-
gna sibi regem requirunt, & loquuntur ad
oleam, & ad ficum, & ad vitem, & ad rubũ.
Quod vtiq; totũ fingitur, ut ad rem quæ in-
tenditur, ficta quidem narratione, non men-
daci

fictiones daci tñ,sed ueraci significatione veniať.Hæc
reperi- dixi ꝑ ꝑ id quod scriptum est de Iesu,Et ip-
mus.Iudi se se finxit longius ire. Ne quisquam ex hoc
cum.9. verbo sicut Priscillanistæ licitum uolens ha-
Luc.24. bere mendacium, insuper ēt Christum con-
tendat fuisse mentitum. Quisquis aũt uult
intelligere illud fingendo quid præfigurarit,
attendat quid agendo perfecerit. Longius
nanq; postea profectus super oẽs cœlos,non
tñ deseruit discipulos suos.Propter hoc signi
ficandum futurum diuinitus factum, ad præ
sens illud est humanitus fictũ. Et ideo signifi
catio uerax in illa est fictione præmissa,quia
in hac profectione illius est significationis
veritas subsecuta. Ille igitur contendat Chri
stum mẽtitum esse fingendo, qui negat eum
K quod significauit impleuisse faciendo.

Quæ sa- Quia ergo non inueniunt mendaces hæ-
cræ scri- retici in testamenti noui literis imitanda exẽ
pturæ exẽ pla mendacij, copiosissimos se existimant in
pla sint hac disputatione qua opinantur esse mentiẽ
imitãda. dum, cum de ueteribus Propheticis libris,
Cap.14. quia non ibi apparet nisi intelligentib. pau-
cis quo referantur significatiua dicta uel fa-
cta ueracia, multa sibi vñr inuenire ac pro-
ferre mendacia. Sed habere cupientes quib.
se tueantur uelut imitanda exempla fallendi
seipsos fallunt, & mentitur eorum iniquitas
Psal.25. sibi. Illæ aũt personæ quas credendũ ibi non
Regula est prophetare voluisse, si quid faciendo uel
pro scri- dicendo finxerunt uoluntate fallendi,quam
pturarũ uis ex ipsis quoq; factis earum,siue dictis ali
intelligẽ quid Propheticum possit exculpi, per illius
tia. oĩpotentiam præseminatum atq; dispositũ,
qui bene uti nouit ēt malis hominũ,tñ quan
tũ ad ipsas attinet sine dubitatione mentitæ
sunt. Sed non ideo debent imitanda existima
ri, qa in eis reperiuntur libris, qui sancti &
diuini merito nominanť. Habent.n.conscri-
pta & mala hominũ & bona:illa uitanda,ista
sectanda:& quædam ita posita,vt de illis etiã
L prolata sit snia,quedã uero tacito ibi iudicio
nobis iudicanda permissa: qm non solũ nos
nutriri manifestis,verum & exerceri oporte
Gen.38. bat obscuris. Cur aũt,isti imitandã sibi Tha-
De men- mar existimant mentientẽ,& imitandũ Iudã
dacio non existimant fornicantẽ?Ibi.n.vtrunq; le-
Thamar, gerunt, & nihil horum scriptura illa siue cul-
& forni- pauit, siue laudauit:sed tantummodo vtrũq;
catione. Iudæ. narrauit,& iudicandum nobis vtrunq; dimi

sit. Sed mirum si aliquid horum imitandum
impune permisit.Quod.n. Thamar nõ mere
tricandi libidine, sed concipiendi uoluntate
mentita sit,nouimus.Verũ & fornicatio ēt si
Iudæ talis non fuit,ꝑt esse cuiuspiam qua fa
ciat ut hõ libereť, sicut illius mendaciũ fuit,
vt hõ conciperet.Nunquid ꝑ ꝑea ēt fornicã
dum est,si ꝑ ꝑ illud putať fuisse mentiẽdum?
Non de solo itaq; mendacio,sed de oĩb.ope-
rib.hominum in quib. existunt velut compẽ
satiua peccata,considerãdum est,quã sniam
proferre debeamus,ne aperiamus aditũ,non
tñ paruis quibusq; peccatis,verumetiã sce-
lerib.cunctis,nullumque remaneat facinus,
flagitium,sacrilegium, in quo cã non possit
existere qua recte videatur esse faciendũ,vni
uersamq; uitę ꝓbitatẽ opinio ista subuertat. M

Nihil aũt iudicandus est dicere, qui dicit *Menda-*
aliqua iusta esse mendacia, nisi aliqua iusta *ciũ sem-*
esse peccata, ac per hoc aliqua iusta esse quæ *per esse*
iniusta sunt. Quo quid absurdius dici põt? *peccatũ.*
Vnde.n.est peccatum, nisi quia iustitiæ ɔ̃riũ *Cap.15.*
est? Dicatur ergo alia magna,alia parua esse
peccata, quia verum est, nec auscultandum
Stoicis qui oĩa paria esse contendunt. Dice- *Stoicorũ*
re aũt quædam iniusta,quædã iusta esse pec- *opinio.*
cata, quid est aliud quã dicere quasdam esse
iniustas,quasdam iustas iniquitates, cũ dicat
Apostolus Ioannes,Oĩs qui facit peccatum, *1.Ioã.3.*
facit & iniquitatem: & peccatum iniquitas
est? Non ergo põt iustũ esse peccatũ, nisi cũ
peccati nomẽ in alia re ponimus,in qua q̃s-
que non peccat,sed aut facit aliquid,aut pati
tur pro peccato.Nã & sacrificia pro peccatis
peccata appellata sunt, & pęnæ peccatorum
dñr aliqñ peccata.Hæc planẽ possunt intelli- *Quæ sint*
gi iusta peccata, cum iusta dicũtur sacrificia *iusta pec*
uel iusta supplicia. Ea uero quæ ɔ̃ legem dei *cata.*
fiunt,iusta esse non possunt. Dictum est autẽ *Psa.118.*
deo,Lex tua ueritas. Ac per hoc quod est cõ
tra ueritatem, iustum esse non potest. Quis A
autem dubitet contra ueritatem esse menda-
cium oẽ? Nullum ergo iustum esse põt men
dacium. Item cui nõ clareat,ex veritate esse
oẽ quod iustum est?Clamat autem Ioannes, *1.Ioã.2.*
Omne mendacium non est ex ueritate: Om *Cautela*
ne ergo mendacium non est iustum, Qua- *de propo*
propter quando nobis de scripturis sanctis *sitis men*
mentiendi proponuntur exempla,aut men- *dacijs in*
dacia non sunt, sed putantur esse dum non
intelli-

intelliguntur:aut si mendacia sunt,imitanda
nõ sunt, q̃a iusta esse nõ p̃nt.Sed ꝙ scriptũ ẽ *Scripturis si imitanda,an non.*
bene deũ fecisse cũ Hebræis obstetricibus,&
cũ Raab Hierichontina meretrice, non iõ fa
ctũ est quia mentitæ sunt,sed q̃a in homines
dei misericordes fuerũt.Nõ est itaq; in eis re *Exod. 1.*
munerata fallacia,sed beneuolẽtia: benigni- *Iosue. 2.*
tas mẽtis,nõ iniquitas mẽtientis.Sicut.n.mi- *De mendacio obstetricũ Hebræorum, & Raab meretrice.*
rũ absurdũq; nõ esset,si alio prius t̃pe cõmis
sa ab eis aliqua opera mala deus ꝑꝑ posterio
ra opera bona uellet ignoscere : ita mirandũ
non est, ꝙ uno t̃pe in una causa deus utrun-
q; cõspiciens.i.factũ misericorditer, factũq;
fallaciter,& bonum remunerauit,& ꝑꝑ hoc
bonũ malũ illud ignouit. Si.n.peccata q̃ ꝑꝑ
B carnis concupiscentiã,non ꝑꝑ misericordiã
fiunt , ꝑꝑ posteriora opera misericordiæ di-
mittunt,cur non merito misericordiæ dimit
tuntur, quæ ꝑꝑ ipsã misericordiã cõmittun
tur?Grauius est.n peccatũ ꝙ animo nocẽtis,
q̃ quod animo subuenientis efficitur. Ac per
hoc si illud delet opere misericordiæ postea
subsequẽte, cur hoc ꝙ est leuius, nõ deletur
ipsa hominis misericordia, & præcedente ut
peccet, & comitante cũ peccat?Ita quidẽ ui-
deri põt. Verumtñ aliud est dicere,peccare q̃
dem nõ debui, sed opera misericordiæ facia
q̃bus deletã ꝙ antè peccaui , & aliud est di-
cere,peccare debeo,q̃a nõ possũ aliter mise-
reri. Aliud est, inq̃, dicere quia iam peccaui-
mus,benefaciamus:& aliud est dicere,pecce
mus ut benefaciamus. Ibi dr̃,faciamus bona
q̃a fecimus mala: hic aũt, faciamus mala, vt
ueniant bona . Ac ꝓ hoc ibi exhaurienda est
sentina peccati,hic cauenda est doctrina pec
candi. Restat itaq; ut intelligamus illis mulie
C ribus uel in Aegypto,uel in Hiericho ꝓ hu-
manitate & misericordia redditã fuisse mer-
cedem utique temporalẽ , quæ quidẽ & ipsa
æternum aliquid etiam illis nesciẽtibus Pro-
phetica significatione figuraret. Vtrum au-
tem sit aliquando uel pro cuiusquam salute
mentiendum,cum quæstio sit in qua dissol-
uenda etiam doctissimi fatigantur, valde il-
larum muliercularũ,in illis populis constitu
tarũ,& illis morib. assuetarũ excedebat mo-
dum. Itaque hanc earum ignorantiam, sicut
aliarum rerum quas pariter nesciebant , sed
sciendæ sunt a filijs non huius seculi, sed fu-
turi,dei patiẽtia substinẽbat: qui tamẽ is pro
benignitate humana quam similis eius im-
penderant,quãuis cœleste aliquid significan
tia,præmia terrena reddebat . Et Raab q̃dem
ex Hiericho liberata, in dei populũ trãsitum *Iosue. 1.*
fecit:ubi ꝓficiens posset ad æterna & immor
talia munera peruenire,q̃ nullo sunt quæren *Tolerabilius potuisse mẽtir in ueteri lege quam noua.*
da mendacio. Tunc tñ q̃n illud opus bonũ,et
pro suæ uitæ conditione laudabile Israelitis
exploratoribus ꝑstitit,nondũ erat talis ut ab
ea exigeretur,Sit in ore uestro,est est,nõ nõ.
Obstetrices autẽ illæ quanuis Hebræę, si se-
cun dũ carnẽ tñmodo sapuerunt , quid aut
quantũ est ꝙ eis profuit remuneratio t̃palis *Cap. 16.*
quia fecerunt sibi domos, nisi ꝓficiendo per *Matt. 5.*
tinuerunt ad eam domum de qua deo canta- *Exod. 1.*
tur,Beati qui habitant in domo tua, in secu- D
la seculorũ laudabunt te? Multũ aũt fatendũ *Psal. 83.*
est ꝓpinquare iustitiæ,& quanuis re ipsa nõ-
dũ,iam tñ spe atq; indole animũ esse laudan
dũ , qui nunq̃ nisi hac intentione mentitur ,
q̃a uult prodesse alicui , nocere aũt nemini.
Sed nos cũ quærimus,sitne boni hominis ali
q̃n mentiri , nõ de homine quærimus adhuc
ad Aegyptũ,uel ad Hiericho,uel ad Babylo-
niã ꝑtinẽte, uel adhuc ad ipsã Hierusalẽ ter *Gala. 4.*
renã , q̃ seruit cũ filijs suis, sed de ciue illius
ciuitatis , quæ sursũ est libera mater nostra
æterna in cœlis. Et respondetur quærentibus
nobis,Omne mendaciũ non est ex ueritate.
Filij aũt illius ciuitatis,filij sunt utiq; ueritа- *1.Ioã. 2.*
tis. Eius ciuitatis filij sunt, de quibus scriptũ
est,In ore eorum non est inuentũ mendaciũ.
Eius ciuitatis filius est,de quo item scriptum *Apo. 14.*
est,Verbũ suscipiens filius,a perditione lon- *Pro. 29.*
ge aberit.Excipiens aũt excepit illud sibi, &
nihil falsi ex eius ore procedit.His filijs sup-
næ Hierusalem & sanctæ ciuitatis æternæ , si
quando ut hominibus obrepit qualecunque
mendaciũ,poscunt humiliter ueniã,non in-
de quærunt insuper gloriã.Sed dicet aliquis, E
Ergone obstetrices illæ atq; Raab melius fe- *Obstetrices Hebrææ,& Raab nũ peccarint mẽtiẽdo.*
cissent, si nullã misericordiam præstitissent ,
nolendo mentiri ? Immo uero illæ mulieres
Hebræę si essent tales de qualibus quęrimus,
utrum sit eis aliquando mentiendum,nec ali
quid falsi dicerent,& fœda ministeria de par
uulis occidendis liberrime recusarent . Sed *Cap. 17.*
inquies,Ipsæ morerentur. At uide quid se-
quatur , Morerentur enim cœlestis habita-
tionis incomparabiliter ampliore mercede ,

q̃ domus illæ quas ſibi fecerunt,in terra eſſe
potuerunt.Morerẽtur.n.futuræ in ęterna fœ
licitate, mortẽ ꝑpeſſæ pro innocẽtiſsima ue
ritate.Quid illa in Hiericho?Nunq̱d hoc poſ
ſet?Nonne ſi q̃rentes ciues mẽtiendo nõ fal-
leret,uerũ dicendo latentes hoſpites ꝓderet?
An poſſet interrogantibus dicere, Scio ubi
ſint,ſed deũ timeo,nõ eos ꝓdo?Poſſet hoc q̱
dem dicere ſi iã eſſet uera Iſraelitis in qua do
lus nõ eſſet:ꝙ futura erat per miſericordiam
dei tranſiens ad ciuitatẽ dei. Verũ illi hoc au
dito, inquies,illã perimerent, domũ ſcruta-
E rentur. Sed nunq̱d conſequens erat, ut illos
ẽt quos diligenter occultauerat inuenirent?
Proſpexerat.n. cautiſsima mulier, & ibi eos
poſuerat ubi latere potuiſſent ẽt ſi ei mentiẽ
ti creditũ non fuiſſet. Ita & illa,ſi tñ a ſuis ci-
uibus eſſet occiſa,ꝓ miſericordiæ opere, vi-
tã iſtã finiendã præcioſa in conſpectu domi-
ni morte finiſſet & erga illos eius beneficiũ
inane nõ fuiſſet. Sed inquies,Quid ſi & ad il
lum locũ ubi eos occultauerat,ij à q̱bus q̃re
bãtur,ꝑſcrutando oĩa perueniſſent? Iſto mõ
dici poteſt, Quid ſi mulieri uiliſsimæ atque
turpiſsimæ non ſolũ mẽtienti,uerumẽt peie
ranti credere noluiſſent? Nẽpe etiam ſic con
ſecutura fuerat, quæ timendo mentita eſt.
Et ubi ponimus uolũtatẽ ac poteſtatem dei?
An forte non poterat & illã,nec ciuibus ſuis
mentientem,nec homines dei prodentem,et
illos ab omni pernicie cuſtodire? A quo.n.
& poſt mulieris mendacium cuſtoditi ſunt,
ab eo potuerunt & ſi illa mentita non eſſet,
Gen.19. utique cuſtodiri. Niſi forte obliti ſumus hoc
fuiſſe in Sodomis factum,ubi maſculi in ma
ſculos nefanda libidine accenſi, nec oſtium
domus,in qua erant,quos quærebant inueni
re potuerunt,qm̃ uir iuſtus in cauſa oĩno ſi-
G millima ꝓ ſuis hoſpitibus mẽtiri noluit quos
eſſe angelos neſciebat, & uim morte peiorẽ
ne paterentur timebat. Et certe poterat talia
rñdere q̃rentibus qualia in Hiericho mulier
illa rñdit.Nã ꝓrſus ſimiliter & illi interrogã
do q̃ſierunt. Sed hõ iuſtus noluit pro corpo
ribus hoſpitum animam ſuam ſuo mẽdacio
maculari pro quibus uoluit corpora filiarum
alienæ libidinis iniquitate uim perpeti. Fa-
ciat ergo homo etiam pro temporali homi-
num ſalute quod poteſt. Cum autem ad hũc
articulũ uentum fuerit,ut tali ſaluti conſule
re, niſi peccãdo non poſsit, iam ſe exiſtimet
non habere q̱d faciat,qñ id reliquũ eſſe per-
ſpexerit ꝙ nõ recte faciat. Proinde Raab in
Hiericho, q̱a peregrinos homines dei ſuſce- *Ioſuæ. 2.*
pit hoſpitio, q̱a in eorũ ſuſceptione pericli-
tata eſt,quia in eorum deum credidit,q̱a dili
genter eos ubi potuit occultauit, quia ꝑ illã
ueniã remeandi cõſilium fideliſsimũ dedit,
ẽt ſupernæ Hieruſalẽ ciuibus imitãda laude
tur. Quòd aũt mẽtita eſt, etiã ſi aliq̱d ibi Pro
pheticum intelligenter exponitur,nõ tñ imi
tãdum ſapienter ꝓponitur: quãuis deus illa
bona memorabiliter honorauerit, hoc malũ H
clementer ignouerit. Quæ cum ita ſint, qm̃
nimis longum, eſt oĩa ꝑtractare, q̃ in illo li-
bro dicta ſunt poſita, uelut imitãda exempla
mentiendi,ad hãc regulã mihi uideť,non ſo
lum iſta, uerũ etiã ſi qua ſunt talia redigen-
da:ut aut ꝙ eſſe crediť,oſtendať nõ eſſe men
datiũ,ſiue ubi taceť uerum,nec dř falſum: ſi
ue ubi ſignificatio uerax aliud ex alio uult in
telligi,ꝙ genus figuratorũ uel dictorũ uel fa
ctorum abundat in Propheticis literis, Aut q̃
conuincunť eſſe mendacia,non eſſe imitan-
da mõſtrentur,& ſi qua nobis ut alia peccata
ſurrepſerint,nõ eis tribuendã iuſtitiã ſed ue-
niã poſtulandã. Hoc q̱dem mihi uidetur: &
ad iſtã ſententiã me ſuperius diſputata cõpel
lunt. Verum q̱a homines ſumus,& inter ho- *An uerũ*
mines uiuimus,fateorq; me nondum eſſe in *ſit dicen*
eorũ numero, quos cõpenſatiua peccata nõ *dum cui*
turbãt,ſæpe me in rebus humanis,uincit ſen *mortem*
ſus humanus,nec reſiſtere ualeo cũ mihi dř, *adſerat.*
Ecce graui morbo periclitať ægrotus, cuius *Ca.18.*
iã uires ferre nõ poſsit,ſi ei mortuus unicus *Nota ca-*
& chariſsimus filius nuncieť, Si à te q̃rit an *ſum.*
uiuat,quem uitã finiſſe tu noſti,q̱d reſpõde- I
bis?qñ quicq̱d aliud dixeris p̃ter unũ de trib.
aut mortuus eſt,aut uiuit,aut neſcio nihil ali
ud credit ille q̃ mortuũ:ꝙ te intelligit time-
re dicere,& nolle mentiri? Tãtundem ualet,
etiã ſi omni modo tacueris. Ex illis aũt tribus
duo falſa ſunt,uiuit,& neſcio,nec abs te dici
poſſunt niſi mentiendo. Illud autem unum
uerum.i.mortuum eſſe ſi dixeris, & ꝑturba-
ti hominis mors fuerit ſubſecuta,abs te occi *Solutio*
ſus clamabitur. Et quis ferat homines exagge *caſus &*
rantes, quãtum ſit mali ſalubre mendacium *totius*
deuitari,& homicidam diligi ueritatem? Mo *quæſtio-*
ueor his oppoſitis, uehementer, ſed mirum *nis.*
ſi.

si ẽt sapienter. Cũ.n. proposuero ante qualescunq; oculos cordis mei intelligibilẽ illius pulchritudinẽ, de cuius falsi nihil ore procedit, quanuis ubi radians magis magisq; clarescit ueritas, ibi palpitans mea reuerberat infirmitas, tñ sic amore tanti decoris accẽdor, ut cuncta q̃ inde me reuocant humana cõtẽnam. Sed multũ est, ut iste intm̃ perseueret affectus, ne in tentatione desit effectus. Non me mouet contemplantem luminosum bonum, in quo mendacij tenebræ nullæ sunt, qđ nobis mentiri nolentibus, & hominibus uero audito morientibus, homicida dr̃ ueritas.
K Nunquid.n. si stuprum expetat impudica, & te non consentiente, sęuo amore perturbata moriatur, homicida erit & castitas?
ctamus, in quibus iustitia habitat. Quapropter charissimi hęc expectãtes satagite inuiolati & immaculati apud eũ reperiri in pace: & domini nostri patientiã salutẽ existimate: sicut & dilectissimus frater noster Paulus secundum eam q̃ data est illi sapientiã scripsit vobis, ut & in omnibus Epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt difficilia quædã intellectu quę indocti & instabiles peruertunt sicut & cæteras scripturas, ad proprium suũ interitum. Vos igitur amantissimi p̃scientes, cauete ne in falsorum errore seducti decidatis a corroboratione vestra: crescite uero in gratia & intellectu domini nostri & saluatoris Iesu Christi: ipsi gloria, & nunc, & in die ęternitatis. Iacobus aũt vehementer infestus est eis qui sapiunt fidẽ sine operibus ualere ad salutẽ, ut illos etiã demonibus comparet dicens, Tu credis q̃m vnus est deus, bene facis, & dęmones credũt & cõtremiscũt. Quid

Iacob. 2. uerius, breuius, uehementius dici potuit, cũ

Marc. 1. & in Euangelio legamus hoc dixisse dęmo-

G nia, cũ Christum filium Dei confiterẽtur &

Mat. 16. ab illo corriperentur q̃d in Petri cõfessione

Iacob. 2. laudatum est? Quid proderit, ait Iacobus, fratres mei si fidẽ q̃s dicat se habere, opera autẽ non habeat? Nunq̃d poterit fides saluare eũ?

Ibidem. Dicit etiam, quia fides sine operibus mortua est. Quousq; igitur falluntur q̃ fide mortua sibi uitã perpetuã pollicẽtur? Quap̃p̃ diligẽter oportet attẽdere qũo accipienda sit Apostoli Pauli illa sententia planè ad intelligendum difficilis, ubi ait, Fundamẽtum.n. aliud nemo põt ponere p̃ter id q̃d positũ est, quod est Christus Iesus. Si q̃s autẽ superædificat super fundamẽtum aurũ, argẽtum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulã, vniuscuiusque opus manifestabitur: dies.n. domini declarabit, q̃a in igne reuelabitur, & uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus permanserit, quod superędificauit, mercedẽ accipiet: si cuius autem opus arserit, damnũ patietur, ipse autem saluus erit sic tamẽ quasi p̃ ignem. Quod quidam ita intelligendum putant, ut illi uideantur ædificare super hoc fundamẽtum aurum, argentum, lapides preciosos, q̃ fidei quæ in Christo est bona opera adiiciunt: illi autem fœnum, ligna, stipulam, qui cum eãdem fidẽ habeant male operãtur. Vnde arbitrantur per quasdam pœnas ignis

Opera cũ fide requiri ad salutem.

Cap. 15.
1. Cor. 3.
1. Co. 13.

eos posse purgari ad salutem percipiendam merito fundamenti. Hoc si ita est, fatemur istos laudabili charitate conari ut oẽs indiscrete admittãtur ab baptismũ, nõ solũ adulteri & adulterę ꝯ̃ sententiã dñi falsas nuptias p̃tendentes, verumetiã publicæ meretrices in turpissima professione p̃seuerantes, quas certe nulla etiã negligentissima Ecclesia consueuit admittere, nisi ab illa primitus prostitutione liberatas. Sed ista rõne cur non omnimodo admittanẽ omnino nõ uideo. Quis .n. nõ malit eas posito fundamento, licet ligna, & fęnum, & stipulã congerant, aliquãto certe diuturniore igne purgari q̃ in ęternũ perire? Sed falsa erunt illa q̃ obscuritatẽ am- *1. Co. 13*
biguitatemq; nõ habent: Si habeã omnem fidem, ita vt montes trãsferã, charitatem ãt nõ *Iacob. 2.*
habeã, nihil sum. Et q̃d proderit fratres mei si fidem dicat se q̃s habere, opera ãt non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Fal- *1. Cor. 6.*
sum erit & illud, Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum cõcubitores, I
neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; ma- *Galat. 5.*
ledici, neq; rapaces regnum Dei possidebũt. Falsum est & illud, Manifesta sunt opera carnis, q̃ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, ęmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebietates, comessationes, & his similia quę p̃dico vobis sicut prædixi, q̃m qui talia agunt, regnum Dei nõ possidebunt. Falsa erunt hæc, Si.n. tãtummodo credant & baptizentur, quamuis in malis talibus perseuerent, salui erunt per ignem: atque ideo in Christo baptizati etiam quia talia agunt, regnum Dei possidebunt. Frustra autem dicitur, Et hæc quidẽ fuistis, sed ablu- *1. Cor. 6.*
ti estis, quando & abluti hæc sunt. Inaniter etiam illud a Petro dictum uidebitur, Sic & *1. Pet. 3.*
uos simili forma baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed consciẽtiæ bonæ interrogatio: siquidem & habentes pessimas conscientias, omniũ flagitiorum & scelerũ plenas, nec eorũ malorum pœnitentia mutatas, tñ baptisma saluos facit: p̃p̃ fundamentum.n. q̃d in eo baptismate ponitur, licet p̃ ignẽ, salui erũt. Illud quoq; non uideo K
cur dñs dixerit, Si uis uenire ad uitam, serua mandata: & commemorauit ea quæ ad bo- *Mat. 19.*
nos

nos mores pertinent, si ēt his non seruatis ad
vitā veniri pōt ꝑ solā fidem, q̃ sine operibus
mortua est. Illud deinde qūo uerū erit ꝙ eis
Iob. 2. quos ad sinistrā positurus ē, dicet, Ite in ignē
Matth. 5 æternū, q̃ paratus est diabolo & angelis eius:
nec increpat quia in eū non crediderunt, sed
quia bona opera non fecerunt. Nā profecto
ne sibi quisq̃ de fide, quæ sine operibus mor
tua est, promittat æternā uitam: ꝓpea omnes
gentes segregaturū se dixit, quæ ꝑmixtæ eis-
dem pascuis utebātur, ut appareat eos illi di-
Ibidem. cturos, Domine, qñ te uidimus illa & illa pa
tientē, & non ministrauimus tibi? q̃ in eū cre
diderāt, sed bona operari non curauerant, tā
q̃ de ipsa fide mortua ad uitā perueniretur ę-
ternā. An forte ibunt in ignem æternum, qui
opera misericordiæ non fecerunt: & nō ibūt
q̃ aliena rapuerunt, uel corrūpendo in se tē-
plum dei, in seipsos immisericordes fuerunt;
1. Co. 13. quasi opera misericordiæ prosint aliquid sine
L dilectione, dicente Apostolo, Si distribuā oīa
mea pauperibus, charitatē aūt non habeā, ni
Psal. 10. hil mihi prodest. Aut diligat quisquā proxi-
mum sicut seipsum, qui non diligit seipsum?
Qui.n. diligit iniquitatē, odit animā suā. Ne-
que illud dici hic poterit, in quo nonnulli se
ipsos seducunt, ignē æternū dictum non ip-
sam cōbustionem æternā. Per ignem quippe
qui æternus erit, transituros arbitrantur eos,
quibus ꝓp fidem mortuā ꝑ ignem ꝓmittūt
salutem: ut uidelicet ipse ignis æternus sit: cō
bustio verò eorū, hoc est, operatio ignis non
Matt. 25 sit in eos æterna: cū & hoc præuidens dñs, sē
tentiam suā conclusit ita dicens. Sic ibunt illi
in combustionem æternā, iusti aūt in uitam
æternā. Erit ergo ęterna cōbustio sicut ignis,
& eos in illam ituros ueritas dicit, quorū nō
fidem, sed bona opera defuisse declarauit. Si
ergo hæc omnia, & cætera, quæ innumerabi
lia per omnes scripturas sine ambiguitate di
cta reperiri possunt, falsa erunt: poterit uerus
esse ille intellectus de lignis & fœno & stipu
la, quod hi salui erunt per ignem, qui solam
in Christum fidem tenentes bona opera ne-
glexerunt. Si autem ista & uera & clara sunt,
proculdubio in illa Apostoli sententia alius
re quirēdus est intellectus: atq; in his deputā
M da est, quæ Petrus dicit esse in scriptis eius q̃
dam difficilia intellectu quæ non debēt ho-
mines peruertere ad proprium suum interi-
tū, ut contra euidentissima testimonia scrip-
turarum securos faciant de percipienda salu
te nequissimos, nequitiæ suæ pertinacissimè
cohærentes, nec emendando aut pœnitendo
mutatos. Hic a me fortasse quęratur de ipsa *Interpretatio loci*
Pauli Apostoli sententia, quid ego sentiam, *Paulini.*
& quonā mō intelligendā putem. Fateor hic
me malle audire intelligentiores atq; doctio *1. Co. 13.*
res, qui sic eā exponant, ut illa omnia uera & *Ca. 16.*
inconcussa permaneant, quæ supra cōmemo
raui, & q̃cunq; alia non cōmemoraui, quib. *Galta. 5.*
apertissime scriptura testatur, nihil prodesse
fidē, nisi eā q̃ definiuit Apostolus.i. quæ ꝑ di
lectionē operatur: sine operibus aūt salua- *Iacob. 2.*
re non posse, neq; ꝑter ignē, neq; per ignem:
qa si per ignem saluat, ipsa utiq; saluat. Abso
lute aūt dictū est & aperte, Quid ꝓdest si di-
cāt q̃s fidē se habere, opera aūt non habeat,
nunq̃d poterit fides saluare eū? Dicā tñ quā-
breuissime potero etiā ipse q̃d sentiā de illa
Apostoli sententia ad intelligendū difficili, A
dummō illud, ꝙ ad meā ꝓmissionē attinet,
ꝑcipue teneatur, ꝙ de hac me malle dixi au
dire meliores. Fundamentum Christus est in
structura architecti sapientis, hoc expositio- *1. Cor. 3.*
ne nō indiget. Aperte.n. dictū est, Fundamen
tū.n. aliud nemo pōt ponere præter id ꝙ po-
situ est, ꝙ est Christus Iesus. Si aūt Christus,
proculdubio fides Christi: Per fidem quippe
habitat Christus in cordibus nostris, sicut
idē Apostolus dicit. Porrò fides Christi illa
utiq;, q̃ definiuit Apostolus, q̃ per dilectionē
operatur. Non.n. fides illa dęmonum, cum et
ipsi credant & contremiscāt, & filium dei cō *Ephes. 3.*
fiteantur Iesum, pōt accipi in fundamētum.
Quare? Nisi quia nō est fides q̃ operatur ꝑ di
lectionē, sed q̃ exprimitur ꝑ timorem. Fides
itaq; Christi, fides gratiæ Christianæ.i. ea fi-
des quæ ꝑ dilectionē operatur, posita in fun
damento, neminē perire permittit. Sed quid
sit ædificare super hoc fundamentum, aurū,
argētum, lapides preciosos, & ligna, fœnum
stipulam: si subtilius disserere coner, uereor
ne ad intelligendum difficilior sit ipsa expo-
sitio. Enitar tamen quantum dominus adiu-
uat, & breuiter, & quantum potero dilucide
expedire quod sentio. Ecce, ille qui quæsiuit B
a magistro bono quid boni faceret, ut habe-
ret uitam æternam, & audiuit, si ad uitam *Mat. 19.*
uenire uellet, seruanda sibi esse mandata. Et *Mar. 10.*

cum

Mat. 18. cum quæreret,Quæ mãdata:dictũ eſt ei, Nõ
Exo. 20. occides,Non mœchaberis,Non furtũ facies
Non falſum teſtimoniũ dices,Honora patrẽ
tuũ & matrem tuam,&, Diliges proximum
tuum tanq̃ teipſum,ut hoc faciens,fidẽ Chri
ſti teneret: & proculdubio fidẽ, quæ ꝑ dile-
ctionẽ operatur.neq;.n.diligeret proximum
tanq̃ ſeipſum, niſi recepta dilectione dei, ſi-
Gal. 5. ne qua nõ diligeret ſeipſum porrò:ſi faceret
ẽt quod dominus addidit,dicens Si uis perfe
ctus eſſe,uade & uende oĩa quæ habes, & da
1.Cor. 3. pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo,
& ueni ſequere me:ædificaret ſuper illud fun
damentum,aurũ,argentũ,lapides precioſos.
nõ enim cogitaret niſi quæ ſunt dei, q̃uo pla
ceret deo:& hæ cogitationes ſunt, quantum
exiſtimo,aurũ,agentũ,lapides precioſi.Por-
rò ſi circa diuitias ſuas, quodã carnali tenere
tur affectu,quanuis ex eis multas eleemoſy-
nas faceret, nec ad eas augendas fraudis ali-
C quid rapinęq; moliretur,aut earũ minuenda
rũ uel amittendarũ metu in aliquod facinus
flagitiũ uel aberetur,alioquin iam ſe iſto mõ
ab illius fũdamẽti ſtabilitate ſubtraheret: ſed
ꝑꝑ carnalẽ, ut dixi, quẽ in eis habebat affe-
ctũ,talibus bonis ſine dolore carere non poſ
ſet,ædificaret ſuper fundamentũ illud fœnũ
ligna,ſtipulã:maxime ſi & vxorẽ ſic haberet
vt etiam ꝑꝑ ipſam cogitaret ea quę ſunt mũ
di,q̃uo placeret vxori.Hæc igitur qm̃ affectu
dilecta carnali, non ſine dolore amittuntur,
ꝓpterea qui ſic ea habent,cũ habeant,in fun
damento fidẽ quæ ꝑ dilectionẽ operatur,ne-
q; huic iſta vlla ratione uel cupiditate præpo
nant, in eorum amiſsione paſsi detrimentũ,
per ignem quendã doloris perueniunt ad ſa-
lutem. A quo dolore atque detrimento tan-
to eſt quiſque ſecurior, quanto ea uel minus
amauerit,uel tanq̃ nõ habens habuerit. Qui
uerò propter illa uel tenenda uel adipiſcen-
da homicidiũ,adulteriũ,fornicationẽ, idolo
latriam,& ſimilia quæq; cõmiſerit,non pro-
pter fundamentũ per ignẽ ſaluabitur, ſed a-
miſſo fundamẽto æterno igne torquebitur.
D Quamobrem & illud ꝙ dicunt ueluti ꝓbare
cupientes,quantũ ualeat ſola fides,vbi Apo-
1.Cor. 7. ſtolus dicit. Quod ſi infidelis diſcedit,diſce-
dat:nõ eſt enim ſeruituti ſubiectus frater uel
ſoror in huiuſmodi.i.ut propter fidem Chri-
ſti ẽt ipſa uxor legitima ſocietate coniuncta,
ſine ulla culpa relinquatur,ſi cũ uiro chriſtia
no ꝑꝑ hoc ꝙ chriſtianus eſt,permanere no-
luerit:non attendunt eo mõ illam rectiſsimè
dimitti,ſi uiro ſuo dicat,Nõ ero uxor tua,ni-
ſi mihi de latrocinio diuitias congeras,aut ni
ſi ſolita latrocinia,quibus noſtrã domũ tran-
ſigebas,ẽt chriſtianus exerceas:aut ſi quid ali
ud uel facinoroſum uel flagitioſum in uiro
nouerat, quo delectata uel libidinem exple-
bat,uel facile uictũ habebat,uel etiã incede-
bat ornatior.Tunc.n.ille,cui hoc uxor dicit, Gal. 5.
ſi ueraciter egit pœnitentiã ab operibus mor
tuis,qñ acceſsit ad baptiſmũ habetq; in fun-
damento fidem, quæ ꝑ dilectionem operat̃,
ꝓculdubio plus tenebitur amore diuinæ gra
tiæ,q̃ carnis luxuriæ. & membrũ ꝙ eũ ſcan-
dalizat,fortiter amputat: quemcũque aũt in Mat. 18.
hac direptione dolorem cordis ꝑꝑ carnalem
affectũ coniugis ſuſtinebit, hoc eſt detrimen
tũ ꝙ patietur:hic eſt ignis ꝑ quem fœno ar-
dente ipſe ſaluabitur.Si aũt iã ſic habeat uxo E
rem tanq̃ non habens,non ꝑꝑ concupiſcen
tiã,ſed ꝑꝑ mĩam,ne fortè eam ſaluã faceret,
reddens potius q̃ exigens debitũ coniugale:
ꝓfecto nec dolebit carnaliter, cũ ab illo tali
coniugio ſeparabitur,neque.n.in eo cogita-
bat,niſi q̃ ſunt dei,q̃uo placeret deo. Ac per 1.Cor. 7.
hoc inquantũ aurũ, argentũ, lapides precio-
ſos cogitationibus illis ſuperędificat,intantũ
detrimentũ nullum pateretur, intantũ ſtru-
ctura eius, quæ non erat fœnea,nullo incen
dio cremaretur. ſiue ergo in hac uita tm̃ ho-
mines iſta patiuntur, ſiue etiam poſt hanc ui
tam talia quædã iudicia ſubſequuntur, non
abhorret,quantum arbitror, a ratione uerita
tis iſte intellectus huius ſententiæ. Veruntñ
ẽt ſi eſt alius,qui mihi nõ occurrit eligendus
iſtũ quandiu tenemus, non cogimur dicere
iniuſtis,non ſubditis,ſceleſtis,contaminatis,
parricidis,matricidis,homicidis,fornicatori
bus,maſculorũ cõcubitoribus,plagiarijs,mẽ
dacibus,periuris, & ſi quid aliud ſanæ doctri
næ aduerſatur, q̃ eſt ſcḋm Euangelium gloriæ
beati dei, ſi tantummodo in Chriſtum creda 1.Ti.1.
tis,& ſacramentum baptiſmi eius accipiatis, F
etiam ſi uitam iſtam peſsimam non mutaue
ritis, ſalui eritis. Vnde nec illa nobis mulier
Chananęa præſcribit,quia dominus ei quod
petebat dedit, cum ante dixiſſet, Non eſt bo Mat. 15.
num tollere panem filiorum & mittere ca-
nibus:

nibus:qa ille cordis inspector mutatam vidit
quam laudauit, & iō non ait. O canis magna
est fides tua: sed, O mulier magna ē fides tua.
Mutauit vocabulū, qa mutatū vidit affectū,
atq; illam correptionem ad fructū ꝑuenisse
cognouit. Miror aūt si laudaret in ea fidē sine
Iaco. 2. operibus: i. fidem non talē quę per dilectionē
iam possit operari: fidē mortuā: & qđ Iacob.
dicere minime dubitauit, fidē non christiano
rum, sed dæmonum. Postremo si istam Cha-
nanæam nolunt intelligere mutasse perditos
mores, qn̄ eam Xp̄s contēnendo & corripien
do redarguit, quoscunq; inuenerint tm̄modo
credere, uitam uero inquinatissimam nec sal
tem occultare, sed ēt libere profiteri, ac nolle
mutare, sanēt filios eorum, si pn̄t, sicut sanata
est filia Cananææ mulieris: non tn̄ eos faciāt
membra Xp̄i, cum ipsi esse non desinant mē-
G bra meretricis. Illud sanè non absurde intelli
gūt eum peccare in sp̄m sanctum, & esse sine
venia reum æterni peccati, qui usq; in finem
Gala. 5. vitæ noluerit credere in Xp̄m: sed si recte in-
Obstina- telligerent, qđ sit credere in Xp̄m. Non .n. hoc
tiin pec- est habere dæmonū fidem, quę rectè mortua
catis, nū perhibetur, sed fidem quæ per dilectionē ope
merito à ratur. Quæ cum ita sint, qn̄ tales ad baptismū
baptismo non admittimus, non ante tp̄s zizania euel-
repellan lere conamur, sed nolumus insuper sicut dia
tur. bolus zizania seminare: nec ad Christum uo
Capi. 17. lentem venire prohibemus, sed eos ad Chri-
stum uenire nolle, ipsa sua professione cōuin
cimus: nec vetamus Christo credere, sed de-
monstramus eos nolle Christo credere, qui
vel adulterium dn̄t non esse quod ille adulte
rium dicit esse: uel credunt adulteros eius mē
Gala. 5. bra posse esse, quos per Apostolum dicit, re-
1. Ti. 1. gnum dei non possidere: & sanæ doctrinę ad
Luc. 14. uersari, quæ est ſm Euangelium gloriæ bea
ti dei. Vnde non sunt isti inter eos deputādi,
qui ad conuiuium nuptiarum uenerunt, sed
inter eos qui uenire noluerunt. Cum .n. ipsi
doctrinæ Christi audent apertissimè contra-
dicere, & sancto aduersari Euangelio, nequa-
quam uenientes repelluntur, sed uenire con-
temnunt: qui autem seculo saltem uerbis, ēt
si non factis renunciant, veniunt, quidem &
H inter triticum seminantur, & in area conge-
runtur, & ouibus aggregantur, & retia sub-
eunt, & conuiuantibus admiscentur: sed in-
tus siue lateant, siue pateant, tunc erit rō tole
randi, si ptās nulla est corrigendi, nec ēt esse
esse præsumptio separandi. Absit aūt ut sic in
telligamus qđ scriptum est, ad conuiuiū nu- *Luc. 14.*
ptiarum adductos, quos inuenerūt bonos &
malos: ut eos adduxisse credanī, qui se malos
ꝑseueraturos professi sunt, Alioquin ipsi ser-
ui patrisfamilias zizania seminarunt, falsūq; *Mat. 13.*
erit illud, Inimicus aūt qui ea seminat, diabo
lus est. Sed quia hoc falsum esse non pōt, ad-
duxerunt serui bonos & malos, siue qui late-
rent, siue iam adducti & intromissi appare-
rent: siue bonos & malos dictum est, ſm quā
dam humanam conuersationem in qua ēt ij
qui nondum crediderunt, vel laudari uel ui-
tuperari solent. Vn̄ est ēt illud qđ dn̄s monet *Mat. 10.*
discipulos, quos ad Euangelium p̄dicandum
primitus mittit ut in quācunq; venerint ciui
tatem, quærāt quis illic dignus sit, ut apud eū
habitēt donec inde proficiscanī. Profecto ille
dignus quis erit, nisi qui existimatione suorū
ciuium bonus habebit? & quis indignus, nisi
qui eis malus innotuerit? Ex hoc utroq; gn̄e I
veniunt ad Christi fidem, & sic adducuntur
boni & mali, qua & illi mali à mortuis operi
bus pœnitentiam nō recusant. Si aūt recusant,
non intrare cupientes repelluntur, sed ab in-
troitu ipsi aperta contradictione discedunt.
Erit ergo & seruus ille securus, nec inter pi-
gros damnaī, ꝙ dn̄icum talentum noluit ero
gare, qn̄quidem illi noluerūt quod erogabat
accipere. Propter illos .n. hæc similitudo pro-
posita est, qui nolunt suscipere in Ecclesia di- *Mat. 25.*
spensatoris officium, desidiosam prætenden-
tes excusationem, nolle se rōnem reddere de
peccatis alienis: qui audiunt & non faciūt, i.
accipiunt & non reddunt. Cum uero dispen-
sator fidelis & diligens, in erogando paratissi
mus, & lucrorum dn̄icorum auidissimus, di-
cit adultero, Noli esse adulter, si uis baptizari:
crede Christo, qui hoc quod facis dicit esse a-
dulterium, si uis baptizari: noli esse membrū
meretricis, si uis fieri membrum Christi, ille
autem respondet, Non obedio, non facio: ip-
se non uult veram pecuniam dn̄icam accipe-
re, sed suam potius adulterinam uult thesau-
ris dominicis importare. Si autem se facturū
profiteretur, nec faceret, nec postea quolibet K
modo corrigi posset, inueniretur quod de il-
lo fieret, ne aliis inutilis esset, qui sibi utilis
esse non posset: ut si intra retia domini bona,

piſcis malus eſſet, non tñ piſces domini ſuis malis retibus irretiret, hoc eſt, ut ſi haberet in Eccleſia uitam malam, non tamen illic inſtitueret doctrinam malam. Cum.n. tales facta ſua talia defendunt, uel in eis ſe perſeueraturos apertisſime profitentes, admittuntur ad baptiſmum, nihil vñr aliud prædicare, niſi fornicatores, & adulteros ét uſq; in uitæ huius finem in ea nequitia permanentes regnũ dei poſſeſſuros, & merito fidei, quæ ſine operibus mortua eſt, ad uitam æternam ſalutemque uenturos. Hæc ſunt mala retia, quæ caue re debent præcipue piſcatores, ſi tñ illa euangelica ſimilitudine piſcatores Epiſcopi, uel inferioris ordinis Eccleſiarum præpoſiti intelligendi ſunt: quia dictum eſt, Venite & faciam uos piſcatores hominũ. Retibus enim bonis capi poſſunt piſces & boni & mali, retibus autem malis capi nõ poſſunt piſces boni. Quoniam in doctrina bona & bonus põt eſſe qui audit & facit, & malus qui audit & non facit: in doctrina vero mala, & qui eam veram putat, quamuis ei non obtemperet, malus eſt: & qui obtemperat, peior eſt. Illud ſanè mirabile eſt, ꝙ fratres qui aliter ſapiunt, cum debeant ab iſta uel noua uel vetere, perniciosa tñ opinione diſcedere ipſi inſuper di cunt nouam eſſe doctrinam, qua nequisſimi homines in ſuis flagitiis ſe perſeueraturos in propatulo profitentes, non admittuntur ad baptiſmum: quaſi neſcio ubi peregrinentur, qñ meretrices & hiſtriones, & quilibet alij publicæ turpitudinis profeſſores, niſi ſolutis aut diruptis talibus uinculis ad Chriſti ſacra non permittuntur accedere, qui utiq; ſcḋm iſtorum ſñiam omnes admitterentur, niſi antiquum, & robuſtum morem ſancta eccleſia retineret, ex illa. ſ. liquidisſima ueritate ueniẽtem, qua certum hẽt, qm̃ qui talia agunt, regnum dei non posſidebunt. Et niſi egerint ab his mortuis operibus pęnitentiam, accedere ad baptiſmum non ſinuntur. Si autem ſubrepſerint, niſi uel poſtea mutati egerint pœnitentiam ſalui eſſe non poſſunt. Sed ebrioſi, auari, maledici, & ſi qua alia uitia damnabilia apertis factis conuinci redarguique non poſ ſunt præceptis tamen & catechiſmis ualidisſime flagellantur, atque omnes tales mutata in melius uoluntate, ad baptiſmum uidentur accedere. Sed ſi forte adulteros, quos non

Iacob. 2.

Mat. 4.

L

Prohiberi malos à baptiſmo non nouum.

Capi. 18.

Gala. 5.

M

Exo. 20.

lex humana ſed diuina condemnat, i. qui alienas uxores tanquam ſuas habent, vel fęminæ alienos maritos, alicubi negligentius admitti ſolere aduerterunt, ex illis rectis debent conari iſta corrigere: hoc eſt, ut ét iſti non admittantur: non ex paruis illa recta deprauare, ut neq; de morum correctione catechizandos eſſe cenſeant competentes: & conſequenter oẽs ét illarum publicarum turpitudinem & ſcelerum profeſſores, hoc eſt meretrices, lenones, gladiatores, ac ſi quid hmõi eſt etiã in illis malis permanentes, admitti oportere arbitrentur. Oĩa quippe illa q̃ Apoſtol. enumerat, concludens, qm̃ qui talia agunt, regnum dei non posſidebunt: qui uehementius agũt, manifeſtata ſibi congruenter increpant, & reſiſtentes atq; in eis ſe permanſuros profitentes, ad accipiendum baptiſmũ non admittũt.

Gala. 5.

Non tantum ob tria flagitia licere excommunicare.

Capi. 19.

A

Qui aũt opinantur & cætera eleemoſinis facile compenſari, tria tamen mortifera eſſe non dubitant excõicatione punienda, donec pęnitentia humiliore ſanentur, impudentiã, idolatriam, homicidium. Neque nunc opus eſt quærere qualis ſit eorum iſta ſententia, & vtrum corrigẽda an approbanda, ne opus ſuſceptum mittamus in longum, ꝑ ꝑ eam quęſtionem, quæ huic abſoluendo minime neceſſaria eſt. Sufficit ét, & ſi oĩa non ſunt admittẽda ad baptiſmi ſacr̃m, inter hæc omnia eſt adulterium. Si autem tria illa ſola excipiẽda ſunt, ét in his trib. eſt adulteriũ, vnde iſta diſputatio mota eſt. Sed qm̃ malorum chriſtianorum mores, qui fuerunt antea ét pesſimi, habuiſſe nõ uidentur hoc malum, ut alienas uxores ducerent uiri, aut alienis uiris fęminæ nuberent: inde fortaſſe apud quaſdam eccleſias negligentia iſta ſurrepſit, ut in catechiſmis competentium nec quęrerentur nec repercuterentur hæc uitia. Atque inde factũ eſt, ut inciperent, & defendi: quæ tamen in baptizatis rara ſunt adhuc ſi ea non negligendo non defenſa faciamus. Talem quippe in quibuſdam negligentiam, in aliis imperitiã, in aliis ignorantiam probabiliter dominus ſomno in homine ſignificaſſe intelligit, ubi ait. Cum autem dormirent homines, uenit inimicus, & ſuperſeminauit zizania. Hinc autem exiſtimandum eſt nunc ea primum apparuiſſe in moribus, quamuis malorum chriſtianorum, quoniã beatus Cyprianus in epiſtola

Mat. 13.

B

Cyprianus in epistola de lapsis.

stola de lapsis, cum deplorando & arguendo multa commemoraret, quib. merito dicit indignationem dei fuisse commotam, ut intolerabili persecutione ecclesiam suam fineret flagellari, hæc ibi oĩno non nominat: cum ẽt illud non taceat, & ad eosdem mores malos pertinere cõfirmet, iungere cum infidelibus uincula matrimonij, nihil aliud esse asserens, q̃ prostituere gentibus membra Christi: quæ nostris tp̃ib. iam non putantur esse peccata: qm̃ reuera in nouo testõ nihil inde præceptũ est, & ideo aut licere creditum est, aut uelut dubium derelictum est. Sicut ẽt illud ambiguum est, utrum Herodes mortui duxerit an uiui fratris uxorem: & ideo non ita claret, q̃d Ioannes ei non licere dicebat. De concubina quoque, si professa fuerit nullum se alium cognituram, ẽt si ab illo cui subdita est, dimittatur: merito dubitatur, utrum ad percipiendũ baptismum non debeat admitti. Quisquis ẽt vxorem in adulterio deprehẽsam dimiserit, & aliam duxerit, non vr̃ æquandus eis, qui excepta cã adulterii dimittunt & ducunt. Et in ipsis diuinis sententiis ita obscurũ est, utrũ & iste, cui quidem sine dubio adulteram licet dimittere, adulter tñ habeatur si alteram duxerit, ut quantũ existimo uenialiter ibi quisque fallatur. Quamobrẽ quæ manifesta sunt impudicitię crimina, oĩmodo à baptismo ꝓhibenda sunt, nisi mutatione uoluntatis & pęnitentia corrigantur: quæ aũt dubia, oĩmodo conandum est ne fiant tales coniunctiones. Quid n. opus est in tm̃ discrimen ambiguitatis caput mittere? Si aũt factæ fuerint, nescio vtrum ij qui fecerint, similiter ad baptismũ non debere uideantur admitti. Quantum atti net igitur ad doctrinam salubrem ueritatis, ne cuiquam mortifero peccato perniciosissima securitas detur, uel ẽt pestilentiosissima tribuatur authoritas, iste curationis ordo est, ut baptizandi credant in deum patrẽ & filiũ & spiritumsanctum, eo ritu quo symbolum traditur: & à mortuis operib. agant pn̄iam, oĩumq; se omnino præteritorũ remissionẽ in baptismo accepturos esse nõ dubitent: nec vt peccare liceat, sed vt peccasse nõ noceat, vt sit factis remissionem permissio faciendi. Tunc vere dici põt, ẽt spiritaliter, Ecce sanus factus es, iã noli peccare: quod dñs de corporali sanitate iõ dixit, qm̃ sciebat ei quẽ saluũ

Matrimonium cum infidelibus.

Mat.14.

Herodes.

C

Quæ baptizandi facere debeant.

Capi.20.

D

Dan.5.

fecerat, meritis peccatorũ illũ ẽt carnis accidisse languorẽ. Ij aũt ei homini, qui & baptizandus adulter ingreditur, & baptizatus adulter egreditur, miror qũo dici existimẽt, Ecce sanus factus es. Quis. n. grauis & exitiabilis morbus erit, si adulterium sanitas erit.

Sed in tribus milibus, inquiunt, quos uno die Apostoli baptizarũt, & in tot milibus credentiũ in quib. Apostolus ab Hierusalẽ vsq; Illyricũ Euangeliũ repleuit, erãt vtiq; aliqui alienis uxoribus copulati, vel fœminæ alienis maritis: in quib. regulã Apostoli cõstituere debuerunt, quæ deinceps in Ecclesijs seruaretur: utrũ non admitterentur ad baptismũ, nisi illa adulteria correxissent. Quasi non similiter aduersus eos dici possit, ꝙ non inueniunt, aliquẽ cõmemoratũ, qui cum talis esset, admissus est. Aut uero possint singulorũ hominum crimina quod infinitũ erat, commemorari, cum generalis illa regula satis superq; sufficiat, vbi Petrus pluribus uerbis testificans baptizandis, ait: Eripite vos ab hoc seculo prauo. Quis enim dubitet ad huius seculi prauitatem adulteria pertinere, & illos q̃ elegerunt in eadem iniquitate persistere? Similiter aũt dici põt publicas meretrices, quas vtiq; ad baptismũ, nisi ab illa turpitudine liberatas, nulla admittit ecclesia, potuisse inueniri in tot milibus tunc credentiũ per tot gẽtes, & de his suscipiendis uel prohibendis cõstituere Apostolos exempla debuisse. Veruntamen de quibusdam minoribus possumus coniectare maiora. Si enim ad baptismũ Ioãnis uenientes publicani prohibiti sunt aliq̃d amplius exigere, q̃ quod eis fuerat constitutum, miror si uenientibus ad baptismũ Christi posset permitti adulterium. Commemorauerunt ẽt Israelitas multa mala & grauia perpetrasse, & effudisse multum sanguinem Prophetarũ, nec tamen ex his factis penitus meruisse deleri, sed ex infidelitate sola, qua in Christũ credere noluerunt: nõ intuentes q̃a peccatũ eorũ non hoc solũ fuit, quia in Christum non crediderunt, uerumetiã quia Christũ occiderunt: quorũ unum pertinet ad crimen incredulitatis, alterũ ad crimen crudelitatis. Illud ergo est cõtra fidẽ rectã, istud contra bonam uitam. Vtroq; aũt uitio caret, qui fidem Christi hẽt; non sine operibus mortuã quæ etiam in dæmonibus inuenitur, sed fi-

Apostol. grauibus peccatis obnoxios nõ admisisse ad baptismum.

Capi.21.

E

Acto. 2.

Lucæ. 2.

F

Iacob. 2.

Gala. 5. dem gratię, quæ per dilectionem operať. Hęc eſt fides de qua dr̃. Regnum cęlorum intra Luc. 17. uos eſt. Hanc.n. diripiunt, qui uim faciũt credendo, impetrãtes ſpiritum charitatis: ubi eſt plenitudo legis, ſine qua lex in litera reos fa- Rom. 13. ciebat ẽt præuaricationis. Non itaq; putandũ Mat. 11. eſt iõ dictum, Regnum cœlorum uim patiť, & qui uim faciunt, diripiunt illud: quia ẽt mali tm̃modo credendo & peſſime uiuendo perueniunt in regnum cęlorum: ſed quia reatus ille præuaricationis, quẽ ſola lex.i. litera ſine ſpiritu iubendo faciebat, credendo ſoluiť, & Rom. 5. uiolentia fidei ſpiritusſanctus impetratur: ꝑ quem diffuſa charitate in cordib. noſtris, lex non timore pęnæ, ſed iuſtitiæ amore comple- Non ſufficere fide ſolum credere. tur. Nequaquam ergo mens incauta fallatur, ut ſe exiſtimet deum cognouiſſe, ſi eum fide mortua, hoc eſt ſine bonis operib. cõfiteatur more dæmonum: & ideo ſe iam non dubitet Cap. 12. ad uitam eternam eſſe uenturam, quia dñs di- Ioan. 17. cit, Hæc eſt autem uita æterna, ut cognoſcãt

G

1. Io. 2. te unum uerũ deum, & quem miſiſti Ieſum Xpm. Venire quippe dẽt ẽt illud in mentem, quod ſcriptum eſt, In hoc cognoſcimus eũ, ſi mandata eius ſeruauerimus. Qui dicit, quia cognouit eũ, & mandata eius non ſeruat, mẽdax eſt, & in hoc veritas non eſt. Et ne quiſquam exiſtimet mãdata eius ad ſolam fidem pertinere: quãquam dicere hoc nullus eſt auſus, præſertim quia mãdata dixit, quæ ne multitudine cogitationes parerent, in illis duob. Mat. 22. tota lex pendet & Prophetæ: licet rectè dici Gala. 5. poſſet ad ſolam fidem pertinere dei mandata ſi non mortua, ſed uiua illa intelligatur fides, quæ per dilectionem operatur: tñ poſtea Ioãnes ipſe aperuit quid diceret, cũ ait, Hoc eſt mãdatum eius, ut credamus nomini filij eius 1. Io. 3. Ieſu Chriſti, & diligamus inuicẽ. Hoc itaque prodeſt in deũ recta fide credere, deũ colere, deũ noſſe, ut & bene uiuendi ab illo ſit nobis auxiliũ, & ſi peccauerimus, ab illo indulgentiã mereamur: non in factis q̃ odit ſecuri ꝑſeuerantes, ſed ab eis recedentes, eiq; dicentes, Pſal. 40. Ego dixi dñe miſerere mei, ſana aĩam meam qm̃ peccaui tibi: qđ non habent cui dicant, q̃ non in eum credunt: & fruſtra dñt, qui cũ tã

H

lõge ab illo ſint, à gr̃a mediatoris alieni ſunt. Hinc illa uerba ſunt in libro ſapientiæ, quæ neſcio quõ intelligit pernicioſa ſecuritas, Et Sap. 15. ſi peccauerimus, tui ſumus: qm̃.ſ. bonum & magnum deum hẽmus, qui uelit atq; poſſit pœnitentium peccata ſanare, non qui minime audeat permanẽtes in malignitate diſperdere. Deniq; cũ dixiſſet, Tui ſumus addidit, ſcientes potentiam tuam: utiq; potentiã cui ſe ſubtrahere nequeat, aut occultare peccator. Ideoq; ſecutus adiunxit, Nõ peccauimus aũt, ſcientes qm̃ tui ſumus deputati. Quis.n. digne cogitans habitationem apud deum in qua oẽs prædeſtinatione ſunt deputati, q̃ ſc̃m propoſitum uocati ſunt, nõ eniteť ita uiuere ut tali habitationi congruat? Quod ergo & 1. Io. 2. Ioannes dicit, Hæc ſcripſi uobis ut non peccetis, & ſi quis peccauerit aduocatum hẽmus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt exoratio pro peccatis noſtris: non id ait ut cum ſecuritate peccemus, ſed ut recedentes à peccato, ſi quid admiſſum eſt, ꝑ ꝑ illum aduocatum, quem non habent infideles minime de indulgentia deſperemus.

I

Nec de his igť uerbis mitior illa conditio ꝓmittenda eſt, ſic in deũ credere uolentib. ut Iudicare & iudiciũ quid ſignificet in ſacris literis. ꝑmaneãt in perditis morib. multo minus de illis ubi Apoſt. ait, Qui ſine lege peccauerũt, ſine lege peribunt. Qui aũt in lege peccauerunt, per legẽ iudicabũtur: tanq̃ hoc loco aliquid diſtet inter perire & iudicari, cũ aliover- Capi. 23. bo hoc idẽ ſiñatum ſit. Solent.n. ſcripturæ iu- Rom. 2. dicium ẽt pro æterna damnatione ponere. Sicut in Euangelio dñs loquitur, Veniet hora in qua oẽs qui ſunt in monumentis audient Ioan. 5. vocem eius: & procedent qui bene fecerunt in reſurrectionem uitæ: qui aũt male egerũt in reſurrectionẽ iudicij. Neq; illud dictũ eſt, hoc qui crediderunt, illud autem nõ qui nec crediderunt: ſed hoc illi qui bene egerunt, illud qui male egerunt. Inſeparabilis eſt quippe bona uita à fide, quæ per dilectionem operať: imò uero ea ipſa eſt bona uita. Videmus Gala. 5. reſurrectionem iudicij dixiſſe dñm pro reſurrectione damnationis æternæ. De oĩb. quippe reſurrecturis, ubi proculdubio erant ẽt ij qui oĩno non credunt, neq;.n. ipſi nõ ſunt in monumentis, duas partes fecit, alios in reſurrectionem uitæ, alios in reſurrectionem iudicij reſurrecturos eſſe declarans, Quòd ſi dicunt, non ibi intelligendos ẽt eos qui oĩno K non credunt, ſed eos qui per ignẽ ſalui erunt quia crediderunt, etiam ſi male uixerunt, ut eorum tranſitoriam pœnam iudicij nomi-

ne significatum arbitrentur. Quanquam hoc imprudentissime dicatur, cum oĩno dñs oẽs resurrecturos, in quibus sine dubio & increduli erunt, in duo diuiserit, vitam & iudiciũ: ita uolens iudicium æternum intelligi q̃uis hoc non addiderit sicut & vitam, neq;.n. ait in resurrectionem uitæ æternæ, cũ aliud utique intelligi noluerit. Videãt tñ quid rñsuri sint ubi ait, Qui aũt nõ credit, iam iudicatus est. Nam hic proculdubio aut iudicium pro pœna ęterna positum intelligunt, aut p̃ ignẽ saluos futuros ẽt incredulos dicere audebũt: qm̃ qui non credit, inquit, iam iudicatus est: hoc est, iã iudicio destinatus: & non erit qđ pro magno beneficio polliceantur credentibus nequiterq; uiuentibus, qm̃ & ij qui non credunt non erunt perdendi, sed iudicandi. Quod si dicere non audent, non audeant aliquid mitius polliceri eis de quib. dictũ est, p̃ legem iudicabunt: quia constat iudicium ẽt pro æterna damnatione solere non minari. Quid q, inuenimus non solũ minime mitioris, verumẽt deterioris conditionis esse illos qui scientes peccant. Hi sunt.n. maxime qui legem acceperunt. Nam sicut scriptũ est, Vbi lex nõ est, nec p̃uaricatio. Hinc.n. est & illud, Concupiscentiam nesciebã nisi lex diceret, Non concupisces, Occasione itaque accepta peccatum per mãdatum operatum est in me oẽm concupiscentiã: & alia multa, q̃ de hac re idem Apost. dicit. Ab hoc reatu grauiore, liberat gr̃a spiritussancti p̃ Iesum Xp̃m dñm nr̃m, q̃ diffusa charitate in cordib. nr̃is donat iustitiæ delectationẽ, qua immoderatio cõcupiscentiæ superet. Hinc itaq; confirmat, non solum nihil mitius, sed grauius aliquid intelligendũ, de quib. dictum est, Qui in lege peccauerunt per legẽ iudicabunt: q̃ de illis qui sine lege peccãtes sine lege peribunt. Nec p̃ pœna trãsitoria hoc loco dictum iudiciũ, sed pro ea qua ẽt non credentes iudicabunt. Nã qui hac utunt sñia ad promittendã salutem per ignem, illis qui ẽt credentes pessime uiuunt, ut eis dicant. Qui sine lege peccauerũt, sine lege peribũt: qui aũt in lege peccauerũt per legẽ iudicabunt: tanq̃ dictum sit, Nõ peribunt, sed p̃ ignem salui erũt: nec illud attẽdere potuerunt, hoc Apost. de illis qui sine lege, & illis qui in lege peccauerunt dixisse, cũ de gentib. & de Iudæis ageret: ut non tm̃ gẽtibus, sed utriusq; gr̃am Christi, quã liberarẽtur, necessariã demonstrare: quod totum ipsa epistola ad Romanos euidenter ostẽdit. Iã ergo ẽt Iudæis in lege peccantibus, de quib. dictum est, Per legem iudicabunt, non eos liberante gr̃am Christi promittant, si placet, per ignẽ salutem: qm̃ de his dictũ est, Per legẽ iudicabunt. Qđ si non faciunt, contra seipsos ueniunt, qui eos grauissimo infidelitatis crimine obstrictos esse dñt, ut qđ trãsferunt ad infideles, & fideles, in eo quod ad fidẽ Christi attinet, illud quod dictum est, de ijs qui sine lege & ijs qui in lege peccauerunt, cũ de Iudæis & de gentib. ageret, ut ad Christi gratiã utriq; inuitarent. Neq;.n. dictum est. Qui sine fide peccauerũt, sine fide peribunt: qui aũt in fide peccauerunt, per fidem iudicabuntur: sed sine lege dictum est, & in lege: ut satis appareret illã cãm tangi, q̃ inter gentes & Iudæos agebat, non quæ inter bonos malosque christianos. Quanquam si illo loco legẽ pro fide accipi uolunt, qđ nimis importunũ absurdum est, ẽt hinc apertissimam pñt legere sñiam Apostoli Petri, qui cũ loqueretur de ijs qui in occasionẽ carnis acceperant, & in velamentum malitię quod scriptum est, Nos ad nouũ testm̃ pertinentes, non ancillæ filios esse, sed liberæ, qua libertate Xp̃s nos liberauit: & putauerant hoc esse libere uiuere, ut tã quam de tanta redemptione securi, quicquid liberet licere sibi arbitrarentur, non intuẽtes quod dictum est: Vos in libertatẽ uocati estis fratres, tm̃ ne libertatem in occasionẽ carnis detis: unde & ipse Petrus dicit: Liberi non sicut uelamentum malitiæ habentes libertatẽ: ait de illis & secũda epistola sua: sunt fontes sicci, & nebulæ à turbine exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruata est: superba.n. uanitatis loquentes illiciunt in concupiscentiis carnis impudicitiæ eos, qui paululũ effugerunt, in errore conuersati, libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. A quo.n. quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Si.n. refugientes coinquinationes mundi in agnitionem domini nostri, & conseruatoris Iesu Christi, his rursus implexi superantur, facta sunt illis posteriora deteriora priorib. Melius.n. erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quàm cognoscentibus retrorsum reflecti à traditio sibi sancto manda-

Marginalia: Ioan.3. — 1.Io. — L — Rom.4. — Rom.7. — Rom.5. — Rom.2. — M — Rom.2. — Libertas fidei non sit fidelibus uelamen malitiæ. Capi.24. — A — Galat.4. — Galat.5. — 1.Pe.2. — 2.Pet.2. — B

dato. Cōtigit enim illis res ueri ꝓuerbij, Ca
nis reuersus ad suum uomitū: & sus lota in
uolutabris cœni. Quid adhuc ꝓmittitur cō-
tra istā manifestissimā ueritatē conditio me
lior, ijs q cognouerunt uiam iustitiæ, hoc est
Ibidem. dñm Christū. & ꝑditè uiuūt, quasi oīno non
cognouissent: cū apertissime dicatur, Melius
erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, q̃ co-
Sanctū mandatum quid idque cognoscentes ac transgredientes quæ pœna maneat. gnoscentibus retrorsum reflecti a tradito si-
bi sancto mandato? Neq;.n. illud hoc loco in
telligendū est sanctū mādatum, quo pceptū
est ut in deū credamus: quanq̃ eoipso totum
contineā, si eā intelligamus fidē credentium
q̃ per dilectionē operaā. sed aperte expressit
q̄ diceret sanctum mandatum .i. quo pceptū
est, ut ab huius mundi coinquinationib. rece
dentes, casta conuersatione uiuamus. Sic.n.
ait, Si.n. refugientes coinquinationes mūdi
Ca. 25. in agnitionē dñi nostri, & conseruatoris Ie-
2. Pet. 2 su Christi, his rursus implexi superantur, fa-
C cta sunt illis posteriora deteriora prioribus.
Non ait refugientes ignorantiā dei, aut refu
gientes infidelitatē seculi, uel tale aliqd: sed
coinquinationes mundi, in quib. est utiq; oīs
immunditia flagitiorū. Nā de his superius lo
Ibidem. quens, dixit, Coepulantes uobiscum, oculos
habentes plenos adulterij & indesinētis pec
cati. Iō etiā fontes siccos eos appellat, fontes
uidelicet, q̄ acceperint agnitionē dñi Chri
sti: siccos, autē qa non congruenter uiuunt.
De talib. quippe etiā Iudas Apostolus loquēs
ij sunt, inquit, qui in dilectionib. uestris ma-
culati coepulātur sine timore semetipsos pa
Ibidem. scentes, nubes sine aqua: & cætera. Qđ.n. Pe-
trus ait, Coepulantes uobiscum, oculos ha-
bētes plenos adulterij: hoc Iudas, in dilectio
nib. uestris maculati coepulantur. Mixti sūt
.n. bonis in epulis sacramentorū & dilectio-
Iudæ unico capite. nib. plebium. Et q̄ Petrus ait, fontes siccos:
hoc Iudas, nubes sine aqua: hoc Iacob. fides
mortua. Nō itaq; promittiā pœna ignis tran-
sitoria turpiter sceleratēq; uiuentib. quia uiā
iustitiæ cognouerunt, quib. melius erat non
cognoscere, sicut ueracissima scriptura testa
D tur. De talib. quippe etiā dñs ait: Et erunt no
Mat. 12. uissima illius hominis peiora q̃ erant prima
Luc. 11. quoniam purgationis suæ habitatorem spiri
tum sanctum nō recipiens, fecit in se immū-
dum spiritum multipliciorē redire. Nisi for-
te ideo sunt isti de quib. agitur meliores ha-
bendi, qa nō redierunt ad immunditiā adul
teriorum, sed ab ea non recesserunt, nec pur
gati se rursus inquinauerunt, sed purgari re-
cusauerunt. Neq;.n. ut reuelata cōscientia in
trent baptismū, dignantur saltē uomere pri
stinas immunditias, quas canum more iterū
sorbeant, sed in lauacri ipsius sanctitate ꝑti-
naciter crudo pectore indigestā nequitiā te-
nere cōtendunt: nec occultāt eā pollicitatio-
ne uel ficta, sed impudentia professionis eru
ctant: nec exeuntes de Sodomis more vxoris
Loth in pterita iterum attendunt, sed omni- *Ge. 19.*
no de Sodomis dedignantur exire, immo ad
Christum cū Sodomis conātur intrare. Pau-
lus Apostolus dicit: Qui prius fui blasphemus
& ꝑsecutor, & iniuriosus, sed misericordiā *1. Ti. 1.*
consecutus sum, quia ignorans feci in incre
dulitate. Et istis dicitur, Tunc potius miseri-
cordiam consequimini, si scientes male uixe
ritis in ipsa fide. Nimis longum est, & penè E
infinitum omnia testimonia scripturarū uel
le colligere, quib. apparet non solum nō esse
mitiorem causam eorum qui scientes, q̃ qui
nescientes uitam nequissimam & iniquissi-
mā ducunt, uerumetiā hoc ipso esse grauio
rē. Proinde ista suffecerint. Caueamus ergo *Baptismi*
diligenter in adiutorio domini dei nostri nō *Christianorum uita respondeat.*
facere homines male securos, dicentes, q̄ si
fuerint in Christo baptizati, quōlibet in ea fi
de uixerint, eos ad salutem æternam esse uē-
turos: nec sic faciamus Christianos quomo- *Ca. 26*
do Iudęi proselytos, quibus dominus ait. *Mat. 23.*
Væ uobis Scribæ, & Pharisæi, qui circumi-
tis mare & terram facere unum proselitum:
cum autem feceritis, facitis eum filium ge-
hennæ duplo quam uos estis: sed potius sa-
nam doctrinam dei magistri in utroque te-
neamus, & sancto baptismo consona sit uita
Christiana, ne tanq̃ homini si utrumlibet de
fuerit uita promittatur æterna. Qui.n. dixit,
Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu nō *Ioan. 3.*
intrabit in regnum cœlorum. ipse etiā dixit *Mat. 5.*
Nisi abundauerit iustitia uestra super Scriba
rum, & Pharisæorum, non intrabitis in re-
gnum cœlorum. De illis quippe ait: Scribæ
& Pharisæi super catedram Moysi sedent: q̃ F
dicunt facite, quæ autem faciunt facere no- *Mat. 23.*
lite; Dicunt enim & non faciunt. Ergo
iustitia eorum est dicere, & non facere: ac ꝑ
hoc nostrā esse uoluit abundantem super il-
lorum

lorùm dicere & facere, quæ si non fuerit, non intrabitur in regnũ cęlorũ. Nõ quia quisquã ita dẽt extolli, ut non dicã apud alios iactare, sed apud seipsum putare audeat, se in hac uita esse sine peccato: sed nisi essent quędã ita grauia ut etiam excommunicatione plectenda sint non diceret Apostolus: Congregatis vobis & meo spũ tradere eiusmodi hominẽ Satanæ in interitũ carnis, ut spũs saluus sit in die dñi Iesu. Vñ ẽt dicit: Ne lugeã multos ex ijs qui ante peccauerunt, & nõ egerũt pœnitentiã sup immũditiã & fornicationẽ quam gesserunt. Itẽ nisi essent q̃dã nõ ea humilitate pœnitentię sananda qualis in ecclesia dat̃ eis q̃ proprie pœnitẽtes uocãtur, sed q̃buſdã correptionũ medicamentis, non diceret ipse dñs, Corripe eũ inter te & ipsum solũ, & si te audierit lucratus es fratrẽ tuũ. Postremo nisi essent q̃dã sine quib. hæc uita nõ agitur, non quotidianã medelã poneret in orõne quam docuit, ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Iã satis, quantũ arbitror, de illa tota opinione q̃d mihi uideretur exposui, ubi tres q̃stiones mouerunt. Vna de permixtione in ecclesia bonorũ & malorũ tanquam tritici & zizaniorũ: vbi cauendũ est ne ideo putemus esse propositas istas similitudines, uel hãc vel de immundis in arca aĩalibus, uel q̃cũq; alia idẽ significãt, ut dormiat ecclesiæ disciplina, de qua in figura illius mulieris dictũ est, Seueræ sunt conuersationes domus eius, sed vt nõ eousq; progrediatur demẽtię potius temeritas, q̃ seueritas diligentiæ, ut quasi bonos a malis per nefaria schismata separare præsumat. Neq;.n. p has similitudines, & prenũciationes consilium desidiæ datũ est bonis, qua negligant q̃d prohibere debẽt, sed patientię qua perferant salua doctrina ueritatis quod emẽdare nõ ualẽt. Nec q̃a scriptũ est introisse ad Noe in arcã ẽt immũda aĩalia: nõ prępositi uetare non debent, si q̃ immũdissimi ad baptismmu uelint intrare saltantes, quod est certè mitius q̃ mœchantes: sed per hanc figuram rei gestæ prænunciatũ est immundos in ecclesia futuros p̃p̃ tolerantiæ rõnem, non p̃p̃ doctrinæ corruptionẽ, uel disciplinæ dissolutionẽ. Nõ.n. quacũq; libuit intrauerunt immũda aĩalia arcæ cõpage confracta, sed ea integra per unũ atq; idẽ ostium, quod artifex fecerat. Altera q̃stio est, in qua eis uisũ est fidẽ solam baptizandis esse tradendã, postea uero iam baptizatos docendos esse de moribus: sed satis demonstratũ est, nisi fallor, tunc magis pertinere ad curam speculatoris, cum omnes qui fidelium cõpetũt sacr̃m, omnia quæ dñr intentius & solicitius audiunt, non tacere de pœna, quã male uiuentib. dñs comminatur, ne in ipso baptismo rei sint grauissimorum criminũ, quo ueniunt ut remittatur reatus omnium pc̃torũ. Tertia q̃stio periculosissima, qua parũ considerata, & non s̃m diuinũ eloquium pertractata, tota illa opinio mihi uidetur exorta, in qua promittitur scelestissime turpissimeq; uiuentibus, etiam si eo mõ uiuere perseuerent, & tãmodo credant in Christũ, eiusq; sacramẽta percipiant, eos ad salutẽ uitamq; æternã esse uenturos: contra apertissimã dñi sententiã, qui desideranti uitam ęternam, respondit, Si uis uenire, ad uitam, serua mandata: & cõmemorauit q̃ mandata, ubi ea.s. peccata uitantur, quibus nescio q̃uõ salus æterna promittitur p̃p̃ fidem sine operibus mortuam. De his tribus q̃onibus satis, quantũ existimo, disputaui demonstrauique sic tolerandos in ecclesia malos, ut non negligatur ecclesiastica disciplina: sic catechizandos eos, qui baptismũ petunt, ut nõ solũ audiant atq; suscipiant quid credere, uerumetiam qualiter uiuere debeant: sic promitti fidelibus uitam æternam, ut non etiam per fidem mortuam, quę sine operibus saluare nõ potest, ad eam se quisq; peruenire posse arbitretur, sed per illam fidẽ gratiæ, quæ per dilectionẽ operatur. Nõ itaq; culpentur dispensatores fideles, non sua negligentia uel pigritia, sed quorundam potius contumacia, qui pecuniam dominicam recusant accipere, & adulterinam suam cogunt seruos dominicos erogare: dum nolunt saltem tales esse mali, quales sanctus Cyprianus commemorat, seculo uerbis solis & non factis renunciantes: quando nec uerbis renunciare diaboli operibus uolunt, cum se in adulterio permansuros uoce apertissima profitentur, Si quid ab eis dici solet, quod fortè disputando non attigi, tale esse arbitratus sum, cui mea responsio necessaria non fuisset: siue quod ad rem, de qua agitur, non pertinet, siue quod tam leue esset, ut a quolibet redargui facillimè posset.

Marginalia: 1.Cor.5. — 1.Co.12 — 1.Ti. — Mat.12. — G — Matt.6. — Epilogus prædictorum. — Cap.27. — Prou.2. — Gene.3. — H — Mat.19. — I — Iacob.2. — Gala.5. — K

D. AVRELII AVGVSTTINI HIPPONENSIS EPISCOpi Quæstionum super Genesim, Liber primus.



Vm scripturas sanctas, quæ appellantur canonicæ, legendo & cum aliis codicib. ſm Septuaginta interpretationem conferendo percurreremus, placuit eas qõnes, quæ in mentem uenirent, siue bř commemorando, uel ēt pertractando tm̄mō proponerentur: siue ēt qualitercunque tanq̃ à festinantibus soluerentur, stylo alligare ne

L de memoria fugerent. Non ut eas satis expli-caremus, sed ut cum opus esset, possemus inspicere: siue ut admoneremur q̃d adhuc esset requirendum, siue ut ex eo quod iam uidebatur inuētum ut poteramus, essemus & ad cogitandum instructi, & ad respondendum parati. Si quis igitur hæc legere ꝑ ꝑ incultū in nostra festinatione sermonem non fastidierit, si quas qões propositas inuenerit nec solutas, non ideo sibi nihil collatum putet. Nōnulla.n. pars inuentionis est, nosse quid quęras. Quarum aūt solutio placuerit, non ibi uile contemnat eloquium, sed de aliqua participatione doctrinæ potius gratuletur. Nō.n. disputatio ueritate, sed ueritas disputatione requiritur. Exceptis ergo iis quę à principio, ubi deus cœlum & terram fecisse narratur, usq; ad dimissionem duorum hominum primorū de paradiso, tractari multipliciter possunt, de quib. alias quantum potuimus disseruimus: hæc sunt quæ legentib. nobis occurrē-

1 *Gene. 4.* tia uoluimus literis attingere. Qūo Cain potuerit condire ciuitatem, cum ciuitas alicui utiq; constituatur hominum multitudini, illi aūt duo parentes & duo filii fuisse referan-

M tur, quorum filiorum ab altero alter occisus est, in cuius occisi locum alius natus esse narratur? An ideo qõ est, qm̄ qui legunt, putant solos tunc fuisse homines quos diuina scriptura commemoret, nec aduertunt eos qui prius sint cōditi duos, uel eos ēt quos genuerunt tam diu uixisse, ut multos gignerent. Non.n.& Adam ipse eos solos genuit, quorū nomina leguntur, cum de illo scriptura loquens ita concludat, ꝙ genuerit filios & filias. Proinde cum multo pluribus illi uixerint annis, q̃ Israelitæ in Aegypto fuerūt, q̃s non uideat q̃ multi hoīes nasci potuerūt, uñ illa ciuitas impleret, si Hebrei multo minore tꝑe ita multiplicari potuerunt? Quæri solet, 2

Gene. 5. qūo Mathusalem ſm annorū computationē uiuere post diluuium potuerit, cum oēs, præter eos qui in arcam ingressi sunt, perisse dicant. Sed hanc qōnem plurium codicū mendositas peperit. Nō solum quippe in Hebræis aliter inuenitur, uerumēt in septuaginta interpretatione, Mathusalē in codicib. paucioribus, sed ueracioribus, sex annos añ diluuiū reperitur fuisse defunctus. Item quærit, quē- 3

Gene. 6. admodum potuerint angeli cum filiab. hominū concumbere, unde gigantes nati esse ꝑhi-

A bentur: q̃uis nonnulli & Latini & Græci codices, nō angelos habeant, sed filios dei, quos quidā ad soluendā istam qōnem iustos hoīes fuisse crediderunt, qui potuerunt ēt angelorum noīe nuncupari. Nā de hoīe Ioanne scriptum est, Ecce ego mitto angelum meū ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam. Sed hoc mouet, qūo uel ex hominum concubitu nati sint gigantes, vel fęminis miscere se potuerunt, si non hoīes sed angeli fuerunt? Sed de gigantib. i. nimium grandib. atq; fortibus, puto non esse mirandū ꝙ ex hominib. nasci potuerunt, q̃ & post diluuium quidam tales fuisse reperiunt: & quędam corpora hominū ad incredibile modū ingentia, nr̄is, quoque tꝑib. extiterunt, non solū uirorum, uerumēt fœminarum. Vñ credibilius est hoīes iustos appellatos, uel angelos, uel filios dei, concupiscentia lapsos peccasse cū fœminis, q̃ angelos carnē non habentes usq; ad illud peccatū descendere potuisse: q̃uis de quibusdā dæmonibus, qui sunt improbi mulieribus, à multis tā multa dicant, ut non facile sit de hac re definienda sn̄ia. De arca Noe quæri solet, utrū 4

Gene. 6. tanta capacitate quanta describit, aīalia oīa, quæ in eam ingressa dn̄r, & escas eorū ferre potuerit. Quam qōnem cubito geometrico soluit Origenes, asserens non frustra scripturam dixisse, ꝙ Moyses oī sapientia Aegyptiorum fuerit eruditus, qui Geometricā dilexe- *Acto. 7.*

runt. Cubitum aūt Geometricum dicit tantū valere quātum nr̄a cubita sex ualent. Si ergo tam magna cubita intelligamus, nulla quæstio est, tantæ capacitatis arcam fuisse ut posset illa oīa continere. Item quæritur, utrum *Cubitus geometricus.*

arca

Gene. 6. arca tam magna centū annis potuerit fabri-
cari à quatuor hoīb.i. Noe & trib. filiis eius.
Sed si non potuit, nō erat magnū fabros alios
adhibere: q̄uis operis sui mercede accepta
non curauerint utrum eam Noe sapiēter, an
uero inaniter fabricaret. Et iō non in eā intra
uerunt, q̄a non crediderunt qđ ille credide-
6 rat. Quod ait cū de arcæ fabricatione loque-
Gene. 6. ret, inferiora bicamerata, & tricamerata fa-
cies ea: queri solet, Nū inferiora futura erant
bicamerata & tricamerata. Sed in hac distin-
ctione totam structurā eius intelligi uoluit,
ut hēret inferiora, hēret media & superiora,
q̄ appellantur tricamerata. In prima quippe
habitatione.i. in inferioribus semel camerata
C erat arca, in secunda uero habitatione supra
inferiorem iā bicamerata erat, ac per hoc in
tertia supra secundam tricamerata erat. Qm̄
7 non solum uiuere, sed ēt pasci in arca aīalia
Gene. 6. deus dixit, & iussit ut Noe ab oīb. escis sume
ret sibi & illis, q̄ ad illum fuerant ingressura.
Quæritur q̄uo ibi leones uel aquilæ, quæ cō-
sueuerūt carnib. uiuere, pasci potuerint: utrū
& aīalia p̄ter illum numerū p̄p aliorū escā
fuerint intromissa, an aliq̄n p̄ter carnes, qđ
magis credendū est, à uiro sapiēte, uel deo de
monstrante prouisa sint, q̄ talium quoq; aīan
8 tium escis conuenirent. Qđ scriptum est, A
Gene. 7. uolatilib. mundis, & à uolatilib. immūdis, &
à pecorib. mundis, & à pecorib. immūdis, &
ab oīb. serpentib. in terra: qđ deinde non ad-
ditur, subaudit̄ mundis & immundis: & adiū
gitur, Duo & duo intrauerunt ad Noe in ar-
cā, masculus & fœmina. Quæritur q̄uo supe
rius distinxerit duo & duo ab immundis: nūc
aūt siue à mundis siue ab immundis duo &
duo dicat intrasse. Sed hoc refert̄ non ad nu-
merum mundorum uel immundorū aīaliū,
sed ad masculum & fœminā, quę in oīb. siue
mundis, siue immūdis duo sunt masculus &
fœmina. Notandū quod scriptum est, in quo
9 est spiritus uitæ: non solum de hominib. sed
Gene. 7. D ēt de pecorib. dictum p̄p illud, qđ quidā de
spiritusancto uolunt intelligere, ubi scriptū
est, Et insufflauit deus in faciem eius spiritū
uitæ: quod melius quidam codices habēt, fla
Gene. 2. tum uitæ. De mōtium altitudine, quam oēm
10 scriptum est trāscendisse aquam cubitis quin
Gen. 7. decim, quidā non recte dubitant p̄p Olym-
pi montis historiam. Si.n. terra inuadere po-
tuit spatium tranquilli illius aeris ubi dr̄, nec
nubes uideri, nec uentos sentiri, cur non &
aqua crescendo? Quod scriptum est, Exaltata 11
est aqua super terrā cētū quinquaginta dies. Gen. 7.
Quærit̄ utrum usq; ad hunc diē creuerit, an
per tot dies in altitudine qua creuerat manse
rit: qm̄ alij interpretes planius vñr hoc dice-
re. Nā Aquila dixit, obtinuit, Symmachus, p̄-
ualuerunt aquæ. Quod scriptum est, exaltatā
esse aquam post centū quinquaginta dies, & 12
adductum esse spiritū super terrā, & desiisse Gen. 8.
aquam, & conclusos fontes abyssi, & catara-
ctas cœli, & detentā pluuiam de cœlo. Quæ
ritur utrum post centum quinquaginta dies
hæc facta sint, an per recapitulationem oīa
commemorata sint, q̄ post quadraginta dies
pluuiæ fieri cœperunt, ut hoc solū ad cētum E
quinquaginta dies p̄tineat, qđ usq; ad ipsos
aqua exaltata est: aut de fontib. abyssi cessāte
iā pluuia, aut q̄a mansit in altitudine sua, dū*
in illo spiritu siccaret, Cętera uero quæ dicta *A. L.
sunt, nō post centum quinquaginta dies oīa nullo spi-
facta sint, sed commemorata sint oīa, quæ ex ritu.
fine quadraginta dierū fieri cœperunt. Quod 13
scriptū est, dimissum esse coruū, nec rediisse: Gen. 8.
& dimissam post eū colūbā, & ipsam rediisse
qđ non inuenisset requiē pedib. suis, qō solet
oboriri. Vtrū coruus mortuus sit, an aliquo
mō uiuere potuerit: quia utiq; si fuerit terra
vbi requiesceret, ēt columba requiē potuerit
inuenire pedib. suis. Vñ coniicit̄ à multis q̄
cadaueri potuerit coruus insidere, qđ colūba
naturaliter refugit. Item qō est q̄uo columba 14
non inueniret ubi resideret, si iam sicut nar- Gen. 8.
rationis ordo contexit, nudata fuerant cacu
mina montiū. Quæ qō vr̄ per recapitulatio- F
nē posse dissolui, ut ea posterius narrata in- 15
telligant̄, quæ pri⁹ facta sunt, an potius aquæ Gen. 8.
nōdum siccatæ fuerant. Quid sibi uult quod
dn̄s, dicit, Non adiiciam adhuc maledicere
super terram p̄p opera hominū, quia apposi
ta est mens hominis ad malitiam ab iuuentu
tute: Non adiiciā ergo adhuc percutere oēm
carnem uiuam, quemadmodum feci. Et dein
de adiungit, quę s̄m largitatem bonitatis suę
donat hominibus indignis. Vtrum hic testa-
menti noui indulgentia figurata sit, & præ-
terita ultio ad uetus pertineat testamentum:
hoc est illud ad legis seueritatem, hoc ad gra
tiæ bonitatem. Quid est, Et de manu fratris 16
homi-

Gen. 9. hominis exquiram animā hoīs? An oēm ho-
minē fratrem eius hominis noīe intelligi vo
luit, ſm cognationem ex uno ductam. Quæ-
17 ritur quare peccans Cham in patris offenſa,
Gen. 9. non in ſeipſo, ſed in filio ſuo Chanaā male-
dicitur? Niſi quia prophetatum eſt, terrā Cha
naam eiectis Chananeis inde & debellatis, ac
cepturos fuiſſe filios iſráel qui uenirent de ſe
mine Sem. Quæritur q̃ōo dictum ſit de Nem
18 roth: hic cœpit eſſe gigas ſuper terram: cum
Gen. 10. gigantes & antea natos ſcriptura commemo
ret. An fortè quia poſt diluuiū nouitas gene
ris humani reparandi de nouo cōmemorat,
in qua nouitate hic cępit eſſe gigas ſuper ter
19 ram. Quæritur quid ſit, Et Heber nati ſunt fi
Gen. 10. lij duo, nomen unius Phalech, quia in dieb.
G eius diuiſa eſt terra, niſi forte in diebus eius
linguarū illa diuerſitas extiterit, ꝑ quā factū
eſt, ut gētes diuiderentur. Et erat omnis terra
20 labium unum: q̃ōo hoc pōt intelligi, q̃n ſupe
Gen. 11. rius dictū eſt, ꝙ filij Noe, uel filiorū eius di-
ſtributi eſſent per terram ſm tribus, & ſm gē
tes & ſm linguas ſuas, niſi quia per recapitu
lationē poſtea cōmemorat, quod prius erat:
ſed obſcuritatem hic facit ꝙ eo genere locu
tionis iſta contexit, quaſi narratio de ijs quæ
21 poſtea facta ſunt conſequatur. Venite ædifice
Gen. 11. mus nobis ciuitatem & turrim cuius caput
erit uſq; in cœlum. Si ſe hoc poſſe credide-
runt, nimium ſtulta audacia & impietas de-
prehenditur. Et quia ob hoc Dei uindicta ſe-
cuta eſt, ut eorum linguæ diuiderentur, non
22 abſurde hoc cogitaſſe creduntur. Venite de-
Gen. 11. ſcēdamus, & confundamus linguas eorum,
ne audiat vnuſquiſq; uocē proximi, utrū ad
angelos dn̄s hoc dixiſſe intelligatur, an ſm il
lud accipiēdū eſt, qđ in exordio libri legiť,
Gen. 1. Faciamus hoīem ad imaginē & ſimilitudinē
H noſtram. Nam & qđ poſtea dicitur ſingulari
numero, q̃a ibi cōfudit dominus labium ter-
ræ: ſicut & illic cum dictum eſſet, faciamus
ad imaginē noſtram: in conſequentibus ta-
men non dictum eſt fecerunt, ſed fecit domi
23 nus. Quod ſcriptū eſt, Et erat Arphaxat anno
Gen. 11. rum centum trigintaquinq; cū genuit Chai-
nam, & uixit Arphaxat poſtquā genuit Chai
nam annos quadringētos, uel ſicut in Gręco
inuenimus, annos trecentos. Quæritur quo-
modo dixerit Deus ad Noe, Erunt anni uitæ
eorum centum uiginti, Nondum natus erat
Arphaxat q̃n dixit hoc deus, nec fuit in arca
cum parentib. ſuis. Q̃ōo ergo intelliguntur
deinceps anni uitæ humanę p̄dicti centum
uiginti, cū inueniatur homo uixiſſe amplius
quadringentis annis. Niſi q̃a intelligitur an-
te uiginti annos q̃ inciperet arca fieri, q̃ cen
tū annis facta reperitur, hoc deum dixiſſe ad
Noe, cum iam pręnunciaret, ſe facturum eſ-
ſe diluuium, nec uitæ humanæ deinceps fu-
turæ in ijs qui poſt diluuiū naſcerentur ſpa-
tium prædixiſſe, ſed uitæ hominū quos fue-
rat diluuio deleturus. Quæritur quare ſcri- 24
ptū ſit, Sem erat pater omniū filiorū Heber: Gen. 10
cum inueniatur Heber quintus Sē filio Noe,
utrum ex illo Hebræi dn̄r appellati, ꝑ illum I
.n. generatio tranſit ad Abrahā Quid ergo ꝓ
babilius ſit ab Heber tanq̃ Heberos dictos,
an Abraæos, merito quæritur. Q̃ōo accipien
dum ſit, ꝙ cum eſſet Thare pater Abrahæ an 25
norum ſeptuaginta, genuit Abraham, & po Gen. 11
ſtea cum ſuis omnib. manſit in Charram: &
uixit annos ducentos quinq; in Charram &
mortuus eſt: Et dixit dominus ad Abrahā ut
exiret de Charram, & exijt inde, cū eſſet idē
Abraham ſeptuagintaquinq; annorum, Niſi
quia per recapitulationē oſtēditur uiuo Tha
re locutum eſſe dn̄m, Et Abraham uiuo pa-
tre ſuo ſm p̄ceptum domini, exiſſe de Char
ram, cum eſſet ſeptuagintaquinque annorū,
centeſimo & quadrageſimo & quinto anno
uitæ patris ſui: ſi dies uitæ patris ſui anni du-
centi quinq; fuerint, & ideo ſcriptū ſit, Fue-
runt anni uitæ Thare ducentiquinq; in Char
ram quia ibi compleuit omnes annos totius
uitæ ſuæ. Soluitur ergo quæſtio per recapi-
tulationem, quæ indiſſolubilis remaneret, ſi
poſt mortem Thare acciperemus locutū eſſe
dominum ad Abrahā ut exiret de Charram
qui non poterat eſſe adhuc annorum ſeptua
gintaquinq; cum pater eius iam mortuus eſ
ſet, q̃a eum ſeptuageſimo ætatis ſuæ anno ge
nuerat: vt Abraham poſt mortem patris ſui
annorum eſſet centum trigintaquinque, ſi
omnes anni patris eius ducenti quinq; fue- K
runt. Recapitulatio itaq; iſta ſi aduertatur in *Recapitu*
ſcripturis, multas q̃ōnes ſoluit, q̃ indiſſolubi *lationis*
les poſſint uideri, ſecundum etiā ſuperiorū *utilitas.*
quæſtionum expoſitionem per eandē recapi
tulationem factam: quanquā aliter iſta q̃ō a
quibuſdā ſoluatur, ex illo computari annos
ætatis

*a. l. de ætatis Abrahæ ex quo liberatus est * ex igne Chaldæorum, in quẽ missus est ut arderet, qa eundẽ ignem superstitione Chaldæorũ colere noluit: liberatus inde, & si in scripturis nõ legit, iudaica tñ narratione tradit. Põt & sic solui, qm̃ scriptura q̃ dixit, Cũ esset Thare annorũ septuaginta, genuit Abrahã & Nachor & Arã: non utiq; hoc intelligi uoluit, qa eodẽ anno septuagesimo ætatis suæ oẽs tres genuit, sed ex quo anno gñare cępit, eum annũ cõmemorauit scriptura. Fieri aũt potuit, ut posterior sit gñatus Abrahã, sed merito excellentiæ qua in scripturis ualde cõmendatur, prior fuerit noĩatus: sicut Propheta priorem noĩauit minorẽ, Iacob dilexi, Esau aũt odio
Mala. 1. habui. Et in Paralipomenõ cũ sit quartus na
1.Pet.4. scendi ordine Iudas, prior est noĩatus, à quo
L Iudaicæ genti nomen est datum p̱p̱ tribum regiã. Cõmodius aũt plures exitus inueniuntur, quib. qõnes difficiles dissoluunt. Considerãda est sanè narratio Stephani de hac re, cui magis harũ expositionum non repugnet. Et
Gen. 12. illud quidẽ cogit, ut non sicut narrari vr̃ in Genesi, post mortem Thare locutus sit deus ad Abrahã ut exiret de cognatione sua & de domo patris sui, sed cum esset in Mesopotamia priusquam habitaret in Charram, iam utiq; egressus de terra Chaldæorũ, ut in illo itinere intelligatur ei locutus deus. Sed quod
Act. 7. Stephanus postea sic narrat, Tunc egressus Abraham de terra Chaldæorum habitauit in Charram, & inde postquam mortuus est pr̃ eius, collocauit eum in terra hac, non paruas affert angustias huic expositioni, quæ fit per recapitulationem. Vr̃. n. habuisse imperium dñi, q̧ ei fuerat locutus in itinere Mesopotamiæ egresso de terra Chaldæorum & eunti in Charrã, & hoc imperium post mortẽ pr̃is sui obedienter implesse cum dr̃, Et habitauit
M in Charram: & inde postquam mortuus est pr̃ eius, collocauit illum in terra hac. Ac per hoc manet qõ, si septuagintaquinque annorum, sicut euidẽter scriptura Geneseos loquitur, fuit qñ egressus est de Charram, q̃uo esse possit hoc uerum, nisi fortè quod ait Stephanus, Tunc Abrahã egressus est de terra Chal
Act. 7. dæorum, & habitauit in Charrã, non sic accipiat, tunc egressus est posteaquam ei locutus est dñs: iam. n. erat in Mesopotamia, sicut supra dictũ est, qñ illud audiuit a dño: sed ipsã regulã recapitulationis contexere uoluit Stephanus, & simul dicere, vnde egressus, ubi habitauerit, cum ait, Tũc Abraham egressus est de terra Chaldæorum, & habitauit in Charram. In medio aũt. i. inter egressum de terra Chaldæorum & habitationem in Charram, locutus est ei deus. Postea uero quod adiũgit Stephanus, Et inde postq̃ mortuus est pater eius, collocauit illum in terra hac, intuendũ quia non dixit, & postq̃ mortuus est pr̃ eius, egressus est de Charram: sed inde collocauit eum deus in terra hac: ut post habitationẽ in Charrã collocaret in terra Chanaan, nõ post mortem pr̃is egressus, sed post mortẽ patris collocatus in terra Chanaan: ut ordo uerbo- A
rum sit, Habitauit in Charrã, & inde collocauit illum in terra hac, postq̃ mortuus est pr̃ eius: ut tunc intelligamus collocatũ uel constitutum Abraham in terra Chanaan, qñ illic eum nepotẽ suscepit cuius uniuersum semẽ illic fuerat regnaturum ex promisso dei hr̃ditate donata. Nam ex ipso Abraham natus est Hismael de Agar, nati & alii ex Cethura, ad quos illius terræ nõ pertinet hæreditas. Et ex Isaac natus est Esau, qui similiter ab illa hæreditate alienatus est. Ex Iacob autẽ filio Isaac quotquot filii nati sunt. i. uniuersum semen eius, ad illam hęreditatem pertinuit. Sic ergo collocatus & cõstitutus est in illa terra Abraham, qm̃ uixit usq; ad natiuitatẽ Iacob si recte intelligit. Soluta qõ est s̃m recapitulationem, quamuis & aliæ solutiones non sint cõtemnendæ. Erit ergo cum te uiderint Aegy- 26
ptij, dicent, quia uxor illius hæc. Factum est Gen. 12.
autem statim ut intrauit Abraham in Aegyptum, uidentes Aegyptij mulierem, quia speciosa erat ualde. Q̃uo accipiatur, q̧ Abraham ueniens in Aegyptum celare uoluit uxorem suam esse Saram, s̃m omnia quæ de hac re scripta sunt, utrum hoc conuenerit tam sancto uiro, an sub defectione fidei eius intelli- B
gatur, sicut nonnulli arbitrati sunt, iam quidẽ contra Faustum de hac re disputaui: & diligẽtius à presbytero Hieronymo expositum est, Lib. 22.
quare non sit consequẽs, ut cum aliquot dies cap. 33.
apud regem Aegypti Sara fuerit, ẽt eius con- & sequẽ
cubitu credatur esse polluta: quoniam mos tibus.
erat regius, uicibus ad se admittere mulieres suas & nisi fomentis & unguentis diu prius accurato corpore, nulla intrabat ad regem.

Quæ

Quæ dum fierent, afflictus est Pharao manu
dei, ut uiro reddi iuberet intactam, q̃ ipsi deo
maritus commiserat, tacens ꝙ uxor esset, &
non mentiens ꝙ soror esset: ut caueret quod
cauere quantum hō poterat, & deo commen
daret qđ cauere non poterat: ne si & illa qđ
cauere poterat deo tm̄ dimitteret, nō in deū
credere sed deum tentare potius inueniret.
Quod terra Sodomorum & Gomorreorum
27 Gen.13. anteq̃ deleret comparat paradiso dei, eo ꝙ
erat irrigua ut terra Aegypti q̃ Nilus irrigat:
satis ut opinor ōnditur qūo deat intelligi ille
paradisus quem plantauit deus ubi constituit
Adam. Quis.n.alius intelligat paradisus Dei
non uideo: & utiq; si arbores fructiferæ in pa
radiso uirtutes animi accipiendæ essent, sicut
nonnulli existimant, nullo corporali in ter-
ra paradiso ueris lignorum generibus insti-
C tuto, non diceretur de ista terra, sicut para-
disus dei. Respicines oculis tuis uide à loco
28 in quo nunc tu es ad Aquilonē & Aphricum
& Orientem & mare, quia oēm terrā quā tu
uides tibi dabo eam & semini tuo usq; in se-
culum. Quæritur hic qūo intelligat tm̄ terræ
promissum esse Abrahæ & semini eius quan
tum poterat oculis circūspicere per quatuor
cardines mundi. Quantum est.n.quod ad ter
ram conspiciendā acies corporalis uisus pos
sit attingere? Sed nulla est qō si aduertamus
non hoc solum esse promissum: non.n.dictū
est, tm̄ terræ dabo tibi quantum uides, sed ti-
bi dabo terram quam uides. Cum.n.& ulte-
rior undiq; dabatur, profecto hæc præcipue
quæ uidebatur dabatur. Deinde attendēdum
est quod sequitur, qm̄ ne putaret ēt ipse Abra
ham hoc solum promitti terrarum quod aspi
cere uel circunspicere posset, Surge, inquit,
& perambula terram in longitudine eius &
latitudine, quia tibi dabo eam: ut perambulā
do perueniret ad eam, quam oculis uno loco
stans uidere nō posset. Significatur autem ea
D terra quā prius populus accepit Israel semen
Abrahæ ₰m carnem, non illud latius semen
₰m fidem: quod ne taceretur, dictum est ei si
tu. um sicut arenam maris, ₰m hyperbolem
quidē, sed tñ tm̄ quod numerare nullus pos-
29 set. Et nunciauit Abraham transfluuiali. Trās
Gen.15. fluuialem Abraham appellatum etiā Græca
exemplaria satis indicant: sed cur ita appella-
tus sit, hæc vr̄ cā, ꝙ ex Mesopotamia ueniens
transito flumine Euphrate sedes constituit in
terra Chanaam, & trāsfluuialis appellatus est
ex ea regione unde uenerat. Vnde Iesus Na-
ue dixit ad Israelitas, Quid uultis seruire diis Iosu. 24.
patrum uestrorum qui sunt transflumen? De
eo quod scriptū est, Circa solis aūt occasum 30
pauor irruit super Abrahā, & ecce timor ma Gen.15.
gnus incidit ei, Pertractanda est ista qō, ꝑ ꝑ
eos qui contendunt perturbationes istas non
cadere in animum sapientis: utrum tale aliqd
sit quale Aulus Gellius cōmemorat in libris Lib. 19.
noctium Atticarum, quēdam Philosophum cap.1.
in magna maris tempestate perturbatum cū De ciui-
esset in naui, & animaduersum à quodam lu tate dei
xurioso adolescente: qui cum ei post transa- lib. 9.
ctum periculum insultaret, ꝙ Philosophus cap.4.
cito perturbatus esset, cū ipse neq; timuerit E
neq; palluerit: Respondit, ideo illum nō per
turbatum, quia nequissimæ aīæ suæ nihil ti-
mere deberet, ꝙ nec digna esset, pro qua ali-
quid timeretur. Cæteris aūt studiosis qui in
naui fuerant expectantibus protulit librum
quendam Epicteti stoici: ubi legebatur, non
ita placuisse stoicis, nullam talem perturba-
tionem cadere in animum sapientis, quasi
nihil tale in eorum appareret affectibus: sed
perturbationem ab eis definiri, cum ratio ta-
libus cederet, cum autem non cederet, nō di-
cendam perturbationem. Sed considerādum
est quemadmodum hoc dicat Aulus Gellius,
& diligenter* differendum. *a.l.inferendum.
Dabo tibi & semini tuo post te terram in
qua habitas, oēm terram cultam in possessio 31
nem æternam. Quęstio est qūo dixerit æter- Gen. 17.
nam, cum Israelitis t paliter data sit: utrū ₰m
hoc seculum dicta sit æterna ut ab eo qđ est
αἰὼν Græce, quod seculum significat, dictum
sit αἰώνιον, tanquam si latine dici posset secu-
lare: an ex hoc aliquid ₰m spiritalem promis
sionē hic intelligere cogamur, ut æternū di-
ctū sit iō, quia hinc æternū aliquid significat. F
An potius locutionis est scripturarū ut ęter- *a.l.significatur.
nū appellent, cuius rei finis nō constituitur:
aut non ita sit ut deinceps non sit faciendum
quantū pertinet ad curā uel ptātem faciētis,
sicut ait Horatius, Seruiet æternū, qui paruo Horatius
nesciat uti. Non.n.potest in ęternum seruire, in episto-
cuius ipsa uita qua seruit æterna esse non po lis.
test. Quod testimoniū non adhiberē, nisi lo-
cutionis esset. Verborū quippe illi sunt nobis
autho-

authores, non rerum uel sn̄iarum. Si aūt de-
fenduntur scripturæ ſm locutiones ꝓprias, q̄
idiomata uocant, quanto magis ſm eas, quas
cum aliis linguis cōes habent? Quæritur quō
32 Gen. 11. dictum sit ad Abraham de filio eius, Et reges
gentium ex illo erunt: utrum quia non pro-
uenit ſm regna terrena, ſm ecclesiam accipi
debeat: an ꝑ ꝑ Esau ēt ad literam contigit. Et
33 Gen. 18. uidens procurrit in obuiam illis ab ostio ta-
bernaculi sui, & adorauit super terram, & di
xit, Domine, si inueni gratiam ante te, ne præ
tereas seruum tuum. Quæritur, cum tres uiri
essent qui ei apparuerāt, quō singulariter do-
G minū appellat, dicens, Domine si inueni gra
tiam ante te: An intelligebat unum ex eis do
minum, & alios angelos: an potius in angelis
dn̄m sentiēs, domino potius q̄ angelis loqui
elegit: quia uno ex trib. cum ipso Abrahā po
stea remanente, duo mittuntur in Sodomam,
& illis sic loquitur Loth tanquam domino.
34 Gen. 18. Sumatur aqua, & lauem pedes uestros, & re-
frigerate sub arbore, & sumam panē & man-
ducate. Quæritur si angelos intelligebat, quō
potuerit ad hanc humanitatem inuitare, qm̄
refectio mortali carni necessaria est, non im-
35 mortalitati angelorum. Abraham aūt & Sara
Gen. 18. seniores progressi in diebus: defecerant autē
Saræ fieri muliebria. Seniorum ætas minor
est q̄ senum: quamuis & senes appellentur se
niores. Vnde si uera sunt quæ à nonnullis me
dicis asseruntur, qm̄ senior uir cum muliere
seniore filios facere nō potest, etiam si adhuc
fœminæ muliebria ueniant, ſm hoc admira-
tum Abraham de promissione filii, & mira-
Gen. 17. culum posuisse Apostolum, accipere possu-
mus, ubi dixit, Emortuum corpus Abrahæ.
Rom. 4. Emortuum quippe corpus non ita intelligen
dum est, ac si oīno nullam uim generandi ha
bere posset, si mulier iuuenilis ætatis esset, sed
H ſm hoc emortuum ut etiam de prouectioris
ętatis muliere non posset. Nam ideo de Ce-
thura potuit, quia & iuuenem illam inuenit.
Sic.n. medici tradunt, qm̄ cuius corpus uiri
ſm hoc iam defecit, ut cum fœmina proue-
ctioris ætatis quamuis menstrua adhuc patia
tur, generare non possit, de iuuencula potest.
Et rursus mulier, quæ iam ꝓuectæ ætatis est,
quamuis adhuc menstrua fluant, ut de senio-
re parere non possit, de iuuene potest. Illud
itaq; ideo miraculum fuit, quia ſm id quod
diximus, emortuo corpore uiri, fœmina quo
que prouectæ ætatis fuit, ut ei destitissent fie-
ri muliebria. Nam *quod ait Apostolus, cor- Rom. 4.
pus emortuum, uerbo quis premat, quod di- *A.l. si quod ait Apostolus uerbo quis premat quia dixit emortuum iam &c.
xit emortuum? Iam ergo nec animā habuis-
se, sed cadauer fuisse intelligi debet, quod ab-
surdissimæ falsitatis est. Sic itaq; soluitur ista
qō. Alioquin merito mouet, quō cum esset
Abraham propè mediæ ætatis, ſm quam ho-
mines tunc uiuebant: & postea filios de Ce-
thura fecerit, dicatur ab Apostolo, corpore
emortuo, & pro miraculo, quia genuit, præ-
dicetur. Et dixit dominus ad Abraham, Quā 36
re risit Sara in semetipsa dicens, Ego uero pa- Gen. 18.
riam, ego autem senui? Quæritur quare istam I
redarguit dominus cum & Abraham riserit,
nisi quia illius risus admirationis lætitiæ fuit
Saræ aūt dubitationis, & ab illo diiudicari po
tuit qui corda hominum nouit. Negauit Sa- 37
ra dicens, Non risi: timuit enim. Quō intelli-
gebant deum esse qui loquebatur, cum etiā
negare ausa sit Sara ꝙ riserit, tanquam hoc il
le posset ignorare? nisi forte Sara homines
eos putabat, Abraham uero deum intellige-
bat: sed ēt ipse illa humanitatis officia prębē-
do, de quib. supra dixi, quæ necessaria nisi in-
firmæ carni esse non possent, mirum nisi ho-
mines prius esse arbitratus est. Sed fortassis
in aliquib. deum loqui intellexit, quibusdam
diuinæ maiestatis existentib. & apparentibus
signis: sicut in hominib. deum sæpe apparuis
se scriptura testatur. Sed rursus quęritur, si ita
est, unde angelos fuisse postea cognouerunt,
nisi forte cum eis uidentib. in cœlum issent.
Scio.n. quia cōstituet filijs suis, & domui suæ 38
post se *ut custodiant uias domini, & faciant Gen. 18.
iustitiam & iudicium, ut adducat dominus *A.l. & custodiet vias domini, facere iustitiā &c.
in Abraham omnia quæ locutus est ad illum.
Ecce ubi promittit dominus Abrahæ, non so
lum præmia, sed etiam obedientiam iustitiæ
filiorum eius, ut circa eos etiam præmia pro-
missa compleantur. descendens ergo uidebo
si secundum clamorem ipsorum uenientem K
ad me consumantur, si autem non, ut sciam; 39
uerba hæc si non dubitantis, quid duorū po- Gen. 18.
tius euenturum sit, sed irascentis, & minātis
accipiamus, nulla quæstio est: More quippe
humano deus in scripturis ad homines loqui
tur, & eius iram nouerunt sine perturbatio-
ne eius intelligere qui nouerunt. Solemus
autem

aūt etiā sic minaciter loqui: Videamus si non
tibi facio: aut, uideamus si non illi facio: &, si
nō potuero tibi facere: uel sciam.i. hoc ipsum
experibor, utrū nō possim: ꝙ cōminando, nō
ignorando dr̄. Irati apparet affectus: sed per-
turbatio nō cadit in deum. Mos aūt humanæ
locutionis & usitatus est, ut humanæ infirmi
tati congruat cui deus coaptat locutionē suā.
40 Quęri solet, utrum ꝙ de Sodomis dixit deus,
Gen.18. non se perdere locū si inuenirentur illic uel
decem iusti, speciali quadā sententia de illa ci
uitate, an de omnib. intelligendū sit generali-
ter, parcere deum loco in quocunq; uel decē
L iusti fuerint. In qua quæstione non est quidē
necesse ut hoc de omni loco accipere cōpel-
lamur. Veruntā de Sodomis potuit & sic dici
quia sciebat deus ibi non esse uel decē: & iō
sic respondebatur Abrahę, ut significaretur,
nec tot ibi posse inueniri, ad exagerationē ini
quitatis illorum. Non.n. necesse erat deo tam
sceleratis hominib. parcere, ne cū illis perde-
ret iustos, cū posset iustis inde liberatis, redde
re impijs digna supplicia: sed ut dixi ad osten
dēdam malignitatē multitudinis illius dixit,
Gen.18. Si decem ibi inuenero, parcā uniuersæ ciuita
ti: tanq̄ si diceret, Certe possum nec pios cū
impijs perdere, nec tñ propterea impijs par-
cere, q̄a liberatis & separatis inde pijs, possū
impiis digna repēdere: & tñ si ibi inueniātur,
parco: hoc est quia nec tot ibi possent inueni
Hier.5. ri. Tale aliquid est apud Hieremiam ubi ait,
Circumite uias Hierusalē, & uidete & quæri
te in plateis eius & cognoscite si inuenietis
hominē facientem iustitiam & quærentē fi-
dem, & propitius ero peccatis eorū.i. inueni-
te uel unū & parco cęteris, ad exaggerandum
& demonstrandū ꝙ nec unus ibi posset inue
41 niri. Quod occurrit Loth angelis & adorauit
Gen.19. in faciem, uř intellexisse ꝙ angeli essent. Sed
M rursus cum eos ad refectionē corporis inui-
tat, quæ mortalib. necessaria est, uidetur pu-
tasse ꝙ homines essent: ergo qō similiter sol-
uitur, ut soluta est de tribus qui uenerunt ad
Abraham, ut aliquib. signis appareret eos di-
uinitus missos, qui tñ homines crederentur.
Heb.13. Nam & hoc in epistola quæ est ad Hebræos,
cum de hospitalitatis bono scriptura loquere
tur, ait, Per hanc.n. quidam nescientes hospi-
tio receperunt angelos. Quod ait Sodomitis
Loth, Sunt mihi duæ filiæ quæ nondum no-

uerunt uiros, producam illas ad uos, utimini 42
illis quomodo placuerit uobis, tantū in uiros Gen.19.
istos ne faciatis iniquū: qm̄ prostituere uole-
bat filias suas hac compensatione, ut uiri ho-
spites eius nihil a Sodomitis tale paterentur,
utrum admittēda sit cōpensatio flagitiorum
uel quorumcunq; peccatorum, ut nos facia-
mus mali aliquid, ne alius grauius malum fa
ciat: an potius ꝑturbationi Loth non consi-
lium tribuendum sit, quia hoc dixerit, meri-
to quæritur: & nimirū periculosissime admit
titur hæc cōpensatio. Si aūt perturbationi hu
manæ tribuitur & menti tanto malo ꝓmotę,
nullo modo imitāda est. Viros uero qui erāt A
ad ostium domus percusserunt cæcitate, Græ 43
ci habent ἀορασία quod magis significat si di Gen.19.
ci pōt, auidentia, quæ faciat non uideri non
omnia, sed quod non opus est. Nam merito
mouet quō potuerūt deficere quærēdo ostiū,
si tali erant cæcitate percussi, ut omnino ni-
hil uiderent. Hoc.n. modo sua calamitate tur 4.Reg.6.
bati hac, ulterius ostiū non requirerent ἀορα Luc.24.
σία & illi percussi sunt qui quærebāt Helisæ
um. Hanc & illi habuerunt qui dominum
post resurrectionem cum illo ambulantes in
uia non cognouerunt, quamuis nō sit ibi hoc
uerbum positum, sed res ipsa intelligatur.
Dixit autem Loth ad illos, Oro domine, q̄a
inuenit puer tuus misericordiam ante te, & 44
magnificasti iustitiam tuam quam facis in Gen.19.
me ut uiuat anima mea: ego autem nec pos-
sum saluus fieri in monte, ne forte comprę-
hendant me mala & moriar. Hac perturba-
tione timoris non credebat ipsi domino quē B
in angelis cognoscebat, qua etiam illud de
filiabus suis prostituendis dixerat: ut intelli-
gamus non pro authoritate habendum, quod
dixit de turpitudine filiarum: non enim & 45
hoc pro authoritate habendum est, deo non Gen.19.
esse credendum. Et recordatus est deus
Abraham, & exemit Loth de medio euersio-
nis. Commendat scriptura meritis magis
Abrahæ liberatum esse Loth, ut intelligamus
iustum Loth dictum secundum quendam
modum, maxime quod unum utrum deum
colebat, & propter comparationem scelerum
Sodomorum, inter quos uiuens ad uitam
similem non potuit inclinari. Ascendit aūt 46
Loth de Segor, & sedebat in monte. Mirum Gen.19.
ubi ipse mons est in quem sponte ascendit,
quo

quo admonente dño ascendere noluit:aut.n.
nullus est alius aut non apparet. Timuit.n.ha
47 bitare in Segor. Infirmitati eius dñs & timo-
Gen.19. ri concesserat ciuitaté q̃ Loth ipse delegerat:
& in ea promiserat ei securitaté,q̃ p̄ p̄ illum
parceret ciuitati:tñ ibi ét esse timuit, fides ita
48 eius non magni roboris fuit.Dixit aũt Abra-
Gen.20. ham de Sara vxore sua,soror mea est. Timuit
.n.dicere vxor mea est, ne forte occiderét eũ
viri ciuitatis propter illã.Quæri solet quomo
do adhuc in illa ętate pro Saræ pulchritudine
Abraham periclitari metuebat.Sed magis for
mæ illius vis miranda est,quæ adhuc adama-
ri poterat, quàm quæstio difficilis putanda.
C Quod ait deus ad Abimelech,Propter Saram
49 peperci tibi vt non peccares in me, quando
Gen.20. eum admonuit, vxorem Abrahæ esse quam
putabat sororem. Aduertendum est & notan
dum,in deum peccari,quando talia commit-
tuntur quę putant homines leuiter habenda,
tanquam in carne peccata. Quod auté dixit
ei,ecce tu morieris:Etiam hoc notãdum est,
quomodo dicat Deus tanquam prædicens si-
ne dubiò futurũ,quod admonendo dicit vt a
50 peccato abstinendo caueatur. Merito quæri-
Gen.21. tur cur Abrahã nec die quo natus est ei filius,
nec die quo circuncisus est, sed die quo abla
ctatus est epulum fecerit. Quod nisi ad ali-
quam spiritalem significationem referatur,
nulla solutio quæstionis est.Tunc.s.esse debe
re magnum gaudium spiritalis ætatis, quãdo
fuerit factus homo nouus spiritalis.i.non ta-
lis qualibus dixit Apostolus, Lac vobis potũ
1.Cor.3. dedi non escam: nondũ. n. poteratis, sed nec
adhuc potestis,adhuc.n.estis carnales.Quæri
51 Gen.21. tur Sara dicente,Eijce ancillam & filiũ eius:
non enim hæres erit filius ancillæ cum filio
D meo Isaac:quare contristatus sit Abrahã, cũ
fuerit prophetia, quã vtiq; magis debuit nos
se ipse q̃ Sara. Sed intelligendum est, vel ex
reuelatione hoc dixisse Saram, quia prius illi
fuerat reuelatum,illum vero qué de hoc po-
stea dominus instruit, paterno affectu pro fi-
lio fuisse commotum,vel ambos prius nescis
se,quidnam illud esset, & per Saram nescien
té hoc p̄pheticæ dictũ esse,cũ illa mota es-
52 set muliebri aĩo p̄ p̄ ancillæ superbiam. No-
Gen.21. tandum q̃ Ismael dictus sit a Deo semen A-
brahæ:propter illud quod sic accipiendũ do-
Rom. 9. cet Apostolus quod dictũ est,In Isaac uocabi
tur tibi semen:non filij carnis sed filij promis
sionis deputãtur in semine: vt hoc proprie p̄
tineat ad Isaac,qui non filius carnis,sed filius
promissionis fuit, vbi promissio fit de oĩbus
gentibus. Surrexit aũt Abrahã mane,& sum- 53
psit panes & vtrem aquę,& dedit Agar,& im Gen.21.
posuit in humeros & puerũ,& dimisit illam,
Fieri solet qõ.Qũo imposuit in humeros pue
rũ tam grandem:Nam qui fuerat antequã na
tus esset Isaac tredecim annorum circunci-
sus,cum esset Abraham nonagintanouem,& E
natus sit Isaac centenario patre: Ludebat au-
tem Ismael cum Isaac quando Sara cõmota
est, vtique cum grandiusculo qui iam fuerat
ablactatus profecto annorũ fuit Ismael quan
do cum matre sua de domo patris expulsus
est,amplius sexdecim. Sed vt hoc quod cum
paruulo iusit, per recapitulationem accipia-
mus dictum,tanquam ablactaretur Isaac: p̄-
fecto etiam sic amplius q̃ tredecim annorũ
puer in humero matris cum vtre & panibus
nimis absurdum est vt impositus esse creda-
tur. Quàm facilè aũt soluitur quæstio,si non
subaudiamus,imposuit, sed dedit. Dedit.n.
Abraham sicut scriptum est,matri ei panes et
vtrem,quæ illa imposuit humeros suos. Cũ
autem adiunctum & dictum esset, puerum:
subaudiamus dedit,qui panes & vtrem dede
rat, non in humeros imposuit.

Defecit aũt aqua de vtre, & proiecit pue-
rũ sub unã abieté, & discessit, & sedere cœ- 54
pit contra illum longe quantũ arcus mittit. Gen.21.
Dixit.n. Non videbo morté filij mei,& sedit
contra eũ. Exclamans aũt puer plorauit. Et
exaudiuit Deus vocé pueri de loco ubi erat.
Et vocauit Angelus domini Agar de cœlo,&
dixit ei, Quid est Agar?Noli timere,exaudi-
uit enim deus vocem filij tui de loco in quo
est.Surge,accipe puerum & tene illũ in ma- F
nu tua, In magnam enim genté faciam illũ.
Solet quæri qũo cum puer esset annorũ am-
plius quindecim,proiecerit eũ mater sub ar-
borem & ierit longe quantum arcus mittit,
ne videret eum morientem,quasi * eũ quem *A. I. enim.
portabat proiecerit, ita vr̃ sonare quod dici-
tur,maxime,quia sequitur, fleuit puer. Sed
intelligendũ est,proiectum esse,non a portã-
te,sed vt sit ab animo,tanquam moriturum.
Neque enim quod scriptum est, Proiectus
sum à facie oculorum tuorum, portabatur
qui

qui hoc dixit. Et est in quotidiano loquendi
vsu, cum proiicitur aliquis ab aliquo cũ quo
erat, ne ab illo uideatur aut cum illo maneat:
Intelligendum est aũt ꝙ scriptura tacuit, ita
discessisse matrem à filio, ut puer ignoraret
quò mater abierit: & eam in syluestrib. stirpi
bus latuisse, ne filium siti deficientẽ uideret.
Ille aũt ẽt illa ætate, quid mirum si matre diu
tius non uisa & tanquam perdita eo loco ubi
solus remãserat fleuit? Quod ergo postea dr̃,
Accipe puerum, non ut eum de terra uelut
iacentem tolleret dictum est, sed ut ei coniũ-
geretur & eum manu teneret deinceps comi
tem, sicut erat: qđ plerunq; faciunt simul am
G bulantes cuiuslibet ætatis. Factum est autem
in tp̃e illo, & dixit Abimelech &c. Quæri po
55 test qñ cum isto Abimelech pactũ fecit Abra
Gen. 21. ham ut appellatus est puteus quem fodit, pu-
teus iurationis: quõ congruat ueritati: Agar
.n. de Abrahæ domo expulsa cum filio iuxta
puteum, sicuti dictum est, iurationis errabat,
qui ualde postea dr̃ factus ab Abraham: ibi .n.
Abimelech & Abrahã iurauerunt, qđ nondũ
vtiq; factum fuerat, cum de domo Abrahæ
Agar cum filio fuisset expulsa. Quõ ergo er-
rabat iuxta puteum iurationis? An factũ iam
fuisse intelligendum est, & per recapitulatio
nem postea commemoratũ quod egit Abra-
ham cum Abimelech: sed forte qui longe po
stea librum scripsit, ex nomine putei iuratio-
nis appellauit regionẽ in qua cũ filio mater
errabat, tanquam diceret, errabat in illa regio
ne ubi puteus iurationis factus est, quamuis
puteus postea sit factus, sed longe ante ætatẽ
scriptoris? Sic aũt appellabatur puteus cum
H liber scriberetur, nomen tenens antiquũ qđ
imposuerat Abrãham. Si aũt ipse est puteus
quẽ apertis oculis uidit Agar, nihil restat nisi
ut per recapitulationem quæstio dissoluatur.
Nec mouere debet quõ puteum quem fode-
rat Abraham nesciebat Agar, si ante est ille
fossus q̃ illa expulsa. Valde .n. fieri potuit, ut
pecorum suorum cã, lõge à domo in qua cũ
suis habitabat, puteum foderet quem illa ne-
56 Gen. 12. sciret. Quæri põt quõ ad puteum iuri agrum
Acto. 7. plantauerit Abraham, si in terra illa, quemad
modum Stephanus dicit, nec acceperat hære
ditatem, nec spatium pedis. Sed ea est intelli-
genda hæreditas, quam deus munere suo fue
rat daturus, non empta precio. Intelligitur
autẽ spatium circa puteum ad illud emptio-
nis pactum pertinere in quo fuerant agnæ se
ptem datæ, qñ Abimelech & Abraham sibi ẽt
iurauerunt. Et tẽtauit deus Abraham. Quæri 57
solet quõ hoc uerum sit cum dicat in episto- Gen. 22.
la sua Iacobus, ꝙ deus neminem tentet: nisi
quia locutione scripturarum solet dici, tẽtat,
pro eo quod est probat. Tentatio uero illa de
qua Iacobus dicit, non intelligitur nisi qua
quisq; peccato implicatur. Vnde Apostolus Iacob. 1.
dicit, Ne forte tentauerit uos is qui tentat. Nã
& alibi scriptum est, Tentat uos dñs deus ue- 1. Ti. 3.
ster, ut sciat si diligitis eum: ẽt hoc genere lo- I Deu. 13.
cutionis ut sciat, dictum est, ac si diceretur ut
scire uos faciat, qm̃ uires dilectionis suæ ho-
minem latent, nisi diuino experimento ẽt ei-
dem innotescat. Vox angeli de cęlo ad Abra-
ham, Ne inijcias manum in puerum, neq; fa 58
cias ei quicquã. Modo .n. cognoui, qm̃ times Gen. 22.
deum tu. Etiam ista qõ simili locutione solui
tur: hoc est .n. nunc cognoui qm̃ times deum
tu: quod significat, nunc te feci cognoscere.
In consequentib. autem hoc genus locutio-
nis euidenter apparet, ubi dr̃, Et uocauit no-
men Abraham loci illius, dñs uidit: ut dicat Gen. 22.
hodie in monte dñs apparuit: uidit, pro eo
quod est apparuit, hoc est, uidit, pro eo quod
est uideri fecit: significans per efficientem id
quod efficitur, sicut frigus pigrum, quod pi-
gros facit. Et non pepercisti filio tuo dilecto 59
p̃p me. Nunquid Abraham p̃p angelum nõ Gen. 22.
pepercit filio suo, aut p̃p deum? Aut ergo an
geli nomine dominus Christus significatus
est, qui sine dubio deus est, & manifeste a
Propheta dictus, magni consilij angelus. Aut Esa. 9.
ꝙ deus erat in angelo, & ex persona dei An- K
gelus loquebatur, sicut in Prophetis ẽt solet. Gen. 22.
Nam in consequentib. hoc magis vr̃ appare-
re ubi legitur. Et uocauit angelus dñi Abra-
ham iterum de cœlo, Per me metipsum iura
ui dicit dñs: Nõ facile .n. inuenitur dominus
Christus patrem dominum dicere tanquam
suum dominum, illo præsertim tempore an-
tequam sumeret carnem. Nam secundum id
quod formam serui accepit, non incongruẽ-
ter hoc dici uidetur. Nam secundum huius
rei futuræ Prophetiam illud est in Psalmo. Psal. 2.
Dominus dixit ad me filius meus es tu. Nam
neque in ipso Euangelio facile inuenimus a
Christo deum patrem dominum appellatum
quòd

quòd eius dominus esset quanuis deum in-
ueniamus in illo loco, ubi ait, Vado ad patrē
Io. 20. menm & patrē uestrũ, & deũ meũ & deũ ue
strum. Qđ aũt scriptum est, Dixit dñus dño
meo: ad ipsum qui loquebatur refertur. i. di-
Psal. 19. xit dominus meus dño meo, pater. s. filio. Et,
Pluit dominus a dño, qui scribebat dixit, ut
60. dñs eius a domino eius .i. dominus noster a
Ge. 22. domino nostro pluisse intelligat, filius a pa-
L tre. Qđ in his q nnnciauerũt Abrahæ natos
esse filios Melche, nominatur & Camuel pa
ter Syrorum, non utique qui nunciauerunt,
annunciare patrem Syrorum potuerunt: ex
origine quippe illius Syrorum genus longe
sup. quæ postea propagatũ, Sed dictũ est a ꝑsona scri-
stio. 55. bentis, qui post oĩa illa tēpora hæc scribēdo
narrauit, quemadmodum supra diximus de
61 puteo iurationis. Exurgens aũt Abrahã ado-
Gen. 23. rauit populum terræ. Quæritur quomodo
Deut. 6. scriptum sit, Dominum deum tuũ adorabis,
Lucæ. 4. & illi soli seruies: cum Abraham sic honora
uerit populum quendam gentium, ut ẽt ado
raret: Sed animaduertendum est in eodē prę
cepto, non dictum dñm deum tuũ solũ ado-
rabis: sicut dictũ est, & illi soli seruies: quod
est Græce λατρεύσεις: Talis enim seruitus nõ
nisi deo debetur. Vnde damnantur idololatrę, id est, eiusmodi seruitutem exhibentes
idolis, quæ debetur deo. Nec moueat quod
Apo. 13. alio loco in quadam scriptura prohibet an-
gelus hominem adorare se, & admonet ut
dominus potius adoretur, Talis. n. apparue-
rat angelus ut pro deo posset adorari, & ideo
62 fuerat corrigendus adorator. Qđ Abrahã iu
Gen. 24. bet puero suo, ut manũ suam ponat sub eius
M femore, & sic eũ adiurat per dñm deum cœ-
li, & dñm terræ, solet imperitos mouere: nõ
attendentes magnã de Christo extitisse pro-
phetiã, q ipse dominus cœli & dominus ter
ræ in ea carne uenturus esset, q̃ de illo femo-
63 re ꝓpagata est. Quærendũ q̃d differant augu
Ge. 23. rationes illicitæ ab illa petitione signi, qua
petiuit seruus Abrahæ ut ei deus ostenderet
ipsam esse futurã vxorē domini sui Isaac, a
qua cũ petiuisset ut biberet, diceretur illi, bi-
be & tu, & adaquabo camelos tuos quoadus
que bibere desinent. Aliud est. n. mirum ali-
quid petere quod ipso miraculo signum sit:
aliud hæc obseruare, quę ita fiunt ut mira nõ
sint, sed a coniectoribus superstitiosa uanita
te interpretentur. Sed hoc ipsum etiã quod
mirum aliquid postulatur quo significetur
quod quisq; uult nosse, utrum audiendũ sit,
non parua quæstio est. Eo nanq; ꝑtinet quod
dñr qui hoc non recte faciunt, tentare dñm.
Nã ipse dñs cũ a diabolo tentaretur, testimo
niũ de scripturis adhibuit, Nõ tentabis dñm
deũ tuum. Suggerebatur. n. tanq̃ homini, ut Deut. 6.
signo aliquo exploraret ipse q̃tus esset, idest, Matt. 4.
q̃ multum apud deũ posset: q uitiose fit, cũ
fit. Ab hoc aũt discernitur q Gedeon fecit,
pugnæ imminente periculo. Consultatio q p A
pe illa magis q̃ tētatio dei fuit. Vñ & Achaz
apud Esaiam timet signũ petere, ne deũ ten- Esaiæ. 6.
tate uideatur cum hoc eũ dñs admoneat per
Prophetã: credo existimans q ab ipso Pro-
pheta exploraretur, utrũ præcepti memor es
set quo tentare deum prohibemur. Seruus
Abrahæ narrans quæ sibi mandata fuerant a 64
domino suo, dicit eũ sibi dixisse, Non sumes Gen. 24
vxorem filio meo de filiabus Chananæorũ,
inter quos ego habito in terra eorum: sed in
domũ patris mei ibis & in tribum meã & su
mes uxorem filio meo inde: & cætera si legã al. quem
tur* quomodo illi mandata sint, sententia ea admodũ.
dem reperitur, uerba uero non omnia, uel
ipsa, uel ita dicta sunt. Quod admonendum
putaui ꝑꝑ stultos & indoctos homines, qui
Euangelistas hinc calumniantur, quòd in ali
quibus uerbis non omnino conueniunt, q̃-
uis rebus atq; sententijs omnino non discre
pent. Certe. n. istum librum unus hõ scripsit
qui ea quæ supradixit cum mandaret Abra-
ham, vel relecta sic ponere potuit si ad rē ꝑ-
tinere iudicaret, cum ueritas narrationis nõ
*exigitur, nisi ut rerũ sententiarũq; sit, quib. al. exigit
uoluntas, ꝑꝑ q̃ intimandã uerba fiunt, satis
apparet. Qđ habent Latini codices narrante B
seruo Abrahæ quę sibi mandauerat dñs eius 65
Tunc innocens erit a iuramento meo uel iu Gen. 24.
ratione mea: Græci habēt a maledicto meo,
ὅρκος. n. dr̃ iuratio, κατάρα maledictum, vn-
de & κατάρατος maledictus uel ἐπικατάρατος
dicitur. Proinde oritur q̃stio quomodo ista
iuratio maledictum posset intelligi, nisi quia
maledictus est qui contra iurationem fuerit.
Si ergo facitis misericordiam, & iustitiã ad 66
dominum meum renunciate mihi. Duo il- Gen. 24.
la quæ assidue ponuntur in alijs sanctis scri
pturis, & maxime in Psalmis, misericordia

& iuſtitia, tādem enim ualet, miſericordia
& ueritas,hinc iam apparere cœperunt. Ec-
67 ce Rebecca in conſpectu tuo: Accipiens eā
Ge. 24. recurre,& ſit uxor filij dñi tui quemadmodū
locutus eſt dominus. Quęritur qñ locutus
ſit dñs,niſi qa uel Prophetā eſſe Abrahā no-
uerant, & ꝓphetice a dño dictum ꝙ per illū
al. datū. * dictū fuerat, agnoſcebant: aut ſignū illud
ꝙ ſibi dictum ſeruus eius narrauit, locutio-
nem dñi appellauerunt:hoc.n.magis de Re-
becca expreſſum eſt. Nam quod Abrahā di-
xerat non de Rebecca dixerat, ſed de aliqua
C fœmina ex tribu uel cognatione ſua: & hoc
ad utrunq;, ut immunis eſſet a iuramento ſe
ruus ſi non impetraſſet, ꝙ utiq; non dr̃ cum
68 aliquid prophetatur Certam.n.decet eſſe ꝓ-
Ge. 24. phetiam. Qđ Rebeccæ dixerunt fratres eius
proficiſcenti. Soror noſtra es, eſto in milia
milium & hæreditatē obtineat ſemen tuum
ciuitates aduerſariorum tuorū:non Prophe-
tæ fuerant, aut uanitate tā magna optauerūt
ſed eos quod promiſerat deus Abrahæ latere
non potuit.Qđ ſcriptum eſt,Exiit Iſaac exer
69 ceri in campo meridie, Qui uerbum de hac
Ge. 24. re Græcum neſciunt,exercitationem corpo-
ris putāt.Scriptū aūt Græce ἀδολεσχεῖσθαι,
ἀδολεσχεῖν uero ad animi exercitationem ꝑ
al.tamen tinet,& ſæpe uitio deputatur: More * autem
ſcripturarum plerunq; in bono ponitur.Pro
iſto uerbo quidā interpretes noſtri exercita-
tionem, qdam garrulitatem quaſi uerboſita-
tem, quæ in bonum quantum ad Latinū elo
quium pertinet,vix aut nunq̄ inuenitur,ſed
ut dixi in ſcripturis plerunq; in bono dr̃: &
uidetur mihi ſignificare animi affectum ſtu-
D dioſiſsime aliquid cogitantis cum delectatio
ne cogitationis,niſi aliud ſentiunt q̄ hæc uer
ba Græca melius intelligunt. Adiiciens autē
70 Abraham ſumpſit uxorē nomine Cethurā.
Ge. 25. Quęſtio & hic eſſet,ſi peccatū eſt maxime in
antiquis dantib.operā ꝓpagādæ proli. Quid
libet.n.hic q̄ incontinētia ſuſpicanda eſt tan
ti uiri,in illa ꝑſertim iam ætate. Cur autem
in hac filios fecerit, qui cum miraculo de Sa
ra fecerat,ſupra dictum eſt:quanquam non-
nulli domum quod accepit Abraham uelut
reuiuiſcentis corporis ad filios procreandos,
diu permanſiſſe aſſerant,ita ut poſſet & alios
procreare.Sed multo eſt abſolutius,de adole
ſcentula potuiſſe ſeniorem, quod ſenior de
ſeniore non poſſet,niſi deus illic miraculum
præſtitiſſet,maxime ꝓꝑ Saræ,non ſolū ætatē
uerū ēt ſterilitatē. Sanè ēt grandioris ætatis
& ſicut ſcriptura loquitur plenū dierū poſſe
dici ſeniorem,hoc eſt presbyterū, hinc intel
ligi pōt,quia hoc Abraham appellatus eſt qñ
mortuus eſt.Proinde oīs ſenex ēt presbyter,
nō oīs presbyter ēt ſenex:quia plerunq; hoc E
eſt nomen ætatis,q̄ infra ſenectutē ſenectuti
uicina eſt,& ex hoc ēt ipſa a ſenectute nomē
accepit.In Latina aūt lingua presbyter ſeni-
or appellatur, apud Gręcos autē maxime ſi-
cut ſcriptura loquitur πρεσβύτερος et νεώτερος
dñr ēt ſi ætates iuuenum cōparentur, ꝙ dici
mus nos maiorē atq;*minorē. Verumtamē Gala. 4.
hoc factum Abrahę,ꝙ poſt mortem Sarę de al.iunio-
Cethura filios procreauit, nō ſic accipiendū rem.
eſt quaſi humana conſuetudine & cogitatio
ne tm̄ modo ſubſtituendæ numeroſioris ꝓ-
lis hoc factum ſit. Sic.n.poſſent accipere ho
mines etiā ꝙ de Agar factū eſt, niſi Apoſto-
lus admoneret illa fuiſſe facta prophetice,ut
in utriſq; ꝑſonis mulierū earumque filiorū
duo teſtamenta ad futurorū pręnunciationē
alegorica ſignificatio figuraret. Vnde in iſto
quoq; Abrahæ facto tale aliquid quærendū
eſt, Si non facile occurrat,ego interim ꝙ oc
currit,munera quæ acceperunt filii concubi
narum,uidentur mihi ſignificare quædā do-
na dei uel in ſacramentis,uel in quibuſq; ſi-
gnis,etiam carnali populo Iudeorum & hę-
reticis data uelut filiis concubinarum, cum
hæreditatis munus, quod eſt charitas & uita
æterna, non niſi ad Iſaac pertineat, hoc eſt,
ad filios promiſsionis. Quid ſibi uult quod E
ſcriptum eſt, Hæc ſunt nomina filiorum Hiſ 71
mael ſecundum nomina generationum eo- Ge. 25.
rum? Non enim ſatis elucet cur additum ſit, genera-
ſecundum nomina generationum eorū: cū tionum.
ii ſoli nominentur quos ille genuit,non etiā
qui ab ipſis geniti ſunt. Niſi forte quia natio
nes ex illis propagatę eorum nominib.appel
lantur,& hoc ſignificatū ſit cum dictū eſt, ſe
cundum nomina generationum eorum, q̄- genera-
uis hoc modo illæ nationes ſint potius ſecū- tionum.
dum nomina iſtorum, non iſta nomina ſecū
dum illas nationes,quia illæ poſterius extite-
runt. Vñ notanda locutio eſt, quia & poſtea
de illis dicitur,duodecim principes ſecundū
gentes eorum. Quod de Rebecca ſcriptum
eſt,

eſt, quia uenit interrogare dn̄m cum geſtirēt puerperia in utero eius: q̄ritur quo ierit. Non .n. erant tunc Prophetæ aut ſacerdotes ſ̄m or dinē tabernaculi, uel templi domini. Quo er go ierit merito mouet, niſi forte ad locū ubi aram cōſtituerat Abraham. Sed illic qūo re-ſponſa dentur, oīno tacet ſcriptura, utrum ꝑ aliquem ſacerdotum quod incredibile eſt, ſi erat, non fuiſſe nominatum & nullā omni-

G no ſacerdotum aliquorum factā eſſe mentio nem. An forte ibi cum orādo allegaſſent deſi deria ſua, dormiebant in loco, ut ꝑ ſomnium monerēntur? an adhuc uiuebat Melchiſedech, cuius tanta fuit excellentia, ut à nōnullis du bitetur, utrum hō, an angelus fuerit? an erāt aliq̄ tales ēt illo tp̄e hoīes dei in q̄bus poſſet Deus interrogari? Quicq̄d horū eſt, & ſi q̄d aliud qđ me forte ne cōmemorarē prætererit, mentiri tamen ſcriptura non pōt, q̄ dixit Rebeccā ijſſe ad interrogandū dominū, eiq;

73 Gen.25. dominū reſpōdiſſe. In eo ꝙ dominus reſpon dit Rebeccæ, duæ gētes in utero tuo ſunt, & duo populi de uentre tuo ſeparabūtur, & po pulus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori: ſpiritali intelligentia carnales in po pulo Dei ſignificātur per maiorem filium & ſpiritales per minorē quia ſicut dicit Apoſto

1.Co.15. lus, Non prius quod ſpiritale, ſed quod aīale, poſtea ſpiritale. Solet & ſic intelligi hoc qđ dictum eſt, ut in Eſau figuratus ſit maior po pulus Dei, hoc eſt, Iſraeliticus ſ̄m carnē: per Iacob aūt figuratus ſit ipſe Iacob ſ̄m ſpirita lē progeniē. Sed etiam hiſtorica proprietate hoc reſponſum inuenitur eſſe completum, ubi populus Iſrael, hoc eſt Iacob minor fi-

H lius, ſuperauit Idumæos, hoc eſt gentē quam propagauit Eſau, eosq; fecit tributarios per Dauid, quod diu fuerunt uſque ad regem .ſ. Ioram, ſub quo Idumæi rebellauerunt, & iu gum Iſraelitarum Idumæi a ceruice ſua de-poſuerunt: ſ̄m Prophetiam ipſius Iſaac, quā do minorem pro maiore benedixit, hoc em̄ dixit & de maiori, cum & ipſum poſtea be-

74 Gen.25. nediceret. Iacob autem erat homo ſimplex habitans domum. Quod Græce dicitur ἄπλασος hoc Latini ſimplicem interpretati ſunt. Proprie autem ἄπλασος non fictus, unde aliq̄ Latini interpretes, ſine dolo, interpretati ſūt, dicentes, Erat Iacob ſine dolo habitans. in do mo: ut magna ſit quæſtio, quomō per dolum acceperit benedictionē q̄ erat ſine dolo. Sed ad ſignificādum magnum aliq̄d qđ ſcriptu-ra ꝑtermiſit. Hinc .n. maxime cogimur ad in-telligenda illo loco ſpiritalia, quia ſine dolo erat q̄ dolum fecit. Vnde quid ſentiremus, in ſermone quodā ad populum habito ſatis di- ximus. In eo qđ ſcriptum eſt, Facta eſt āt fa- mes ſuꝑ terrā præter famem, q̄ ante facta eſt in tp̄e Abraā: Abijt āt Iſaac ad Abimelech re gē Philiſtinorum in Gerara. Quærit, hoc qn̄ ſit factum utrum poſteaquam Eſau uendidit primogenita ſua cibo lēticulæ, poſt illā quip pe narrationē hoc narrari incipit: an ut fieri ſolet per recapitulationem narrator ad ea re uerſus ſit, cum progreſſus de filiis eius ad eū locum perueniſſet qui de lēticula cōmemo-rat. Mouet āt, q̄ ipſe inuenit Abimelech q̄ ēt Sarā cōcupiuerat. Ipſius .n. paranymphus & princeps militiæ, q̄ ibi cōmemorati ſunt ēt hic cōmemorātur, utrū uel uiuere potue-rint. Qn̄ .n. factus eſt amicus Abrahæ, nōdum natus erat Iſaac, ſed iā promiſſus. Ponamus antequā naſceret Iſaac, illud fuiſſe factū. De inde Iſaac ſuſcepit filios cum eſſet annorum ſexaginta: illi autem iuuenes erāt quādo uē didit Eſau primogenita ſua. Ponamus etiā ip ſos circa uiginti annos fuiſſe, fiunt anni æta-tis Iſaac uſq; ad illud factum filiorum eius, circiter octoginta. Adoleſcentē accipiamus fuiſſe Abimelech quando matrē ipſius cōcu piuit, & Abrahæ amicus eſt factus. Potuit er-go iam eſſe quaſi centenarius, ſi poſt illud fa ctum filiorum ſuorum perrexit in eā terram famis neceſſitate Iſaac. Non ergo ex hoc co-git ulla neceſſitas per recapitulationem puta re narratam profectionem Iſaac in Gerara. Sed quia ibi diuturno tempore fuiſſe Iſaac ſcribit, & puteos fodiſſe, & de his contendiſ-ſe, & ditatum fuiſſe pecunia, mirum niſi reca pitulādo iſta cōmemorātur, q̄ ideo fuerant ꝑtermiſſa, ut primum de filijs eius uſq; ad il-lum locum de lenticula narratio perueniret.

Sermone 44. de diuerſis.

75 Gen.26. I

K

Ideo quod ſcriptum eſt de Iſaac, Benedi-xit eum autē dominus, & exaltatus eſt hō, & procedens maior fiebat quoaduſque ma-gnus factus eſt ualde: ſecundum terrenam felicitatē dictum ſequentia docent. Exequi-tur .n. narrator eaſdem eius diuitias, quibus magnus factus eſt: & hinc motus Abime-lech, timuit illum ibi eſſe, ne potentia eius

76 Gen.26.

sibi esset infesta. Quanquã ergo spiritale ali-
q̃d ista significent,tñ ſm id ꝙ ita contigerũt
ideo p̃missum est,bñdixit eum dñs,ut sana fi
de intelligamus ẽt ista tp̃alia dona, nec dari
posse,nec sperari debere, etiã cũ ab infirmio
Luc. 16. ribus appetunĩ,nisi ab uno deo:ut qui in mi
L nimis fidelis est, etiam in magnis fidelis sit:
& qui in mammona iniquo fidelis inuentus
est,etiam uerum accipere mereatur,sicut do
minus in Euangelio loquitur.Talia etiam de
Abraham dicta sunt,ꝙ ei munera Dei proue
nerint. Vñ non parũ ædificat sanam fidẽ pie
intelligentibus ista narratio,ẽt si de his rebus
allegorica significatio nulla posset exculpi.
77 Fiat execratio inter nos & inter te, id est,iu-
Gen. 26. ratio q̃ maledictis obstringit, q̃ accidant ei q̃
peierauerit: ſm quam consyderãdum est qđ
& seruus Abrahæ commemorauit, narrans
eis a quibus accepit uxorem dño suo Isaac.
78 Quid est quod scriptũ est, ꝙ cum uenissent
Gen. 26. pueri Isaac & dixissent, Fodimus puteum &
non inuenimus aquã:appellauit eundem pu
teum Isaac iuramentum? An quãuis factum
sit, in aliquã significationẽ sine dubio ducen
dum est spiritalem:qm̃ nihil habet conueniẽ
tiæ ſm literam, ut ideo iuramentum appella
uerit puteum,ꝙ ibi aqua non sit inuẽta: quã
quam alii interpretes pueros Isaac inuẽtam
potius aquam nunciasse dixerunt, sed etiam
sic quare iuramentum appellatũ est, ubi nul
79 la facta fuerunt iuramenta? Qm̃ tantus Pa-
Gen. 27. triarcha Isaac antequam moriatur quærit à
M filio suo uenationem & escam,qualem amat
pro magno beneficio & p̃mittit benedictio
nem, nullo modo vacare arbitramur signifi-
catione p̃phetica: maxime qm̃ festinat vxor
eius ut illam benedictionẽ minor accipiat,
quẽ ipsa diligebat,& cætera in eadẽ narratio
ne multũ mouẽt ad maiora intelligenda vel
80 requirenda. Quod habent Latini Codices,
Gen. 27. Expauit aũt Isaac pauore magno ualde:Græ
ci habent, ἐξέστη δὲ Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην
σφόδρα vbi tanta commutatio intelligitur,ut
quædã mentis alienatio sequeretur. Ipsa em̃
proprie dr̃ ecstasis. Et quia solet in magnarũ
rerum reuelationibus fieri, in hac intelligen
dum est factã esse spiritalẽ admonitionẽ, ut
cõfirmaret benedictionem suam filio mino-
ri,cui potius irascendũ fuit ꝙ fefellerit pa-
trem. Sic & de Adam cum prophetatur hoc
sacramentum magnum,quod dicit Aposto-
lus in Christo & in ecclesia,Erũt duo in car-
ne una, dicitur ꝙ ecstasis præcesserit.
Qũo annunciata uel renũciata sunt uer- 81
ba Esau Rebeccæ,quibus cõminatus est oc- Gen. 27.
cidere fratrem suum,cũ scriptura dicat, hoc
eũ in sua cogitatione dixisse, nisi q̃a hinc no
bis datur intelligere,ꝙ diuinitus ei reuelabã A
tur omnia.Vnde ad magnum mysteriũ perti
net, ꝙ filium suum minorẽ pro maiore uo- 82
luit benedici. Quod habent Latini codices, Gen. 28.
Isaac dicẽte filio suo, Vade in Mesopotamiã
in domũ Bathuel patris matris tuæ, & sume
inde tibi uxorẽ: Græci codices non habẽt ua
de,sed fuge:hoc est,ἀπόδραθι. Vnde intelligi
tur etiam Isaac cognouisse, quod filius eius
Esau de fratre suo in cogitatione sua dixerit.
Et surexit Iacob de somno suo, & dixit quia 83
est dñs in loco hoc,ego aũt nesciebam:& ti-
muit,& dixit, q̃ terribilis locus hic, hic non
est nisi domus Dei, & hæc est porta cęli.Hęc
verba ad Prophetiam pertinẽt,quia ibi futu-
rũ erat tabernaculum quod constituit dñs in
hominibus in primo populo suo.Portam au
tem cœli sic intelligere debemus,tanquã in-
de fiat aditus credẽtibus ad capessendũ regnũ
cœlorum. Quod statuit lapidẽ Iacob quẽ si- 84
bi ad caput posuerat, & constituit eum titu- Gen. 28.
lum,& perfudit illum oleo,non aliq̃d idolo-
latriæ simile fecit. Non.n.uel tunc uel postea B
frequentauit lapidẽ adorando, uel ei sacrifi-
cãdo,sed signum fuerat in p̃phetia euidẽtis-
sima cõstitutum, quæ pertinet ad unctionẽ,
Vnde Christi nomen a chrysmate est.Et uo- 85
cauit Iacob nomen loci illius. Domus Dei, Gen. 28.
& Vlamaus erat nomẽ ciuitati ante. Iuxta ci
uitatem dormisse si intelligatur, nulla quæ-
stio est. Si aũt in ciuitate, mirum ur̃ qũo po-
tuerit illum titulum constituere. Quod autẽ
uouit uotum si prosperaretur eundo & re-
deundo, decimasq; promisit domui dei futu
ræ in loco illo, prophetia est domus dei:ubi
& ipse rediens Deo sacrauit,nõ illum lapidẽ
Deum appellans,sed domum Dei, id est,q̃a
in illo loco futura erat domus Dei.Quod ve 86
nit Rachel cum ouib. patris sui,& dicit scri- Gen. 29.
ptura, ꝙ cum uidisset Iacob Rachel filiã La-
ban fratris matris suæ, accessit & reuoluit la
pidem ab ore putei:magis notandum est ali-
quid scripturam prætermittere (quod intel-

ligere

ligere debemus q̃ ullã qõnem esse mouendã. Intelligitur.n.ꝙ illi cũ quib.primo loquebatur Iacob,interrogati q̃ esset quę ueniebat cum ouib.ipsi dixerunt filiã esse Laban, quã utiq; Iacob non nouerat:sed illius interrogationem rñsionemq; illorum scriptura prætermittens,intelligi uoluit.

87 Ge. 29. Qđ scriptum est, Osculatus est Iacob Rachel,& exclamans uoce sua fleuit,& indicauit ei,qa frater est eius,& quia filius Rebeccæ est:Cõsuetudinis qdem fuit,maxime in illa simplicitate antiquorũ, ut ꝓpinqui ꝓpinquos oscularent̃,& hoc hodie fit in multis locis. Sed q̃ri põt qũo ab incognito illa osculũ acceperit, si postea indicauit Iacob ꝓpinquitatẽ suã. Ergo intelligendũ est, aut illũ qui iã audierat q̃ illa esset, fidenter in ei⁹ osculũ irruisse, aut postea scripturã narrasse ꝑ recapitulationẽ ꝙ primo factum erat.i.ꝙ indicauerit Iacob quis esset: Sicut de paradiso postea dr̃,qũo deus eum instituerit, cum iam dictũ esset,ꝙ plantauit deus paradisum, & posuerit illic hominẽ quẽ finxerat: & multa alia ꝑ
Gen. 2. recapitulationẽ dicta intelliguntur. Qđ scri-
88. Ge. 29. ptum est,Seruiuit Iacob pro Rachel annis septem, & erant in conspectu eius uelut pauci dies,eo ꝙ diligebat illã,quærendum qũo dictum sit, cum magis etiã breue tempus longum esse soleat amantib. Dictũ est ergo ꝑꝑ laborẽ seruitutis, quem facilẽ & leuẽ amor faciebat. Si parum aduertatur rei huius narratio, putabitur ꝙ posteaq̃ Liam iacob duxit
89 Ge. 29. vxorẽ, deinde seruiuit alios septẽ annos pro Rachel,& tunc eam duxit. Veruntñ non ita
D est,sed Laban ei dixit,Consumma itaq; septimanã istius, & dabo tibi & hãc pro opere ꝙ operaberis apud me adhuc septẽ annos alios. Qđ itaq; ait,consumma septimanam istius: ad nuptiarum celebrationem pertinet, q̃ septem dieb. celebrari solent. Hoc itaq; ait,Imple dies nuptiarum, septẽ pertinentes ad istã q̃ duxisti,& dabo tibi, & hanc pro eo ꝙ operaberis apud me adhuc septem annos alios. Deinde sequitur, Fecit aũt iacob sic, & impleuit septimanam eius.i.septem dies nuptiarũ Liæ: & dedit illi Laban Rachel filiam suã ipsi uxorẽ. Dedit aũt Laban Rachel filiæ suæ Balam ancillam suam ei ancillã, & intrauit ad Rachel. Dilexit autem Rachel magis q̃ Liã,& seruiuit illi septẽ annos alios. Vtiq; apparet quia posteaq̃ duxit Rachel,tunc seruiuit pro ea septem annos alios. Nimis.n.durũ & ualde iniquum fuit, ut deceptũ adhuc differet alios annos septem, & tunc eam traderet q̃ primo debuit. Septem dieb.solere nuptias celebrari, etiã liber Iudicum ostẽdit in
Sansone quãdo fecit potum septem diebus. Indi. 14.
Et addidit scriptura, quod sic solerent facere E
iuuenes: fecit autem hoc ꝑꝑ nuptias suas. Non facile dignoscitur, quas concubinas ap-
pellet scriptura,quas uxores, quãdoquidem 90
& Agar dicta est uxor q̃ postea dr̃ concubina,& Cethura,& ancillæ quas dederunt Ra- Ge. 16.
chel & Lia uiro suo. Nisi forte omnis concu Ge. 26.
bina uxor,non autem omnis uxor concubi- Ge. 30.
na more loquendi scripturarum appelletur, .i. ut Sara & Rebecca, & Lia & Rachel concubinæ dici non possint: Agar uero & Cethura,& Bala & Zelfa & vxores & concubi- 91
næ. Quod Latini habent: nato filio Liæ de Ge. 30.
Zelfa, quod dixerit,Beata facta uel fœlix facta sum:Græci habẽt ἐυτύχη,quod magis bonam fortunam significat. Vnde uidetur occasio nõ bene intelligentibus dari tanquam illi homines fortunã coluerint,aut hoc uerbum diuinarum scripturarum authoritas in usu receperit: sed fortuna intelligenda est ꝓ his rebus, quæ fortuitu uidẽtur accidere, nõ quia numen aliquod sit,cum hęc ipsa tamen quæque fortuita uidentur,causis occultis diuinitus dentur. Vnde etiam uerba, quæ nemo põt auferre à consuetudine loquendi,parata sunt.i.forte & fortasse,& forsitan,& fortuitu. Vdde uidetur in Græca lingua resona-
re,quod dicunt τύχα uelut ab eo quod est τυ F
χη Aut certe Lia propterea sic locuta est, ꝙ adhuc gentilitatis consuetudinem retinebat. Non enim hoc Iacob dixit, ut ex hoc data huic uerbo putetur authoritas. Quod Ia- 91
cob dixit, Et benedixit te dominus in pede Ge. 30.
meo: satis aduertendum est, & notandus scripturarum sensus, ne cum ita quisque locutus fuerit, quasi augurari uideatur. Multum enim interest quod adiecit, Benedixit te dominus in pede meo. In ingressu enim meo uoluit intelligi, hinc gratias agens deo.
In facto Iacob cũ uirgas excorticauit,detra- 92
henhens uiride ut album uarie appareret, & Ge. 30.
sic in conspectu fœtus pecorũ uariarentur, cum matres in alueis aquarũ biberent,& ui-

sis uirgis illam uarietatē conciperent, multa dicuntur similiter fieri in animalium fœtib. sed & mulieri accidisse traditur, & scriptum reperitur in libris antiquissimi & peritissimi medici Hippocratis, quod suspitione adulterij fuerat punienda *Forte Galeni.* cum puerum pulcherrimum peperisset utiq; parenti generiq; dissimilē: G nisi memoratus medicus soluisset qōnē illis admonitis q̄rere, ne forte aliqua talis pictura esset in cubiculo, qua inuenta mulier a suspicione liberata est. Sed ad hanc rē q̄ fecit Iacob uirgarum ex diuersis arborib. triū copulatio q̄d contulerit utilitatis, quod attinet ad uarias pecudes multiplicādas, nō apparet oīno, nec aliquid ad hoc cōmodum interest, utrum ex unius gn̄is ligno uarientur uirgæ, an plura sint lignorum genera, cum sola q̄ratur lignorum uarietas: ac ꝑ hoc cogit inquiri prophetiam, & aliq̄ figuratam significationē res ista, q̄ sine dubio ut Propheta fecit iacob, & ideo nec fraudis arguendus est. Non .n. tale aliquid nisi reuelatione spiritali eum fecisse credendum est. Q̄d autē ad iustitiā ꝑtinebat, sicut alii interp̄tes apertius hoc narrāt, nō ponebat uirgas in secundo conceptu ouium ꝙ tanto obscurius, quanto breuius a septuaginta dictum est* *al. Quia* Quæ cū peperissent non ponebat: ꝙ intelligitur, cum primū peperissent: ut iā non solere ponere intelligat, cum secundo pariture essent, ne ipse auferret oēs fœtus, ꝙ iniquum fuit.

94 *Ge. 32.* H Q̄d Laban dicit. Quare furatus es deos meos: hic est illud fortasse quod & augurari se dixerat, & eius filia se bonā fortunā nominauerat. Et notandū est ꝙ a principio libri nunc primū inuenimus deos gentium, superiorib. quippe scripturæ locis deos deū nominabant.

95 *Ge. 32.* Quid est ꝙ dicit Iacob socero suo, Et decepisti mercedē meā decē agnab. Hoc .n. qūo & q̄n factū sit scriptura nō narrat, sed utiq; factum est ꝙ iste cōmemorat. Nā dixit hoc & uxorib. suis q̄n eas uocauit in cāpum. Conquerens .n. de patre illarū, ait inter cætera, Et mutauit mercedē meā decē agnorū, intelligitur ergo per singula tp̄e partus ouium, cum Laban uideret tales fœtus esse natos quales placuerat ut ad Iacob pertinerent, pactum fraude mutasse, & dixisse ut futuro fœtu alios pecudum colores haberet in mercede Iacob. Tunc aūt ille uirgas uarias non supponebat, & non nascebantur uarii, sed unius coloris, quę Iacob ex nouo pacto auferebat. Q̄d cū uidisset Labā, rursus pactum fraude mutabat ut ad Iacob uaria pertinerent, tunc illarum suppositione uirgarum uaria nascebantur. Ergo ꝙ ait Iacob uxoribus suis, Mutauit mercedem meam decem agnorum: I & postea ipsi Labā, Decepisti mercedē meam decem *agnabus, non ita dixit quasi prouenerit socero eius ipsa fraus: vt enim non ei proueniret, deū sibi dixit aduersus illum fuisse; decē vero agnos uel decem agnas, pro decem temporibus posuit quibus oues quas pascebat per sexenniū pepererunt. Bis quippe pariebant in anno. Contigerat autem vt primo anno, quo inter se pacti sunt, & ad eas pascendas placito huius mercedis accessit, ꝙ semel parerent in fine anni, quia cum accessisset iam semel pepererant. Rursusq; sexto anno, id est, ultimo, cū semel peperissent, exorta necessitate profectionis prius recederet q̄ iterum parerent: ac per hoc cum primus annus atque ultimus duos ouium partus sub illa haberēt, hoc est, singulos medij uero quatuor anni binos, fiūt omnes decem. Nec mirum ꝙ hæc decem tēporibus nascebantur, uelut si quisquam dicat per tot uindemias, aut per tot messes, quibus numerus intelligatur annorum. Vnde ait quidam, post aliquot aristas: *Virgilius in Bucco. Egloga prima.* per aristas videlicet messes, & per messes annos significans. Pecudum autem illius regionis fœcūditas, sicut Italarum tanta fertur, vt bis in anno pariant.

K 96 *Ge. 31.* Sumpsit aūt Iacob lapidem & cōstituit eum titulum. Diligenter animaduertendum est quomodo istos titulos in rei cuiusq; testimonio constituebant. Non vt eos pro dijs colerent, sed ut eis aliquid significarent.

97 *Ge. 31.* Quòd aceruum lapidum quem inter se constituerant Laban & Iacob, aliquanta diuersitate appellauerūt ut eū vocaret Labā aceruū testimonij, Iacob aceruū testem traditur ab eis qui & Syrā & Hebræā linguā nouerūt, ꝑ ꝓprietatem suæ cuiusq; linguæ factū. Fieri .n. solet vt alia lingua non dicatur vno uerbo, q̄d alia dr̄, & uicinitate significationis quidq; appelletur. Nā postea dr̄, ꝓpter hoc appellatum est nomen aceruus * testatur. *al. testator.* Hoc enim medie positū est quod utrique conuenire, & ei qui dixerat aceruus testimonij, & ei qui dixerat aceruus testis.

Quid

98 Quid est quod loquendo Laban ad iacob dicit. * Testatur aceruus hic, & testatur titulus hic, propterea appellatur nomē, aceruus testatur: & uisio q̃ dixit. Respiciat deus inter me & te: nisi forte ordo est, & uisio q̃ dixit, deus respiciat inter me & te? Deus quippe illi dixerat in uisione, ne læderet & deleret iacob.

Gen. 21. *A.L. Testator.*

L

99 Quid est quod dicit in cōsequentibus Labā Vide nemo nobiscum est, nisi forte nemo extraneorum, aut ꝑ ꝑ testificationem Dei, q̃ ita habere deberent, tanquam nemo cum eis esset quem testimonio eius adiungerent. Et iurauit iacob per timorem patris sui isaac: Per timorem utiq; quo timebat deum, quem timorem etiam superius commendauit, cū diceret Deus patris mei Abrahæ, & timor patris mei isaac est. Castra Dei quæ uidit iacob in itinere, nulla dubitatio est ꝙ angelorū fuerit multitudo: ea quippe in scripturis militia cœli nominat. Nūciato sibi fratre suo iacob ueniente obuiā ei cū quadringētis, turbatus est quidē & mēte cōfusus, qm̄ timuit ualde: & uisum est hoī perturbato diuisam multitudinem suā in duo castra disponere. Vbi q̃ri pōt, q̄ūo habuerit fidē promissis Dei quādo quidem dixit, Si uenerit ad castra prima frater meus & exciderit ea, erunt secunda in salutē. Sed etiam hoc fieri potuit, ut euerteret castra eius Esau, & tamen Deus post illam afflictionē adesset & liberaret eum, & quæ ꝓmisit impleret. Et admonēdi fuimus hoc exēplo, ut quanuis credamus in Deū faciamus tñ quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis, ne prætermittentes ea Deū tentare uideamur. Deniq; post hæc quæ uerba dicat idē iacob, considerandū est. Deus, inq̃t, patris mei Abrahā, & Deus patris mei isaac, dñe qui dixisti mihi, recurre in terrā generationis tuæ, & benefaciam tibi, idoneus es mihi ab omni iustitia & ab omni ueritate quæ fecisti puero tuo: In uirga. n. mea transiui Iordanē hunc, nunc aūt factus sum in duo castra: Erue me de manu fratris mei, de manu Esau, q̄a ego timeo illū, ne cū uenerit feriat me & matres super filios. Tu aūt dixisti, bene faciā tibi, & ponam semen tuum tanquā arenam maris, quæ non dinumerabit̄ præ multitudine. Satis in his uerbis & humana infirmitas, & fides pietatis apparet. Quod Latini codices habent de iacob, Dixit. n. placabo vultū

Gen. 31. 100 *Gen. 31.* 101 *Gen. 32.* 102 *Gen. 32.* M 103 *Gen. 32.*

eius in muneribus præcedentibus eum: scriptor libri qui narrans ait de iacob, Dixit eñ placabo uultum eius: hucusq; uerba iacob dixisse intelligitur, cætera uero sua intulisse ꝙ ait, in muneribus præcedentibus eum, tāquā diceret, in muneribus quæ præcedebant iacob, placabo uultum fratris mei. Ordo est ergo uerborum iacob, Placabo uultum eius, & post hoc uidebo faciem eius, forsitan. n. suscipiet faciem meam. Interposita autē sunt uerba scriptoris, in muneribus præcedentibus eum. Quod ab illo angelo desiderat iacob benedici, cui luctando præualuit, magna est de Christo prophetia. Nam eo admonet mysticum aliquid sapere, quo omnis homo a maiore uult benedici. Quomodo ergo ab eo benedici uoluit quem luctando superauit? Prę ualuit enim iacob Christo, uel potius prępualere uisus est, per eos israelitas a quibus crucifixus est Christus, & ab eo tamen benedicitur in eis israelitis qui crediderunt in Christum, ex quibus erat qui dicebat. Nam & ego israelita sum ex genere Abraham de tribu Beniamin. Vnus ergo atq; idem iacob & claudus & benedictus: claudus in latitudine femoris tanquam in multitudine generis, de quibus dictum est, Et claudicauerunt a semitis suis. Benedictus autem in eis de quibus dictum est, Reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Quid sibi uult quod iacob ait fratri suo, Propter hoc uidi faciem tuā quem admodū cum uidet aliquis faciem Dei, utrū pauentis & perturbati animi uerba usque in hanc adulationē proruperunt: an ẽm aliquē intellectum sine peccato dicta accipi possūt? Fortassis. n. qua dicti sunt & gentium dii q̃ sunt demonia, nō præiudicetur ex his uerbis homini Dei. Non. n. dixit, quemadmodum si uiderem faciem Dei: sed, cū uidet aliquis: ipse * enim aliquis, quem significare possit incertum est: atq; ita fortasse tēperata sunt uerba, ut & ipse Esau sibi delatum tantum honorem grate acciperet, & qui hæc etiam aliter intelligere possunt, eum a quo dicta sunt nullo crimine impietatis arguerent. Quod etsi benigno animo dicta hæc uerba fraterna sūt quoniam & post bonam susceptionem metus ipse transierat, potuit sic dici, quemadmodum & Moyses Pharaonis Deus dictus est, secundum quod dicit Apostolus, Etsi sunt

A 104 *Gen. 32.* *Rom. 10.* *Psal. 17.* *Rom. 11.* 105 *Gen. 33.* B *A.L. autem.* *Exod. 7.* *1. Cor. 8.*

qui dicuntur dii, siue in cœlo, siue in terra,
quéadmodum sunt dii multi, & domini mul
ti: maxime q̃a sine articulo in Græco dictum
est, quo articulo euidẽtissime solet Dei ueri
unius fieri significatio: Non.n.dixit πρόσωπον
τοῦ θεοῦ, sed dixit φρόσωπον θεοῦ facile aũt hoc
intelligũt qua distantia dicat̃, qui Græcũ elo
C quium audire atq; intelligere solent. Quærit̃
106 utrũ mẽdaciter promiserit Iacob fratri suo,
Gen.33. ꝙ sequens pedes suorum in itinere ꝑꝑ quos
si moraretur, uẽturus esset ad eũ in Seir: hoc
.n. sicut scriptura deinde narrat, nõ fecit, sed
eo perrexit ex itinere quo dirigebat ad suos.
An forte ueraci aĩo promiserat, sed aliud po-
stea cogitando delegit? Q̃uo scriptura dicit,
107 ꝙ uidit Sichẽ filius Emor Enæi, princeps ter
Gen.34. ræ, Dinam filiam Iacob & accepit eã & dor-
miuit cum ea, & humiliauit eam, & intendit
animo Dinæ filiæ Iacob, & amauit uirginẽ,
& locutus est ẜm sensũ uirginis ipsius. Q̃uo
uirgo appellat̃, si iã cum illa dormierat eãq;
humiliauerat? Nisi forte uirgo nomen ætatis
est ẜm Hebræum eloquium: an potius per re
capitulationẽ postea commemoratur quod
primo factum est. Prius .n. potuit intendere
animę ipsius & amare uirginem, & loqui ẜm
sensum uirginis, deinde cũ illa dormire, eam
q̃ue humiliare. Cum paulo ante loquens Ia-
108 cob cum fratre suo Esau, infantes filios suos
Gen.33. esse significet, qui Græce dicuntur παῖδες, q̃
Gen.34. ri potest q̃uo potuerunt facere tantam stragẽ
D direptionemq; ciuitatis, interfectis quanuis
in dolore circuncisionis constitutis, pro soro
re sua Dina. Sed intelligendũ est diu illuc ha
bitasse Iacob, donec & filia eius uirgo fieret
Gen.33. & filii iuuenes. Nam ita scriptũ est, Et uenit
Iacob in Salem in ciuitatem Sicimorum quę
est in terra Chanaan, cũ aduenit de Mesopo-
tamia Syriæ, & applicuit ad faciẽ ciuitatis, &
emit partem agri in quo statuit illic taberna-
culũ suũ, ab Emor patre Sichen centũ agnis,
& statuit ibi aram & inuocauit deum Israel.
Exit autem Dina filia Liæ quam peperit ipsi
Gen.34. Iacob, ut condisceret filias regionis eius: &
cætera. Apparet ergo his uerbis, non transeũ
ter, sicut uiator solet, illic mansisse Iacob, sed
agrum emisse, & tabernaculum constituisse,
arã instruxisse, ac per hoc diutius habitasse:
filiam uero eius cum ad eam uenisset ętatem
ut amicas iã habere posset, cõdiscere uoluis-
se filias ciuium loci: atq; ita factam esse pro
illa cruentissimam cædem & deprædationẽ,
q̃ iam, ut puto, quæstionem non habet. Mul-
titudo.n. non parua erat cum Iacob, qui plu
rimum ditatus fuit, sed filii eius in hoc facto
nominantur, quia eiusdem facti principes at E
que authores fuerunt. Q̃d ait Iacob timens 109
bella finitimorum apud ciuitatẽ Salẽ, quam Ge.34.
expugnauerũt filij eius. Ego autem exiguus
sum numero, & cõuenientes super me occi-
dent me: ꝑꝑ bella plurium q̃ consurgere po
terant, se dixit numero exiguũ, nõ ꝙ minus
multos haberet, q̃ possent sufficere ad expu-
gnationẽ illius ciuitatis, cum suos in itinere
in bina castra diuiserit. Dixit aũt deus ad Ia- 110
cob, Surge & ascende in locũ Bechel & habi Gen.35.
ta ibi, & fac ibi aram deo q̃ apparui tibi cũ
fugeres a facie Esau fratris tui. Quid est ꝙ
non dixit, & fac ibi arã mihi qui apparui ti-
bi: sed deus dicit, Fac ibi arã deo q̃ apparuit
tibi: vtrum filius ibi apparuit, & deus pater
hoc dicit, an in aliquo genere locutionis an-
numerandũ sit? Q̃d Iacob ascẽsurus Bethel, 212
ubi iussus est arã facere, dixit domui suæ & Gen.35.
omnib. qui cũ illo erãt. Tollite deos alienos
q̃ uobiscum sunt de medio uestri: & cętera.
deinde dr̃, & dederunt Iacob deos alienos q̃
erant in manib. eorũ, & inaures quę erant in
aurib. eorum, quæritur quare & inaures, quę
si ornamenta erant, ad idololatriam non ꝑti-
nebant, nisi quia intelligendum est phylacte
ria fuisse deorũ alienorum. Nam Rebeccã a F
seruo Abrahæ inaures accepisse scriptura te-
statur, quod non fieret si eis inaures habere
ornamenti gratia non liceret. Ergo illæ inau
res q̃ cum idolis datæ sunt, ut dictum est, ido
lorum phylacteria fuerunt. Et factus est ti- 112
mor dei in ciuitatib. quę circa illos erant, & Gen.35.
non sunt secuti post filios Israel. Incipia-
mus enim aduertere quemamodum deus
operetur in hominum mentibus: A quo
enim timor dei factus est in illis ciuitatibus,
nisi ab illo qui sua promissa in Iacob filiisq;
tuebatur? Venit autem Iacob in Luzan quæ 113
est in terra Chanaan, quæ est Bethel. Ani- Gen.35.
maduertendum est tria iam nomina huius
ciuitatis commemorata: Vllamaus, quod di
ctum est eam prius uocatam, cũ illuc prius
pergens Mesopotamiam uenisset Iacob: &
Bethel, quod nomen ipse imposuit, & inter-
prætatur

pretatur domus Dei:& Luza, quod mō com
memoratum est,Nec mirum dēt uideri, mul
tis.n.locis hoc accidit in ciuitatibus,& in flu
minibus,& in quibusq; terrarum, ut ex alijs
atq; aliis causis uel adderentur uel mutaren-
G tur uocabula,sicut etiā ipsis hominibus. Ite-
rum in Luza apparuit deus Iacob & dixit ei,
114 *Gen. 35.* Nomen tuum iam non uocabitur Iacob,sed
Israel erit nomen tuum.Hoc ei dicit ecce ite
rum Deus in benedictione,q̄ repetitio cōfir-
mat magnū promissum hoc noīe.Nā hoc mi
rum est,quibus tm̄ semel dictum est amplius
eos non vocari quod uocabantur, sed qđ eis
nomē nouū imponebatur omnino amplius
aliquid non uocatos nisi quod eis impositum
sit:istum autē per uitam suā & deinceps post
uitam suam appellatum esse Iacob,cui nō se
mel Deus dixerat, Non iā uocaberis Iacob,
sed israel erit nomen tuum. Nimirum ergo
nomen hoc ad illā recte intelligit̄ ptinere p
missioné,ubi sic videbitur deus qūo non est
anteà patribus uisus: vbi non erit nomen ue
tus, quia nihil remanebit uel in ipso corpore
vetustatis, & Dei uisio summū erit præmiū.
115 *Gen. 35.* In promissis Iacob dicitur, Gentes & con-
gregationes gentium erunt ex te. Quæritur
utrum gentes ẜm carnem, congregationes
autem gentium ẜm fidem: an utrunq; ppter
fidem gentium dictum est, si gentes appella-
ri non possunt una gens israel ẜm carnem.
116 *Gen. 35.* Ascēdit autem Deus ab eo loco ubi locutus
est cum eo:& statuit iacob titulum in loco in
H quo locutus est cum eo: titulum lapideum,
& libauit super eum libamen, & infudit su-
per eum oleum, & uocauit iacob nomē loci
in quo locutus est cum eo illic Deus,Bethel.
Iterum factum est hoc loco quod factū fue-
rat,an iterum cōmemoratum est?Sed quodli
bet horum sit,super lapidē libauit iacob,non
lapidi libauit. Nō ergo sicut idololatræ solēt
aras ante lapides cōstituere, & tanquā dijs li
117 *Gen. 35.* bare lapidibus.Qđ duodecim filij computan
tur israel qui nati sunt,vt dicitur, Hi sunt fi-
lij Israel qui nati sunt ei in Mesopotamia,cū
Beniamin longe postea natus sit,cū iam tran
sisset Bethel,& appropinquarent Bethleem,
Frustra quidā conantes istā soluere quæstio-
nē, dixerunt non legendum, nati sunt, sicut
Latini pleriq; codices habēt, sed facti sunt.
Græce.n.scriptū est ἐγένοντο: ita uolētes intel
ligi ēt Beniamin, quāuis ibi natus nō fuerit,
ibi factū tñ, qa iā fuerat in vtero seminatus,
ut pgnans inde Rachel exisse credat̄. Hoc āt
mō ēt si nati sunt legeret̄, possent dicere iam
in utero natū qa cōceptus erat: sicut de san-
cta Maria dictū est ad Ioseph, Qđ.n.in ea na *Matt. 1.*
tū est,de spū sancto est,sed aliud est qđ impe I
dit hanc solutionem quæstionis huius, quia
si iā ibi Beniamin cōceptus erat,q filii Iacob
grandes inde exierunt, uix annorum duode-
cim esse potuerunt.Viginti nanq; annos illic
expleuit,quorū primis septē sine ꝯiugio fuit
donec seruiēdo Lia despōsaret̄. Vt ergo pri-
mo anno quo duxit uxorē ei filius nasceret̄,
duodecim annorū esse potuit primitiuus, cū
inde profectus est. Proinde si iam conceptus
fuerat Beniamin,intra decē mēses illa oīs via
peracta est, & qcqd in itinere scriptū est de
Iacob: Vnde seqtur, ut filii eius tam paruuli
pro sorore sua Dina tātā stragē fecerint, tot
hoīes trucidauerint, ita expugnauerint ciui-
tatē:in quibus Simeō & Leui,q primi gladiis
accincti intrauerint ad illos hoīes eosq; pere
merint,vndecim vnus,alter decē annorū fuis
se reperiatur,ēt si p singulos annos sine inter
missione illa pepererat? Qđ utiq; incredibi-
le est ab illius ætatis pueris illa oīa fieri po-
tuisse, qñ & ipsa Dina uix adhuc sex annorū
fuit. Proinde aliter soluēda qō est,vt ideo in-
telligatur dictum cōmemoratis duodecim fi
liis,Hi sunt filij Iacob q facti sunt ei in Meso
potamia Syriæ,qa inter oēs q tā multi erant, K
unus tm̄ erat non ibi natus, q tñ inde habuit
nascēdi cām,cp ibi mater eius patri copulata
est. Sed solutio ista qōnis aliquo exēplo simi
lis locutiōis firmāda est. Nulla tñ est facilior
solutio qōnis huius q̄ ut p synecdochen di-
ctum accipiatur. Vbi.n.pars maior est,aut po
tior,solet eius noīe ēt illud cōpræhēdi qđ ad
ipsum nomen non pertinet. Sicut ad duode-
cim Apostolos iam non pertinebat Iudas, q
ēt mortuus fuit cū dñs resurrexit a mortuis *1.Co.15.*
& tñ ipsius duodenarii numeri nomen Apo
stolus in Epistola sua tenuit,ubi ait,eū appa-
ruisse illis duodecim. Cum articulo eñ hoc
Græci codices habēt,ut non possent intelligi
quicunq; duodecim, sed illi in illo numero
insignes. Eo modo locutionis puto & illud a
dño dictū,Nonne ego uos duodecim elegi, *Ioan. 6.*
& vnꝰ ex vobis diabolus est? vt nō ad electio

nē etiam ipſe ꝑtinere uideatur.Non.n. facilè inuenitur electorū nomen in malo,niſi qn̄ mali eligūtur à malis . Quod ſi putauerimus & illum electum,ut ꝑ eius traditionē domini paſsio cōpleretur.i.malitiam eius ad aliq̃d electā,bene utente Deo ēt malis:illud attendamus ubi ait, Non de oībus uobis dico ego ſcio quos elegi : ubi declarat ad electionem
Ioan.13. non pertinere niſi bonos. Ac ꝑ hoc illud qđ
L dictum eſt,Ego uos duodecim elegi: ꝑ ſynec
Ioan.6. dochen dictum eſt, vt noīe maioris melioris que partis,ēt illud complecteretur qđ ad ipſum nomē non ꝑtinet.Hic modus eſt in hoc
Gen.34. eodē loco,ubi Emor pro filio ſuo Sichem,ut acciperet Dinā filiā Iacob, exiit loqui cū eodem Iacob,& uenerunt etiam filii eius q abſentes erant, & ad oēs dicit Emor. Sichen filius meus elegit aīo filiam ueſtrā , date ergo illi eam uxorē.Quia.n.potior erat patris ꝑſona,ꝑ ſynecdochē filiā ueſtram dicens,ēt fratres tenuit hoc noīe quorum non erat filia . Hinc eſt & illud,Curre ad oues, & accipe in
Gen.17. de mihi duos hædos,ſimul.n.paſcebanť oues & hædi.Et q̃a potiores ſunt oues, earū nomine ēt caprinum pecus complexus eſt . Sic q̃a potior erat numerus undecim filiorū iacob q nati fuerant in Meſopotamia, ipſorum cōmemoratione ſcriptura cōplexa eſt ēt Beniamin qui non erat ibi natus, & dictum eſt,Hi
118 ſunt filij Iacob qui facti ſunt ei in Meſopota
Gen. 36 mia Syriæ. Quod poſt narrationem mortis
M Iſaac narratur quas uxores Eſau acceperit,& quos creauerit,recapitulatio intelligēda eſt , Neq;.n.poſt mortem Iſaac fieri cœpit, cū iā eſſent Eſau & Iacob centū uiginti annorū .
119 Nam eos ſexagenarius ſuſcepit , & uixit oēs
Gen. 36 annos uitæ ſuæ centum octoginta . Quæſtio ē qūo ſcriptura dicat poſt mortē Iſaac patris ſui Eſau abſceſsiſſe de terra Chanaan & habitaſſe in monte Seir, cū ueniente de Meſopotamia iacob fratre eius , legatur ꝙ iam illic habitabat.Proinde quid fieri potuerit ut ſcriptura fallere vel falli non credatur,in promptu eſt cogitare,ꝙ.ſ.Eſau poſteaquā in Meſopotamiā frater eius abſceſsit,noluit habitare cū parētibus ſuis,ſiue ex illa cōmotione qua dolebat ſe benedictione fraudatū,ſiue aliqua cā uel uxorū ſuarū quas odioſas uidebat eſſe parentibus,uel qualibet alia:& cœperit habitare in monte Seir. Deinde poſt reditū Iacob fratris ſui facta inter eos cōcordia , reuerſus eſt & ipſe ad parētes,& cū mortuū patrem ſimul ſepeliſſent,q̃a eos plurimū ditatos,terra illa ſicut ſcriptū eſt minime capiebat,abſceſſit rurſus in Seir, & ibi propagauit gentē Idu
mæorum . Qđ ſcriptū eſt, Hi principes horrei filij Seir in terra Edon : ẜm tēpus quo uiuebat,ſcriptor cōmemorat. Cum aūt Seir habitaret qui iſtos genuit,nondum ueniente in illam terram Eſau, nondum utiq; appellabať terra Edom.Non.n. nomen niſi ab ipſo Eſau inditum eſt terræ,qm̄ idem ipſe Eſau & Edō uocabatur , de quo propagati ſunt Idumæi , hoc eſt gens Edom. Quod ſcriptum eſt,Et ij 121
reges qui regnauerunt in Edō antequam re- *Gen. 36.*
gnaret rex in iſrael : non ſic accipiendum eſt tanquam omnes reges nominati ſint uſq; ad ea tempora quibus cœperunt reges in iſrael, quorum primus fuit Saul.Multi .n. fuerūt in Edō uſq; ad tꝑa Saul,tꝑibus etiam iudicum, quorum tꝑa fuerunt ante reges : ſed ex his multis eos ſolos potuit cōmemorare Moyſes qui fuerunt antequam ipſe moreretur . Nec mirum eſt ꝙ numerantibus ab Abraham per Eſau patrē gentis Edō,atq; ꝑ Rahuelē filium Eſau,& Zaram filium Rahuelis, & Iobab filium Zara , cui Iobab ſucceſsit in regno Balach,qui primus in terra Edō rex fuiſſe commemoratur,vſq; ad ultimum regem quē potuit nominare Moyſes , plures generationes inueniuntur q̃ numerentur ab Abraham per B
iacob uſq; ad Moyſen . Nam illic inueniunť ferè duodecim , hic autem uſq; ad Moyſen fermè ſeptē.Fieri.n.potuit, ut ideo ibi plures nominarentur,q̃a citius moriendo plures al
ter alteri ſucceſſerunt. Sic etiā cōtigit ut aliū *Cōcordat*
ordinē ſequens Matthæus ab Abraham uſq; *Mathæi*
ioſeph quadragintaduas generationes nume *cum Luca.*
ret.Lucas autē in ordine alio numerans generationes,non per Salomonem ſicut ille,ſed ꝑ Nathā,ab Abraham uſq; ad ioſeph quinquagintaquinq; cōmemoret. In illo quippe ordine ubi plures nominanť,citius mortui ſunt , q̃ ubi pauciores. Ne forte aūt moueat aliquē ꝙ inter reges Edom cōmemoratur Balach filius Beor , & de ſimilitudine nominis exiſti
met filium eſſe Balach qui reſtitit Moyſi du- *Nu. 20.*
cēti populū iſrael , ſciat illū Balach Moabitā fuiſſe non Idumæū, eumq; filium fuiſſe Sephor,nō filiū Beor. Sed fuiſſe etiam ibi tūc filium

lium Beor Balaam non Balach, quē Balaam
Num. 22 conduxerat idē Balach ad maledicendū po-
pulū Israel. Quō potuerit mors Isaac, decē
122 & septem annorum inuenire Ioseph eius ne
Ge. 35. potē, sicut uř tanq̄ ex ordine scriptura narra
re, quocunq; se quisq; cōuertat inuenire dif-
C ficile est. Nolo.n.dicere, nō posse iueniri, ne
forte me fugiat qđ aliū non fugiat. Si.n.post
mortē aui sui Isaac, decē & septem annorū
fuit Ioseph, qñ eū fratres in Aegypto uendi-
runt, ꝓculdubio & pater eius Iacob decimo
septimo anno filij sui Ioseph centū uiginti
annorū fuit. Genuit eum aūt Isaac cum esset
annorum sexaginta, sicut scriptū est. Vixit
ergo Isaac postea centū uiginti annis, quia
centesimo octogesimo mortuus est: idcirco
dimisit filios centū uiginti annos habentes,
& Ioseph decē & septē. Ioseph autē qñ tri-
ginta annorū fuit, qñ apparuit in conspectu
Pharaonis, secuti sunt aūt septem anni uber
tatis & duo famis, donec ad eū pater cū fra-
trib. uenit, triginta nouem ꝑfecto annos a-
gebat Ioseph qñ Iacob intrauit in Aegyptū.
Tunc aūt idē Iacob, ꝙ ore suo Pharaoni di-
cit, centesimū & trigesimum annum agebat
ætatis: centum autē & uiginti Iacob, qñ erat
decē & septem Ioseph, ꝙ uerū esse nullo mō
pōt. Si.u. decimoseptimo anno uitæ Ioseph,
Iacob centum uiginti ageret, ꝓculdubio tri
D gesimo & nono anno Ioseph, non centū tri-
ginta, sed cētumquadraginta & duos annos
agere inueniretur Iacob. Si autē die mortis
Isaac nondum erat annorū decē & septē Io-
seph, sed aliquantulo tpe post mortē aui sui
ad decimumseptimū peruenit annum, quo
anno scriptura testante in Aegyptum a fra-
trib. uenditus, plurimū etiam q̄ centum qua
draginta duorū annorū esse debuit pater ei⁹,
qñ est filium in Aegyptum consecutus. Scri
ptura quippe posteaq̄ narrauit annum uitæ
vltimum Isaac centesimū & octogesimū, ac
eius mortem ac sepulturā, deinde cōmemo-
rauit quemadmodum digressus esset Esau a
fratre suo de terra Chanaā in montē Seir, &
contexuit cōmemorationem regum & prin
cipum gentis ipsius, in qua se constituit, uel
quam propagauit Esau. Post hæc narrationē
de Ioseph sic intulit. Habitabat autem Iacob
in terra Chanaam, hæ autem procreaturę Ia
cob. Ioseph autem decem & septem annorū
erat pascens cum fratrib. oues. Deinde nar-
ratur causa somniorū; quemadmodum odio
sus fratrib. sit factus & uenditus. Aut ergo
eodē anno decimoseptimo, aut etiā aliquan-
to maior uenit in Aegyptū, ac ꝑ hoc utroli-
bet mō ꝑmanet qō. Si.n. decē & septē anno-
rū fuit post mortē aui sui, qñ pater eius cen- E
tū uiginti fuit, ꝑfecto anno eius trigesimo et
non qñ Iacob uenit in Aegyptū centū qua-
dragintaduos annos idē Iacob agere debuit.
Fuit autem tunc Iacob centū triginta, ac per
hoc si decem & septē annorū Ioseph in Ae-
gyptum est uēditus, ante duodecim annos q̄
moreretur auus eius, uenditus inuenitur. De
cē.n.& septē annorū esse non potuit, nisi an
te duodecim annos mortis Isaac centesimo
& octauo anno uitæ patris sui Iacob. His.n.
cum adiecerimus uiginti duos annos quib.
Ioseph usq; ad aduentū patris sui fuit in Ae-
gypto fient ætatis anni Ioseph trigintanouē,
& Iacob cētumtriginta, & nulla erit qō. Sed
qñ scriptura post mortē Isaac ista narrauit,
putatur Ioseph post eiusdē aui sui mortē de-
cem & septem annorū fuisse. Quapꝑ intelli
gamus de uita isaac, tanq̄ multum decrepiti
senis tacuisse scripturā, cum iam de iacob &
eius filijs loqueretur, uiuo tamen isaac decē
& septem annorum esse cœpit ioseph. Qđ 123
dicit iacob ad ioseph, Quod est somniū hoc Gen. 37
quod somniasti? Nunquid uenientes uenie-
mus & ego & mater tua & fratres tui adora-
re te super terram? Nisi in aliquo mysterio di F
ctū accipiatur, quomodo intelligitur de ma-
tre ioseph quæ iam erat mortua? Vnde nec
in Aegypto cum sublimaretur putadum est
hoc esse cōpletum, quia nec pater eum ado-
rauit qñ ad eum uenit in Aegyptum, nec ma
ter olim defuncta potuit. In Christi ergo per
sona facile intelligi potest etiam de mortuis,
secundum illud quod dicit Apostolus, Quia Phil. 2.
donauit ei nomen ꝙ est super oē nomen, ut
in nomine iesu omne genu flectatur, cœle-
stium, terrestrium, & infernorum. Quæritur 124
quare Hismaelitas scriptura quibus a fratri- Ge. 37.
bus uenditus est ioseph, etiam Madianitas
uocet, cum Hismael sit de Agar filius Abra-
hæ, Madianitæ uero de Cethura? An quia
scriptura dixerat de Abraham, ꝙ munera de
derit filijs concubinarū suarū Agar.s. & Ce-
thuræ, &* dimiserit eos ab isaac suo in terrā al. diuiserit.
Orientis

Oriẽtis, vnã gentẽ fecisse intelligendi sunt?
De Iacob scriptũ est cũ lugeret Ioseph, Con
125 gregati sunt aũt omnes filij eius & filię, & ue
Gen. 37 nerunt consolari eũ. Quæ filiæ p̃ter Dinam?
An filios & filias dicit cõnumeratis nepotib.
& neptib.? iam.n.maiores filij eius filios ha-
G bere potuerunt. Et noluit cõsolari dicẽs qm̃
126 descendã ad filium meũ lugens in infernum.
Solet esse magna qõ qũo intelligatur infer-
nus; utrum illuc mali tm̃, an etiam boni mor
tui descendere soleant. Si ergo tm̃ mali, qũo
iste ad filium suũ se dicit lugentẽ uelle descẽ
dere? Non.n.in pœnis inferni eum esse cre-
dit. An perturbati & dolentis uerba sunt, ma
127 la sua etiam hinc exaggerantis? Et uendide-
Gen. 37 runt Ioseph in Aegyptũ Petrefræ spadoni, p̃
& 39. posito coquorum. Nolunt quidã præposito,
coquorum, interpraetari, qui Gręce ἀρχιμά-
χτρος dicitur, sed præpositum militiæ cui
esset potestas occidendi. Nã sic appellatus ẽt
est ille quem Nabuchodonosor misit, penes
quẽ potius inuenitur primatus fuisse militię
128 Factum est aũt in tp̃e illo descendit Iudas a
Gen. 38 fratrib. suis ad hominẽ quendã Adollamitã
cui nomen Hiras. Et uidit illic Iudas filiã ho
minis Chananæi nomine Sue, & accepit eã,
& introiuit ad eam, & concepit & peperit fi-
lium: & cætera. Quæritur qñ ista fieri potue-
runt. Si.n.postea quam Ioseph deuenit in Ae
gyptum, qũo intra uiginti fermè & duos an-
nos, nam post tm̃ temporis colligitur eos ue
H nisse ad eundem Ioseph fratrẽ suũ in Aegy-
ptum cũ patre suo, fieri potuerit, ut Iudæ filij
eius ætatis oẽs possent ducere uxores? Nam
Thamar nurũ suã mortuo primogenito suo
alteri filio suo dedit: quo ẽt mortuo, expecta
uit ut cresceret tertius. Et cũ creuisset, nec il-
li eã dedit, timens ne & ipse moreretur. Vñ fa
ctũ est, ut eidem socero suo se illa suppone-
ret. Qũo ergo hęc oĩa intra tam paucos an-
nos fieri potuerint, merito mouet, nisi ut for
te solet scriptura p̃ recapitulationẽ aliquot
annos ante uenditũ Ioseph hoc fieri cœpisse
intelligi uelit, qm̃ sic positũ est ut diceretur,
Factũ est aũt in illo tp̃e: ubi tñ quęritur, si de
cẽ & septẽ annorũ erat Ioseph qñ uenditus
est, quot annorũ esse Iudas potuerit quartus
filius Iacob, quãdo idem ipse primogenitus
Rubem, ut plurimũ fratrẽ suũ Ioseph quinq;
aut sex annos potuerit ętate præcedere. Eui-
denter aũt scriptura dicit triginta annorum
fuisse Ioseph quando innotuit Pharaoni. Cũ
ergo ipse anno decimoseptimo ętatis suæ uẽ
ditus fuisse credatur, tredecim annos perege I
rat in Aegypto ignotus Pharaoni; ad hos aũt
tredecim annos accesserunt septẽ anni uber
tatis, & facti sunt anni uiginti: his adduntur
duo, q̃a secundo anno famis intrauit Iacob
in Aegyptum cũ filiis suis, & inueniuntur ui
gintiduo anni quib. absuit Ioseph a pr̃e & à
fratrib. suis. Quo medio tp̃e qũo fieri potue-
rint de uxore & filijs & nuru Iudæ oĩa q̃ nar
rantur, indagare difficile est: nisi forte ut cre
damus, & hoc.n.fieri potuit, mox ut adolesce
re Iudas cœpit, eum incidisse in amorẽ eius
q̃ duxit vxorem, nondum uendito Ioseph in
Aegyptũ. Et depositis uestimentis uiduitatis 129
suæ a se. Hic insinuatur ẽt temporib. Patriar- Gen. 38
charum certa & sua fuisse uestimenta uidua
rũ, nõ utiq; talia qualia coniugatarum. Qđ
iterum dr̃, Ioseph aũt depositus est in Aegy- 130
ptũ & possedit eũ Petrefres spado Pharaonis Gen. 39
ad ordinẽ redit scriptura unde recesserat, ut
illa narraret quæ supra digesta sunt. Qđ aliq
codices Latini habent, tria canistra alicæ, cũ
Gręci habeãt χονδριτῶν quod interpretantur, 131
qui usum eiusdẽ linguę habent, panes esse ci Gen. 40
barios. Sed illud mouet, qũo panẽ cibarium
potuerit Pharao habere in escis. Dicit.n.in
superiore canistro fuisse omnia ex quib. ede-
bat Pharao, opus pistorũ. Sed intelligendum
est ẽt ipsum canistrũ habuisse panes cibarios K
quia dictum est, tria canistra χονδριτῶν, & de
super fuisse illa ex omni genere operis pisto
ris in eodem canistro superiore. Qđ putabat
se stare Pharao super flumen, quemadmodũ 132
seruus Abrahæ dixit, Ecce ego sto super fon Gen. 41
tẽ aquæ. Nã & ibi Græcus ἐπὶ τοῦ πηγῆς di- Gen. 24
xit, quemadmodũ hic ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ. Hæc
locutio si intelligatur in Psalmo ubi scriptũ
est, Qui fundauit terram super aquam: non Psal. 23.
coguntur homines putare sicut nauem nata
re terrã super aq̃. Secundum.n.hanc locutio
nem recte intelligitur, q̃ altior sit terra quã
aqua, altius quippe ab aquis sustollitur ubi
habitent terrena animalia. Quod scriptũ est, 133
Obliuiscentur ubertatis futuræ in tota terra Gen. 41
Aegypti, non futuræ illis qui famem patien-
tur, tanquam postea ueniat illis ubertas, sed
futura erat tunc qñ loquebatur, tanquam di-
ceret,

ret, Vbertatis huius quã futuram significaue runt boues bonæ,& spicæ bonæ, obliuiscentur homines in ea fame quã significauerunt
134 *Gen.41.* boues & spicæ malæ. Nũquid * ĩuenimus hominem talem qui habeat spiritũ Dei in se? Ecce iam nisi fallor tertio insinuatur nobis in
L *Gene. 1.* *Gene. 6.* *a.l.inueniemus.* hoc libro spiritussanctus.i.spiritus Dei. Primo.n.dictum est, Spiritus Dei ferebatur sup aquam. Secundo ubi dicit Deus, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis propter ꝙ caro sunt. Et tertio nunc qđ Pharao dicit de Ioseph, esse in illo spiritum Dei, non
135 *Gen.41.* dum tñ legimus spiritumsanctum. Et imposuit Pharao nomen Ioseph Psotonphanech: hoc nomen interpretari dr̃, occulta reuelauit, ex illo utiq; ꝙ somnia regi aperuit. Aegyptia uero lingua, saluatorẽ mundi perhibent appellatũ isto noĩe. Et dedit ei Assenecli filiã Petrefræ sacerdotis Solis ciuitatis ipsi uxo-
136 *Gen. 42.* *ἡλίου πόλεως.* rẽ. Quæri solet cuius Petrefræ, vtrũ illius cuius seruus fuit, an alterius: sed credibilius æstimat alterius. Nã de illo cur non credat, multa sunt q̃ moueant. Primum, qa scriptura nõ cõmemorauit, cũ uideatur hoc nõ potuisse præterire, quod ad illius iuuenis non paruã gloriã pertinebat, ut eius filiã duceret cuius
M famulus fuit. Deinde qũo spado filiã habere potuerit? Sed rñdetur qũo uxorẽ, postea qppe credit abscisus, uel casu vulneris, uel propria uoluntate. Et ꝙ honor eius nõ ipse commemoratur qui solet .i. ꝙ ἀρχιμάγειρος fuerit, quẽ principem coquorum Latini interpretes posuerunt: principẽ autẽ militiæ quidã intelligi uolunt. Sed etiã hic respondetur, duos illũ honores habuisse, & sacerdotiũ Solis, & militiæ principatum. Congruenter ãt alibi ille honor eius cõmemoratus est q tali bus actibus cõgruebat: hic uero posteaquam in Ioseph apparuit non parua diuinitas, ipse honor debuit nominari soceri eius, qui ptineret ad diuinitatem non paruam ſm opi-
a l. sacerdotio. nionem Aegyptiorũ * in sacerdote Solis. Verũ in his omnibus, quia & præpositus fuit custodiarum carceris, nimis incredibile est hũc fuisse ppositũ officio sacerdotũ. Deinde non simpliciter dictũ est, qđ sacerdos Solis esset, sed de ciuitate Solis, q̃ vocat Heliopolis: abesse ãt dr̃ amplius q̃ uiginti milibus a ciuitate Memphi, ubi Pharaones, idest reges maxime cõmanebãt. Qũo ergo deserto officio sacerdotij sui potuit strenue regi seruire militiæ principatu? Accedit ẽt ꝙ Aegyptij sacerdotes phibent non seruisse sp nisi tẽplo deorũ suorũ, nec aliqd aliud officio egisse. Sed si for A
te tũc aliter fuit, credat qsq; qđ placet: nõ tñ est quæstio cuius exitus clausus sit, siue vnus fuerit Petrefres, siue duo. Quodlibet.n. horũ qsq; existimet nõ est fidei periculosum, nec
ꝯriũ ueritati scripturarũ Dei. Et cõgregauit 137 *Gen. 41.*
Ioseph triticum sicut arenã maris, multũ ualde quo adusq; nõ potuit numerari, nõ.n.erat numerus: pro eo dictũ est, nõ.n.erat numerus, ꝙ nomen numeri oĩs vsitati excederet copia illa, & qũo appellaret nõ inueniebat. Nã unde fieri põt vt quãtũlibet magnæ, finitæ tamen multitudinis numerus nõ sit? Quã uis hoc potuerit etiam ſm hyperbolẽ dici.
Et commemoratus est Ioseph somniorũ suorum q̃ uidit ipse, adorauerant.n.eum fratres sui, Sed aliqd in illis somnijs excelsius inqrendum est: Nõ.n.põt eo mõ de patre eius ac matre compleri, q̃ iam mortua fuerat, quod de Sole & Luna cũ vidisset, à patre increpante audierat qui uiuebat. Quid est ꝙ Ioseph 138 *Gen. 42.*
uir tã sapiens, atq; ita non solum hoium inter quos uiuebat testimonio, sed ipsa etiam 139 *Gen. 42.*
scriptura teste laudatus, ita iurat per salutem B
Pharaonis, non exituros de Aegypto fratres suos, nisi frater eorum minor uenerit, An ẽt bono & fidei viro vilis fuerat salus Pharaonis, cui fidẽ sicut primitus domino suo seruabat in oĩbus? Quãto.n.magis ipsi qui eum in tãto honore locauerat, si illi seruauit fidẽ qui eum seruum emptitiuum possidebat? Quòd si nõ curabat Pharaonis salutem, nunqd & periurium pro cuiuslibet hoĩs salute uitare nõ debuit? An nõ est periurium? Tenuit eñ vnum eorum donec ueniret Beniamin, & verum factũ est quod dixerat, nõ exibitis hinc nisi uenerit frater uester: Ad omnes.n.nõ potuit pertinere quod dictum est, Nã quomõ esset ille uẽturus, nisi ad eum ducẽdum aliq redissent? Sed qđ sequitur magis urget q̃stionẽ, ubi iterum iurauit dicẽs, Mittite ex uobis unum, & adducite fratrẽ uestrum: uos autẽ nõ educemini quoadusq; manifesta sint verba uestra si uera dicitis an non: sin autem, per salutem Pharaonis exploratores estis, idest si non uera dicitis, exploratores estis. Huic sententię interposuit iurationem, quia

si uera

C ſi uera non dixiſſent,exploratores eſſent.i.ex
ploratorum pœna digni eſſent, quos tamen
uera dicere ſciebat.Neq;.n. periurus eſt quiſ
que ſi ei quẽ caſtiſsimum nouit dicat, ſi hoc
adulterium de quo argueris cõmiſiſti, dãnat
te Deus,& his uerbis adhibeat iurationẽ,ue-
rum oĩno iurat.Ibi eſt.n. conditio qua dixit,
ſi feciſti,quem tñ nõ feciſſe certũ habet. Sed
ait aliquis,uerum eſt,quia ſi fecit adulterium
dãnat illum deus;hoc autem qũo uerum eſt,
ſi non uerum dicitis,exploratores eſtis, cum
etiam ſi mentiantur, non ſint exploratores?
Sed hoc eſt quod dixi,ita dictum eſſe,explo-
ratores eſtis,tanquã ſi dictũ eſſet, explorato-
rũ pœna dignl eſtis,hoc eſt,exploratores de-
putabimini merito mendacij veſtri, Eſtis ãt,
potuiſſe dici,pro habebimini,& deputabimi
ni,innumeræ ſimiles locutiones docent.Vn-
3. Reg. de eſt illa Heliæ.Quicũq; exaudierit in igne,
18. ipſe erit deus,Non.n.tunc erit,ſed tunc habe
140 bitur.Quid eſt ꝙ cum inter ſe pœnitentes ſi
Gen.42. lij Iſrael,loquerentur de fratre ſuo Ioſeph,ꝙ
cum illo male egerint,& hoc eis diuino iudi
cio redderetur ꝙ ſe periclitari uidebant:adiũ
git ſcriptura & dicit,Ipſi ignorabãt qđ audie
bat Ioſeph:interpres.n.inter illos erat.Hoc.ſ.
D intelligendum eſt,ideo eos putaſſe, quia ille
non audierit, ꝙ uidebant interpretẽ q̨ inter
illos erat nihil ei dicere eorum q̃ loquebañ:
nec ob aliud adhibitum putabant interpre-
tẽ,niſi ꝙ eorum linguam ille neſciret:nec cu
ra erat interpertis ea dicere illi a quo poſitus
fuerat,q̃ nõ ad illũ, ſed inter ſe loquebantur.
141 Et iterum acceſsit ad eos & dixit illis: nec
Gen.42. adiungit quid illis dixerit, Vnde intelligitur
142 hæc eadem dixiſſe quæ dixerat. Et deducetis
Gen.42. ſenectam meam cum triſtitia ad infernum.
Vtrum ideo ad infernum, quia cum triſtitia?
An etiam ſi abeſſet triſtitia,tanquam ad infer
num moriendo deſcenſurus hæc loquitur?
De inferno.n.magna quæſtio eſt,& quid in-
de ſcriptura ſentiat, locis omnibus ubi fortè
hoc commemoratum fuerit, obſeruandum
143 eſt.Quod a præpoſito domus audiunt, Deus
Gen.43. ueſter & deus patrum ueſtrorum dedit vobis
theſauros in ſaccis ueſtris, argẽtum autẽ ve-
ſtrum probatum habeo:mendacium vr̃, ſed
terra hac. Græcus hẽt, uenientes immolate
dño Deo ur̃o in terra hac. Nolebat.n. eos ire
quò dicebant, sed ut illic in Aegypto immo-
larent, uolebat. Hoc ostendunt uerba Moysi,
quæ sequuntur ubi dicit, non posse fieri p̱ p̱
abominationes Aegyptiorũ. Quod ait Moy- 28
ses, Non põt fieri sic, Abominationes.n. Ae- Exo. 8.
gyptiorum immolabimus dño Deo nostro.i.
hæc immolaturi sumus, quæ abominant̃ Ae-
gyptij, & p̱ pea in Aegypto non possumus:
hoc manifestant uerba, quæ adiungit & di-
cit, Si.n. immolauerimus abominationes Ae-
gyptiorum, palam ipsis, lapidabimur. Hoc.n.
non intelligentes quidam interpretes nostri
sic interpretati sunt, ut dicerent, Non potest B
fieri sic, nunquid abominationes Aegyptio-
rum immolabimus dño Deo nostro? Cum
magis hoc scriptura dixerit, quia Aegyptio-
rum abominationes immolaturi sunt. Alij
vero Latini sic habent, Non põt fieri sic, qm̃
abominationes Aegyptiorum non immola-
bimus dño deo nostro. Contrarium sensum
facit addita particula negatiua, cum Moyses
dixerit, Non põt fieri sic, abominationes Ae-
gyptiorum immolabimns dño deo nostro: &
ideo in eremum dicebant se ire uelle, ubi Ae
gyptii non uiderẽt abominationes suas. Hoc
aũt intelligendum est mystice significari, qđ
ẽt de pastoribus diximus, qui erãt Aegyptiis
abominabiles: & ideo separatim terrã Israeli Gen. 46.
tæ acceperunt, cum uenerunt in Aegyptum.
Sic.n. & sacrificia Israelitarum abominatio-
nes sunt Aegyptiis, sicut iniquis uita iustorũ. 29
Cũ ablata esset locusta, dictum est de Pha Exo. 8.
raone, Et ingrauauit Pharao cor suum ẽt in
hoc tp̃e, & noluit dimittere populum. Certè
nunc non dictũ est, Ingrauatum est cor Pha-
raonis, sed ingrauauit Pharao cor suum, sic C
vtiq; in oĩbus plagis. * In uoluntate quippe *a. l. A uolũtate.
hominis est origo uitiorum: mouentur autẽ
causis corda hominum, alia sic, alia uero sic,
ẽt non diuersis causis, sæpe diuerso modo se-
cundum proprias qualitates, quæ ex uolunta 30
tibus ueniunt. Videns autẽ Pharao, quia non Exo. 9.
est mortuum, de pecoribus filiorum Israel
ullum, ingrauatum est cor Pharaonis. Qũo
ex contrariis causis facta est hæc ingrauatio
cordis Pharaonis? Si.n. & pecora Israelitarũ
morerentur, tunc uideretur causa competẽs
qua cor eius ingrauaretur ad contemnendũ
Deum, tanquam si & magi eius pecora Israe
litarum fecissent mori. Nunc uero unde de-
buit ad timendum, uel credendum moueri,
uidens nullum pecus mortuum ex pecorib.

Hebręo-

Hebræorum, * hic ingrauatus est. i. illa in-
31 grauatio ēt hucusq; ꝓgressa est. Quid est ꝙ
dicit Deus ad Aaron & Moysen, Sumire uo
bis plenas manus fauillę de fornace, & asper
gat Moyses in cœlū corā Pharaone & corā
seruis eius, & fiat puluis in tota terra Aegy-
pti? Signa.n.superiora, uirga fiebant, q̄ non
Moyses, sed Aaron uel ex tendebat super aq̄,
uel ad terrā percutiebat: nunc uero interposi
tis duob. signis de cynomyia & pecorū mor
tib. ubi nec Aaron nec Moyses aliq̄d operati
sunt manu, dr̄ ut Moyses fauillam spargat in
D cęlū de fornace; & hāc ambo sumere iuben
tur: sed ille spargere non in terrā sed in cœlū
tāq̄ Aaron qui datus erat ad populū, terrā
Exo. 4. ꝑcutere deberet, uel in terrā, siue in aq̄ ma-
nū extēdere: Moyses uero, de quo dictū est,
Eritq; tibi in ijs quę ad deū, in cœlum iubet
fauillā spargere. Quid duo illa superiora si-
gna, ubi nec Moyses nec Aaron manu aliq̄d
32 operantur? Quid sibi uult ista diuersitas? Ne
Exo. 19. q;.n.nihil. Et ꝑ ꝑhoc ipsum conseruatus es,
ut ostendā in te uirtutē meā, & ut annuncie
tur nomen meū in uniuersa terra. Hęc scri-
ptura uerba & Apostolus posuit, cū in eodē
loco ꝑdifficili uersaretur. Ibi aūt & hoc ait,
Rom. 9. Si aūt uolens Deus ostendere irā, & demon-
strare* patientiā suā, attulit in multa patien-
a.l. potē-tiam. tia uasa iræ: parcēdo utiq; ijs, quos mulos fu
turos esse præscierat, quæ uasa dicit perfecta
in perditionē: Et ut notas, inquit, faceret di-
uitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ. Vnde
uasorū misericordiæ uox ē in Psalmis, Deus
Psa. 58. meus misericordia eius præueniet me: Deus
E meus demonstrauit mihi inimicis meis. No
uit ergo Deus bene utimalis, in quib. tñ hu-
manā naturā non ad malitiā creat, sed eos ꝑ
fert patienter quousq; scit oportere: non ina
niter, sed utēdo eis ad admonitionē uel exer
citationē bonorum. Ecce.n. ut annūciaretur
nomē Dei in uniuersa terra, uasis misericor
diæ utiq; prodest. Ad eorū itaq; utilitatē Pha
rao seruatus est, sicut & scriptura testatur, &
exitus docet. Quid est ꝙ mādauit Deus Pha
33 raoni, cum se factūrū magnā grandinē mi-
Exo. 5. naretur, ut festinet cōgregare pecora sua, &
quæcunq; illi essent in cāpo, ne grandine in
tereant. Hoc.n. non tam indignanter q̄ mise
ricorditer uidetur admonere. Sed hoc non
fecit qōnem, ꝙ Deus etiam irascens tēperat
poenā; Illud est quod merito mouet, quibus
nunc pecorib. consulatur si oīa mortua fue-
rant plaga superiore, ubi scriptū est, ꝙ discre
uit Deus inter pecora Hebræorum & Aegy
ptiorū, ita ut illic nullū moreretur, oīa uero
Aegyptiorū pecora morerentur. An eo solui
tur qō quod prædixerat ea moritura quæ in F
cāpo fuissent, ut hæc accipiantur omnia in-
telligantnr aūt euasisse quæ in domib. erant,
quę potuerunt etiā a dubitantib. colligi & in
domo teneri, ne fortè uerū esset quod Moy-
ses dñm factūrū esse prędixerat? & ex his es-
se in cāpis iterum poterant, quæ mō admo-
net congregari in domos ne grādine ꝑeant?
Maximè q̄a sequitur scriptura & dicit, Qui
timuit uerbum dñi seruorum Pharaonis, cō
gregauit pecora sua in domos: qui autē non
intendit mente in uerbum domini, dimisit
pecora sua in campo. Hoc ergo fieri potuit,
quando etiam in mortem pecorum minatus
est Deus, quanquam id scriptura tacuerit. 34 Exod. 9.
Et dixit dñs ad Moysen, Extende manum
tuā in cœlum, & erit grando in omni terra
Aegypti. Ecce iterum Moyses non in terrā,
sed in cęlum manū iubetur extendere, sicut
superius de fauilla. Cū fragore cœli, qui ue
hemens erat in grandine, Pharao territus, ro 35
garet Moysen ut oraret pro illo * confitenti Exod. 9.
iniquitatē suam & populi sui: Moyses ei di- a.l. confitens.
xit, Et tu & serui tui scio ꝙ nondum timetis
dominum. Qualem timorem quærebat, cui
timor iste nondum erat ei domini timor? Fa-
cile est.n. poenā timere, sed non hoc est Deū
timere, illo.s. domini timore pietatis. quē cō-
memorat Iacob, ubi dicit, Nisi Deus patris
mei Abrahā & timor Isaac adesset mihi, nū- Gen. 31
me inanē dimisisses Dñs inquit ad Myosen,
Intra ad Pharaonē, ego .n. grauaui cor eius 36
& seruorū eius, ut ordine superueniant signa Exo. 40.
mea hæc super eos: tanquam opus habeat G
Deus cuiusquam malitia. Sed sic intelligen-
dum est, ac si diceret, Ego enim patiens fui
super eum & seruos eius, ut non eos auferrē
ut ordine superueniant signa mea super eos.
Quia * cum patientia Dei obstinatior fiebat a.l. enim
malus animus, ideo pro eo quod est, patiens
fui, dicitur, grauaui cor eius. Et non est reli-
cta locusta una in omni terra Aegypti, & in- 37
durauit dominus cor Pharaonis. Beneficium Exo. 20
certe Dei commemorauit scriptura quo ab-
stulit

stulit locustas:& secuta, dixit indurasse dñm
cor Pharaonis, beneficio utiq; suo patientia
sua, qua illa fiebat obstinatio dum ei parcere
tur, sicut oĩa mala corda hominum patientia
38 *Exod. 20* dei male utẽdo durescunt. Tertio dr̃ ad Moy
sen, Extende manũ tuã in cęlum: ut fieret ẽt
plaga tenebrarũ. Nunq̃ autẽ dictũ est, ad fra
trẽ eius Aaron ut extenderet manũ in cœlũ.
Qđ ergo dictum est ad Moysen, extende ma
nũ tuã super terrã Aegypti, & ascendat locu
sta super terrã: credo id significatũ, ẽt minus
H posse qui plus põt, non autem continuo cui
39 *Exod. 11* minora conceduntur posse maiora. Deus ad
Moysen dicit, Loquere ergo secreto in aures
populi, ut petat unusquisq; a ꝓximo, & mu-
lier à proxima uasa aurea & argentea & ue-
stẽ. Non hinc quisq; sumendũ exemplũ puta
re debet ad expoliandũ isto modo proximũ.
Hoc.n. Deus iussit, qui nouerunt quid quen
q; pati oporteret, nec Israelitũ furtũ fecerũt,
sed deo iubenti ministerium præbuerunt.
Quemadmodũ cum minister iudicis occidit
eum quẽ iudex iussit occidi, ꝑfecto si id spõ
te faciat, homicida est, ẽt si eum occidat quẽ
scit occidi a iudice debuisse. Est etiã ista non
nulla qõ, Si seorsum habitabant Hebræi in
terra Gessen, ubi nec plagæ fiebant quib. re-
gnum Pharaonis affligebatur, q̃uo quisque
petit uel a proximo aurum, argentum, & ue
stem, ꝓsertim quia ubi primum hoc mandat
al. colastanea. per Moysen, sic positum est, & mulier a uici-
na sua & concellaria uel * concellania, si ita
dicendũ est, uel cohabitatrice sua. Vñ intelli-
gendũ est etiã in terra Gessen non solos He
bræos habitasse, sed eis aliquos Aegyptios in
illa terra cohabitatores fuisse, ad quos potue
I runt merito Hebręorum etiã illa diuina be-
neficia peruenire, ut hinc eos & diligerent
ijdẽ Aegyptii cohabitatores, ac quod pete-
bant facilè commodarent: nec tñ Deus iudi
cauit ita illos alienos fuisse ab iniurijs & cõ-
tricionib. quas populus Dei pertulit, ut nec
isto damno ferirẽtur qui plagis illis ꝓpterea
ꝙ terræ illi parcebatur percussi non erant.
40 Dixit autem dñs ad Moysen, Non exaudiet
uos Pharao, ut multiplicẽ signa mea & por-
tenta mea in terra Aegypti: tanquã opus fue
rit eius inobedientia ut signa illa multiplica
rentur, quę utiliter fiebant ad terrendũ popu
lum Dei, atq; ipsa discretione ad pietatẽ in-
formandum. Sed hoc dei fuit, malitia cordis
illius bene utentis, non Pharaonis, Dei patiẽ
tia male abutentis. Quæ aũt superauerint ab
eo in mane igni cõcremabitis. Quæri potest 41 *Exo. 21.*
q̃uo aliquid superauit cũ hoc præmoniti fue
rint, ut si domus non habuerit consumendo
pecori idoneam multitudinem, uicini assu-
mantur. Sed intelligitur qm̃ dictum est, Os
non conteretis ab eo: remansura utiq; fuisse
ossa quæ igni cremarentur. Agnus perfectus 42 *Exo. 12.*
masculus anniculus erit uobis. Mouere põt K
ista locutio, quasi agnus possit esse non ma-
sculus, nesciẽtẽ qua necessitate ita sit trans
latum. Ouis.n. transferri debuit, q̃a Græcus
πρόβατον habet: sed πρόβατον in Græca lingua
generis neutri est, & potuerunt quæ sequun
tur oĩa conuenire, tanq̃ si diceret, pecus per
fectũ masculum anniculum erit uobis. Po-
tuit.n. dici Latine masculum pecus: q̃uo dñr
mascula thura genere neutro: ouis aũt mascu
lus dici non posset, quia fœmini generis est
ouis. Item ouis mascula si diceretur: esset ab
surdius: pecus uero si poneretur, etiam aliud
intelligeretur, nec seruaretur sacramentum.
Quod cum scriptura de oue loquatur, post
dicit, ab agnis & hœdis accipietis illud. Qua
in re Christus significari merito accipitur.
Quid.n. opus erat ouem uel agnum ab agnis
& hœdis accipiendum moneri, nisi ille figu-
raretur cuius caro nõ solũ ex iustis, uerumẽt
ex peccatorib. propagata est? Quanq̃ conen-
tu Iudęi etiam hœdum intelligere accipien
dũ ad celebrandũ Pascha, & hoc etiã dictum
esse putant ab agnis & hœdis accipi, tanq̃ di
ceret, uel ab agnis agnum, uel ab hœdis hœ-
dum, si illud desit, sumi oportere: apparet ta-
men in Christo reb. impletis quid illo præce L
pto fuerit figuratũ. Quod scriptum est, Et fa-
cietis diem hunc in progenies uestras legiti-
mũ æternũ uel æternalẽ, quod Græce dicitur 43 *Exo. 12.*
αἰώνιον, nõ sic accipiẽdũ est tanq̃ possit isto-
rũ prętereuntium dies esse ullus ęternus: sed
illud æternum est, qđ iste significat dies: ue-
lut cum dicimus ipsum deũ æternũ, non uti
q; istas duas syllabas æternas dicimus, sed ꝙ
significant: quanquam diligenter scrutandũ
sit, quomodo appellare scriptura soleat æter-
num, ne forte ita dixerit solenniter æternũ,
quem nephas habeant prætermittere aut sua
sponte mutare. Aliud est enim quod præci-

pitur

pitur quousq; fiat, sicut pceptũ est ut septies muros Hiericho circumiret arca. Aliud cũ
Iosue. 6. pcipitur sic obseruari aliquid, ut nullus terminus pfiniat obseruationis, siue quotidie, siue per menses, siue per annos solenniter, siue per multorũ uel aliquorũ annorum certa interualla. Aut ergo sic appellauit æternũ, qp non sua sponte audeant desinere celebrare:
M aut sicut dixi, ut non ipsa signa rerum, sed res
44 quæ ijs significantur æternæ intelligantur. Et
Exod. 12. factus est clamor magnus in* Aegyptiis. Nõ
**al. terra Aegypti.* .n. erat domus in qua nõ erat in ea mortuus. Nonne potuit esse aliqua domus, quę primo genitũ non haberet? Cum ergo primogeniti tñmodo morerentur, qũo nulla erat quę nõ haberet mortuum? An & hoc diuinitus præscientia dei fuerat procuratũ, ut in omnibus omnino essent domib. primogeniti in quib. percuterentur Aegyptii? Ab hac sanè plaga non sunt putandi immunes fuisse Aegyptii, qui habitabant in terra Gessen, hominũ qppe erat, uel animaliũ, non terræ. i. homines & animalia primogenita moriebantur occulto & angelico percussu: non aliquid in terra uel in cœlo factũ erat, sicut rana uel locusta, uel tenebræ unde qui habitabant affligerentur. A talib. enim plagis cum terra Gessen fuisset aliena, pculdubio pueniebat beneficium ad eos Aegyptios, qui in eadem terra cum Hebræis morabantur: hac uero primogeniti eorum omnes percussi sunt.

45 Filii aũt israel fecerunt sicuti pceperat il-
Exod. 12. lis Moyses, & petierunt ab Aegyptii uasa aurea & argẽtea & uestẽ, & dñs dedit gratiam populo suo corã Aegyptiis & cõmodauerũt
A illis, & prędati sunt Aegyptios. Iam hoc factum fuerat ante mortes primogenitorũ Aegyptiorum: sed nunc per recapitulationẽ repetitur. Nã narratum est qñ factum est. Mõ .n. fieri qũo posset ut in tanto luctu ex mortibus suorũ accõmodarent ista filiis israel? Nisi fortè quis dicat ẽt ista plaga non fuisse per cussos Aegyptios qui cũ Hebræis inhabitabant terrã Gessen. Quid est qp ait, Accipietis
46 autem fasciculũ hysopi & tingentes ex san-
Exo. 12. guine qui est iuxta ostium, linietis super limen & super ambos postes. Quæritur enim quem sanguinem dicat iuxta ostium, cum illius agni utiq; uelit intelligi sanguinẽ, cuius ĩmolatione fit Paschę: utrũ ne eo mõ cõsequenter præcepit, q̃uis hoc tacuerit, vt idem agnus iuxta ostium occidatur? An qđ est credibilius, ideo dixit ex sanguine qui est iuxta ostium, quia utiq; ille qui liniturus est super limen & postes, uas ipsum in quo sanguinẽ excepit, iuxta ostium positurus est, ut ad manum habeat qñ tingat. Sustulerunt autẽ filij Israel de Ramasse in Soccoth, in sexcẽta mil lia peditum uiri, pręter instructum vel cen- 47
Exo. 12. sum. Si isto modo põt rectè interpretari qđ B
Græcus hẽt ἀποσκευήν: quo uerbo non solum mobilia, uerumẽt mouentia significari indicat scriptura, ubi Iudas loquens ad p̃rem suũ dicit, Mitte puerum mecum & surgentes ibimus ut uiuamus & non moriamur, & nos, & tu. & substãtia nostra, Ibi. n. Græcus ἀποσκευὴν *Gen. 43.*
hẽt, ubi substãtiam Latinus interpretatus est, quod aliqñ censum interpretantur nostri: sicut nunc instructum dicere uolumus, dum tñ eo nomine & hoĩes & iumenta uel oĩa pecora intelligantur, Vbi ẽt uiri & vxores possent intelligi, nescio. Sexcenta tñ millia peditum cum scriptura commemoret addens & dicens, excepto instructu vel censu vel substantia, vel si quo alio verbo melius interpretatur ἀποσκευὴν manifestum est & homines significatos, siue in seruis, siue in mulieribus, siue in his ætatib. quæ militiæ non essent idoneæ, ut sexcẽta milia peditum in eis solis intelligamus, qui possent militari agmine armari. Quæri aũt solet, utrum ad tm̃ numerũ Hebræi peruenire potuerint per eos annos in Aegypto, quos ostendere consideratus in scripturis numerus potest, qui primum anni C
quot fuerint, non parua est qõ. Dicit. n. Deus ad Abrahã cum factum esset illud sacrificiũ de uacca trima, & capra, & ariete, & turture, & colũba, anteq̃ non solũ Isaac, sed nec Hismael quidẽ natus esset, Sciendo scias, quia peregrinũ erit semen tuum in terra non ppria, *Gen. 15.*
& in seruitutẽ redigent eos & nocebunt illis quadringentis annis. Si ergo quadringentos annos sic acceperim⁹, ut in seruitute sub Aegyptiis intelligant̃, non paruũ spatium tp̃is fuit, quo ita populus multiplicaretur. Sed tot annos nõ fuisse, apertissimo iudicio scriptura testat̃. Quidã n. putãt quadringentos triginta annos accipi dẽre, ex quo Iacob intrauit in Aegyptũ, donec inde populus p Moysen liberatus est, qm̃ in Exodo scriptum est, *Exo. 12.*
incola-

incolatus aũt filiorũ Iſrael quem incoluerũt
in terrã Aegypti & in terra Canaan ipſi & pa
tres eorum anni quadringenti triginta. Serui
tutis aũt eorum uolunt eſſe annos quadrin-
gentos: ꝓpterea ꝙ ſcriptum eſt in Geneſi, Sciẽ-
do ſcias, quia peregrinum erit ſemen tuũ in
terra non ſua, & in ſeruitutem redigẽt eos &
nocebunt illis quadringentis annis. Sed qm̃
D ſeruitutis anni poſt mortem ioſeph compu-
tantur. Illo.n. uiuo, non ſolum ibi non ſeruie
runt, verumẽt regnauerunt: non eſt quemad
modum computentur quadringenti triginta
in Aegypto. Ingreſſus eſt.n.iacob anno filij
ſui trigeſimo & nono: qm̃ triginta annorum
erat ioſeph cum apparuit in conſpectu Pha-
raonis, & regnare cępit ſub illo. Trãſactis aũt
ſeptem annis ubertatis, ſecundo anno famis
ingreſſus eſt iacob in Aegyptum cũ aliis filiis
ſuis: ac per hoc tũc agebat ioſeph triginta &
nouẽ annos, qui impletis uitæ ſuæ annis cen
tum & decẽ mortuus eſt: uixit.n.in Aegypto
poſt ingreſſum ad ſe patris ſui, ſeptuaginta &
vnũ annos. Quos ſi retraxerimus à quadrin-
gentis triginta annis, remanebunt ſeruitutis
anni.i.poſt mortem ioſeph, non quadringen
ti, ſed trecenti & quinquaginta nouem anni.
Quod ſi ex illo putabimus nos cõputare de-
bere, ex quo ioſeph ſub Pharaone regnare cę
pit, ut tũc quodammodo intelligatur intraſſe
iſrael in Aegyptũ, qñ ibi filius eius tãta ptãte
ſublimatus eſt, ẽt ſic trecenti quinquaginta
erunt, quos Tychonius vult accipi quadrin-
gentos, ut à toto pars intelligatur.i.à toto cen
tenario pars quinquagenaria, & probat hac
loquendi regula ſolere uti ſcripturam. Si aũt
E qđ aliquanto probabilius dici põt, tunc ha-
beamus intraſſe iſrael in Aegyptũ, qñ illic io
ſeph eſſe uenditus cœpit, detracturi ſumus
adhuc annos tredecim, ut trecentos triginta
ſeptẽ annos pro quadringentis accipiamus.
Sed cũ ſcriptura cõmemoret Caath filiũ Le-
ui auũ Moyſi cũ auo ſuo iacob intraſſe in Ae
gyptum, dicat aũt eum uixiſſe annos centum
triginta, filium uero eius patrẽ Moyſi Amrã
centũ triginta ſeptẽ. Moyſen uero dicat octo
ginta annorum fuiſſe cũ de Aegypto popu-
lum liberauit ẽt ſi tunc genuiſſet Caath prẽm
*a.l.com putati anni. Moyſi, quo anno mortuus eſt, ille quoq; Am
rã ultimo vitę ſuæ anno genuiſſet Moyſen,*
computet annos centum triginta, & centum
trigintaſeptẽ, & octoginta, trecentos & qua-
dragintaſeptem annos faciunt, non quadrin-
gentos triginta. Quod ſi quis dicat extremo
anno uitę * iacob natum eſſe Caath filiũ Le- *a. l. Ioſeph.
ui, ſeptuaginta fermè anni poſſunt accedere
illi ſummæ, quia ſeptuaginta unum annos vi
xit in Aegypto ioſeph poſt ingreſſum patris
ſui. Quaꝓpter ẽt ſi ſeptuagĩta anni uitæ ioſeph
ab ingreſſu iacob in Aegyptũ uſq; ad natiui
tatẽ Caath, ſi tunc natus aſſeratur, & centum
triginta anni ipſius Caath, & centum trigin- F
ta ſeptem filii eius Amram patris Moyſi, &
octoginta ipſius Moyſi, quadringentos, & de
cem & ſeptem annos faciunt, non quadrin-
gentos trigĩta. Proinde illa nimirum cõpu-
tatio, q̃ ſecutus eſt Euſebius in hiſtoria ſua
Chronica, pſpicua ueritate ſubnixa eſt. Ab il
la.n. promisſione cõputat quadringentos tri
ginta annos, qua uocauit deus Abraham, ut
exiret de terra ſua in terrã Chanaan: quia & Gal. 35.
Apoſt. cum Abrahæ laudaret & cõmendaret
fidem, in ea promisſione qua Chriſtum uult
intelligi Prophetarum .i. qua promiſit deus
Abrahæ ꝙ benedicerenẽ in eo oẽs trib. terrę.
Hoc aũt dico, inquit, quia teſtm̃ confirmatũ
à deo, poſt quadringentos & triginta annos
facta lex non infirmat ad euacuandas ꝓmiſ-
ſiones. Ex illa ergo promisſione qua uocatus
eſt Abrahã & credidit deo, poſt quadringen-
tos & triginta annos factam legem dicit Apo
ſtolus, non ex tpe quo Iacob intrauit in Ae-
gyptum. Deinde ẽt ipſa ſcriptura Exodi ſatis
hoc ſignificauit. non.n.dixit, Incolatus filio-
rum Iſrael, quem incoluerunt in terra Aegy
pti anni quadringenti triginta: ſed aperte di-
xit, Quem incoluerũt in terra Aegypti & in G
terra Chanaan ipſi & patres eorum. Ac per
hoc manifeſtum eſt computandũ eſſe tps ẽt
Patriarcharũ Abrahæ, Iſaac, & Iacob, ex quo
peregrinari cœpit Abrahã de terra Chanaan
.i.ex illa promisſione, in qua eius fidẽ laudat
Apoſtolus, vſq; ad illud tps, quo ingreſſus eſt
Iſrael in Aegyptum. Toto quippe iſto tpe pe
regrinati ſunt patres in terra Chanaan, & de-
inde ſemel Iſrael in Aegypto: ac ſic completi
ſunt quadringenti triginta anni à promisſio-
ne uſq; ad exitum iſrael ex Aegypto, qñ fa-
cta eſt lex in monte Sina, quæ non infirmat
teſtm̃ ad euacuandas promisſiones. Septuage
ſimo & quinto anno uitę ſuę Abraham, ſicut
ſcri-

scriptura dicit, egressus est in terram Chana
an, & genuit Isaac cũ esset annorũ centum.
Fiunt itaq; anni uigintiquinq; ex promissio
ne usq; ad natũ Isaac. His adduntur oẽs anni
uitæ suæ Isaac.i.centũ octoginta, fiunt ducẽ
ti quinq;, tunc erat Iacob annorũ centum ui
ginti. Nati sunt.n. sexagenario patre gemini,
H ipse & Esau: post decẽ aũt annos intrauit Ia
cob in Aegyptũ, cum esset annorũ centũ tri
ginta. Ioseph aũt cũ esset trigintanouẽ. Fiũt
ꝓinde anni a ꝓmissione usq; ad ingressum
Iacob in Aegyptũ, ducẽti quindecim, Ioseph
autem ab illo tricesimo & nono anno ætatis
suæ, in quo eum pater in Aegypto inuenit,
uixit septuaginta & vnum annos: quia oẽs æ
tatis eius anni centum decẽ fuerunt. Cũ ita-
ad ducentos quindecim annos accesserint se
ptuaginta unus, fiunt anni ducenti octogin-
ta sex. Restãt centũ quadragintaquatuor uel
quinq;, quib. intelligitur seruisse in Aegypto
populus Israel post mortẽ Ioseph. His annis
quantũ multiplicari potuerint, si fœcunditas
hominis cõsideretur, adiuuante illo qui eos
uoluit ualde multiplicari, reperitur non esse
mirum ꝙ in sexcentis milib. peditũ egressus
est populus ex Aegypto: excepto cętero ap-
paratu, ubi & seruitia erant, & sexus mulie-
Gen. 21. bris & imbelis ætas. Qđ argo dixit deus ad
Abrahã, Sciendo scias, quia peregrinũ erit se
men tuum in terra non ꝓpria, & in seruitu-
tẽ rediget eos & nocebunt illis quadringen-
tis annis, nõ sic accipiendum est, tanq̃ in illa
durissima seruitute quadringẽtos annos dei
populus fuerit: sed quia scriptũ est, In Isaac
uocabitur tibi semen: ex anno natiuitatis Isa
ac usq; ad annũ egressionis ex Aegypto cõ-
putantur anni quadringenti quinq;. Cum er
go de quadringẽtis triginta detraxeris uigin-
tiquinq; qui sunt a promissione usq; ad na-
tũ Isaac, non mirum est si quadringentos &
quinq; annos summa solida quadringentos
uoluit appellare scriptura, q̃ solet tp̃a ita nũ-
cupare ut qđ de summa perfectioris numeri
paululum excrescit, aut infra est, non cõpute
tur. Nõ ita ꝙ ait, in seruitutem redigent eos
& nocebunt illis, ad quadringentos annos re
ferendum est, tanq̃ per tot annos eos habue-
rint in seruitute: sed referendi sunt quadrin-
genti anni ad id ꝙ dictum est, peregrinũ erit
semen tuum in terra Canaan siue in Aegpto

peregrinum erat illud semen, anteq̃ hæredi-
tatẽ sumerent terrã ex promissione dei, ꝙ fa
ctum est posteaq̃ ex Aegypto liberati sunt: ut
hyperbaton hic intelligatur, & ordo uerbo-
rũ sit, Sciendo scias, quia peregrinũ erit semẽ
tuum in terra non propria quadringentis an
nis: illud autem interpositum intelligatur & K
in seruitutem redigent eos & nocebunt illis:
ita ut ad quadringentos annos ista interposi-
tio non pertineat. In extrema.n. parte anno-
rũ summę huius, hoc est, post mortẽ Ioseph
factum est ut in Aegypto populus dei durã
perageret seruitutem. Quid est ꝙ ait cum de 48
Pascha ꝓciperet, Erit tibi in signo super manũ Exod. 13.
tuã, An intelligitur super opera tua.i. ꝙ præ-
ferre debeas operib. tuis? Pertinet.n. Pascha
ꝑ occisionem ouis ád fidem Christi & san-
guinem quo redempti sumus. Hæc aũt fides
operib. præponenda est, ut si quodammodo
super manum aduersus illos qui in operibus
legis gloriabantur: de qua re Apostolus loq-
tur, & nullum ait posse deo placere sine fide:
qui fidem operibus sic anteponit, ut ex illa Heb. 11.
pendeant bona opera, atq; ab ea præuenian-
tur, non ut ipsa uelut meritis bonorum ope Rom. 11.
rũ retribui uideatur. Illa.n. ad gratiã ꝑtinent:
si aũt gratia iam nõ ex operib. alioquin gra-
tia iam non esset gratia. Cum autem emisit 49
Pharao populum, non deduxit eos deus per Exod. 13.
uiã terrę Philistijm* quę propẽ erat. Dixit.n. a.l. quia
deus. Ne qñ pœniteat populũ cũ uiderit præ
lium & reuertatur in Aegyptum. Hic osten- L
ditur omnia fieri debere quæ consilio recte
fieri possunt, ad euitanda quæ aduersa sunt,
etiã cum deus apertissimẽ adiutor est. Quin
ta autem progenie ascenderunt filii Israel de 50
terra Aegypti. Vtrum progeniem in centum
annis uult computari, & ideo quinta proge-
nie, quia post quadringentos & triginta an-
nos? an ꝑ hominũ generationes hoc potius
intelligendũ est, ab ipso Iacob, qui intrauit
in Aegyptum usq; ad Moysen, qui cum po-
pulo egressus est? Iacob.n. primus, secundus
Leui, tertius Caath, quartus Amarã, quintus
Moyses inuenitur. Has aũt dicit ꝓgenies La-
tinus interpres, quas γενεὰς Gręci uocant, quę
in Euangelio generationes appellantur, nec
numerantur nisi per successiones hominũ,
non per numerum annorum. Dixit au-
tem Moyses, Confidite & state & uide- 51
te

te salutem, quæ est à dño quã faciet uobis ho
Exo. 14. die. Sicut.n. uidistis Aegyptios hodie, non ap
ponetis amplius uidere eos in ẽternũ tẽpus.
Quõ accipienda sunt hæc uerba cũ uiderint
al. uide- postea Israelitẽ Aegyptios? an qa isti qui tũc
runt. uidebant non eos ulterius * uiderint, quia &
illi sunt mortui qui consequebantur, & isti
M oẽs quisq; die mortis suæ? Nã posteri eorum
uiderunt posteros illorũ. An non eos uidebi
tis sicut hodie, intelligendũ est non sicut ho-
die ꝑ sequentes & inimicos, & tãto post uos
agmine ueniẽtes: ut omnino nulla sit qõ, nec
de æterno tꝑe quod hic posuit, quia & si ui-
52 debunt se utiq; tꝑe resurrectionis, nõ sic uti
Exo. 14. que uidebunt ut hodie. Quid est quod dicit
dñs ad Moysen, Quid tu clamas ad me: cum
scriptura non dixert aliquid de Moysi uo-
cib. nec eũ orantẽ cõmemorauerit, nisi quia
intelligi uoluit hoc eum egisse uocis silentio
53 ut corde clamaret? Et tu eleua uirgã tuam, &
Exod. 14. extende manum tuã super mare. Hæc est uir
ga illa in qua fiebant mirabilia, quæ mõ dici
tur esse Moysi: tunc aũt fratris eius fuisse di-
54 cebatur qñ per illã ipse operabatur. Extendi-
Exod. 15. sti manum tuã, & transuorauit eos terra. Ter
ra pro aqua non mirum est posita, Tota quip
pe pars ista extrema, uel infima mundi terræ
nomine censetur, secundum id ꝙ sæpe dici-
tur, Deus qui fecit cęlum & terrã: & in illius
Psal. distributione cõmemoratis cœlestibus,
A Laudate, inquit, dominum de terra: & ea exe
Psal. 148. quitur in laude, quæ etiam ad aquas pertine-
55 bant. Misisti spiritum tuum & cooperuit eos
Exod. 15. mare. Ecce iam quinto cõmemoratur spiri-
Exo. 8. tus Dei, ut in hoc numero accipiamus, & ꝙ
Gen. 6. dictũ est, Digitus dei est hic. Primo ubi scri-
ptum est, Spiritus dei ferebatur super aquas.
Secundo ubi dr̃, Non permanebit in istis ho
minibus spiritus meus, qm̃ caro sunt. Tertio
Gen. 6. ubi Pharao dicit ad Ioseph, Qm̃ spiritus dei
est in te. Quarto ubi incantatores Aegyptio-
Gen. 41. rum dicunt, Digitus dei est hic. Quinto in
Exod. 8. hoc Cantico, Misisti spiritum tuum & cooꝑ
uit eos mare. Meminerimus aũt spiritum dei
non solum ad beneficia, uerumetiã ad uindi
ctã cõmemorari. Nam quid aliud etiã supra
dixit, Per spiritũ iræ tuæ diuisa est aqua? Iste
itaq; spiritus iræ dei in Aegyptios: nam spi-
ritus iræ eis quibus nocuit aquarum diuisio,
ut intrãtes possent aquis redeuntibus obrui:
filiis uero Israel quib. profuit ꝙ aqua diuisa
est, nõ fuit ille spiritus iræ Dei. Vñ significat
ꝑꝑ diuersas operationes, & effectus spiritus
dei dissimiliter appellari, cũ sit unus atq; idẽ
ille dũtaxat qui ẽt spiritussanctus in unitate B
trinitatis accipitur. Proinde nõ arbitror aliũ
q̃ eundẽ significari ubi dicit Apostolus, Non
.n. accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timo- Rom. 8.
re: sed accepistis spiritum adoptionis in quo a. l. a quo
clamamus, abba pater: qa eodẽ spiritu dei.i. perduce-
digito de quo lex in tabulis lapideis conscri- rentur.
pta est, timor incussus est eis qui gratiã non-
dũ intelligebant, ut de sua infirmitate atque
peccatis per legẽ conuincerentur, & lex illis
fieret pædagogus, quo perducerentur ad gra
tiã, quæ est in fide Iesu Christi. De hoc autẽ
spiritu adoptionis, & gratiæ .i. de hoc opere
spiritus dei quo impertitur gratia, & regene-
ratio in uitã æternã, dr̃, Spiritus aũt uiuificat 1. Cor. 3.
cum s̃ diceretur, litera occidit.i. lex conscri-
pta, tm̃modo iubẽs sine adiutorio gratiæ. Ve 56
nerunt aũt in Mesra, & non poterant bibere Exod. 15.
aq̃ de Mesra, amara.n. erat. Si ꝑꝑ hoc appel-
latũ est nomen loci eius amaritudo, quia nõ
poterant ibi aq̃ bibere, eo ꝙ amara est, Mara
.n. interpretatur amaritudo, qũo uenerunt in
Mesra, nisi quia eo nomine locum scriptnra
appellauit in quẽ uenerunt, quo iam appella
batur cum hæc scribebantur, Posterius.n. uti C
que scripta sunt, q̃ illa contigerunt? Et osten
dit ei dñs lignum & misit illud in aq̃: & fa- 57
cta est aqua dulcis. Genus ligni erat istã ha- Exo. 15.
bensuim: an quolibet ligno id facere potue-
rat Deus qui tãta mirabilia faciebat? Hoc ta-
men uidetur significare ꝙ dictum est osten-
dit ei, tanq̃ tale iã lignũ esset quo posset hoc
fieri. Nisi forte locus erat ubi ligna oĩno non
inueniebantur: ut hoc ipsum esset diuini a-
diutorii, quod ei dominus lignum ostendit
ubi nullum erat: & per lignum aquas dulces
fecit, præfigurans gloriam, & gratiam cru-
cis: sed in tali etiã natura ligni quis nisi crea
tor, & demonstrator laudandus est? Dixit 58
Dominus ad Moysen, Ecce ego pluam uo- Exo. 16
bis panes de cœlo: & exiet populus, & col-
ligent unius diei in diem, ut tentem illos si
ambulent in lege mea, an non. Tentatio ista
probatio est, non ad peccatum seductio: nec
ideo probatio, ut Deus nouerit, sed ut ipse ip
sis hominibus ostendat quo humiliores fiant

ad petendum adiutorium & agnoscendā dei
59 grām. Moyses & Aaron dn̄t ad populū inter
Exod.16 cætera, Propter qđ exaudiuit dn̄s murmura-
tionem vr̄am qua uos murmuratis aduersū
nos. Nos aūt quid sumus? Non.n.aduersum
nos murmur vestrum est, sed aduersus dn̄m.
D Non*.n. tm̄ se ualere uoluerunt quantū deū.
*a.l.ex hoc. Dixerunt.n.quid sumus nos? Vt illi aduersus
illū se scirent murmurasse, qui istos miserat,
& per istos operabaṫ. Nec talis est illa sn̄ia,
ubi Petrus dicit Ananiæ, Cur ausus es mētiri
spiritui sancto? Non hominibus mentitus es,
Acto. 5. sed deo. Quod simile fuisset si dixisset, nō spi
rituisancto mentitus es, sed deo. Ita.n.loquēs
negaret deū esse spiritumsanctum. Nunc ve-
ro cum dixisset, Ausus es mentiri spirituisan
cto cum ille se putaret hominib. fuisse menti
tum, ipsum spiritumsanctum deum esse mō
strauit, subiungens, Non hominib. mentitus
es sed deo. Deus mandauit per Moysen popu
60 lo, Ad uesperam edetis carnes, & mane reple
Exo. 16. biminī panibus, Ecce nō pro oī alimento pa-
nes nominantur. Nam isto noīe carnes com-
plecterentur, quia & ipsæ alimenta sunt: nec
tn̄ panes eos modo dicit qui fiunt ex frumen
to, ipsos.n.proprie panes appellare consueui
mus: manna autem panum noīe appellat. Nō
aūt uacat, ꝙ dicit ad uesperā carnes & mane
panes se daturum. Tale quippe aliquid etiam
in Helia significatum est, cum ei alimēta cor
E uus afferret. An forte carnib. ad uesperam &
2.Re.17 mane panibꝰ, ille significatur, qui traditus est
ꝓꝓ delicta nostra, & resurrexit ꝓꝓ iustifica-
tionem nostram? Ad uesperam quippe mor-
tuus ex infirmitate sepultus est, mane autem
Rom.4. apparuit discipulis, *quia resurrexerat ex uir
tute. Et dixit Moyses ad Aaron, Accipe uas
aureum unum, & mitte illud plenum gomor
Exo. 16. mannæ, & repone illud ante deum, & seruet
61 in progenies quemadmodum præcepit dn̄s.
*a. l. qu. Quæri pōt ubi Aaron poneret ante deū, qn̄
resurre- nec ullum simulacrum fuit, nec arca testamē
xerat in ti iam fuerat instituta. An forte ideo de futu-
virtute. ro dixit, repones, ut intelligeretur tunc ante
deum posse reponi qn̄ futura erat arca; an po
tius ante deum dictum est quod fit ipsa deuo
tione offerendi, in quocunq; loco poneret,
ibi.n.non est deus? Sed illud quod adiungit,
Et reposuit Aaron ante testimoniū ad reser-
uandum: priorem magis sensum asserit. Hoc
eñ mō scriptura dixit ꝑ ꝓlepsim, qđ postea
factū est cū eē cępit tabernaculū testimonij.
Filij aūt Israel ederunt manna annis qua- 62
draginta, quoadusq; uenirent in terram quæ Exo. 16.
inhabitatur. Manna ederunt quoadusq; ueni F
rent in partem Phœnicis. Signāuit scriptura
per prolepsim.i.hoc loco cōmemorando qđ
ēt postea factū est, non edisse filios israel in
eremo nisi manna. Hoc est.n.qđ ait, usque ad
terrā quæ inhabitatur.i. quæ iam non est ere
mus: non quia continuo ut uenerunt ad ter-
rā habitabilē destiterūt uesci manna, sed ꝗa
nō ante. Traiecto.n.Iordane signāt māna ces
sasse, ubi panes terræ manducauerunt: qn̄ er
go ingressi sunt habitabilē terrā, anteꝗ̃ trāsie
runt Iordanē, uel tm̄ manna uesci, uel utroq;
cibo potuerūt. Hoc ꝗppe intelligi pōt, qn̄ ces
sasse manna non discit nisi Iordane traiecto.
Cur aūt in illa eremi inopia ēt carnes deside
rauerunt, qn̄ de Aegypto cū suis ualde mul-
tis pecorib. exierunt, magna qō est. Nisi forte
dicaṫ, cum per eremū pascua tanta nō essent,
& ex eo minor futura uideretur fœcunditas
pecorum, pepercisse illos pecorib. ne oīb. de-
ficiētib. ēt sacrificiis necessaria defuissent: uel
si quid aliud dici pōt, unde qō ista soluatur.
Congruentius tn̄ creditur non eos carnes de
siderasse quas de pecorib. habere poterāt: sed
eas quæ deerant, ex aquis uidelicet. Ipsas ꝗp- Ortygometra.
pe in illa eremo non inueniebant, unde & il
lis ortygometra data est.i. aues quas coturni-
ces multi Latini interpretati sunt, cū sit aliud
genus auium ortygometra, ꝗ̃uis coturnicib.
non usquequaq; dissimile. Nouerat.n. Deus
quid desiderarent, & desiderium eorum quo
carnis genere satiaret. Sed quia scriptura con
cupiuisse illos carnes dixerat, nec expresserat
cuiusmodi carnes, ideo qō facta est. Manna 63
ederunt quoadusq; uenirent in partem Phæ- Exod. 6.
nicis. Iam dixerat quoadusq; uenirent ad ter
ram quæ inhabitatur. Sed quia non expresse-
rat proprie ꝗ̃ diceret, repetitione vr̄ quandā
proprietatem expressisse, dicendo, in partem
Phœnicis. Sed tunc illam terram sic creden-
dum est appellatam: modo.n.hoc non uoca-
tur nomine. Alia quippe est quæ Phœnice
appellatur regio Tyri & Sidonis, qua illos
transisse non legitur: quanquam scriptu-
ra fortasse potuerit terram Phœnicis appel-
lare, ubi palmarum authores iam esse cœ-
perant

perant

petrant post eremi uastitatē,qm̄ palma Græ-
H ce sic appellatur.Initio.n.ꝑfectionis suæ in-
uenerant locum ubi septuaginta palmarum
arbores fuerant,& duodecim fontes: sed po-
stea eos excepit eremi prolixitas,ubi tale ali-
quid non fuit quousq; uenirent ad loca quæ
colebant.Verum ille sensus est ꝓbabilior,ut
credamus sic appellatā tunc fuisse terrā.Mul
tarum .n. terrarum & locorum, sicut flumi-
num & urbium, nomina certis existentibus
causis antiq̃tate mutata sunt. Et dixit dn̄s ad
64 Exo. 17. Moysen,Antecede populum, Sume autē te-
cum de seniorib.populi:& uirgā in qua per-
cussisti flumen accipe in manu tua. Flumen
Aaron legit,nō Moyses uirga ꝑcussisse. Nā
Moyses eadē uirga mare diuisit, non flumē.
Quid sibi ergo uult,Accipe uirgā in qua per
cussisti flumen?An forte mare appellauit flu
men? Quærendū exēplum locutionis huius,
si ita est,an qđ Aaron fecit, Moysi potius tri
butum est:quia per Moysen deus iubebat, q̃
faceret Aaron:& in Moyse authoritas,in illo
aūt ministeriū fui: qm̄quidem & primis suis
Exod. 4. uerbis Deus hoc illi ait de fratre suo, Erit ti-
65 bi ad populū,tu illi in ijs quæ ad deū.Et ecce
Exo. 17. ego sto super cacumē collis, & uirga dei in
I manu mea, dicit Moyses ad Iesum Naue cū
al. pugnari. ꝑciperet* pugnare aduersus Amaleh. Nunc
Lucæ.1. ergo uirga dei dr̄ q̃ primū dicta est uirga Aa
rō, postea uero uirga Moysi:sicut dr̄ spiritus
Heliæ q̃ est spūs dei, cuius particeps factus
est Helias:sic illa potuit dici. Dr̄ ēt dei iusti-
Re. 10. tia, q̃ nostra est, sed donata a deo: de qua lo-
quens Apostolus,Iudęos arguit dicēs,Igno-
rantes dei iustitiā, & suā iustitiā uolentes cō
stituere.i.tanq̄ a se sibi paratā. contra quales
2.Cor.4. dicit,Quid.n.habes quod non accepisti?Ve-
Exo. 18. nit aūt Aaron & omnes seniores Israel man
66 ducare panem cum socero Moyse ante deū:
uel sicut alij codices habent, coram deo: ꝙ
Græce scriptū ἐναντίον τοῦ θεοῦ Quærit ubi
ante deū,qm̄ nec tabernaculum fuit,nec arca
testamenti:quæ postea sunt instituta. Neque
enim & hic de futura dictum accipere possu
mus,sicut dictum est de manna quod positū
est in uase aureo. Ergo ante deum id accipe
re debemus factum,ꝙ in honorem dei factū
est. Vbi.n.nō deus?Moyses socero suo dixit,
Exo.18. Quia uenit ad me populus inquirere iudi-
cium a deo cum eis contigerit disceptatio,et
cum uenerint ad me, iudico unumquenq;,
& moneo ꝑcepta dei & legē eius.Quæri pōt K
qūo ista Moyses dixerit,cū lex dei adhuc nul 97
la conscripta esset,nisi quia lex dei sempiter-
na est,q̃ consulunt omnes piæ mentes, ut ꝙ
in ea inuenerint, uel faciant,uel iubeant,uel
uetent, ſm quod illa incommutabili uerita-
te * perceperint.Nunquid enim Moyses quā a.l. perceperit.
uis cum illo deus loqueretur,per singula cre
dendum est quòd consulere soleret deum si
quid esset in disceptationib. tantæ multitudi
nis, quę illum in hoc iudicādi negocio a ma
ne usq; ad uesperam detinebat?Et tamen ni-
si suæ menti præsidentem dn̄m consuleret,le
gemq; eius æternam sapienter attenderet,q̃d
iustissimum iudicare inter disceptantes pos-
set non inueniret.Iōq; Iethro cōsiliū dat ge- 68
nero suo Moysi,ne occupatus iudicijs popu Exo. 18.
li & ipse & populus consumeretur consum-
ptione intolerabili. Prima qō est,cur hoc de⁹
famulum suum, cum quo ipse tanta & talia
loquebatur,ab alienigena passus est admone
ri. In quo scriptura nos admonet,per quemli
bet hominem detur consilium ueritatis,non
debere contemni. Videndum est etiā,ne for-
te ibi uoluerit deus ab alienigena admoneri
Moysen, ubi & ipsum posset tentare super-
bia: sedebat .n. iudiciaria sublimitate solus,
uniuerso populo stante. Nam hunc sensum L
indicat,cum ipse Iethro eos eligi iussit ad iu
dicandas causas populi, q̃ odissent superbiā.
Deinde quàm sit obseruandū quod alibi scri Ecclesiastici. 11.
ptura dicit,Fili ne in multis sint actus tui:sa-
tis & hic apparet. Deinde uerba Iethro dan-
tis consiliū Moysi consyderanda sunt. Dicit
.n. Nunc itaq; audi me,& consiliū dabo tibi,
& erit deus tecū. Vbi mihi ur̄ significari,ni-
mis intentū humanis actionib. animū, ideo Exo.18.
quodammō uacuari,quo fit tanto plenior,q̄
to in superna atque æterna liberius extendi-
tur. Quod uero adiungit & dicit, Esto tu 69
populo in ijs quæ ad deum, & referes uerba Exo. 18.
eorum ad deum: & testaberis illis præcepta
& legem eius: demonstrabis illius uias in
quibus ambulabunt in eis, & opera quæ fa-
ciant.Cum populo uniuerso hoc agendum
esse demonstrat. Non enim ait,uniuscuiusq;
uerba referes ad deum, sed uerba eorum, cū
supra dixisset, Esto tu populo in ijs q̃ ad deū
sunt. Post hæc admonet ne singulorum ne-

gocia quæ inter ſe habent deferantur,electis
M uidelicet potentib.uiris deum colētib. iuſtis
& qui oderint ſuperbiã,quos conſtituat ſup
millenos,alios ſuper cētenos, alios ſuper qn
quagenos, alios ſuper denos. Sic & ab ipſo
Moyſe remouit graues & periculoſas occu-
pationes,nec iſtos grauauit. Qñquidem ipſi
mille haberent unũ ſuper ſe & ſub illo habe
rent alios decē,& ſub eis alios uiginti:& ſub
his alios centũ,ut uix aliqd ad ſingulos quoſ
q; præpoſitos perueniret,ꝙ indicare neceſſe
haberent.Inſinuatur hic ēt humilitatis exem
plũ,ꝙ Moyſes cũ quo loquebatur deus,non
faſtidiuit, neq; cōtempſit alienigenæ ſoceri
ſui conſiliũ:quanq̃ & ipſe Iethro,cũ Iſraeli-
ta non fuiſſet, utrum inter uiros deum uerũ
colentes,religioſeq; ſapientes habendus,ſit,
quemadmodũ & Iob cũ ex ipſo populo non
fuiſſet,merito quęritur immò credibilius ha
betur:ambigue quippe poſita ſunt uerba,uel
utrũ ſignificauerit deo uero in populo eius,
qñ uidit generũ ſuum, uel utrũ adorauit eũ
ipſe Moyſes quanq̃ de adoratione etiã ſi ex-
preſſe poſitum eſſet,honor uideretur ſocero
redditus,eo modo quo ſolet hominib. hono
rificentiæ cauſa exhiberi a patrib. Sicut de
A Abrahã ſcriptum eſt,quod adorauerit filios.
Gen. 23. Heth.Quos autē dicat, *γραμμάτων εἰσαγογεῖς*
poſt decuriones,non facile ſciri pōt;qm̃ hoc
nomē in nullo uſu habemus uel officiorum
uel magiſteriorum.Nã quidã doctores inter
difficillime indagari quãdo uſus literarum eſſe ceperit. pretati ſunt,ut intelligantur utiq; literarũ, q
introducant in literas ſicut reſonat Græcũ
uocabulũ. Hic ſanè ſignificatur ꝙ ante legē
datã habuerunt Hebręi literas,quæ qñ cœpe
rint eſſe,neſcio utrum ualeat indagari. Non
nullis.n.uĩ a primis hominib.eas cœpiſſe,&
perductas eſſe ad Noe, atq;inde ad parentes
Abrahæ, & inde ad populũ Iſrael: ſed unde
hoc probari poſsit ignoro:

70 Menſis autē tertii exitus filiorũ Iſrael de
Exod. 19. terra Aegypti hac die uenerunt in eremum
Sina;& profecti ſunt ex Raphidim,& uene-
runt in eremum Sina, & applicuit Iſrael ibi
contra montē, & Moyſes aſcendit in montē
dei,& uocauit eũ dñs de mōte dicens, Hæc
dices domui iacob, & nunciabis filiis Iſrael,
Vos ipſi uidiſtis quæ fecerim Aegyptiis, quõ
portauerim uos ſuper alas aquilarũ & aſſum
pſerim mihi. Si ergo audieritis uocē meam
& cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in
peculiũ:& cætera.Deinde paulopoſt,Deſcē-
de & teſtare populo & purifica illos hodie,
& eras:& lauent ueſtimenta ſua, & ſint para
ti in diē tertium. Tertia.n.die deſcendet dñs
in montē Sina corã oĩ populo. Hoc die repe B
ritur data lex, quæ in tabulis lapideis ſcripta *Ibidem.*
eſt digito dei,ſicut cōſequentia docent.Dies
aũt iſte tertius apparet tertii menſis ab exitu *Exo. 31.*
iſrael ab Aegypto.Ex die ergo quo paſcha fe
cerunt.i.agnũ immolauerunt, & ederunt, q
fuit quartuſdecimus primi menſis, uſque ad
iſtũ quo lex datur,dies quinquaginta nume- *Exod. 12*
rantur: decē & ſeptem.ſ.primi menſis, reliq
ab ipſo quartodecimo;deinde oēs triginta ſe
cundi menſis,qui fiunt quadragintaſeptē:&
tertius tertii menſis, qui eſt a ſolēnitate occi
ſi agni quinquageſimus. Ac p hoc fit in iſta
umbra futuri,ſm agni immolati diē feſtũ ſi-
cut quinquageſimo die lex data eſt,quę con
ſcripta eſt digito dei:ita in ipſa ueritate noui D
teſtamēti a feſtiuitate agni immaculati Chri
ſti Ieſu quinquaginta dies numerantur, qñ
ſpiritus ſanctus de altiſsimis datus eſt. Digi- *Acto. 2.*
tum aũt dei eſſe ſpiritumſanctũ, ſ iam dixi-
mus teſte Euangelio. Quæritur decē pcepta 71
legis quemadmodũ diuidenda ſint utrũ qua C
tuor ſint uſq; ad pceptum de ſabbato,quę ad
ipſum deum ptinent,ſex aũt reliqua, quorũ
primum,Honora patrem & matrem:quæ ad *Exod. 20.*
hominem ptinent,an potius illa tria ſint, & *Distinctio præceptorũ decalogi.*
iſta ſeptē.Qui.n.dicunt illa quatuor eſſe, ſe-
parant ꝙ dictum eſt, Non erunt tibi dii alii
pter me,ut aliud pręceptum ſit nō facies tibi
idolum:& cætera,ubi figmenta colenda phi
bentur.Vnum autē uolunt eſſe, Non concu
piſces uxorem proximi tui:&, Non concu-
piſces domum proximi tui,& omnia uſq; in
finem. Qui uero illa tria eſſe dicunt, & iſta
ſeptem, unum uolunt eſſe,quicquid de uno
colendo deo præcipitur, ne aliquid aliud p-
ter illum pro deo colatur. Hæc autem extre-
ma præcepta in duo diuidunt, ut aliud ſit
præceptum, Non concupſices uxorem pro-
ximi tui: & aliud,Non concupiſces domum
priximi tui, non ſeruum, non ancillam,non
bouem, non aſinum, nec omnia quęcun-
que illius ſunt. Decem tamen eſſe præcepta
neutri ambigunt, quoniam hoc ſcriptura te
ſtatur. Mihi tamen uidentur cogruentius
accipi

*A. L. quia.

accipi tria illa, & ista septem *, qm̄ Trinitatē uidentur illa quæ ad Deum pertinēt insinuare diligentius intuentibus. Et reuera quod dictum est, Non erunt tibi dii alii præter me: hoc ipsum perfectius explicatur cum prohibent colenda figmenta. Concupiscentia porrò uxoris alienę, & concupiscentia domus alienæ, tm̄ in peccando differunt, ut illi quod dictum est, Non concupisces domum proximi tui: adiuncta sint & alia dicente scriptura, neq; agrū eius, neq; seruum eius, neq; ancillā eius, neq; boues eius, neq; subiugalē eius, neq; omne pecus eius, neq; quæcunq; proximi tui. Discreuisse aūt uī concupiscentiam uxoris alienę a concupiscentia cuiuslibet rei alienæ, qn̄ utrunq; sic cœpit, Non concupisces uxorē proximi tui: &, Non concupisces domum proximi tui: & hinc cœpit cætera adiungere. Non autem cum dixisset, Non cōcupisces uxorem proximi tui: huic cōnexuit alia dicens, neq; domū eius, neq; agrū eius, neq; seruū eius, & cætera: sed omnino apparent hęc esse coniūcta quæ in uno præcepto uñr contineri, & discreta ab illo ubi uxor nominata est. Illud autem ubi dictum est, Non erunt tibi dii alii pręter me, apparet huius rei diligentiorē executionē esse in iis quæ subiecta sunt. Quo.n.pertinet, Nō facies tibi idolū, neq; ullum simulachrum: quæcunq; in cęlo sunt sursum, & q̄cunq; in terra deorsum, & quæcunq; in aqua sub terra, non adorabis ea neq; seruies illis, nisi ad id quod dictū est, Non erunt tibi dii alii p̄ter me? Sed rursus q̄ritur quid differat, Nō furtū facies: ab eo qđ paulopost de non cōcupiscendis proximi rebus præcipitur. Non quidē omnis qui rē proximi sui concupiscit, furatur: sed quia omnis qui furatur rem proximi cōcupiscit, poterat in illa generalitate ubi de nō cōcupiscēda re proximi pręcipitur, etiā illud qđ ad furtum pertinet contineri. Similiter etiā quærit̄ quid differat quod dictū est. Non mœchaberis: ab eo quod paulopost dr̄, Non concupisces uxorem proximi tui. In eo quippe quod dictum est, non mœchaberis, poterat & illud intelligi: nisi forsitan in illis duobus pręceptis, non mœchandi, & nō furandi, ipsa opera notata sunt, in his uero extremis ipsa cōcupiscētia. quæ tm̄ differūt, ut aliquādo mœchetur qui non cōcupiscit uxorem proximi, cum alia ali

D

E

qua eā illi miscetur: aliqn̄ autē concupiscat nec ei misceatur, pœnam timens: & hoc fortasse lex oñdere uoluit, q̄ utraq; peccata sint. F

Item quæri solet utrum mechiæ nōie ēt fornicatio teneatur. Hoc.n.Græcum uerbū est, quo iam scriptura utit̄ pro Latino: Mœchos μοιχος. tñ Gręci non nisi adulteros dn̄t. Sed vtiq; ista lex non solis uiris in populo, uerumēt fœminis data est. Neq; enim quia dictum est, Non concupisces uxorē proximi tui: nihil sibi hic præceptum dēt putare fœmina, tanq̄ licite posset concupiscere virum proximæ suæ. Si ergo hoc ex illo quod uiro dictum est intelligitur, q̄uis non dictū sit q̄ ēt ad fęminā pertineat: quanto magis ex eo quod dictum est, non męchaberis, uterq; sexus constringitur, cum & ipsum præceptū pōt referri ad utrunque, sicut non occides, non furaberis, & alia quæ similiter non expresso uno sexu utrique uñr sonare cōiter, Tñ ubi unus exprimitur, honoratior vtiq; exprimitur, i. masculinus, ut ex hoc intelligat ēt fœmina quid sibi præceptum sit. Ac per hoc si fœmina mœchata est habens uirum, cōcumbendo cum eo qui uir eius non est, etiam si ille non habeat uxorem, etiam uir męchatus est habens vxorem, concumbendo cū ea quæ uxor eius non est, etiam si illa non habeat uirum. Sed utrum si faciat qui uxorē non habet cum fęmina quæ uirū non habet, ambo pręcepti huius transgressione teneantur, merito quæritur. Si.n. non tenetur, non est prohibita in decalogo fornicatio, sed sola męchia.i.adulteriū: quamuis oīs mœchia etiam fornicatio esse intelligitur, sicut loquuntur scripturę. Dominus.n. dicit in Euangelio, Quicunq; dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis facit eam męchari. Hoc utiq; fornicationem appellauit, si cum alio peccet quę uirum habet, quod est męchia, i. adulterium. Omnis ergo męchia etiam fornicatio in scripturis dr̄, Sed utrum ēt omnis fornicatio mæchia dici possit, in eisdem scripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum: sed si non omnis fornicatio etiam męchia dici potest, ubi sit in decalogo prohibita illa fornicatio quā faciunt uiri qui uxores non habent, cum fęminis quæ maritos non habent, utrum inueniri possit, ignoro. Sed si furti nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alie-

G

Matt. 5.

 næ:

H ne:non.n.rapinā ꝑmisit qui furtū prohibuit,
sed utiq; a parte totū intelligi uoluit, q.c.q.d
illicite rerum proximi aufertur: profectò &
nomine mœchię omnis illicitus concubitus
atq; illorū membrorū non legitimus usus ꝓ
hibitus debet intelligi. Et qđ dictum est, Nō
occides: non putandum est fieri ꝯ hoc pręce-
ptum qn̄ lex occidit uel occidi aliquem deus
iubet. Ille.n. facit qui iubet, qn̄ ministeriū ne
gare non licet, In eo etiam quod dictum est,
Falsum testimoniū non dices aduersus proxi
mū tuum, q̄ri solet, utrū prohibitū sit omne
mendacium: ne forte non sit hoc præceptum
aduersus eos qui dicunt tunc esse mentien-
dum, qn̄ istud mendacium prodest alicui, &
nihil obest ei cui mentiris. Tale quippe non
est aduersus proximū tuū, ut ideo uideatᷣ hoc
addidisse scriptura, q̄ posset breuiter dicere,
falsum testimonium nō dices, sicut dixit, nō
occides, non mœchaberis, non furaberis. Sed
Psal. 5. hinc magna quæstio est, nec a festinantibus
Ecclesiasti commode explicari potest qūo accipiēdum
stici. 7. sit, Perdes omnes qui loquuntur mendaciū:
I &, Noli uelle mentiri omne mendacium: &
72 cętera huiusmodi. Et omnis populus uidebat
Exo. 20. vocem & lampades & uocem tubę & mon-
tem fumantem. Solet quæri qūo populus ui-
debat uocem, cum uox non ad uisum, sed po
tius ad auditū ꝑtinere uideatᷣ. Sed, sicut sicut
dr̄, modo dixi, uideatur de oībus quę a me di
cta sunt, sic uidere solet ꝓ generali sensu po-
ni, non solū corporis, uerumetiā animi: Vn-
de est illud, Cū uidisset iacob, quia sunt escæ
in Aegypto: unde vtique abiens erat. Quan-
Gen. 24. quam nonnulli uidere uocem nihil aliud ar
bitrati sunt esse q̄ intelligere, qui uisus men-
tis est. Cū uerò hic breuiter dicendum esset,
ꝙ populus uidebat uocem & lāpades, & uo-
cem tubæ ac montē fumantē, quæstio maior
oritur qūo audiebat lampades, & mōtē fumā
tem, qđ pertinet ad sensum uidendi: Nisi q̄s
dicat, nec tā breuiter dicēdū fuisse: sed ut to-
tū diceretur, audiebat uocē & uidebat lampa
des, & audiebat uocē tubæ & uidebat montē
fumantem. Duo quippe genera uocis erant,
& de nubibus, sicut tonitrua: & tuba, si tm̄ ip-
sam dixit uocē quæ de nubibus ędebatᷣ: ac ꝑ
hoc melius in iis q̄ ad sensum audiendi per-
tinebātᷣ generalis sensus est positus, hoc est uī
dēdi, cum breuiter totum uellet scriptura cō
plecti, q̄ ut in iis q̄ pertinent ad uidendi sen- K
sum, subintelligeretur auditus: quo more lo-
qui non solemus, Nam uide quid sonet, sole-
mus dicere: audi quid luceat, non solemus.
Loquere tu nobis, & non loquatur ad nos 73
Deus, ne qn̄ moriamur. Multum & solide si- *Exo. 20.*
gnificatur ad vetus testamentum timorē po-
tius ꝑtinere, sicut ad nouam dilectionē: quā
quam & in uetere nouum lateat, & in nouo
uetus pateat. Qūo aūt tali populo tribuatur
uidere uocem Dei, si hoc accipiendum est in
telligere, cum sibi loqui timeant ne morian-
tur, non satis elucet. Et dixit eis Moyses, Con
stantes estote, ꝓpea.n. uenit deus ad uos ten 74
tare uos, ut sit timor eius in uobis ne pecce- *Exo. 20.*
tis. Sic illi cohibendi fuerant a peccatis, utiq;
timendo ne pœnas sensibiles paterētur, quia
nondū poterant amare iustitiā: & in hoc erat
eis tentatio a dn̄o qua probabātur, ut appare
rent cuiusmodi essent: non ut Deo noti fie-
rent, quem non latebant qualescunq; essent,
sed ut inter se ac sibimet. Multum tn̄ istis ter-
roribus testamenti ueteris differentia cōmen
datur, qđ etiam in Epistola ad Hebręos aper *Heb. 12.*
tissime dictum est. Moyses autem intrauit in 75
nebulam ubi erat Deus id est, vbi expressio- *Exo. 20.*
ra fiebant signa quibus cognosceretur deus. L
Nam qūo in nebula erat, cum cœli cœlorū
non sufficiāt, nisi quemadmodum nusquam
non est qui in loco nullo deest. Non facietis 76
vobis Deos argenteos, & deos aureos non fa *Exo. 20.*
cietis vobisipsis. Reperitur quod in primo ꝓ
cepto inculcatum est, & ex diis argenteis &
aureis utiq; omnia simulachra intelligūtur,
sicut in illo etiam Psalmo, Idola gentium ar- *Ps. 113.*
gētum & aurum. Quę de seruo Hebręo præ 77
cipiuntur, ut sex annos seruiat & dimittatur *Exo. 21.*
liber gratis, ne serui Christiani hoc flagita- *Ephe. 6.*
rent a dominis suis, Apostolica authoritas iu
bet seruos dominis suis esse subiectos, ne do
ctrina & nomen Dei blasphemetᷣ. Illud.n. ex
hoc satis constat in mysterio pręceptum, q.a
& pertūdi subula eius aurem ad postem præ
cepit Deus, qui libertatem illam recusaret. Si 78
quis aūt uendiderit filiam suam in famulam, *Exo. 20.*
non abibit ita ut ancillæ recedunt. Qđ si nō
placuerit dn̄o suo quia non adnominauit eā,
remunerabit eam: Genti autem exteræ non
est dominus uendere illam: quoniam spreuit
in ea. Quòd si filio adnominauerit secundum
iustifica-

iustificationẽ filiarũ faciet. Qđ si aliam accipiet ei, quæ opus sunt & uestẽ & cõuersationem eius non fraudabit ei. Si aũt tria hæc nõ fecerit ei, exibit gratis sine precio. Obscurissimũ locum inusitatæ locutiones fecerũt, ita ut interpretes nostri quemadmodum eũ explicarent pene non inuenirent. In ipso quoque Græco eloquio multũ obscurum est, q̃d
M hic dr̃. Tamen quid uideat̃ ut potero aperiã. Si quis aũt, inquit, uendiderit filiã suã in famulã .i. ut sit famula, quam ο᾽ικέτην Græci uocant, non abibit ita ut recedunt ancillę: intelligendũ est, non sic recedet q̃uo recedunt ancillæ Hebrææ post sex annos. Eã quippe oportet etiã in fœminã Hebræam legẽ datã intelligi quæ seruatur in marib. Cur ergo ista nõ ita recedat, nisi quia in illo famulatu intelligitur humiliata ꝙ ei se dñs miscuerit? Hoc .n. in consequentib. utrunq; clarescit. Sequitur .n. & dicit, Qđ si nõ placuerit dño suo q̃a non adnominauit eã .i. non eam fecit vxorẽ, remunerabit eã: hoc est quod s̃ dixit, nõ abibit ita ut recedũt ancillæ. Iustum est quippe eam aliquid accipere pro eo ꝙ humiliata est, quia non ei se ita cõmiscuit ut faceret vxorẽ .i. ut adnominaret eam sibi. Hoc aũt quod diximus, remunerabit eã: quidã interpretes dixerunt redimet eam. Quod si in Græco dictũ esset, ἀπολυτρώσεται scriptum esset, sicut scriptum est, Et ipse redimet Israel. Nam ἀπολυτρώσεται scriptum est. In hoc aũt loco uocabulum ἀπολυτρώσεται legitur, ubi intelligit̃ ꝙ accipit magis aliquid, q̃ precio dat̃ ut redimat̃. Q̃uo .n. dabit dominus eius ut redimat, q̃ ipse famulã possidet? Genti aũt exteræ nõ est dñs uendere illã, qm̃ spreuit in ea .i. non quia spreuit in ea, ideo dominus est uendere illã .i. non tm̃ ei dominabitur, ut etiã exteræ genti eam licitè uendat. Hoc est autẽ spreuit in ea, quod est spreuit eam. Spreuit autẽ eã, hoc est, humiliauit eam .i. cõcumbendo nec vxorem faciendo. Dixit aũt Græce ἠθέτησεν quod nos diximus spreuit, quo uerbo scriptura utitur apud Hieremiam, Sicut spernit mulier eum cui commiscetur. Deinde sequitur & dicit, Qđ si filio adnominauerit eam, ſm iustificationẽ filiarum faciet ei: Hic iam aperire incipit quemadmodum s̃ dixerat, q̃ non adnominauit. Nam quid est aliud si filio adnominauit, nisi filio coniunxerit eam vxorem, quandoquidem dicit ſcđm iustificationẽ filiarũ faciet ei .i. ut sic tradat tanq̃ filiam, B
dotẽ .s. apponens ei. Deinde adiungit, Qđ si aliã accipiet .i. non istã deputauerit vxorem filio suo, sed ei aliã accipiat, quę opus sunt & uestem & conuersationẽ eius non fraudabit ei. Simili lege quæ cõpetunt, qm̃ non mansit uxor filio eius, quemadmodũ ei daret si eã sibi nõ adnominasset, & tñ cõcumbendo humiliasset. Quod aũt nos diximus, conuersationẽ non fraudabit, Græcus hẽt ο᾽μιλίαν .i. locutionẽ, quo nomine intelligitur scriptura honestius appellare cõcubitũ. Quid est autẽ concubitũ non fraudabit, nisi pro concubitu mercedẽ dabit? Nanq; apud Danielẽ ꝓ Susannã falsum testimoniũ dicentes seniores, Venit, inquiunt, ad eã adoloscens qui erat in latenti absconditus, & cõcubuit cũ ea. Daniel ãt de hoc ipso interrogans ait, Sub qua arbore uidisti eos loquẽtes: quod illi dixerant, cõcubuit cũ ea. Deinde alterum arguens atque conuincens dixit, Semen Cannan & non Iuda, species delectauit te, & cõcupiscẽtia euertit cor tuũ. Sic .n. faciebatis filiab. Israel, sed illæ timentes aquiescebant uobis. Græcus aũt habet ὡμίλησαν ἡμῖν qđ: posset Latine uerbũ ex uerbo dici, loquebant̃ uobis, quo significaretur concubitus. Nã ubi dr̃, Sub qua arbore cõprehendistis eos: Gręcus habet, comprehendistis eos colloquentes inuicẽ: & illic significatur concubitus. Quod ergo de hac de qua agitur adiungit scriptura & dicit, Si aũt tria hęc nõ fecerit ei, exibit gratis: hoc intelligitur, si eam ipse concubitu nõ humiliauerit, neq; filio suo cõiunxerit, neq; alia filio suo ducta istã eieçerit, abibit gratis .i. sufficiet ei nõ teneri in seruitute. Abibit .n. nihil accipiens ut seruus Hebręus, non .n. licet dño eiꝰ copulari istã uiro non Hebræo, q̃ nõ licet exteræ genti tradi. Si aũt seruo Hebręo eã copulauerit, hoc utiq; intelligitur, ꝙ cum eo gratis exibit nequaquã a marito suo separata. Si quis percusserit aliquam & mortuus fuerit, 79
morte moriatur, Qui aũt nolens, sed deus tradidit in manus eius, dabo tibi locum in quem fugiat: Quæritur hoc quomodo dictum sit, Si autem nolens, sed deus tradidit in manus eius: quasi & si uolens occiderit, posset occidere, nisi deus traderet in manus eius. Intelligitur ergo tantummodo deum fecis-

Margin notes: Ps. 129. A — Dan. 13. — C — Exo. 21.

D fecisse cum quisq; occiditur a nolente: & ꝓ
hoc tantummō quia deus id fecit, dictū est,
deus tradidit in manus eius. Cū uero uolens
& ipse occidit & deus tradidt in manus eiꝰ,
hoc ergo interest, ꝙ illic tm̄ deus fecit. hic au
tē & deus & hō, ꝑ ꝑ uoluntatē facientis, sed
non fecit deus ut hō, Deus.n.non nisi iuste.
hō aūt pęna dignus: nō quia illū occidit quē
deus uellet occidi, sed quia per iniquitatem.
Non.n. ministeriū deo iubenti præbuit: sed
suæ malignæ cupiditati seruiuit. In uno igit̄
eodēq; facto & deus de occulta æquitate lau
dat̄, & hō de propria iniquitate punitur. Nō
Rom. 8. .n. quia deus proprio filio nō pepercit, sed ꝓ
nobis omnib. tradidit illū, iō Iudas excusa-
Mat. 26. tus est, qui eundē ad mortē tradidit Christū.
80 Si aūt litigabunt duo uiri, & percusserit quis
Exo. 21. mulierē fœtū in utero habentē, & exierit in
fans eius nondū formatus, detrimentū patie
tur qnantū indixerit uir mulieris, & dabit cū
postulatione. Mihi uī significationis alicuiꝰ
causa dici hæc, magis q̄ scripturā circa hmōi
facta occupatā. Nā si illud attenderet, ne prę-
E gnans mulier percussa in abortū cōpelleret̄:
non poneret duos litigantes uiros, cū possit
& ab uno hoc admitti, qui cū ipsa muliere li
tigauerit, uel ēt nō litigauerit, sed alienæ po-
steritati nocere uolendo id fecerit. Qđ uero
nō formatū puerperiū noluit ad homicidiū
pertinere, profecto nec hominē deputauit ꝙ
tale in utero geritur. Hic de anima qō solet
agitari, utrum quod formatū nō est, nec ani-
matū quidē, posit intelligi, & ideo nō sit ho
micidiū, quia nec exanimatū dici potest, si
adhuc animā non habebat. Sequitur.n.& di-
cit, Si aūt formatū fuerit, dabit animā ꝓ ani
ma. Vbi quid aliud intelligitur, nisi & ipse
morietur? Nam hoc & in cæteris ex occasio
ne iam præcepit, Oculū pro oculo, dentem
pro dente, manum pro manu, pedem pro pe
de, combustionem ꝓ combustione, uulnus
pro uulnere, liuorem pro liuore: talionis ui-
delicet ęquitate. Quæ lex ideo constituit, ut
demonstraret quæ uindicta debeatur. Nisi.n.
per legem sciretur quid uindictę deberetur,
vnde sciretur qđ uenja relaxaret, ut dici pos-
set, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos
dimittimus debitorib. nostris? Dibitores igi-
tur lege monstrātur, ut appareat quid dimit-
Matt. 6. atur qn̄ ignoscitur. Neq;.n. debita dimitte-
remus, nisi quid nobis deberetur, lege indice
discerremus. Si ergo illud informe puerperiū F
iā quidē fuerit, sed adhuc quodammō infor
miter animatū: qm̄ magna de anima qō non
est præcipitanda indiscussa temeritate sentē
tiæ, ideo lex uoluit ad homidium pertinere:
quia nondum dici pōt anima uiua in eo cor
pore quod sensu caret, si talis est in carne nō
dum formata, & ideo nondum sensib. prædi-
ta. Quod aūt dixit, Et dabit cum postulatio-
ne quod maritus mulieris informi excluso
dandum constituerit: non est in promptu in
telligere. Ad animā quippe, quod Græcus ha
bet, plurib. modis intelligitur, & tolerabilius
cū postulatione dictū est, q̄ si aliud diceret̄.
Fortasis.n. postulabit, ut de eo modo deo sa
tisfaciat, ēt si maritus mulieris non expetat.
Si aūt cornu percusserit taurus uirum aut 81
mulierē & mortuus fuerit, lapidib. lapidabit̄ *Exo. 21.*
taurus, & non māducabunt̄ carnes eius, dn̄s
aūt innocens erit. Ad iustitiā pertinet, ut ani-
mal hominib. noxiū perimatur, & qđ de tau
ro positū est, a parte totū intelligēdū est quic
quid de pecorib. usui humano subditū infe-
stum est homnib Sed si necesse est occidi, nū
quid lapidari? Quid interest.n animal quod G
auferendū est qua morte auferatur? Deinde
quod addidit carnibus eius non esse uescen-
dum, quo pertinet, nisi omnia ista significent
aliud quod scriptura maxime solet intueri. Si 82
autem cornu percusserit alicuius taurus tau *Exo. 21.*
rū proximi & mortuus fuerit, uendent tau-
rū uiuum & partientur precium eius, & tau
rus qui mortuus fuerit dispertietur. Nunqđ
in solo tauro hæc iustificatio seruanda est, &
non de omni pecore in tali casu? Proinde a
parte totū in corde intelligendū est: sed hoc
de carnib. occisi pecoris fieri nō pōt quæ nō
uescuntur. Quæ iustificatio est, ut pro uitulo 83
uno quinq; reddantur, pro oue aūt quatuor *Exo. 21.*
nisi aliquid significare intelligatur? Si autem 84
perfodiens inuentus fuerit fur, & percussus *Exo. 21.*
mortuus fuerit, non est illi homicidium. Si
autē orietur sol super eum, reus est, & morte
morietur. Intelligitur ergo tunc nō ꝑtinere
ad homicidium, si fur nocturnus occiditur:
si aūt diurnus, pertinere. Hoc est.n. quod ait,
Si orietur super eum sol. Poterat quippe di-
scerni quòd ad furandum, nō ad occidendū
uenisset, & ideo non deberet occidi. Hoc &
in

in legib.antiquis secularib. quibus tñ ista est
H antiquior,inuenitur:impune occidi noctur-
ff. ad. l. num furem quoquo modo,diurnum aũt si se
Aqui. l. cũ telo defenderit iã.n.plus est q̃ fur. Quid ẽ
4. qui periurio conuictus fuerit per deũ, resti-
85 tuet duplo, nisi q̄a ea uult deus aliqñ signo da-
Exo. 22. to prodere peierantẽ? Deos non maledices:
86 Queritur quos dixerit deos,utrum principes
Exo. 22. qui iudicant populũ,sicut dictũ est de Moy-
Exod. 7. se quod datus fuerat deus Pharaoni: vt ꝑ ex-
positionẽ dictũ sit quod sequitur,uelut osten
dendo quos dixerit deos,ubi ait,Et principẽ
populi tui nõ maledices: quod Græcus hẽt,
non dices male. An scd̃m illud accipiendũ,
quod Apostolus ait,Nã etsi sunt qui dñr dij,
1. Co. 8. siue in cœlo,siue in terra, sicuti sunt dij mul
ti & dñi multi:addẽdo.n.sicuti sunt,deos in-
telligi uoluit qui digne etiam dicuntur:ita sa
nè λατρεία quæ dicitur Græce, & interpreta-
tur Latine seruitus,sed ea quę ad religionem
pertinere intelligitur, non debeatur nisi uni
deo uero qui nobis est deus: Illi autẽ qui dñr
dij,etiam si qui sunt qui merito dñr, prohibi
ti sunt maledici,non iussi sunt sacrificijs uel
I ullis latriæ obsequijs honorari. Non eris cũ
87 plurib.in malitia.Ne se inde quisquam defen
Exo. 23. dat,quia cum plurib. fecit, aut ideo nõ putet
88 esse peccatum: Et pauperis non misereberis
Exo. 23. in iudicio, Nisi addidisset,in iudicio:magna
89 esset quæstio, Sed intelligendum esset etiam
si scriptum non esset. Supra.n.dixerat, Non
apponeris cum multitudine, cum plurib. ut
declines iudiciũ: ac per hoc & pauperis non
misereberis:posset intelligi, in iudicio. Sed
cum additũ est,nulla quæstio est hoc esse prę
ceptum, ne forte cum iudicamus uideamus
iustitiam esse pro diuite contra pauperem,&
nobis recte facere uideamur, si cõtra iustitiã
pauperi faueamus causa misericordię. Bona
est ergo misericordia, sed nõ debet esse con-
tra iudiciũ. Iudicium sanè illud appellat scri
ptura,quod iustum est. Ne quis aũt ꝑꝑ istã
sententiã deum putaret misericordiã prohi-
bere, quod sequitur opportunissime sequit̃.
Si aũt obuiaueris boui inimici tui, aut subiu
gali eius errantib.reducens reddes ei ut scias
nõ te ꝓhibitũ facere misericordiã. Fac eam
erga inimicos tuos,cũ potestas est a iudican-
Exo. 23. do libera: non.n.cũ reducis errantẽ bouẽ ini
Exo. 23. mici tui & reddis,inter aliquos iudex resides.

sed annis seminabis terrã tuã, & colliges fru K
ctũ eius:septimo aũt anno remissionẽ facies
& requiem dabis illi:& edent pauperes gen-
tis tuæ, q̃ aũt superabunt edẽt feræ bestiæ:sic
facies uineã tuã & oliuetũ tuũ.Quæri potest
q̄d colligãt pauperes,si septimo anno ita par
cit terræ, ut nec seminetur quidẽ? Non.n.ad
uineã & oliuetũ ꝑtinet quod dictũ est, Edẽt
pauperes gẽtis tuæ, q̄a de terra nõ seminata
nihil possunt sumere ubi segetes nasci non
possunt.De uinea.n.& oliueto postea dicit si
militer esse faciendũ: ac ꝑ hoc illud de aruis
intelligitur q̃ frumẽtis seruiunt. An sic acci-
piendũ,Sex annis seminabis terrã tuã, & col
liges fructũ eius: hoc ẽ,sex annis seminabis
& colliges:septimo uero nõ colliges,ut intel
ligat̃ seminabis,ẽt si dictũ nõ est:ut ad sexan
nos seminare & colligere ꝑtineat, ad septi-
mũ uero dimittere ꝙ fuerit seminatũ? Nam
q̄d inde habebũt pauperes, quorũ residuũ ẽt
feris bestijs dedit, eis uidelicet q̃ illis frugib.
uesci possint,sicut sunt apri,& cerui,& si q̄d
hmõi?Qd̃ tñ nõ diceret nisi alicuiꝰ significa
tionis gratia. Nã si quod attinet ad ꝓcepta q̃
hominibus data sunt, de bobus cura non est
deo:ꝙ non sic intelligitur tanq̃ non ipse pa-
scat ea,q̃ nec seminant,nec metunt, nec con
gregãt in horreũ:sed quia ei curæ nõ est ꝓce L
pto monere hoiem qũo boui suo consulat: Matt. 6.
quãto minus ei cura est de feris bestijs ꝓcipe
re,qũo illis ab hominib.consulat̃,cũ eas ipse
pascat diuitijs naturæ usquequaq; fructiferę
qui eas ẽt per alios sex annos pascit cũ colli-
guntur q̃ seminantur. Nõ coques agnũ in la
cte matris suæ. Qũo intelligatur ad uerborũ 90
proprietatẽ nescio utrum possit reperiri. Si Exo. 23.
enim alicuius significationis causa prohibi-
tum accipiamus,agnum in lacte coqui, nul-
lus usus est ita coquendi.Si autem in diebus
quibus lactatur,quis hoc habuit unquam Iu
dæorum in obseruatione,ut agnum non co-
queret,nisi cum desisteret sugere? Quid est
autem in lacte matris suę,quasi posset,etiam
si hoc intelligeretur,sine huius præcepti trãs
gressione coqui,si eo nato mortua matre eiꝰ
ab oue alia lactaretur cum alicuius profecto
rei significãdæ cã esse præceptum nemo am
bigat. Sed etiam illa quæ possunt obseruan-
tia factitari non sine causa ita præcepta sunt,
significant enim aliquid. Hoc uero qũo ob-

seruet ad proprietatē uerborū, aut non est,
M aut non elucet.Intellectū tñ de Christo apꝓ
Matt. 2. bo,ꝙ hac prophetia prædictus est,non occi-
dēdus a Iudæis infans,qñ Herodes q̄rens eū
ut occideret non inuenit,ut coques ꝙ dictū
Ecclesia est,pertineat ad ignē passionis, hoc est,tribu
stici.17. lationē.Vñ dr̄, Vasa figuli probat fornax, &
homines iustos tentatio tribulationis . Quia
ergo non est tunc infans passus,cū quærente
Herode hmōi periculū imminere uideretur
ꝑdictū est his uerbis.Non coques agnū in la
cte matris suæ.Illud quoq; forsitan nō absur
dum est,ꝙ alij dicunt,id esse præceptum per
Prophetā,ne se boni Israelitæ sociarent ma-
lis Iudæis , a quib. Christus passus est tāquā
agnus in lacte matris suæ.i. eo tp̄e quo con-
ceptus est. Dñr.n.fęminæ ex quo cōceperint
lac colligere:illo nanque mense passum esse
Christū,ut Paschæ obseruatio,& dies Eccle-
siæ notissimus natiuitatis eius ostendit. Qui
.n.mense nono natus est octauo calendas Iā
uarias, profecto mense primo conceptus est
circa actauum calendas Aprilis,ꝙ tēpus etiā
passionis eius fuit in lacte matris suæ,hoc ē,
A in dieb.matris suæ.Ecce ego mitto angelum
91 meū ante faciē tuā, ut seruet te in uia, & in-
Exo. 23. ducat te in terrā q̄ paraui tibi . Attende tibi
& exaudi eū, ne non credas illi:nihil.n.sub-
trahet tibi,nomen.n.meū est super eū . Hoc
de illo nimirū intelligitur cui nomē mutatū
est,ut Israel uocaretur,ipse quippe introdu-
xit populum in terrā ꝓmissionis . Et seruies
92 dño deo tuo, ut benedicā panē tuum , & ui-
Exo. 23. num tuum,& aq̄ tuā, & auertā infirmitatē a
uobis . Non erit qui non generat,neq; steri-
lis super terrā tuā . Numerū dierū tuorū re-
plebo, & timorē mittā, qui te ante cedat , &
amentes faciā oēs gentes ad quas tu intrabis
& cætera.Quāuis istæ promissiones possint
& spiritaliter intelligi, tñ cum ſm tempora-
lē hominum fælicitatē intelliguntur, ad ue-
tus testm̄ pertinēt:ubi quanq̄ præcepta,exce
ptis his quæ in sacramento aliq̄d significāt ,
eadem ad mores bonos pertinentia reperian
tur,promissiones tamē carnales atq; terrenę
sunt.Vñ in Psal. lxxii. pene lapsos & effusos
Psal.71. gressus suos homo dei dicit cū zelaret in pec
catorib. pacē peccatorū intuens . Ea quippe
cernebat abūdare impijs, quæ ipse ſm testm̄
uetus expectabat à domino deo,cui hac mer
cede seruiebat. Et cum hinc ei subrepere cę-
pisset sensus impius,ꝙ deum non curare exi B
stimaret humana,correptum se dicit, dū au-
thoritatem sanctorum non est ausus impro
bare , & incœpit cognoscere,& ait , Hoc la-
bor est ante me donec in troeā in sanctuariū
dei, & intelligā in nouissima . Ibi.n.præmia
dabuntur ad nouum pertinentia testm̄, quæ
impii nō accipient:& pœnę tunc futuræ sūt
impiorum , quas nullus piorū sensurus est . 93
Et mittā uespas ante te, & eiiciā Amorręos , Exo. 23.
& Eucæos,Chananæos,& Ethęos . Quęritur
de istis bestijs quid intelligendum sit . Nā & Sapiē.12
& ꝓmittit hoc deus & liber Sapientiæ dicit
impletum, ubi ait,Et misit antecessores exer
citus sui uespas.Non aūt legimus factū,neq;
Moysi tēporibus,neq; sub Iesu Naue,neque
sub iudicib.neq; sub regibus.Ac per hoc ue-
spæ istæ aculei timoris intelligendę sunt for
tasse,quib. agitab ntur memoratæ gentes ut
cederent filiis Israel. Deus enim loquitur,in
cuius sermone si figurate aliquid dicatur ꝙ C
ad proprietatē non sit impletum , non impe
dit historiæ fidem, in qua perspicitur ueritas
narrationis. Sicut nec Euangelistarum narra
tio secundum propiretatem impeditur, si ali
quid a Christo dicitur figurate. Si seruietis 94
diis eorum,erunt tibi offendiculū.Hic Græ- Exo. 23.
cus δουλεύσῃς habet,nō λατρεύσῃς.Vnde intelli
giturquia & δουλεία debetur deo tanquā do-
mino,λατρεία uero non nisi deo tanq̄ deo. Et 95
Moysi dixit,Ascende ad dñm tu & Aaron & Exo. 24.
Nadab & Abiud , & septuaginta semorū Is-
rael:& adorabunt a longe demonū: & acce-
dat Moyses solus ad dñm,ipsi autem non ac
cedent; populus autem nō ascendet cū illis .
Introiuit ergo Moyses & narrauit populo o-
mnia uerba dei & iustificationes. Respondit
aūt omnis populus uoce una dicentes , Oīa
uerba quæ locutus est dominus faciemus &
audiemus. Vsque ad hunc locum scripturæ,
iustificationes intelliguntur quæ datæ sunt
populo ad obseruandum. Incipiunt autē q̄-
tum ipsa scriptura uerba indicant,vnde hoc
nomen iustificationum exortum est , ab illo
seruo Hebræo cui auris ad postem pertundi
tur.In quibus omnib. iustificationibus con-
syderandum est , quę inde ad agendum ui-
tam & morum bonorum conseruationē du
ci possint. Multa q̄ppe in eis sacramēta sunt
significantia

ſignificantia potius aliq̃d uitã noſtrã iuſtruẽ
tia. Iuſtificationes ſane Latini interpretes eas
eſſe dixerunt, q̃ Græci δικαιώματα appellant.
96 Notandũ eſt, ꝙ iterũ populus ita reſpondet,
Exo. 24. Oĩa uerba quę locutus eſt dñs faciemus &
audiemus: cũ uideat ordo poſtulare, ut dice-
retur, audiemus & faciemus. Sed mirũ niſi
aliquis ſenſus hic latet. Nã ſi audiemus, ꝓ eo
poſitum eſt ꝙ eſt intelligemus, prius oportet
uerbis dei reddere faciendi ſeruitutẽ, vt ad in
telligentiã earũ rerum quæ ipſo præcipiente
fiunt, merito deuotionis, qua non cõtemptæ
ſed factæ ſunt, ipſe perducat. Sed uidendũ eſt
utrũ iſte populus illi filio ſimilis inueniatur
Matt. 21 qui patri iubenti dixit, Ibo in uineam, & nõ
ijt. Gentes.n. quæ dñm penitus contẽpſerunt
poſtea per unius obedientiã iuſtificatæ q̃ nõ
ſectabantur iuſtitiã apprehenderunt iuſtitiã.
97 Notandum ergo ꝙ Moyſes ædificauit altare
Exod. 24. ſub monte, et duodecim lapides, & in duode
2.Cor. 6. cim trib. Iſrael. Intelligit.n. ex duodecim la-
pidib. altare ædificatũ ſignificaſſe ipſum po-
pulũ eſſe altare dei, ſicut eſt tẽplũ dei. Et im-
98 molauerunt hoſtiã ſalutaris deo. Non dixit
Exo. 24. hoſtiã ſalutarem, ſed hoſtiã ſalutaris, ꝙ Græ-
E cus habet σωτηρίου vel σωτηρίαθ. Vnde & in
Pſ. 115. Pſalmo Calicẽ, inquit, ſalutaris accipiã: non
dixit calicẽ ſalutarẽ. Vbi uidendũ eſt, ne for-
te ille ſignificetur, de quo dixit Simeon, Qm̃
Luc. 2. uiderunt oculi mei ſalutare tuũ. Hunc.n. &
Pſal. 95. Pſalmus cõmendat, ubi legitur, Bene nuncia
te diem ex die ſalutare eius. Quid eſt.n. aliud
ſi diligẽtius attendamus, quod ait diẽ ex die,
niſi lumen ex lumine, hoc eſt, deum ex deo,
ꝙ eſt unigenitus filius? Sumens autem Moy-
ſes dimidiã partẽ ſanguinis, infudit in crate-
rẽ, & partẽ reliquã ſanguinis infudit ad alta
re: & accipiens librũ teſtamenti recitauit in
99 aures populi. Notandum eſt nunc primũ ſa-
Exod. 24. crificaſſe Moyſen euidenter ſcripturam dice
re, ex quo ex Aegypto eductus eſt populus.
Primo enim de Iethro dictũ erat ſocero eius
quamuis cum aliqua ambiguitate, quod im-
molauerit deo. Et aduertendum librum teſta
menti cum ſanguine hoſtiæ recitari, in quo
libro iſtas iuſtificationes conſcriptas debea-
mus accipere. Nã decalogũ legis in tabulis la
pideis fuiſſe conſcriptũ poſtea manifeſtũ eſt.
100 Et dixerunt, Omnia quęcunq; locutus eſt
Exo. 34. dñs, faciemus & audiemus. Non aliter reſpõ
dent ecce iam tertio. Et aſcendit Moyſes & F
Aaron & Nadab & Abiud, & ſeptuaginta ſe 101
niorum Iſrael, & uiderunt locum ubi ſtete- Exo. 24.
rat ibi deus Iſrael. Cõſtat inter eos qui recte
intelligunt, nullo deũ cõtineri loco, nec ali- Ioan. 4.
quo uelut ſitu corporis mẽbra ponere, ſicuti
eſt noſtri corporis ſitus, ſedere, iacere, ſtare,
& ſi quid hm̃oi eſt. Hæc.n. ſunt niſi corporũ,
deus aũt ſpiritus eſt. Qđ autẽ ſe oſtendit ſpe
cie corporali uel ſignis corporaliter expreſſis
non ſubſtantia eius apparet qua eſt ipſe eſt,
ſed aſſumptio formarũ uiſibiliũ eius oĩpotẽ 102
tiæ ſubiacet. Et de electis Iſrael nõ diſſonuit Exo. 24.
nec unus, & apparuerũt in loco dei, & mãdu
cauerunt & biberũt. Quis dubitet illos quos
nominatim expreſſit, & ſeptuaginta ſenio-
res nunc appellatos electos Iſrael, qui ꝓcul-
dubio perſonã gerebãt eorũ qui electi ſunt
in populo dei? Non.n. omnium eſt fides, Et 2.Thi. 3.
nouit dominus q ſunt eius. In magna autẽ
domo ſunt alia uaſa in honorẽ, alia in contu 2.Thi. 2.
meliã. Qm̃ ergo quos ante præſciuit, & ꝑde-
ſtinauit, illos & uocauit: quos aũt uocauit, ip
ſos & iuſtificauit; quos aũt iuſtificauit, ipſos Rom. 8.
& glorificauit: profecto de electis Iſrael non G
diſſonuit nec unus. Significatur aũt in qua-
ternario numero in Moyſe & Aaron & Na-
dab & Abiud, ꝑ ꝑ quatuor Euangeliſtas, &
totius orbis qui in quatuor partes diuiditur
promiſſionẽ: & ſeptuaginta de ſeniorib. Iſra
el numero.ſ. ſeptenario decuplato, qui perti-
nent ad ſignificandũ ſpiritum ſanctũ. Saphi-
ro autem ſignificatur uita cœleſtis, maxime
quia dictum eſt, Sicut aſpectus firmamenti.
Firmamentũ autẽ cœlum appellari quis ne-
ſciat? Et forma lateris in eodẽ ſaphiro quadra
turã ipſam, uel ſtabilitatẽ, uel eiuſdẽ quater- Matt. 5.
narij numeri ſacrm̃ figurat. Qđ autẽ mandu Luc. 6.
cant & bibunt in loco dei, ſuauitatẽ ſaturita
temq; præfigurat uel ſignificat in illo regno
æternitatis. Beati enim qui eſuriunt & ſitiũt
iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Vnde
& dominus dicit uenturos multos, quos uti
que niſi electos, præſcitos, prędeſtinatos, uo
catos, iuſtificatos, glorificatos, & recubitu-
ros cum Abrahã & Iſaac & Iacob in regno Matt. 8.
cœlorum? Nam & alio loco ipſe hoc pro- Luc. 12.
mittit fidelibus ſuis, quòd faciat eos recum-
bere, & tranſeat & miniſtret eis. Quid ſibi 103
uult quod Ieſus Naue non cõmemoratus in Exo. 24.
illis

Exo. 24. illis quatuor subito cū Moyse apparet, & cū
H illo ascendit in montē ad accipiendas tabu-
las legis:& subito rursus idem Iesus abscon-
ditur.i.tacetur: & Moyses accepit legem in
duabus tabulis, & cum eo iterum apparet?
An forte significat nouum testm̄ nomine Ie
su & absconditum esse in lege, & aliquando
Nu. 14. apparere intelligētib. Quòd vero Iesus iā uo
catur, cum in libro numerorū qn̄ id nomen
acceperit scriptura testatur, ꝙ iā prope esset,
ut terrā promissionis intraret, per prolepsim
hoc est, ꝑ prǽoccupationē anticipat scriptu-
ra ꝙ postea factū est. Oīa quippe ista postea
quā facta sunt, scripta sunt, ac per hoc qn̄ fa-
ctum est qūo cōmemoratur, nondū uocabāt
Iesus, sed qn̄ scriptū est iam hoc uocabatur.
104 Et facies in ea cymatia aurea uersatilia in cir
cuitu. Cymatia dixit quæ in quadratura ex-
tant per quatuor partes, sicut mensę quadræ
Exo. 25. fieri solent. Nec quod ait uersatilia, mobilia
debemus accipere. Fixa sunt.n. sicut dixi mē
sas habere solitas: sed uersatilia dixit tortilia,
quæ Græce uocantur στρεπτὰ: uel canalibus si
cut sunt columnę tortiles: aut implicatis dua
bus uirgulis in modū restis, sicut ēt torques
I fieri solent. Qđ aūt ait. Et fabricabis illi qua-
tuor annulos aureos, & impones super qua-
tuor latera arcæ, duos annulos in latere uno,
& duos annulos in latere altero, ad quatuor
angulos occurrūt quatuor annuli singuli in
singulis, & per angulorum numerū fit, ut ꝙ
in duob. laterib. ponitur, etiā in omnib. qua-
tuor ponatur. Vnus.n. angulus duob. laterib.
cōmunis est: alioquin non occurrit, ut bini
annuli ponātur per quatuor latera cum sint
quatuor annuli: octo quippe esse debuerunt,
si aliter intelligimus q̄. quod dixi fieri nume
ro angulorū. Ad hoc.n. annuli in angulis po
nuntur, ꝙ inducantur supportatoria uel ge-
statoria quib. arca quatuor hominib. hinc at-
105 Exo. 25. que inde portetur. Propitiatorium ad quid
dicat super imponendum super arcam quæ-
ri solet: sed cum aureum fieri iubeat, eiusq;
longitudinē & latitudinē tantam exprimat,
quanta & ipsius arcæ dicta est, proculdubio
uelut tabulā aureā tantæ formæ, fieri præce-
pit qua tegeretur arca: ita ut in ipso propitia
torio essent duo Cherubin, hinc atq; inde
alterutrū attendentes: ita ut uultus eorum in
ꝓpitiatorib. essent, & pennis suis obumbra
rent ꝓpitiatorium, quod magnū est sacrm̄. K
Aurū quippe significat sapientiā, arca signifi
cat secretum dei. In arca iussa sunt poni lex,
& māna, & uirga Aaron. In lege præcepta
sunt; uirga potestatē significat, manna gratiā
quia nisi cū gratia non est potestas præcepta
faciendi. Veruntn̄ quia lex à quouis proficiē
te non ex omni parte completur, propitiato-
rium est desuper. Ad hoc.n. opus est, ut pro-
pitius sit deus, & ideo desuper ponitur, quia
superexaltat misericordia iuditium. Duo ue Iacobi 2.
ro Cherubin pennis suis obrumbrat propi-
tiatorium.i. honorant uelando, qm̄ misteria
ista ibi sunt: & inuicē se attendunt, quia con
sonant, duo quippe ibi testamenta figurant.
Et vultus eorum sunt in propitiatoriū, quia
misericordiam dn̄i, in qua una spes est, ualde
cōmendant. Deniq; hinc se promisit locutu-
rū deus ad Moysen de medio Cherubin de-
sursum propitiatorij. Porrò si creatura ratio
nalis in multitudine scientiæ, qm̄ hanc inter L
pretationem habent Cherubin, duobus ipsis
animalib. significatur: ideo duo sunt, ut socie
tatem charitatis cōmendent: ideo pennis suis
propitiatorium obumbrant, quia deo nō sibi
tribuunt pennas suas.i. deum honorāt uirtu-
tib. quibus præstant. & uultus eorū nō sunt,
nisi in propitiatorium, quia quicunq; profe-
ctui ad multitudinē sciētię spes non erit, nisi 106
in dei mīa. Quod ait, Erunt annuli in thecis Exo. 25.
supportatorijs ad tollēdā mēsam: hoc intel-
ligendū est, ꝙ annuli essent uelut thecæ sup-
portatoriæ.i. quo sopportatoria tāquā in the
cas inducantur. Erunt q̄ppe in thecis: ita di-
ctū est tanquam diceretur, erunt pro thecis.

Decē aulæorū iubet fieri tabernaculū, cū 107
sit decalogus legis. Aulæa uero significant la Exo. 26.
titudinē, ꝑ ꝑ facilitatē. Charitas quippe ple- Rom. 13.
nitudo legis est: & non nisi charitati sunt prę
cepta facilia, unde ipsa dilatatio cōmendatur
cum dicit, Dilatasti gressus meos subtus me Psal. 17.
& non sunt infirmata uestigia mea. Sed qm̄ Rom. 5.
ista dilatatio per gratiā fit dei: charitas.n. dei
diffusa est in cordibus nostris, non per nosi-
psos sed per spiritum sanctū qui datus est no
bis: ideo hic mystice ipse numerus etiā com
mendatur, qui pertinet etiam ad spiritum san
ctum per quem lex possit impleri. Dr̄.n. au- M
læum longitudinē debere hr̄e in cubitis ui-
gintiocto. Iste autem numerus, quia ꝑ septe
narium

narium diuidendus est, significauit, cũ dicit
latitudinẽ aulȩæ in cubitis quatuor. Quater
.n.septẽ,fiunt uigintiocto.Et est etiã iste nu-
merus perfectus, quia sicut senarius suis par
tib.constat.Quod uero tã sȩpe dicit,Cheru-
bin facies ea ope textoris: qd aliud q̃ in his
omnib. multitudinẽ scientiæ cõmendat, ꝙ
108 interpretatur Cherubin? Et facies uela capil-
Exo. 26. lacia operire super tabernaculũ. Vndecim fa
cies ea. Quæ capillacia uela sunt.i.Cilicina,
undecim dñr esse. In peccatis quippe trãgres
sio est. Trangressio uero undenario numero
significatur,qm̃ transgreditur denariũ.i.legẽ
ideo ipsa undecim per septenariũ multipli-
Mat. 18 cata,faciunt septuaginta septẽ. Vbi significa
uit dominus uniuersam remissionẽ peccato
rũ dicens,Non solum septies,uerumetiã se-
ptuagiessepties; quot generationes reperiun
tur, cum Lucas a baptismo dñi enumeratis
sursum uersus ascendit & peruenit per Adã
usq; ad deũ. Ad hoc.n.fit significatio pecorũ
in his uelis,ut per confessionem exprimant,
& per gratiã quæ data est Ecclesiæ aboleant,
A hoc est tegantur. Vnde dr̃,Beati quorũ remis
Psal. 31. sæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt pec-
cata. Deinde iubet ea uela cooperiri pellibus
arietinis rubricatis,Aries aũt rubricatus,cui
non occurrat Christus passione cruentatus?
Significãtur his ẽt martyres sancti, quorum
orationib. propitiatur deus peccatis populi
sui. Ipsis deniq; superiaciunt pelles hyacin-
109 thinȩ,ut significetur uita ȩterna uiriditate tã
Exo. 26. quam uigore perpetuo. Facies duos anconi-
scos columnæ uni consistentes ex aduerso,
hoc est, unum hinc, & unum inde de lateri-
bus columnæ: anconiscos autem dicit, quos
uulgo uocamus anconiscos,sicut sunt in co
lumnis cellarum uinariarum quibus incum
bunt ligna quæ cupas ferunt. Ducta est autẽ
similitudo uerbi a cubitis ubi flectuntur ma
nus,quib.incumbunt recumbentes,qui Grȩ
110 ἀγκῶνες uocãtur. Bases columnarum duas
Exo. 26. uni. Bases non eas tm̃ ur̃ dicere scriptura q-
b.columnæ ab imo fulciuntur, sed etiã supe
riores quæ capitella nos dicimus. Ideo dicit
duas bases colũnæ uni in ambas partes eius.
Nam quæ sunt ambæ partes, nisi inferior &
111 superior? Quod octo columnas & basses ea-
Exo. 26. rũ sexdecim ẽm supradictã rõnẽ a posterio
B rib.tabernaculi scriptura dicit,cum superius
sex dixerit, intelligitur annumeratis duabus
angularib. octo fieri. Et diuidet uobis uela- 112
men inter mediũ sanctũ,& inter mediũ san- Exo. 62.
ctumsanctorũ.i. ut inter sanctũ & sanctum-
sanctorũ sit hoc uelamen, de quo nunc loq-
tur,in quatuor columnis extentũ. De hac dif
ferentia inter sanctum & sanctumsanctorũ
ad Hebræos Epistola loquitur, quia ubi arca Heb. 9.
testimonij,ibi sanctumsanctorũ, hoc est,in-
tus intra uelum: foris aũt mensa & candela-
brũ, & cætera quæ pauloante dixit quemad-
modũ fierent sancta dicta sunt, & nõ sancta
sanctorũ. Et significat foris uetus testm̃,in-
tus aũt & nouũ,cũ sit utrunq; in lectione ue
teris testamẽti,& expressum operib.& signi-
ficatione figurarũ. Ac ꝑ hoc in sanctis figura
figuræ,qa figura est ueteris testamenti: in san
ctis aũt sanctorum figura est ipsius ueritatis,
qa figura est noui testamẽti. Totũ quippe ue-
tus testm̃ in his reb.& celebrationib.q̃ ita ob
seruanda præcipiuntur, figura est. De altari
quæritur qũo trib. cubitis altũ esse uoluerit, 113
cũ tãta fere sit staturȩ hominis altitudo. Qũo Exo. 27 C
ergo ministrabatur altari, cũ gradus habere
altare alio loco prohibeat? Ne pudẽda,inqt, Exo. 20.
tua reueles super illud. Sed illud dicebat de al
tari quod terra uel lapidib. construendum es
set,ubi gradus ipsi coædificati ad corpus alta
ris utiq; pertinerent: nunc uero de tabulis fie
ri altare ꝑcepit, quò si apponeretur ad horã
administrationis aliquid ubi staret minister
altaris,& peracto ministerio tolleret, ad cor-
pus altaris nõ utiq; pertineret. Item quȩritur
qũo super altare ligneum sacrificium quod
inferebatur posset incendi,prȩsertim qa con
cauum fieri iubet & craticulã deponi usque
ad medium eius.i.mediũ concauitatis eius,
opere factum reticulato. An quoniam dixit,
Et facies cornua in quattuor angulos, ex
seipso erunt cornua: & teges illa ȩramen-
to: non ad sola cornua referendũ est quod
ait, teges illa æramento, sed ad omnia qui-
bus loquebatur de altari fabricando præ-
cipiens. Et tu loquere omnibus sapientibus 114
mente quos repleui spiritu intellectus, Exo. 28.
quidem Grȩcus habet,quem Latine sensum
non intellectum dicere solemus. Sed scriptu
ra de sensu interiore quem intellectum uo-
camus sic loqui solet, sicuti est ad He-
brȩos,Perfectorum est autem solidus cibus,
corum

D eorũ qui per habitũ exercitatos habẽt sensus ad discernendũ bonum & malũ. Ibi.n.quod posuit sensus, Græcus habet αἰσθήσεις. Quem ergo istum spiritum, nisi spiritum sanctũ debeamus accipere? Et stolas quas faciet, pectoralem, humeralem, & tunicam talarẽ, & tunicam cũ cornib. Has appellatas stolas esse & cętera, cum superius unã stolã faciendã pro posuisset, notandum est. Tunicã uero cũ cornib. honestius putarunt Latini interpretes dici, q̃ si dicerent cum cirris, qui bene dispositi
115 ornamento esse uestib. solent. Aspidiscas in ueste sacerdotali quas dicat, utrum scutulas, quæ a scuto Latine appellantur, quia & Græci scutum ἀσπίδα appellant; An uerò aspidiscas ꝑꝑ diligentẽ colligantiã dicit ab aspide serpente, sicut ẽt murenulæ appellantur? Spithamus aũt longitudo, & spithamus latitudo Latini quidã interpretati sunt mensurã extẽtæ palmæ a fine pollicis usque ad finẽ digiti minimi. Item quod dr̃, Sumes duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorũ
E Israel, sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero iuxta ordinẽ natiuitatis eorum an intelligendũ sit, ut lapides sint de nominibus filiorum Israel ƒm natiuitatis eorũ.i. secundum ordinẽ quo nati sunt? Et facies suꝑ
116 rationale fimbrias cõplectentes opus catenarum de auro puro: quod Latini rationale interpretati sunt, inopia linguæ fecit: Græcus habet.n. λόγιον non λογικόν. Rationale autẽ illud solemus appellare quod Græci dicunt λογικόν. Sed quoniã λόγος in Græca lingua ambiguum est, utrum uerbum significet, an rationem: quia utriusq; rei nomen est, ubi putatũ est a uerbo ductũ λόγιον, eloquium nr̃i interpretati sunt. Nã qđ hẽmus. Eloqa dñi, elo quia casta: Græci habẽt λόγια. Hic uero in ueste sacerdotali, qđ ex auro & hyacintho, & purpura, & cocco duplici torto, & bysso duplici torta, fieri ꝓceptũ est, quadratũ duplex qđ esset in pectore sacerdotis & λόγιον uocaretũ, incertũ utrũ a rõne an a uerbo ductũ fuerit: interpretes nostri a rõne dictum putãtes
117 rationale appellauerunt. Et impones super rationale iudicij demonstrationẽ & ueritatẽ.
F Quid sibi hoc uelit, uel in quali re, uel metallo poneretur super rationale demonstratio & ueritas, qm̃ talia dicit fieri in ueste sacerdotis quæ corporaliter fiunt, inuenire difficile est. Fabulantur tamen quidã, lapidẽ fuisse, cu ius color, siue ad aduersa, siue ad ꝓspera mutaretur qñ sacerdos intrabat in sancta: & hoc esse qđ ait, Et afferet Aaron iudicia filiorũ Israel suꝑ pectus suũ: ostẽdens uidelicet in illa demõstratione & ueritate, q̃d de illis iudicauerit dñs, q̃q̃ poßit intelligi demõstrationẽ
118 & ueritatẽ literis impositã super λογεῖον. Et facies tunicã talarem hyacinthinam. i. usq; ad talos dependentem: & erit peristomium ex ea medium ideſt qua caput eijciatur. Hoc est enim quod est Græci dicunt περιστόμιον. Oram habent in circuitu peristomij, opus textoris contextam, ideſt ne ipsa ora extrinsecus assuatur: hoc uidetur dicere, commissuram contextam. Vnde etiã addidit, ex ipsa ne rumpatur.i. ut ex seipsa sit ipsa ora con
119 texta cum ueste. Et erit Aaron cum cœperit fungi sacerdotio, audietur uox eius intranti in sanctuarium in cõspectu domini & exeũti ut non moriatur: intrantis & exeuntis uocem de tintinabulis dicit audiri, tantumque
G ibi pondus obseruationis posuit ut diceret, ne moriatur. Testimonia ergo quædam significari uoluit in ueste sacerdotali, qua utique significatur Ecclesia, per hæc tintinabula, ut nota sit conuersatio sacerdotis: sicut Apostolus dicit, Circa omnes te ipsum bonorũ operum prębens exẽplum. Aut illud. Quæ audisti a me per multos testes, hæc eadem cõmenda fidelibus, & ijs qui idonei sunt, & alios docere. An quid aliud? magnũ tñ est, quicq̃d illud est. Intranti aũt & exeunti, pro intrantis & exeuntis, locutio est: uox pro sonitu, nã tintinabulorum magis sonus quàm uox est.

Et facies laminã laureã puram, & forma- 120
bis in eadem formatione sanctitatẽ domini: & impones illud super hyacinthum duplicẽ tortã, & erit super mitram: secundum aspectum mitræ erit, & erit s̃ frontem Aaron, ut auferat peccata sanctorũ quæcunq; sanctificabunt filij Israel * oĩs datus sanctorũ eorũ. Qũo formetur in lamina sanctitas domini, non uideo, nisi aliquibus literis, quas quidã quatuor esse dicunt Hebræas: quod ut Græci appellant τετραγράμματον nomen dei ineffabile credunt fuisse uel esse adhucusq;. Sed quælibet sint, uel quomodolibet se habeant illę literæ ut dixi sanctitatem domini uel sanctificationem si hoc magis dicendum est, quod

Exod. 28. — Spithamus. — Exo. 28. — Psal. 11. — Exod. 28. — Exod. 28. — Exo. 28. — Titũ 2. — 2. Ti. 2 — Exo. 28. — *a.l. omnibus datis

quod Græcus habet αγίασμα nõ niſi in auro
literis formari potuiſſe crediderim. Ibi autẽ
dicit ſacerdotẽ ſctõrũ auferre peccata, quęcũ
Al. omnis dati. que ſanctificabunt, inquit, filij iſrael * omnis
datus ſanctorum eorũ: quod arbitror dictum
in eis ſacrificiis q̃ offerunt pro peccatis ſuis:
ut non ſanctorum hoĩum intelligamus, ſed
ſanctorum ab eo quod ſunt ſancta q̃ offerun
tur pro peccatis. Cum ergo de lamina dixiſ-
ſet, adiunxit atq; ait, Et auferet Aaron pecca-
ta eorum quæcunq; ſanctificabunt filii iſrael
omnis datus ſanctorum eorum, ideſt ſacer-
dos auferet quæcunq; offerunt pro peccatis
ſuis, quę dñr & ſancta, quia iuſtificantur, &
peccata, q̃a pro peccatis offerũtur, ſicut mul-
tis locis hoc ipſum euidẽter ſcriptura cõme-
morat. Qđ aũt adiungit & dicit, Et erit ſuper
frontẽ Aaron ſp̃ acceptũ illis in cõſpectu do
mini, ad laminã illam reuertitur. In quo ad-
I uertendũ, ſi inueniri põt qui non habeat ne-
ceſsitatẽ pro ſuis offerre peccatis pręter Chri
ſtum, qui ſolus poteſt omnium auferre pec-
cata: intelligitur frõtis ornamẽtũ, fiducia bo-
næ uitæ, quã qui uere perfecteque, non ſigni
121 ficatione, ſed ueritate ſacerdos habet, ſolus
Exo. 28. põt auferre peccata, nec habet neceſsitatẽ of
ferre pro ſuis. De Aaron & filiis Aaron, cum
p̃ciperet loquẽs ad Moyſen qũo veſtirentur
& ungerentur, quid eſt quod ait, Et implebis
manus eorũ ut ſacerdotio fungantur mihi.
An forte muneribus q̃ offerenda ſunt Deo?
122 Et facies eis femoralia linea, tegere turpitudi
Exo. 28. nem corporis eorũ, a lumbis uſq; ad femora
erunt. Cum ueſtis tanta cooperiat totũ cor-
pus, quid eſt quod ait, femoralia facies linea
tegere turpitudinem corporis eorũ: quaſi ap
parere poſſet tanta deſuper veſte adhibita?
Niſi quia ſignum eſſe noluit in hoc caſtitatis
uel continentię: quæ ideo per indumentum
ſignificatur, ut non ex ſeipſo habita, ſed data
123 intelligat. Cũ de filiis Aarõ loqueretur, Et in
Exo. 28. dues eos, inq̃t, tunicas, & cinges eos zonis, &
lib. 3. numero. 81 cidarim exponit pro tegumento capitis. circũdabis eis cidaras. Quã dicit cidarim uel
cidaras, q̃m nõ eſt interpretatum, nec in uſu
mõ eſt, ignorat: puto tñ non eſſe capitis tegi-
mẽ ut nõnulli putauerũt. Neq;.n. diceret, cir
cũdabis eis niſi tale aliq̃d eſſet qđ non capiti,
ſed corpori uſui eſſet. Et erit illis ſacerdotiũ
124 mihi in ſempiternum. Qũo dicat in ſempiter
Exo. 28. num, de his ſignificatiuis rebus, ſuperius ſę-
pe diximus, Nã utiq; mutatum eſt hoc ſacer K
dotium, ut ille eſſet in æternum ſm ordinem
Melchiſedech, non ſm ordinem Aaron. Ibi
.n. & iuratio, & nulla Dei pœnitudo, qua ſi- *Pſ. 109.*
gnificetur iuratio. Iurauit.n. dominus, & nõ
pœnitebit eum, tu es, inquit, ſacerdos in æter
num ſm ordinem Melchiſedech. De ordine
autem Aaron dictum eſt quidem, in ſempiter
num, uel p̃ p̃ tp̃s non præceptum quouſque
obſeruaret̃, uel quo res ſignificaret ęternas:
nuſquã eſt tamen dictũ de ſacerdotio Aarõ,
q̃a iurauit dominus & non pęnitebit eũ: Et
ideo dictum eſt in illo ſacerdotio ſm ordinẽ
Melchiſedech, nõ pœnitebit eũ: ut ſignifica-
retur, quia de ſacerdotio Aarõ pœnituit eũ
.i. mutauit illud. Quid eſt & cõſummabis ma 125
nus Aaron & manum filiorũ eius? An p̃ ma- *Exo. 29.*
nus poteſtatem ſignificauit, ut aliquid etiam
ipſi conſecrare poſſent? Poteſtas autem ſan-
ctificatione conſummabatur, qua præcepti
ſunt ſanctificari a Moyſe. Et adduces uitulũ L
ad oſtium tabernaculi, & ſuperimponẽt Aa- 126
ron & filii eius manus ſuas ſuper caput uitu *Exo. 29.*
li in conſpectu domini. Ecce unde ſupradi-
ctum eſt, conſummandas eſſe manus eorũ
.i. perficiendam poteſtatem, ut etiam ipſi ſan-
ctificarent qũo fit cum ponũt manus ſuas ſu-
per uitulum immolandũ. Quod odor ſuaui- 127
tatis ſæpe domino dr̃ ſacrificium de uictimis *Exo. 29.*
pecorum in ſcripturis ſacris, non utiq; Deus
odore fumi delectatur, ſed tm̃ illud quod hic
ſignificatur ſpiritaliter, deum delectat cũ ſpi-
ritaliter exhibetur, q̃m ipſe odor Dei ſpiritali
ter intelligitur. Nõ.n. ſicut nos odorẽ corpo-
reis naribus ducit. Sicut ergo ille olfacit, ſic
iſta ſignificant. Et ſumens pectuſculũ de arie
te cõſummationis, quod eſt Aarõ, ideſt ipſius 128
Aaron. Hoc.n. pertinere uoluit ad ſummum *Exo. 29.*
ſacerdotem. Et erit Aaron & filiis eius legiti- 129
mum ęternum a filiis iſrael: cũ diceret de pe *Exo. 29.*
ctuſculo & brachio uictimarum. More illo
ergo, æternum dixit, quem ſæpe ſupra cõme-
morauimus. Et ſtola ſancti q̃ eſt Aaron, erit fi
liis eius poſt eum, ungere eos in ipſis & con
ſummare manus eorum, Septem diebus ue- M
ſtiet ſe ea ſacerdos qui ſucceſſerit ei de filiis
eius q̃ intrabit in tabernaculũ teſtimonii de-
ſeruire in ſanctis. Hæc uerba multas q̃ſtiones
habent. Nã primum hic notandũ eſt, quomo
do cum ſtolam dixerit ſancti, p̃oſtea plura-
liter

liter dicit ungere eos in ipsis, tãquã in stolis.
Nam & supra multas stolas eas dixerat, qui-
bus una cõstaret, quanquã ambiguũ sit utrũ
in ipsis ab eo quod sunt ipsa genere neutro,
quæcunq; sunt quibus illa stola completur,
idest vestis sacerdotalis, quod magis putãdũ
est, eo q͛ in consequentibus dicit, septē dieb.
vestiet se ea sacerdos q̃ successerit ei: ea. s. oĩa
quæ commemorauit cum vestem sacerdota-
lem descr beret, repetiuit sanè quod supra di
xerat, consummare manus eorum: unde q̃d
mihi uideretur exposui. Quòd vero ait, septē
diebus uestiet se ea sacerdos: nunquid aliis
diebus se non uestiet? sed illis septem conti-
nuis intelligi uoluit, quibus eius sacerdotiũ
quodammodo dedicatur, atq; hebdomadis
est in eius inchoatione festiuitas. Successorē
autem Aaron eum dicit, qui intrat taberna-
culum testimonij deseruire in sanctis: eum. s.
significans qui non poterat esse nisi unus, nõ
quales erant filij Aaron cum uiuo patre suo,
A sed qualis successor ipsius Aaron. Qũo ergo
proprium dicit huius unius esse, intrare in
tabernaculũ testimonii, deseruire in sanctis:
cum & illa quæ sunt extra uelum quo uelan
tur sanctasanctorum, sancta appellentur, &
tabernaculum testimonii etiam illud uocet,
ubi sunt sancta, idest mensa & candelabrum:
ubi cum deseruiant etiam sequentes sacerdo
tes ad mensam & candelabrum & ipsum al-
tare, qũo unum dicit successorem Aarõ qui
intret in tabernaculum testimonii deseruire
in sanctis? Si dixisset, deseruire in sanctis san-
ctorum, nulla esset quæstio. Ad hæc. n. ubi est
arca testimonii solus unus intrabat summus
Hebr. 9 sacerdos. Quod etiã in epistola ad Hebræos
diligentissime commendatur: nisi forte eoip
so, quod unũ dicit intrare in tabernaculũ te-
stimonii deseruire in sanctis, non vult utiq;
intelligi, nisi in sanctissãnctorum: quia & ip-
sa utiq; sancta appellãtur. Nec. n. omnia quæ
sancta sunt, etiam sanctasanctorum dici pos-
sunt: quamuis econtrario quæ sanctasãncto-
rũ sunt, proculdubio utiq; sancta sunt. Vnus
autem iste qui semel in anno intrabat in san
ctasanctorum, qm̃ Christũ Iesum significa-
bat, apertissime supradicta ad Hebręos epi-
B stola cõmēdat. Qđ aũt præfiguratũ est in san
ctasanctorũ, ut su p arcã quę legē habebat, es
set propitiatoriũ, ubi Dei misericordia signi
ficatur: intelligēdũ est quã propitius sit pec-
catis eorum q̃ legem non implent. Hoc mihi
vr̃ etiã in ipsa veste sacerdotis significari. Nã
& ipsa quid aliud q̃ ecclesiæ sacramēta signi
ficat, q͛ in λογίω. i. rõnali in pectore sacerdo-
tis posito iudicia constituit, in lamina uero
sanctificationem & oblationem peccatorũ:
tanquã rationale sit in pectore simile arcæ in
qua lex erat, & lamina illa in frõte similis p-
pitiatorio quod su p arcã erat, & utrobiq; ser
uaretur qđ scriptum est, Superexaltat miseri Iacob 2.
cordia iuditium. Quid est quod purificatũ & 130
sanctificatum altare septem diebus dicit qđ Exo. 29.
sanctum sancti erit altare? Non quidem dicit
sanctum sanctorum, sicut est illud qđ uelo se
paratur, ubi est arca testimonii. Veruntamen
& hoc altare extra uelum positũ, per sanctifi
cationem septem dierũ dicit potius, q̃ per vn
ctionem fieri sanctum sancti. Et addit, Om-
nis qui tetigerit altare sanctificabitur. Cũ de 131
annulis loqueretur altaris incensi, quod alta Exo. 30.
re non inærari, sed inaurari iussit, Et duos an C
nulos aureos puros facies, inquit, sub tortili
corona eius, in duo latera facies in duobus la
teribus: qm̃ Græcus habet ita εἰς τὰ δύο κλίτη
ποιήσεις ἐν τοῖς δυσὶ πλευροῖς. Nã clite latera
sunt, & pleuræ latera sunt. Vnde quidam La-
tini sic intrepretati sunt, in duas partes facies
in duobus lateribus Nõ aũt ait Græcus μέρη
quod est partes, sed κλίτη, quod latera. Nam
hoc uerbum est in illo Psalmo ubi scriptum
est, Vxor tua sicut uinea fertilis in laterib. do Ps. 127.
mus tuę. Ac per hoc tm̃ casus interest, quia
prius accusatiuum, post uero ablatiuũ posuit
in duo latera facies, in duob' lateribus. Quis
autē sit sensus difficile est asseq̃, nisi forte ut
solet scriptura amare eclipsim, ut aliq̃d desit
& subaudiatur, etiã hic subaudiatur, erunt: ut
iste sit sensus, in duo litera facies, in duob. la
teribus, erũt, idest ad duo latera facies annu-
los, qm̃ in duob. laterib. erunt. Et erunt arcus 132
amitibus ita ut tollat̃ illud in eis. Quos annu Exo. 30.
los dixerat, arcus dicit. Annulos q̃ppe pro ro
tũdis ansis posuit. Et q̃d est aliud annulus uel
circulus, nisi undiq; arcus? Iõ quidã nolētes
arcus dicere, thecas interpretati sunt, quibus
amites īducerētur, dicētes, Et erũt thecæ ami D
tibus, quasi Grȩcus hoc non posset dicere, cũ
etiam thecæ Græcum uerbum sit: dixit autē
ψαλλίδες, quod arcus interpretatur, Incendet
super

133 Exo.30. super illud incensum continuationis in con
spectu dñi in progenies eorum.Continuatio
nis incensum dicit, qđ continuatim fieret.i.
nullo die prætermitteretur. Cum de altari
præciperet incensi.i. in quo incensum tm̃ po
neretur,non holocaustum, non sacrificium,
non libatio,prędixerat idipsum incensũ quo
tidie poni dẽre:nunc aũt dicit, Et depropitia
bit Aaron vel exorabit super cornua eius se-
mel in anno de sanguine purificationis deli-
ctorum.Depropitiabit,ab eo qđ est depropi-
tiatio,quæ Græce dr̃ ἐξιλασμὸς. Vnde ẽt intel
ligendum est,hoc quod semel in anno iubet
fieri ad propitiandum deum super cornua al
taris incensi, i. ut de sanguine purificationis
delictorum, victimarũ.s.quæ offeruntur pro
delictis semel in anno, tangantur cornua al-
taris incensi: non pertinere ad illam apposi-
tionem incensi,quam quotidie fieri iusserat.
Illa.n.fiebat aromatib.non sanguine,& quo-
tidie,non semel in anno. Non ergo simus in-
tellecturi, semel in anno intrare sacerdotem
solere in sanctasanctorũ, sed semel in anno
cũ sanguine: & quotidie solere intrare sine
E sanguine cã incensi imponendi. Cum sangui
ne aũt semel in anno, maxime quia sequitur
& dicit,Semel in anno purificabit illud,san-
ctumsanctorũ est dño.Non ergo semel in an
no ponet illic incensum qđ quotidie fieri ius
sum est: sed semel in anno purificabit illud,
qđ cum sanguine fieri dẽre præceptum est:
& post hoc adiungit, sanctumsanctorum est
abscondita est cum Christo in Deo. Et lauabit uestimenta sua sacerdos, & lauabit corpus suum aqua, & postea introibit in castra, & immundus erit sacerdos usque ad uesperam. Lauatio uestimentorum, & corporis quid est, nisi mundatio exteriorum & interiorum? Et hæc sacerdos. Deinde sequitur, Et qui comburet eam, lauabit vestimẽta sua, & lauabit corpus suum aqua, & immundus erit usque ad vesperam. In eo qui comburit, eos figuratos arbitror qui Christi carnem sepelierunt, resurrectioni eam uelut conflagrationi mandantes. Et congregabit homo mundus cine- A
rem iuuencæ, & ponet extra castra in locum mundum. Quid dicimus cinerem iuuencæ, reliquias uidelicet illius interfectionis, & combustionis nisi famam, quæ consecuta est passionem resurrectionemque Christi, Quoniam sunt reliquię homini pacifico. Psal. 36.
Nam & cinis erat, quia uelut mortuus ab infidelibus condemnabatur, & tamen mundabat, & resurrexisse a fidelibus credebatur. Et quia hæc fama apud eos maxime claruit qui in cęteris gentibus erant, & non erant de cõsortio Iudeorum: ideo dictum esse existimo, & congregabit homo mundus cinerem iuuencæ: mundus utique ab interfectione Christi, quę Iudæos fecerat reos. Et reponet in locum mundum, id est, honorabiliter tractabit. Tamen extra castra: quia extra celebrationem Iudaicę consuetudinis honor Euangelicus claruit. Et erit synagogæ filiorum israel in conseruationem, Aqua aspersionis purificatio est. Postea declarat plenius quemadmodum ex isto cinere fiebat aqua

aspersionis, vnde mundabantur à contactu mortuorum, qđ vtiq; significat ab iniquitate moribundæ vel morticinæ vitæ. Sed mirũ B est qđ sequitur: Et qui congregat, inquit, cinerẽ iuuencæ lauabit vestimenta sua, & immũdus erit vsq; ad vesperã. Qũo erit ex hoc immundus qui mundus accesserat: nisi quia & ij qui sibi vñr mundi, in fide christiana se agnoscunt, q̃a oẽs peccauerunt & egent glo- Roma.3. ria dei, iustificati gratis per sanguinẽ ipsius. Hunc tñ vestimenta sua lauare dixit, non ẽt corpus suum, Credo ꝙ illius cineris congregatione & repositione in loco mundo, si hęc spiritaliter intelligantur, iã intrinsecus vult Act.10. intelligi fuisse mundatũ: sicut Cornelius audiens & credens qđ prędicauerat Petrus ita mundatus est, vt ante visibilem baptismũ cũ suis qui aderant acciperet donũ spiritussancti. Veruntñ nec visibile sacrm̃ contemni potuit, vt ablutus ẽt extrinsecus lauaret quodãmõ vestimẽta sua. Et erit, inquit, filiis Israel, & proselytis qui apponuntur, legitimũ æternum. Quid aliud ostenditur, nisi baptismum Christi quem significat aqua aspersionis, & Iudęis & gẽtib. profuturum. i. filiis Israel & proselytis, tanquam naturalibus ramis, & in serto pinguedini radicis oleastro? Quem aũt non faciat intentum ꝙ post ablutionem de Rom.11. C singulis quibusq; dr̃: Et immundus erit vsq; ad vesperam? Neq; hic tm̃, sed in oĩbus, aut penè in oĩb. talibus mundationibus hoc dr̃. Vbi nescio vtrum aliquid aliud possit intelligi: nisi ꝙ omnis homo post remissionẽ plenissimam peccatorum permanendo in hac uita contrahit aliquid vnde sit immundus vsque ad eiusdem uitæ finem, vbi ei dies iste quodammodo clauditur, quod significat vespera. Deinde incipit scriptura dicere, & exequitur quemadmodum immundi facti homines aqua illa aspersionis purificẽtur. Qui tetigerit, inquit, mortuum, omnis anima hominis immunda erit septem dieb. hic purificabitur die tertio & die septimo, & mundus erit. Et hic nihil aliud intelligendum uideo, nisi contactum mortui esse hominis iniquitatem. Septem uero dierum immunditiam propter animã & corpus dictam puto, aĩam in ternario, corpus in quaternario. Qđ quare ita sit, longum est disputare. Secundum hoc arbitror dictum per Prophetam, In tribus & quatuor impietatib. non aduersabor, ad.auersabor. Amos.1. Adiũgit aũt dicens, Si aũt nõ purificatus fuerit die tertio & die septimo non erit mundus. Oĩs qui tetigerit ab omni anima hoĩs & mortuus D fuerit, & non fuerit purificatus, i. ante mortuus fuerit tacto mortuo q̃ fuerit purificatus, tabernaculũ dñi polluit: exterminabitur aĩa illa ex Israel. Notandum est ꝙ difficillime reperitur in his libris aliquid euidentius: de vita aĩæ post mortem, fuisse conscriptum. Die tertio & in die septimo: & purificabitur die septimo & lauabit vestimenta sua, & lauabit aqua & immundus erit usq; ad uesperã. Alia est aqua aspersionis, & alia vtiq; illa qua lauit vestimenta sua. Et lauabitur aqua, q̃ puto spiritalem intelligendam per significationẽ, nõ per proprietatẽ. Nam sine dubio visibilis erat: sicut illæ oẽs umbræ futurorum. Proinde qui sacramento baptismi recte abluitur, quod illa aspersionis aqua figurabatur, mundatur spiritualiter, i. inuisibiliter in carne & in anima vt sit mundus & corpore & spiritu. Quod uero hysopo dixit aqua aspersionis aspergi: qua herba supra diximus fidem significari: quid aliud occurrit, nisi quod scriptũ est, Fide mundans corda eorum. Act.15. Non. n. prodest baptismus, si desit fides. A viro aũt mundum dixit hoc fieri, ubi significãtur ministri potantes personas domini sui, qui uere mundus est. Nam & de his ministris in consequẽtibus dicit, & qui circumasperget aquã aspersionis, lauabit vestimenta sua, i. obseruabit & E corpus. Et qui tetigerit aquam aspersionis immundus erit usque ad uesperam. Et omne quodcunque tetigerit immundus, immundum erit. Et anima quæ tetigerit, immunda erit usq; ad vesperam. Iam dixi superius q̃d mihi significare videatur, usque ad uesperã. Omnis qui tetigerit super faciem campi vulneratum, aut mortuum, aut os hominis, aut monumentum. 34 Nu.18. Quæri potest quid dictum sit uulneratum, aut mortuum. Si. n. aliud uoluit intelligi vulneratum, aliud mortuum: cauendum est ne putetur immundus esse etiam qui tetigerit vulneratum viuum, quod vtique absurdum est. Sed quia possunt & mortui esse vulnerati, ipsos mortuos intelligitur discreuisse: ut & vulneratum mortuum intelligamus, id est, vulnere peremptum, & mortuum sine vul-

35 nere. Quòd de petra aqua educta eſt, Apoſto
Nu. 20. lus Paulus q̄d eſſet expoſuit ubi ait, Et oẽs
1. Co. 10. eundẽ potũ ſpiritalẽ biberunt. Bibebant aũt
F de ſpiritali ſequenti eos petra. Petra ãt erat
Chriſtus. Significata eſt ergo de Chr̃o pro-
fluens gratia ſpiritalis, qua interior ſitis irri-
garet̃. Sed ꝙ uirga petra percutit̃, crux Chri
ſti figurat̃. Ligno.n. accedente ad petrã, gra-
tia manauit, & ꝙ bis percutitur euidentius ſi
gnificat crucẽ. Duo quippe ligna ſunt crux.
36 Nu. 20. Qđ de aqua illa quæ de petra profluit dictũ
eſt, Hæc aqua contradictionis, quia maledixe
rant filij Iſrael ante dominũ & ſanctificatus
eſt in ipſis: prius maledixerunt qñ locuti sũt
contra beneficium dñi quòd educti erant de
Aegypto: & poſtea ſanctificatus eſt in ipſis,
cũ illo miraculo ꝓfluentis aquæ eius ſancti-
tas declarata eſt. An forte duo genera homi-
nũ demonſtrauit, & contradicentium gratiæ
Chriſti, & ꝑcipientium gratiã Chriſti: ut il-
lis ſit aqua cõtradictionis: iſtis ſanctificatio-
nis. Nã de ipſo dño in Euangelio legit̃, Et in
Luc. 2. ſignũ cui cõtradicet̃. Qđ inter mãdata Moy
37 ſes ad regem Edom dicit inter cætera, Ne-
Nu. 20. que bibemus aquã de lacu tuo: intelligendũ
eſt gratis, id eſt, quia nõ gratis bibemus. Qđ
poſtea manifeſtat dicens. Si ãt de aqua tua bi
G bemus ego & pecora mea dabo p̃tiũ tibi. Nõ
38 declinabimus in dextra neq; in ſiniſtra. Plura
Nu. 20. liter dictũ eſt, in ea q̄ dextra ſunt, uel q̄ ſini-
39 ſtra sũt. Non introibitis in terram quam de-
Nu. 20. di filijs Iſrael in poſſeſsionẽ: qm̃ exacerbaſtis
me ſuper aquã maledictionis. Quã dixit ſu-
perius aquã contradictionis, ipsã dicit hic
maledictionis. Non enim ait ἀντιλογίας, λοι-
40 δορίας. Et uouit Iſrael uotũ domino, & di-
Deu. 21. xit, Si mihi tradideris populũ iſtũ ſubiectũ,
id eſt, ſi mihi eum tradendo ſubieceris, anat-
hemabo illũ & ciuitates eius. Hic uidendum
eſt q̃uo dicatur anathemabo, qđ uouetur &
tñ ꝓ maledicto ponitur, ſicut & de iſto popu
Galat. 1. lo dicitur. Vnde illud eſt, Siquis uobis euan-
gelizauerit præter q̄ qđ accepiſtis, anathe-
ma ſit. Hinc uulgo dictũ eſt, ut deuotatio di-
41 catur, Nã deuotare ſe quenquã nemo ferè di
Nu. 11. cit, niſi maledicens. Et anathemauit eum &
ciuitatẽ eius, & uocatũ eſt nomẽ loci illius
anathema. Hinc dictũ eſt anathema, qđ dete
ſtabile aliquid & abominabile uideat̃. Vt.n.
nihil inde uictor in uſus ſuos auferret. ſed to

tum in pœnam luendam uoueret, hoc erat
anathemare, quod vulgo dicitur deuotare.
Origo autem huius uerbi eſt in Græca lin-
gua ab his rebus quæ uotæ & perſolutæ, hoc H
eſt, promiſſæ & redditæ ſurſum ponebantur
in templis, ἀπὸ τοῦ ἀνωτίθεσθαι. hoc eſt, ſur-
ſum ponere, uel fingendo, uel ſuſpendendo.
In itinere filiorũ Iſrael quo caſtra ꝓmoue- 42
bãt atque ponebãt, inter cætera ſcriptũ eſt, Et Nu. 21.
inde caſtra collocauerũt trans Arnon in Her
mon, qđ extat a limitibus Amarræorũ. Eſt.n.
Arnon limes inter Moab & inter Amorręũ.
Propterea dicit̃ in libro, Bellũ domini Moab
inflãmauit & torrentes Arnõ, & torrẽtes cõ
ſtituit inhabitare. Et in quo libro hoc ſcri-
ptum ſit nõ cõmemorauit, neq; ullus eſt in
his quos diuinæ ſcripturæ canonicos appel-
lamus. De talibus occaſiones reperiunt q̄ li-
bros apocrypos incautorũ auribus & curio-
ſorum conantur inſerere, ad ꝑſuadendas fa-
buloſas impietates. Sed hic dictũ eſt ſcriptũ
in libro, nõ dictũ eſt in cuius Prophetæ, uel
Patriarchæ ſancto libro. Neq; negandum eſt
fuiſſe iã libros ſiue Chaldeorum, unde egreſ
ſus eſt Abrahã, ſiue Aegyptiorum, ubi didi-
cerat Moyſes omnẽ illorum ſapientiã, ſiue
cuiuſq; gentis alterius, in quorũ librorũ ali- I
quo potuit hoc eſſe ſcriptũ: q̄ tñ non ideo ſit Titũ 1.
aſſumendus in eas ſcripturas, quibus diuina
cõmẽdatur authoritas ſicut nec Propheta il-
le Cretenſis cuius mẽtionẽ facit Apoſtolus,
nec Græcorũ ſcriptores uel Philoſophi uel
Poetæ, quos idẽ ipſe Apoſtolus magnum ſa- Act. 17.
nè aliq̄d & ueraciter prõptũ apud Athenien
ſes loquens dixiſſe cõfirmat, In illo.n. uiui-
mus & mouemur & ſumus. Licet.n. diuinæ
authoritate unde uoluerit qđ uerũ inuenerit
teſtimonium ſumere, ſed non ideo oĩa q̄ ibi
ſcripta ſunt accipienda cõfirmat. Cur autem
hoc iſto cõmemoratum ſit loco, nõ euidẽter
apparet, niſi forte ut fines illic inter duas gen
tes conſtituerentur, bello actum eſt, quod
bellum eiuſdem loci homines propter ma-
gnitudinẽ, bellum dñi eſſe dixerunt, ut ſcri-
beretur in aliquo eorum libro, bellum dñi
Moab inflammauit: ꝙ uel arſerit eodem bel
lo iſta ciuitas, aut ad pugnandum inflamma
ta ſit, hoc eſt excitata, uel ſi quid aliud in ob
ſcuritate loci huius latet. Hic eſt puteus 43
quem dixit dominus ad Moyſen, Congre- Nu. 21.
ga

ga populum & dabo eis aquã bibere. Ita hoc
commemoratum est, quasi alicubi superius
hoc ad Moysen dixisse dñs legatur. Sed quia
K nusquam reperitur, hic intelligendũ est, &
45 illic bibisse populum qui de siccitate cõque
Nu. 21. rebatur. Et percussit eũ Israel nece gladij, &
dñati sunt terrę eius ab Arnon vsq; Oboth,
& vsq; ad filios Ammon: qm̃ Iazer termini
filiorum Ammon sunt. Et accepit Israel oẽs
ciuitates istas, & habitauit Israel in oĩb. ciui-
tatibus Amorræorum in Esebon. Hic certe
Israel possedit ciuitates Amorræorum quas
bello superauit, quia non eas anathemauit.
Nam si eas anathemasset, possidere illi nõ li-
ceret, nec inde ad vsus suos aliquid præde
vsurparet. Notandum est sane quẽadmodũ
iusta bella gerebantur. Innoxius.n. transitus
negabatur, qui iure humanæ societatis ęq̃ssi
mo patere debebat. Sed iam ut Deus sua pro
missa compleret, adiuuit hic Israelitas quib.
Nu. 21. Amoræorum terram dari oportebat. Nam
Edom cũ similiter eis transitum denegaret,
non pugnarunt cũ ipsa gente Israelitę, i. filij
Iacob cum filijs Esau duorum germanorũ,
atq; geminorum, quia terram illam Israelitis
45 nõ promiserat, sed declinauerunt ab eis. Pro-
Nu. 21. pterea dicent ænigmatistæ, Venite in Esebõ:
L & cætera. Qui sunt ænigmatistæ ideo nõ ap-
paret, quia non sunt in consuetudine litera-
turæ nr̃æ, neq; in ipsis diuinis scripturis fere
alio loco reperitur hoc nomen. Sed quia vñr
quasi canticum dicere quo cecinerunt bellũ
inter Amorræos & Moabitas gestũ, in quo
Seon rex Amorræorum Moabitas superauit,
non incredibiliter putantur isti ænigmatistæ
sic tunc appellati, quos Poetas nos appella-
mus, eo ꝙ Poetarũ sit consuetudo atq; licen-
tia miscere carminib. suis ænigmata fabula-
rum, quib. aliquid sig̃nare intelligantur. Non
enim aliter essẽt ænigmata nisi illic esset tro-
pica locutio, qua discussa perueniretur ad in
46 tellectum qui in ænigmate latitarat. Quod di
Nu. 21. cit script. Posteaq̃ Israel vicit Amorręos, &
possedit oẽs ciuitates eorũ, misisse legatos Ba
lach regẽ Moabitarũ ad conducendũ Balaã,
a quo malediceretur Israel, satis oñditur non
oẽs Moabitas venisse in conditionẽ Seon re-
gis Amorræorum qñ eos bello superauit. Si-
quidem remansit gens Moabitarum vsq; ad
illud tempus vbi regnaret Balac rex Moab.

Quod vero Moab dixit seniorib. Madian, i.
Moabitæ seniorib. Madianitarum, Nũc adiũ-
get synagoga hæc oẽs qui in circuitu nostro
sunt, nõ una gens erat, sed uicini ad vicinos, M
dixerunt qđ pariter cauendũ esset. Nã Moab
filius fuit Loth ex una filiarum: Madiã vero
filius Abrahę de Cethura. Nõ itaq; vna gens
erat, sed duæ vicinæ atq; conterminę. Quid
est quod scriptũ est, Et diuinationes in ma- 47
nibus eorum, cum de ijs diceretur quos mi- *Nu. 22.*
serat Balach ad cõducendum Balaam, vt ma
lediceret Israel? Nunquidnã ipsi diuinabant?
an aliqua ferebant vnde faceret Balaam quo
possit diuinare, tanq̃ aliqua quæ in sacrificijs
incenderentur, aut quoquo modo impende-
rentur, & ideo dictæ sunt diuinationes, quia
per hæc ille poterat diuinare? an quid aliud?
Obscure.n. dictũ est. Notandũ sane ꝙ uenit
Deus ad Balaam & dixit ei, Quid hoĩes qui
penes te? &c. Nec dictũ est, vtrũ in somnis
hoc factum sit, q̃uis per noctem factum satis
eluceat, cũ post hæc dicit scriptura, Et exur-
gens Balaam mane. Põt.n. mouere qũo cum
hoĩe pessimo Deus locut⁹ sit, qđ ẽt si in som-
nis factum esse constaret, non ideo nulla q̃o
remaneret ꝓp̄ ipsam indignitatẽ, Sic & dñs
Iesus Christus ait de diuite illo qui destrue-
re veteres apothecas & ampliores nouas di- A
sponebat implere, dixit ad illum dñs: Stulte, *Luc. 12.*
hac nocte anima tua auferetur a te, quæ para
sti cuius erunt? Ne quisquam glorietur ꝙ ei
loquitur Deus eo modo quo talib. loquen-
dum esse nouit: quando potest hoc & repro-
bis fieri, quia & cum per angelum loquitur,
ipse loquitur. Quod ait Balaam iterum ad se 48
missis honoratioribus nuncijs, Si dederit mi *Nu. 22.*
hi Balach plenam domum suam argento &
auro non potero præuaricare verbum Domi
ni, nec facere illud pusillum, vel magnum in
mente mea, nullum habet omnino peccatũ,
sed quod sequitur nõ est sine graui peccato.
Iam.n. constans esse debuit semel audito qđ
ei dixerat dominus, Non ibis cum eis, neque
maledices populum, est.n. benedictus: nec
eis vllam spem dare, ꝙ posset dñs tanquã ip-
se Balaam muneribus & honorib. flexus ad-
uersus populum suum, quem benedictum
esse dixerat, suam mutare sententiam. Sed ibi
se uictum cupiditate monstrauit, ubi loqui
sibi dominum de hac re iterũ voluit, de qua

eius

eius iam cognouerat voluntatem. Quid.n. B opus erat quę sequuntur adiungere, Et nunc sustinete ibi & vos nocte hac, & sciam quid adiiciet dñs loqui ad me. Proinde dñs vidēs eius cupiditatem captam deuictamq; muneribus, ꝑmisit eum ire, vt per iumentum quo vehebatur eius auaritiā coerceret. Hoc ipso confundens illam dementiam, ꝗ prohibitionem dñi per angelum factam transgredi asina non auderet, quā ille cupiditate transgredi conaret̄, q̄uis eādē cupiditatē timore supprimeret. Venit.n. deus ad Balaam nocte, & ait illi, Si vocare te uenerunt homines, exurgens sequere eos, sed verbum quodcunq; locutus fuero ad te, hoc facies. Et exurgens Balaam mane strauit asinam suam, & abiit cū ꝑrincipib. Moab. Cur post istam permissionem dñi iterum non consuluit, & post illam prohibitionem iterum consulendū putauit, nisi quia eius maligna cupiditas apparebat, q̄uis timore dñi premeret̄? Deniq; scriptura sequitur, Et iratus est animatione deus, quia ibat ipse: & insurrexit angelus dei, ut non ꝑmitteret eum in via, & cætera quæ sequunt̄ donec asina loqueretur. Nihil hic sane mirabilius vr̄, q̄ ꝗ loquente asina territus nō est, C sed insuper ei, velut talib. monstris assuetus, *ita perseueranter respondit. Postea illi & angelus loquebatur, arguens & improbās eius viā. Quo uiso exterrit*adorauit. Deinde ire permissus est, vt iā per ipsum prophetia clarissima proferret̄, Nā oīno permissus non ē dicere qđ uolebat, sed qđ uirtute spiritus cogebatur. Et ipse quidem reprob. mansit. Nā posterior de illo sancta scriptura ita locuta ē, vt quidam reprehensibiles & reprobi uiam eius secuti dicerent̄, Secuti, inquit uiā Balaā filij Beor qui mercedem iniquitatis dilexit.

a.l. perseuerante.

1.Pet.2.

49 *Nu. 22.* De angelo qui locutus est Balaam in uia, quo viso asina eius progredi nō ausa est, scriptura ita loquitur, Et iratus est animatione deus, quia ibat ipse, & insurrexit angelus dei differre eum in via. Vbi primo notandum est quemadmodum iratus est deus, & insurrexit angelus dei: nec interposuit iratum deum misisse angelum, sed tanquam per angelū iratū deum significauit, qm̄ ueritas & iustitia dei irasci angelum fecit. Nā insurrexit quod dictum est, vtiq; commotionem intelligendū est. Deinde quod ait, Differre eum in via: qđ Græce positum est διαβάλλειν, hoc est qđ in in consequentib. dicit ipse angelus, Et ecce ego exij in dilationem tuam: vbi Græcus hēt διαβολὴν. Vbi fortassis accusatio cōgruentius D intelligitur, ut hic quod dictum est differre eum in uia accusare accipiatur. Vnde credit̄ ēt diabolus appellatus, tanquā accusator Latine dicendus sit: non quia nemo possit ēt bene recteq; accusare, sed qm̄ diabolus amat accusare, vtiq; inuidētiæ stimulis agitatus, quale illi in Apocalypsi testimonium perhibetur Positum est aūt hoc verbum & in Comedia, vnde Latinum esse non dubium est sub eadē significatione, vel certe vicina, vbi de patre irato dr̄ filio, Rationem sperat inuenisse se qua differat te. Solet aūt hic intelligi, differat, velut hac atq; illac ferat tempestate uerborū, quasi discerpat & dissipet, qđ utiq; ille accusando uidebatur esse facturus. Sed & si differre eum in uia intellexerimus, quia distulit angelus eius festinationem remorādo, ut ei qđ opus erat & demonstraret & diceret, nō absurda est huius verbi ēt sub ista significatione positio. Et cum uidisset asina angelum dei re- 50
sistentem in uia, & euaginatum gladium in *Nu. 22.* manu eius, & declinauit asina de uia & ibat in campū. Campus iste adhuc extra macerias uinearum fuit. Et percussit asinam in uirga ut corrigeret eam in uia. Et stetit angelus dei E in sulcis uinearum, maceria hinc & maceria hinc. Merito quęrit̄ si hinc atq; inde maceriæ in medio ponebant viā, sicut fieri solet: qūo ibi stans angelus, dr̄ stetisse in sulcis vinearū. Neq;.n. in via inter macerias potuerunt sulci esse uinearū. Sed ordo uerborum est, ut corrigeret eam in uia, maceria hinc, & maceria hinc. In hac ergo uia corrigere voluit asinam Balaam ut inter macerias ambularet. Interpositum est aūt, & stetit angelus dei in sulcis uinearū, in una s. uinearū quæ in medio ponebant uiā. Et cū uidisset asina angelū dei compressit se ad parietē. i. ad maceriā illius utiq; uineæ in qua nō erat angelus, qm̄ ab alia ꝑte erat in sulcis uinearū. Et cōpressit pedē Balaā ad parietē, & adiecit adhuc cædere eā: & apposuit angelus dei, & adiiciens substitit in loco angusto, iā nō in sulcis uinearū, sed inter ipsas macerias. i. ī via, ī qua nō fuit declinare ī dexterā neq; sinistrā. Et cū uidisset asina angelū dei, cōcidit sub Balaā, Cæsa.n. in retro non

Diabolus

Terent. in And.

F nō ibat & in pariete nō se premebat, qm̄ non
ab altera parte terrebatur, sed in media uia in
angusto angelus erat. Restat ergo ut subsiste-
ret. Et iratus est Balaam, & percutiebat asinā
uirga. Et aperuit Deus os asinæ, & ait ad Ba-
laam, Quid feci tibi, quia percussisti me ter-
tio hoc? Et ait Balaam asinæ, Quia illusisti mi
hi, & si habuissem gladium in manu mea, iā
transfixissem te. Nimirum iste tāta cupidita-
te ferebatur, ut nec tanti mōstri miraculo ter
reretur, & responderet quasi ad hominem lo
quens, cū Deus vtiq; nō asinę animā in natu
ram rōnalem uertisset, sed qđ illi placuerat
ex illa sonare fecisset ad illius uesaniā cohibē
4.Cor. 2. dā. Illud fortasse præfigurans, quia stulta mū
di electurus erat Deus, ut confunderet sapiē-
tes, pro illo spiritali & uero israel: hoc est, pro
51 missionis filiis. Et fact⁹ est spiritus domini su
Nu. 23. per illū, idest super Balaā. Non factus est spiri
tus Dei, tanquā factura sit spiritus Dei, sed fa
ctus est sup illū, idest factus est, ut sup illum
Ioan. 1. esset: qūo, Qui post me uenit, ante me factus
est, idest factū est, ut ante me esset: vt prępone
Ps. 117. retur mihi, qa prior me, inquit, erat. Sicut, Do
G minus factus est adiutor meus. Non .n. domi
Psal. 9. nus factura est, sed factū est ut me adiuuaret.
Et, factus est dominus refugium pauperum,
idest factū est ut ad eū refugerēt pauperes. Et
Ezec. 1. facta est sup me manus domini. i. factum est,
& 3. ut super me esset, & multa talia in scripturis
52 reperiuntur. Et dixit dn̄s ad Moysen, Accipe
Nu. 25. duces populi & ostenta eos domino cōtra so
lem, & auferet ira animationis dn̄i ab israel.
Iratus est Deus de fornicationibus israel &
carnalib. & spiritalibus, nā & filiab. Moab se
impudice miscuerant, & idolis fuerāt conse-
crati: hoc ad Moysen dixit ut ostētaret domi-
no duces populi cōtra solē, In quo uerbo in-
telligit eos iussos eē crucifigi: ut hoc sit, ostē-
ta eos dn̄o cōtra solē, idest palàm ī cōspectu
lucis huius. Nam Græcus ait παραδειγμάτισον,
qđ dici possit exēpla, quia παράδειγμα exemplū
dicitur. Nam pręter septuaginta interpretes,
Aquila perhibetur dixisse, confige, uel potius
sursum confige, quod est ἀνάπηξιν, Symma-
chus autem uerbo euidentiore, suspende. Mi
rum est sanè, q scriptura narrare destiterit,
utrum hoc fuerit ex præcepto domini imple
tum: quod contemni potuisse non uideo, aut
si contemptum est, impune contemni. Si aūt
factum est & tacitū, cur ex eo qđ Phinees fi- H
lius Eleazar transfixit adulteros, placatū fuis-
se dominū, scriptura testatur, plagamq; ces-
sasse: quasi crucifixis ducibus sicut præcepe-
rat dn̄s, adhuc indignatio pseuerans alio mō
placāda uideret: cū proculdubio falsum esse
nō posset qđ prænūciauerat & pmiserat dn̄s
dicēs, Accipe duces populi & ostēta eos do-
mino contra solē, & auertetur ira animatio-
nis domini ab israel. Quid itaq; opus erat ut
adhuc Phinees ad placādum Deū sic in adul
teros uindicaret, eiq; testimonium scriptura
perhiberet q eo mō placauerit dominū? Nisi
forte intelligamus cū illud de ducib. populi
Moyses qđ præceperat dominus implere di-
sponeret, eū uoluisse etiā sm legem talia pu-
nire flagitia, & sacrilegā audaciā, ut iuberet
unumquenq; interficere proximū suum dijs
alienis nefarie consecratū, atq; inter cætera
etiā illud Phinees faceret, ac si ira domini iā * al. inte
placata, non opus fuisse duces populi crucifi- rea.
gi? Hæc sanè seueritas illi tempori congrua,
quantum malum sit fornicationis & idolola-
triæ, prudentium fidei salutis euidenter ostē- 53
dit. Eā cām mortis Moysi dicit dominus quā Nu. 27.
ēt fratris eius. Ambobus .n. etiam hoc ante p- Nu. 20.
dixerat, q ideo non intrarent cū populo Dei
in terrā promissionis quia non eum sanctifi- I
cauerunt coram populo ad aquam contradi-
ctionis, idest quia dubitauerunt de dono eius
q posset aqua de petra profluere: sicut expo-
suimus in eo scripturæ loco. Huius āt rei my
sterium datur intelligi, quia nec sacerdotium
qđ prius institutū est, cuius personā gerebat
Aarō, nec ipsa lex cuius psonā gerebat Moy
ses introducunt populum Dei in terrā hære-
ditatis æternæ, sed Iesus in quo typus erat do
mini Iesu Christi, idest grā per fidē. Et Aarō
quidem ante defunctus est, q̄ israel in aliquā
partē terræ promissionis intraret: Moyse aūt
adhuc uiuente capta est terra Amorræorū at
que possessa, sed Iordanem cū eis non est trā
sire permissus. Ex aliqua .n. parte lex obserua-
tur in fide Christiana. Ibi enim sunt etiam
præcepta quæ hodieque obseruare iubemur
Christiani. Sacerdotium uero illud & sacri-
ficia nullam partem tenent hodie fidei Chri-
stianæ, nisi quòd in umbris futurorum acta
atq; transacta sunt. Cū uero ambobus fratri-
bus .i. Aaron & Moysi dicitur, ut apponantur

ad

k ad populum suum: manifestũ est nõ esse illos in ira Dei, q̃ separat a pace sanctę societatis æternæ. Vnde manifestatur, nõ solum officia, sed etiam mortes eorum signa fuisse futurorum, non supplicia indignationis dei. Et locu
54 tus est dñs ad Moysen dicens, Accipe ad te-
Nu.27. ipsum Iesum filium Naue, hominẽ qui habet spiritũ in seipso, & impone manus tuas sup eum, & statues eũ in cõspectu Eleazari sacerdotis, & mandabis ei in cõspectu oĩs synagogę, &c. Notandum est ꝙ cum iã haberet spiritum in seipso Iesus Naue, sicut scriptura testatur: vbi quid aliud q̃ spiritum sanctũ debemus accipere? Non.n. de spiritu hominis hoc diceret, quem nullus erat qui nõ habebat: iussus est tamen Moyses ei manus imponere, ne quisquam hõ qualibet præpollens gratia sacramentum consecrationis audeat recusare.
55 Quid est ꝙ cũ Deus præciperet Moysi de Ie-
Nu.27. su Naue, ait inter cætera, Et dabis de gloria tua sup eum? Nã Græca locutione τῆς δόξης habet, quod tantundem ualet ac si diceret, de gloria. i. ἀπὸ τῆς δόξης, Latini autem nonnulli interpretati sunt, dabis gloriam tuam: non de gloria tua. Sed siue illud esset vt gloriã tuã
L diceret, nõ iõ eã non habiturus erat Moyses: nec quia dixit de gloria, ideo minutũ est qđ habebat. Sic.n. accipiendum est, ac si diceret, facies eum socium gloriæ tuæ: non autem huiusmodi res quasi particulariter diuisæ minuũtur, sed totæ sunt omnibus totæ singulis,
56 qui earũ habent societatẽ. Hõ quicunq; voue
Nu.30. rit uotum dño, aut iurauerit iuramẽtum, aut definierit definitionẽ de aĩa sua, non prophanabit verbũ suũ: omnia quæcũq; exierint de ore eius faciet. Nõ hoc ad omnẽ iurationem ptinet, sed ad eã ubi quisq; de anima sua vouerit alicuius utiq; rei abstinentiam, qua ei licebat uti per legem, sed per votum sibi ipse efficit nõ licere. Si ãt mulier vouerit uotum
57 domino aut definierit definitionẽ in domo
Nu.30. patris sui in iuuentute sua, & audierit pater eius uota eius, & definitiones eius quas definiuit aduersus aĩam suã, & tacuerit pr̃ eius, & stabũt omnia uota eius, & oẽs definitiones eius quas definiuit aduersus aĩam suã manẽbunt ei. Si autẽ abnuens abnuerit pater eius, quacunq; die audierit omnia uota eius & definitiones eius quas definiuit aduersus aĩam
M suam, non stabũt, & dominus emũdabit eã, quia abnuit pr̃ eius. Qm̃ quidẽ de muliere, q̃ adhuc in iuuẽtute sua in domo patris loquit̃, merito hic quæritur etiam de voto uirginitatis: mulieres quippe etiã virgines in scriptura appellari solere notissimũ est, & vr̃ etiam
Apostolus de patre loqui cũ dicit, Seruet uir- 1.Co.7.
ginem suam, & dat nuptum virginẽ suam, & cætera hoc mõ: vbi nõnulli intellexerunt, uirginẽ suam, uirginitatem suã, nulla tamẽ hoc simili scripturarũ locutione demonstrant, cũ sit inusitatissima. Qđ aũt ait, aduersus animã suam: nec sic accipiendũ est, quasi animæ noceat talib. votis: sed aduersus animam dr̃, aduersus animalẽ delectationẽ, sicut etiam de
ieiunio præcipiens superius ait, Et affligetis Nu.29.
animas uestras. Qđ aũt ait, Et dominus emũ 58
dabit eã, quia abnuit pater eius: emũdabit di- Nu.30.
xit, a uoti nõ impleti crimine absoluta est: sicut in multis locis dr̃, & emundabit eũ sacerdos, idest mundum habebit, mundum iudicabit: sicuti est & illud, Mundatione non mũdabis reum .i. non dices mundum qui immun-
dus est. Si autẽ facta fuerit viro, & uota eius 95
super eam sm̃ distinctionẽ labiorũ eius quã- Nu.30.
ta definiuit aduersus animã suam; & audierit A
vir eius & tacuerit ei quacunq; die audierit, & ista stabunt omnia uota eius, & definitiones eius quas definiuit aduersus aĩam suã stabunt. Si ãt abnuens abnuerit uir eius in quacunq; die audierit oĩa uota eius, & definitiones quas definiuit aduersus animã suã, non manebunt, qm̃ vir abnuit ab ea, & dominus mundabit eã. Fœminã sub patre antequã nubat, & sub viro nuptã voluit lex vouere ita aliquid Deo aduersus aĩam suã, id est, in aliquarũ rerum licitarum atq; cõcessarum abstinẽtia, ut in eisdem uotis fœminea non pualeat authoritas, sed virilis. Ita & si adhuc innuptæ iã cõcesserat pr̃ vota psoluere, si antequã psoluerit nupserit, & uiro eius hoc cognitum nõ placuerit, nõ psoluat & sit oĩno sine peccato, qa dominus mundauit eam sicut dicit. i. mundã iudicauit: neq; hoc cõtra deũ fieri putandũ est, cũ ipse Deus hoc pceperit, hoc voluerit. Sequitur ãt de viduis, vel a uiro abiectis, idest nõ sub potestate uiri cõstitutis, aut patris: & earum uota ad persoluẽdum libera esse dicit hoc modo. Et uotum, inquit, uiduæ expulsæq; quæcunq; vouerit aduersus animã suã, manebunt ei. Deinde dicit de nupta,

si in domo uiri sui iam constituta aliquid ta-
B le uouerit: De illa.n.prius dixerat quæ in do-
mo patris uouerat, & antequã redderet nup-
serat. De hac ergo quæ in domo mariti vouit
ita loquitur, Si aũt in domo uiri eius uotum
eius, aut definito quæ aduersus aĩam eius cũ
iureiurando: & auderit uir eius & tacuerit ei
& non abnuerit ei, & stabũt oĩa uota eius, &
oẽs definitiones quas definiuit aduersus aĩam
suam, & stabunt aduersus eam. Si aũt circum
auferens circumauferat uir eius quacunque
die audierit oĩa quæcunq; exierint ex labiis
eius, ẜm uota eius & ẜm definitiones quæ ad
uersus aĩam eius, non manent ei: uir eius cir-
a.l. mundabit. cumabstulit, & dñs *mundauit eam: oẽ uotũ
& oẽ iusiurandum uinculi affligere animã,
vir eius statuet ei, & uir eius circumauferet:
si aũt tacens tacuerit ei diem ex die, & statuet
ei oĩa uota eius & definitiones quæ super ip-
sam statuet ei, qm̃ tacuit ei die qua audiuit. Si
autem circumauferens circũauferat uir eius
post diem quam audiuit & accipiet peccatũ
C suum. Manifestum est ita uoluisse legem fœ-
minam esse sub viro, vt nulla uota eius quæ
abstinẽtiæ causa uouerit reddantur ab ea, nisi
author uir fuerit permittendo. Nam cum ad
peccatum eiusdem uiri pertinere uoluerit, si
prius permiserit & postea prohibuerit, etiam
hoc tñ non dixit ut faciat mulier quod voue
rat, quia permissa prius a uiro fuerat: uiri di-
a.l. quia. xit esse peccatum *qui abnuit quod prius cõ-
cesserat: non tamen mulieri vel ex hoc ꝑmis
sum dedit, ut cũ prius ei uir concesserat, po-
stea si prohibuerit contemnatur. Vtrum autẽ
a.l. continentiæ, & concubitus abstinentiæ. ista ẽt ad vota & a concubitu *continẽtiæ vel
abstinentiæ pertineant merito quæritur, ne
forte ea tñ intelligenda sint aduersus animã
uoueri, quæ sunt in cibis & potionibus. Qđ
Mat. 6. vr̃ & illud significare ubi dominus ait, Non-
ne anima plus est q̃ esca? Et cum de ieiunio
Nu. 20. præcipitur, ita præcipitur, Affligetis animas
vestras. Nescio autem vtrum alicubi legi pos
sit, aduersus animam dici votum, quod de ab
stinentia concubitus fuerit: maxime quia cũ
hic lex authoritatem uiro tribuat, non mu-
lieri quæ uiro subdita est, tunc persoluenda
sint uota mulieris si uir approbauerit, si autẽ
renuerit non debeantur, Apostolus tamen cũ
de concubitu coniugatarum loqueretur, nõ
D ibi maiorem authoritatem uiro quã fœminę
dedit: sed vxori, inquit, vir debitum reddat, si
militer & uxor uiro. Vxor non hẽt potestatẽ
corporis sui, sed uir: similiter aũt & uir non
habet potestatẽ corporis sui, sed mulier. Qñ
ergo in hac re parem vtriusq; esse voluit po- 1. Cor. 7.
testatem, puto ꝙ nobis intelligendũ insinuet
istam de concumbendo vel non concumbẽ-
do regulam non pertinere ad ea vota, ubi nõ
habent parem uir & mulier potestatem, sed
uiri maior est, ac prope eius solius est. Non.n.
ait lex uirum non debere reddere uota sua si
uxor prohibuerit, sed uxorem si uir prohibue
rit. Vnde mihi non vr̃ in hmõi uotis & defi-
nitionibus atq; obligationibus quę aduersus
aĩam fiunt, ẽt ista debere accipi quę inter se
uir & vxor de concumbendo, uel de abstinẽ
tia concumbendi placita habuerint. Deinde
qa & istæ iustificationes dñr, & meminimus
in illis iustificationib. quæ in Exodo sub hoc Exo. 11.
nomine aliæ commemorantur, multa præci
cipi quæ accipi ad proprietatem nõ possint,
nec in nouo testamento obseruentur: sicut
de aure serui pertundenda, & si quid eiusmo E
di est: non absurde ẽt hic aliquid figurate di-
ctum intelligitur: ut qm̃ sunt multæ abstinẽ-
tiæ ceremoniarum irrationabiles, & aliquan
do ẽt inimicæ ueritati, hoc fortasse hic intel-
ligi uoluerit, tũc ratas esse cum rationabiles
fuerint: hoc est, cum eas approbauerit ratio,
quæ ad vicem viri debet regere oẽm anima-
lem motionem, quæ fit non tñ in appetẽdo,
verumetiam in abstinendo, vt si mente & ra
tione decernitur, tunc fiat: si aũt improbatur
consilio rationis, nõ fiat. Quòd si ratio quod
prius recte faciendum esse decreuit post im-
probet, sit peccatum consilij, sic tñ ut nõ nisi
rationi motio illa consentiat. Quid est, Et mi
sit eos Moyses mille ex tribu, & mille ex tri- 60
bu cum virtute eorum? Vtrum virtutem eo- Nu. 31
rum uult intelligi, principes eorum? an vir-
tutẽ a domino eis datã, vel per ipsum Moy-
sen impetratam? an potius uirtutem eorum,
quia dedit ea quibus uirtus eorum sustenta-
retur? Põt uideri qõ, qũo qñ Israelitæ Madia- 61
nitas debellauerunt, interfectũ dicat scriptu Nu. 31.
ra Balaam, qui fuerat conductus ad maledi-
cendum populũ Israel.: cũ superius qñ bene
dicere coactus est, ita eandẽ actionẽ scriptu-
ra concluserit, cum ait, Et surgẽs Balaã abiit
reuertens in locum suum, Balae abiit ad se- F
metipsum.

ſmetipſum. Si ergo redierat locum ſuum Baaam, quõ hic interfectus eſt, cum de tã longinquo, i. de Meſopotamia venerit? An forte reuerſus eſt ad Balac: & hoc ſcriptura non dixit? Quanquam ẽt poſſit in locum ſuum redijſſe intelligi, ꝙ ab ipſo loco vbi ſacrificia faciebat in eum locũ reuerſus eſt vnde illuc exierat, i. vbi tanquã peregrinus habebat hoſpitium. Non. n. dictum eſt in domum ſuam, aut in patriam ſuam, ſed in locum ſuum. Hẽt aũt & quiſq; peregrinus locum ſuum vbi ad tp̃s habitat. De ipſo autem Balac qui eũ conduxerat, non dictum eſt ad locum ſuum, ſed ad ſemetipſum, i. vbi dominans habitabat. Poſſet ergo dici, ad locum ſuũ, & dominans, & peregrinus. Ad ſemetipſum aũt nõ video quõ poſſit dici peregrinus, cum ad hoſpitiũ
62 Nu. 31. ſuum veniſſet. Et prædam egerunt mulieres Madian, & ſuppellectilem eorum & pecora eorum, & oĩa quæ poſſederant, & virtutem eorum deprædati ſunt. Cum iam dixiſſet mulieres, ſupellectilẽ & pecora, & oĩa quæ poſſidebant: quid deinde addit, & virtutem eorũ
G deprædati ſunt? Nimirum. n. hæc intelligẽda eſt virtus, de qua & ſupra dictum eſt, miſiſſe millenos ex ſingulis tribubus cũ uirtute eorum. An forte cibus quo ſuſtẽtabatur, uirtus eorum appellata fuit: quo ſubminiſtrato uires ſuppetunt, & quo ſubtracto uires deficiunt? Vnde per Prophetam deus cum minaretur ait, Auferam uirtutem eorum panis, & virtutem aquæ. Et Moyſes ergo cum annona miſerat illos millenos: quod dictum eſt, cum virtute eorum: & iſti Madianitis victis etiam hoc eorum inter cætera fuerant deprædati.

63 Nu. 31. Vt quid uiuificaſtis oẽ fœmininum? Hoc enim fecerunt filij Iſrael ſecundum verbum Balaã, ut recedere facerent & deſpicere verbum dñi ꝑꝑ Phogor. Hoc conſilium malignum, ut ad illecebram fœminæ ſupponerẽtur, per quas non ſolum corporaliter, ſed ẽt ſpiritaliter in adorando idolo fornicarentur, qñ dederit Balaam ſcriptura non dixit, & tũ apparet factum eſſe, cũ hic commemoratur.
H Sic ergo potuit & redire ipſe Balaam qui iã
a. l. non. ierat in locum ſuum, ut *modo locum eius
64 intelligamus peregrinationis hoſpitium quã
Nu. 35. uis hoc ſcriptura tacuerit. Quid eſt quod ait, Et erunt ciuitates uobis refugia a uindicante ſanguinem, & non morietur is qui occidit quoaduſq; ſtet in conſpectu ſynagogæ in iudicium: cum de his loquatur qui nolentes occiderint, & alibi dicat, tunc vnumquenq; in in tali cã confugientium exire liberum de ciuitate quò confugerat, cum ſacerdos maximus fuerit defunctus? Qũo ergo hic dicit, & non morietur is qui occidit quoaduſque ſtet in conſpectu ſynagogæ in iudicium: niſi q̃a ideo iudicatur, ut tunc ei liceat eſſe in ciuitate refugij, ſi manifeſtum factum fuerit in iudicio, ꝙ nolens occiderit? Quid eſt quod ait, 65 Nu. 35.
Qui uindicat ſanguinem, ipſe interficiat homicidam, cum occurrerit iſte interficiet eũ? Sic. n. ſonant male intelligentibus, quaſi paſſim & ſine iudicio datum fuerit ultori mortis propinqui ſui, ius occidendi eius interfectorem. Sed hoc intelligi uoluit, quia ſupra ſm̃ id quod ſupra dictum eſt, qui occiderit, confugiat ad unam de ciuitatibus refugiorũ quouſq; ſtet in iudicium, ne ante inuentus a propinquo occidatur; quia & ſi nolens occidit, præter illas ciuitates inuentus occiditur. Cum uero ad iudicium ſteterit in aliqua earum ciuitatum, & iudicatus fuerit homicida in aliqua earum in quã fugere conceditur, I
& eſſe ibi non ſinitur: tum iam demum iudicatum ubicunq; compertum propinquo licet occidere. Neq;. n. opus eſt eũ ad iudiciũ deduci, cum iam fuerit iudicatus homicida, & propterea de iſtis ciuitatibus pulſus ſit.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Quæſtionum ſuper Deuter. Liber quintus.



1 Deut. 1. IN eo qd̃ cõmemorat Moyſes dixiſſe populo timẽti hoſtes inhabitantes terrã quò ĩtroducẽdus fuit, Ne paueatis neq; timeatis ab eis dñs deꝰ nr̃ q̃ p̃cedet añ faciẽ vr̃ã,
2 Deut. 2. ipſe ſimul debellabit eos uobiſcũ: ſatis oñdit ita eſſe adiutorẽ deũ, ut ẽt hoĩes agãt aliq̃d. K
Et noluit Seõ rex Eſebõ trãſire nos ꝑ ipſum, qm̃ indurauerat dñs deus nr̃ ſpm̃ eius, & cõfortauit cor eius ut traderet̃ in manus tuas ſicut in hac die. Hæc dicẽs Moyſes dũ populũ alloquitur tale aliq̃d cõmemorat quale dicebat̃ in Exodo, Ego induraui cor Pharaonis,

&

Exo. 10. & quod in Psalmis legitur, Conuertit cor eo
Ps. 104. rum vt odissent populum eius. Nec tacet hic
cā indurationis huius, cum dicitur, vt tradere
tur in manus tuas sicut in hac die, idest vt vin
ceretur a te: quod non fieret nisi resisteret: nō
autem resisteret, nisi corde obdurato. Cuius
rei iustitiam si quæsierimus, inscrutabilia sūt
iudicia Dei. Iniquitas autē non est apud deū.
Sanè notandum est cōfortatum cor posse di-
3 ci etiam in malo. Veruntamen Og rex Basan
Deut. 3. reliquus factus est a Raphaim. Hoc nomine
quod est Raphaim gigantes significari in He
brea lingua dicunt qui eam nouerunt. Vnde
quod habent pleriq; codices, derelictus est a
Raphaim: planius vtiq; dicitur, reliquus fa-
ctus est: vt ipse ex illis remāsisse intelligatur.
Cuius etiam consequenter lōgitudo & latitu
do ferrei lecti cōmemoratur: ad eius magni-
tudinem commendandam. Ne feceritis ini-
4 quitatē, & ne faciatis vobisipsis sculptilem si
Deut. 4. militudinē, aut omnem imaginem. Quid in-
L terfit inter similitudinem & imaginem quæ-
ri solet. Sed hic non video quid interesse uo-
luerit, nisi aut duobus istis uocabulis unā rē
significauerit, aut similitudinē dixerit si ver-
bi gratia fiat statua vel simulachrum habens
effigiem humanam, non tamen alicuius hoīs
exprimantur lineamēta, sicut pictores uel sta
tuarij faciunt intuentes eos quos pingunt vel
fingunt. Hanc.n. imaginem dici nemo dubi-
tauerit, ſm quam distinctionem omnis ima-
go etiam similitudo est, non omnis similitu-
do etiam imago est. Vnde si gemini inter se si
miles sint, similitudo dici pōt alterius cuiusli
bet in altero, non imago. Si autem patri filius
similis sit, etiam imago recte dicitur, vt sit pa
ter prototypus, uñ illa imago expressa uidea-
tur, quarū aliæ sunt eiusdē substantiæ, sicut fi
Gene. 1. lius; aliæ non eiusdē, sicut pictura. Vnde illud
quod in Genesi scriptū est, Fecit deus homi-
nem ad imaginem Dei: manifestū est ita di-
ctum, vt non eiusdē substantiæ sit imago quę
facta est. Si.n. eiusdem esset, non facta sed ge-
nita diceretur. Sed quod non addidit, & simi-
M litudinē cū superius dictum esset, Faciamus
hominem ad imaginem & similitudinē no-
stram: quibusdā uisum est similitudinem ali-
quid amplius esse q̄ imaginem, quod homi-
ni reformando per Christi gratiam postea ser
uaretur. Miror autem si nō propterea postea
imaginē solā uoluit commemorare, quia ubi
imago, cōtinuo & similitudo est. Vnde & hic
Moyses similitudinē & imaginē fieri uetat,
ſm eam fortasse rōnem quam diximus. In de
calogo autem generaliter dr̄, nullam fieri de
bere similitudinem, nec imago cōmemorat̄.
Cum.n. nulla similitudo fit, proculdubio nec
imago fit, qm̄ sit imago, vtiq; & similitudo.
Non autem si sit similitudo, continuo sit &
imago, tamen si nulla similitudo, sequitur ut
nulla imago. Deniq; ubi prohibuit similitudi
nem & imaginem, homines intelligi voluit:
vbi & similitudo fieri potest, non huius aut il
lius, sed cuiuslibet hominis, & imago, idest
huius proprie: vel illius hominis: Cum vero
de pecoribus diceretur, atq; irrationalib. ani
mātibus, solum similitudinem dixit. Quis.n.
reperiri potest qui sibi vnū cōstituat canem,
uel quid eiusmodi, quem intuens eius imagi
nem pingat, aut fingat? Quod de hominibus A
vsitatissimum est. Quid est aūt quod ait, Simi
litudinem omnis piscis, & quæcunq; sunt in 5
aquis sub terra. An & aquam ꝑꝑ tractabilem *Deut.* 4.
corpulentiam terram intelligi voluit, & ſm
hoc in eo quod scriptum est, Fecit Deus cęlū
& terram: & aquas debemus accipere? Assi-
due q̄ppe scriptura his duabus partib. cōme *Gene.* 1.
moratis, vniuersum mundum vult intelligi,
ſm illud. Auxiliū meū a domino q fecit cęlū
& terrā, & innumerabilia eiusmodi. An iō di *Ps.* 120.
ctū est, sub terra, ꝙ terra nisi superior aquis
esset, habitari vtiq; ad hominibus & anima-
lia terrena habere nō posset: Et ne suspiciens 6
in cœlū, & vidēs solē & stellas & oēm orna- *Deut.* 4.
tū cœli, errās adores ea, & seruias illis quæ di
stribuit dominus deus tuus ea omnib. genti-
bus q̄ sunt sub cœlo. Nō ita dictū est tanquā
deus ꝓceperit ea coli a gētibus, a solo āt po-
pulo suo nō coli: sed aut ita dictū est, ꝙ deus
ꝓscierit gētes culturā exhibituras his cœlesti
bus, & tamē hoc ꝓsciēs creauerit eas: eum ue
ro populum suum futurum esse ꝓsciuerit q
ista non coleret. Aut distribuit dictū est, vt in B
telligatur vsus qui cōmēdatur in Genesi, Vt *Gene.* 1.
sint in signis & in tporibus & in dieb. & in
annis: quem usum in eis cōem habet popu-
lus Dei cum omnibus gentibus, non aūt cul
tū quē habēt aliæ gētes. Ne obliuiscamini te 7
stamētū domini dei nostri quod disposuit a l *Deut.* 4.
uos, & faciatis uobismetipsis sculptilem simi

litudinē omnium quæcunque constituit tibi dn̄s Deus tuus. Hic certe generaliter loquēs similitudinem posuit, imaginem tacuit: qm̄ si nulla sit similitudo, profecto nec imago: quia ubi imago, continuo similitudo, quamuis non ubi similitudo, continuo ibi imago.

8 Quærendum q̄uo dictum sit, Interrogate
Deut. 4. dies priores qui fuerūt priores te, ex die qua creauit Deus hominē sup terrā, à summo cœli usq; ad summū cœli. Subauditur enim, interrogate. Vr̄ āt significare totum orbē terrarū. Sed cur a summo cœli vsq; ad summū cœli dicat, nō à summo terræ vsq; ad summum
Mat. 24. terræ, non est facile dignoscere. Talis.n.quædā locutio est & in Euāgelio cū dicit dn̄s, ꝙ cōgregabuntur electi eius à summis cœlorū
C vsq; ad terminos eorū. Nisi forte hoc nec in hominibus, nec in angelis auditū esse uult intelligi, quod in hoc populo factum singulariter commendat: hoc.n.sequitur, Si factum est ſm verbū magnum hoc, si auditum est tale q̄d, si audiuit gens uocē dei viuētis loquentis è medio ignis, quēadmodum audisti tu & uidisti. Qđ si ita est, ut nec in hominib. nec in angelis hoc dicat auditū: quid est ergo illud in Euāgelio, A summis cœlorū usq; ad termi
Mat. 24. nos eorū: cum fine dubio dn̄s hoc ait, cum de
Marc. 13 nouissima electorum suorum cōgregatione
9 loqueretur? Quid est quod Moyses ait, Domi
Deut. 5. nus Deus uester disposuit ad uos testamentū in Oreb: Non patribus uestris disposuit dn̄s testamentum hoc, sed ad uos hic oēs uiuētes hodie facie ad faciem locutus est dn̄s ad vos in monte è medio ignis. An quia illi qui non ingrediuntur in terrā promissionis, mortui sunt.n.oēs, nō pertinent ad hoc testamentū, quorum tunc recognitio facta est, cum a viginti annis ætatis & supra numerentur usq; ad quinquaginta annos habiles ad bellum? Q̄uo ergo illis locutus est dominus qui hodie uiuunt? An quia ex uiginti annis & infra potuerunt multi tunc esse qui hoc bene meminissent, alieni ab illa pœna, quā dominus
D cōstituit illis qui tunc numerati sunt non intrare in terrā promissionis, & hos utiq; appellat qui quamuis uiginti annorū & supra non essent qn̄ deus in mōte loquebatur ut numerari tūc possent, potuerunt tn̄ esse annorū decē & nouē & infra vsq; ad puerilē ætatē, qui possent illa quæ facta & dicta sunt & uidere & audire & memoria retinere. Sed q̄d est q̄d ait, Facie ad faciē locutus est dn̄s ad vos: quos pauloante maxime admonere curauit, ꝙ nullam similitudinē uiderint, sed solā vocem de medio ignis audierint? An pp rerum euidentiam, & quodammodo præsentiam manifestatæ diuinitatis, de qua dubitare nemo posset, his verbis vsus est? Qđ si ita est, quid prohibet de ipso Moyse hoc intelligi, eo ꝙ de illo dictum est ꝙ facie ad faciē locutus sit cū eo dominus, ut nec ipse aliquid oculis uiderit pter ignē? An aliquid amplius uidisse intelligitur, quia scriptum est eum intrasse in nebulā vel nimbū, vbi erat deus? Sed & si aliquid amplius uidit q̄ illi, non eum tn̄ mortalib. oculis uidisse Dei substantiam ex illis eius uerbis in E
telligi potest, quibus ait Deo, Si inueni grām *Exo. 33.*
ante te ostende mihi temetipsum ut scienter uideam te. Neq;.n.arbitrandum est hunc populum, cui Moyses loquebatur, sic tunc uidisse Deum facie ad faciem quando in mōte loquebatur è medio ignis, quemadmodū Apostolus dixit in fine nos eum esse uisuros, ubi ait, Videmus nūc p speculum in ænigmate,
tunc autem facie ad faciem. Quid aūt hoc & *1. Co. 13.*
quantum esset consequenter aperuit dicens, Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Quod etiā ipsum caute accipiendum est, ne tantam putetur habiturus homo cognitionem Dei quantam nūc habet hominis Deus, sed pro suo modo ita pfectam, ut ei nihil adhuc expectetur addendum: ut quem perfecte nunc deus nouit hominem, sed tamen sicut deus hominē, ita tūc
perfecte nouerit hō deum sed tamē sicut ho- *Matt. 5.*
mo deum. Neq;.n.quia dictum est, Estote perfecti sicut pater uester cœlestis pfectus est, iō equalitatem patris quam uerbum habet unigenitum, sperare debemus, quāuis nō defuerint qui & hoc futurum putauerint, nisi for- F
te quid dicant parum intelligimus. Quid est 10
quod ait, Et ego stabam inter deum & uos in *Deut. 5.*
tempore illo annunciare vobis verba domini; Tanq̄ in loco esset dn̄s, hoc est in monte vnde illi voces audiebant. Quod sic accipiēdū est, vt non ex hoc suspicemur dei substantiam in ullo aliquo esse corporali loco, q̄ est vbique totus, nec per locorum interualla propinquat aut recedit: sed demonstrationes eius in ea creatura quæ nō est ꝙ ipse, nō aliter hu

manis

manis sensib. exhibentur. Vnde dñs uolens auferre ab huiusmodi suspitionib. mentē nostrā, quib. putatur deus loco aliquo contine
Ioan.4. ri, Veniet, inquit, hora, qñ neq; in mōte hoc, neq; in Hierosolymis adorab. patrē. Vos adoratis qđ nescitis: nos adoramus qđ scimus, q̄a salus ex Iudæis est. Sed venit hora & nūc est, qñ ueri adoratores adorabūt patrē in spiritu & veritate. Nā & pater tales quærit qui adorant. Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Medium ergo se dixit Moyses non inter dei substantiā, & populum interuallo aliquo loci: sed quia ꝑ eum placuit populū audire cætera dei uerba posteaq̄ vehemēter est teritus audita de medio ignis uoce dei dicentis de-
G calogum legis. Sed merito quęritur qūo accipianē hæc uerba Deuteronomii dicēte Moyse, Et ego stabā inter deum & uos in tp̄e illo annunciare vobis verba domini, qm̄ timuistis a facie ignis & non ascendistis in montē dicēs. Ego sum dñs deus tuus, & cætera. Quę iam verba dei sunt, quæ decalogus cōtinet. Quid ergo vult quod addidit, dicēs. Si.n. p̄tauerimus hyperbaton, vt ordo verborū sit, & ego stabam inter deum & vos in tp̄e illo annunciare uobis verba domini dicēs. Ego sum dñs deus tuus: non erit verum. Non.n. hæc uerba ꝑ Moysen populus, sed de medio ignis audiuit. Quod cū sustinere non posset audito decalogo, postulauit ut per Moysen cætera audiret. Restat ergo ut quod positum est, dicens: ꝓ eo positum intelligamus, ac si esset, cum diceret, ut iste sit sensus. Et ego stabā inter deum & uos in tp̄e illo annunciare vobis verba domini: qm̄ timuistis a facie ignis, & non ascendistis in montē, cum diceret, Ego sum dominus deus tuus: ut subaudiatur, cum diceret utiq; dominus. Cum.n. hæc uerba diceret dñs, quæ consequenter ex decalogo cuncta commemorat: tunc timuit populus a facie ignis, & non ascendit in mōtem, & rogauit ut per Moysen potius uerba domini audiret. Quæ uerba Moyses cōme-
H morat in Deuteronomio dicta sibi a populo cum audire iam nollent vocē dei, sed per eū peterent sibi dici q̄ dicebat deus. i. ecce ostendit dñs deus noster nobis gloriā suam, & vocem eius audiuimus è medio ignis: & cætera. Non eadē prorsus leguntur in Exodo, vbi primū narrata sunt quæ mō repetuntur. Vñ intelligamus, quod aliquoties iam cōmemoraui, nō esse mendacio deputandū si alijs q̄buslibet uerbis eadē voluntas manifestatur, ꝑꝑ Euangelistarū ēt verba, q̄ ab imperitis & calumniosis tanq̄ repugnātia reprehenduntur. Neq;.n. magnū erat Moysi attēdere q̄ in Exodo scripserat, & eisdē oīno uerbis illa repetere, nisi ꝑtineret ad sanctos doctores nostros hoc ipsum insinuare discentib. vt nihil aliud in uerbis loquentiū quærant nisi volūtatē, ꝑꝑ q̄ enunciandā verba instituta sunt.
Quid est quod ait Moyses dictum sibi esse a 11.
dño de populo Hebręo. Quis dabit esse sic *Deut. 5*
cor eorū in eis, vt timeant me & custodiant I
mandata mea? An hic iam vult intelligi, gratia sua concedi hoc beneficiū, ut sit in hominib. iustitia dei ex fide, non quasi propria velut ex lege. Hoc.n. per Prophetā significat di- *Exe. 36*
cens, Auferā eis cor lapideū, & dabo eis cor carneum. Quod ꝑꝑ sensum dictū est, quem caro habet, & lapis non habet, verbo vtique translato. Hoc ipsum & alibi dicit, Ecce dies
veniunt dicit dominus, & consummabo su- *Hie.31.*
rent: aut aerios occultos spiritus, qđ in Psal-
mo dr̃, per angelos malignos? Nisi forte quis Psal. 77.
dicat, non omnia quæ facta sunt, esse cõscri-
pta: & hoc quoq; uisibiliter factum, ut ueras
vespas uelit intelligi. Quid est quod dicit Ie 28
sus ad populum, Non poteritis seruire deo, Iosu. 24.
qa deus sanctus est: An quia illius sanctitati

perfectã seruitutẽ quodammõ contẽperari,
humanæ fragilitati impossibile est? Quo au-
dito, isti non solũ eius eligere seruitutẽ, sed
D ẽt de adiutorio eius & misericordia ꝓsume
re debuerunt. Quã ille intellexit qui dicit in
Psalmo, Ne intres in iudiciũ cũ seruo tuo,
qm̃ non iustificabit in conspectu tuo oĩs vi
Ps. 142. uens. Isti aũt in se potius ꝓsumere delege-
runt, ꝙ deo possent sine vlla offensione ser-
uire, vt iam tũc inciperẽt, qđ de illis expsſit
Rom. 10. Apostolus, Ignorantes.n. dei iustitiã & suã
volentes constituere, iustitiæ dei nõ sunt su
biecti. Ita eis iam lex subintrabat vt abunda
Ibidem. ret delictũ, & postea superabundaret gr̃a, ꝑ
Rom. 10. dñm Xp̃m, qui finis est legis ad iustitiam oĩ
29 credenti. Quid est qđ ait idem Iesus loquẽs
Iosu. 29. ad populũ, Et nunc circumauferte deos alie
nos qui sunt in uobis, & dirigite corda ṽra
ad dominum deum Israel. Non.n. credendi
sunt adhuc habuisse apud se aliqua gẽtium
simulachra cum superius eorũ obedientiam
prædicauerit. Aut uero si haberent, post tan-
tas legis comminationes illa eos prospera se
querent, cũ sic in eos uindicatũ sit, ꝙ vnus
eorum de anathemate furtum fecerat. Deni
E que Iacob dixit hoc eis qui cum illo exierãt
Gen. 31. de Mesopotamia, ubi sic idola colebantur, vt
Gen. 35. & Rachel pr̃na furaretur: sed post illã admo
nitionẽ Iacob, dederunt quæ habebant. Vñ
apparuit hoc eis ita dictum esse, quia sciebat
eos habere ille qui dixerat, Nunc uero post
hanc admonitionem Iesu Naue nullus tale
aliquid protulit. Nec tñ putandum est hoc il
lum inaniter præcepisse. Non.n. ait, & nunc
C auferte deos alienos si qui sunt in uobis: sed
oĩno tanq̃ sciens esse, qui sunt, inquit, in uo
bis. Proinde Propheta sanctus in cordib. eo-
rum esse cernebat cogitationes de deo, alie-
nas a deo; & ipsas admonebat auferri. Quis
quis.n. talẽ cogitat deũ qualis non est deus,
alienum deum utiq; & falsum in cogitatio-
ne portat. Quis est aũt qui sic cogitet deum
quemadmodũ ille est? Ac per hoc relinqui-
tur fidelibus, quandiu peregrinantur a dño,
auferre a corde suo irruentia uana phantas-
mata, quæ se cogitationibus ingerunt, velut
talis aut talis sit deus qualis utiq; non est: &
dirigere cor ad illũ fideliter, vt quemadmo-
dum & quantum nobis expedire nouit, ipse
insinuet per spiritum suum, donec absumat

oẽ mendacium, vñ dictum est, Oĩs hõ men
dax. Et transacta non solũ impia falsitate, ue *Ps. 115.*
rumẽt ipso speculo & ænigmate, facie ad fa F
ciem cognoscamus, sicut & cogniti sumus:
quemadmodum Apostolus dicit. Videmus
nunc per speculum in ænigmate, tunc autẽ *1. Co. 13.*
facie ad faciem. Nunc scio ex parte: tunc au
tem cognoscam sicut & cognitus sum.
Et disposuit Iesus testm̃ ad populum in il 30
lo die, & dedit illi legem & iudiciũ in Sylo *Iosu. 14.*
corã tabernaculo dñi dei israel. Et scripsit:
verba hæc in ligno legis dei, & accepit lapi-
dem magnum, & statuit illum Iesus sub Te
rebintho ante dñm. Et dixit Iesus ad populũ
Ecce lapis iste erit uobis in testimoniũ, quia
hic audiuit oĩa quæ dicta sunt a dño quæcũ
que locutus est ad uos hodie, & hic erit uo-
bis in testimoniũ in nouissimis dieb. cũ mẽ
titi fueritis dño deo ṽro. Hæc uerba qui nõ
in superficie tñ audiunt, sed aliquãto altius
ꝑscrutantur, nequaq̃ tñ uirũ tam insipiẽtẽ
putare debent, ut uerba dei quæ locutus est
populo, inanimum lapidem audisse credide
rit: qui ẽt si ab artifice in hominis similitudi
nem effigiatus esset, inter illos utiq; deputa-
ret, de quibus in Psalmo canitur, Aures ha-
bent & non audient. Neq;.n. idola gentium G
aurum & argentum sola non audiunt, & si *Ps. 113.*
lapidea sint, audiunt: sed per hunc lapidem
profecto illũ significauit, qui fuit lapis offen *1. Pet. 2.*
sionis non credentib. iudæis, & petra scanda
li: q cum re probaret ab ædificãtib. factus est
in caput anguli: quẽ ꝑfigurauit & illa petra *Ps. 117.*
quæ potum sitienti populo, ligno percussa
profudit, De qua dicit Apostolus, Bibebant
aũt de spiritali sequenti eos petra: petra aũt *1. Co. 10*
erat Christus: Vnde & cultellis petrinis po-
pulum circuncidit iste ductor egregius: qui
cultri petrini cum illo ẽt sepulti sunt, ut ꝓ-
fundum mysterium demonstrarent posteris
profuturum. Sic ergo & istum lapidẽ quan-
quam visibiliter statutum, spiritaliter debe-
mus accipere in testimonium futurũ iudęis
infidelibus, hoc est mentientibus: de quibus *Psal.*
dicit Psalmus, Inimici dñi mentiti sunt ei.
Neque.n. frustra, cũ iã dei famulus Moyses,
vel potius per eũ deus disposuisset ad popu
lũ testm̃, qđ in arca erat, q̃ dicta est arca te-
stamenti, & in libris legis tanta sacr̃orum &
ꝓceptorũ multiplicatæ conscriptis: tñ ẽt hic
dictum

H dictum est, Disposuit Iesus ad populũ testm̃ in illa die. Repetitio quippe testamenti, nouum testm̃ significat, qđ significat & Deuteronomium, qđ interpretatur secunda lex, qđ significant & priorib. confractis tabulæ renouatæ. Multis.n.modis significandũ, qđ
Gen.32. vno mõ implendum fuit. Iam vero ꝙ sub Terebintho statutus est lapis, hoc significat, qđ virga ad petram ut aqua proflueret: quia neq; hic sine ligno statutus est lapis. Iõ autẽ subter, q̃a non fuisset in cruce exaltatus, nisi humilitate subiectus: vel ꝙ illo tp̃e, quo illud agebat Iesus Naue, adhuc obumbrandũ mysterium fuit: Terebinthi etenim lignum medicinalem lachrymam exudat, q̃ arbor a septuaginta interpretib. hoc loco posita est, q̃uis s̃m alios interpretes quercus legaẽ. Mirum est sane ꝙ saltem in nouissimis suis verbis quibus populum allocutus est Iesus hõ dei, nihil eos obiurgat, ex eo ꝙ his gentibus pepercerunt, quas dñs usq; ad internitionẽ
Iosu.17. cum anathemate ꝑdendas esse p̃cepit. Sic.n. scriptum est, Et factum est postquã inualuerunt filii israel & fecerunt Chananæos obedientes, exterminio aũt eos non exterminauerunt. Nam primo id eos non potuisse, scriptura testata est, sed nunc postea q̃ præualuerunt, ita ut facerent obaudientes, ꝙ non etiã exterminauerunt, vtiq; contra præceptũ domini factum est, qđ non est cuiq̃ factũ, cum Iesus exercitum duceret. Cur ergo non eos obiurgauit allocutione nouissima, ꝙ in hoc domini p̃cepta neglexerint? An forte quia prius dixit eos scriptura non potuisse, vtiq;
a.l. præualeret. antequam*præualuerant, ẽt cum prę ualuissent timuisse credendi sunt: ne forte paratis obedire si parcere noluissent, acrius eos aduersum se ex ipsa desperatione pugnare cõpellerent, & eos superare nõ possent? Hunc ergo his humanum timorem dominus noluit imputare, & si apparet in eo quædã subdefectio fidei, quæ si fortis in eis esset, ea sequerentur q̃ ipsum Iesum debellantem secuta sunt. Quia uero non in eis tanta fides fuit, ẽt cum aduersariis suis præualuissent, pugnare cum eis vsq; ad internitionẽ eorũ, timore non ausi sunt. Quem timorẽ, ut dixi, non de malitia, neq; de superbia uel contẽptu pręcepti dominici, sed de animi infirmitate uenientem, noluit eis dominus imputare, cum eis per Iesum nouissima loquereẽ. K
Vnde & Apostolus, Alexander, inquit, ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi dominus secundum opera ipsius. De his autẽ qui eum periclitantem non malitia sed timore deseruerant, ita locutus est, In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. 1.Ti.4.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Quæstionum super Iudicum, Liber septimus.



IN fine libri Iesu Naue, br̃ narrator porrexit Historiã quousq; filii Israel ad colẽdos deos alienos declinauerunt: In hoc aũt libro ad ordinem rediẽ, q̃uo consequẽtia gesta fuerint post mortẽ Iesu Naue. Non ergo ab illo tp̃e incipit liber quo populus ad colẽda simulachra defluxit: sed a priorib. interpositis tp̃ib9 q̃b. ea gesta sunt post q̃ ad illa ꝑuenit. Et factum est postq̃ defunct9 L
1 est Iesus interrogabant filii Israel dominum dicentes, Quis ascendet nobiscũ ad Chananæũ dux ad bellandum eum? Et dixit dñs, Iudas ascẽdet, Ecce dedi terrã in manus ipsius. Iudic. 1.
Hic q̃riẽ, utrum aliq̃s hõ Iudas uocabaẽ, an ipsam tribum, ita ut solet, sic appellauit. Sed illi q̃ interrogauerant dñm, post mortẽ Iesu Naue ducem requirebant: unde putaẽ unius exp̃ssum hoĩs nomen. Verum q̃a non solet duces nominare scriptura cũ constituũtur, nisi commemorata ẽt origine parentum, & constat post Iesum duces habuisse populũ Israel, quorũ primus est Othoniel filius Cenez, rectius intelligitur noĩe Iudæ, tribum Iudæ fuisse significatam. Ab ipsa.n.tribu uoluit dñs incipere contra Chananæos. Et cum populus de duce interrogasset, ad hoc valuit responsio dñi, ut scirent deum uoluisse ab vniuerso populo bellari aduersus Chananeos. Dixit ergo, Iudas ascendet. Et sequitur M
2 scriptura narrans, Et dixit Iudas ad Simeon fratrem suum: vtiq; trib. ad tribum, Non n. adhuc uiuebant illi filii Iacob qui dicti sunt Iudas & Simeon, inter cæteros fratres suos propriis nominibus appellati, sed dicit trib. Iuda

Iuda ad tribum Simeon, Ascende mecū in sorte mea & bellemus in Chananæos, & ibo etiam ego tecum in sortem tuam. Manifestum est auxilium sibi tribum Iuda alterius tribus postulasse, quod redderet, cum & illi in sua sorte habere inciperent necessarium.

Et dixit Caleb, Quicunq; percusserit ci-
3 *Iudic. 1.* uitatem literarum & cęperit eā, dabo ei filiā meam Axam vxorē. Iam hoc & in libro Iesu Naue commemoratum est, sed vtrū Iesu
Iosu. 15. viuente factum sit, & nunc p recapitulationem repetitum est: an post eius mortem posteaq̃ dictum est, Iudas ascendet: & cępit Iudas debellare Chananæos, in quo bello ista oīa gesta narrantur, merito quærit. Sed credibilius est post mortem Iesu factum: tunc aūt p prolepsim.i. præoccupationē commemoratum, quemadmodum & alia. Nunc.n. cū res gestæ aduersus Chananæos trib. Iuda exponerentur, ita se narrationis ordo continet, inter cætera Iudæ facta bellica, de quo post mortē Iesu dixerat dñs, iudas ascendet.
A Et postea descenderūt filii iuda pugnare ad Chananæum q̃ habitabat in montana & Austrum & campestrem. Et abiit iudas ad Chananæum inhabitantē in Hebron, & exiit Hebron ex aduerso. Nomen aūt erat Hebron Cariatharbe vel Sepher, & percussit Sesi & Aciman & Cholmi filios Enach, & ascenderunt inde ad inhabitantes Dabir. Nomē aūt Dabir qđ erat ante ciuitas literarū. Et dixit Caleb, Quicunq; pcusserit ciuitatē literarū & cęperit eā, dabo ei filiam meam in vxorē. Constat ergo ex hoc ordine gestarum rerū tā pspicuo, post mortē Iesu hoc esse factū. Tunc vero cum ciuitates datæ ipsi Caleb cōmemorent, progressus ex occasione narrator, q postea factū est præoccupauit. Nec tñ frustra arbitror hoc de filia Caleb data in ui
4 ctoris pmium, bis numero scripturam com
Iosu. 15. memorare uoluisse. Alia nascitur qō de filia Caleb, q in libro Iesu Naue sic de illa dicit, Et factū est cū ingrederet ipsa & consilium habuit cū eo dicēs, Petam prēm meū agrū: Et exclamauit de asino, & cętera, ubi agrum
Iudic. 2. 5 petit a prē atq; cōcessus est. Hic aūt Et factū est, in qt, cū ingrederet ipse, monuit eā Otho
B niel, ut peteret a prē suo agrū. Sed in eo q dictū ibi est, cū ingrederet ipsa: & hic dictum est, cū ingrederetur ipse: nihil contrariū est, simul n. igrediebant uiā. Qđ vero ibi dictū est, consilium habuit cum eo.i. cū uiro suo dicens, Petam patrem meum agrum: & exclamauit de asino, & petijt in eo qđ habuit cōsilium, ibi monita est ut peteret, quorum alterum hic dictum est, alterum ibi. vtrunq; aūt ita diceretur. Et consilium habuit cū eo dicens, Petam patrem meum agrum. Ille āt monuit eam, & exclamauit de asino. Porrò aūt q ibi agrum refertur petisse, & nomen ipsius agri tacitum est: hic vero cum agrum petere monita fuerit a uiro suo, non agrum petisse dr, clamans de subiugali, q ibi dictū est de asino, sed redemptionem aquæ, eo q in terram Austri fuisset tradita, subiecitque scriptura, Et dedit ei Caleb ſm cor eius redemptionem excelsorum, & redemptionē humilium, quid sibi velit obscurum est, nisi forte ager ille ideo petebatur ut haberet de fructibus eius vnde aquam redimeret, cuius inopia in illis regionibus erat, quū nupta du cebatur. Sed dedit ei Caleb redemptionem excelsorum, & redemptionem humilium: C
non uideo quid subaudiamus, nisi fluentorum, excelsorum uidelicet in montanis, & humilium in campestribus siue in uallibus.

Et non hæreditauit Iudas Gazam & finē
eius, & Ascalonem & finem eius, & Accarō 5 *Iudic. 1.*
& finē eius, & Azotū & adiacentia eius, Et erat dñs cum Iuda, & hæreditauit montem, qm̃ non potuit hæreditate inhabitantes in valle, qm̃ Rechab obstitit eis, & currus erāt ei ferrei. Qđ in libro Iesu Naue, cum illum locū tractarē, ubi scriptū est, Et dedit dñs israel oēm terrā, cū multas eius partes nondum possederint: dixi ita posse intelligi oēm terram datā quia ea quæ data non est in possessionem, data est in quandā exercitationis vtilitatē: hoc multo euidentius hic apparet, qm̃quidem commemorantur ciuitates, quas non hæreditauit iudas: & dr, Et erat dñs cū iuda, & hæreditauit montem, qm̃ nō potuit hæreditare inhabitantes in ualle. Quis.n. nō intelligat ēt hoc ipsum ad id pertinuisse q erat dñs cum iuda, ne totum repente obtinēdo extollerentur? Quod.n. adiungit, quoniā Rechab obstitit eis, & currus erant ei ferrei: quos currus timuerit, dictum est non do minus qui erat in iuda, sed ipse iudas. Cur autem timuerit, cum quo dominus erat si quæritur,

Supra libro 6. quæstio- nū quæstio. 31.

D

quæritur, hoc est quod prudẽter intelligẽdũ
l. re- est,* restringere deũ propitium, etiã in cordi
stringere. bus suorũ nimiæ prosperitatis excessus, ut in
vsum eorum cõuertat inimicos, nõ solũ qñ
uincuntur inimici, sed etiã qñ metuuntur. Il
lud ad cõmendandã largitatẽ suã, illud ad eo
rum reprimendam elationem. Nã utiq; ini-
micus sanctorũ est angelus satanæ, quem tñ
2.Co. 12 sibi datum colaphizantem dicit Apostolus,
6 ne magnitudine reuelationum extolleretur.
Iudic. 1. Et dederunt Caleb Hebron sicut locutus est
Moyses, & hereditauit inde tres ciuitates fi-
liorum Enach, & abstulit inde tres filios Ena
ch. iam hoc dictum est in libro Iesu Naue,
qm̃ & illo viuo factum est: sed hic recapitu-
lando commemoratum est, cum de tribu Iu
7 da, unde fuit Caleb, scriptura loqueretur.
Iudic. 1. Quæritur qũo dictum sit, Et Hiebusæũ habi-
tantem in Hierusalẽ, non hæreditauerunt fi-
lii Beniamin, & habitauit Hiebuseus cum fi
E liis Beniamin in Hierusalem usq; in hodier-
nũ diẽ: cum superius legatur eadẽ ciuitas a
Iuda capta & incẽsa, interfectis in ea Hiebu-
sæis. Sed cognoscendum est istã ciuitatẽ cõ-
munem habuisse duas tribus, Iudã & Benia-
min, sicut ostendit ipsa diuisio terrarum quę
facta est a Iesu Naue. Ipsa est .n. Hiebus quæ
Hierusalem: iõ duæ istæ tribus remanserunt
ad templũ domini, quando cæteræ, excepta
Leui quæ sacerdotalis fuit, & terras in diui-
sionẽ non accepit, separauerũt se a regno Iu
da cum Hieroboan. Intelligendũ est ergo a
Iuda quidẽ ciuitatẽ captã & incẽsam, interfe
ctis qui illic reperti fuerant. sed non oẽs Hie
busæos esse extinctos: siue qa ierãt extra illã
ciuitatem, siue quia fugere poterãt: quos reli
quos Hiebusæos admissos esse a filiis Benia
min, quib. cũ Iuda erat ciuitas illa cõmunis
in ea simul habitare. Qđ ergo dictũ est, non
hæreditauerunt Hiebusæũ filii Beniamin: in
telligendum est, ꝙ nec tributarios eos facere
potuerunt, siue uoluerunt. Aut certe non hæ
reditauit Hiebusæũ, dictũ est, qa nõ sine illo
8 tenuit terrã q̃ ab illo possidebatur. Et nõ hæ-
Iudic. 1. reditauit Manasses Bethsan, q̃ est Scytharũ ci
F uitas. Ipsa hodie ꝓhibeẽ Scytopolis dici: Põt
ãt mouere, qũo in illis partib. multũ ab Scy-
thia diuersis potuerit esse Scytharũ ciuitas.
Sed similiter pt mouere, qũo tã lõge a Mace
donia Macedo Alexãder condiderit Alexan-
driã ciuitatẽ: qđ utiq; fecit lõge lateq; bellã
do: ita etiam Scythæ aliqñ bellando in lõgin
qua progrediẽtes istam cõdere potuerũt. Nã
legitur in historia gentium, uniuersam penè
Asiam Scythas aliquando tenuisse, cum regi
Aegyptiorum illi qui eis ultro bellum indi-
xerat irent obuiam, quorũ aduentu territus,
in suum se regnum recepit. Et non hæredita 9
uit Manasses Bethsan, quæ est Scytharum ci Iudic. 1.
uitas, neq; filias eius. Filias eius dicit ciuita-
tes quas ipsa quasi metropolis instituerat. Et 10
factum est quando præualuit israel, & posuit Iudic. 1.
Chananæum in tributarium, & auferens nõ
abstulit eum: Iã tale aliquid dictum est in li-
bro Iesu Naue, penè ipsis verbis. Proinde aut
hic ꝑ anacephaleosin dr̃ aut illic ꝑ ꝓlepsim
dictum, Id est, aut hic recapitulando, aut il-
lic ꝑoccupando. Et cõtribulauit Amorræus 11
filios Dan in monte, qm̃ non ꝑmisit eos de- Iudic. 1.
scẽdere in uallẽ. Et hoc similiter, aut in libro
G Iesu Naue præoccupando cõmemoratũ est,
aut hic recapitulãdo. Et ascendit angelus do
mini super κλαυθμῶνα mõtem. Scriptor libri 12
hoc nomine appellauit locum, quia postea Iudic. 2.
scripsit, Nam quando angelus domini super
eum ascendit, nondum sic appellabatur. A
ploratione quippe nomẽ accepit, quod Græ
ce κλαυθμών ploratio dicitur. Ibi .n. populus
fleuit, cum audisset ab hoc angelo uerba do-
mini uindicantis in eos ꝙ inobedientes fuis
sent, quia non exterminauerunt populos sm̃
præceptum eius quibus præualuerunt, eligẽ
tes eos facere tributarios q̃ interimere & per
dere, quemadmodum iusserat dominus. Qđ
siue contempto Dei mandato, siue timore fe
cerint, ne hostes aduersum se acrius pugna-
re pro salute obtinẽda, quam pro tributo nõ
dando cogerẽt: sine dubio peccauerunt, uel
spernendo quod diuinitus imperatum est,
uel non præsumendo ꝙ eos posset qui impe
rauerat adiuuare. Qđ ideo ꝑ Iesum noluit
eis dicere: si tamen adhuc eo uiuẽte iam fieri
præceperat, & non potius præoccupando cõ
memoratum fuerat quod in illo mortuo fie-
ri cœpit: quia hoc omnibus uoluit exprobra
re ꝑ angelum. Nondum autẽ oẽs id fecerãt H
viuẽte Iesu, & si aliqui forte iam cœperant.
Credibilius est tamẽ nihil tale fieri cœptum
uiuente Iesu Naue, tantumq; terrarũ sub il-
lo tenuisse filios israel, quãtum eis ad cõfidẽ-
dum

dum sufficeret,quamuis in sortib. suis habe-
rēt unde crescēdo & cōualescēdo adhuc ad-
uersarios exterminarēt. Proinde post mortē
Iesu,postq̄ præualuerūt ut hoc possent face-
re,maluerunt eos habere tributarios ſm uo-
luntatem suam, q̄ interimere & perdere ſm
uoluntatē Dei. Propter hoc ad eos corripien
dos angelus missus est. Qđ uero cōmemora
tū est ī libro Iesu Naue, magis existimo ꝓoc
cupādo cōmemoratū, qđ post eius mortem
vel futurum esse iā ipse nouerat prophetico
spiritu: si ab illo liber cōscriptus est q̄ appel-
latur Iesu Naue:uel si ab alio scriptus est, iā
futurū esse sciebat post mortē Iesu qđ in illo
13 libro ꝓoccupādo cōmemorauit.Quid est qđ
Iudic.2 angelus dñi inter cætera diuinæ cōminatiōis
dicit, Nō adiiciā trāsmigrare populū quē di
xi eiicere,Nō auferā eos a facie ur̄a,& erunt
I vobis in angustias, & dii eorum erunt uobis
Quid sit esse in scādalum. in scādalū:nisi ut intelligamus nōnulla ēt de
ira Dei uenire peccata?Vt.n. Dij gētium,in-
ter quas nō a se exterminatas Israelitæ habi-
tare uoluerunt,essent eis in scandalū, id est,
facerēt eos scādalizari in domino Deo suo,
eoq; offenso uiuere, indignās hoc ꝯminatus
14 est Deus,ꝙ certe manifestū est magnum esse
Iudic.2 peccatū. Et dimisit Iesus populū,& abierunt
filij israel vnusquisq; in domum suā hęredi-
tare terrā.Hoc ꝑ recapitulationē iterari nul-
la dubitatio st.Nā & mors ipsius Iesu Naue
etiā in hoc libro cōmemoratur, ut tanquam
ab exordio cuncta breuiter insinuarētur, ex
quo eis dñs dedit terram,& quemadmodum
subijpsis iudicib. vixerint,quæve ꝑpessi sint,
atq; iterum reditur ad iudicū ordinē ab eo q̄
15 primus est constitutus.Et surrexit generatio
Iudic.2 altera post eos, qui nō scierunt dominum &
opera eius quæ fecit israel. Exposuit qūo di-
xerit non scierunt dominum: in illis uideli-
cet præclaris & mirabilibus operibus,ꝑ quę
factum est ante illos ut israel sciret dominū.
16 Et seruierunt Baal & Astartibus. Solet di-
Iudic. 2. ci Baal nomen esse apud gentes illarum par-
K tium Iouis,Astarte autem Iunonis, quod lin
gua Punica putatur ostendere. Nam Baal Pu
nici uidentur dicere,dominum: vnde Baalsa
men, quasi dominum cœli intelliguntur di-
cere:Samen quippe apud eos cœli appellan-
tur, Iuno autē sine dubitatione ab illis Astar
te uocatur. Et qm̄ istæ linguæ non multū in-
ter se differunt,merito creditur de filiis israel
hoc dicere scriptura, quòd Baal seruierūt &
Astartibus quia Ioui & Iunonibus.Nec mo-
uere debet,ꝙ non dixit Astarti,id est, Iuno-
ni,sed tanquā multę sint Iunones, pluraliter
hoc nomen posuit.Ad simulachrorum enim
multitudinē referri voluit intellectum, qm̄
unumquodq; Iunonis simulachrū,Iuno uo-
cabatur, Ac ꝑ hoc tot Iunoner quot sunt si-
mulachra intelligi voluit. Varietatis autē cā
existimo Iouem singulariter,Iunonē plurali
ter cōmemorare uoluisse.Nam eadem causa
plurium simulachrorum etiā Ioues plurali-
ter dici possent.Hoc autē,idest, nomine plu-
rali Iunones in Græcis ſm septuaginta repe
rimus,in Latinis aulē singulariter erat.Quo-
rum in illo qui non habebat septuaginta in-
terpretationem,sed ex Hebræo erat,Astaroth
legimus,nec Baal sed Baalim. Quod si forte L
aliud in Hebręo uel Syra lingua nomina ista
significāt,deos tn̄ alios fuisse cōstat & falsos,
quibus israel seruire non debuit. Et uendidit 17
eos in manu inimicorum suorum in circui- *Iudic. 2.*
tu.Quæri solet quare dixerit uendidit,tāquā
aliquod preciū intelligatur datum. Sed & in
Psalmo legitur, Vēdidisti populū tuum siue
precio. Et apud Prophetam, Gratis uenditi *Psal.43.*
estis,& non cū argento redimemini. Quare *Esa. 52.*
ergo uenditi,si gratis & sine precio,& nō po
tius donati?An forte scripturarū locutio est,
ut uenditus etiā qui donatur dici possit? Hic
aūt sensus est optimus in eo quod dictū est,
Gratis ueudiii estis, & uēdidisti populū tuū
sine precio: quia illi quibus tradidisti popu-
lum impii fuerunt non deum colēdo tradi si
bi illum populum meruerunt, ut ipse cultus
tāquā precium uideretur. Quod uero dictū,
neq; cum argēto redimemini:non ait,neque
cum precio,sed neq; cum argento:ut preciū
redemptionls intelligamus, quale dicit Apo *1.Pet.1.*
stolus Petrus,Non.n.argento & auro redem
pti estis,sed precio sanguinis agni immacula
ti. In argento enim Propheta omnem pecu-
niam significauit, ubi ait, Non cum argento
redimemini,quoniā precio quidem sangui-
nis Christi, non tamē precio pecuniario fue
rant redimendi. In eo quod dominus dicit, M
Et ego nō apponam auferre virum a facie ip
sorum de gētib. quas reliquit filius Naue, &
dimisit ad tētādum in eis israel si obseruarēt
uiam

viam dñi abire in eam, quemadmodum cu-
stodierunt patres eorum, an non, & dimisit
dñs gentes has ut non auferret illas tunc, &
non tradidit illas in manus Iesu. Satis oñdit
cã quare non Iesus oẽs illas gentes bellando
deleuerit, quia hoc si fieret non esset in quib.
isti probarentur.*Poterat aũt esse ad vtilitatẽ
*a.l.Poterant. ipsorum, si tentati in eis non reprobi inueni-
rentur eisq; talib. inuentis, quales eos esse de
bere pceperat dñs, iam gentes illæ auferrẽt
a facie eorũ, si ita viuerẽt, nec bellis eos exer
ceri oporteret. Verba.n.dñi hucusq; accipien
da sunt. Propter qđ tanta dereliquit gens hęc
testm̃ meum, quod mandaui patribus, & nõ
obedierunt voci meæ, & ego non apponam
auferre virum a facie ipsorum .i. aduersariũ.
Cætera vero verba scriptoris sunt, exponen-
tis vnde dixerit dñs, non se ablaturum uirũ
de gentib. quas reliquit Iesus filius Naue. De
A inde subiungens qua cã dereliquerit. Et dimi
sit, inquit, ad tentandum Israel si obseruarẽt
viam dñi abire in ea, quemadmodum custo-
dierunt patres eorum an non: eos uolens in-
telligi patres custodisse uiam domini qui fue
runt cum Iesu .i. eo tẽpore quo ille viuebat.
Generationem quippe alteram superius re-
tulit surrexisse post illos qui vixerunt cũ Ie-
su, & ab ipsis cœpisse transgressiones q̃ offen
derunt dñm, pro quib. tentandis, i. probãdis,
relictæ fuerant gentes, nec exterminatæ per
Iesum. Deinde ne putaretur hoc Iesus consi
lio suo tanq̃ humano egisse, ut gentes illæ re
linquerentur: subiungit scriptura, Et dimisit
dñs gentes has ut non auferret illas celeriter:
& non tradidit eas in manus Iesu. Deinde se
Iudic. 3. quitur, Et hæ gentes quas reliquit dñs ut ten
taret in eis Israel, oẽs qui nescierunt oĩa bel
la Chananæorum, ꝑ ꝑ generationes filiorum
Israel ut doceret illos bellum. Erat ergo ista
cã in eorum tentatione, ut bellare discerent:
.i. ut tanta pietate & obedientia legis dei bel-
B larent, quanta patres eorum qui dño deo ẽt
bellando placuerunt, non quia optabile ali-
quid est bellum, sed quia pietas laudabilis est
in bello. Quod autem sequitur, Verum quia
ante illos nescierunt illas: q̃d nisi gentes vult
intelligi, quas nescierunt bellando qui fue-
runt ante istos: quorum tentationi, hoc est
probationi relictæ sunt? Deinde commemo-
rans quæ sint, quinque, inquit, satrapias alie-
nigenarũ, quas in libris regnorũ manifestius
exprimit. Satrapiæ autem dñr, quasi parua re Satrapiæ quid sint.
gna, quib. satrapæ pręerant, qđ nomẽ in illis
partibus cuiusdam honoris est siue fuit. Et
oẽm, inquit, Chananæum, & Sidonium &
Euæum inhabitantem Libanum, aut montẽ
Hermon, vsq; ad Cabemat: & factum est ut
tentaretur in ipsis Israel. Tanquam diceret.
Hoc aũt factũ est ut tentaretur in ipsis Israel
scire si audient mãdata dñi: nõ ut sciret deus
oĩum cognitor ẽt futurorum, sed ut scirent
ipsi, & sua conscientia, uel gloriarentur, uel
conuincerentur, utrũ audirent mandata dñi,
quæ mãdauit patrib. eorum in manu Moysi.
Qm̃ ergo manifestati sibi sunt non se obedis
se deo, in ijs gentib. quæ ad eorum tentatio-
nem.i. exercitationem, atq; probationẽ fue-
rant derelictæ, ꝑ ꝑea dixit deus uel illa in q- C
bus missus est angelus, & expresse locutus ẽ,
vel pauloante, vbi ait Propter quod tanta de
reliquit gens hæc testm̃ meum quod manda
ui patribus eorum, & non obedierunt uoci
meæ, & ego non apponam auferre uirum a
facie ipsorum. Dictum est autem in Exodo Exo. 23.
ex persona dei loquentis de istis gentib. ad-
uersariis, Non eijciam illos in anno uno, ne
fiat terra deserta, & multiplicentur in te be-
stiæ feræ. Paulatim eijciam illos, donec mul-
tiplicemini, & crescatis & hęreditates terrã.
Poterat hanc promissionẽ suam seruare dñs
erga obedientes, ut exterminatio gentium il
larum, crescentibus Israelitis partibus fieret,
cum eorum multitudo terras vnde aduersa-
rij exterminarentur desertas esse nõ sineret.
Qđ aũt ait, Ne multiplicentur in te bestiæ fe
ræ, mirum si non bestiales quodammodo cu
piditates, & libidines intelligi uoluit, quæ so
lent de repentino successu terrenæ fœlicita-
tis existere. Neque.n.deus homines extermi
nasse poterat, & bestias non poterat, uel per-
dere, uel pasci potius non permittere. Et ex- 18
citauit dñs saluatorem Israel, & saluauit eos. Iudic. 3.
Deinde uelut quæreretur quem saluatorem,
Othoniel inquit, filium Cenez. Accusatiuũ
enim casum hic debemus accipere, tanquam D
diceret Othonielẽ. Aduertendum est aũt, ꝙ
saluatorem dicat ẽt hominem per quẽ Deus
saluos faciat. Nam clamauerunt filij israel ad
dominum, & excitauit dominus saluatorem
israel, & saluauit eos, Othoniel filium Ce-
nez,

nez,

nez, fratrem Caleb minorem ipsius, & exau-
diuit eos. Inter illa autẽ quæ appellantr ὑπερ-
βατὰ, hoc genus rarum est, qm̃ hẽt & illud
quod Græci vocant ὑστερολογίας. Quod.n.ait
postea, & exaudiuit eos, si prius ponatur fit
sermo lucidior. Nam ordo est, Et clamauerũt
filij Israel ad dñm, & exaudiuit eos, & excita
uit dñs saluatorem Israel. Deinde quod hic
interpositum est, & saluauit eos: & postea di-
ctum est Othoniel filium Cenez: si ita dicere
tur planius fieret, & excitauit dñs saluatorẽ
19 Israel Othoniel filiũ Cenez, & saluauit eos.
Iudic. 3. Quadraginta annos quieuisse terram ꝓmis-
sionis a bellis sub Othoniele iudice scriptu-
ra testatur, quantum temporis primordia Ro
mani imperij sub Numa Pompilio tantum-
20 modo rege pacata habere potuerunt. Quæri
Iudic. 3. põt, vtrum mentitus fuerit Aioth iudex qñ
E occidit Eglon regem Moab. Cũ.n. solus soli
insidiaretur vt eum percuteret, hoc illi ait,
Verbum occultum mihi est ad te rex: vt ille
a se oẽs qui cum illo fuerant remoueret. Qđ
cum factum esset, iterum dixit Aioth, Verbũ
dei mihi ad te rex. Sed põt non esse menda-
cium, qñquidem verbi noĩe solet ẽt factum
appellare scriptura, Et reuera ita erat. Quod
aũt dixit, verbum dei: intelligendum est hoc
illi deum ut faceret pręcepisse, qui eum po-
pulo suo excitauerat saluatorem, sicut illis
temporibus talia fieri diuinitus oportebat.
21 Merito quæritur quõ fuerit exilis ualde rex
Iudic. 3. Eglon, & concluserint adipes vulnus qñ per
cussus est. Sed intelligendum est ea locutio-
ne dictum quæ solet a contrario intelligi, si-
cut dr̃ lucus, ꝙ minime luceat, & abundare
respondetur, ꝙ non est: & benedixit regi, ꝓ
3. Re. 21. maledixit, sicut scriptum est in Regnorum
libro de Nabuthe, Nam in ea interpretatio-
ne quæ non ẜm septuaginta, sed ex Hebręo
22 est, ita inuenimus, Erat aũt Eglon crassus ni-
Iudic. 3. mis. Et exiit ad fores & transiit obseruantes,
F & clausit ianuas domus superioris super eũ
& coarctauit, Hoc recapitulando dictum est
ꝙ fuerat prætermissum, Nã prius hoc fecisse
intelligendum est, & sic de superius descen-
23 disse & transiuisse obseruantes. Quõ pueri re
Iudic. 3. gis Eglõ claui aperuerint qđ Aioth claui nõ
clauserat põt mouere: Aut si ille claui clause
rat, quõ secũ eã non auferret, ut isti nec claui
aperire possent. Proinde aut alia clauis allata
est, aut tale clausuræ genus fuit ꝙ sine claui
posset claudi, nec sine claui aperiri. Nã sunt
quædam talia, sicut ea quæ verudata dñr. Sub 24
iudice Aioth octoginta annos pacem habuit Iudic. 3.
Israel in terra promissionis, duplicato.s.tpe
q̃ fuit memorabile sub Romanorũ rege Nu
ma Pompilio. Et post eum surrexit Sannegar 25 Iudic. 3.
filius Aneath, & percussit alienigenas in sex-
centos uiros, ꝑter uitulos boum, & saluauit
Israel. Quõ post Aioth iste pro Israel pugna-
uerit, & dictus sit saluasse Israel, põt esse qõ.
Non.n. rursus fuerãt captiuitati, uel iugo ser
uitutis innexi. Sed intelligendum ita dictum
saluauit: nõ quia nocuerit aliquid hostis, sed
ne permitteretur nocere, quem credendũ est
bello cępisse tentare, & huius uictoria fuisse
depulsum. Sed quid sibi velit ꝙ addidit, ꝑter
vitulos boum, obscurum est. An forte ẽt boũ G
stragem pugnando fecit, & ita dictum est eũ
occidisse sexcentos uiros, præter illud quod
fecit de bobus occisis. Sed quare uitulos? An
Græcæ locutionis consuetudo est ẽt uitulos
eos appellare qui grandes sunt? Nam ita loq̃
vulgo in Aegypto perhibetr, Sicut apud nos
pulli appellantur gallinæ cuiuslibet ætatis.
Non aũt hẽt interpretatio ex Hebræo, pręter
uitulos boum, sicut ista quæ ẜm septuaginta
est: sicut habet illa ex Hebræo, vomere occi-
sos sexcentos uiros: quod ista non hẽt. Quid 26
est quod respondens Barach Delboræ ait, Si Iudic. 4.
ibis ibo, & si non ieris mecum, non ibo: qm̃
nescio diem in qua prosperat angelum dñs
mecum, quasi a Prophetissa diem audire nõ
potuerit: nec illa die respondit, sed perrexit
cum illo. Et quid est, prosperat angelum dñs
mecum? An hic demonstratum est, quia &
angelorum actus prosperantur .i. adiuuan-
tur a domino, ut fœliciter cedant? an locu-
tionis est, prosperat angelum mecum: id est
facit mecum prospera per angelum?

Et pauefecit dñs Sisarã & oẽs currus eius.
Ecce quemadmodum commendat scriptura 27
agere deum in cordibus, ut det exitum rebus Iudic. 4.
quem constituit. Vtique.n. pauefecit uel ob-
stupefecit Sisaram ut traderet eum. Vbi Iahel
mulier quę occidit Sisarom cum locuta esset H
ad Barach qui eum quęrebat. scriptum est de 28
seipso Barach, q̃a intrauit ad eã. Animaduer- Iudic. 4.
tendũ est non esse consequens, ut cũ scriptu-
ra dicat de uiro ꝙ intrauit ad aliq̃ fęminam,

iam etiã cõcubuisse credatur. Asidue q̃ppe
sic loquitur scriptura, intrauit ad eã: vt nolit
intelligi nisi ꝙ ei mixtus sit. Hic ergo ꝓpriè
dictum est,intrauit ad eam: id est,domũ eius
intrauit, nõ vt per hæc uerba intelligatur cõ
29 *Iudic. 5.* cubitus. In cantico Delboræ dr̃, Defecerunt
habitantes in israel, defecerunt donec surre-
xit Delbora, donec surrexit mater in israel,
elegerunt ut panẽ hordeaceum deos nouos,
tunc expugnauerunt ciuitates principũ. Hic
intermixtus ordo verborũ obscuritatem fa-
cit,& quæstionem mouet. Qũo.n.intelligat̃,
elegerunt ut panẽ hordeaceum deos nouos,
tunc expugnauerunt ciuitates principũ: qua
si tunc eis fauerit deus ad expugnandas ciui
tates principum, qñ elegerunt ut panem hor
I deaceũ deos nouos. Sed in alijs iam scriptu-
rarum locis sępe didicimus quemadmodum
fiant hyperbata quorũ directione cũ verba
ad ordinẽ redeunt, sensus explanatur. Iste er
go est ordo, Defecerũt habitãtes in israel, de-
fecerunt, elegerunt vt panẽ hordeaceũ deos
nouos, donec surrexit Delbora, donec surre-
xit mater in israel: tũc expugnauerunt ciuita
30 *Iudic. 5.* tes principũ. Quæri põt, qũo dictũ sit, Elege-
runt ut panem hordeaceum deos nouos, cũ
panis hordeaceus quãuis sit in cõparatione,
triticij panis abiiciẽdus, tñ etiam ipse pascat
& uitale alimẽtum sit. Dij aũt noui, quos di-
cũtur elegisse qui defecerunt à Deo viuo, nõ
possint in alimentis animæ deputari, sed po-
tius in venenis, An hactenus accipiẽda est si
militudo, quatenus ualet, ut ꝑꝑ hoc solũ di-
ctum intelligatur: quia sicut plerunque fasti-
dio fit, ut eligenda reiiciantur, & aspernenda
delectẽt: ita vitio prauę voluntatis tanquam
languore fastidii, cũ esset deus eorum verus,
sibi falsos elegerũt nihil aliud q̃ nouitatẽ &
spreta veritate, atq; ita cibum mortiferũ tan-
quam panẽ hordeaceũ elegerunt, non se ar-
bitrãtes inde perituros, sed etiã inde vitã ve-
lut esca innoxia licet viliore sumpturos? Se-
cundũ opinionẽ ergo eorũ similitudo posita
K est animiq; languorẽ, non ſm veritatẽ. Nam
31 *Iudic. 6.* dii illi noui nullis sunt cibis vitalibus cõpa-
randi. Et factum est qñ clamauerũt filii israel
ad dominum ꝑꝑ Madiã, & misit dñs uirum
Prophetam ad filios israel, & dixit eis, Cur
non dicatur nomen huius Prophetæ, qđ val
de scripturis inusitatum est, latẽs cã est, non
tñ nullã esse arbitror. Sed quia post uerba q-
bus exprobrauit inobediẽtiam populi, sequi
tur scriptura dicẽs, Et venit angelus dñi, & se
dit sub quercu quę erat in Ephra: nõ absurdè
intelligitur iste angelus significatus noĩe vi-
ri, vt posteaquã hæc verba dixit, venerit ad
quercũ memoratã, & ibi sederit. Noĩe.n. vi-
rorũ solere appellari angelos notũ est, quam
uis eum qui esset angelus appellatũ esse Pro
phetam non facile seu euidẽter occurrat: eũ
sanè qui Propheta esset dictum angelum le-
gimus. Sed si angelorũ dicta Prophetica no-
ta sunt, id est, quibus futura prenunciauerũt:
cur non possit angelus Prophetæ noĩe nũcu
pari? Veruntamẽ ut dixi expressum & mani-
festum de hac re testĩm non occurrit. Qđ an-
gelus dicit ad Gedeon, Dominus tecũ potẽs 32 *Iudic. 6.*
in fortitudine, nominatiuus casus est, nõ uo- L
catiuus. Hoc est, dominus potẽs tecũ est, non
tu potẽs. Aduertendum est dixisse angelũ tã
quam ex domini authoritate, Nõ ne ecce mi 33 *Iudic. 6.*
si te, cum loqueretur ad Gedeõ. Quis.n. eum
misit, nisi qui ad eum angelum misit? Delbo
ra verò ait ad Barach, Nonne mandauit dñs
Deus israel tibi? Hic aũt non dictum est, Nõ
ne ecce misit tę dominus: sed, Nõne ecce mi
si te. Vbi respondet Gedeon ad angelum, In 34 *Iudic. 6.*
me domine: hoc est, in me intende in quo sal
uabo israel, ecce mille mei humiliores mei
in Manasse. Intelligitur præpositus fuisse mil
le hominum, quos Græcè χιλιαρχους, appel-
lat scriptura. An quid aliud? Animaduerten- 35 *Iudic. 6.*
dum est quòd Gedeon non ait angelo, Offe-
ram tibi sacrificium: sed ait, offeram sacrifi-
cium meum, & ponam in conspectu tuo. Vn
de intelligendum est non eum angelo, sed ꝑ
angelum sacrificium offerre voluisse. Qđ &
ipse angelus euidenter ostendit, qui non ab
eo sacrificium tanquam sibi sumpsit, sed ait
illi, Accipe carnes & azymos, & pone ad pe-
tram illam, & ius effunde. Et cum hoc fecis-
set Gedeon, extendit angelus summum uir-
gæ quę erat in manu eius, & tetigit carnes &
azymos, & accensus est ignis de petra, & co- M
medit carnes & azymos. Ita etiã ipse angelus
in sacrificio quod obtulit Gedeon, officium
ministrantis impleuit: ignem quippe homo
minister ut homo sine miraculo subiecisset,
quem mirabiliter ut angelus iste subiecit.
Denique tunc cognouit Gedeon ꝙ angelus
domini

dñi eſſet. Nã hoc ſcriptura continuo ſubdi-
dit, Et uidit Gedeõ qm̃ angelus dñi eſt. Prius
ergo tanq̃ cũ hoĩe loquebat̃, quẽ tñ hoĩem
Dei credidit, ut coram ipſo ſacrificiũ vellet
offerre, uelut adiuuãd⁹ p̃ſentia ei⁹ sãctitatis.

Quæri põt quare Gedeon auſus fuerit ſa
36 crificiũ offerre deo præter locũ ubi iuſſerat
Iudic. 6. deus. Præter tabernaculũ quippe ſuum deus
Supra li- prohibuerat ſacrificari ſibi: cui tabernaculo
bro. 3. templũ poſtea ſucceſit. Tẽpore aũt quo fuit
qõnum Gedeon, tabernaculũ dei erat in Silo; atq; iõ
qõ. 56. illic tm̃ legitime poſsit ſacrificari. Sed intelli
ſimile. gendũ eſt ꝙ illum angelũ primo Prophetã
putauerat, & tanq̃ deum in illo conſuluerat
de offerendo ſacrificio. Qđ ille ſi prohibuiſ-
ſet, non utiq; fieret. Sed qm̃ approbauit, & vt
fieret annuit, dei authoritatẽ Gedeon in fa-
ciendo ſecutus eſt. Ita quippe deus legitima
illa conſtituit, ut leges non ſibi ſed homini-
bus daret. Vñ quodcunq; præter illa ipſe p̃-
A cepit, non a trangreſſoribus, ſed potius a pijs
& obedientib. impletũ intelligendũ eſt: ſicut
Abrahã de immolãdo filio. Nã & ſic Helias
extra tabernaculũ dñi ad cõuincendos ſacer
dotes idolorũ ſacrificauit, quod ex præcepto
Ge. 22. dñi feciſſe intelligendũ eſt, qui ei tanq̃ Pro-
1. Re. 18 phetæ reuelatione atq; inſpiratione iuſsit vt
faceret. Quanq̃ tanta conſuetudo præter ta-
bernaculũ ſacrificandi crebuerat, ut ẽt Salo-
mon in excelſis ſacrificaſſe inueniatur nec
eius ſacrificium fuiſſe reprobatum. Et ta-
men notantur reges qui inter opera laudabi
lia ſua non deſtruxerunt excelſa, ubi contra
legẽ dei populus ſacrificare conſueuerat, Et
qui deſtruxit maiore prædicatione laudatur.
Ita deus cõſuetudinẽ populi ſui, qua præter
eius tabernaculum, tñ non dijs alienis offe-
rebãt, ſed domino deo ſuo, ſuſtinebat potius
q̃ uetabat, etiã ſic exaudiens offerentes. Hoc
aũt quod Gedeon fecit quis nõ intelligat ꝑ
angelum procuratum ut prophetice fieret,
in qua prophetia petra illa cõmendaretur?
Cui quidẽ petræ non ſacrificatum eſt, ſed de
illa ignis cõmemoratur exiſſe quo ſacrificiũ
conſumeretur. Siue etiã per aquam quam ꝑ
B cuſſa petra effudit in eremo, ſiue per ignem,
donum ſpiritusſancti ſignificatur, quod ditiſ
ſime dñs Ieſus Chriſtus effudit ſuꝑ nos. Nã
& in Euangelio ſignificatum eſt hoc donũ
per aq̃ vbi ipſe dominus ait, Si quis ſitit, ue-
niat & bibat, qui credit in me, ſicut dicit ſcri
ptura, flumina de uentre eius fluent aquę ui
uæ: vbi Euangeliſta ſubiunxit, Hoc aũt dice- *Ioan. 7.*
bat de ſpiritu quẽ accepturi erant credentes
in eũ. Significatum eſt & per ignẽ, ubi ueniẽ
te illo ſuper congregatos legitur, Viſæ ſunt
illis linguę diuiſę uelut ignis, qui & inſedit
ſuper ununquemq; eorum. Et ipſe dominus
ait, Ignẽ ueni mittere ſuper terrã. Et factus *Actor 2.*
eſt numerus eorũ q̃ lambuerunt manu ſua,
lingua ſua, trecenti uiri. Pleriq; Latini codi-
ces non habent, manu ſua, ſed tm̃modo lin-
gua ſua, qm̃ ſic intellexerunt quod ſupra di-
ctum eſt, ſicut canes. Grȩcus aũt habet utrũ-
que, manu ſua & lingua ſua, ut intelligatur *Luc. 12.*
ꝙ manu aquam raptã in os proijciebant: & 37
hoc erat ſimile bibentib. canib. qui non ore *Iudic. 7.*
oppoſito ſicut boues aquam ducunt quã bi-
bunt, ſed lingua in os rapiunt: ſicut ẽt iſti in-
telliguntur feciſſe, ſed cum manu in os aquã
proijcerent quã lingua exciperent. Nã & in
terpretatio ex Hebræo planius id habet his
uerbis. Fuit numerus eorum qui manu in os
proijcientes aquã lambuerant trecenti uiri.
Neq;. n. ſolẽt homines ita bibere ut ſine ope C
re manus lingua, ſicut canes aquã hauriant.
Aut uero iſtis præceptum fuerat ut hoc face
rent: ſed cum ad bibendũ deſcendiſſent ad
aq̃, multi genu flexo biberunt, quod facilius
& minore labore fieret: pauci uero quia non
flexo genu ſe incuruauerunt, ut canes bibe-
runt, ſed aq̃ manu in os iactabant. Quorum
numerus quia trecenti erant, ſignũ inſinuat
crucis ꝑꝑ literã T Græcã, qua iſte numerus
ſignificat: per quos etiã gentes magis in cru-
cifixũ credituras præfiguratũ eſt, quod litera
Græca eſt. Vñ Græcorũ nomine Apoſtolus
oẽs gentes ſignificat cũ dicit, Iudæo primũ
& Græco. Et Iudæis & Græcis, ſæpe ita com
memorans circuncilionẽ & p̃putium, ꝙ in *Rom. 2.*
linguis gentium Græca ita excellat ut ꝑ hãc
oẽs decenter ſignificentur. Iſte numerus &
in uernaculis Abrahę animaduertendus eſt,
per quos fratrẽ ab hoſtibus liberauit, qñ eũ D
Melchiſedech ĩ magno myſterio benedixit. *Gen. 14*
Quòd. n. exuberant illic decẽ & octo, nã tre-
centi decem & octo fuiſſe referuntur; uidet̃
mihi ſignificatum quo etiã tꝑe fieret, id eſt
tertio, quod futurum erat ſub gratia. Nam
primũ eſt ante legẽ, ſecundũ ſub lege, tertiũ
ſub

ſub gratia. Singula uero tpa ſenario numero
Luc. 13. ſignificata ſunt ꝑ ꝑ perfectionẽ. Nã ter ſeni,
decẽ & octo ſunt. Vnde & illa mulier decem
& octo annos habet infirmitate, quã curuam
Saluator cum inueniſſet erexit, & à diaboli
1. Cor. 1. alligamento, ut Euangelium indicat, ſoluit.
Mat. 15. Nã ꝙ ita iſti probati ſunt, per quos uinceret
1. Reg. Gedeõ, ut ſimiles in bibendo canib. diceren
14. tur, ſignificat quot contẽptibilia & ignobilia
38 elegit dñs. Pro cõtemptu.n.habet canis. Vn-
Iudic. 7. de dicit: Nõ eſt bonum tollere panẽ filiorum
& mittere canibus. Et Dauid ut ſe tãquã con
temptibilẽ abijceret, canem ſe appellauit lo-
quens ad Saul. Quid ſibi uult qđ ſcriptũ eſt,
Gedeõ deſcendit, ipſe, & Phara puer eius in
partẽ quinquaginta qui erant in caſtris. quod
Latini quidã codices habẽt, in eã partẽ ĩ qua
E erant quinquageni cuſtodes in caſtris: alij ve
ro, partẽ quinquageſimã in caſtra. Obſcurũ
quippe dictum plures ſentẽtias interpretũ fe
cit. Sed aut ea pars caſtrorum erat quã ſerua
bãt quinquaginta cuſtodes: aut ſi quinquage
ni intelligendi ſunt circunquaq; ſeruaſſe, in
vnam partem iſti deſcẽderunt ubi erãt quin-
quaginta. Quod ille qui proximo ſuo ſom-
39 niũ narrauit, qđ audiuit Gedeõ ut de uicto-
Iudic. 7. ria futura cõfirmaretur, dixit ſe uidiſſe men-
ſam panis hordeacei, uoluentem in caſtris &
percutientem tabernaculum Madian, & ſub
uertentem: hoc intelligẽdum arbitror quod
de canibus, quia ꝑ cõtemptibilia mundi, q̃ ſi
gnificat menſa panis hordeacei, ſaluator ſuꝑ
bos fuerat cõfuſurus. Quod exclamari iuſſit
40 Gedeon a trecentis ſuis, Gladius dño & Ge-
Iudic. 7. deõ: ideſt, huic Gedeõ, hoc ſignificat quod
gladius id erat operaturus, ꝙ domino place
ret & Gedeon. Queri ſolet quid ſit Ephod,
ſeu Ephot. Qđ quidẽ ſi ſacerdotale eſt indu-
41 mẽtum, qđ pleriq; dñt, uel potius ſuꝑ indu-
Iudic. 8. mẽtum, quod ἐπενδύτης Græce dicitur, uel
ἐπωμὶς, quod magis, ſuꝑ humerale interpre-
tari Latine poteſt: merito mouet qũo de tãto
auro Gedeon id fecerit. Nã ita ſcriptum eſt.
F Et factum eſt põdus inaurium aurearũ quas
petierat ſibi mille ſeptingenti auri ſicli, præ-
ter brachialia & torques & operimenta pur-
purea quæ erant ſuper reges Madian, præter
torques, q̃ erant in ceruicib. camelorũ ipſo-
rum, & fecit illud Gedeõ in Ephod, & ſtatuit
illud in ciuitate ſua in Ephra, & fornicatus
eſt omnis iſrael poſt illud ibi, & factum eſt
Gedeõ & domui eius in ſcãdalum. Qũo er-
go iſta ueſtis de tãto auro fieri potuit? Nã &
mater Samuelis fecit filio ſuo, ſicut legimus, 1. Reg. 2.
Ephod bar, quod nonnulli interpretati ſunt
Ephod lineum, qñ eum dedit dño in templo
nutriendũ. Vbi euidẽtius apparet hoc genus
eſſe indumẽti. An iõ dictum eſt, ſtatuit illud
in ciuitate ſua, ut hinc intelligeretur aureũ
fuiſſe factum. Nõ.n. dictum eſt, poſuit, ſed ſta
tuit qm̃ ita erat ſolidum & ualidum vt ſtatui
poſſet, hoc eſt, poſitum ſtare. Hoc ergo illici-
tum cum feciſſet Gedeõ, fornicatus eſt poſt
illud omnis iſrael, id eſt, ſequẽdo illud ꝯ le-
gẽ Dei, vbi nõ fruſtra q̃ritur, cũ idolum non
fuerit, id eſt, cuiuſquã dei falſi, & alieni ſimu G
lachrũ, ſed Ephod, id eſt, unum de ſacramen
tis tabernaculi qđ ad ueſtẽ ſacerdotalẽ perti
neret, qũo fornicationẽ ſcriptura dicat popu
li iſta ſectantis atq; uenerãtis. Ideo.ſ. qđ præ-
ter tabernaculum dei vbi erant iſta q̃ ſibi fie
ri iuſſerat Deus iſrael, extra ſimile aliq̃d fieri
phas non erat. Iõ ſequit̃ & dicit ſcriptura, Et
factũ eſt Gedeõ & domui eius in ſcãdalum:
id eſt, ut ab offenſo deo diſcederet, qa & hoc
quoddam genus idoli quodammodo erat, ꝙ
extra dei tabernaculum qđlibet manu factũ
pro deo coleretur, cum illa ipſa, q̃ iuſſa ſunt
in tabernaculo fieri ad dei potius cultum re-
ferrentur, q̃ pro Deo aliquid eorũ, aut ꝑ dei
ſimulachro colẽdum haberetur. Quãquã ꝑ
Ephod uel Ephot, ea locutione q̃ ſignificat a
parte totum, oĩa poſſunt intelligi q̃ cõſtituit
Gedeõ in ſua ciuitate, ueluti ad colẽdũ Deũ
ſimilia tabernaculo Dei. Et ꝑ ꝑea per hoc, qa
hoc eſt ſacerdotalis honoris inſigne, qđ ſæ-
pe ſcriptura cõmemorat, ut hoc ſit peccatũ
Gedeõ, ꝙ extra Dei tabernaculum fecerit ali
quid ſimile, ubi coleretur deus: nõ ꝙ ſolido
auro velut ad adorãdum cõſtituerit Ephod,
ſed qđ eſſent ex auro ipſo qđ etiã ex præda
fecerit, ea quæ pertinerẽt ad ornamẽta uel in
ſtrumẽta ſacrarij, q̃ oĩa ꝑ Ephod ſignificata
ſunt ꝑ ꝑ excellẽtiam, ut dixi, ueſtis ſacerdota H
lis. Nã & ipſum Ephod non quidẽ ex auro ſo
lo fieri præceptum eſt, ſi hoc eſt, ſuꝑ humera
le ſacerdotalis ueſtis, ueruntamen etiã aliq̃d
auri habet, Nã ex auro & hyacintho & pur-
pura & coccino & byſſo ut fieret, diuinitus
imperatum eſt, ſed quia hoc ita poſuerũt ſe-

ptuaginta interpretes, ut cõmemoratis oib⁹, q̃ de spoliis acceperat Gedeõ inferrent, & fecit illud Gedeon in Ephod: uř ita dictum, tã quam ex toto illo, qđ cõmemoratum est hoc factum esse credatur, cum posit etiam illic intelligi locutio, quæ significat a toto partẽ, ut qđ dictum est fecit illud in Ephod: intelligaĩ, fecit inde Ephod, uel fecit ex eo Ephod, non * ẽm illud totum cõsumens in Ephod, sed ex illo quantum sufficiebat impendens. Nam in illa interpretatione quæ ex Hebræo est, sic legiĩ, Fecitq; ex eo Gedeõ in Ephod, Quod.n. apud septuaginta scriptũ est Ephot, hoc in Hebræo perhibetur dici Ephod. Non
a. l. scilicet.
I ãt oẽs sacerdotes tali utebantur superhumerali quod esset ex auro & hyacintho & purpura & coccino & bysso, sed solus summus sacerdos. Vnde illud qđ de Samuele commemorauimus factum illi ab eius matre, non erat utiq; tale, qm̃ cum datus est nutriendus nõ erat summus sacerdos utiq; puer. Vnde ut dictum est, Ephod bar appellatur, uel potius Ephod bat, sicut asserunt qui Hebræam linguam nouerunt, qđ interpretatur Ephod lineũ. Sed Gedeõ existimo illud fecisse quod erat precipuum summi sacerdotis indumentum, atq; ornamentum, per quod & cetera significata sunt opera * sacrarij, quod in sua ciuitate præter Dei tabernaculũ cõstituerat, & ꝑ ꝑ hoc peccatum factũ, & illi & domui eius in scandalum, ut sic interiret qđ postea scriptura narrat, tanta eius numerositas filio
a. l. sacrificij.
42 rum. Non prætereunda oritur q̃õ, q̃ũo quie- Iudi. 8.
uerit terra quadraginta annos in diebus Gedeon, cum post uictoriam qua liberauit Hebræos, ex auro spoliorũ fecerit abominationem, & post illã fornicatus sit omnis israel, & fuerit illi, & domui eius in scandalum. Q̃ũo ergo post hoc tãtum nefas, quòd & Gedeon & populus admisit, requieuit terra quadraginta annos, cũ hoc scriptura soleat ostẽ
K dere, cum a domino Deo populus fornicaretur, tunc potius pacem illos perdere, non acquirere, & hostibus subiugari, non ab hostiũ infestatione muniri? Sed intelligendum est: sicut solet scriptura, per prolepsin, id est, per præoccupationem dixisse, ꝙ fecerit Ephod contra Dei legem Gedeon ex illo auro, qđ fuerat hostibus deuictis atq; prostratis ablatũ, quia uno loco dicere uoluit, & unde erat aurũ, & q̃d de illo factũ sit, sed postea factũ est in fine dierum Gedeõ hoc pc̃tm̃, qñ secuta sunt ẽt mala, q̃ deinde scriptura cõtexuit, posteaq̃ cõmemorauit, quot annis in diebus Gedeõ terra cõquieuerit, quos annos recapitulãdo cõmemorauit, id est, ad ordinẽ quem ꝑteruerterat, prius dicẽdo de illo scãdalo, ꝙ nouissime factũ est. Et factũ est cũ esset mor
43 tuus Gedeõ, & auersi sunt filij israel, & forni Iudi. 8.
cati sunt post Baalim, & posuerunt ipsi sibi Baalberith testm̃, ut esset eis ipse in Deũ. Et Baalim & Baalberith idola intelligẽda sunt. Maior itaq; transgressio & fornicatio cõmissa est a populo post mortem Gedeõ q̃ illo uiuo ꝑ ꝑ Ephod, qm̃ & illud, & si illicite factũ L
erat, tñ de sacramentis tabernaculi erat: ista uero post idola fornicatio nõ habet uel falsã paternæ religionis defensionẽ. Vnde etiã illud Ephod, si non in fine tẽporis Gedeõ, sed ante factũ est, ita Deus patiẽter tulit, ut pax ĩ terra ꝑseueraret, quia licet factũ erat ꝙ prohibuerat, nõ tñ lõge recessum erat ab illo q̃ tale aliq̃d in tabernaculo suo, atq; in honorẽ suũ fieri iusserat. Nũc vero grauiora cõmissa & apertissimã post idola fornicationẽ populi esse noluit impunitam. Quòd inducit rhã 44
nus. i. quoddã spinarũ genus in similitudinẽ Iudi. 9.
dicere oĩbus lignis conuenientibus ad eã ut regnaret suꝑ ea, Si ĩ ueritate ungitis me uos regnare suꝑ uos, venite cõfidite in ꝓtectione mea, & si nõ exeat ignis de rhãno & comedat cedros Libani. Obscurus sensus est, & eũ inuenta distinctio manifestat. Nõ.n. ita legẽdũ ẽ, & si nõ exeat ignis de rhãno, sed subdistinguẽdũ, & si nõ ac deinde ferẽdũ, exeat ignis de rhãno, id est, si nõ cõfiditis in protectione mea, aut si nõ in ueritate ungitis me regnare suꝑ uos, exeat ignis de rhãno, & comedat cedros Libani. Comminãtis.n. uerba sunt q̃d facere posit, si noluerint eam regnare suꝑ se. Verũ q̃a nõ ait, exibit ignis de rhã- M
no, & mãducabit cedros Libani, sed ait, exeat & mãducet: obscurius factũ est, quã si sola distinctio lateret. Vehemẽtioris aũt cõminationis est, & quodã mõ præsentioris efficacię, si quis dicat, si nõ uis facere ꝙ volo sęuiat ĩ te ira mea, id est, iam sæuiat, ut quid eã teneo? Quasi dicat, sęuiat, permissiuo mõ, pęnã intẽtans futurã. Emisit deus spiritum malignũ inter Abimelech & inter uiros Sichimorũ. 45

Indic. 9. Hoc uerbum,utrum imperantem,an ꝑmit-
tentem deum significet, non facile definiri
pōt.Qđ.n.hic positū est,emisit, Græcus hēt
ἐξαπέστειλεν, ꝙ ēt est in Psalmis ubi legitur:
Emitte lucem tuam,q̄q̄ in quibusdam locis
interpretes nr̄i,ubi est in Græco ἐξαπέστειλεν,
Psal.42. misit,interpretati sunt,non emisit. Pōt ergo
& sic intelligi, ut spiritum malignum deus
tanq̄ ire inter eos uolentem emiserit,i.ptātē
dederit maligno spiritui ad eorum pacē per
turbandā. Viqueadeo aūt ēt mitti a dn̄o ma-
lignum spiritum ꝑꝑ iustitiam uindicandi,
A non absurdum uisum est,ut q̄dam id qđ est
46 ἐξαπέστειλεν ēt immisit interpretati sint. Ver-
Indic. 9. ba q̄ misit ad nūcios Abimelech Zebul prin
ceps ciuitatis Sichimorum ēt id habent. Et
nunc surge nocte tu & populus tuus tecū,
& insidiare in agro. Et erit mane simul ut
oritur sol,maturabis & tendes sup ciuitatē.
Qđ Latini q̄dam habent maturabis,quidam
vero manicabis, Græcus hēt qđ dici posset
non uno uerbo, diluculo surges. Et fortasse
hinc sit dictum, maturabis,a matutino tp̄e,
q̄uis ēt alio tp̄e dici soleat ad rem acceleran
dam. Manicabis aūt Latinum uerbū esse mi
hi non occurrit.Sed illud mouet ꝙ cum di-
xisset,simul ut orit̄ sol;addidit,diluculo sur-
ges:cum ipsum diluculum quod Græce dr̄
ὄρθρος, tp̄s ante solem significet, ꝙ iam vsita
tissime dr̄, cum albescere cœperit. Sic itaq;
intelligendum est, ut quod positum est ma-
ne,ipsum diluculum intelligatur. Additum
est aūt,simul ut oritur sol:vt exprimeretur,
nō iam orto sole faciendum, sed ubi fulgor
Luc. 24. apparuerit solis orientis. Non.n.aliunde al-
Marc. 6. bescit diluculum, nisi cum cœperit partem
B cęli quam uidemus ab Oriente, lux solis ad
eam redeuntis attingere. Hinc est ꝙ etiā in
Euangelio unam atq; eandē rem alius Euan
gelista dicit diluculo factam cū adhuc ob-
scurum esset,alius oriēte sole:q̄a & ipsa lux
quantulacūq; diluculi sole utiq; fiebat oriē
te.i.ad ortum ueniente & fulgorem suū de
suæ præsentię propinquitate iactante. Quā
lucem quidam idiotæ solis non esse putaue
runt,sed illam esse quæ primitus condita est
anteq̄ deus quarto die conderet solē. Et sur-
47 rexit post Abimelech q̄ saluū faceret Israel
Iudi. 10. Thola fili⁹ Phua, filius patris fratris eius,vir
de Isachar Filium patrui eius, dixit,filiū pa-
tris fratris eius,cū ordinati⁹ & usitatius atq;
apertius diceret filiū fratris pr̄is eius. Filius
.n.erat patrui eius,sicut euidentius in ea in-
terpretatione q̄ ex Hebręo est inuenit̄.Non
ergo dictū est patris fratris, ab eo declinatū
est qđ est in nominatiuo casu pr̄ fratris, sed
ab eo qđ est patris frater, hoc est.n.patruus.
Nā siue ponat̄ in nominatiuo,hic pr̄ fratris,
siue ponat̄, hic patris frater genitiuū facit,
huius patris fratris. uerū altera orit̄ q̄ō,qūo
fuerit patruus Abimelech uir de Isachar.i.
vir de tribu Isachar,cū Abimelech pr̄em ha
buerit Gedeon,q̄ Gedeon de tribu fuit Ma-
nasse. Qūo ergo Phua & Gedeon fratres fue
rūt,ut possit esse Phua patruus Abimelech, C
cuius patrui filius Thola succederet,s̄m istā
narrationem ipsi Abimelech? Potuerūt ergo
Gedeon & Phua unam hēre mr̄em ex qua
diuersis patribus nascerent̄, & fratres essent
unius matris filii,non unius patris.Solebant
.n.nubere fœminę de aliis tribub. * in aliis a.l.in alias trib.
tribub. Vnde & Saul cū esset de tribu Benia
min dedit filiā suā Dauid homini de tribu
Iuda. Et sacerdos Ioiade utique hō de tribu
Leui, duxit filiā Iorā regis hoīs de tribu Iu-
da.Hinc factū est,ut Elizabet & Mariam co-
gnatas in Euangelio legamus,cū fuerit Eli-
zabeth de filiab. Aaron. Ex quo intelligitur
de tribu Leui & filiab. Aaron aliq̄ nupsisse
in tribū Iuda,unde ita fieret inter ambas illa
cognatio,ut dn̄i caro non solū de regia, ue-
rumēt de sacerdotali stirpe ꝓpagaret̄. Inter
cætera q̄ Iepte mandat ꝑ nuncios regi filio-
rū Ammon,ēt hoc dicit, Nonne q̄cunque* 48 Iudi. 11.
hæreditabit tibi Chamas deus tuus, hæc hæ a.l.here-
reditabis: & oīa quæcunq; hæreditabit dn̄s ditauit.
deus nr̄ a facie vr̄a,hæc hr̄ditabimus? Quod D
q̄dā Latini sic interpretandū putauerūt,ut
dicerent,Nonne q̄cunq; dedit tibi in hr̄dita
te Chamos deus tuus,hæc possidebis? Vbi vi
deri pt̄, confirmasse Iepte deū istū q̄ uocat̄
Chamas, potuisse aliq̄d dare in hæreditatē
cultorib.suis. Quidā uero sic hunc loū inter
pretati sunt.Nōne q̄cunq; possedit Chamos
deus tuus,hæc possidebis? Et hoc ita sonat,
quasi aliquid potuerit possidere. An forte se
cundum hoc dictum est, quod sub angelis
constitutæ sunt gentes iuxta canticū Moysi
famuli dei? Nunq̄dnā ergo ille angelus sub
quo erāt filii Ammō,Chamos appellatus ē?

Quis hoc audeat affirmare, cū possit intelli-
gi ſm eius opinionem dictū, quia putabat
deum suum hoc possidere, uel in possessio-
nem sibi dedisse. Magis aūt iste sensus elucet
in iis uerbis q̄ Græcus hēt, Nonne q̄cunque
hr̄ditabit tibi Chamos deus tuus, hæc hr̄di-
tabis ut in eo qđ positum est, tibi, intelligat
ita dictum, ac si diceret, sicut vr̄ tibi. Tibi.n.
hr̄ditabit qui hoc putas, nō qđ ille aliquid
possit hr̄ditare. Deinde in eo qđ sequit̄, Et
oīa quæcunq; hr̄ditabit dn̄s deus nr̄, non di
xit hr̄ditabit nobis tanq̄ diceret, sicut nobis
vr̄, sed vere hr̄ditabit a facie vr̄a, qm̄ abstulit
ipsos, & his dedit: hæc inqt hr̄ditabimus. De
E filia Iepte q̄ eā pr̄ in holocaustoma obtulit
49 deo, qm̄ in bello uouerat, si uicisset, eum se
Iudi. 11. holocaustoma oblaturum qui sibi de domo
exiens occurrisset: qđ cum uouisset vicit, &
occurrente sibi filia qđ uouerat reddidit: so
let esse magna & ad diiudicandum difficilli
ma q̄ō: quibusdā q̄d sibi hoc uelit nosse cu-
pientib. & pie quærentib. quibusdam uero
qui scripturis his sanctis imperita impietate
aduersantur, hoc maxime in crimen uocan-
tibus, q̄ legis & Prophetarū deus ēt huma-
nis sacrificiis fuerit delectatus. Quorum ca-
lumniis sic primitus respondemus, ut deum
legis & Prophetarum, atq; ut expressius di-
cam, deum Abraham & deum Isaac & deū
Iacob nec illa sacrificia delectauerint vbi pe
corum holocausta offerebātur: sed q̄ signifi
catiua fuerint & quædam vmbræ futurorū,
res ipsas nobis quæ his sacrificiis significabā
tur commendare uoluisse: fuisse aūt ēt istam
vtilem cām cur illa mutarentur, nec mō iu-
berentur, immo prohiberētur offerri, ne ve-
re ſm carnalem affectum talib. deum dele-
F ctari putaremus. Sed vtrum ēt humanis sa-
crificiis significari futura oportuerit, merito
q̄ritur: non qđ mortes hominum q̄nq; mo-
riturorum in hac cā exhorrescere & formi-
dare deberemus, si illi qui hæc de se fieri gra
tanter acciperent, in æternam remuneratio-
nem commendarent̄ deo. Sed si hoc uerum
Exo. 13. esset, hoc genus sacrificiorū deo non displi-
ceret. Displicere aūt deo satis euidenter ea-
dem scriptura testat̄. Nam cum oīa primo-
genita sibi dicari & sua esse uoluerit atq; p̄-
ceperit, redimi tn̄ a se uoluit primogenita
hominū, ne immolandos deo crederēt filios

suos quos natos primitus suscepissent. Dein
hoc aptius ita loq̄tur, q̄ humana holocau-
sta sic deus improbet vt p̄hibeat, detestās ea
in aliis gentib. & populo suo p̄cipiens ne au
deat imitari. Si aūt, inq̄t, exterminauerit dn̄s
deus tuus gētes, in quas tu intrabis hr̄ditare
terrā eorū in cōspectu tuo, & hr̄ditabis eos
& habitabis in terra eorū: attende tibiipsi ne
exq̄ras sequi eos postq̄ exterminati fuerint
a facie tua, ne exq̄ras deos eorū dicens, que- G
madmodū faciunt gentes diis suis faciam &
ego: nō facies ita dn̄o deo tuo. Abominamē
ta.n.q̄ dn̄s odit fecerūt diis suis, qm̄ & filios
suos & filias suas comburunt igni diis suis.
Quid euidētius oñdi p̄t his sanctæ scripturę
testimoniis, ut alia huiuscemodi omittam, q̄
deū a quo hæc scriptura humano gn̄i cōtri-
buta est, nō solū nō diligere, verumēt odisse
talia sacrificia in q̄bus hoīes immolant̄. Illa
plane diligit & coronat, cū q̄sq; iustus iniq̄-
tatē patiens vsq; ad mortē p̄ ueritate decer-
tat, uel ab inimicis quos p̄ iustitia offendit
occidit̄, retribuens eis bona pro malis, i. pro
odio dilectionē. Talē dicit dn̄s sanguinē iu-
stū, a sanguine Abel usq; ad sanguinē Zacha *Mat. 23.*
riæ. Præcipue aūt q̄ sanguinē fudit ipse pro
nobis, & sacrificiū seipsum obtulit deo. Sic
vtiq; obtulit, ut ab inimicis p̄ iustitia occi-
deret: hunc imitata martyrū milia usque ad
mortē p̄ ueritate certarūt, & ab inimicis sæ
uiētib. immolata sunt, de q̄b. dicit scriptura,
Tanq̄ aurū in fornace p̄bauit illos, & sicut
holocausti hostiā accepit illos. Vn̄ & Apo- *Sapiē. 3.*
stolus dicit, Ego.n. iā immolor. Sed non sic
Iepte de filia fecit holocaustoma dn̄o: sed si-
cut p̄ceptum fuerat pecora offerri, & prohi- K
bitū fuerat hoīes immolari. Magis hoc illi si
mile vr̄ qđ fecit Abraham, qđ dn̄s spāliter *2. Ti. 4.*
fieri p̄cepit, non generali lege ut talia sibi sa
crificia fierent aliq̄n mandauit, immo etiam H
fieri oīno p̄hibuit. Distat itaq; hoc qđ Iepte
fecit a facto Abrahæ, qm̄ ipse iussus obtulit *Gen. 22.*
filium: iste aūt fecit, qđ & lege uetabatur, &
nullo speciali iubebatur imperio. Deinde
non solum in sua lege postea, verumetiam
tunc dn̄s in ipso Abrahæ filio talib. sacrificiis
q̄ nō delectaretur ostendit: cum patrem cu-
ius fidem iubendo probauerat, a filii tamen
interfectione prohibuit, ac arietem, quo sa-
crificium licite secundum ueterem cōgruā

tempori-

temporib. cōsuetudinē cōpleretur, apposuit. Si aūt hoc quenq̄ mouet, qūo pie crediderit Abrahā dn̄m sacrificiis talib. delectari, si hęc illicite offerunt deo: & ideo putat recte credidisse ēt Iepte, ꝙ tale sacrificiū deo posset esse acceptū, primo consideret aliud esse ultro uouere, aliud iubenti obtemperare. Non .n. si aliquid pręter morē in domo a dn̄o institutum seruo iubetur, atq; id laudabili obedientia facit, ideo non est plectendus, si hoc facere sponte ꝑsumpserit. Deinde habebat quod crederet Abrahā, vt ꝓ ꝓ diuinum imperium non parceret filio: nō credens deum tales victimas libenter accipere, sed hoc eum ꝓ ꝓea iussisse, vt suscitaret occisum, & hinc aliq̄d tanq̄ deus sapiens demōstraret. Nam hoc de illo ēt in epistola legitur quæ inscribitur ad Hebræos: & fides eius, quia hoc de deo crediderit, ꝙ posset filiū eius suscitaret, laudatur: Iste uero & deo nō iubente, neq; poscente, & contra legitimum eius præceptū, vltro sacrificiū uouit humanum. Sic .n. scriptū est, Et vouit Iepte votum dn̄o & dixit, Si traditione tradideris mihi filios Ammon in manu mea, & erit, quicunque exierit de ianuis domus meæ in obuiā mihi ī reuertendo me in pace a filiis Ammon, & erit, dn̄o offerā eum holocaustoma. Nō vtiq; his uerbis pecus aliquod uouit, qđ ſm legē holocaustoma posset offerre. Neq;.n. est aut fuit cōsuetudinis, vt redeuntib. cū uictoria de bello ducib. pecora occurrerent. Quantū aūt attinet ad muta animalia, canes solent dn̄is blādo famulatu alludētes currere in obuiā: de quib. ille in suo voto cogitare nō posset, ne in iniuriam dei aliq̄d, nō solū illicitū, uerumetiā contēptibile, & ſm legē immundū uouisse uideretur. Nec ait, quodcunq; exierit de ianuis domus meæ obuiā mihi, offerā illud ī holocaustoma: sed ait, quicunq; exierit offerā eū ubi proculdubio nihil aliud q̄ hoīem cogitauit: non tn̄ fortasse unicā filiā. quanq̄ illā in tanta paterna gloria quis posset ante ire, nisi forte vxor? Nam ꝙ non dixit quæcunq; exierit sed quicunq; exierit de ianuis domus meæ, solet scriptura masculinū genus ꝓ quolibet sexu ponere: sicut de Abraham dictū est, surgens a mortuo: cū eius uxor mortuo fuisset. Quia ergo de hoc uoto atq; facto nihil videt̄ scriptura iudicasse, sicut de Abrahā qn̄ filiū

I

K

Heb. 11.

Gen. 23.

iussus obtulit, apertissime iudicauit: sed tn̄modo scriptum reliquisse legentib. iudicandū: queadmodum de facto Iudæ filii Iacob, qn̄ ad nurū quidē suā nesciens intrauit, uerum quantū in ipso fuerat fornicatus est, q̄a meretricē putauit, neq; approbauit hoc scriptura, neque improbauit, sed iustitia & lege dei consulta ęstimandū pensandūq; dimisit. Quia ergo de isto Iepte facto in neutrā partē sententiā scriptura dei protulit, vt noster intellectus in iudicando exerceretur, possemus iā dicere deo displicuisse tale votum, & ad illā perductū esse vindictā, vt patri potissimū filia vnica occurreret: quod si sperasset, atq; * vouisset, non continuo vt eā vidit scidisset vestimēta sua, & dixisset. Heu me filia mea, impedisti me, in offendiculū facta es in oculis meis. Deinde sexaginta dierū tā lōga dilatione data filiæ suæ, dn̄s ab unicæ, & charissime nece cum eū nō prohibuerit, sicut ꝓhibuit Abrahā donec perficiendo, quod vouerat seipsum ꝑcuteret orbitate grauissima, deum āt nequaq̄ hominis immolatione placaret: & ideo huiuscemodi patri pœnā fuisse retributā, ne impunitū talis voti relinqueretur exēplum: vt aut ne magnū aliq̄d se vouere deo putarent homines cū victimas humanas vouerent, & quod est horribilius filiorum: aut non uera, sed potius simulata eadē vota essent, cū uelut exēplo Abrahæ sperarent qui uouissent, deum prohibiturum talia vota compleri. Possemus inquā hæc dicere, nisi ab ista sententia duo nos ꝑcipue diuinarum scripturarum testimonia retardarent, vt hanc rem gestā & in his libris tantæ authoritatis memoriæ cōmendatā, diligentius quantum dominus adiuuat & cautius perscrutemur, ne in ullā partē iudicium temerarium proferamus. Vnū ꝙ in epistola ad Hebræos iste Iepte inter tales cōmemoratur, ut eum culpare vereamur, vbi sic scriptum est, Et q̄d adhuc dicā? Deficit .n. me tempus enarrandi de Gedeō, Barach, Sampson, & Iepte, & Dauid, & Samuel, & prophetis qui per fidē vicerunt regna operātes iustitiā cōsecuti sunt repromissiones. Alterū ꝙ vbi de illo ista narrantur, ꝙ tale vouerit & impleuerit votū, ꝑmisit scriptura dicēs, Et factus est sup Iepte spiritus dn̄i, & ꝑrexit Galaad & Manasse & trāsijt speculā Galaad, & de specula Galaad

Gen. 38.

L

a. l. noluisset.

M

Heb. 11.

transiit ad filios Ammō, & votū vouit Iepte dn̄o & cętera ad hoc ipsum uotum ꝑtinētia, ut omnia, q̄ deinceps facta sunt, tanquā opera spiritus domini q̄ sup eum factus est intelligēda facta uideātur. Ista testimonia nos cōpellunt quærere potius cur factū sit, q̄ facile improbare qđ factū est. Sed primo illud qđ ex epistola q̄ ad Hebręos est cōmemoraui, inter illos laudabiles uiros q̄ ibidē recoluntur,
A non solum est Iepte, uerumetiā Gedeon de quo similiter scriptura dicit. Spūs dn̄i cōfortauit Gedeō, & tamen eius factum qđ de illo auro p̄dæ operatum est Ephod, & fornicatus est post illud oīs israel, & factū est domui Gedeō in scādalum, non solum laudare non possumus, verumēt q̄a scriptura hinc aptissime iudicauit, reprobare minime dubitamus: nec tamē ex hoc ulla fit iniuria spiritui domini, q̄ eum cōfortauit vt hostes populi eius, tāta facilitate superaret. Cur ergo inter illos cōmemoratur, qui per fidem uicerunt regna, operantes iustitiam: nisi quia sancta scriptura, quorū fidē, atq; iustitiā ueraciter laudat, nō hinc impedit eorum ēt peccata, si qua nouit, & oportere iudicat, notare ueraciter? Nā & in eo qđ idem Gedeō signum petēs, sicut ipse locutus est, tētauit in uellere: nescio utrū nō fuerit trāsgressus p̄ceptum, quo scriptum
Deut. 6. est, Nō tētabis dominū Deum tuum. Verun-
Mat. 4. tamen ēt in eius tētatione dominus, qđ prænunciare uolebat ostēdit in cōpluto .i. uellere, & area tota circunquaq; sicca, figurare primū populum israel, ubi erāt sancti cū gratia
B cœlesti, tanq̄ pluuia spiritali, & postea cōpluta area sicco uellere, figurare ecclesiā toto orbe diffusam, habētē nō in uellere, tāquam in uelamine, sed in aperto cœlestē gratiam, illo priore populo, uelut ab eiusdem gratiæ rore alienato, atq; siccato. Nec tamē frustra inter fideles, & operātes iustitiam, ꝓꝑ bonitatē fidelēq; uitā, in qua eū credēdū est esse defunctum, tale in epistola ad Hebræos meruit testimoniū. Vtrum āt quia posteaquā dictū est, Factus est sup Iepte spiritus domini, ea secuta sunt, ut uotū illud uoueret atq; hostes uinceret & quod uouerat redderet, spiritui domini omnia deputanda sint, ut perinde habeatur, & hoc sacrificium, tanquam id dominus, sicut Abrahæ fieri iusserit, non facile dixerim, cum utiq; de Gedeō possit hæc afferri dn̄ia, quia peccatum, quod fecit quādo fecit Ephod, post qđ uniuersus populus fornicat⁹ est, nulla est eius cōmemorata ꝓsperitas, postea uero q̄ Iepte votum vouit, illa est insignis eius uictoria cōsecuta, ꝓꝑ quā adipiscēdā uouerat, & qua adepta, qđ vouerat soluit. Rursus .n. cōsiderādum est, quia Gedeō, etsi nō posteaquā fecit Ephod, tamē posteaq̄ tentauit dominū qđ utiq; peccatū fuit, magna strage hostib. cęsis, atq; superatis populo acquisiuit salutē. Sic .n. scriptum est, Et dixit Ge C
deō ad dominum, Nō irascat̄ indignatio tua in me, & loquar adhuc semel in uellere, &c. Irā quippe Dei metuebat, q̄a nouerat tētādo se peccare. qđ deus ī lege sua manifestissime prohibet. Hoc tamē peccatum eius & mirabilis signi euidētia, & magna uictoriæ ꝓsperitas liberationisq; populi consecuta est. Iam .n. deus statuerat afflicto populo subuenire, atq; huius ducis quē ad hoc opus assumpserat, utebatur animo, non solum fideli & pio, uerumetiā subdeficiēte & delinquēte, & pręnunciando q̄ uolebat, & complendo, q̄ dixerat. Non .n. ꝑ istos tm̄ qui etiā si peccauerūt, inter iustos tamē narrantur, sed etiā ꝑ ipsum
Saulē omnimodo reprobatum, & multa de⁹ 1. Reg.
populo suo p̄stitit, in quē insiliuit ēt spiritus 19.
Dei, & prophetauit nō cum iuste ageret, sed cum in uirum sanctum Dauid innocentēq; sæuiret. Agit .n. spiritus domini & ꝑ bonos & ꝑ malos, & ꝑ sciētes & ꝑ nesciētes, quod
agendum nouit & statuit. Qui etiam per Cai Ioan. 11.
phā accerrimum domini persecutorē, nesciē D
tē quid dixerit, insignē protulerit prophetiā, Iudic. 6.
ꝙ oporteret Christū mori pro gēte. Quis .n. egit nisi spiritus domini, curās p̄nunciare vētura, ut iudici Gedeō tentare volenti dominum, & nō credenti, qđ ei fuerat per manū eius de salute populi iam locutus, hoc potissimum de uellere prius cōpluto, postmodū sicco, & de area primum sicca, postea rigata ueniret in mentem: ut ꝙ subdefecit a fide, infirmitati eius delictoq; deputetur, ꝙ vero ēt tali eius aīo ad hoc quod generi humano significari oportebat visus est deus, ad eius intelligatur misericordiam, & mirabilem prouidentiam pertinere. Si quis autem dicit oīa sciētē fecisse, & dixisse Gedeō ex reuelatione prophetica, ut per eum signa talia mōstrarētur, nec defecisse a fide, & quod etiā promi

serat

ferat dñs credidisse,sed actione ꝓphetica in
vellere uoluisse tentare, atq; ita illius tenta-
tionē fuisse inculpabilem, sicut dolū Iacob:
Gen.30. & illud qđ dño ait, Non irascat̄ indignatio
Iudi.6. tua in me,non iō dixisse ꝙ irā eius timeret,
sed ꝙ eum consideret non irasci cū ea face-
ret, q̄ spiritu eius dictāte facienda esse tanq̄
E Propheta sentiret. dicat vt vr̄, dūmodo illud
qđ de facto Ephod scriptura ipsa culpauit,
quodlibet significet, non audeat excusare a
peccato. Nam & illud, ꝙ trecenti uiri, ad si-
Iudi.7. gnū crucis ipso numero ꝑtinentes, hydrias
fictiles acceperūt, eisq; argenteas faculas in
cluserūt, q̄b. hydriis fractis repente lumina
numerose micantia tantam hostiū multitu-
dinē terruerūt, tanq̄ ex suo arbitrio vr̄ fecis-
se Gedeō. Non.n. scriptura dicit dñm admo
nuisse ut hoc faceret:& tñ tam grande signū
q̄s eius aīo atq; consilio faciendum, nisi dñs
inspirauit, q̄ p̄figurauit sanctos suos thesau-
rum Euangelici luminis in uasis fictilib. ha-
bituros, sicut Apost. dicit, Hēmus aūt thesau
2.Co.5. rum istum in uasis fictilibus? Quib. in passio
ne martyrij tanq̄ uasculis fractis, maior eo-
rū gloriæ fulgor emicuit, quæ impios Euan
gelicæ p̄dicationis inimicos, inopinata illis
Christi claritate superauit. Seu ergo ꝑ scien
tes, seu ꝑ nescientes p̄figurationem p̄dica-
tionemq; futurorum spiritus dñi Propheti-
cis tp̄ib. operatus est: nec iō peccata eorum
dicendum est non fuisse peccata, q̄a & deus
qui ēt malis nostris bene uti nouit, ēt ipsis
F eorum peccatis usus est ad significanda quæ
voluit. Proinde si ꝑ ꝑea pc̄tm̄ non fuit, siue
cuiuslibet necis humanæ, siue ēt parricidale
sacrificium, uel uouere, uel reddere, q̄a ma-
gnum aliq̄d & spiritale significauit: frustra
deus talia ꝓhibuit: & se odisse testatus est,
qm̄ & illa quæ fieri iussit, utiq; ad aliq̄ signi
ficationem rerum spiritalium, magnarumq;
referuntur. Cur ergo illa ꝓhiberet, qn̄quidē
poterant ꝑ ꝑ eandē rerū earundem significa
tionem, ꝑ ꝑ q̄ & ista licite fiebant, nihilomi
nus licite fieri, nisi quia nec tale aliq̄d signifi
cantia quale expedit credere, humana deo sa
crificia placuerunt, qn̄ non pro iustitia q̄sq;
ab inimicis: q̄a recte uiuere uoluit, aut pec-
care noluit interimitur, sed homo ab hoīe
tanq̄ electa hostia more pecoris immolat̄?
Quid si, ait aliquis, qm̄ pecorum victimæ iā
eoipso quo fuerant vsitatæ, q̄uis & ipsæ a re
cte intelligentib. ad significationem spirita-
lium referuntur, minus tñ faciebant inten-
tos ad magnum sacr̄m Christi & ecclesiæ re
quirendum: ꝑ ꝑea deus, re insigni & inopi-
nata uolens quasi dormientes hominū ani- G
mos excitare, eo magis quo talia sibi sacrifi-
cia offerri vetuerat, curauit sibi eiusmodi ali
quid offerendum: ut ipsa admiratio magnā
gigneret q̄ōnem, & magna qō ad perscrutā-
dum magnum mysterium studium piæ mē
tis erigeret, pie uero scrutans mens hoīs alti
tudinem ꝓphetiæ, uelut hamo piscem dñm
Xp̄m de profundo scripturarū leuaret: Huic
nos rōni & considerationi non obsistimus.
Sed alia qō est de aīo vouentis, alia de ꝓui-
dentia dei qualicunq; aīo eius optime vten
tis. Quamobrē si spiritus dñi q̄ factus est su-
per Iepte, ut hoc uoueret oīno p̄cepit, quod
q̄dem scriptura non aperuit: tñ si hoc ille p̄-
cepit cuius non licet iussa contemnere, non
solum insipientia culpenda nō est, verumēt
laudanda obedientia est. Hoc.n. ēt si se hō ip
se interimat, qđ utiq; humana uolūtate atq;
consilio facere nephas est, ꝑfecto intelligē-
dū est obedienter fieri potius q̄ sceleste, si di
uinitus iussum est: de qua q̄ōne satis in pri-
mo libro de ciuitate Dei disputauimus. Si āt
Iepte humanū secutus errorem humanū sa
crificium uouendum putauit: eius quidem Cap. 11
pc̄tm̄ de unica filia iure punitum est, qđ ēt
ipse uerbis suis satis vr̄ oñdere ubi ait, Heu
me filia mea impedisti me, in offendiculum H
facta es in oculis meis: discissis ēt uestimen
tis suis. Veruntñ is ēt eius error hēt aliq̄ lau-
dem fidei, q̄a deū timuit, ut qđ uouerat red-
deret, nec diuini in se iudicii sn̄iam declina-
uit, siue sperans deum prohibiturum, sicut
fecit Abrahæ, siue eius voluntatē ēt nō pro
hibentis, intellectam facere potius q̄ contē
nere statuens. Quanq̄ & hic merito q̄ri pōt,
vtrum uerius intelligitur hoc deū nolle fie-
ri, & in eo potius deo si non fieret obediret,
qm̄ hoc se nolle & in Abrahæ filio & in legi
tima prohibitione monstrauerat. Verumtñ
si ꝑ ꝑea Iepte non faceret, sibi potius in uni-
ca pepercisse, q̄ dei uoluntatē secutus esse vi
deret̄. Magis ergo intellexit ī eo ꝙ & occur
rit vltorē deū, iusteq; pęnę se fideliter subdi
dit, timēs seuiorē tāq̄ đ tergiuersatione vin

dictā.Credebat.n.ēt bonę & uirginis animā
filiæ bene recepi, ꝙ nō se ipsa uouerat im-
molādā,sed uoto,& uoluntati nō restiterat
patris,& dei fuerat secuta iudiciū. Mors.n.
sicut nec sibi à quoq̃ spōte,nec cuiquā spōte
I inferēda est,ita deo iubēte recusāda nō est:
cuius cōstitutione quocūq; tꝑe obeunda ē:
nec q̃squā qui eā ꝑpecti detractat ut omni-
no euitet,sed tātūmodo ut differat laborat.
Hæc aūt festinantibus nobis de ꝓdicta qōne
satis esse utcunq; discussa ꝓ hac q̃dē parte
uisa sunt.Nūc iā q̃d spiritus dñi, siue ꝑ ne-
scientē Iepte siue ꝑ scientē, siue ꝑ eius im-
prudentiā siue ꝑ obedientiā,siue ꝑ offensio
nē siue ꝑ fidē in hac re gesta ꝓfigurauit,quā
tū deus adiuuat req̃ramus,breuiterq; pāda-
mus.Admonet.n.nos & urget quodā modo
iste sanctarū scripturarū locus cogitare quē
dā potentē uirtute.Talis.n.dicit Iepte,quod
nomen interpretatur aperiens.Dñs āt Iesus
Christus,sicut indicat Euangeliū, discipulis
suis aperuit sensū ut intelligerēt scripturas.
Hunc Iepte fratres eius reprobauerūt, & de
1.ma.24 paterna domo expulerunt,obiicientes ei, ꝙ
esset filius fornicario,tanq̃ ipsi eēnt de uxo-
re legitima nati.Hoc ēt egerūt aduersus dñm
principes sacerdotū & Scribę & Pharisęi, q̃
K de legis obseruatione gloriari uidebāt,tanq̃
ille solueret legē,& ideo ueluti nō esset legi
timus filius.Et qm̄ de sācta q̃dē Virgine cor
pus assūpserat,q̃d fidelibus notū,est tñ eius
mater quātū ad gentē ꝑtinet, ēt illa Iudaica
synagoga dici pt.Reuoluat q̄ uoluerit ꝓphe
ticos libros,& uideat quoties & quāta uerbi
seueritate atq; indignatione dñi,illa gens ue
lut impudica mulier de suis fornicationibus
arguat.Vnde est ēt illud in hoc libro recētis
simū: uel cū post.Ephud,ꝙ fecit Gedeō,om
nis Israel legit fornicatus,uel ꝙ aberūt post
deos gentium quibus erant circūdati. Vnde
in illos diuina ira cōmota est,ut ꝑ annos de
a.Leonte cē & octo*cōurrterent à filiis.Ammon.Sed
reretur. nunquid nō ex eadē gente Israel ēt illi nati
erant sacerdotes & Scribæ & Pharisęi, quos
in eis diximus fuisse ꝓfiguratos,qui Iepte tā
q̃ isti dñm Iesum Christum,ueluti nō legiti
mū filium ꝑsecuti expulerunt? Sed in eo si-
militudo adūbrata est, ꝙ isti,ut dixi, ueluti
legis obseruatores eū qui cōtra ꝓcepta legis
facere uidebat tanq̃ legitimi nō legitimum
iure sibi nisi sunt eiecisse.Secūdū hoc.n. ple
bs illa dicta est fornicari, ꝙ legis ꝓcepta nō L
seruans tanq̃ uiro nō exhibebat fidē. Sic aūt
scriptū ē de Iepte,Et creuerūt filij uxoris &
eiecerunt Iepte.Verbū q̃d positū est,creue-
rūt,significat in figura,ꝓualerunt. Q̃d in Iu
dæis impletū est,q̄ ꝓualerūt infirmitati Chri
sti,q̃a ita uoluit ut ab eis q̄ oportebat passio
ne ꝑferret:sicut hoc idē significās Iacob ꝓ-
ualuit angelo,cū quo ut idipsū portenderet Gen.32.
luctabat.Dixerūt ergo ad Iepte, Nō hæredi-
tabis ī domo patris nostri qm̄ filius mulieris
fornicarię tu:Tanquā dicerēt q̃d Euangeliū
loquit,Nō est iste hō à deo qui sic soluit sab
batū,Se aūt uelut iactantes legitimos filios
domino dixerūt,Nos ex fornicatione nō su
mus nati,unū patrē habemus deū. Et fugit
Iepte a facie fratrū suorū,& habitauit in ter Ioan. 9.
ra Thob.Fugit,qm̄ se quātus esset abscōdit.
Fugit,qm̄ eo sæuientes latuit.Si.n.cognouis
sent,nunq̃ dñm glorię crucifixissent.Fugit, Ioan.8.
qm̄ moriētis infirmitatē uiderūt,uirtutē aūt
resurgētis nō uiderunt.Habitauit aūt in ter-
ra bona:uel ut expreßius dicamus, opima, 1.Co.2.
Q̃d.n.Gręce,ἀγαθὸν,hoc Latine opimū dici
tur,Id aūt interpretat Thob:Vbi mihi uidet
intelligēda eius à mortuis resurrectio. Nā q̄
terra magis opima q̄ terrenum corpus excel
lētia immortalitatis & incorruptionis indu
tum?Q̃d aūt dicitur de Iepte,q̃a posteaquā
fugiens à facie fratrum suorum habitauit in
terra Thob,colligebantur ad eum uiri latro M
nes q̄ ambulabāt cū ipso:q̃q̃ & ante passio-
nē obiectū fuerit dño,ꝙ cum publicanis &
peccatoribus manducaret,qn̄ respondit, nō Matt. 9.
esse necessarium sanis medicum sed ægro-
tis: & inter iniquos deputatus est qn̄ inter la Esai. 53.
trones crucifixus est,& unum ex eis de cru- Luc. 23.
ce in paradisum transtulit:tamen postquam
resurrexit & esse cœpit,secundum id quod
supra exposuimus, in terra Thob, collecti
sunt ad illū scelerati homines ꝑꝑ remißio
nem peccatorum:qui cū illo ambulabāt, q̃a
secundum eius præcepta uiuebāt.Neq; hoc
fieri desinit usq; nunc, & deinceps quous-
que ad eum confugiunt mali, ut iustificet
impios qui ad eum conuertuntur,& discant
iniqui uias eius. Nā illud, ꝙ hi q̄ abiecerāt
Iepte,erat.n.Gallaadites, cōuersi sunt ad eū
& quæsierunt eum, per quem liberarentur
ab

A ab inimicis suis, q̃ clara pfiguratione signat, ꝙ hi, q abiecerūt Xp̃m, ad eū rursus couersi in illo reperiunt salutē: siue illi intelligātur, quos Petrus Apost. cū de ipso scelere arguisset, sicut in Actib. Apostolorū legit, & hortatus esset vt ad eū conuerterent quē fuerāt psecuti, cōpuncti sunt corde, & ab illo quē a se alienauerāt, desiderauerunt salutē. Quid ē aūt liberari ab inimicis, nisi a peccatis? Sic .n. illis ait, Agite pœnitentiā, & baptizetur vnusquisq; vr̃um in noīe dñi nr̃i Iesu Christi, & remittent vobis peccata vr̃a, siue illa potius significet q̃ in fine speratur vocatio gentis Israel. Magis qppe ipsa vr̄ apparere in eo qđ dr̄, Et factum est post dies, qđ vtique post tp̃s signat: & p hoc insinuat non illud intelligēdū qđ recenti dñi passione est, sed qđ postea futurū est. Quò vr̄ ēt id ptinere, ꝙ seniores Galaad venerunt ad Iepte, vt per ætatē senilē posteriora & nouissima tpa accipiēda sint. Interpretat aūt Galaad abiiciēs siue reuelatio. Quorū utrinq; satis apte huic rei congruit, qa primo dñm Xp̃um abiecerunt, eisq; postea reuelabit. Qđ vero cōtra filios Ammon dux quærebat Iepte, quib. ui
B ctis liberarentur, qui eo duce aduersus illos bellare cupiebant, qm̃ interpretatur Ammō filius populi mei, siue populi mæroris, profecto illi significantur inimici qui ex ipsa gēte pseuerantes in infidelitate pdicti sunt, aut oīno pœnis gehennæ pdestinati, vbi erit fletus & stridor dētium tanq̃ populo mēroris. Quanq̃ populus mēroris, ēt diabolus & angeli eius non inconuenienter intelliguntur: siue qa æternā miseriā eis quos decipiunt acquirunt: siue quia & ipsi æternæ miseriæ deputati sunt. Eleganter sane ad exprimendam multo euidentius prophetiā Iepte rñdit senioib. Galaad, Nonne uos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei, & emisistis me a uobis, & qd est qđ venistis qñ tribulati estis? Tale aliqd figuratū est in Ioseph, quē fratres vendētes abiecerunt, & cū fame tribularent ad eius opē misericordiāq; conuersi sunt. Hic vero multo amplius elucet significatio futurorum, qđ non ipsi prorsus fratres qui eiecerunt Iepte ad eum venerunt, sed Galaad seniores pro uniuerso illo populo eidē supplicantes, Sicut eadem gens dr̄ Israel, siue in eis qui tunc fuerunt Christūq; reprobauerunt, siue in eis qui ad eius C
opē postea reuersi sunt. Populo.n. dicit inimico, siue in maiorib. siue in posteris suis lōga odia trahenti atq; seruanti, tandēq; conuerso in eis q tunc conuertendi sunt. Nōne vos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei? Hoc.n. eis uisum est q psecuti sunt ꝙ eiecerūt Xp̃m de domo Dauid, in qua regni eius nō erit finis. Et dixerūt seniores Galaad ad Iepte. Nō sic mō venimus ad te: Tanq̃ dicerent iudæi conuersi ad Xp̃m, Tunc venimus, ut psequremur, mō venim⁹ vt sequamur. Profitent ēt aduersus inimicos eū futurū sibi caput. Rñdet ille, si eorū uicerit inimicos ꝙ erit eis in prīcipē, qđ Gedeō noluit, cū id Israelitæ uoluissēt. Rñdit qppe illis, Princeps vr̄ dñs erit. Rex.n. noīe principis signat, qđ nondū hēbat gens illa tpe iudicū. Cęperunt aūt hēre Saulē, & deinceps successores eius aliquos q in libris regnorū legunt. Nā in Deuteronomio cū eis pcipit qualē debeāt hēre regē, si hoc eis placuerit, nō ibi rex, sed princeps appellat. Sed qa iste Iepte illū figurabat q verus est rex, qđ ēt in titulo scriptū fuit q cruci eius affixus ē, quē Pilatus delere uel emendare nō ausus est, iō credendū est esse dictū, Ero uobis in principē: illi aūt dixerant, eris nobis in caput quoniā caput uiri Christus, & ipse caput corporis ecclesię. Deniq; posteaquā eos liberauit Iepte ab oīb. inimicis, non eis factus est rex, ut intelligeremus illud qđ dictū est, ad prophetiā potius ptinuisse de Xp̃o q̃ ad ipsum pprie Iepte, de quo scriptura narrationē ita cōcludit. Et iudicauit Iepte Israel sex annis, & mortuus est Iepte Galaadites, & sepultus est in ciuitate sua Galaad. Iudicauit ergo israel sicut cæteri iudices, nō ibi regnauit vt princeps, sicut hi q in regnorū uoluminib. cōtinent. Iā uero ꝙ posteaq̃ eis idem Iepte dux constitutus est, misit nuncios ad hostes prius pacis uerba portantes, illud ostenditur qđ ait Apostolus in quo Christus loquebat, Si fieri pt, qđ ex uobis est, cum oīb. hoīb. pacem habentes. Verba porrò ipsa quæ mandauit Iepte, oīa ptractare nimis longum est festinantib. nobis: vñr tñ mihi sic intelligēda, quantum attinet ad significationem futurorum, ut in eis aduertatur doctrina Christi, admonens nos quemadmodū sit ambulandum,

Marginal notes: Act. 2. (beside "tatus esset"); Gen. 37. 42. 33. & 44. (beside "fame tribularent"); Deu. 17. (beside "successores eius"); D; Ioan. 19. (beside "nō ibi rex"); Rom. 12. (beside "dux constitutus est"); E (beside "cem habentes").

dum, hoc eſt uiuendum inter eos,qui non
ſẽm propoſitum uocati ſunt, Nouit.n. dñs
2. Ti.2. qui ſunt eius.Iam vero ꝙ cum eſſet debella
turus inimicos factus eſt ſuper eum ſpiritus
dñi,ſignatur ſpiritusſanctus impertitus mẽ-
bris Chriſti.Qđ aũt ꝑtranſiit Galaad & Ma
naſſes,& tranſiit ſpeculam Galaad,& ab ſpe
cula Galaad tranſiit ad filios Ammon,profi-
cientia ſignificant membra Chriſti ad victo
riam de inimicis reportandã.Galaad quippe
interpretaĩ abiiciẽs, & Manaſſes neceſsitas.
Tranſeundi ſunt ergo a proficientib.abiiciẽ
tes.i.cõtemnentes:tranſeunda & neceſsitas,
ne forte cum tranſierit ꝗ proficit contemnẽ
tes,cedat terrentibus.Tranſeunda ẽt ſpecula
Galaad,qm̃ Galaad ẽt reuelatio interptatur.
Eſt ãt ſpecula altitudo ad ꝓſpiciendum uel
deſpiciendum.i.deſuper aſpiciendum. Spe-
cula itaq; Galaad cõgruenter mihi vĩ ſigni
2.Co.12. ficare ſuperbiã reuelationis.Vnde dicit Apo
ſtolus, Et in magnitudine reuelationum ne
F extollar. Ergo & ipſa tranſeunda eſt.i.nõ eſt
in ea manendum ꝑꝑ cadendi periculũ. His
ꝑtranſitis facile ſuperanĩ inimici,qđ ſignaĩ
dicẽdo, Et ab ſpecula Galaad trãſiit ad filios
Ammon:de qb.inimicis iã ſupradictum eſt.
Et uouit Iepte uotum, & dixit,Si traditione
tradideris mihi filios Ammõ in manu mea,
& erit ꝗcunq; exierit de ianuis domus meæ
in obuiam mihi in reuertendo me in pace a
filiis Ammõ,& erit dño, & offeram eum ho
locauſtoma.Quemlibet in hoc loco cogita-
uerit Iepte ſẽm cogitationẽ humanã,non vĩ
uuicam filiã cogitaſſe: alioqn non diceret,
cũ illã cerneret occurriſſe,Heu me filia mea
impediſti me, in offendiculũ facta es in ocu
lis meis. Impediſti.n.ita dictum eſt,tanꝙ̃ ad
hoc ſe impeditũ iudicauerit, ne illud qđ co
gitarat impleret. Sed quem potuit cogitare
primitus occurrentem, ꝗ filios alios non ha
bebat?An coniugem cogitauit, & ut hoc fie
ret deus noluit,& ut non relinqueret impu-
nitũ,ne ꝗs deinceps id auderet:& ut magna
G prouidentia, ex hoc quoq; ipſo qđ accidit,
ſacrm̃ eccleſiæ figuraret.Et vtroq; igĩ ꝓphe
tia coaptata eſt,ex eo ꝙ uouens cogitauit,&
ex eo ꝙ nolenti contigit.Si etenim coniugẽ
cogitauit, coniunx Chriſti eccleſia eſt. Pro-
pterea relinquet hõ patrem & matrem, &
Gen.1 adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne
vna.Sacrm̃ hoc magnum eſt, inꝗt Apoſtol.
ego aũt dico in Chriſto & in eccleſia.Sed ꝗa Ephes.5.
huius Iepte coniunx virgo eſſe non potuit,
in eo ꝙ filia potius occurrit,& inulta non re
manſit ꝓhibitũ ſacrificiũ uouentis audacia,
& uirginitas eccleſiæ figurata eſt.Nec abhor
ret a uero,qđ filiæ noĩe eadẽ ſignaĩ eccleſia:
nã cuius alterius typũ gerebat ẽt illa mulier
cui poſt tactam fimbriã ſuã ſanatæ, ait dñs: Luc.19.
Filia fides tua te ſaluã fecit, uade in pace? Et
certe, unde nullus ambigit, diſcipulos ſuos Marc.5.
ipſe ſponſi filios appellauit,& ſe apertiſsime
ſponſum indicauit. Non pñt,inꝗt,ieiunare
filii ſponſi, ꝗ̃diu cũ illis eſt ſponſus:uenient
aũt dies cũ auferẽ ab eis ſponſus,& tunc ie
iunabunt. Holocauſtoma ergo erit eccleſia,
quã uirginẽ caſtã B.Apoſt.appellat,qñ in re
ſurrectione mortuorũ fiet uniuerſa, qđ ſcri
ptũ eſt,Abſorpta eſt mors in victoria, Tunc 1.Co.15.
tradet regnũ deo & patri.Qđ regnũ ipſa ec- H
cleſia eſt,ipſe cuius figurã tenet uouens ille
geſtabat. Sed qm̃ tunc fiet, cũ cõpleta fuerit
ſexta ætas ſeculi,iõ ſexaginta dierũ a uirgini
tate dilatio poſtulata eſt.Ex oĩb. ꝗppe ætati-
bus eccleſia congregaĩ. Quarum prima eſt,
ab Adã uſq; ad diluuium.Scđa a diluuio.i.a
Noe uſq; ab Abraham. Tertia ab Abraham
vſq; ad Dauid.Quarta a Dauid vſq; ad tranſ Sex ætates
migrationẽ ĩ Babyloniã.Quinta ab hac trãſ mundi.
migratione uſq; ad uirginis partum. Sexta
inde uſq; in huius ſeculi finem.Per quas ſex
ætates tanꝙ̃ ꝑ ſexagita dies fleuit ſancta vir
go eccleſia uirginalia ſua, quia licet uirgina
lia,tñ fuerãt peccata deflenda:ꝑꝑ ꝙ̃ vniuer-
ſa ipſa uirgo toto orbe diffuſa quotidie dicit
Dimitte nobis debita nr̃a. Eoſdem aũt ſexa-
ginta dies, duos menſes maluit appellare, Mat.6.
quantum exiſtimo,ꝑꝑ duos homines: vnũ
per quem mors, alterum per quem reſurre-
ctio mortuorum,ꝑꝑ quos ẽt duo teſtamẽta
dñr. Quod uero factum eſt ex præcepto in
Iſrael,ex dieb.in dies conueniebant lamen-
tari filiam Iepte Galaaditem, quatuor dies
in anno nõ puto ſignificare aliquid poſt im
pletũ holocauſtoma, qđ erit in uitã æternã, I
ſed ꝑterita tꝑa eccleſiæ,in quib.erant lugen
tes. Quatriduo aũt figurata eſt eius uniuerſi
tas ꝑꝑ quatuor partes orbis, per quas lon-
ge lateque diffuſa eſt. Ad hiſtoriæ uero pro-
prietatem, non arbitror hoc decreuiſſe Iſ-
raelitas,

raelitas,nisi quia intelligebāt in ea re iudiciū
dei magis ad perfectionem patrum fuisse de
prōptum, ne tale uouere sacrificiū deinceps
vllus auderet. Nam quare luctus & lamenta
tio decerneretur, si uotum illud lætitiæ fuit?
Si autem & illud ꝙ populus Effrem postea
ab eodē Iepte debellatus est,ad iudiciū Dei,
Luc. 19. quod erit in fine,referendum est:sicut ipse di
cit,Eos qui noluerunt me regnare sibi, addu
ci te & interficite coram me: nec ibi quadra-
gintaduo milia,qui ceciderunt, uacanti nu-
mero commemorati sunt. Sicut em̄ illi duo
menses propter sexaginta dies senarium nu-
merum sex ętatum significāt:ita & ibi sexies
septenarius ductus hoc idem figurat,quantū
ad sex ætates seculi pertinet:sexies.n. septem
Cap. 50. quadragintaduo sunt. Nec frustra & ipse Ie-
Iud. 13. pte sex annis populum iudicauit.Quæri po-
k test quomodo dixerit angelus ad matrē Sam
psonis, cum annunciaret ei filium futurum,
quia sterilis erat. Et nunc obserua,& non bi-
bas vinum & siceram, non manduces omne
immundum.Quid est enim immundum ni-
si forte dissolutio disciplinæ, quæ esse cœpe-
rat in Israel,& iam ad ea manducanda eos la
befecerat,quæ prohibuerat deus in generib.
animalium?Cur.n. non credatur etiam hoc
eos multo procliuius facere potuisse, q̃ etiā
ad cultum idolorum transgrediebantur?Q̄d
51 mater Sampsonis uiro suo indicans quemad
Iud. 13 modum illi angelus annunciauerit filiū futu
rum,dixit,Et interrogabam eum unde esset,
& nomē suum non annunciauit. Quæri pōt
vtrū uerū dixerit, qm̄ hoc non legitur, cū ei
angelus loqueretur.Sed intelligendū est hoc
ibi scripturā tacuisse, hic aūt commemoras-
se quod ibi tacuerat.Illud etiam ꝙ nō ait,In
terrogaui eum quid uocaretur, & nomē suū
non annunciauit mihi, sed ait, Interrogaui
vnde esset: uidetur in consequens quod addi
dit, & nomen suum non annunciauit mihi.
Non.n.nomen eius interrogauerat,cum quę
reret unde esset,sed locum uel ciuitatem, cū
hominem putaret. Nam & hominem dei eū
appellauit,specie tamen vel habitu angelo si
milem: hoc est quia tam præclarum uidit,si-
L cut ipsa narrauit. Sed si ita distinguatur, Et
interrogabam eum unde esset, & nomen
suum: ut subaudiatur,interrogabam eum,&
postea inferatur,non annunciauit mihi,non
habet quæstionem: ad utrunq; enim referri
potest,quod ait,non annunciauit mihi.i.nec
unde esset, nec nomen suum. Item quod ait 52
eadē mulier dictum sibi esse ab angelo,quo- *Iud. 13.*
niam Nazaręus dei erit puer a uentre vsque
ad diem mortis suæ:non legitur ab angelo di
ctum. Et quod legitur dictum, Ipse incipiet
saluum facere israel de manu Philistijm, nō
est a muliere commemoratum. Itaque & ali
quid non dixit quod audiuit, & tamen nihil
credenda est dixisse, quod non audiuit: sed
scripturam potius non omnia uerba angeli
posuisse,cum ipsum mulieri loquētē insere-
ret narrationi. Iō autē dictū est, a uētre usq;
ad diem mortis suæ,quia Nazaræi dicebātur
in lege ad tempus qui uotum habebant, ẜm
ea quæ scriptura per Moysen pręceperat.Vn
de hoc est quod huic iussum est ut ferrū non
ascenderet in caput eius, & uinum, & sice-
ram non biberet.Hoc enim tota uita sua ob-
seruauit Sampson, quod illi qui uocati sunt
Nazarępi,certis diebus obseruabant, uouen- M
tes uotumque reddentes.Quod dicit scriptu 53
ra, Quoniam ignorauit Manue, quia ange- *Iud. 13.*
lus dei est, manifestum est etiam eius uxo-
rem hominem credidisse. Quòd ergo ei di-
xit,Vim faciamus tibi nunc, & faciamus in
conspectu tuo hædum caprarum,tanq̃ homi
nem inuitauit,sed ita ut hoc cum illo epula-
retur quod sacrificium fecisset. Nam facere
hædum caprarum non solet dici,nisi cum fit
sacrificium.Denique & ille ita respondit, Si
uim feceris mihi,non manducabo de panib.
tuis:ubi ostendit se fuisse ad epulas inuitatū:
Deinde addidit, Et si feceris holocaustum,
domino offeres illud.Vtique ideo dixit,Si fe
ceris holocaustum: quia ille dixerat, Facia-
mus in conspectu tuo hædum caprarū.Non
aūt omne sacrificium holocaustum erat: nā
de holocausto non manducabatur, quia to-
tum incendebatur, & ideo uocabatur holo-
caustum. Sed angelus etiam non manduca-
turus, holocaustum potius fieri admonuit,
non tamen sibi, sed dn̄o: propter hoc maxi-
me,quia gens israel illo tp̄e cōsueuerat qui-
buslibet dijs falsis sacrificare: unde & tunc
offenderat deum, ut traderetur inimicis per
quadraginta annos. Quid sibi vult,quòd po- 54
steaquam manifestatus est Manue & uxori *Iud. 13.*
eius angelus,qui cū eis loquebatur,dixit idē A

Manue

Manue uxori suæ, Morte moriemur, quoniã Deum uidimus: ex illa scilicet legis senten-tia, vbi scriptum est, Nemo põt faciẽ meã ui dere & uiuere. Opinabantur ergo ut homi-nes Deum se uidisse, tanto utiq; miraculo fa cto, ꝙ in igni sacrificij stetit, qui cum illis prius quasi homo loquebatur. Sed Deum in angelo, an Deum ipsum angelum appella-bãt? sic.n.scriptum est, Et sumpsit Manue hæ dum caprarum, & sacrificium obtulit super petram domino mirabilia facienti, & Manue & uxor eius expectabant. Et factum est dum ascenderet flamma desuper altare ad cœlũ, & ascendit angelus domini in flãma, & Ma-nue uxorq; illius expectabant: Et ciciderunt
B super faciem suam super terram, & nõ appo suit ultra angelus domini apparere ad Ma-nue & ad uxorem eius. Tunc cognouit Ma-nue qm̃ angelus dñi est, & dixit Manue ad uxorẽ suam, Morte moriemur, qm̃ Deũ vidi mus. In his ergo uerbis quia non dixit, Mor-te moriemur, qm̃ angelum domini uidimus: sed, Deũ uidimus: oritur qõ, vtrum in ange-lo intelligebant Deum, an eundem angelum Deum uocabant: illud.n.tertiũ, qđ Deũ puta uerat qui erat angelus, dici nõ põt, apertissi-me dicente scriptura, Tũc cognouit Manue qm̃ angelus dñi est. Sed vnde metuebãt mor tem? Non.n.scriptura in Exodo dixerat, Ne-mo uidet faciem angeli, & viuet: sed faciem meam dixit, cum Deus loqueretur. An & in hoc ipso ꝙ in angeli præsentia Deũ cogno-uerat Manue, ita perturbatus est ut mortẽ ti-meret? Quod autẽ illi uxor sua respondit, Si uellet dñs mortificare nos, non accepisset de manu nostra holocaustoma & sacrificiũ, nec illuminasset nos ad omnia hęc, sed nec inau dita fecisset nobis hęc. Vtrum ipsum angelũ crediderunt accepisse sacrificium, quia uide-runt eũ in altaris flamma stetisse? An ꝑ hoc intellexerunt accepisse dominum, quia hoc fecit angelus, ut se ostẽderet angelũ? Quodli bet aũt horum sit, iam tamen angelus dixe-rat, Si autem facis holocaustum, domino of-
Esaiæ 9. fer illud: hoc est nõ mihi, sed domino. Quòd ergo stetit angelus in altaris flamma, magis
C significasse intelligendus est illum magni cõ silij angelum in forma serui: hoc est in homi
55 ne, quẽ suscepturus erat, nõ accepturũ sacri-
Luc. 15. ficiũ, sed seipsum sacrificiũ futurũ. Quid est qđ dictũ est, ꝙ percussit alienigenas Sãpson tibiam super femur. Quis.n.habet tibiam su per femur, cum tibia deorsum versus non sit nisi a genu usq; ad talum. Deinde si locũ cor poris significauit, vbi eos vulnerauit, nunqd nam omnes quos percussit, in uno corporis loco fuerat uulneraturus? Quod si esset credi bile, possemus forsitan suspicari eum pugnas se tibia alicuius animalis tanquam fuste, & ea illos super femora percussisse: sicut de illo scriptum est, ꝙ maxilla asini mille occiderit. Sed neq; illud, ut dixi credibile est, ꝙ pugnãs unum tm̃ locum obseruauerit ubi eos percu teret, & non ait scriptnra, Percussit eos tibia D super femur: sed, tibiam super femur. Nimi-rum ergo inusitata locutio facit obscuritatẽ. Ita.n. dictum est, ac si diceretur, percussisse eos ualde mirabiliter.i.vt admirando stupen tes, tibiam super femur ponerent: tibiam .s. vnius pedis super femur alterius, sicut solent sedere, qui mirando stupẽt. Tanquam si dice retur, Percussit eos manum ad maxillam.i.tã ta cęde, vt manum ad maxillam tristi admira tione ponerent. Hunc sensum ita se habere etiam interpretatio, quæ est ex Hebræo, satis edocet. Nam ita legitur, Percussit eos ingẽti plaga, ita ut stupentes suram femori impone rẽt. Tale est.n.ac si diceret, tibiã femori impo nerent: qm̃ sura utique retrorsus cũ tibia est.

Quid est quod ait Sampson viris Iuda, Iu 56
rate mihi ne interficiatis me uos, & tradite *Iud. 15.*
me eis, ne fortè occurratis in me uos? Quam locutionem ita nonnulli interpretati sunt, Ne forte veniatis aduersum me vos. Sed hoc eum ne ab his interficeretur dixisse illud in-dicat, quod in regnorum libro scriptum est, iubente Salomone ut homo occideretur, & dicente, Vade occurre illi. Quod ideo non in telligitur, quia non est consuetudinis apud nos ita dici, Sic enim quod militares potesta tes dicunt, Vade alleua illum: & significat, oc cide illum: quis intelligat nisi qui illius locu-tionis consuetudinem nouit? Solet & vulgo apud nos dici, Compediauit illi: quod est, oc E cidit illum. Et hoc nemo intelligit, nisi qui audire consueuit. Hæc est enim uis generalis omnium locutionum, ut quemadmodum ip sæ linguę non intelligantur, nisi audiendo uel legendo discantur.

DIVI

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOpi Quæstionum Euangeliorum, Liber Primus.

PROLOGVS.



HOc opus nõ ita scriptum est, ac si Euangelium exponendũ ex ordine susceptũ esset a nobis: sed pro arbitrio & tpe consulentis, cum quo legebat, si qd ei uidebat obscurũ. Ioq; multa & fortassis obscuriora ptermissa sunt: qa iam ea nouerat, qui ea q̃ nondum nouerat, inquirebat, nec tenere uolebat festinationẽ suam in iis q̃ antea iã sic acceperat, ut ẽt assiduitate audiendi atq; tractandi memoriæ stabiliter firmeq; mandaret. Nonnulla ẽt hic nõ eodem
F ordine inueniuntur exposita, quo in Euãgelio narrata sunt, qm̃ quadam festinatione dilata, cum tp̃s daretur, retractabãtur: & eo loco scribebantur, qui uacuus in ordine iam expositarum rerum subsequebatur. Qđ posteaquam cõperi, ne qs forte q̃rens aliqd legere in hoc opere, qđ eũ in Euangelio mouisset, & ad quærendum excitasset, tædio pturbati ordinis offenderetur, qñquidem ea quæ carptim, ut poterant, dictabãtur, in unũ corpus collecta & contexta cognoui, feci ut ordo numerorum præscriptus titulis, quod cuique opus esset, facile inuestigaret.

I. *Nemo nouit filiũ nisi pater exponitur.*



CVm diceret dñs Iesus, Nemo nouit filium nisi pater: non dixit, Et cui uolurrit pater reuelare: quemadmodum cum diceret, Nemo nouit patrem nisi filius: addidit, & cui uoluerit filius reuelare. Quod non ita intelligendum est, quasi fili⁹ a nullo possit cognosci, nisi a patre solo. pater autem non solum a filio, sed etiam
G ab eis quibus reuelauerit filius. Sic.n. potius dictũ est, vt intelligamus & patrẽ & ipsum filium per filium reuelari, qa ipse est mentis nostræ lumẽ, ut qđ postea intulit, Et cui voluerit filius reuelare: non tm̃ patrem, sed ẽt filium accipias. Ad totum.n. quod dixit, illatum est: uerbo enim suo ipse pater declaratur. Verbum autem non solum id quod per uerbum declaratur, sed etiam seipsum declarat. Quod discipuli domini cœperunt uellere spicas & manducare, quod nisi confricantes eas facere non possent, hoc est, Mortificate membra uestra quæ sunt super terram.i. quia quisque non transit in corpus Christi nisi carnalibus expoliatus. Hinc est, Exuite vos veterem hominem. Hinc est, Circuncisione nõ manufacta in expoliationem carnis. Arundinem quassatam iudæos dicit, p p qđ & unum erant, & ab inuicem discrepabant. In lino fumigante notandum, qa deserto lumine facit putorem. Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus.i. qui non credit, & subditus est diabolo, qui non intelligit, & non confitetur ipsam fidem, de qua dictum est, Ore aũt confessio fit ad salutem: uel qui non dat laudem Deo. Qđ dixit, Et si ego in Beelzebub eiicio dæmones, ẽt ẽm vestram sñiam, Igitur peruenit in uos regnum Dei: quia regnum diaboli stare nõ põt, qđ aduersum se diuisum esse fatemini. Regnum dei nunc dicit, quo damnãtur impii, & a fidelibus de peccatis suis pœnitentiam nunc agentib. secernunt. Fortem illum appellat, quia ipse tenebat ne possent uirib. suis ab illo se hoĩes eruere, sed p grãm dei. Vasa eius dicit oẽs infideles. Nisi prius alligauerit fortem: alligauerit dixit, potestatem illi ademerit impediendi uoluntatem fidelium a sequendo Christum, & obtinendo regnum dei. Progeniem uiperarum eos dicit, qa & diaboli filios eos appellat. In tm̃.n. quisq; filius est diaboli, inquantũ eum peccando imitat. Sicut.n. fuit Ionas in ventre ceti trib. dieb. & trib. noctib. sic erit filius hominis in corda terræ trib. diebus & trib. noctib. Sextæ ferię diei partem qua sepultus est cum præterita nocte, pro nocte & die accipias, hoc est pro toto die, sabbati noctẽ & diem, & noctem dñicam cum eodem die illucescente: ac per hoc accipiendo partẽ pro toto, habes triduum & tres noctes. Quõd.n. dñr decem menses prægnantis, nouem sunt pleni: sed initium decimi pro toto accipitur. Et q̃ se dñs ostendit in monte, post sex dies factũ dicit unus Euangelista: alter uero post octo dies dicit: partem posteriorem primi diei, in quo futurum hoc dominus pmisit, & partẽ priorẽ nouissimi diei in quo cõplet-

tum

Quòd discipuli d̃mini cœperunt vellere spicas & manducare.
Mat. 12.
Colos. 3.
Ibidem.
Colos. 2.
3
Mat. 12.
De lino fumigante.
H
4
De cæco & mu o.
Mat. 12.
Rom. 10.
5
Si ego in Beelzebub eijcio dæmones, exponitur.
Mat. 12.
6
I
Progenies viperarum.
7
Sicut.n. fuit Ionas in uẽtre ceti trib. diebus et tribus noctib. exponitur.
Mat. 12.
Mat. 17.
Luc. 9.

tum eſt qđ promiſit, pro totis atq; integris
dieb.annumerans:ut intelligas eum q dixit,
poſt ſex dies, ſolos medios cõmemoraſſe, q
vere toti atq; integri cõpleti ſunt. In Geneſi
.n.a lumine incipit dies, & finit ad tenebras,
ad ſignificandum lapſum hominis. Nunc ãt
a tenebris ad lucem, ſicut dictum eſt, de te-
Gen. I. nebris lucem clareſcere; qa a peccatis hõ li-
2.Co.4. 8 beratus, puenit ad lumen iuſtitiæ. Cum ſpi-
Cum im- ritus immundus exierit ab hoĩe:ſignãt quoſ
mundus dam ita credituros, vt ferre non poſſint labo
ſpũs exie res continentiæ, & ad ſeculum redituri ſint.
lia sint. Variari ergo per breuitatē & magnitudinem numeri possunt, quib. vnum deest vt perficiantur, Ipsum uero unū sine varietate in se manens cum accesserit ꝑficit, cui deputat omnes per pœnitentiam reconciliatos quæ humilitate obtinetur.

33 *Luc. 15.* Hō habēs duos filios, deus ad duos populus intelligitur, tanq̄ stirpes duas generis humani: vnā eorum qui permanserūt in vnius dei cultu, aliā eorū qui vsq; ad colenda idola deseruerunt deū. Ab ipso āt exordio creaturæ mortaliū consideratio debet intelligi uel intendi. Maior ergo filius ad cultu unius dei pertinet. Minorē in regionē longinq̄ profectum esse dixit, Petiit.n.ut sibi pars substantiæ q̄ eum tangeret daretur a patre, quod illi ē uiuere, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere, oīa ista diuina sunt munera, q̄ in potestatē accipiens per liberū arbitrium, q̄a diuisit pater liberis substantiā minor filius in regionē longinq̄ profectus, male utendo naturalib. bonis, eo ipso q̄ patrē deseruit cupiditate fruendi cteatura, relicto ipso creatore. G Qđ nō post multos dies dixit factū, ut cōgregatis oīb. egre ꝑproficisceret̃ in regionē longinq̄: quia non multo post institutionē humani generis placuit animę per liberū arbitriū ferre secum quandā uelut potētiam naturæ suæ, & deserere eum à quo cōdita est præsidens virib. suis quas uires tanto consumit citius, quāto eū deserit a quo datæ sunt. Itaq; hanc uitā prodigā uocat amantē fundere, atq; spatiari pōpis exteriorib. intus inanescentē, cum ea quisq; sequitur quæ ab illa ꝑcedunt, & relinquit eū qui sibi est interior. Regio itaq; longinqua, obliuio dei est, fames āt in illa regione est indigentia verbi ueritatis. Vnus ciuiū regionis illius, aliquis aereus princeps ad militiā diaboli pertinens. Villa eius, modus potestatis eius. Porci immundi spiritus qui sub ipso sunt. Siliquæ quib. porcos pascebat, seculares doctrinæ sterili uanitate resonātes: de quib. laudes idolorū fabularumq; ad deos gentium pertinentiū uario sermone atq; carminib. percrepant, quib. dæmonia delectantur. Vnde cū iste saturari cupiebat, aliquid solidum & rectū quod ad beata uitā pertineret, inuenire uolebat in talib., H & non poterat. Hoc est.n. quod ait, Et nemo illi dabat. In se āt reuersus, iam.s. ab eis quæ forinsecus frustra illiciunt & seducunt, ī cōscientiam interiorē reducem faciens intentionē suā dixit, Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus? Vnde hoc scire poterat in quo erat tanta obliuio dei sicut in omnibus idololatris fuit, nisi quia ista recogitatio iam resipiscentis est cum Euangelium prędicaretur? Iā.n. poterat talis animaduertere multos ꝓdicare veritatē, inter quos quidam essent non ipsius amore ueritatis ducti, sed cupiditate comparandorum secularium cōmodorum. De quib. dicebat Apostolus, esse quosdam qui Euangelium anunciarent non caste, existimantes quæstū esse pietatem. Non.n. aliud anunciabant, sicut hæretici: sed hoc quod Apostolus Paulus, non eo tamen animo quo Apostolus Paulus: vnde & mercenarij recte appellantur, in eadē quidem domo eundem panem uerbi tractantes non tamen in hęreditatem æternam uocati, sed temporali mercede conducti. De talibus dictum est, Amen dico uobis, perceperunt mercedem suam. Ego ergo, inquit, hic fame pereo. Deinde ait, Surgā, q̄a iacebat; & ibo, quia longe aberat: Ad patrē meū: quia sub principe porcorum erat. Cætera uerba sunt pœnitentiā meditantis in confessione peccati, nondum tamen agentis. Non.n. iam dicit patri, sed dicturum se esse promittit cum uenerit, Intelligas igitur hoc nunc accipiendū esse uenire ad patrē, in Ecclesia constitui per fidē: vbi iam possit esse peccatorū legitima & fructuosa cōfessio. Quid ergo patri dicturum se dicit? Pater peccaui in cœlum & corā te, & iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unū de mercenariis tuis. (Nō ab re quęritur,) utrū hoc est, peccaui in coelū: q̄ est, corā te: ut coelū appellauerit ipsam summitatē patris. Vnde est etiā illud in Psalmo, A summo coelo egressio eius, cū ab ipso patre uellet intelligi. An potius. Peccaui in coelū, corā, sanctis animis in quib. est sedes dei? Corā te āt in ipso penetrali interiore cōscientiæ. Et surgens uenit ad patrē suū. Cū aūt adhuc longe esset anteq̄ intelligeret deū, sed tñ cum iā pie quæreret, uidit Illum pater ipsius. Impios.n. & superbos cōuenienter non uidere dr̄: tanq̄ ante oculos non habere. Ante oculos.n. haberi, nō nisi q̄ diligūtur dici solēt. Et misericordia motus ē, Et ac- K

currens

Luc. 15. *Philip. 1* *1. Tim. 6* *Matt. 6.* *Luc. 15.* *Psal. 18.* *Luc. 15.*

currens cecidit super collum eius. Non.n.pater vnigenitum filium deseruit, In quo vsq; ad nostrã lõginquã ẽt peregrinationẽ cucurrit atq; descẽdit, q̃a deus erat in Chr̃o mundum recõcilians sibi. Et ipse dñs ait, Pater in me manens, ipse facit opera sua. Quid est ãt, sup collum eius cadere: nisi inclinare & humiliare in amplexum eius brachium suum? & brachium dñi cui reuelatum est? Qđ ẽ vti que dñs noster Iesus Christus. Et osculatus ẽ illum. i. cõsolari uerbo gratiæ dei ad spem indulgentiæ peccatorum; hoc est post lõga itinera remeantẽ, mereri a patre osculum charitatis. Et incipit iã peccata cõstitutus in Ecclesia cõfiteri. Nec dicit oĩa q̃ dicturum se esse promiserat, sed usq; ad illud. Non sum dignus vocari filius tuus. Hoc.n.vult fieri per gratiã, q̈ se indignum esse p merita fatetur. Non addit q̈ in illa meditatione dixerat, Fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Cum .n. panẽ nõ haberet, uel mercenarius esse cupiebat: q̈ post osculum patris generosissime iã dedignat̃. Stola prima est dignitas q̃ pdidit Adã. Serui qui eã proferunt recõciliationis p̃dicatores. Annulus in manu, pignus est spiritussancti p p gratiæ participationẽ, q̃ digito dei bene significat̃. Calciamenta in pedes p̃paratio Euangelizandi ad non tãgenda terrena. Vitulus saginatus ipse itẽ dñs ₰m carnẽ satiatus opprobrijs. Quod ãt imperat ut adducant eum, q̃d aliud est nisi ut prædicent eum, & annunciãdo uenire faciãt in exhausta fame uiscera filij esurientis? Nam ẽt ut occidant eum iubet, hoc est ut mortẽ eius insinuent. Tunc.n. cuiq; occidit̃ cum credit occisum. Et epulemur, inquit: hoc ad lętitiã ualet p p illa q̃ consequenter dicit, Quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Et istæ epulæ atq; festiuitas nunc celebrantur p orbem terrarum Ecclesia dilatata atq; diffusa. Vitulus.n.ille in corpore & sanguine dominico offert̃ patri, & pascit totã domum. Cum interea maior filius, populus Israel ₰m carnẽ, non quidẽ profectus in longinquã regionẽ sed tñ in domo nõ est. In agro autẽ est. i in ipsa hæreditaria opulentia legis & Prophetarum, terrena potius operatur, & in quibuscunq; * Israelitis consideratorib. Nam multi tales inuenti sunt in eis & sæpe inueniuntur. Veniens de agro domui

2.Co.5. Ioan.14. Esa. 53. Luc. 15. L Luc. 15. M a.l. Israeliticis.

p̃pinquare cępit. i. labore seruilis operis improbato, ex eisdẽ scripturis Ecclesiæ libertatem cõsiderauit, Audit symphoniam & chorum. s. spiritu plenos vocib. cõsonis Euangelium p̃dicare. Quib. dictum est, Obsecro vos fratres per nomen dñi nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis oẽs. Audit quoq; cõcorditer conuersantium aĩam & cor unum in laudes dei. Vocat unum de seruis, & interrogat quę illa sint: Sumit utiq; ad legẽdum aliquẽ Prophetarum, & in eo q̃rens quodammõ interrogat, vnde ista festa in Ecclesia celebrant̃ in qua se esse nõ uidet. Respondet ei seruus patris Propheta, Frater tuus venit, & occidit pater tuus uitulũ saginatum, quia saluum illum recepit, in extremis .n. terræ fuit frater tuus. Sed inde maior exultatio cantantium dño canticum nouum, q̃a laus eius ab extremis terræ, & p p eum q̃ absens erat occisus est uir in plaga positus. & sciẽs ferre imbecillitatẽ, quia quib. non est narratum de eo uiderunt, & q̃ nõ audierant, intellexerunt. Sed indignatur ẽt nunc, & adhuc nõ vult introire. Cum ergo plenitudo gẽtium intrauerit, egredietur opportuno tp̃e pater eius, ut etiã oĩs Israel saluus fiat: ex cuius parte cęcitas facta est uelut absentia in agro donec plenitudo filij minoris longe in idolatria gentiũ cõstituti reducta ad mãducandum uitulum intraret. Erit.n. qñq; aperta uocatio Iudęorum in salute Euangelij. Quã manifestationẽ uocationis, tanq̃ egressum patris appellat ad rogandũ maiorẽ filiũ. Deinde q̃ respondet idẽ maior filius, duas q̃ones habent. Q̃uo uidelicet accipiatur ille populus nunq̃ mãdatum dei præteriisse, Et quẽ dicat hædum quẽ nunq̃ accepit, ut cũ amicis suis epularetur. Sed de mandato non prætergresso facile illud occurrit, neq; de oĩ mãdato dictum esse, sed de uno maxime necessario, quo nullum deum alium præter oĩum creatorẽ colere iussus ẽ, Neq; iste filius in omnibus Israelitis, sed in his intelligitur habere personam, qui nunq̃ ab uno deo ad simulacra conuersi sunt. Quãquam enim tanquã in agro positus iste filius terrena desideraret, ab uno tamen deo ista desiderabat bona, quamuis communia cum pecoribus. Vnde in Psalmo ex persona synagogæ quod interpretatur Asaph, conuenienter accipitur dictum. Quasi pecus factus

1.Co.1. Luc. 15. Esa. 42. Esa. 53. Esa. 52. Rom.11. A B Psal.72.

ctus sum apud te,& ego semper tecũ. Qđ ēt patris ipsius testimonio cõprobatur cũ dicit, Tu mecũ es semper. Non.n.quasi mentientē
Psal. 72. redarguit, sed secũ perseuerantiã eius approbans, ad perfruitionē potioris atq; iocundioris exultationis inuitat. Quis est ego hædus quē nunq̃ accepit ad epulandũ? Peccator ꝑfecto hædi nomine significari solet. Sed absit vt Antichristũ intelligã, Nõ.n.exitũ inuenio huiusce sententiæ. Multũ.n.absurdũ ē, eum cui dr̄, Tu mecũ es semꝑ: hoc a patre optasse, vt Antichristo crederet. Neq; oĩno in eis Iudæis qui Antichristo credituri sunt, istũ filiũ fas est intelligi. Qũo ãt epularet̄ ex illo hędo si ipse esset Antichristus, qui ei nõ crederet? Aut si hoc est epulari ex hædi occisione, ꝙ ē de Antichristi perditione lætari, qũo dicit filius quē recepit pater hoc sibi nõ fuisse concessum, cũ oẽs filij dei de illius aduersatii dã
C natione lætaturi sunt? Nimirum ergo, ꝙ ĩ re obscurissima sine p̃iudicio diligentioris inq̃sitionis dixerim, ipsum * dñm sibi negatũ ad
al. ipsum hædum sibi. epulandũ cõqueritur dum eũ peccatorē putat. Cum.n.hædus est illi genti.i.cum eũ sabbati uiolatorē & ꝓphanatorē legis existimat iocundari epulis eius non meruit: vt ꝙ ait, Nunq̃ dedisti mihi hædũ ut cũ amicis meis epularer, tale sit acsi diceret, eũ qui mihi hædus uidebat̄, nunq̃ dedisti mihi ad epulandũ eoipso mihi illum nõ concedens, quo mihi hædus uidebat̄. Quod autē dicit, cum amicis meis, aut ex ꝑsona principum cum plebe intelligitur, aut ex ꝑsona populi Hierosolymitani cum cęteris populis Iuda. Meretrices ãt cnm quib. dissipasse substantiã suã filius minor accusatus est, recte intelligunt̄ superstitiones, relicto vno connubio legitimo verbi dei, cum turba dęmoniorũ cupiditate turpissima fornicari. Quid deinde sibi vult, ꝙ cum pater diceret, Tu mecũ es semꝑ, quod iã tractatum est, addidit, Et oĩa mea tua sunt? quia in re primo cauendũ est, ne intelligas ita dictum, oĩa mea tua sunt, quasi non sint & fratris: aut tanq̃ in terrena hæreditate patiaris angustias, qũo possint oĩa esse maioris, si habet ibi & iunior partē suã. Sic.n.a perfectis & purgatis ac iam immortalib. filijs habentur oĩa, vt sint & oĩum singula & oĩa singu-
D lorum. Vt.n. cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cũ angustia charitas tenet. Sed qũo oĩa?

Num & angelos, ait aliquis, & uirtutes sublimes ac potestates, atq; vniuersa cœlestia dei ministeria deus in possessionē tali filio subiecisse putandus est? Si possessionē sic accipias vt eius possessor ipse sit dominus nõ utique oĩa. Nõ.n.domini erunt, sed cõsortes potius angelorũ, de quib. dictum est, Erunt.n. æqua Mat. 22.
les angelis dei. Sin uero possessio sic intelligitur, quo recte dicimus possidere animas ueritatem: non inuenio cur non uere ac ꝓprie accipere posimus oĩa, quę dicta sunt omnia. Non.n. illud ita loquimur ut dominas uerita Ad hunc
tis dicamus animas q̃ ab eis dicimus possi- sensuum.
deri. Aut si noĩe possessionis * adhuc sensu impedimur, id quoq; auferat̄: Non.n.ait pater, oĩa in possessionē tibi dabo. siue oĩa mea a.l. ab hoc
possidea uel possidebis: sed oĩa mea tua sũt: nec tamen ita sunt eius, ut ipsius dei. Quod .n. est in nostra pecunia, põt familiæ nostræ vel alimentum esse uel ornamentum, uel aliquid huiusmodi. Et certe cum ipsum patrē recte ille posset suum dicere, nõ uideo quæ ipsius recte sua uocare non possit, diuersis duntaxat modis. Cum.n. beatitudinem illã E
obtinuerimus, nostra erunt ad uiuendum superiora nostra, erunt ad cõuiuendum æqualia, nostra erunt ad dominandum inferiora. Congaudeat ergo securissimus maior frater qa iunior frater mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. In uillico quē dñs eijciebat de uillicatione, & laudauit eum ꝙ in 34
futurum sibi prospexerit, non oĩa debemus Luc. 16.
ad imitandum sumere. Non.n.aut domino nostro facienda est in aliquo fraus, ut de ipsa fraude eleemosynas faciamus: aut eos a quibus recipi uolumus in tabernacula æterna, tanquã debitores dei & domini nostri fas est intelligi: cum iusti & sancti significētur hoc loco qui eos introducãt in tabernacula æterna, qui necessitatib. suis terrena bona cõmunicauerint: de quib. etiam dicit, quod si quis alicui eorum calicem aquæ frigidæ dederit tm̄ in nomine discipuli, nõ perdet mercedē
suam. Sed etiam econtrario dicuntur istæ si- Mat. 10.
militudines, ut intelligamus, si laudari potuit ille a domino qui fraudem faciebat, quãto amplius placent domino deo, qui secundum eius pręceptum illa opera faciunt: sicut etiam de iudice iniquitatis qui interpellabatur a uidua comparationem duxit ad iudicē

deum

F deũ,cui nulla ex parte iudex iniquus confe-
Luc. 18. rendus est. Qđ aũt de cẽtũ cadis olei quin-
quaginta scribi fecit a debitore, & de cẽtum
choris tritici octoginta,ad nihil aliud ualere
arbitror,nisi vt ea q̃ similiter in sacerdotes at
que in leuitas Iudæi, quisq; operaẽ in Chri-
Luc. 16. sti Ecclesia,abundet iustitia eius super scriba
rũ & pharisæorũ,ut cũ illi decimas darẽt,isti
dimidias dent:sicut nõ de fructib.sed de ipsis
Matt. 5. bonis suis fecit Zachæus. Aut certe duplicet
decimã,aut dans decimas dando superet im-
Luc. 19. pẽdia Iudæorũ:Mammona uero iniquitatis,
ideo a dño appellata est ista pecunia q̃ possi
fidemus ad tp̃s, q̃a Mammona diuitię inter-
pretantẽ. Nec sunt istæ diuitiæ nisi iniquis, q̃
in eis constituunt spem atq; copiã beatitudi
nis suæ. A iustis uero cum hæc possidentẽ,est
quidẽ ista pecunia:sed non sunt tñ illis diui-
tiæ nisi cœlestes & spiritales, quib.indulgen
tiam suã spiritaliter supplentes,exclusa ege-
state miseriæ, beatitudinis copia ditantur.

Quod dicit,Si in alieno fideles nõ fuistis:
35 Alienas appellat terrenas facultates,quia ne
Luc. 16. mo eas secũ moriens aufert, hoc est qđ dicit
Dauid, Ne timueris cum diues factus fuerit
Psal. 38. G hõ,& cũ multiplicata fuerit gloria dñs eius:
qm̃ nõ cũ morietur accipiet oĩa, neq; simul
descendet cũ eo gloria eius. Quod ait, Aut
36. vnum odiet,& alterũ diliget,aut uni adhære
Luc. 16. bit,& alterũ contemnet:Non sine considera
tione distinguenda sunt, Non.n. passim aut
quasi temere dicta sunt. Non.n.interrogatus
vtrũ diligat diabolum,respondet se diligere,
sed potius odisse, Deum ãt se diligere oẽs se
rè proclamant. Ergo aut unũ odiet & alterũ
diliget ut fieri debet:odiet.s.diabolũ, diliget
uero deũ, Qđ uero adiunxit,aut alteri adhæ
rebit & alterũ cõtemnet. Adhærebit.s.diabo
lo,cũ quasi eius præmia tp̃alia sectatur,con-
temnet ãt deum,Non dixit odiet,sed contẽ-
net:sicut solent minas eius postponere cupi
ditatib.suis, qui de bonitate eius ad impuni-
tatem sibi blandiunẽ.Quib.per Salomonem
Ecclesiastici. 5. dr̃,Fili ne adijcias pc̃m̃ super pc̃m̃,& dicas
miseratio dei magna est.Regnum cœlorum
uim patitur,& qui uim faciunt, diripiunt il-
37 Luc. 16. lud. Nõ solum ut quisq; ista contẽnat,sed ẽt
linguas deridentium se talia contemnẽtem:
hic.n. ui facta inuadit quodammõ quasi præ
dator uiolẽtus regna cœlorũ:hoc.n.subiun-
xit Euangelista, cũ dixisset derisum fuisse Ie H
sum a pharisæis, cũ de cõtemnendis terrenis
diuitiis loqueretẽ,Hõ quidã erat diues,& in-
duebatur purpura & bysso, & epulabaẽ quo- 38
tidie splendide,& cætera,Per allegoriã sic ac Luc. 16.
cipi possunt, ut in diuite intelligantur super
bi Iudæorũ,ignorãtes dei iustitiam,& suam
uolentes constituere. Purpura & byssus,di- Ro. 10.
gnitas regni est:& auferetur, inquit, a uobis
regnũ dei,& dabitur genti faciẽti iustitiam.
Epulatio splendida,iactantia legis est,in qua Mat. 22.
gloriabantur plus ad põpam elationis abutẽ
tes ea,q̃ ad necessitatẽ salutis utẽtes.Mendi-
cus ãt nomine Lazarus, quod interpretatur
adiutus,significat indigentem,ueluti gentilẽ
aliquem aut publicanũ,qui tãto magis adiu-
uatur, quanto minus de suarum copia facul Luc. 16.
tatum præsumit. Tales erant illi duo qui ora
bant in tẽplo,unus publicanus,& alter phari
sæus.Diues ergo dicit tanquam satiatus iusti
tia,nõ inter illos beatos numerandus,q̃ esu-
riunt,& sitiunt iustitiã, Gratias tibi ago,quia Luc. 18.
nõ sum sicut publicanus iste. Pauper autem
q̃ se adiuuari desiderat, dicit, Propicius esto
mihi peccatori. Desiderat tamen saturari de
micis quæ cadunt de mensa diuitis iacens ad Matt. 5.
ianuam,Non.n.admittebatur ad epulas eius
q̃ nec bene illis utebatur nec egẽti dabat,tan I
quã scriba habens claues regni cœlorũ, nec Luc. 11.
ipse intrans,nec alios intrare permittens. Mi
cæ cadentes de mensa diuitis, sunt quædam
uerba legis, quæ illi iactantes quasi proijcie
bant in terram, cum superbe populo loque-
rẽtur. Vlcera aũt sunt confessiones peccato-
rum uelut mali humores a uiscerib. intimis
foras erumpentes. Canes qui ea lingebant,
nequissimi homines sunt amantes peccata,
qui lata lingua etiã laudare non cessant ope
ra mala, quæ in se alius gemens & confitens
detestatur. Sinus Abrahæ, requies est beato-
rum pauperum, quorũ est regnum cœlorũ,
in quo post hanc uitã recipiuntur. Sepultu-
ra inferni,pœnarum profunditas,quę super
bos & immisericordes post hanc uitã uorat.
Quos tamen dominus in ista narratione di-
cit uidere de longinquo, atq; sentire beato-
rum requiem, quò sanè transire nõ possunt.
Quod ãt linguam sibi uult refrigerari, cum Prou. 18
in flamma utiq; totus arderet:significat quod
scriptum est, Mors, & uita in manibus lin-
guæ:

K guæ: Et quia ore confessio fit ad salutem, qđ
Ro. 10. per superbiam ille non fecit. Extremū autem
digiti minimam operationem misericordiæ
significat, qua per spiritum sanctū subuenit.
Cum aūt ei dr̄, Recepisti bona in uita tua, il
lud tangitur. quia fœlicitatem dilexit seculi,
nec aliā uitam præter istam in qua superbus
tumebat, amauit. Lazarum aūt mala dicit re
cepisse, quia intellexit huius uitæ mortalita-
tem, labores, dolores, & erumnas, pœnā esse
peccati: de quo scriptum est, Fuimus & nos
Eph. 2. naturaliter filij irę sicut & cęteri. De quo ite
Iob. 25. rum scriptū est, nec infantē cuius est unius
diei uita super terrā mundū esse peccato, q̄a
oēs utiq; in Adā morimur, qui factus est trāſ
gressione mortalis. Quod aūt dicit, ad ea lo
ca in quib. torquentur impij, iustos etiā si ue
lint, non posse transire, quid aliud significat,
nisi post hāc uitam ita receptis in carcere, ut
inde nō exeant donec reddant nouissimum
Mat. 5. quadrantem, & per incomutabilitatē diuinę
sententię, nullum auxiliū misericordiæ pos-
se præberi a iustis, ēt si uelint illud præbere.
Quo admonet. s. in hac uita homines subue-
niant quib. possint, ne postea ēt si optime re-
cepti fuerint, eis quos diligunt opitulari nō
ualent. Illud. n. quod scriptum est, Vt & ipsi
recipiant vos in æterna tabernacula: non de
superbis & immisericordib. scriptū est, qua-
lis iste diues fuisse demonstratur qđ recipi a
L sanctis in illa tabernacula mereantur: sed de
Luc. 16. his qui sibi amicos officiosissimos operibus
misericordiæ fecerint: quanq̄ nec ipsos iusti
uelut propria potestate quasi gratificando re
cipiant, sed promissione atq; permissione il
lius qui consilio p̄monuit, ut sibi amicos fa-
cerent, & qui seipsum pasci, uestiri, hospitio
recipi, uisitari unoquoq; minimorū suorum
liberatoris bonitate dignatus est. Quāquam
illa receptio utrum statim post istam uitam
fiat, an in fine seculi in resurrectione mor-
tuorum, atq; ultima retributione iudicii, nō
minima qō est: sed quandolibet fiat, certe de
Luc. 16. talib. qualis ille diues insinuat, nulla scriptu-
ra fieri pollicetur. Quinq; autē fratres quos
habere se dicit in domo patris sui, Iudæos si
gnificant. Appellati autem sunt quinq;, quia
sub lege detinebantur quæ per Moysen data
est, qui libros quinq; conscripsit. Quod uero
Lazarum petit mitti ad fratres suos: sensit se
vtiq; indignum qui testimonium perhibeat M
veritati. Et quia non impetrauerat paululum
se refrigerari, multo minus credit relaxari se
posse ab inferis ad p̄dicationē ueritatis. Qđ
Abrahā dicit, si volunt credere, habent Moy
sen & prophetas: non istos Euangelio prępo
suit, sed quia Euangelium, sicut dicit Aposto
lus, testimonium habet a lege & prophetis,
illis credendo posse eos significat ad euange
lium p̄uenire. Sicut alio loco ipse dn̄s dicit, Rom. 3.
Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. Ille
.n. de me scripsit. Deniq; ad hoc pertinet qđ Ioan. 5.
ēt postea dicit, Si Moysen & Prophetas non
audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit
credent: quia eū prænunciauerunt Moyses Luc. 16.
& Prophetæ qui surrexit a mortuis, hoc ipsū
ēt de illo quod resurrecturus esset a mortuis
quib. non credēdo utiq; nec Christo volunt
credere. Multo minus ergo cuilibet possunt
credere q̄ a mortuis resurgeret, qn̄ ei nō cre-
dunt, cuius resurrectionem Moyses & Pro-
phetæ prædicauerunt, quib. credere nolunt.
Aliter ēt intelligi pōt ista narratio, vt Laza-
rum, dominum significare accipiamus iacē- Alia ex-
tem ad ianuam illius diuitis: quia se ad aures positio.
superbissimas Iudæorum incarnationis hu-
militate deiecit, cupiens saturari de micis q̄ A
cadebant de mensa diuitis. Et quęrens ab eis
uel minima opera iustitiæ, quæ suæ mensæ,
hoc est suæ potestati per superbiā non usur-
parent: quæ opera misericordię atq; humili-
tatis, quāuis minima, etsi nō disciplina & p̄-
seuerātia uitæ bonæ, saltē interdum uel casu
facerent, sicut micæ de mensa cadere solent.
Vlcera passiones sunt dn̄i ex infirmitate car-
nis, q̄ p̄ nobis suscipere dignatus est. Canes
ergo qui ea lingebant gentes sunt, quos ho-
mines peccatores & immundos dicebāt Iu-
dæi: & tn̄ passiones domini in sacramentis
corporis & sanguinis eius per totum iam or
bem suauitate lambunt deuotissima. Sinus
Abrahæ intelligitur secretū patris, quò post
passionem resurgēs assumptus est dominus:
quò eū portatum ab angelis ideo dictū pu-
to, quia ipsam receptionem qua in secretum
patris abscessit, angeli anunciauerunt disci-
pulis intuentibus. Dicēdo. n. quid statis aspi-
cientes in cœlum: quid aliud dixerunt, nisi
nullo mō posse oculos hominum vsq; in il-
lud penetrare secretū quò ibat dominus, cū

B in conspectu discipulorũ ferretur in cęlũ?
Iam cætera ẜm superiorem expositionẽ ac-
cipi possunt: quia secretũ patris bene intel-
ligitur, vbi ẽt ante resurrectionẽ iustorum
aĩæ viuunt cũ deo:tanto.n. verius vbiq; est
deus,quãto nullo continetur loco, sicut &
latroni dictũ est,Hodie mecũ eris in paradi
Luc. 23. so:unde nunq̃ recessit dei filius, quãuis ab
hoĩbus ꝑ susceptã carnẽ in ciuitate Iudæo
rũ tanta pateretur.Quod dixernnt discipu-
39 Luc. 17. li,Dñe adauge nobis fidẽ:põt quidẽ intelli-
gi hãc fidem sibi eos augeri postulasse, qua
credunt̃ ea q̃ non videntur:sed tñ dr̃ ẽt fides
rerũ,qñ non verbis,sed rebus ipsis præsenti
bus creditur:quod futurũ est,cũ iam per spe
ciẽ manifestã se contẽplandã præbebit san-
ctis ipsa dei sapientia, ꝑ quã facta sunt oĩa.
Ps. 103. De qua fide rerũ lucisq; illius ꝑsentatæ for
sitan Paulus Apostolus dicit, Iustitia.n. dei
Rom.1. reuelatur ex fide in fidem. Dicit.n.& alio lo
2.Cor. 3. co,Nos aũt reuelata facie gloriã dñi specu-
lantes,in eandẽ imaginẽ transformamur de
gloria in gloriã tanq̃ a dñi spiritu. Sicut. n.
C hic ait,de gloria in glorram, ita & ibi,de fi-
de in fidem.De gloria.s. Euangelij quo nũc
credentes illuminantur, in gloriã ipsius in-
cõmutabilis & manifestæ veritatis, qua tũc
cõmutati perfruentur:ita ex fide verborũ,
quibus nunc credimus quod nondum vide
mus:in fidem rerum qua in æternum quod
nunc credimus, obtinebimus. Secundum
sñiam hanc ẽt illud est, quod dictum est a
Ioãne in Epistola ad Parthos,Dilectissimi,
nunc filij dei sumus, & nondum apparuit
quid erimus, Scimus quia cũ apparuerit si-
miles ei erimus, qm̃ videbimus eum sicuti
1.Ioan. 3 est. Vnde.n.nunc filij dei sumus, nisi quia
Ioan.1.
2. Cor. 3. potestatẽ dedit nobis filios dei fieri,creden-
tibus in noĩe eius, vt videamus in ęnigma-
te.Vnde aũt tunc similes ei erimus, nisi qm̃
vt ipse ait,videbimus eũ sicuti est? Quod ẽt
dictũ est,Tunc aũt facie ad faciem.Illam er
go fidẽ præsentissimę veritatis plerisq; non
intelligentibus, videri põt dñs noster disci-
Luc.17. pulis suis,non ad id quod petiuerant rñdis-
set Cum.n.dixissent,dñe adauge nobis fidẽ;
ait illis, Si habueritis fidem tanquam gra-
num sinapis,dicetis huic arbori moro, era-
dicare, & transplantare in mare,& obediet
vobis. Deinde sequitur, Quis autẽ vestrum
ha bens seruũ arantẽ aut pascentẽ boues, cui D
regresso de agro dicit illi statim,Transi, recũ
be,& non dicit ei, Para quod cœnẽ, & præ-
cinge te & ministra mihi donec manducem
bibam,& post hæc tu manducabis & bibes?
Nunquid gratiã habet seruo illi, q̃a fecit q̃
sibi imperauerat?Non puto.Sic & uos cũ fe
ceritis oĩa quæcunq; ꝑcepta sunt uobis, dici
te,serui superuacui sumus, qđ debuimus fa
cere fecimus.Quid hęc ꝑtineant ad id quod
dictum est,Dñe adauge nobis fidem;diffici-
le apparet,intelligamus ex fide in fidem.i.ex
fide ista qua ministraẽ deo, in illam fidẽ eos
significasse transferendos ubi fruãtur deo.
Augebitur.n.fides,cum primo uerbis prædi 40
cantibus,deinde rebus apparentibus credit. Luc. 17.
Sed illa contemplatio summã quietem ha-
bet,quæ in æterno dei regno tribuitur.Sum-
ma uero quies illa,præmium est iustorũ la-
borum qui in Ecclesię ministratione pera-
guntur:& ideo quamuis in agro aret seruus
aut pascat boues,hoc est,in uita seculari uel Mat. 11.
terrena uerset negocia, uel stultis hominib. Ioan. 10.
tanquam pecoribus seruiat: opus est vt post
illos labores domũ veniat, hoc est, Ecclesiæ
societur:laboret ẽt ibi ministrãs dño suo do
nec manducet & bibat.Nam & esuriens ille
quæsiuit poma in arbore, & Samaritana a-
quam sitiens postulauit. Manducet ergo &
bibat confessionem & fidem gentium,mini
strantibus, hoc est, euangelizantibus seruis
suis.Quò ꝑtinet ẽt illud quod de grano sina
pis eis primo rñdit: prius illos fidem habere
debere pręsenti vitæ necessariam, quæ mini
ma vr̃ quandiu thesaurus est in vasis fictili-
bus,sed vi maxima efferuet & germinat. Do
minus noster Iesus Christus, qui vult pasci
ministerio seruorum suorum: hoc est in cor
pus suũ quasi mactatos & manducatos trãs-
ferre credentes, ẽt hic pascit eos sacro pas-
sionis suæ & verbo fidei. Nõ enim venit mi Mat.20.
nistrari sed ministrare. Dicant ergo illi serui
per sinapis granum huic arbori moro: hoc
est, ipsi Euangelio crucis dominicæ,per po- Luc.17.
ma sanguinea,tanquam vulnera in ligno pẽ
dentia,victum populis præbituræ. Dicant
ergo illi vt eradicetur de perfidia Iudæorũ,
& in mare gentium transferatur atque plan
tetur: hac enim domestica seruitute esuriẽ-
ti & sitienti domino ministrabunt. Tunc
demum

F demū quærant escis incorruptibilib. in ęternum diuinæ sapientiæ perfrui, cum dixerint 2.Ti.4. Serui superuacui sumus, quod debuimus facere fecimus, nihil in nobis operis restat: cursum consummauimus, agonē ꝑfecimus, superest nobis corona iustitiæ. Oīa.n. dici possunt de illa ineffabili perfruitione veritatis: & tanto magis oīa dici possunt, quanto minus aliquid digne dici pōt. Nam & lux est illuminatorū, & requies exercitatorū, & patria redeuntiū, & esca indigentiū, & corona uincentiū: & quæcunq; bona tꝑaliter transeūtia, ꝑ creaturarū partes error appetit infideliū, & ueriora & inæternum manentia in creatore oīum simul inuentura est pietas filiorū.

40 Luc. 17. In decē leprosis quos dominus ita mūdauit, cum ait, Ite ostendite uos sacerdotib. multa quæri possunt quæ merito quærentes mouent, Non solum de numero quid sibi uelit ꝙ decē sunt, & ꝙ vnus ex illis solus gratias egit: hæc.n. libere quæruntur, ut ēt nō inuestigata, uel nihil uel non multū impediāt intentionē legētis: sed illa potius cur eos ad sacerdotes misent ut cum irent mundarenť. G Nullum.n. eorum quib. hæc corporalia beneficia pręstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos. Nā & illum a lepra mundauerat cui dixit, Vade & ostende te sacerdotib. Luc. 5. Leu. 14. & offer pro te sacrificiū, quod pręcepit Moyses in testimoniū illis. Deinde (quęrendum) qualis mundatio spiritalis possit intelligi eorum quos ingratos extitisse redarguit. Secundum corpus .n. facile est uidere posse hominē non habere leprā, & tñ animi esse nō boni. Secundū significationē āt huius miraculi conturbat considerantem, qūo mundus dici possit ingratus. Quærendum igitur est quid ipsa lepra significet. Non.n. sanati sed mundati dñr q ea caruerunt. Coloris quippe uitiū est, nō ualetudinis aut integritatis sensuum atq; membrorum. Leprosi ergo non absurde intelligi possunt, qui scientiā ueræ fidei non habentes uarias doctrinas profitenť erroris. non.n. uel abscondunt imperitiā suā, sed ꝑ summa peritia proferunt in lucē, &* iactantia sermonis ostentant. a.l. iactātiam. Nulla porrò falsa doctrina est, quæ non aliqua uera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta, in vna disputatione uel narratione hominis, tanq̃ in unius corporis colore apparentia, significant leprā, tanq̃ ueris falsisq; colorum fucis H humana corpora uariantē atq; maculātem. Hi āt tā uitandi sunt Ecclesiæ, ut si fieri pōt, a.l. locis. longius remoti magna clamore Chr̄m interpellent: sicut isti decē steterunt a longe, & leuauerunt uocē dicentes, Iesu præceptor miserere nostri. Nam & ꝙ ꝑceptorē uocāt, quo nomine nescio utrū quisquā dñm interpella Luc. 17. uerit ꝑ medicina corporali, satis puto significare, leprā falsam esse doctrinā, q̃ bonus pręceptor abstergit. Sacerdotiū uero Iudęorum nemo ferè fideliū dubitat figurā fuisse futuri sacerdotii regalis ꝙ est in Ecclesia, quo cōsecrantur oēs pertinentes ad corpus Chr̄i, sūmi & ueri principis sacerdotū. Nā nunc & oēs unguntur; qđ tunc regib. tm̄ & sacerdotibus fiebat. Et quod ait Petrus ad Christia- 1.Pet.2. num populum scribens, Regale sacerdotiū: utrunq; nomen isti populo cōuenire declarauit, quò illa unctio ꝑtinebat. Cætera itaq; vitia tanq̃ ualetudinis & quasi mēbrorū animę atq; sensuum, per seipsum interius & cōsciētia & intellectu dñs sanat & corrigit: doctrina uero uel imbuendi per sacramēta, uel catechizādi per sermonē sonantē atq; lectionē, ubi color quidā intelligitur uerus atque syncerus, quia in prōptu est & foris eminentissimus. Non.n. in occultis cogitationib. sed I in manifestis operationib. hæc q̃ aguntur Ecclesiæ proprie contributa sunt. Itaq; & Paulus uoce dñi audita, Quid me ꝑsequeris? &, Ego sum Iesus quē tu ꝑsequeris: ad Ananiā tñ missus est, ut illo sacerdotio ꝙ in Ecclesia Act. 9. constitutum est, sacr̄m doctrinæ fidei ꝑciperet, & uerus eius approbaretur color. Nō q̃a non pōt per seipsum dominus omnia facere nam quis alius hæc facit etiā in Ecclesia, sed ut ipsa societas congregatorum fidelium approbando inuicem atq; cōmunicando ueræ fidei doctrinā in omnib. quę dicuntur uerbis uel signantur sacramentis, tanq̃ unam speciem ueri coloris obducat. Ad hoc etiā pertinet quod idem dicit Apostolus, Deinde post Gala. 2. annos quatuordecim ascendi Hierosolymā cum Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & exposui cū eis Euangelium quod prædico in gentibus, Seorsum autem ijs qui uidebantur esse aliquid, ne forte inuacuum curro aut cucurri. Et paulopost, Cum cognouissent, inquit, K

gratiam

gratiã q̃ data ẽ mihi, Iacobus, Petrus & Ioã-
nes, qui videbanť columnæ esse dexteras de-
derũt mihi & Barnabæ societatis. Ipsa.n.col
latio vnã doctrinæ speciẽ, exclusa oĩ uarieta
te mõstrabat, quod salubriter ẽt Corinthios
1. Co. 1. monet dicens, Obsecro autẽ vos fratres per
Act. 10. nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsũ
dicatis oẽs. Cornelius ẽt cum eleemosynæ
eius acceptæ & preces eius auditæ, illi ab an
gelo nunciarentur: ꝑꝑ doctrinæ tñ sacramẽ
torumq; unitatẽ ad Petrũ iubetur mittere,
tanq̃ illi & suis diceretur, Ite ostendite uos
Luc. 17. sacerdotib. Nã & cum irent mundati sunt,
Iam.n. ad eos uenerat Petrus, sed tñ ipsi non
dum accepto baptismatis sacramento, non-
dom spiritaliter ad sacerdotes peruenerunt:
& tñ infusione spiritussancti, & admiratio-
ne linguarum eorũ mundatio declarata est.
Quę cum ita se habeant, iam facile est etiam
illud uidere, fieri posse ut quisquis in Eccle-
się societate doctrinã integrã ueramq; asse-
quatur, & oĩa ſm catholicæ fidei regulã edis
L ferat, distinguat a creatore creaturã eoq; ma
nifestetur uarietate mendaciorũ tanq̃ lepra
caruisse: & tamen ingratus fit domino deo
Rom. 1. mundatori suo, qui elatus superbia, gratiarũ
agendarum pia humilitate non subditur, si-
milisq; efficitur illis de quib. dicit Aposto-
lus, Qui cum cognouissent deũ, non ut deũ
magnificauerunt aut gratias egerunt. Quòd
.n. dicit eos deum cognouisse, ostendit qui-
dem a lepra fuisse mundatos, sed tamen sta-
tim accusat ingratos. Ideoq; tales ingrati, in
nouenario numero tanq̃ imperfecti rema-
nebunt. Vnũ.n. si addatur ad nouẽ, quædam
effigies unitatis impletur: quo fit tanta com-
pletio, ut ultra iã nõ progrediatur numerus,
nisi rursus ad vnũ redeatur, & hæc per infini
tatẽ numeri regula custodiatur. Nouẽ itaq;
indigent uno, vt quadam unitatis forma co-
agulentur, ut decem sint: unum ãt nõ eis in-
diget, ut custodiat unitatẽ. Quã obrẽ ut illi
nouẽ qui gratias nõ egerunt, reprobi effecti
a consortio unitatis exclusi sunt: ita unus il-
le q̃ gratias egit, unicæ Ecclesiæ significatio-
ne approbatus atq; laudatus est. Et quia illi
erant Iudæi, amisisse per superbiã declarati
sunt regnum cœlorũ, ubi maxime unitas cu
stoditur, iste uero qui erat Samaritanus, qđ
interpretať custos, illi a quo accepit tribuens

ꝙ accepit, & quodammõ cãtans illud e Psal M
mo, Fortitudinẽ meã ad te custodiã: per gra- Psal. 58.
tiarũ actionẽ regi subiectus, humilitatem re
gni humili deuotione seruauit. Quid est qđ
dicit dñs, Qui fuerit in tecto, & uasa eius in 41
domo, nõ descendat tollere illa. In tecto est, Luc. 17.
q̃ excedens carnalia, tanq̃ in aura libera spi-
ritaliter uiuit. Vasa eius in domo, sunt sensus
carnales, quib. ad intelligendã ueritatẽ q̃ in-
tellectu capitur, multi utentes penitus erra-
uerunt. Huius ergo spiritalis uiri iã uasa ista
uacant in domo, quia mente corpori supere
minens per aciẽ intelligentiæ tanq̃ in tecto
positus, perspicuitate sapientiæ ueluti cœlo
aptissimo fruitur. Caueat ergo iste, ne in die
tribulationis rursus uita carnali: q̃ per sensus
corporis pascitur, delectatus, ad uasa huius-
modi tolléda descẽdat. Quid est quod dictũ 42
est, Et qui in agro fuerit, similiter non redeat Luc. 17.
retro? Qui operatur in Ecclesia, sicut Paulus 1. Co. 3.
& Apollo, plantat & rigat, nõ respiciat spem
secularẽ cui renunciauit. Quid significauit 43
vxor Loth? Eos q̃ in tribulatione retro aspi- Luc. 17.
ciunt, & se a spe diuinæ promissionis auer-
tunt: & ideo statua salis facta est, ut admonẽ
do homines ne hoc faciant, tanq̃ cõdiat cor
eorũ ne sint fatui. Qui sunt in illa nocte duo A
in illo lecto, & duæ molentes in vnũ, & duo
in agro, de quib. omnib. binis singuli assumẽ
tur, & singuli relinquentur? Tria genera ho-
minum hic uidentur significari. Vnum eorũ
qui ociũ & quietẽ eligunt, neq; negociis se-
cularib. neq; negociis Ecclesiasticis occupa-
ti, q̃ illorũ quies lecti nomine significata est.
Alterum eorũ qui in plebib. cõstituti regun
tur a doctiorib. agentes ea quæ sunt huius se
culi: quos & fœminarũ nomine significauit
quia consilijs, ut dixi, peritorũ, regi eis expe
dit: & molentes dixit, ꝑꝑ tẽporalium nego-
ciorũ orbẽ atq; circuitũ: quas tñ in uno mo-
lentes dixit, inquantum de ipsis reb. & nego
cijs suis præbent usibus Ecclesiæ. Tertium
eorum qui operantur in Ecclesiæ ministerio
tanquã in agro dei: de qua agricultura Apo-
stolus loquitur, (Dei sumus adiutores, dei
agricultura, dei ædificatio estis.) In his ergo
tribus generibus bina sunt rursus genera ho 1. Co. 3.
minum in singulis, & pro robore suarũ uia-
rum discernuntur. Cum.n. omnes ad Eccle-
siæ membra pertinere uideantur, aduenĩẽte
tamen

tñ tentatione tribulationis, & ex illis q̃ sunt in ocio, & ex illis q̃ sunt in negociis seculi, & ex illis qui Deo ministrant in Ecclesia, ali qui ꝑmanent, aliqui cadunt. Qui ꝑmanent assumuntur, qui cadunt relinquuntur. Ergo vnus assumetur, & vnus relinquetur, nõ qua si de duob. hominib. dictum est, sed de duobus generib. affectionum, in singulis generi bus trium professionum. In illa ergo nocte dixit, in illa tribulatione. Ad ipsa tria gñа q̃ assumuntur, pertinere arbitror etiã tria illa nomina uirorum sanctorum, quos solos libe
Ezec. 14. randos Ezechiel propheta pronunciat, Noe,
Gene. 7. Daniel, & Iob. Vr̃.n. Noe ꝑtinere ad eos, per quos Ecclesia regit̃, sicut ꝑ illum in aq̃s arca gubernata est, q̃ figurã gestabat Ecclesię. Da-
Dani. 1. niel ãt qui elegit cœlibẽ uitã, ideſt nuptias terrenas cõtẽpsit, ut sicut dicit Apostolus, si-
1. Cor. 7. ne solicitudine uiueret, cogitans q̃ sunt dei, genus eorum significat q̃ sunt in ocio, sed tñ fortissimi in tentationibus, ut possint assu-
Iob. 1. mi. Iob ãt quia uxorẽ & filios habuit & am-
C plas terrenarum rerũ copias, ad illud genus ꝑtinet cui molendinum deputatum est. Sed tñ ut sint fortissimi in tentationib. sicut ille fuit, Nõ.n. aliter assumi potuerunt. Nec puto esse alia gñа hoĩum quib. cõstat Ecclesia, q̃ ista tria, habẽtia binas dr̃ias ꝑ ꝑ assumptionẽ & relictionem, quãuis in singulis multę stu diorum uoluntatumq; diuersitates ad cõcor diã tñ vnitatemq; cõcurrentes possunt inue niri. Quid est q̃ ad ſp orãdum & nõ deficien dum, & de iudice iniquo uoluit parabolã po nere: Qui cũ Deũ nõ timeret & hoĩem non reuereret, uiduæ tñ assiduis interpellationibus cessit, ut eã uindicaret, ne sibi ab illa tædiũ fieret? Nã hoc est qđ ait, ne ueniens sug-
Luc. 18. gillet me. Qm̃ parabolas dñs aut ſm similitu dinẽ aliquã ponit, sicut de seruo illo cui dñs
Mat. 18. dimisit qđ rõne reddita debere inuentus est,
Luc. 7. & ipse conseruo suo dilationem saltem dare
Luc. 15. noluit, & de fæneratore qui cum duob. debi torib. donasset qđ debebant, ab eo plus dilectus cui plus donauit, & de hoĩe q̃ habebat filios, maiorem in agro sibi propinquantem, minorem autem in lõginquo luxuriantem, & innumerabilia huiusmodi. De his.n. inquã tum similia sunt, ducitur intellectus eius rei cui adhibentur, ad mysterium insinuãdę aut
D requirendæ ueritatis. Aut ex ipsa dissimilitu dine aliq̃d ꝓbat, ueluti est illud, Qđ si fœnũ agri qđ hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quãto magis uos modicæ fidei? Ad hoc genus ꝑtinet etiam illud qđ de seruo ait, cui dominus denũciauerat ut a uil licatu remoueret̃: fraudẽ quippe ille fecit do mino suo, ut falsatis chirographis, debitorib. eius quantum cõmodum uisum est, relaxa ret. Neq; ullo mõ nos dominus ut sibi fraudẽ faciamus hortat̃: sed si q̃ fraudando sibi ꝓ uidit in posterum, laudatum eũ dicit a dño, quãto maiore alacritate sibi prouidere debẽt in æternã uitã, quib. ut iuste operentur iube tur de mãmona iniquitatis, qđ suo loco expositum est. Ad hoc genus ꝑtinet & ille, qui non ꝓ ꝓ amicitiã, sed vt tędio careret iã dor miens excitatur, ut tres panes cõmodet amico suo. Sicut.n. ille molestia cõpulsus dedit, quãto magis deus qui seruos suos diligẽs, ut petamus hortat̃, dabit bona petentib. se? Itaque illud superius genus his verbis adiungi ꝓt: sicut illud, ita & illud. Hoc ãt posteriꝰ his uerbis: si illud quãto magis illud: aut si nõ illud, quãto minus illud; sed alicubi obscure, alicubi apte ista ponũtur. Hic ergo iniquus iudex nõ ex similitudine, sed ex dissimilitudine adhibitus est: ut ostenderet dñs quanto certiores esse debeãt qui deũ ꝑseueranter ro gãt fontẽ iustitię atq; misericordiæ, uel si q̃d excellẽtius dici aut audiri põt, cum apud ini quissimũ iudicem usq; ad effectũ implendi desiderij valuerit ꝑseuerantia deprecantis. Ipsa vero vidua põt habere similitudinẽ Ecclesię, q̃ desolata vr̃ donec veniat dñs, qui tñ in secreto etiã nunc curã eius gerit. Si ãt mo uet cur electi Dei se uindicari deprecentur, qđ ẽt in Apocalypsi Ioannis de martyribus dr̃, cum apertissime moneamur, ut pro nr̃is inimicis & persecutorib. oremus, Intelligen dã est eam uindictam esse iustorum, ut oẽs mali pereant. Pereũt ãt duob. modis, aut cõuersione ad iustitiam, aut amissa ꝑ suppliciũ potestate qua nunc aduersus bonos quandiu hoc ipsum bonis expedit, uel temporaliter aliquid ualent. Itaq; etiã si omnes homines cõuerterentur ad Deum, inter quos sunt ẽt inimici pro quib. iubemur orare: diabolus tamen q̃ operatur in filiis diffidentiæ, remaneret in seculi fine dãnandus. Quem finẽ iu sti cum uenire desiderant, quãuis pro inimi

Right margin: Matt. 6 / Luc. 16. / Luc. 11. / Luc. 18. / E / Apoc. 6. / F

cis suis orent, tñ non absurde uindictam de-
46 siderare dñr. Hõ quidam nobilis abiit in re-
Luc. 19. gionem longinquam accipere sibi regnũ & reuerti. Ipse dñs noster Iesus Christus intelligitur. Regio longinqua, Ecclesia gentium vsq; ad fines terrę. Reuerti se tñ dicit. Abiit .n. ut plenitudo gentium intraret: reuertet, ut oĩs Israel saluus fiat. Per decem mnas, legem significat ꝑ ꝑ decalohum. Decem autẽ seruos, quib. sub illa positis gr̃a prędicata est. Sic .n. intelligendum est eis datas mnas ad usum, cum intellexerint eam ipsam legem remoto uelamine ad Euangelium pertinere. Ciues eius qui post eum miserunt legationẽ dicentes se nolle ut regnet sibi. Iudæi sunt ꝗ ẽt post resurrectionem eius miserunt persecutores Apostolis, & prædicationem Euangelii respuerunt. *Redit aũt accepto regno, quia in manifestissima & eminentissima claritate uenturus est, qui eis humilis apparuit, cum diceret, Regnum meum non est de hoc mundo. Quòd aũt serui reddentes rõnem, ex eo qđ acceperant lauant̃ q̃a lucrati sunt: significat eos bonã reddere rõnẽ ꝗ bene usi sunt eo qđ acceperunt ad augendas diuitias dñi per eos qui credunt in eum. Quodq ui facere nolũt, in illo significati sunt qui mnam suam in sudario seruauit: Sunt .n. hoĩes hac sibi ꝑuersitate blandientes ut dicant, Sufficit ut de se unusquisq; rõnẽ reddat. Quid opus est aliis ꝑdicare aut ministrare, ut ẽt de ipsis reddere rõnẽ quisq; cogat̃: cum apud dñm ẽt illi sint inexcusabiles quib. lex data nõ est, neq; audito Euangelio dormierunt: quia per creaturam poterant cognoscere creatorem, cuius inuisibilia a constitutione mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur? Hoc est .n. quasi metere ubi non seminauit, i. ẽt eos impietatis reos tenere, quibus uerbũ legis aut Euangelii nõ ministratum est. Hoc aũt ueluti periculũ iudicii deuitantes, pigro languore a uerbi ministratione conquiescũt & hoc est quasi in sudario ligare quod acceperunt. Mensam quò danda erat pecunia, ꝓfessionem ipsam religionis accipimus, quæ tanquam publice proponit̃ ad usum necessarium saluti. Quod aũt unus eorum qui bene usi sunt decẽ acquisiuit, & alter quinq; significat eos esse acquisitos in gregem dei, a quibus ipsa lex per gratiam intellecta est: siue quia decalogo continetur; siue q̃a ille ꝑ quẽ lata est, libros q̃nq; cõscripsit: ad hoc ꝑtinẽt & decem & quinq; ciuitates quib. eos ꝑponit. Multiplicatio .n. intelligẽtiæ in ipsa ueritate, q̃ de vnoquoq; ꝑcepto vel de vnoquoq; libro pullulat, ad unum redacta, quasi ciuitatẽ facit uiuentium rõnum æternarũ. Est .n. ciuitas nõ quorũlibet animantium, sed rõnalium multitudo, legis unius societate deuincta. Qđ aũt ab illo ꝗ vti noluit, aufert̃ qđ acceperat, & ei datur ꝗ decem habebat: significatur & illũ posse amittere munus dei ꝗ habens nõ habet, id est, nõ vtitur, & in eo augeri ꝗ habens habet: hoc est, bene utitur. Inimicos ergo suos quos iubet corã se interfici, significat impietatẽ Iudęorũ, ꝗ ad eum cõuerti noluerunt. Quid est qđ ait, Facilius est camelum ꝑ foramẽ acus trãsire q̃ diuitem intrare in regnum Dei? Diuitem hic appellat cupidũ rerum tpalium, & de talib. suꝑbientem. His diuitib. ɔ̃rij sunt pauperes spiritu, quorum est regnum cœlorum. Nã eo manifestatur oẽs cupidos, ẽt si facultatibus huius mundi careãt, ad hoc genus diuitum qđ est reprehensum ꝑtinere, ꝗ postea dixerunt qui audiebant, Et q̃s poterit saluus fieri? cum incõparabiliter maior turba sit pauperum: uidelicet intelligentes in eo numero deputari etiam illos ꝗ quãquã talia nõ habeant, tamẽ habendi cupiditate rapiuntur. Sensus est ãt, facilius Xp̃m pati pro dilectorib. seculi, q̃ dilectores seculi ad Xp̃m posse cõuerti. Cameli ãt noĩe se intelligi voluit quia humiliatus onera sustulit. In quo .n. manifestius intelligitur q̃ in ipso quod scriptum est, Quanto magnus es, humilia te in oĩbus. Per acum autẽ punctiones significat, ꝑ punctiones dolores in passione susceptos. Foramẽ ergo acus dicit angustias passionis. Qđ ãt ait, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sũt apud Deum: non ita accipiendum est, quòd cupidi & superbi, qui nomine illius diuitis significati sunt, in regnum cœlorum sint intraturi cum suis cupiditatibus & superbia: sed possibile est Deo, ut per uerbum eius, sicut & iam factum esse, & etiam quotidie fieri uidemus, a cupiditate temporaliũ ad charitatem æternorũ, & a perniciosa superbia ad humilitatem saluberrimam conuertantur. Possumus appropinquantib. ad Hiericho sic intel-

Margin notes (left column): *Rom. 11.* (beside "n. ut plenitudo gentium"); *a. l. rediit* (beside "gelii respuerunt"); *Ioan. 18.* (beside "ex eo qđ acceperant"); G (beside "dñi per eos qui credunt"); *Rom. 1.* (beside "Hoc est .n. quasi metere"); H (beside "ficat eos esse acquisitos").

Margin notes (right column): *Quid sit ciuitas.* (beside "uitas nõ quorũlibet"); 47 *Luc. 18.* (beside "ti noluerunt. Quid est"); *Matt. 5.* (beside "tem. His diuitib."); I (beside "audiebant, Et q̃s poterit"); *Ecclesiastici. 3.* (beside "gnus es, humilia te"); K (beside "humilitatem saluberrimam").

48 intelligere,vt iā inde egresſi,prope tamē ad
Luc. 18. huc essent ad eā ciuitatē:quod quidē minus
vsitate dr̄,sed tñ videri posſit hoc dictū, qm̄
Mat. 20. Matthæus egredientibus eis ab Hierico dicit
illuminatos duos cæcos, qui iuxta viā sede-
bant.De numero quippe nulla esset qō,si al-
Marc. 10 ter Euangelistarū,de vno tacuisset vnius re-
miniscens. Nā ēt Marcus unū cōmemorat,
cum & ipsis egredientibus eis ab Hierico di-
cat illuminatum,cuius & nomen dixit & pa-
trē:vt intelligamus eū fuisse notisſimum,al-
terum ignotum, vt merito ille notus ēt so-
lus decenter cōmemoraretur. Sed qm̄ q̃ cō-
sequuntur in Euangelio ſm Lucam apertis-
ſimè ostendunt illud quod ipse narrat adhuc
venientibus eis Hiericho factū esse, nihil a-
liud restat intelligere nisi bis esse factū hoc
miraculum,semel in vno cęco dū adhuc ve-
niret in illam ciuitatem, & iterum in duob.
cum inde egrederetur,vt illud vnum Lucas,
illud alterū Matthęus enarraret.Neq; hoc si-
ne aliquo sacro. Si.n.Hiericho lunam & ob
L hoc mortalitatem interpraetatur,morti pro-
pinquans dn̄s, Iudæis solis lumen Euangelij
iusserat p̄dicari, quod significauit ille vnus
cæcus quem Lucas cōmemorat. A morte āt
resurgens atq; discedens,& Iudæis & genti-
bus,quos duos populos significare videntur
duo cæci cōmemorati à Matthæo. Templū
in Euangelio ipsum deum hominē factum
intelliges,vel ēt adiuncto corpore eius quod
Ioan. 2. est Ecclesia.Secundum aūt illud quod est ca-
put Ecclesiæ dictū est, Soluite tēplū hoc, &
in triduo suscitabo illud. Secundum id vero
Mat. 21. ꝙ ēt adiūcta Ecclesia intelligitur templum,
Esa. 56. vr̄ dixisse, Auferte ista hinc: scriptum est .n.
Marc. 11 Domus mea domus orationis vocabitur,
Hier. 7. vos aūt fecistis eam domum negotiationis
Ioan. 2. vel speluncam latronum.Significauit.n. fu-
turos in Ecclesia,qui sua negocia potius age-
rent, vel receptaculum ibi haberent ad oc-
cultanda scelera sua, q̃ vt charitatem Chri-
sti sequerentur, & peccatorum confessione
accepta venia corrigerentur. Ad illud quod
49 dixit,Non.n.vltra incipiunt mori: dicendū,
Luc. 20. quia cōnubia ꝓꝑ filios,filij ꝓꝑ successionē,
successio ꝓꝑ mortē.Vbi ergo mors non est,
neq; connubia. Sicut.n. nunc sermo nr̄ de-
scendentib.& succedētibus syllabis peragit̄
atq; ꝑficitur:ita & ipsi hoīes quorum sermo
est,decedendo at succedēdo peragunt atque M
perficiūt ordinē huius seculi,q̃ tpaliū rerum
pulchritudine cōtexitur. In illa aūt vita qñ
verbū dei est quo fruemur,nulla decesſione
& successione syllabarū cōplet̄,sed oīa quæ
hēt sem ꝑ manendo simul hēt:ita participes
eius,quibus ipsum solū erit vita,neq; moriē-
do sibi decedent,neq; nascendo succedent.
Quod dixit dn̄s discipulis,Orate ne intre- 50
tis in tentationem, & ipse auulsus est ab eis Luc. 22.
quantum iactus est lapidis:tanq̄ hoc eos ad-
monuerit, vt in eum dirigerent lapidem, id
est, vsq; ad eum perducerent intentionē le-
gis quę scripta erat in lapide: vsq; ad illum Deut. 9.
.n. potest peruenire ille lapis: qm̄ finis legis Rom. 10.
est Christus ad iustitiam omni credenti. 51
Quod scriptum est de dn̄o,Finxit se lon- Luc. 24.
gius ire nō ad mendaciū ꝑtinet.Non.n.om-
ne quod fingimus mēdaciū est,sed qn̄ id fin-
gimus quod nihil significat,tunc est menda-
ciū. Cū aūt fictio nostra refertur ad aliquam
significationē,non est mendaciū, sed aliqua
figura veritatis. Alioquin oīa quę à sapien- A
tibus & sanctis viris, vel ēt ab ipso domino
figurate dicta sunt mendacia deputabuntur,
quia ſm usitatum intellectum non subsistit
veritas in talibus dictis. Non. n. qui habuit
duos filios,quorum iunior accepta parte pa- Luc. 15.
trimonj sui profectus est in regionē longin
quam, & cætera quæ in illa narratione conte
xuntur, ita dicuntur tanquā vere fuerit quis
quā homo qui hoc in filijs suis duobus aut
passus sit,aut fecerit. Ficta sunt ergo ista ad
rem quandā significandā, tam longe lateq;
maiorem,& tam incomparabiliter differen-
tem,vt per illum fictum hominem deus ve-
rus intelligatur. Sicut autē dicta:ita ēt facta
finguntur sine mendacio ad aliquā rem si-
gnificandam. Vnde est etiam illud eiusdem Mat. 21.
domini, ꝙ in fici arbore quæsiuit fructum
eo tempore quo illa poma nondum essent.
Non.n. dubium est illam inquisitionem nō
fuisse veram: quis enim hominum sciret,
si non diuinitate,illo tempore poma illam ar
borem non habere. Fictio igitur quæ ad ali-
quam veritatem refertur, figura est: quæ
non refertur,mendacium est. Quid ergo si- Luc. 24.
gnificat quòd se ire longius dominus fin- B
xit, cum comitaretur discipulis, exponens
eis sanctas scripturas, vtrum ipse esset,

ignorantibus? Quid putamus, niſi quia ho-
ſpitalitatis officio ad ſuam cognitionem ꝑ-
uenire poſſe homines intimauit, vt cū lon-
gius ipſe ab hominib. abſceſſerit ſuper oēs
cęlos, tñ ita cum eis ſit qui hæc exhibent ſer
uis eius, vt cum dicere cœperint, Dñe qñ
te vidimus hoſpitem & adduximus, tanquā
eum.ſ.qui longe abſceſſerat, Rñdeat ille, Cū
vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.
Mat.25. Tenet ergo Xp̄m ne longius ab illo eat, qſ-
Gal.6. quis catethizatus verbo, in oīb.bonis ei qui
ſe catechizat cōicat, ſicut Apoſt. dicit, Cōi-
cet qui catechizaṫ verbo ei q̄ ſe catechizat
in oīb.bonis. Et alio loco cum dixiſſet, Ne-
Rom.12. ceſſitatib.ſanctorum cōicantes: ſtatim ſubie
cit, hoſpitalitatem ſectantes. Et iſti.n.cate-
chizati erant verbo cnm eis exponeret ſcri-
pturas. Et qa hoſpitalitatem ſectati ſunt, eū
quem in ipſa expoſitione ſcripturarum non
cognouerūt, in panis fractione cognoſcūt.
Non.n.auditores legis iuſti ſunt apud deū,
ſed factores legis iuſtificabunṫ. Quod dñm
Rom.2. in paſſione exuerunt veſte ꝓpria, & indue-
C runt fucata, ſignati ſunt hi hæretici q eū di
cunt non verū corpus habuiſſe ſed fictum.

Quæſtionum Euangeliorum, libri ſecundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOpi Liber Quæſtionum Euangelicarum, ſecundum Matthæum.

D
1
Mat.2.



Vod dictum eſt, occiſos infan
tes a bimatu & infra: ſignifica
tum eſt, humiles habentes ge
minam charitatem, tanq̄ par
uulos bimos poſſe mori pro
Chriſto. Quod dico vobis in tenebris, i. quū
adhuc in timore carnali eſtis, quia in tene-
2 *Mat.10.* bris eſt timor, dicite in lumine: hoc eſt in fi-
ducia veritatis, accepto ſpiritu ſancto. Et qđ
in aure auditis, prędicate ſuper tecta. i. quod
in ſecreto auditis, calcato carnis domicilio
3 prædicate. Nolite arbitrari quia uenerim pa
Mat.10. cem mittere in terram, Non veni pacē mit-
tere ſed gladium: Veni .n. ſeparare hominē
aduerſum patrem ſuum. Quia renunciat qs
diabolo qui fuit pater eius. Et filiam aduer-
ſus matrem ſuam: Plebem dei aduerſus mū
danam ciuitatem, hoc eſt, aduerſus ꝑnicio-
ſam generis humani ſocietatem, quam nūc
Babylonia, nunc Aegypto, nunc Sodoma,
nunc aliis atq; aliis nominib. ſcriptura ſigni
ficat. Nurum aduerſus ſocrum, Eccleſiā ad-
uerſus ſynagogam, quæ ſm̄ carnem Chriſtū
peperit ſponſum Eccleſiæ. Diuiduntur autē E
gladio ſpiritus, qđ eſt uerbum dei: & inimi-
ci hominis domeſtici eius: cum quib. antea
conſuetudine implicatus erat. Quod autem 4
deſcendens de monte poſteaq̄ pręcepta illic *Mat.8.*
diſcipulis & multitudini dedit, leproſum
ſtatim extendens manum ſuam curat, ſigni
ficat eos qui de illis implendis dubitant ſuo
auxilio ab hmōi uarietate mundari. Quod
dñs dixit Scribæ qui eum ſequi uoluit, Vul- 5
pes foueas habent & uolucres cœli taberna *Mat.8.*
cula, filius aūt hominis non hēt ubi caput
ſuum reclinet. Intelligitur miraculo dñi cō
motus ꝑ ꝑ inanem iactantiam eum ſeq uo-
luiſſe, q̄ ſignificant aues. Finxiſſe aūt diſcipu
li obſequium, q̄ fictio uulpium, noīe ſigni-
ficata eſt. Reclinatione uero capitis humili-
tatem ſuam ſignificauit, quæ in illo ſimula-
tore ac ſuperbo non hēbat locum. Dimitte
mortuos ſepelire mortuos ſuos. Mortuos 6
hic non credentes dixit, Mortuos aūt ſuos, *Mat.8.*
q nihilominus ſine fide de corpore exirent.
Excutite puluerem de pedib. veſtris. Aut 7
ad conteſtationem laboris terreni quem pro *Mat.10.*
illis inaniter ſuſcepiſſent, aut ut oſtenderet F
vſq; adeo ſe ab ipſis nihil terrenū q̄rere, ut
ēt puluerē de terra eorū ſibi non paterentur
adhærere. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpē-
tes: Ad cauendū malū in capite cuſtodiēdo, 8
qđ eſt Xp̄s. Nam ſerpens totū corpus pro ca *Ibidem.*
pite obiicit perſequenti. Vel q ꝑ anguſtias
ſe coarctans ueteri tunica exutus innouet. *Serpētis natura.*
Qđ imitantur quib. dictum eſt, Intrate per *Mat.7.*
anguſtam portam cum uetere hoīe exuun-
tur. Nā ſi cauendum malū ita moneret, ut *Mat.10.*
violēter reſiſtendū eſſet malis, non ſupra di
xiſſet, Mitto uos ſicut oues in medio lupo-
rū. Simplices aūt ſicut columbas eſſe uoluit
ad nulli nocendū. Nā hoc genus auis nullū *Colūbæ*
oīno animalium necat, non ſolum grandiū *natura.*
contra q̄ uires non habet, ſed ēt minutiſſi-
morum,

morũ,quib.ẽt ꝑ parui passeres alunť,Est aũt
omnib.irrationalib.animantib.vna quædam
inter se societas,sicut ẽt rõnalib.sua.i.homi-
nib.non solum secũ,sed ẽt cum angelis. Di-
scunt ergo ex similitudine columbarũ nulli
prorsus nocere ad societatẽ suam pertinenti
Mat.11. participatione rationis. Confiteor tibi domi
G ne pater cœli & terræ.Notandum confessio
nem poni in laudem dei.Non.n.peccata dñs
confitebatur, q̃ nulla habebat, præsertim q̃a
eum exultantẽ hoc dixisse alius Euangelista
cõmemorat,quanq̃ & uerba ipsa q̃ dicit non
habeant dubitationẽ,ꝙ in laudem dei dican
tur. Ergo confessionẽ uocat scriptura gene-
raliter *quicquid* manifeste, sicut cernitur,e-
nunciatur.Nam & illud quod ait,Si quis me
confessus fuerat corã omnib. confitebor &
Mat.10. ego eum corã patre meo : uel sicut alibi est,
corã angelis dei: Non utiq; peccata confite-
tur qui Christũ confitetur. Quod si propter-
Luc.12. ea putant aliqui confessionem uocari, quia
ꝓ crimine obiiciebatur Christi nomẽ tꝑe
persecutionis: nunquid ita etiam Chr̃s corã
patre uel corã angelis eius hominẽ qui se cõ
fessus fuerit confitetur? Est etiã in Ecclesia-
stico ita positũ.Et hæc dicetis in confessione
opera dñi vniuersa q̃m bona ualde. Quo iu
loco indubitanter dei laudes exaggerantur.
Ecclesiastici. 39. Hęc dicta sunt ꝑ ꝑ imperitiã fratrũ,qui cum
legente lectore audiunt hoc uerbum pecto-
ra statim tundunt,non attendentes quo loco
dicatur, quasi non possit nisi peccatorũ esse
confessio. Notandum de eo quod illicite fa-
ctum uidebatur Iudæis, ꝙ discipuli sabbato
spicas euulsissent,unum exẽplum datum re-
10 giæ potestatis de Dauid,alterũ sacerdotalis,
Mat.12. de iis qui ministerium tẽpli sabbatũ uiolant,
ut multo minus ad ipsum euulsarum sabba-
H to spicarũ crimen ꝑtineat, q̃ uerus rex & ue
rus sacerdos est,& iõ dñs sabbati. Cum autẽ
dormirent homines, uenit inimicus eius &
suꝑseminauit zizania in medio tritici, & ab
ijt.Cũ negligentius agerent ꝑpositi Ecclesiæ
aut cum dormitionẽ mortis acciperent Apo
11 stoli, uenit diabolus & superseminauit eos
Mat.13. quos malos filios dñs interpretať. Sed recte
quæritur,utrũ hæretici sint,aut male uiuen-
tes Cathholici?Possunt.n.dici filii mali ẽt hę
retici, q̃a ex eodẽ Euangelii semine & Chri
sti,nomine ꝓcreati,prauis opini onib.ad fal
sa dogmata conuertuntur.Sed ꝙ dicit eos in
medio tritici seminatos,quasi uidentur illi si
gnificari q̃ unius cõmunionis sunt.Veruntñ
q̃m dominus agrũ ipsum,nõ Ecclesiam, sed
hunc mundũ interpretatus est, bene intelli-
gunť hæretici:q̃a non societate vnius Eccle-
siæ nel unius fidei, sed societate solius nomi
nis Christiani in hoc mundo permiscenť bo
nis: at illi qui in eadẽ fide mali sunt palea po
tius q̃ zizania deputantur:quia palea ẽt fun- I
damentum ipsum habet cum frumento,radi *Mat.13.*
cemq; cõmunem. In illa planè sagena,qua
cõcludunť & mali & boni pisces, nõ absur-
de mali Catholici intelliguntur.Aliud est.n.
mare, quod magis mundũ istum significat:
aliud sagena, quæ unius fidei, uel unius Ec-
clesiæ cõmunionem vr̃ ostendere. Inter hæ-
reticos & malos catholicos hoc interest, q̃d
hæretici falsa credunt,illi autem uera credẽ-
tes non uiuunt ita ut credunt.Solet ãt ẽt quę
ri,schismatici q̃d ab hæreticis distent,& hoc *Quid differant ab hæreticis schismatici.*
inueniri, ꝙ schismaticos nõ fides diuersa fa-
ciat,sed cõmunionis dirupta societas. Sed ut
rum inter zizania numerandi sint, dubitari
põt.Magis ãt uidentur spicis corruptis esse si
milioris,sicut scriptũ est. Vento ãt corrũpeť
filius iniquus:uel paleis aristarum fractis uel
scissis & de segete abruptis. Quo.n.altiores,
.i.superbiores,eo fragiliores leuioresq; sũt.
Nec tñ consequens est, ut oĩs hæreticus uel
schismaticus corporaliter ab Ecclesia separe
tur.Si.n.falsa de deo credit,uel de aliqua par
te doctrinæ quæ ad fidei pertinet ædificatio-
nẽ,ita ut nõ q̃rentis cunctatione*tentatus sit
sed incõcusse credẽtis,nec oĩno scientis opi
nione atq; errore discordas, hæreticus est & K
fores est animo,quãuis corporaliter intus ui *a.l. tẽperatus.*
deať.Multos.n.tales portat Ecclesia, quia nõ
ita defendunt falsitatẽ sententię suę,ut inten
tã multitudinẽ faciãt,q̃d,si fecerint,tũc pel-
lantur.Item quicunq; inuident bonis, ita ut
q̃rant occasiones excludendi eos, aut degra-
dandi : uel crimina sua sic defendere parati
sunt, si obiecta uel prodita fuerint, ut ẽt con
uenticulorum segregationes,uel Ecclesiæ ꝑ
turbationes cogitent excitare,iam schismati
ci sunt,& ab unitate corde discissi, etiã si nõ
inuẽtis occasionib.,aut occultatis factis suis
sacramento Ecclesiæ corporali conuersatio-
ne socientur. Quaꝑꝑ illi soli catholici mali

recte deputantur, qui quanuis uera credant, quę ad uerã fidei doctrinã pertinent, & si q̃d forte nesciunt, q̃rendum existiment, & salua pietate discutiant sine aliquo præiudicio ipsius ueritatis, & bonos, uel quos bonos putãt ament atq; honorent quantũ pñt, tñ flagitiose atque facinorose uiuunt ꝯ q̃ uiuendũ esse credunt. Tales.n.ẽt si ꝓdantur aut accusentẽ, ꝓ disciplina Ecclesiæ salutis q; suæ cã corre
L pti, uel a cõione suspensi, nullo mõ sibi recedendum esse a cõione catholicæ fidei existimant, qũocunq; permissi fuerint satisfactionis q̃rentes locũ: & aliqñ per pœnitentiã in frumenta mutantur, siue correpti, siue remoti, siue ẽt uerbo dei nullo nominatim accusante aut increpante perterriti. Aliqñ autem ẽt sub nomine pœnitentiũ ita uiuunt ut solent, aut nõ multo minus, quidã ẽt amplius, nullo mõ tñ a catholica unitate discedunt. Quib. ita uiuentib. si mors obrepserit, paleæ deputantur usq; in finẽ. Hoc ẽt ipsi credunt. Nã si aliter credunt & inconcusse tenent, iã inter hæreticos numerandi sunt: putantes oĩbus deum, ẽt in magna iniquitate vsq; in finæ uitæ perseuerantib. tñ quia Ecclesiæ unitatẽ non syncera dilectione, nisi ut bene uiuerẽt, sed magis pœnarũ timore tenuerunt, ueniã daturum. Isti ergo nõ hoc credunt, uel non firmiter opinantur, & si adhuc forsitan q̃runt. Sed magis eos decipit spes dilationis, dum se diutius uicturos putant, & perditos mores aliqñ in meliꝰ mutaturos. Cõtra quos dicitur, Ne tardes cõuerti ad deũ, neq; differas de die in diẽ: Subito.n. ueniet ira eius, & in tpe uindictæ disperdet te: Illi.n. cõuertun-
Ecclesiastes. 5.
tur qui recte uiuere incipiunt: hoc est.n. ad deum redire. Qui ãt cõcupiscentias suas ꝑse-
M ueranter sequuntur, dorsum quodammõ habent ad deũ, quanuis in unitate cõstituti sæpe illũ retorto collo conentur aspicere. Ergo & isti, vt ait Propheta, caro sunt & spiritus ambulans & nõ reuertens. Sed tñ ut dictum est, ꝑꝑ eandẽ fidẽ atq; unitatem Ecclesiæ, ne
Psal. 77. que inter zizania, qm̃ illa extra radicata sunt neq; inter aristarum paleã quæ se etiam frumẽtis audet aspera dissensione, & fragili elatione superimponere, sed quãuis subiectam frumentis, tamen inter paleam quæ ultima ventilatione separanda est numerantur. Boni autem catholici sunt, q & fidem integram sequuntur & mores bonos. Qđ aũt ad fidei doctrinã pertinet, ita quærunt si quid quærẽdũ habent, vt absit cõcertatio periculosa, vel quærenti, vel ei cum quo quęritur, vel ei qui differentes audiunt. Ita ãt docent si quid docendũ habent, vt uisitata & confirmata securissime & fidẽtissime & lenissime vt possunt insinuent. Inusitata uero ẽt si veritatis manifestatione liquidissima perceperunt, quærẽdi potius q̃ præcipiendi aut affirmandi mõ,
A ꝑꝑ audientis infirmitatem. Si aũt tm̃ habet pondus aliquod uerum, vt uires discentis excedat: suspendendũ est vt extendat crescentem, non imponendũ vt obterat paruulũ. Inde est.n. illud dñi, Sed filius hominis cum uenerit putas inueniet fidem in terra? Aliqñ ãt & occultandum est, sed cũ spe hortatoria, vt non faciat desperatio frigidiores, sed desideriũ capaciores. Inde est illud eiusdem domi- *Luc. 18.*
ni, Multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare mõ. Quod ergo ad mores pertinet, hoc bene, & bř dicitur: aut cõfligendum est cum amore temporalium bonorum, vt non vincatur: aut etiã edomitus subditusq; esse debet, ut cũ surgere cœperit, facile reprimatur *Ioan. 16.*
aut: ita extinctus, vt se oĩno nulla parte commoueat. Ex quo fit vt ẽt ipsam mortẽ ꝑꝑ ueritatẽ alij fortiter obeant, alii æquanimiter, alii libenter. Quæ tria ẽt genera fructus sunt fertilis terræ, triceni & sexageni & centeni. In horũ aliquo gñe inueniendus est tẽpore mortis suæ, si quis de hac uita recte cogitat emigrare. Toleranda sunt ãt non solũ zizania usq; ad messem: quæ cũ diabolus aspersis prauis errorib. falsisq; opinionib. superseminasset, hoc est, ꝓcedente nomine Christi hęreses superiecisset, magis ipse latuit atq; oc- B
cultissimus factus est, hoc est.n. & abijt: sed ẽt palea vsq; ad uentilationem. Nec probaẽ fortius grauitas frumentorũ, nisi paleæ ꝑturbationib. quas qui cõprimere nõ potuerit ueritate defensa, cesserit unitate seruata. Quanquam in hac parabola dominus sicut in eius expositione conclusit, non quædam, sed oĩa scandala, & eos qui faciunt iniquitatem zizaniorum nomine significasse intelligitur. Cũ 12
autem creuisse herba, & fructũ fecisset, tunc *1. Co. 2.*
apparuerunt & zizania. Cum enim spirita- *Mat. 13.*
les hõ esse cœperit diiudicans oĩa tunc ei errores incipiunt apparere. Serui autem dixerunt

rūt ei,uis imus & colligimus ea? Vtrū & ip
si sint serui quos paulopost messores appel-
lat?an qa in expositione parabolæ messores
dixit esse angelos nec q̄squā facile dicere au
sus fuit angelos nescisse qa zizania superse
C minauerit,& ea tūc apparuisse angelis cum
herba fructū fecisset:magis oportet intelligi
hoīes ipsos fideles seruorum noīe hoc loco
significatos,quos ēt bonū semē dicit? Nec
mirū si & bonū semen ipsi dicūtur, & serui
patris familias:sicut & de se ait ꝙ ipse sit ia-
Ioā.10. nua,& ꝙ ipse sit pastor.Ex diuersis.n.signifi
cationibus una res ēt plures & diuersas simi
litudines recipit:ꝑsertim qa cū ad seruos lo
queret̄ nō ait,In tp̄e messis dicā uobis,Col
ligite primū zizania:sed dicā, inquit messo
rib.Vnde intelligitur colligēdorū zizanio-
rum ad cōburendū alia esse ministeria,nec
quēquā Ecclesiæ filiū debere arbitrari ad se
hoc officiū ꝑtinere.Cū igitur esse q̄sq; spi-
ritalis cœperit,cognoscit errores hæretico-
rū,& omnino dijudicat atq; discernit,quic
qd audierit aut legerit abhorrere à regula
ueritatis: sed donec q̄s in eisdē spiritalibus
ꝓficiat̄, & quodāmodo maturescat in fru-
ctū quē herba dedit, p̄t eum mouere,quare
sub nomine Christiano tā multæ hęretico-
rū extiterunt falsitates, Inde ēt est qđ serui
dicunt,Nōne bonū semē seminasti in agro
tuo?unde ergo habet zizania?Deinde cū co
gnouerit hāc excogitasse fraudē diabolum,
D cū cōtra tāti nominis authoritatē nihil se va
lere sentiret,ut fallacias suas eodē nomine
obtegeret, p̄t ei suboriri uolūtas,ut tales ho
mines de rebus humanis auferat,si aliquā tē
poris habeat facultatē:sed utrū facere dēat,
iustitiā dei cōsulit, utrū hoc ei ꝑcipiat, uel
ꝑmittat,& hoc officiū esse hominum uelit.
Hinc ē ꝙ serui dn̄t,Vis imus & colligimus
ea*Quibus ueritas ipsa respōdet,Nō ita ho
minē cōstitutū esse in hac uita,ut certus es-
se possit qualis q̄sq; futurus sit postea,cuius
in ꝑsētia cernit errorē:vel qd ēt error eius
cōferat ad ꝓfectū bonorū,nō esse tales aufe
rendos de hac uita, nec cū malos conat̄ in-
terficere,bonos interficiat, qđ forte futuri
sūt:aut bonis obsit q̄bus & inuiti forte uti-
les sūt:sed tūc opportune fieri,cum iā in fi-
ne nō restat uel tēpus cōmutādæ uitæ, uel
ꝓficiendi ad ueritatē ex occasione atq; cō-

a.l. Quibus,quia ueritas ipsa respondit.

paratione alieni erroris. Tunc āt hoc nō ab
hoīb. sed ab angelis fieri. Inde est qđ rn̄det
paterfamilias, Nō, ne forte colligētes ziza-
nia,eradicetis simul & triticum : sed in tp̄e
messis dicā messoribus &c. Atq; hoc modo
eos patiētissimos & trāquillissimos reddidit.
Quæri autem pōt ait, Alligate fasciculos ad E
cōburendū:cur nō vnū fascē, aut non vnū
aceruū zizaniorū fieri dixit? Nisi forte ꝑ ꝑ
varietatē hęreticorū,& nō solū a tritico, ve
rūetiā a seipsis discrepātiū, ipsa vniuscuius
que hæreseos ꝓpria cōuenticula, in q̄b. sin
gulatim sua cōione deuincti sunt, noīe fa-
sciculorū designauit,Vt iā tunc incipiāt al-
ligari ad cōburēdū,cū a catholica cōione se
gregati,suas ꝓprias quasi Ecclesias hr̄e cœ-
perint : vt combustio earū sit in fine seculi
* modo alligatio fasciculorū.Sed si ita esset, *a.l.non*
nō iā multi resipiscendo,& in catholica re-
meando ab errore desciscerent. Quaꝓpter
& alligatio fasciculorū in fine futura est, ut
nō confuse, sed ꝓ modo ꝑuersitatis suæ v-
niuscuiusq; erroris ꝑtinacia puniatur. Ne
forte colligētes zizania eradicetis simul &
triticū.Vtrū qa ēt boni cum adhuc infirmi
sūt,opus hn̄t in q̄busdā malorū ꝑmixtione
siue ut ꝑ eos exerceant̄,siue ut eorū cōpara
tione magna illis exhortatio fiat ut nitātur
ad meli⁹, q̄b.sublatis altitudo charitatis qua
si euulsa marcescat,qđ est eradicari? Nā sic *Ephe.3.*
ait Apostolus,Vt in charitate radicati & fū- *Cole.2.*
dati possitis cōprehēdere.An forte ideo si- F
mul eradicat̄ triticū cū auferunt̄ zizania, q
a multi primo zizania sūt, & postea triticū
fiūt?Qui nisi sapiēter cū mali sūt tolerent̄,
ad laudabilē mutationē nō ꝑueniūt;itaq; si
euulsi fuerint,simul eradicabit̄ & triticū qđ
futuri eset̄,si eis parceret̄. Simile est regnū 13
cęlorū hōi negotiatori q̄rēti bonas margari *Mat.13.*
tas,Inuēta āt una ꝑciosa margarita, abijt &
vendidit oīa q̄ habuit & emit eā. Quæstio
est,cur à numero plurali ad singularē trāsie
rit,ut cū q̄rat homo bonas margaritas, unā
inueniat preciosam,quā uēditis omnibus q̄
habet,emat.Aut ergo negociator iste bonos
homines q̄rens,cū quibus utiliter uiuat, in-
uenit unū prę omnibus sine peccato,media
torē dei & hominū hominē Christū Iesū.
Aut præcepta iustitiæ quærens, quibus ser-
uatis cū hominibus recte cōuersat̄, inuenit

Rom.13. dilectionē proximi, in quo vno dicit Apo-
Exo.20. ſtolus omnia contineri: Vt nō occides, non
mœchaberis, non furaberis, non falſum te-
ſtimonium dices, & ſi qđ eſt aliud mādatū,
ſingulæ.n.margaritæ ſint, q̄ in hoc ſermone
recapitulant̄, Diliges ꝓximum tuum tanq̄
teipſum. Aut bonos ītellectus hō q̄rit, & in-
Ioan.1. uenit vnum illum quo cuncti continent̄, In
G principio erat verbū, & uerbum erat apud
deum. Eſt.n.verbum dn̄i lucidum candore
veritatis, & ſolidū firmitate æternitatis, &
vndiq; ſui ſimile pulchritudine diuinitatis,
qui deus penetrata carnis teſtudine intelli-
gendus eſt. Ille.n.ad margaritam ipſam iam
ꝑuenerat, q̄ in tegumētis mortalitatis, quaſi
cōcharum obſtaculo, inter profunda huius
ſeculi, atq; inter duritias ſaxeas Iudæorum
aliqn̄ latuerat. Ille ergo ad ipſam margaritā
2.Cor.5. iam ꝑuenerat, qui ait, Et ſi noueramus Chri
ſtum ſ̄m carnē, ſed nūc iam non nouimus:
Nec vllus oīno intellectus margaritæ noīe
dignus eſt, niſi ad quē diſcuſſis oīb. carnali-
bus tegminib. ꝑuenit̄, q̄b. ſiue per verba hu
mana, ſiue ꝑ ſimilitudines circūpoſitas ope
ritur, ut purus & ſolidus, & nuſq̄ a ſe diſſo-
nans, certa rōne cernebat̄. Quos tn̄ oēs ve-
ros & firmos & ꝑfectos intellectus vnus il-
le continet, ꝑ quē facta ſunt oīa, qđ eſt ver-
bū dei. Quodlibet aūt horum trium ſit, uel
ſi aliq̄d aliud occurrere potuerit, qđ marga
ritæ unius & ꝑcioſę noīe bene ſignificetur,
H ꝑcium eius eſt, noſipſi: qui ad eam poſſiden
dam non ſumus liberi, niſi oīb. pro noſtra li
beratione contemptis, q̄ tꝑaliter poſſident̄:
vēditis.n.reb. noſtris, nullum earum maius
accipimus precium, q̄ noſipſos, q̄a talib. im-
plicati noſtri nō eramus, Vt rurſus noſipſos
pro illa margarita demus, nō q̄a tanti valea-
14 mus, ſed q̄a plus dare non poſſumus. Et ocu
Mat.13. los ſuos clauſerunt ne qn̄ oculis videant, i.
ipſi cā fuerunt, ut deus eis oculos clauderet.
Alius.n. Euangeliſta dicit, Excæcauit oculos
Ioan.12. eorum. Sed vtrum vt nunquā videant quæ
rendum: an uero ne uel ſic aliqn̄ uideant, cæ
citate ſua ſibi diſplicentes, & ſe dolentes, &
ex hoc humiliati atq; commoti ad confiten
da peccata ſua, & pie quærendum dn̄m, Sic
Mar.1. .n. Marcus hoc dicit, Neqn̄ conuertantur &
dimittantur eis peccata, ubi intelligunt̄ pec
catis ſuis meruiſſe, ut non intelligerent: &
tn̄ hoc ipſum miſericorditer eis factum, ut
peccata ſua cognoſcerent, & cōuerſi ueniā
mererent̄. Quòd aūt Ioannes hunc locū ita
dicit, Propterea non poterant credere, quia Ioan.12.
iterum dixit Eſaias, Ex cæcauit oculos eorū, Eſa.6.
& indurauit cor eorum, ut non uideant ocu
lis, & intelligant corde, & conuertant̄ & ſa-
nem eos. Aduerſari v̄r huic ſn̄iæ, & oīno co I
gere, ut qđ hic dictum eſt, ne qn̄ oculis ui-
deant: nō accipiat̄ ne uel ſic aliqn̄, oculis vi
deant, ſed prorſus ut non uideant. Qn̄quidē
aꝑte ita dicit, ut oculis non uideant. Et qđ
ait, Propterea non poterāt credere: ſatis oſtē
dit non iō factam illam excęcationem, vt ea
commoti & dolentes ſe non intelligere, cō-
uerterent̄ aliqn̄ per pęnitentiam. Non enim
poſſent hoc facere niſi prius crederēt, ut cre
dendo conuerterent̄, conuerſione ſanarent̄,
ſanitate intelligerent. Sed iō potius excæca-
tos, ut non crederent. Dicit.n. apertiſſime,
Propterea non poterant credere. Qđ ſi ita
eſt, q̄s non exurgat in defenſionem Iudæo-
rum, ut eos extra culpam fuiſſe proclamet,
ꝙ non crediderunt? Propterea.n. non pote-
rant credere, q̄a excæcauit oculos eorū. Sed
qm̄ potius deus extra culpā dēt intelligi, co
gimur fateri aliis q̄buſdam peccatis ita eos
excæcari meruiſſe, qua tn̄ excæcatione non
potuerūt credere. Verba.n. Ioannis iſta ſunt,
Propterea non poterant credere, quia iterū K
dixit Eſaias, Excæcauit oculos eorū. Fruſtra
itaq; conamur intelligere, iō fuiſſe cæcatos,
ut non conuerterentur, cum iō conuerti nō
poteran t, q̄a non credebant: & ideo credere
non poterant, quia excæcati erant. An forte
non abſurde dicimus, quoſdam Iudæorum
fuiſſe ſanabiles: ſed tanto tn̄ ſuꝑbię tumore
periclitatos, ut eis expedierit primo nō cre-
dere: & ad hoc fuiſſe cæcatos, ut non intelli-
gerent dn̄m loquentem ꝑ parabolas, quibus
non intellectis, non in eum crederent, non
credentes aūt cū cęteris deſperatis crucifige
rent eum: atq; ita poſt eius reſurrectionē re-
uertent̄, qn̄ iam de reatu mortis dn̄i amplius
humilitati uehementius diligerēt a quo ſibi
tm̄ ſcelus dimiſſum eſſe gauderent. Qm̄ tan
ta erat eorum ſuperbia ut tali humiliatione
eſſet deiicienda. Qđ incongrue dictum eſſe
quilibet arbitret̄, ſi nō ita contigiſſe in Acti
bus Apoſtolorū manifeſtiſſime legerit. Nō
ergo

Ioan.12. ergo abhorret qđ ait Ioānes,Propterea nō
poterāt credere, qa excęcauit oculos eorū
vt nō uideāt:ab ea ſētētia qua intelligimus
ideo excæcatos ut cōuerterent̄:hoc eſt,ideo
eis ꝑ obſcuritates parabolarū occultas ſētē
tias dn̄i,ut poſt eius reſurrectionē ſalubrio
L re pœnitētia reſipiſcerent:qa ꝑ obſcuritata
tē ſermonis excęcati,dicta domini nō recte
intellexerunt,& ea non intelligendo,non in
eū crediderunt , nō credēdo crucifixerunt:
atque ita poſt eius reſurrectionē miraculis
q̄ in eius nomine fiebant exterriti , maiore
criminis reatu cōpuncti ſunt , & ꝓſtrati ad
pœnitētiā , deinde accepta indulgentia ad
obedientiā flagrantiſsima dilectione cōuer
ſi.Nā q̄bus nō ꝓfuit illa cæcitas ad cōuerſio
nē,q̄ ꝑ linguā parabolarū fiebat , ita de illis
1.Co.24. Propheta alio loco dicit , qđ ēt Apoſtol cō-
Eſa. 18. memorauit cū de obſcuritate linguarū age-
ret,In aliis linguis,& ī aliis labiis loquar po
pulo huic:& nec exaudient dicit dn̄s. Non
.n.diceret,nec ſic me exaudient:niſi ad hoc
fieret,ut uel ſic exaudirēt.i. ut eis ad humilē
cōfeſsionē & ſolicitā inquiſitionē & obediē
tē cōuerſionē & feruentem dilectionē ua-
leret.Eſt uero ēt iſta ratio medicinæ corpo-
M ralis.Nam & pleraque medicamenta prius
affligunt ut ſanēt,& ipſa collyria q̄ ad ocu
los pertinent,ſi ea opus eſt intrinſecus infū
di,niſi ſenſum uidendi prius claudāt & per
Eſa.7. turbent,prodeſſe non poſſunt.Nec moueat
qđ idem Propheta dicit,Niſi crediderit nō
intelligetis : quaſi contrarium ſit qđ Ioan-
nes ait,Propterea nō poterant credere, quia
excæcauit oculos eorum.i.qa illæ parabolæ
ita dicebant̄,ut ab eis non poſſent intelligi.
Dicit.n.aliquis , Si ut intelligerent credere
debebant,qūo ꝓpterea non poterant crede
dere,quia nō intelligebāt?Hoc eſt,qa excæ-
cauit oculos eorū.Sed qđ ait Eſaias,Niſi cre
dideritis,nō intelligetis:de illa intelligentia
dictum eſt,in qua ſemper manebitur , rerū
ineffabilium . Cū aūt dicitur qđ credatur,
niſi quod dr̄ intelligatur,credi non pōt. In-
telligēda ſunt ergo dicta ut credant̄ q̄ dici
potuerunt:credenda autem quæ dici potue
runt,ut intelligantur quæ dici non poſſunt.
15 Et ſine parabolis non loquebatur eis.Nō
quia nihil proprie locutus eſt,ſed quia nul-
lam ferè ſermonem explicauit,ubi non ali-
quid per parabolam ſignificauit:quanuis in
eo aliqua & ꝓprie dixerit:ita ut ſæpe inue-
niat̄ totus ſermo eius parabolis explicatus,
totus aūt proprie dictus nullus inueniatur.
Explicatos aūt ſermones dico , quando ex
aliqua ocaſione rerū incipit loqui quouſq;
terminet quicquid ad ipſam rē pertinet , &
tranſeat ad aliud. Nonnunquam ſanè alius A
Euangeliſta contexit,qđ alius diuerſis tem
poribus dictū indicat.Nō.n.omnimodo ſe-
cundū rerū geſtarū ordinē,ſed ſecundū ſuæ
quiſque recordationis facultatē narrationē 16
q̄ exorſus eſt ordinauit. (Intellexiſtis hæc *Matt.13.*
oīa?) Dicunt ei,ēt:ait illis , Ideo omnis Scri
ba doctus in regno cœlorum,ſimilis eſt ho
mini patrisfamilias,q ꝓfert de theſauro ſuo
noua & uetera.Vtrū iſta cūcluſione expone
re uoluit quē dixerit theſaurū in agro abſcō
ditū?Qm̄ ſanctæ ſcripturæ intelligunt̄,q̄ no
mine duorū teſtamētorū noui & ueteris cō
cluduntur.Quēadmodū apud alium Euāge
liſtā gladiū bis acutū tali cōcluſione uidetur
exponere.An qa in parabolis iſta locutus ē?
Et quum q̄ſiſſet ab eis,utrū intellexiſſent,re
ſpōderunt ſe intellexiſſe.Fortaſſe iſta ſimili
tudine ultima patrisfamilias ꝓferētis de the
ſauro ſuo noua & uetera , oſtendere uoluit
eū doctū habendū eſſe in eccleſia,q ēt ſcri-
pturas ueteres parabolis explicatas intellexe B
rit,ab iſtis nouis accipiens regulas:qa & iſta
dn̄s ꝑ parabolas enunciauit , quanuis ipſe
Chriſtus eſſet finis illorū.i.ut in eo illa uete
ra cōplerentur;ut ſi ipſe in quo illa cōplent̄
& manifeſtātur, ꝑ parabolas adhuc loq̄tur,
donec eius paſſiuo uelū diſcindat , ut nihil
ſit occultū qđ nō reueletur:multo magis il
la q̄ ad cōmendādā tantā eius ſalutē tā lon-
ge de illo ſcripta ſunt,parabolis operta eſſe
nouerimus:q̄ cū Iudæi ad literā acciperēt,
noluerūt eſſe docti in regno cœlorum , ne-
que tranſire ad Chriſtum, ut auferretur ue-
lamen quod ſupra cor eorum poſitum eſt.
Fratres eius Iacobus,& Ioſeph,& Simon 17
& Iudas,& ſorores eius,nonne omnes apud *Matt.13.*
nos ſunt ? Vnde ergo huic omnia iſta ? &
ſcandalizabantur in eo . Fratres apud Iu-
dæos dici ſolere cognatos uſque adeo proba
tur,ut non ſolum ex propinquo generatio-
nis gradu ſicut ſunt filij fratrum & ſororū,
qui etiam apud nos uſitatiſsime fratres di-
cuntur,

cunt, sed ēt auunculus & sororis filius, sicut sibi erant Iacob & Laban fratres appellati inueniantur. Nō ergo mirum est dictos esse fratres dñi ex mr̄no gñe quoscunq; cognatos, cum ēt ex cognatione Ioseph dici potuerint fratres eius, ab eis qui illum patrem dñi esse arbitrabantur. (Generalem iustitiā nō uiolat quis nisi libidine transgressus fuerit placitum societatis humanæ: sicut est furtum, rapina, adulterium, incestus, & hmōi: aut naturam, sicut est contumelia, cædes, homicidium, concubitus masculorum uel pecorum: aut modum in concessis, sicut est superbum amplius verberare q̄ oportet, uel superfluum edere vel bibere amplius quam oportet, cum ipsa coniuge concumbere amplius q̄ oportet: & similia. Bene intelligitur spiritussanctus ideo primum linguarum donum dedisse hominibus, quæ pacto & placito hominum institutæ sunt, & forinsecus per sensus corporis consuetudine audiendi discuntur, ut eis ostenderet q̄ facile posset sapienres facere per sapientiam dei, quæ eis interna est. Item voluntas uerbi sempiterni stabilis est semper, q̄a simul hēt oīa: Nostra aūt voluntas iō non stat, quia non hēt simul oīa, iō modo hoc modo illud volumus. Itē sic fuerunt in illo uerbo oīa quæ facta sunt & ipsa susceptio hominis sic ab eo p̄cognita est, q̄uo si pictor uelit pingere totam domū, & cogitet uel nouerit locum ubi ēt se pingere debeat: totum in arte hēt, & in præparatione, & in uoluntate, q̄uis certis & suis q̄q; tp̄ib. explicet? Sic oīs creatura & ipse hō qui eiusdem sapientiæ p̄sonam mystice & inenarrabili susceptione gestaturus erat, in ipsa sapientia tanq̄ dei arte sempiterna semper erat, quamuis suis quæque tp̄ibus efficiat, quæ prætendit a fine vsque ad finem fortiter & disponit oīa suauiter, atque in se manens innouat oīa. Item q̄uo quis uelit velle mori si sic velle mori peruenerat, qui iam habet sanam fidem & uidet quò sibi perueniendum sit, ad hoc iam proficit, ut libenter de hac uita discedat. Non.n. hoc est uidere quo ipsi perueniendum sit, quod est ēt amare illud, & ibi iam esse desiderare, quod in cuius animo effectū fuerit, necesse est ut libenter moriat̄. Frustra itaq; dñt quidā, qui sanam fidē tenent, iō se nolle mori ut p̄ficiant, cum ipse profectus eorum in eo profectu sit, ut mori uelint. Si ergo uerum loqui, uolunt, non dicant, iō mori nolo ut proficiam: sed iō mori nolo q̄a parum profeci. Itaq; mori nolle fidelib. non consilium est ut proficiant, sed iudicium q̄d parū profecerint. Proinde q̄d nolunt ut perfecti sint, uelint & perfecti sunt. finis.

C Sequētia vsque ad finem in trib. antiquissimis exēplaribus inuenimus. Videtur esse epilogus dictorum.

D

E

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI de consensu Euangelistarum, Liber Primus.

De Euangelii excellentia, & de quatuor Euangelistarum authoritate. Cap. I.



INter oēs diuinas authoritates quæ sanctis literis continentur, Euangelium merito excellit. Quod.n. lex & Prophetæ futurum prænunciauerunt: hoc redditum atq; cōpletum in Euangelio demōstratur. Cuius primi p̄dicatores Apostoli fuerūt, qui dn̄m ipsum & saluatorē nostrū Iesum Xp̄m ēt præsentem in carne uiderūt. Cuius nō solū ea quæ ex ore eius audita uel ab illo sub oculis suis operata, dicta & facta meminerant: verumēt q̄ priusquam illi per discipulatū adhæserant, in eius natiuitate, uel infantia, uel pueritia, diuinitus gesta & digna memoria, siue ab ipso, siue a parētibus eius, siue a quibuslibet aliis certissimis indiciis & fidelissimis testimoniis requirere & cognoscere potuerunt: imposito sibi euangelizandi munere, generi humano annunciare curarunt. Quorum quidam: hoc est, Matthęus, & Ioannes, etiam scripta de illo quæ scribenda uisa sunt, libris singulis ædiderunt. At ne putaretur, quod attinet ad percipiendum & prædicandum Euangelium, interesse aliq̄d, vtrum illi annuncient, qui eundem dominū hic in carne apparentem discipulatu famulante secuti sunt, an ij qui ex illis fideliter comperta crediderunt, diuina prouidentia procuratum est per spiritumsanctum, ut q̄busdam etiam ex illis qui primos Apostolos sequebantur, non solum annunciandi, verumetiam scribendi Euangeliū tribueretur

F

tur

tur authoritas, Hi sunt Marcus & Lucas: Cęteri autem homines qui de domini, uel de apostolorum actibus aliqua scribere conati
G uel ausi sunt, nõ tales uel suis tẽpibus extiterunt, ut eis fidem haberet ecclesia, atq; in authoritatẽ canonicã sanctorum librorũ, eorũ scripta reciperet. Nec solum quia illi non tales erant, quibus narrãtibus credi oporteret, sed etiam quia scriptis suis quædam fallaciter indiderunt, quæ catholica atq; apostolica regula fidei & sana doctrina condemnat.

De numero Euangelistarum, & eorum ordine scribendi, & de lingua in qua scripserunt, & de materia circa quam principaliter scripserunt. Cap. II.

ISti igitur quatuor Euangelistæ uniuerso terrarũ orbe notissimi, & ob hoc fortasse quatuor, qm̃ quatuor sunt partes orbis terrę, ꝑ cuius uniuersitatẽ Xp̃i ecclesiã dilatari, ipso sui numeri sacramento quodãmõ declararunt, hoc ordine scripsisse ꝓhibẽtur. Primũ Matthæus, deinde Marcus, tertio Lucas, ultimo Ioannes. Vnde alius eis fuit ordo cognoscendi atq; prædicãdi, alius ãt scribendi. Ad cognoscendũ quippe atq; prędicãdũ, primi utiq; fuerunt q̃ secuti dominũ, in carne præsentem dicentem audierunt, faciẽtẽque uiderunt, atq; ex eius ore ad euãgelizandũ missi sunt. Sed in cõscribẽdo euangelio,
H qđ diuinitus ordinatum esse credẽdum est, ex numero eorũ quos ante passionem dominus elegit, primũ atq; ultimum locum duo tenuerunt. Primum Matthæus, ultimũ Ioannes, ut reliq̃ duo qui ex illo numero nõ erãt, sed tamẽ Christũ in illis loquẽtẽ secuti erãt, tanquã filii amplectẽdi, ac ꝑ hoc in loco medio cõstituti, utroq; ab eis latere munirent̃. Horum sanè quatuor solus Matthæus Hebræo scripsisse perhibetur eloquio, cæteri Græco. Et quãuis singuli suũ quẽdã narrãdi ordinẽ tenuisse uideãtur non tamẽ unusquisque eorum uelut alterius præcedentis ignarus uoluisse scribere reperit̃, uel ignorata ꝓtermisisse, q̃ scripsisse alius inuenitur: sed sicut unicuiq; inspiratũ est, nõ sup̃fluã cooperationẽ sui laboris adiunxit. Nã Matthæus suscepisse intelligitur incarnationem domini ẽm stirpem regiam, & pleraq; ẽm hominũ ꝓsentẽ uitã & facta & dicta eius. Marcus eũ subsecutus tãquã pedissequus, & breuiator eius uĩ. Cum solo q̃ppe Ioanne nihil dixit, solus ipse perpauca, cum solo Luca pauciora, cũ Matthæo uero plurima, & multa penè totidẽ atq; ipsis uerbis, siue cũ solo, siue cum cæteris cõsonãte. Lucas ãt circa sacerdotalẽ domini stirpem atq; personam, magis occupatus apparet. Nã & ad ipsum Dauid non regiũ stẽma secutus ascẽdit, sed ꝑ eos q̃ reges nõ fuerunt, exiit ad Nathan filium Dauid, q̃ nec ipse rex fuit. Nõ sicut Matthæus qui per Salomonẽ regẽ descendens, cæteros etiã reges ex ordine prosecutus est, seruans in eis de quo postea loquemur mysticũ numerũ. I *Luc. 3.* *Matt. 1.*

Qũo Christum & regiam & sacerdotalem personam gesturum esse prophetatum erat, & cur Matthæus eius regiam dignitatem prosequens, Marcum habuerit comitem, & Lucas sacerdotalem prosequẽs socio subsequente caruerit. Cap. III.

DOminus .n. Iesus Xp̃us unus uerus rex & unus uerus sacerdos, illud ad regẽdos nos, istud ad expiandos has duas ꝑsonas apud antiquos patres singillatim cõmẽdatas, suã figurã egisse declarauit, Siue titulo illo q̃ cruci ei eius sup̃fixus erat, Rex Iudæorũ: unde arcano instinctu Pilatus respõdit, Qđ scripsi scripsi: Prædictũ quippe erat in Psalmis, Ne corrũpas tituli inscriptionem. Siue qđ ad ꝑsonam sacerdotis attinet in eo qđ nos offerre atq; accipere docuit: unde prophetiam de se præmisit dicentem, Tu es sacerdos in ęternum ẽm ordinem Melchisedech. Multisq; aliis documẽtis diuinarum scripturarum, rex & sacerdos Christus apparet: Hinc & ipse Dauid cuius nõ frustra crebrius filius dictus est q̃ filius Abrahę, & quẽ cõiter tenuerunt Matthæus & Lucas, ille a quo per Salomonẽ descẽderet, iste ad quem per Nathan ascenderet, quãquam aperte rex fuit, figurauit tamẽ & sacerdotis personam, quando panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus. Huc accedit quòd solus etiam Lucas Mariam commemorat ab angelo manifeste cognatã fuisse Elizabet, quæ uxor erat Zachariæ sacerdotis. De quo idẽ scripsit q̃ eam *Ioan. 19.* K *Psal. 74.* *Ps. 109.* *Matt. 1.* *Luc. 3.* *1. Re. 21.* *Mat. 12.* *Luc. 1.*

de filiabus Aaron: hoc est, de tribu sacerdotũ habebat uxorem. Cũ ergo Matthæus circa regis, Lucas circa sacerdotis personam gereret intentionẽ, utique humanitatem Christi maxime cõmendarunt. Secundũ hominẽ quippe Christus & rex sacerdos effectus est, cui dedit deus sedẽ Dauid patris sui, ut regni ei⁹ non esset finis, & esset ad interpellandũ pro nobis mediator dei & hominũ homo Christus Iesus. Non autẽ habuit tanquã breuiatorẽ coniunctũ Lucas, sicut Marcũ Matthæus. Et hoc fortasse non sine aliquo sacramento, quia regum est non esse sine comitum obsequio: Vnde ille qui regiam personã Christi narrandã susceperat, habuit sibi tanquam comitem adiunctũ, qui sua uestigia quodãmodo sequeretur. Sacerdos autem qm̃ in sancta sanctorũ solus intrabat, ꝑ ꝑea Lucas, cuius circa sacerdotium Christi erat intentio, non habuit tanquam socium subsequentem, qui suam narrationem quodammodo breuiaret.

Ibidem. L
1. Ti. 2.

Quomodo Ioannes circa Christi diuinitatẽ uersatus multa de ea recitatis à tribus aliis humanitatem eius considerantibus prætermissa. Cap. IIII.

TRes tamen isti Euangelistę in his rebus maxime diuersati sunt, quas Christus ꝑ humanã carnẽ tẽporaliter gessit. Porrò autẽ Ioannes ipsam maxime diuinitatem domini qua patri est ęqualis intendit eamq; præcipue suo Euangelio, quãtum inter homines sufficere credidit, commendare curauit. Itaque longe à tribus istis superius fertur, ita ut hos uideas quodammodo in terra cum Christo homine conuersari: illum autem transcendisse nebulam qua tegitur omnis terra, & peruenisse ad liquidum cœlum: unde acie mentis acutissima atq; firmissima uideret. In principio uerbum deum apud deum, per quod facta sunt omnia, & ipsum agnosceret carnem factum, ut habitaret in nobis, & quòd accederit carnem, nõ quòd fuerit mutatus in carnem. Nisi enim carnis assumptio seruata incommutabili diuinitate facta esset, non diceretur, Ego & pater unum sumus. Neque.n. pater & caro unum sunt. Et hoc de seipso domini testimonium solus idẽ Ioannes commemorauit, Et qui me uidet, uidet & patrem: Et ego in patre, & pater in me est: Et, Vt sint unum, sicut & nos unum sumus. Et quæcunque pater facit, hæc eadem & filius facit similiter: & si qua alia sunt quæ Christi diuinitatem in qua æqualis est patri rectè intelligentibus intiment, pene solus Ioannes in Euangelio suo posuit: tanquam de pectore ipsius domini super quod discũbere in eius conuiuio solitus erat secretum diuinitatis eius uberius & quodammodo familiarius biberit.

M
Ioan. 1.
Ioan. 10.
Ioan. 14.
Ioan. 17.
Ioan. 13
A

Quomodo iuxta duas uiuendi uirtutes, actiuam scilicet & contemplatiuam, Ioannes ad contemplatiuam, cæteri potius ad actiuam respexerint. Cap. V.

PRoinde cum duæ uirtutes propositæ sint animę humanæ, Vna actiua, altera contemplatiua. Illa qua itur, ista qua ꝑuenitur. Illa qua laboratur ut cor mundetur ad uidendum deum, ista qua uacatur & uidetur deus. Illa est in pręceptis exercendæ uitæ huius temporalis, ista in doctrina uitę illius sempiternæ. Ac per hoc illa operatur, ista requiescit: quia illa est in purgatione peccatorũ, ista in lumine purgatorum. Ac per hoc in hac uita mortali, illa est in opere bonæ conuersationis: ista vero magis in fide, & apud perpaucos per speculum in ænigmate, & ex parte in aliqua visione incommutabilis veritatis. Hæ duæ virtutes in duabus vxoribus Iacob figuratæ intelliguntur. De quib. aduersus Faustum Manichæum pro modulo meo, quãtũ illi operi sufficere videbatur, disserui. Lia quippe interpretatur laborans Rachel autem visus principiũ. Ex quo quo intelligi datur, si diligenter aduertas, tres Euangelistas temporalia facta domini, & dicta, quæ ad informandos mores vitæ præsentis maxime valerent, copiosius prosecutos circa illam actiuam virtutem fuisse versatos: Ioannem vero facta domini multo pauciora narrantem, dicta vero eius, ea præsertim quæ trinitatis vnitatem, & vitæ æternæ fœlicitatem insinuarent, diligentius & vberius conscribentem, in virtute contemplatiua commendanda, suam intentionem prædicationemque tenuisse.

1. Co. 13
Gen. 29.
Contra Faustum lib. 22.
B
cap. 32.
Lib. 22.
cap. 25. & seq.
D

Quomodo

Quo quatuor Euangelistæ quatuor aialibus a Ioāne in Apocalypsi descriptis figurati sint, contra quorundam opinionem, Marcus homine, Lucas boue, Matthæus leone, & Ioannes aquila. Cap. VI.

VNde mihi uñr, qui ex Apocalypsi illa quatuor aīalia, ad intelligendos quatuor euangelistas interpřtati sunt
Apoc. 4. Ezec. 1. ꝓbabilib. aliq̄d attendisse, illi qui leonem in Matthæo, hoīem in Marco, uitulū in Luca, aquilam in Ioanne intellexerunt: q̄ illi qui hoīem Matthæo, aquilam Marco, bouē Lu-
Super Ioan. trac. 26. cæ, leonē Ioanni tribuerūt. De principiis .n. librorū quandā coniecturam capere uoluerunt, non de tota intentione Euangelistarū, q̄ magis fuerat ꝑscrutanda. Multo .n. cōgruētius ille qui regiā Christi ꝑsonā maxime cōmendauit, ꝑ Leonem significatus accipitur:
Apoc. 5. vnde & in Apocalypsi cum ipsa tribu regia C leo cōmemoratus est, ubi dictū est, Vicit leo
Mat. 2. de tribu Iuda. Secundū Matthæum .n. & magi narrant̄ uenisse ab Oriente ad regē quærendum & adorandum, qui eis per stellā natus apparuit. Et ipse rex Herodes regē Xp̄m formidat infantem, atq; ut eum possit occidere, tot paruulos necat. Qđ aūt per uitulū Lucas significatus sit, ꝓꝑ maximā uictimā sacerdotis, neutri dubitauerunt. Ibi .n. a sa-
Luc. 1. cerdote Zacharia incipit sermo narrātis. Ibi cognatio Mariæ & Elizabet commemorat̄. Ibi sacra primi sacerdotii in infante Christo impleta narrantur. Et quæcunq; alia possunt diligenter aduerti, quibus appareat Lucas intentionem circa sacerdotis personam habuisse. Marcus ergo, qui neq; stirpē regiā
Marc. 1. neq; sacerdotalem, uel cognationem uel cōsecrationem narrare uoluit, & tamen in eis versatus ostenditur quæ hō Christus operatus est, tm̄ hominis figura in illis quatuor D animalibus significatus vr̄. Hæc autem animalia tria, siue leo, siue homo, siue uitulus in terra gradiuntur: vnde isti tres Euangelistæ in his maxime occupati sunt, quæ Christus in carne operatus est, & quæ pręcepta mortalis uitæ exercendæ carnem portantib. tradidit. At uero Ioannes super nubila infirmitatis humanæ uelut aquila uolat, & lucē incommutabilis ueritatis acutissimis atque firmissimis oculis cordis intuetur.

Post execrationem eorum qui Euangelistas tanq̄ inter se minus quadrantes criminātur, o ꝑis huius a se suscepti cām recitat, simul explanans cur ipse dn̄s noster Iesus Christus nihil scripserit ꝑ se, sed ꝑ discipulos, p̄mittens quid de ipso pagani sentiant, deinde Pytagorā & Socratem nihil de seipsis scripsisse docet. Cap. VII.

HAs dn̄i sanctas quadrigas, q̄bus per orbem uectus subigit populos leni suo iugo, & sarcina leui quidam uel impia uanitate uel imperita temeritate calūniis appetunt, ut eis ueracis narrationis derogent fidem, ꝑ quos christiana religio disseminata, ꝑ mundū tanta fertilitate prouenit, ut hoīes infideles iā inter seipsos calumnias suas mussitare uix audeant: compressi fide gentium & oīum deuotione populorū. Veruntn̄ q̄a nonnullos adhuc calumniosis disputationib. suis, uel retardāt a fide ne credant, uel iā credentes quantū potuerint agitando ꝑturbant: nonnulli aūt fratres salua fide nosse desiderant q̄d talib. rn̄deant qōnib. vel ad ꝑfectum scientiæ suæ, uel ad illorum vaniloquia repellenda: inspirante atq; adiuuante dn̄o deo nr̄o, qđ utinam & ipsorū saluti prosit, hoc opere demonstrare suscepimus errorem uel temeritatem eorū qui contra Euangelij quatuor libros, quos Euangelistæ quatuor singulos conscripserunt, satis argutas criminationes se proferre arbitrant̄ qđ ut fiat, quaten⁹ nō sibi aduersant̄ iidē scriptores quatuor, ostendendum est. Hoc enim solent quasi palmam suæ uanitatis obiicere, qđ ipsi Euangelistæ inter seipsos dissentiāt. Sed illud prius discutiendū est, qđ solet nōnullos mouere, cur ipse dn̄s nihil scripserit, ut aliis de illo scribentib. necesse sit credere. Hoc .n. dn̄t illi uel maxime Pagani qui dn̄m ipsum Iesum Xp̄m culpare aut blasphemare non audent: eiq; attribuunt excentissimam sapientiā, sed tn̄ tanq̄ homini: discipulos uero eius dicunt magistro suo amplius tribuisse q̄ erat, ut eū filium dei dicerent, & verbū dei ꝑ qđ facta sunt oīa, & ipsum ac deū patrem unū esse: ac si qua similia sunt in Apostolicis literis, quib. eum cū patre vnū deum colendum esse didicimus. Honorandum .n. tanq̄ sapientissimū uirū putant, colendum autem

aũt tanq̃ deum negant. Cum ergo q̃rũt quare ipse non scripserit, vñr parati fuisse hoc de illo credere, qđ de se ipse scripsisset, non qđ alij de illo pro suo arbitrio ṗdicassent. A quib. quæro cur de quibusdam nobilissimis Philosophis suis hoc crediderunt, quod de illis eorũ discipuli scriptum memoriæ reliquerunt, cũ de se ipsi nihil scripsissent? Nã Pythagoras, quo in illa contemplatiua uirtute nihil tunc habuit Græcia clarius, non tm̃ de se, sed nec de ulla re aliquid scripsisse perhibet̃. Socrates aũt, quem rursus in actiua, qua mores informant̃, oĩb, prætulerunt, ita ut testimonio quoque dei sui Apollinis oĩum sapientissimum pronunciatũ esse nõ taceant, Aesopi fabulas pauculis versib. prosecutus est, verba & numeros suos adhibẽs reb. alterius: usq; adeo nihil scribere voluit, ut hoc se coactum imperio sui dæmonis fecisse dixerit, sicut nobilissimus discipulorũ eius Plato commemorat. In quo tñ opere maluit alienas q̃ suas exornare in̄ias. Quid igitur cãæ est, cur de istis hoc credant, quod de illis discipuli eorum literis commendarunt, & de Christo nolunt credere qđ eius de illo discipuli conscripserunt? præsertim cum ab eo cæteros hoĩes sapiẽtia superatos esse fateantur, quamuis eum fateri deum nolint. An uero illi quos isto multo inferiores fuisse non dubitant, veraces de se discipulos facere potuerunt, & iste non potuit? Quod si absurdissime dicitur, credãt de illo quem sapientem fatentur, non quod ipsi uolunt, sed quod apud eos legunt, qui ea quæ scripserunt ab illo sapiente didicerunt,

De ciui. dei libr. 8. c. 2.

De ciui. dei libr. 8. cap. 3.

G

Acrius contra infideles insurgit, eo qđ Euãgelistis non credentes, famæ adhærent, non quidẽ ueriori nec ampliori, sed eorũ ṗuersitati magis consonæ. Cap. VIII.

H

DEinde dicant, unde saltem qđ sapientissimus fuerit, nosse uel audire potuerũt? Si fama disseminante, certior ne de illo fama *nuncia est, q̃ discipuli eius, q̃b. eum prædicantib. ipsa per totum mundũ fama fragrauit? Postremo famam pręferant famæ, & ei famæ de illo credant quę maior est. Ea quippe fama quę de catholica Ecclesia, q̃ stupẽt toto orbe diffusam, mirabili claritate dispergit̃ tenues istorũ rumores incõparabiliter vincit. Ea porro fama tã magna, tã celebris est ut eã timendo isti trepidas & tepidas ꝯdictiunculas in sinu suo rodant, iã plus metuentes audiri, q̃ *nolentes credi filium dei unigenitum, & deũ prædicari Christum, per quem facta sunt oĩa. Si ergo famã eligunt testem, cur non hanc eligunt q̃ tãta claritate pręfulget? Si scripturam, cur non Euangelicam, quæ tanta authoritate præpollet? Nos certe hæc de diis eorum credimus, quæ habet scriptura eorum antiquior, & fama celebrior. Quæ si adoranda sunt, cur ea rident in theatris? Si autem ridenda sunt, plꝰ ridendum est cum adorantur in templis. Restat ut ipsi uelint testes esse de Christo, qui sibi auferunt meritum sciendi quid loquantur, loquendo quod nesciunt. Aut si aliquos libros se habere dicunt, quos eum scripsisse asserunt, prodant eos nobis. Profecto. n̄ utilissimi & saluberrimi sunt, quos, ut ipsi fatentur, uir sapientissimus scripsit. Si autem timent eos proferre, utiq; mali sunt. Porrò si mali sunt, non eos sapientissimus scripsit. Sapientissimum autem Christum fatentur. Non ergo Christus tale aliquid scripsit.

a. l. nunciata.

a. l. uolẽtes.

I

Contra eos qui se Christi libros legisse, & in eis magicam artem descriptam inuenisse mentiuntur. Cap. IX.

ITa vero isti desipiunt, ut in illis libris, quos eũ scripsisse existimant, dicant contineri eas artes q̃b. eũ putant illa fecisse miracula, quorũ fama ubiq; ṗcrebruit, qđ existimando seipsos produnt q̃d diligant & q̃d affectant. Qñquidem Xp̃m ṗ ṗea sapientissimũ putant fuisse, q̃a nescio q̃ illicitã nouerat, quæ nõ solũ disciplina christiana, sed ẽt ipsa terrenæ reipublicę administratio iure condemnat. Et certe qui tales Christi libros legisse se affirmãt, cur ipsi nulla talia faciũt, qualia illũ đ libris talib. fecisse mirant̃?

Christum ad Petrum & Paulum eos libros quorum iam meminit scripsisse dicentes in quo delusi sint ostendit. Cap. X.

K

QVid qđ ẽt diuino iudicio sic errant quidam eorum, qui talia Christũ scripsisse vel credunt uel credi uolunt, ut eosdẽ libros

ad Petrum & Paulum dicāt tāquā Epistolari titulo prænotatos? Et fieri pōt, ut siue inimici nominis Christi, siue qui eiusmodi execrabilib. artib. de tā glorioso nomine pondus authoritatis dare se posse putauerunt, talia sub Xpi & Apostolorum nomine scripserint: in qua fallacissima audacia sic excæcati sunt, ut ēt a pueris, q adhuc pueriliter in gradu lectorū Christianas literas norūt merito rideātur. Cū.n. uellēt tale aliqd fingere Christum scripsisse ad discipulos suos, cogitauerunt, ad quos potissimum scribere potuisse facile crederetur, tanquā ad illos qui ei familiarius adhęsissent: quib. illud quasi secretum digne cōmitteretur, & occurrit eis Petrus & Paulus. Credo ꝙ plurib. locis simul eos cū illo pictos uiderūt, quia merita Petri & Pauli ēt ꝑ ꝑ eundem passionis diem * celebrius & solēniter Roma cōmēdat. Sic omnino errare meruerūt, q Christū & Apostolos eius nō in sanctis codicibus, sed in pictis parietibus qsierunt. Nec mirū si a pingētib. fingentes decepti sunt. Toto.n. tpe, quo Christus in carne mortali cum suis discipulis uixit, nondum erat Paulus discipulus eius quem post passionē suā, post resurrectionē, post ascēsionem, post missum de cœlis spūm sanctū, post multorum Iudæorum cōuersionem & mirabilem fidem, post lapidationem Stephani diaconi, & martyris, cū adhuc Saulus appellaretur, & eos q in Christum crediderāt, grauiter ꝑsequeretur, de cęlo uocauit, & suum discipulum atq; Apostolum fecit. Qūo igit̄ potuit libros quos antequam moreretur eum scripsisse putari uolunt ad discipulos, tāquā familiarissimos, Petrum & Paulum scribere cum Paulus nondum fuerit discipulis eius?

a.l. uolentes.

a.l. celeberrimum solenniter.

L

Acto. 9.

Contra eorundem errorem ostendit Christum non effecisse magicis artibus, quòd nunc colitur. Cap. XI.

G pitudinum & publicæ profeſsiones flagitio- ſorum, cadunt & fora uel mænia in quib.dæ *Roſcius, Cicero* monia colebantur. Vnde.n.cadunt niſi ino- *pro Ro-* pia rerum, quarum laſciuo & ſacrilego uſu *ſcio.* conſtructa ſunt?Nonne Cicero eorum cũ Ro- ſcium quendam laudaret hiſtrionem: ita pe- ritum dixit, ut ſolus eſſet dignus, qui in ſce- nam deberet intrare:ita uirum bonum, ut ſo lus eſſet dignus, qui eo non deberet accede- re?quid aliud apertisſime oſtendens, niſi illã ſcenam eſſe tam turpem, ut tanto minus ibi eſſe homo debeat, quanto fuerit magis uir bonus: & tamen dij eorum tali dedecore pla cabantur, quale a uiris bonis remouendum eſſe cenſebat. Eſt etiam hinc eiuſdem ipſius Ciceronis aperta confesſio, ubi ait ſibi Florã matrem,ludorum celebritate placandam. In quibus ludis tanta exhiberi turpitudo con- *In Verrē* ſueuit, ut in eorum comparatione cæteri ho *eſt.5.* neſti ſint, a quibus tamen etiam ipſis agēdis viri boni prohibentur.Quæ iſta eſt Flora ma ter, qualis dea eſt,quam celebrior & habenis effuſioribus laxata conciliat & propiciat tur pitudo?Quanto iam honeſtius in ſcenam Ro ſcius intrabat,quam Cicero deam talem co- lebat? Si diminuta rerum copia quæ in hæc celebranda funduntur,dij gentium offendũ- tur, apparet quales ſint qui talibus delectan- tur. Si autem ipſi irati iſta minuunt, utilius iraſcuntur quam placantur. Quapropter aut Philoſophos ſuos arguant, qui talia in luxu- rioſis hominibus reprehenderunt aut deos ſuos frangant, qui talia de ſuis cultorib.exe- gerunt,ſi tamen iam inueniunt uel quos frã H gant uel quos abſcondant:chriſtianorum ue ro temporibus defectum rerum ſecũdarum quibus in turpia & noxia defluebant,bla- ſphemãdo imputare deſiſtant, nē magis nos uñ amplius Xp̄i poteſtas laudetur ad- moneant.

Epilo.

Epilogando reuersurus ad principale institutũ suũ oñdit Cr̃um nihil scripsisse,& euãgelistas de ipso vera scripsisse. Cap. 34.

MVlta hinc dicerẽ, nisi me iã librũ iustũ cõcludere, atq; ad propositã intẽtiouẽ redire suscepti operis necessitas cogeret. Cũ .n. euãgelicas q̃stiones, vbi vñr quibusdam quatuor euãgelistæ nõ inter se cõstare, solue re aggrederer, ut potui expositis intẽtionib. singulorũ, primo mihi discutiendum occur rit, q͏̄ nõnulli quærere solẽt, cur ipsius Christi nulla scripta proferamus. Ita.n.uolunt & ipsum credi, nescio quid aliud scripsisse q͏̄d diligunt, nihilq; sensisse contra Deos suos, sed eos potius magico ritu coluisse,& discipulos eius non solũ de illo fuisse mẽtitos, dicẽdo illum deũ per quẽ facta sunt omnia, cũ aliud nihil q̃ hõ fuerit, quãuis excellentissimæ sapientiæ: uerumẽt de diis eorũ non hoc docuisse, quod ab illo didicissent. Vñ factum est vt eos de Deo israel potius urgeremus, q̃ per ecclesiã Christianorũ ab omnib. gentib. colitur,& istorum sacrilegas uanitates ubiq; iã euertit, sicut per Prophetas suos tãto ante prædixit, & per Christi nomen in quo bene dici omnes gentes promiserat, ea quæ prædixit impleuit. Ex quo intelligere debent, nec Christum aliud de diis eorum uel nosse uel docere potuisse, q̃ deus israel per Prophetas suos iussit atq; prædixit, p quos ipsum Christum promisit & misit. In cuius nomine s̃m pollicitationẽ quã patrib. fecit cum bñdicerentur oẽs gentes, factum est vt & ipse Deus israel, Deus vniuersæ terræ uocaretur, Nec discipulos eius a sui magistri doctrina deuiasse, cum deos gẽtium coli prohibuerint, ne vel insensatis simulachris supplicaremus, uel societatem cum demoniis haberemus, uel creaturæ potius, quàm creatori religionis obsequio seruiremus.

Roscius Cicer. pro Roscio.

Gen.23.

In Verre est.5.

Esa.54.

Qũo operæ precium fuit Christũ Dei sapiẽtiam, per quã creata sunt omnia ad illuminationẽ nostrã descendisse, de quo q̃cũq; per euangelistas scripta sunt tanquam ab ipso scripta sint amplectenda esse demonstat, concordantiam eorundem in sequentibus libris ostensurus. Cap. 35.

QVapropter cum sit ipse Christus sapientia dei per quem creata sunt omnia. Cũ que nullæ mẽtes rõnales siue angelorũ siue hominũ nisi participatione ipsius sapientes fiãt cui p spũmsanctũ, p quẽ charitas in cordib. nostris diffundit̃ inhæremus, q̃ trinitas vnus Deus est: cõsultũ est diuina prouidẽtia mortalibus, quorũ tp̃alis uita in reb. orientibus & occidentib. occupata tenebatur, ut eadẽ ipsa dei sapiẽtia ad unitatẽ psonæ suæ homine assumpto, in quo tẽporaliter nasceret̃, viueret: moreretur, resurgeret: cõgrua saluti nostræ dicẽdo & faciẽdo, patiẽdo & sustinẽdo, fieret & deorsum hominibus exemplo redeundi, & eis qui sursum sunt angelis exemplũ manendi. Nisi.n.& in animæ rõnalis natura tp̃aliter aliquid oriretur, idest, inciperet esse q͏̄d non erat, nunquã ex uita pessima & stulta ad sapiẽtẽ atq; optimã perueniret. Ac per hoc cum reb. æternis, contẽplantiũ ueritas perfruatur, reb. aũt ortis fides credentiũ debeatur, purgatur hõ per rerũ tp̃aliũ fidẽ, ut æternarũ percipiat ueritatẽ. Nã & quidã eorũ nobilissimus philosophus Plato in eo libro quẽ Timeũ vocãt, sic ait, Quantũ ad id q͏̄d ortum est æternitas valet, tm̃ ad fidem veritas. Duo illa sursum sunt, æternitas & ueritas, duo ista deorsum, q͏̄d ortũ est,& fides. Vt ergo ab imis ad summa reuocemur, atq; id q͏̄d ortũ est recipiat æternitatẽ, p fidẽ veniendũ est ad ueritatẽ. Et q͏a omnia q̃ in ꝯtrarium pergunt, p aliq͏̄d mediũ reducũtur, ab æterna iustitia tp̃alis iniq̃tas nos alienabat. Opus ergo erat media iustitia tp̃ali, q̃ medietas tẽporalis esset de imis mixta & summis, atque ita se nec abrumpẽs a summis & cõtẽperans imis, ima redderet summis. Iõ Xp̃s mediator dei & hominũ dictus est inter deũ immortalẽ & hominẽ mortalẽ, deus,& hõ, recõciliãs hominẽ deo, manẽs id q͏̄d erat, factus quod non erat. Ipse est nobis fides in reb. ortis, q̃ est ueritas in æternis. Hoc magnũ & inenarrabile sacramẽtũ, hoc regnũ & sacerdotium antiquis per prophetiã reuelabatur, posteris eorũ per euãgelium prædicatur. Oportebat .n. ut aliq̃n in omnibus gentib. redderetur, q͏̄d diu p vnã gentẽ promittebatur. Proinde q̃ prophetas antè descẽsionẽ suã premisit, ipse & Apostolos post ascẽsionẽ suã misit. Oĩbus aũt discipulis suis per hominẽ quẽ assũpsit, tanq̃ mẽbris sui corporis caput est. Itaq; cũ illi scripserunt quæ ille ostendit dixit, nequaquam dicendum est quòd ipse non scripserit:

Plato in Timæo.

1.Ti.2.

pserit: quandoquidem membra eius id operata sunt, quod dictante capite cognouerũt. Quicquid.n.ille de suis factis & dictis nos legere uoluit hoc scribendum illis tanq̃ suis manib. imperauit. Hoc unitatis consortiũ & in diuersis officijs concordium, membrorũ sub uno capite ministerium, quisquis intellexerit, non aliter accipiet quod narrantibus discipulis Christi in euangelio legent, q̃ si ipsam manum dñi quam in (proprio) corpore gestabat scribentem conspexerit. Quamobrem illa potius iam uideamus qualia sint q̃ putant euangelistas sibimet scripsisse contraria, quod parum intelligentibus uideri potest: ut his quæstionibus dissolutis, ex hoc quoq; appareat, illius capitis membra, non solum idem sentiendo, uerum etiam conuenientia scribendo, in corporis ipsius unitate germanam seruasse concordiam.

A

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De consensu Euangelistarum Liber secundus.

PROLOGVS.



Voniam sermone non breui & admodum necessario, quem libro uno cõplexi sumus, refutauimus eorum uanitatẽ qui discipulos Christi Euangeliũ conscribentes, ideo contemnendos putant, quia ipsius Christi quem licet non ut Deũ, tñ vt hominẽ sapientia longe prę cæteris excellentem honorandum esse nõ dubitãt, nulla scripta proferuntur a nobis, & eum talia scripsisse uideri volunt, qualia peruersi diligunt, non qualibus lectis & creditis a peruersitate corrigi possunt. Nunc iam uideamus ea quæ quatuor Euangelistæ de Christo scripserunt, quemadmodum sibi atq; inter se cõgruant: ne quid ex hoc in fide Christiana offendiculi patiantur, qui curiosiores quàm capaciores sunt, ꝙ non vtcunq; perlectis, sed
B
quasi diligentius perscrutatis Euangelicis libris, inconuenientia quædam & repugnantia se deprehendisse existimantes, magis ea contentiose obiectanda quàm prudenter cõsideranda esse arbitrantur.

Quare usq; ad Ioseph generatores Xp̃i commemorãtur, cum de illius semine Xp̃s nõ sit natus, sed de uirgine Maria. Cap. I.



Atthæus Euangelista sic orsus est, Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Quo exordio suo satis ostendit generationẽ Christi ẜm carnem se suscepisse narrandam. Secundum hanc.n. Christus filius hominis est, qđ etiam sæpissime appellat, commendans nobis quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Nam illa superna & ęterna generatio, ẜm quam filius Dei unigenitus est ante oẽm creaturã, quia omnia per ipsum facta sunt, ita ineffabilis est, vt de illa dictum a propheta intelligatur, Generationem eius quis enarrabit? Exequitur ergo humanam generationẽ Christi Matthæus, ab Abraham generatores commemorãs, quos perducit ad Ioseph virũ Mariæ de qua natus est Iesus. Neq; enĩ fas erat ut ob hoc eũ a coniugio Mariæ separandũ putaret, ꝙ non ex eius concubitu, sed virgo peperit Christũ. Hoc.n. exẽplo magnifice insinuatur fidelibus coniugatis etiam seruata pari consensu continentia, posse permanere uocariq; coniugium, nõ permixto corporis sexu, sed custodito mẽtis affectu: pˢsertim quia nasci eis etiã filius potuit sine vllo cõplexu carnali, qui ꝓ ꝓ solos gignendos filios adhibendus est. Neq;.n. propterea nõ erat appellandus Ioseph pater Christi, qa nõ eum concumbendo genuerat, qñquidem recte pater esset ẽt eius quẽ nõ ex sua coniuge procreatũ aliunde adoptasset. Putabatur quidẽ Christus etiã aliter filius Ioseph, tanq̃ ex eius omnino carne ꝓgenitus, sed ab eis hoc putabatur, quos Marię latebat uirginitas: Nã Lucas ait, Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph. Qui tamen Lucas non eius parentem solam Mariam, sed ambos parentes eius appellare minime dubitauit, ubi ait, Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapiẽtia, & gratia Dei erat in illo, Et ibant parẽtes eius per oẽs annos in Hierusalem in die solenni Paschæ. Sed ne quisquam hic parentes cõsanguineos potius Marię cũ ipsa m̃re eius intelligẽdos putet, qđ ad illud respõdebit, ꝙ ipse

[Margin notes: Matt. 1. — Mat. 8. — Ioan. 1. — Esa. 53. — C — Matt. 1. — Lucæ. 3. — Lucæ 2. — D]

ipse item Lucas superius dixit, Et erant pr̄ eius & mater mirantes super iis q̄ dicebant de illo? Cum igit ipse narret, non ex concubitu Ioseph, sed ex Maria uirgine natū Christum, unde eum patrē eius appellat: nisi q̄a & uirum Mariæ recte intelligimus sine cōmixtione carnis, ipsa copulatione coniugii: & ob hoc ēt Christi patrem multo coniunctius qui ex eius coniuge natus sit, quam si ei esset aliunde adoptatus? Vnde manifestū est, illud quod ait, Vt putabat filius Ioseph: p̄ p̄ illos dixisse, qui eū ex Ioseph, sicut alii homines nascuntur, natum arbitrantur. *Luc. 3.*

Qūo sit Xp̄s filius Dauid, cum ex Ioseph filii Dauid concubitu non sit natus. Ca. II.

AC per hoc si demonstrare aliq̄s posset Mariam ex Dauid nullam cōsanguinitatis originem ducere, sat erat s̄m istam rationem accipere Christum filiū Dauid, qua ratione ēt Ioseph pater eius recte appellatus est. E Quanto magis cum euidenter dicat Apostol. Paulus, ex semine Dauid s̄m carnem Christum, & ipsam quoque Mariam de stirpe Dauid aliquam consanguinitatem duxisse, dubitare utiq; non dēmus. Cuius fœminæ qm̄ nec sacerdotale genus tacet, insinuante Luca, q̄ cognata eius esset Elisabet, q̄ dicit de filiab. Aaron, firmissime tenendum est, carnem Christi ex utroq; genere propagatā, & regū. s. & sacerdotum, in quib. p̄sonis apud illū populū Hebræorum ēt mystica unctio figurabat. i. chrisma, unde Christi nomen elucet, tanto ante etiam ista euidentissima significatione prænunciatū. *Rom. 1.* *Luc. 1.*

Quare alios progenitores Christi Matthæus enumerat, alios Lucas. Cap. 3.

QVos aūt mouet, q̄ alios p̄genitores Matthæus enumerat, descendens a Dauid usq; ad Ioseph, alios aūt Lucas ascendens a Ioseph vsq; ad Dauid: facile est, ut aduertāt duos patres hēre potuisse Ioseph, unū a quo genitus, alterū a quo fuerit F adoptatus. Antiqua est n. consuetudo adoptandi ēt in illo populo dei, ut sibi filios facerent, quos non ipsi genuissent. Nam excepto q̄ filia Pharaonis Moysen adoptauerat, *Mat. 3.* *Luc. 3.* *2. Retra. cap. 7. & 16* *Contra*

illa quippe alienigena fuit, ipse Iacob nepotes suos ex Ioseph natos, verbis manifestissimis adoptauit dicens. Nunc itaq; filii tui duo qui nati sunt tibi priusq̄ ad te venirem, mei sunt, Ephraim & Manasses, tanq̄ Rubē & Simeon erunt mihi. *Natos aūt si genueris postea, *tibi erunt. Vn̄ ēt factū est ut duodecim trib. essent Israel, excepta tribu Leui q̄ tēplo seruiebat, cū ea q̄ppe tredecim fuerunt, cū duodecim fuissent filii Iacob. Vnde intelligit Lucas p̄rem Ioseph, non a quo genitus, sed a quo fuerat adoptatus suscepisse in Euangelio suo, cuius p̄genitores sursum versus cōmemorat donec exiret ad Dauid. Cū. n. necesse sit utroq; Euangelista uera narrante, & Matthæo, s. & Luca, ut unus eorum eius patris originē teneret q̄ genuerat, alter eius q̄ adoptauerat Ioseph, quē probabilius intelligimus adoptantis originē tenuisse, q̄ eū qui noluit Ioseph genitum dicere ab illo cui⁹ eū filiū eē narrabat? Cōmodius. n. filius eius dictus est, a quo fuerat adoptatus, q̄ diceret ab illo genitus, cuius carne nō erat nat⁹ G Matthæus aūt dicens, Abrahā genuit Isaac, Isaac genuit Iacob: atq; ita in hoc verbo qđ est, genuit, p̄seuerans donec in vltimo diceret, Iacob aūt genuit Ioseph: satis expressit ad eum p̄rem se p̄duxisse originē gn̄antiū, a quo Ioseph non adoptatus sed genitus erat. Quanq̄ si ēt Lucas genitū diceret Ioseph ab Heli, nec sic nos hoc uerbū p̄turbare dēret, vt aliud crederemus q̄ ab uno Euangelista gignētē, ab altero adoptantē p̄rem fuisse cōmemoratū. Neq; . n. absurde q̄sq; dr̄, non carne, sed charitate genuisse, quē filiū sibi adoptauerit. At uero ēt nos q̄b. dedit deus p̄tātē filios eius fieri, de natura atq; substantia sua non nos genuit, sicut unicum filiū, sed vtiq; dilectione adoptauit. Quo uerbo Apost. sæpe uti nō ob aliud intelligitur, nisi ad discernendum vnigenitum ante oēm creaturam, p̄ quem facta sunt oīa: q̄ solus de substantia patris natus est, s̄m æqualitatem diuinitatis hoc oīno qđ pr̄: quē missum dicit ad suscipiendā carnē ex illo gn̄e, quo & nos s̄m naturam nr̄am sumus: ut illo participante mortalitatem nr̄am per dilectionem, nos efficeret participes diuinitatis suę p̄ adoptionem. H Ita. n. dicit, Cum āt uenit plenitudo t̄pis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum *Faustum lib. 3. & cap. 3. & lib. 28. cap. 3.* *Exod. 1.* *Gen. 48.* *Luc. 3.* *Mat. 1.* *Luc. 3.* *Contra Faustum lib. 3. Cap. 5.* *Ioan. 1.* *Rom. 8.* *Gala. 4.*

ctum sub lege, ut eos qui sub lege erant redi
meret, ut adoptionẽ filiorũ reciperemus. Et
tñ dicimur ẽt nati ex deo .i. accepta ptãte ut
filii eius efficiamur qui iam homines era-
mus. Efficimur autem per grãm, non per
naturam. Nam si per naturam filii essemus,
nunq̃ aliud fuissemus. Cum. n. dixisset Ioan
nes Dedit eis ptãtem filios dei fieri ijs qui
credunt in noĩe eius: secutus ait, Qui nõ ex
Ioan. 1. sanguinib. neq; ex uoluntate carnis, neq; ex
volũtate viri, sed ex deo nati sũt, Iraq; quos
dixit accepta ptãte factos dei filios, quod illa
adoptio signat q̃ Paulus cõmemorat, eosdẽ
dixit natos ex deo. Atq; ut ꝑtius oñderet,
qua grã factũ sit, Et uerbũ, inq̃t, caro factũ
Rom. 8. est, & habitauit in nobis. Tanq̃ diceret, quid
Ioan. 1. mirum si filij dei facti sunt cum caro essent,
ꝓ quos unicus caro factus est cum uerbũ
esset? Hac sane magna distantia, quia nos ef-
fecti filii dei mutamur in melius, ille autem
filius dei cum filius hominis factus esset, nõ
I est mutatus in deteri⁹, sed assumpsit qđ erat
inferius, dr̃ & Iacob. Voluntarie genuit nos
verbo ueritatis, ut simus initium aliqđ crea
Iacob. 1. turæ eius. Ne. s. in eo ꝙ ait, genuit, hoc nos
fieri putaremus qđ ipse est, iõ principatum
quendam in creatura nobis hac adoptione
concessum satis ostendit. Nõ ergo alienum
esset a ueritate, ẽt si Lucas ab illo esse Ipseph
genitũ diceret a quo fuerat adoptatus, Etiã
sic q̃ppe genuit eum, non ut hõ esset, sed ut
filius esset, sicut nos genuit deus, ut filii eius
simus, quos fecerat ut hoĩes essemus. Vnicũ
aũt genuit, non solũ ut filius esset, qđ pr̃ nõ
est, sed ẽt ut deus esset qđ & pr̃ est. Sed plane
si hoc uerbo ẽt Lucas vteref, oĩmodo esset
ambiguum, q̃s eorum adoptantẽ, q̃s ex pro-
pria carne gignentẽ p̃rem commemorasset.
qũo & si neuter eorum diceret genuit, sed &
Mat. 1. iste eum filium illius, & ille illius diceret, ni
Luc. 3. hilominus esset, ambiguum, q̃s eorum illũ
de quo natus, q̃s illũ a quo adoptat⁹ erat cõ
memorasset. Nunc uero cum alter dicit, Ia-
cob genuit Ioseph: alter, Ioseph qui fuit fili⁹
Heli; ẽt ipsa uerborum dr̃ia q̃d singuli susce
pissent eleganter intimauerunt. Sed hoc fa-
cile sane, ut dixi, posset occurrere homini re
ligioso, q̃ quodlibet aliud quærendũ potius
K iudicaret q̃ Euangelistã crederet esse menti
tum. Facile, inq̃, occurreret, ut videret quib.
causis unus homo duos patres habere potue
rit: hoc & illis calumniosis occurreret, nisi
litigare quam considerare maluissent.

Quare quadraginta generationes excepto
ipso Christo inueniuntur apud Matthæũ
cum quatuordecim triplicet. Cap. 4.

Illud aũt ꝙ deinceps insinuandum est, re
uera ut aduerti & videri posset, lectorem
attentissimum & diligentissimum req̃re
bat. Acute q̃ppe aĩaduersum est, Matthæum
q̃ regiã in Christo instituerat insinuare ꝑso
nã, excepto ipso Christo, quadraginta hoĩes
in gñationum serie nominasse. Numerus ãt
iste illud tp̃s signat, quo & in hoc seculo &
in hac terra regi nos oportet a Christo ẽm
disciplinã laboriosam, qua flagellat deus, ut
scriptum est, & oẽm filium quem recipit: de
qua dicit Apost. Per tribulationem oportet *Heb. 12.*
(nos) intrare in regnum dei, Quã signat ẽt *Acto. 4*
illa virga ferrea, de qua in Psalmo legit. Re- *Psal. 1.*
ges eos in uirga ferrea: cũ superius dixisset, L
Ego ãt constitutus sum rex ab eo, super Siõ
montem sc̃tm̃ eius. Regunt. n. ẽt boni in vir
ga ferrea, de q̃b. dr̃: Tp̃s est ut iudicium inci
piat a domo dñi. Et si initium a nobis: qualis *1. Pet. 4.*
finis erit eis, qui nõ credunt dei Euangelio?
Et si iustus vix saluus erit, pc̃tõr & impii vbi
parebunt? Ad quos ꝑtinet qđ sequit: Tanq̃
vas figuli conteres eos. Regunt. n. boni per
hanc disciplinam, mali uero cõminuunt, q̃
tanq̃ ijdem ipsi cõmemorant ꝑ vna atque *Psal. 2.*
eadem sacra, q̃ hñt cõia mali cum bonis.
Quia ergo numer⁹ iste laboriosi huius tp̃is
sacr̃m est, quo sub disciplina regis Christi
aduersus diabolũ dimicamus, ẽt illud decla-
rat, qđ quadraginta dierum ieiunio, hoc, est *Exo. 24.*
humiliationẽ. aĩæ consecrauit & lex & Pro- *& 3. Re-*
phetæ, ꝑ Moysen & Heliam qui quadrage- *gum 19.*
nis dieb. ieiunauerũt: & Euangeliũ ꝑ ipsius *Mat. 4.*
dñi ieiunium: q̃b. dieb. quadraginta ẽt tenta
batur a diabolo, quid aliud q̃ per oẽ huius se
culi tp̃s tentationem nr̃am in carne sua quã
de nr̃a mortalitate assumere dignatus est, p̃fi *Acto. 1.*
gurans? Post resurrectionem quoq; non am M
plius q̃ dies quadraginta cũ discipulis suis ĩ
hac terra eẽ uoluit, huic eorũ uitæ adhuc hu
mana cõuersatione cõmixtus, & cũ illis ali-
mẽta mortaliũ, q̃uis iã ñ moritur⁹ accipiẽs;
ut per

per ipsos quadraginta dies significaret, se oc culta præsentia qđ promiserat impleturum, qñ ait, Ecce ego uobiscum sum usq; ad con summationem seculi. Cur ãt iste numerus hanc temporalem uitam terrenamq; signifi cet, illa interim cã de proximo occurrit, quã uis sit alia fortasse secretior, ꝙ & tpa annorum quadripartitis uicib. currunt, & mũdus ipse quatuor partib. terminatur, quas aliqñ uentorum noie scriptura commemorat, ab Oriente & Occidente & Aquilone & Meridie. Quadraginta ãt quater habent decẽ. Porrò ipsa decem ab vno vsq; ad quatuor ꝓgrediente numero cõsummãtur. Ad hunc igit mundum, & ad istã terrenã mortaleq; uitã hoĩum, ad nos regendos in tentatione laborãtes, uenientem regem Christum Matthęus suscipiens, exorsus est ab Abrahã, & enumerauit quadraginta hoĩes. Ab ipsa.n. gente Hebræorum, q̃ a cæteris gentib. ut distingueretur, deus de terra sua & de cognatione sua separauit Abraham Christus uenit in carne; ut & hoc ad eũ distinctius ꝓphetãdum & pnũciandum maxime ꝑtineret, ꝙ promittebat ex qua esset gente uenturus. Cum .n. quater denas generatiões trib. distinxisset articulis, dicens, Ab Abrahã usq; ad Dauid generationes esse quatuordecim & a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis alias quatuordecim, totidemq; alias usque ad natiuitatem Christi, nõ tñ eas duxit in summã vt diceret, fiunt oẽs quadragintaduæ. Vnus qppe in illis progeneratorib. bis numeratur, id est Iechonias, a quo facta est quædã in extraneas gentes deflexio, qñ in Babyloniã transmigratum est. Vbi ãt ordo a rectitudine flectitur, atq; ut eat in diuersum tãquã angulum facit: illud qđ in angulo est, bis numerat, in fine.s. prioris ordinis, & in capite ipsius deflexiõis. Et hoc ipsum iã præfigurabat Christũ a circunsione ad præputium tanq̃ ab Hierusalẽ ad Babyloniã quodãmõ migraturũ, & hinc atq; hinc vtriusq; in se credentib. tanq̃ lapidẽ angularem futurum. Hæc tunc in figura præparabat deus reb. in ueritate uẽturis. Nã & ipse Iechonias ubi angulus iste præfiguratus est, interpretatur præparatio dei. Sic ergo iam nõ quadragintaduæ qđ faciunt ter quatuordecim, sed ꝓꝑ vnum bis numeratũ, quadraginta una generationes fiunt, si & ipsum Christũ annumeremus q̃ huic regendæ uitę nr̃æ tpali atq; terrenæ, tanq̃ numero quadragenario regulariter ꝓsidet, quẽ ad istã mortalitatẽ nobiscũ participãdã q̃ descendentem uoluit significare Matthæus, iõ & ipsas generationes ab Abrahã vsq; ad Ioseph & usque ad ipsius Xp̃i natiuitatẽ, descendendo ɔmemorauit ab initio Euãgelij sui. Lucas ãt non ab initio Euãgelij sui, sed a baptismo Xp̃i generationes narrat, nec descendendo sed ascẽdendo, tãquã sacerdotẽ in expiãdis peccatis magis assignãs, ubi eum vox de cœlo declarauit, ubi testim̃ Ioãnes ipse ꝓhibuit dicens, Ecce q̃ tollit peccata mundi. Ascendendo ãt trãsit ad Abrahã & ꝑuenit ad deum, cui mũdati & expiati reconciliamur. Merito & adoptionis originẽ ipse suscepit, q̃a ꝑ adoptionem efficimur filij Dei, credendo in filium Dei, Per carnalẽ uero generationẽ filius Dei potius ꝓꝑ nos filius hoĩs factus est. Satis aũt demõstrauit, nõ se iõ dixisse, Ioseph filiũ Heli ꝙ de illo genitus, sed ꝙ ab illo fuerit adoptatus, cũ & ipsum Adã filium Dei dixit, cũ sit factus à Deo, sed ꝑ grãm quã postea peccãdo amisit, tanq̃ filius in paradiso constitutus sit. Quapꝓꝑ in generationib. Matthæi, significat nr̃orum susceptio peccatorũ a dño Xp̃o, In generationibus ãt Lucę, significatur abolitio nr̃orum peccatorum a dño Xp̃o. Iõ eas ille descendens enarrat, iste ascendens. Qđ.n. dicit Apostolus, Misit deus filium suũ in similitudinem carnis peccati: hæc est susceptio peccatorũ. Qđ ãt addidit, Vt de peccato dãnaret peccatum in carne: hæc ẽ expiatio pc̃torum. Proinde Matthæus ab ipso Dauid ꝑ Salomonẽ descendit, in cuius m̃re ille peccauit: Lucas uero ad ipsum Dauid ꝑ Nathã ascendit, per quem Prophetam deus peccatum illius expiauit. Ipse quoque numerus quem Lucas exeq̃tur, certissime prorsus abolitionem indicat pc̃torum. Quia .n. Xp̃i aliqua iniq̃tas, qui nullã habuit, non est utique cõiuncta iniquitatib. hominum, quas in sua carne suscepit, ideo numer⁹ penes Matthæũ excepto Christo est quadragenarius. Quia vero iustitiæ suę patrisq; nos expiatos ab omni peccato purgatosq; coniungit, vt fiat qđ ait Apostolus, Qui autẽ adhæret Deo, vnus spiritus est: ideo in eo numero qui est penes Lucam, & ipse Christus a quo incipit enumeratio,

Mat. 28. Zach. 2. Gen. 12. A Mat. 11. Ephe. 2. B Matt. 1. Contra Faustũ. li. 3. c. 4. Lucæ 3. Ioan. 1. C Matt. 1. Lucæ 3. Rom. 8. Matt. 1 1. Re. 11 Lucæ 3. 2. Re. 12. 2. Retr. 16. D 1. Cor. 6. Contra

meratio, & deus ad quē ꝑuenit, cōnumerāt, & fit numerus septuagintaseptē, quo significat omniū ꝓrsus remissio & abolitio peccatorū. Quā ēt ipse dñs ꝑ huius numeri mysteriū euidēter expressit dicēs remittēdum esse peccāti, nō solū septies, sed ēt septuagiessepties. Nec frustra iste numerus ad peccatorū omniū ꝑtinet mūdationē, si diligētius inquirat. Denarius ꝗppe tāquā iustitię numerus, in decē ꝑceptis legis ostendit. Porrò peccatū est legis transgressio, Et utique transgressio denarij numeri cōgruenter undenario figurat, unde & uela cilicina iubent in tabernaculo undecim fieri. Quis aūt dubitet ad peccati significationē ciliciū ꝑtinere? Ac ꝑ hoc quia uniuersū tēpus septenario dierū numero uoluitur, cōuenienter undenario septies multiplicato ad numerū septuagesimū & septimū cuncta peccata ꝑueniunt. in quo numero ēt fit plena remissio peccatorū: expiante nos carne sacerdotis nostri, a quo nūc iste numerus incipit: & recōciliante nos deo, ad quē nūc iste numerus ꝑuenit ꝑ spiritū sanctū, q̄ in columbæ specie in hoc baptismo, vbi numerus iste commemoratur apparuit.

Faustum li. 3. c. 4.
Mat. 18.
Exo. 26.
E

Quommodo Matthęi ordini congruat ordo Lucæ in his quæ de conceptu, & de infantia uel pueritia Christi alius prætermittit, alius commemorat. Cap. 5.

POst enumeratas generatiões Matthęus ita sequit: Christi aūt generatio sic erat, Cū esset despōsata mater eius Maria Ioseph, antequā cōuenirēt, inuenta est in utero habēs de spiritusctō. Hoc quēadmodū factū sit, qđ hic ꝑtermisit Lucas exposuit post cōmemoratū cōceptū Ioannis, ita narrans, In mēse aūt sexto missus est Angelus Gabriel a deo in ciuitatē Galileæ, cui nomē Nazaret ad virginē despōsatā uiro, cui nomē erat Ioseph de domo Dauid, & nomē uirginis Maria, Et ingressus angelus ad eam dixit, Aue gratia plena dñs tecū, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei, Ne timeas maria, inuenisti .n. gratiā apud deum. Ecce concipies in vtero & paries filiū, & uocabis nomē eius Iesum. Hic erit magnus & filius altissimi uocabit. Et dabit illi dñs deus sedē Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis. Dixit autē Maria ad angelum, Qūo fiet istud qm̄ uirum nō cognosco? Et respōdens angelus dixit ei, Spiritusanctꝰ superueniet in te, & uirtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; & qđ nascet ex te sanctū, uocabitur filius dei. Et cętera q̄ ad id ꝙ nunc agitur nō pertinent. Hoc ergo Matthæus cōmemorauit dicens de Maria, Inuenta est in vtero habens de spiritussancto. Nec cōtrariū est, q̄a Lucas exposuit id qđ Matthæus ꝑtermisit cum de spiritusancto Mariā cōcepisse vterq; testetur. Sicut nō est cōtrariū q̄a Matthęus deinceps connectit qđ Lucas ꝑtermittit. Sequitur. n. & dicit Matthęus. Ioseph autē vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eā. Hęc aūt eo cogitante, ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicens, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariā coniugē tuā: Qđ. n. in ea natū est, de spiritusancto est. Pariet autē filiū, & vocabis nomē eius Iesum, ipse. n. saluū faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc aūt totū factū est, ut adimpleret qđ dictum est à dño ꝑ Prophetā dicentē, Ecce virgo in utero habebit & pariet filium &* uocabitur nomē eius Emmanuel, qđ est interpretatū nobiscū deus. Exurgēs āt Ioseph a somno, fecit sicut ꝑcepit ei angelus dñi. Et accepit cōiugē suā, & nō cognoscebat eā donec peperit filium suū primogenitū, & uocauit nomē eius Iesū. Cū ergo natus esset Iesus in Bethleē Iudę in diebus Herodis regis: & cætera, De ciuitate Betlheē Mathæus Lucasq; consentiunt, Sed qūo & qua causa ad eā uenerint Ioseph & Maria, Lucas exponit: Matthæus ꝑtermittit. Contra de magis ab oriente uenientibus Lucas tacet, Matthæus dicit ita contexens. Ecce Magi ab Oriente uenerunt Hierosolymam dicentes, Vbi est q̄ natus est rex Iudęorum? Vidimus enim stellā eius in Oriente, & uenimus adorare eum. Audiens autē Herodes rex turbatus est: & cætera, usq; ad eum locum, ubi scriptum est de ipsis Magis, quòd responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. Hoc totum Lucas ꝑtermittit, sicut Matthæus non narrauit quòd Lucas narrat, in præsepio positum dominum: & qđ pastoribus eum natum angelus nunciauerit,

Mat. 1.
Luc. 1.
F
Matt. 1.
Lucæ. 1.
Matt. 1.
G
a. l. uocabant.
Esaiæ. 7.
Matt. 2.
Lucæ. 2.
Matt. 2.
H

rit, & ꝙ multitudo militiæ cœlestis facta est cum angelo laudātiū deū, & quod uenerūt pastores & viderunt verū esse ꝙ eis angelus nunciauerat: & ꝙ die circuncisionis suæ nomen acceperit: & q̄ post impletos die purgationis Mariæ idē Lucas narrat, ꝙ attulerint eū ad Hierusalē, & de Simeō uel Anna, q̄ dixerint de illo in tēplo posteaq̄ cognouerunt eū impleti spiritusancto. Oīa hæc tacet Matthæus. Vn̄ merito quæritur, qn̄ facta sint, siue quæ Matthæus ꝑtermittit & Lucas dicit, siue q̄ Lucas prætermittit & Matthæus dicit. Qn̄ quidē Matthæus, regressis in regionē suam magis qui venerant ab Oriente, sequitur & narrat, Ioseph ab angelo admonitū ut cum infāte in Aegyptū fugeret, ne ab Herode necaretur: deinde Herodē illo nō inuento, a bimatu & infra pueros occidisse. Defuncto āt Herode redijsse ab Aegypto, & audito ꝙ Archelaus in Iudæa regnaret pro Herode patre suo, habitasse cum puero in Galilæa ciuitate Nazareth: quæ oīa Lucas tacet. Nec ideo cōtrarium videri pōt quod vel hic dicit q̄ ille prætermittit, uel ille cōmemorat quę iste nō dicit. Sed quæritur qn̄ fieri potuerint, quę cōtexit Matthęus de profectione in Aegyptum atq; inde regressione post Herodis mortem, ut iam in ciuitate Nazareth habitarent, quò eos Lucas posteaq̄ perfecerunt in tēplo circa puerum oīa ſm legem domini, reuersos esse cōmemorat. Hinc proinde cognoscendū est quod deinceps ad cætera talia valeat, ne similiter moueant animumq; cōturbent, sic unumquemq; Euangelistā contexere narrationem suā, ut tanq̄ nihil prætermittentis series digesta uideatur. Tacitis. n. q̄ non uult dicere, sic ea q̄ vult dicere, illis q̄ dicebat adiungit, vt ipsa continuo sequi videantur. Sed cū alter ea dicit q̄ alter tacuit, diligēter ordo cōsideratus indicat locum vbi ea potuerit a quo prætermissa sunt trāsilire, vt ea q̄ dicere intēderat, ita superiorib. copularet, tanq̄ ipsa nullis interpositis sequerent̄. Ac ꝑ hoc intelligitur Matthæus vbi ait somnio admonitos magos ne redirēt ad Herodē, ꝑ aliā viā regressos in regionē suā. illic ꝑtermisisse quæ Lucas narrauit gesta circa dn̄m in tēplo, & dicta a Symeone, & Anna: ubi rursus Lucas prætermittens profectionem in Aegyptū, quā narrat Matthæus, tanq̄ continuā contexuit regressionem ad ciuitatem Nazareth. Si quis aūt velit vnam narrationem ex oībus, q̄ de Christi natiuitate, & infantia, vel pueritia in vtriusq; narratione ab alterutro seu dicuntur seu prætermittuntur ordinare, sic potest. Christi aūt generatio sic erat: Fuit in diebus Herodis regis Iudeæ, sacerdos quidā nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illi de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabet. Erāt aūt iusti ambo ante deū, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius eò quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factū est aūt cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante deū ſm consuetudinem sacerdotij, forte exiit ut incensum poneret in templum dn̄i. Et omnis multitudo populi orans foris hora incensi. Apparuit aūt illi angelus dn̄i stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, timor irruit super eum. Ait autē ad illum angelus, Ne timeas Zacharia, qm̄ exaudita est deprecatio tua. Et vxor Helisabeth pariet tibi filium & vocabis nomen eius Ioannem, & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit. n. magnus coram dn̄o: vinum & siceram non bibet, & spiritusancto replebit adhuc ex utero matris suæ, & multos filiorum Israel conuertet ad dn̄m deū ipsorum. Et ipse pręcedet ante illum in spiritu, & virtute Helię, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare dn̄o plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum, Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens & non poteris loqui vsq; in diem quo hæc fiant, pro eo ꝙ non credidisti verbis meis, quæ implebuntur tp̄e suo. Et erat plebs expectans Zachariā, & mirabantur ꝙ tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognouerunt ꝙ uisionem vidisset in tēplo. Et ipse erat innuēs illis, & permansit mutus. Et factum est vt impleti sunt dies officii eius abiit in domū suam. Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus

Marginalia: Matt. 2. | I | Matt. 2. | Luc. 2. | K | Matt. 1. Luc. 1. | L | M

bus quinq; dicens, Quia sic mihi fecit dñs in dieb. quinq; respexit auferre opprobriũ meũ inter homines. In mense ãt sexto missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad uirginẽ desponsatã uiro, cui nomen erat ioseph de domo Dauid & nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eã dixit, Aue gratia plena dñs tecũ, benedicta tu inter mulieres. Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis eẽt ista salutatio. Et ait angel⁹ ei, Ne timeas Maria, inuenisti.n. gratiã apud deum, Ecce concipies in utero, & paries filiũ, & uocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus & filius altissimi uocabitur: & dabit illi dñs deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo iacob in æternũ, & regni eius non erit finis.

A Dixit ãt Maria ad angelũ. Qũo fiet istud qm̃ uirũ non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei, Spiritussanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & ꝙ nascetur ex te sanctũ, uocabitur filius dei. Et ecce Elisabet cognata tua, & ipsa cõcepit filiũ in senectute sua. Et hic mẽsis est sextus illi quæ uocatur sterilis, quia nõ erit impossibile apud deũ oẽ uerbum. Dixit ãt Maria, Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſm uerbum tuum. Et discessit ab illa angelus, Exurgẽs ãt Maria in dieb. illis, abiit in montana cum festinatione in ciuitatẽ Iuda, & intrauit in domũ Zachariæ & salutauit Elisabet. Et factũ est ut audiuit salutationẽ Marię Elisabet, exultauit infans in utero eius. Et repleta ẽ spiritusancto Elisabet, & exclamauit voce magna & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vñ hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce.n. vt facta ẽ uox salutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo: & beata es, quę credidisti, qm̃ perficientur ea, quæ dicta sunt

B tibi a domino. Et ait Maria, Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quis respexit humilitatẽ ancillæ suæ, ecce.n. ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius a ꝓgenie in progenies timentib. eum. Fecit potentiã in brachio suo dispersit superbos mẽte cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros Abrahã & semini eius in secula. Mãsit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam, Matthæus dicit, Inuenta est in vtero habens de spiritusancto. ioseph autem uir eius cum esset iustus & nollet eam traducere, uoluit occultè dimittere eam. Hæc aũt eo cogitante, ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicens, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariã cõiugẽ tuã, Quod.n. in ea natũ est, de spũsancto est. Pariet autẽ filiũ, & uocabis nomẽ eius Iesũ. Ipse.n. saluũ faciet populũ suũ a peccatis eorũ. Hoc aũt totũ factũ est, vt adimpleret̃ qđ dictũ est a dño ꝑ Prophetã dicẽtẽ, Ecce uirga in utero hẽbit & pariet filiũ & uocabitur nomẽ eius Emanuel, ꝙ est interpretatum, nobiscũ deus. Exurgẽs aũt ioseph a somno, fecit sicut præcepit ei angelus dñi, & accepit coniugem suam & non cognoscebat eam. Lucas dicit, Elisabet autem impletũ est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt uicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & cõgratulabantur ei. Et factum est in die octauo, uenerunt circuncidere puerum, & uocabant eum nomine patris eius Zachariã. Et respõdens mater eius, dixit, Nequaquam, sed uocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam, Quia nemo est in cognatione tua qui vocet̃ hoc nomine. Innuebant aũt patri eius quem uellet uocari eũ. Et postulans pugillarẽ scripsit dicens, Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertũ est aũt illico os eius & lingua loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes uicinos eorũ, & super oĩa montana iudeæ diuulgabantur oĩa uerba hæc. Et posuerunt oẽs qui audierant in corde suo, dicentes, Quid putas puer iste erit. Etenim manus dñi erat cum illo, Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto & ꝓphetauit dicens, Benedictus dñs de⁹ israel, quia visitauit & fecit redemptionẽ plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorũ qui a seculo sunt Prophetarũ eius. Salutẽ ex inimicis nostris, & de manu oĩum q̃ oderunt nos. Ad faciendã misericordiam

Matt. 1.

C Esai. 7.

Luc. 1.

D

cum

cum patrib. nostris, & memorari testamenti
sui sancti, Iusiurandũ ꝙ iurauit ad Abrahã
patrẽ nostrũ, daturũ se nobis, ut sine timore
de manu inimicorũ nostrorũ liberati, seruia
mus illi. In sanctitate & iustitia corã ipso oĩ
bus dieb. nostris. Et tu puer Propheta altissi-
mi vocaberis, præibis.n.ante faciẽ dñi para-
re vias eius. Ad dandã scientiã salutis plebi
eius, in remissionẽ pctõrum eorũ. Per uisce-
ra misericordiæ dei nostri, in quib. visitauit
nos oriens ex alto. Illuminare ijs qui in tene
bris & in umbra mortis sedent, ad dirigẽdos
pedes nostros in viã pacis. Puer autẽ cresce-
bat & confortabatur spiritu, & erat in deser
tis vsq; in diẽ ostensionis suæ ad Israel. Factũ
est ãt in dieb. illis, exiit edictũ a Cæsare Au-
Lucæ. 1 gusto, vt describeretur vniuersus orbis: Hæc
descriptio prima facta est sub præsidæ Syriæ
Cyrino, Et ibant oẽs vt profiterentur singuli
E in suã ciuitatẽ. Ascendit aũt & ioseph a Gali
læa de ciuitate Nazareth in iudæã ciuitatem
Dauid, q̃ vocatur Bethleem, eo ꝙ esset de do
mo & familia Dauid, vt profiteretur cũ Ma-
ria desponsata sibi vxore prægnante. Factum
est aũt cũ essent ibi, impleti sunt dies vt pare
ret, & peperit filium suũ primogenitũ, & pã
nis eum inuoluit, & reclinauit eum in præse
pio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et
pastores erant in eadẽ regione uigilantes &
custodientes vigilias noctis supra gregẽ suũ.
Et ecce angelus dñi stetit iuxta illos, & chari
tas dei circumfulsit illos & timuerunt timo-
re magno. Et dixit illis angelus, Nolite time-
re, Ecce.n.euangelizo uobis gaudiũ magnũ
quod erit oĩ populo, quia natus est uobis ho
die Saluator, q̃ est dñs, in ciuitate Dauid. Et
hoc uobis signũ, Inuenietis infantẽ pãnis in-
uolutũ & positũ in præsepio. Et subito facta
est cũ angelo multitudo militię cœlestis, lau
dantiũ deũ & dicentiũ, Gloria in altissimis
deo, & in terra pax hominib. bonæ uolunta-
tis. Et factũ est ut discesserunt ab eis angeli in
F cœlũ, pastores loquebant̃ ad inuicẽ. Transea
mus usq; Bethleẽ, & uideamus hoc uerbum
ꝙ factũ est, quod dñs ostendit nobis. Et ue-
nerunt festinãtes, & inuenerunt Mariã & io
seph & infantẽ positum in præsepio. Viden-
tes aũt cognouerunt de uerbo ꝙ dictũ erat
illis de puero hoc. Et oẽs qui audierunt mira
ti sunt, de ijs quæ dicta erant a pastorib. ad ip
sos. Maria ãt conseruabat oĩa uerba hæc, con
ferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores
glorificantes & laudantes deũ in omnib. quę
audierant & uiderãt, sicut dictũ est ad illos.
Et postq̃ consummati sunt dies octo, ut cir-
cunderetur puer, uocatũ est nomen eius Ie-
sus, ꝙ uocatũ est ab angelo, priusquã in ute-
ro conciperetur. Matthæus dicit, Et ecce ma *Matt. 2*
gi ab Oriente uenerunt Hierosolymã dicen
tes, Vbi est qui natus est rex iudæorũ? Vidi-
mus.n.stellã eius in Oriẽte, & uenimus ado-
rare eum. Audiens ãt Herodes rex turbatus
est, & oĩs Hierosolyma cum illo. Et congre-
gans oẽs principes sacerdotum & scribas po
puli, sciscitabatur ab eis ubi Chr̃s nasceret̃.
At illi dixerunt ei, In Bethleem iudæ, Sic.n.
scriptũ est per Prophetã, Et tu Bethleẽ terra *Mich. 5*
iuda nequaq̃ minima es in principib. iuda,
ex te.n.exiet dux q̃ regat populũ meũ israel. G
Tunc Herodes clã uocatis magis, diligenter
didicit ab eis tp̃s stellæ q̃ apparuit eis. Et mit
tens eos in Betthleem dixit, Ite & interroga
te diligenter de puero, & cum inueneritis re
nunciate mihi, vt & ego ueniens, adorẽ eũ.
Qui cũ audissent regẽ, abierunt. Et ecce stel
la q̃ uiderant in Oriente antecedebat eos vs
que dũ ueniens staret supra ubi erat puer. Vi
dentes autẽ stellã, gauisi sunt gaudio magno
ualde. Et intrantes domum inuenerunt pue-
rum cum Maria matre eius, & prociden-
tes adorauerũt eum, & apertis thesauris suis
obtulerunt ei munera, aurũ, thus & mirrhã.
Et respõso accepto in somnis, ne redirent ad
Herodẽ: per aliã uiã regressi sunt in regionẽ
suã. Qui cũ recessissent, Lucas dicit. Posteaq̃
impleti sunt dies purgationis Mariæ secũdũ
m legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalẽ *Lucæ. 2*
ut sisterent eum domino, sicut scriptum est ĩ *Leui. 12*
lege domini, Quia oẽ masculinũ adaperiens
vuluam, sanctum domino uocabitur. Et ut
darent hostiam secundum quod dictum est
in lege domini, par turturum, aut duos pul-
los columbarum. Et ecce homo erat in Hie- *Exo. 12*
rusalem, cui nomen Simeon, & homo iste *Num. 8* H
iustus & timoratus, expectans consolatio-
nem israel, & spiritussanctus erat in eo. Et
responsum acceperat a spiritusancto non ui
surum se mortem nisi prius uideret Christũ
domini. Et uenit in spiritu in templum.
Et cum inducerent puerum Iesum parentes

eius, vt facerent ſm conſuetudinem legis ꝓ
eo,& ipſe accepit eũ in amplexus ſuos,& be
nedixit deũ & dixit, Nunc dimittis ſeruum
tuum dñe ſm verbum tuum in pace, Quia
uiderunt oculi mei ſalutare tuũ, Quod para
ſti ante faciem oĩum populorum, Lumē ad
reuelationē gentiũ & gloriã plebis tuæ Iſ-
rael. Et erat pater eius & mater mirantes ſub
his quę dicebantur de illo. Et benedixit illis
Simeõ,& dixit ad Mariã matrē eius,Ecce po
ſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionē mul-
torum in Iſrael, & in ſignum cui contradi-
cetur.Et tuã ipſius aĩam pertranſiet gladius,
vt reuelentur ex multis cordibus cogitatio-
nes.Et erat Anna Prophetiſſa filia Phanuel
de tribu Aſer:hæc ꝓceſſerat in dieb. multis,
& vixerat cũ viro ſuo annis ſeptē à uirgini-
tate ſua. Et hæc vidua erat vſq; ad annos 84.
quæ non diſcedebat de tẽplo,ieiunijs & ob-
ſecrationib.ſeruiens nocte & die.Et hęc ipſa
I hora ſu pueniens,cõfitebatur dño, & loque-
batur de illo oĩbus qui expectabant redem-
ptionē Iſrael.Et vt perfecerunt omnia ſm le
gem dñi Matthæus dicit, Ecce angelus dñi
Matt. 2. apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens, Surge &
accipe puerũ & matrē eius, & fuge in Aegy
ptũ,& eſto ibi uſq; dũ dicã tibi,Futurum eſt
enim vt Herodes quęrat puerũ ad perdendũ
eum.Qui conſurgens accepit puerum & ma
trem eius, & ſeceſsit in Aegyptum. Et erat
ibi vſque ad obitum Herodis, vt adimplere-
tur quod dictũ eſt à dño per Prophetam di-
centem,ex Aegypto vocaui filiũ meũ. Tunc
Oſe. 11. Herodes videns qm̃ illuſus eſſet a magis ira-
tus eſt valde:& mittens occidit oẽs pueros,
qui erant in Bethleem & in omnib. finibus
eius,à bimatu & infra ſecundũ tp̃s,quod ex-
quiſierat à magis. Tunc adimpletum eſt qđ
dictum eſt per Hieremiam Prophetam dicē
Hi. 3. & tem.Vox in Rama audita eſt,ploratus & ulu
31. & latus multus, Rachel plorans filios ſuos, &
Matt. 2. noluit conſolari quia nõ ſunt.Defuncto aũt
Herode ecce apparuit angelus dñi in ſomnis
Ioſeph in Aegypto dicens, Surge & accipe
K puerum & matrem eius & vade in terrã Iſ-
rael. Defuncti ſunt.n. qui quęrebant animã
pueri.Qui ſurgens accepit puerum & matrē
eius & venit in terrã Iſrael. Audiens autem
quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro He-
rode patre ſuo,timuit illo ire. Et admonitus
in ſomnis ſeceſsit in partes Galileæ, & ue-
niens habitauit in ciuitate q̃ vocatur Naza-
zareth,vt adimpleret qđ dictũ eſt ꝑ Prophe
tã,qm̃ Nazareus vocabit, Lucas dicit, Puer
aũt creſcebat & confortabatur plenus ſapiē- Eſai. 11
tia,& gratia dei erat in illo. Et ibant parētes Lucæ. 2
eius ꝑ oẽs annos in Hieruſalē in die ſolenni
Paſchæ.Et cũ factus eſſet annorũ duodecim,
aſcendētibus illis in Hieroſolymã ſm con-
ſuetudinē diei feſti,cõſummatiſq; diebus cũ
redirent,remanſit puer Ieſus in Hieruſalē,&
nõ cognouerunt parētes eius.Exiſtimãtes ãt
illũ eſſe in comitatu, venerũt iter diei & re-
quirebant eũ inter cognatos & notos, & nõ
inueniētes,regreſsi ſunt in Hieruſalē requi-
rentes eũ.Et factũ eſt poſt triduũ inuenerũt
illũ in tẽplo ſedentē in medio doctorum, au
dientē illos & interrogantē eos. Stupebãt ãt
oẽs qui audiebant eũ,ſuper prudentia,& re- E
ſponſis eius.Et videntes admirati ſunt.Et di-
xit mater eius ad illũ, Fili quid feciſti nobis
ſic?Ecce pater tuus & ego dolentes quæreba
mus te,Et ait ait ad illos. Quid eſt ꝙ me quæ
rebatis? Neſciebatis q̃a in his quæ patris mei
ſunt oportet me eſſe? Et ipſi nõ intellexerũt
verbum quod locutus eſt ad illos.Et deſcen-
dit cũ eis & venit Nazareth, & erat ſubditus
illis.Et mater eius cõſeruabat oĩa verba hæc
cõferens in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſa
pientia & ætate & gratia apud deũ & hoĩes.

De ordine prædicationis Ioannis Baptiſtæ
inter omnes quatuor. Cap. VI.

IAm hinc de prædicatione Ioãnis narrari Matt. 1
incipit,quã oẽs quatuor cõmemorãt.Nã
& Matthæus poſt illa verba q̃ vltima eius Eſai. 11
poſui,vbi cõmemorauit ex Propheta teſti- Matt. 3
moniũ.Qm̃ Nazareus vocabitur & ſequitur
& adiungit, In diebus aũt illis venit Ioãnes
Baptiſta prædicans in deſerto Iudeæ &c. Et
Marcus qui nihil de natiuitate infantia vel
pueritia dñi narrauit, hic Euangelij ſumpſit
initium.i.à Ioannis prædicatione.Sic.n.exor
ſus eſt,Initiũ Euangelij Ieſu Chriſti filij dei, M
ſicut ſcriptũ eſt in Eſaia Propheta.Ecce mit- Marc. 1
to angelũ meũ ante faciem tuã, qui prępara Eſa. 40
bit viam tuam.Vox clamantis in deſerto, pa Mala. 3
rate viam domini,rectas facite ſemitas eius. Eſa. 30
Fuit Ioannes in deſerto baptizans, & præ-
dicans

dicans baptismũ pœnitentiæ in remissionẽ
peccatorũ.&c. Et Lucas post uerba ubi ait. Et
Iesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia
Lucæ. 3. apud deũ, & hoĩes, de Ioannis ꝑdicatione iã
sequitur dicens, Anno ãt quintodecimo im-
Lucæ. 3. perii Tyberii Cæsaris, Procurante Pontio Pi
lato Iudæa: tetrarcha ãt Galileæ Herode, Phi
lippo ãt fratre eius tetrarcha Itureæ, & Tra-
chonitidis regionis, & Lysania Abilinæ te-
trarcha, sub principib. sacerdotum Anna &
Caipha, factũ est uerbũ dñi super Ioannẽ Za
chariæ filiũ in deserto: & cætera. Ioãnes quo
q; Apostolus in Euangelistis quatuor eminẽ
tissimus, posteaq̃ dixit de uerbo dei, qui est
ipse filius ante oĩa secula creaturæ, quia oĩa
per ipsum facta sunt, intulit cõtinuo de Ioã-
nis ꝑdicatione ac testimonio dicens. Fuit hõ
Ioan. 1. missus a deo cui nomen erat Ioãnes. Vñ iam
uidendũ est de ipso Ioãne Baptista, quatuor
A Euãgelistarũ narrationes, quẽadmodũ inter
se non discordent. Non ut hoc a nobis ꝑ oĩa
requiraẽ aut exigatur, ꝙ mõ fecimus de pri-
mordiis nati ex Maria Christi, quẽadmodũ
inter se Matthæus Lucasq; cõsentiant, vt ex
utriusq; narratione unã faceremus: demon-
strantes tardiorib. quemlibet eorũ cõmemo-
rando quod alter tacet, uel tacendo qđ alter
cõmemorat, nõ impedire intellectũ ueracis
narrationis alterius: ut hoc exẽplo, siue ut a
me factũ est, siue alio mõ cõmodius fieri pos
sit, uideat unusquisq; & in cæteris talib. locis
fieri posse, ꝙ hic factum esse perspexerit. Iã
Matt. 3. ergo, ut dixi, uideamus quatuor euangelista
rũ de Baptista Ioãne cõsensum. Matthęus ita
sequitur, In dieb. ãt illis uenit Ioannes Bapti
Marc. 1. sta prædicans in deserto Iudeæ. Marcus non
dixit, In diebus illis: quia nullã seriem rerũ
ante prẽmiserat, in quarũ rerũ dieb. intellige
retur dicere, si diceret, in illis dieb. Lucas ãt
per potestates terrenas signãtius ipsa tp̃a ex
pressit ꝑdicationis uel baptismi Ioannis di-
cens, Anno ãt quintodecimo Imperii Tibe-
Lucæ. 3. rii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæã
tetrarcha ãt Galilææ Herode, Philippo autẽ
fratre eius tetrarcha Itureæ & Trachonitidis
regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub
principib. sacerdotũ Anna & Caipha, factũ ẽ
uerbum dñi super Ioannẽ Zachariæ filiũ in
deserto. Nec tñ intelligere debemus hos dies
B .i. hoc tempus harũ ptãtum significasse Mat-
thæum cũ diceret, In dieb. illis: sed in multo
lõgioris tp̃is spacio voluisse accipi, ꝙ ait, in
dieb. illis. Mox. n. ut narrauit reuersum de Ae Matt. 3.
gypto Christum mortuo Herode quod utiq;
tp̃e infantiæ uel pueritiæ eius factum est, ut
possit constare quod Lucas de illo cum duo
decim annorũ esset gestum narrauit in tẽplo Marc. 2.
Hierusalẽ. Cũ ergo infantẽ uel puerũ ex Ae-
gypto reuocatũ cõmemorasset Matthęus, cõ
tinuo intulit, In dieb. autẽ illis uenit Ioãnes Lucæ. 2.
Baptista, non utiq; tñmõ pueritiæ illius dies
insinuãs, sed oẽs dies ab eius natiuitate usq;
ad tempus quo prædicare ac baptizare cępit Matt. 3.
Ioannes, quo iam tp̃e Christi ætas iuuenilis
inuenitur, quia coæui erant ipse & Ioannes,
& triginta ferme annorum narraẽ fuisse cũ Lucæ. 3.
ab illo baptizatus esset.

De duobus Herodibus. Cap. 7.

SEd plane de Herodib. solet mouere non
nullos ꝙ Lucas narrauit, in dieb. baptis- C
mi Ioãnis Herodẽ fuisse tetrarchã Gali
leę, qñ etiã dñs iuuenis baptizatus est: Mat-
thęus ãt, mortuo Herode, dicit puerũ Iesum Lucæ. 3. Matt. 2.
ab Aegypto remeasse: ꝙ utrũq; uerũ esse nõ
põt, nisi duo fuisse intelligaẽ Herodes. Qđ
cũ fieri potuisse nemo nesciat, qua cęcitate
insaniunt qui ꝓcliuiores sunt ad calũniãdũ
euãgelicæ ueritati, q̃ paululũ cõsideratioris
ut duos homines eodem uocabulo appel-
latos intelligant, cuius rei exemplis plena
sunt oĩa. Nam iste posterior Herodes priores
Herodis filius fuisse ꝓhibeẽ: sicut Archelaus
quẽ Matthęus in Iudææ regnũ patri mortuo
successisse cõmemorat: sicut Philippus quẽ
fratrẽ tetrarchæ Herodis & ipsum Itureæ te Matt. 1.
rarchã Lucas insinuat. Rex. n. fuit Herodes
ille qui quærebat animã pueri Christi. Hero
des autem alius filius eius, non rex, sed tetrar Lucæ. 3.
cha dictus est, quod nomen Græcum a parte
regni quarta inditum resonat.

Qũo Matthæus dicat timuisse ioseph ire cũ
infante Chr̃o in Hierusalẽ ꝓꝑ Archelaũ,
& nõ timuisse ire iu Galilæã, ubi erat te- D
trarcha Herodes frater eius. Cap. 7.

NIsi forte hinc rursus quispiã moueaẽ
cum Matthæus dixerit ideo timuisse Matt. 2.

ioſeph cũ puero redeunte ire in iudæã, quia pro patre ſuo Herode Archelaus filius eiꝰ ibi regnabat: quõ potuerit ire in Galilæam ubi alius filius eius Herodes tetrarcha erat, ſicut Lucas teſtatur. Quaſi uero ipſa ſint tꝑa qui-
Luc. 3. bus tunc puero timebatur, quæ nunc Lucas cõmemorauit, quæ uſq; adeo mutata erãt, ut in ipſa iudea nõ iam rex eſſet Archelaus, ſed Pontius Pilatus, qui nõ rex iudæorũ ſed præſes erat: cuius tẽporib. gẽtes ſub Tyberio Cæſare filii maioris Herodis, nõ regnũ habebãt ſed tetrarchiã. Qđ utiq; nondũ factum erat, qñ ioſeph timens Archelaũ in iudæa regnantem, ſe in Galilæã cum puero contulit, ubi
Matt. 2. & ciuitas eius erat Nazareth.

Quomodo dicat Matthæus ideo iſſe in Galilæam ioſeph cum infante Chriſto, quia timuit Archelaum pro ſuo patre regnantẽ in Hieruſalem, cum Lucas dicat ideo iſſe in Galilæam, quia illic erat Nazareth ciuitas eorum. Cap. IX.

E
matt. 2. AN forte & hoc mouet, quõ dicat Matthæus, propterea cum puero Ieſu parentes eius iſſe in Galilæã, quia metu Archelai in iudæam ire noluerunt: cum propterea magis iſſe in Galilæam uideantur, q̃a ciuitas eorum erat Nazareth Galilææ, ſicut Lucas nõ tacuit. Sed intelligendũ eſt, ubi an-
Luc. 2. gelus in ſomnis in Aegypto dixit ad ioſeph,
matt. 2. Surge & accipe puerũ & matrẽ eius, & uade in terrã iſrael, ſic intellectũ eſſe primo ioſeph, ut putaret iuſſum ſe eſſe ꝑgere in iudæã. Ipſa .n. primitus intelligi potuit terra iſrael. Porro aũt poſteaq̃ cõperit illic regnare filiũ Herodis Archelaũ, noluit obiicere ſe illi periculo, cum poſſet terra iſrael etiã ſic intelligi, vt & Galilæa illic deputaretur, quia & ipſam populus iſrael incolebat. Quanq̃, & alio modo ſolui poſsit hæc quæſtio, quia potuit uideri parẽtibus Chriſti cum puero de quo talia ꝑ angelica reſponſa didicerant, non eſſe habitandũ niſi in Hieruſalem ubi erat templũ domini: & propterea redeuntes ex Aegypto, illuc eos ituros fuiſſe, & illic habitaturos, niſi Archelai præſentia terrerentur. Neq;.n. diuinitus iubebãtur ibi habitare, ut de Arche-
F lao quod timebant deberent contemnere.

Quõ Lucas dicit. Ibant parentes eius per oẽs annos in Hieruſalẽ in die ſolẽni Paſchæ, cum illo puero, cum dicat Matthæus, qđ metu Archelai timuerint illuc ire ab Aegypto redeuntes. Cap. X.

AN & hoc aliquis dicit: quõ ergo ſicut Lucas narrat, ibant parentes eius per oẽs annos pueritię Chriſti in Hieruſalẽ, ſi Archelai timore illuc prohibebant̃ accedere? Hoc mihi diſſoluere nõ eſſet difficile, nec ſi aliquis *Luc. 2.*
euangeliſtarũ expreſsiſſet, quandiu ibi regnaret Archelaus. Fieri.n. poterat, ut ꝑ diẽ feſtũ inter tã igentẽ turbam latenter aſcenderent, mox reuerſuri, ubi tñ aliis dieb. habitare metuerẽt: ut nec ſolennitate ꝑtermiſſa eſſent irreligioſi, nec continua mãſione cõſpicui. Cũ uero ẽt de regno Archelai q̃ fuerit diuturnũ oẽs tacuerint iſte quoq; intellectus patet: ut ꝙ Lucas dicit ꝑ oẽs annos eos aſcendere ſolitos in Hieruſalẽ, tunc accipiamus factitatũ G
cũ iam nõ timeret Achelaus. Qđ ſi Archelai regnũ aliquanto diuturnius ulla ꝑter euangeliũ hiſtoria prodit, cui fides adhibenda uideatur: illud ꝙ ſuperius dixi ſuffecerit, ꝙ ita timebãt parentes pueri habitationẽ in Hieruſalẽ, ut tñ ꝑꝑ dei timorẽ feſtiuitatẽ ſolennẽ nõ ꝑtermitterent, in qua latere facillime poſſent, neque.n. incredibile eſt captatis tꝑibus opportunis uel dierũ uel horarum accedere homines ad ea loca in quib. eſſe formidant.

Quomodo potuerint cõpletis dieb. purgationis matris Chriſti, ſicut Lucas dicit, aſcendere cum illo in tẽplum ad peragenda ſolennia, ſi ſcđm Matthæum iã Herodi per Magos notũ erat eũ natũ pro quo cũ eũ q̃reret tot occidit infantes. Cap. XI.

HInc ẽt illa ſoluitur qõ, ſi aliquem mouet, cũ iam ſolicitus eſſet ille maior Herodes *matt. 2.*
perculſus magnorũ nuncio, ꝙ rex Iudæorũ H
natus fuiſſet, quõ potuerint cõpletis diebus purgationis matris eius tuto cũ illo aſcendere in templum, ut fierent circa eum ſ̃m legẽ domini quæ Lucas cõmemorat. Quis enim non uideat etiam illum unum diem regem *Luc. 2.*
multis occupatũ latere potuiſſe? Si aũt illud ueri ſimile non vr̃, ꝙ Herodes qui ualde ſolicitus expectabat quid ſibi magi de puero
re

H renunciarent, post tã multos dies se sensit il-
lusum, ut transacto tp̃e purgationis matris
ei⁹, & peracta circa infantẽ solẽnitate primo
genitorũ in tẽplo Hierusalẽ, post ẽt ꝑfectio
nẽ eorũ in Aegypto inmẽtẽ illi uenerit quę-
rere animã pueri, & necare tot paruulos. Si
hoc ergo mouet, omitto dicere quot & quã-
tis occupationib. regia cura distẽdi potuerit,
& ꝑ plurimos dies ab illa intẽtione uel auer
ti oĩno uel impediri. Neq;. n. enumerari pos-
sunt causæ quib. hoc potuerit accidere, quas
tñ multas & magnas esse potuisse nemo ita
rerũ humanarũ inexpertus est, ut aut neget,
aut dubitet. Cui⁹. n. cogitationi nõ occurrat,
q̃ multa alia terribiliora regi nunciari potue
rint seu uera seu falsa: ut q̧ regẽ infantẽ post
aliquot annos sibi uel filijs suis aduersaturũ
timuerat aliquorũ magis propinquantiũ pe
riculorũ terrorib. agitatus, ab illa eura mẽtẽ
abreptã in alijs proxime cauendis potius oc
cuparet? ut ergo hoc omittã, illud dico, po-
steaq̃ nihil Herodi magi renunciauerunt, eũ
credere potuisse illos fallaci stellę uisione de
ceptos, posteaq̃ non inuenerunt quem natũ
I putauerant, erubuisse ad se redire, atq; ita eũ
timore depulso ab inquirendo ac persequen
do puero quieuisse. Cum ergo post purgatio
nẽ matris eius in Hierusalẽ cũ illo uenissent
Lucæ. 2. & ea gesta essent in templo quæ a Luca nar-
rantur, quia uerba Simeonis & Annæ de illo
prophetantium, cum cœpissent ab eis q̧ au-
dierant prædicari, ad pristrinã intentionẽ re
uocatura erant animũ regis, admonitus per
somnium ioseph cũ infante & matre eius fu
Matt. 2. git in Aegyptũ. Deinde uulgatis reb. quę in
templo factæ dictæq; fuerant, Herodes se a
magis sensit illusum, ac deinde ad Chri mor
tem cupiẽs peruenire, multos infantes, sicut
Matthæus narrat, occidit.

De uerbis Ioannis Baptistæ inter omnes quatuor. Cap. XII.

Mat. 3. MAtthæus uero de Ioãne ita cõtexit.
In dieb. aũt illis uenit Ioannes Ba-
ptista prędicans in deserto iudęę, &
dicens pœnitentiã agite, appropinquabit. n.
regnũ cœlorum. Hic est. n. qui dictus est per
Esa. 40. Esaiam prophetam dicentẽ. Vox clamantis
in deserto, parate uiã dñi, rectas facite semi-
tas eius. Marcus quoq; & Lucas consentiunt
hoc Esaię testimoniũ esse de Ioanne. Nã plu *Mar. 1.*
ra uerba ẽt consequentia ex eodẽ Propheta, *Lucæ. 3.*
Lucas cõmemorauit, cum de Ioanne Bapti- K
sta narraret, Ioannes aũt Euangelista ipsum *Ioan. 1.*
ioannem Baptistã de seipso testimoniũ Esaię
protulisse cõmemorat, sicut nunc Matthæus *Matt. 3.*
dixit quędã ioannis uerba quæ alii non dixe
runt, Prædicans, inquit, in deserto iudææ &
dicens, Pœnitentiã agite, appropinquabit. n.
regnũ cœlorũ: hæc verba ioannis alii præter
miserunt. Iam uero ꝙ sequitur Matthæus &
adiungit. Hic est. n. qui dictus est per Prophe
tã Esaiam dicentẽ, Vox clamãtis in deserto,
parate viam dñi, rectas facite semitas ei⁹: am *Esa. 40.*
bigue positum est, nec elucet utrũ ex perso-
na sua idem Matthæus hoc cõmemorauerit,
an adhuc uerba eiusdẽ ioannis secutus adiũ-
xerit, vt totũ hoc ioannes dixisse intelligat̃,
Pęnitentiã agite appropinquabit. n. regnum
cœlorũ. Hic est. n. qui dictus est per Esaiam
Prophetã. & cætera. Neq;. n. hoc mouere de
bet, quia non ait, Ego sum. n. qui dictus sum *Matt. 9.*
per Esaiã Prophetã: sed ait, Hic est. n. qui di- *Ioan. 21.*
ctus est. Solet quippe esse quasi de aliis locu- L
tio & ipsorum euãgelistarũ Matthæi & ioan
nis. Nam & Matthęus dixit, Inuenit hominẽ
sedentem in teloneo: nec dixit, inuenit me. Et
ioannes, Hic est, inquit, discipulus q̧ testimo
niũ perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus
quia uerũ est testimoniũ eius. Non dixit, ego
sum: aut, uerũ est testimoniũ meũ. Dñs ãt ip- *Mat. 16.*
se sæpissime dicit, Filius hominis, aut filius
dei: & nõ dicit, ego. Et oportebat, inq̃t, Xp̃m *Marc. 8.*
pati & resurgere tertio die: non dixit, oporte
bat me pati. Potuit ergo & Iões Baptista cũ *Matt. 3.*
dixisset, Agite pęnitentiã appropinquabit. n.
regnũ cœlorũ de seipso adiungere q̃ sequun
tur. Hic est. n. qui dictus est per Esaiã prophe
tã: & cætera, ut post uerba eius Matthæus ita
narrationẽ contexat, Ipse aũt Ioannes habe-
bat uestimentũ de pilis camelorũ: & cætera.
Qđ si ita est, nõ mirũ si & interrogat̃ q̃d di- *Ioan. 2.*
ceret de seipso, sicut narrat Ioannes euange-
lista, Ego ait, vox clamãtis in deserto: sicut iã
dixerat, ꝑcipiens ut agerent pœnitentiã. De
uestimento uero eius & uictu ita Matthæus *Matt. 3.*
sequit̃, dicens, Ipse ãt Ioannes habebat uesti
mentũ de pilis camelorũ, & zonã pelliceam
circa lumbos suos. Esca autẽ eius erat locu- *Marc. 1.*

ſta & mel ſylueſtre edebat. Hoc & Marcus di
M dit pene totidē uerbis, cæteri āt duo tacent.
Matt. 3. Sequitur ergo Matthæus & dicit, tunc exibat
ad eū Hieroſolyma & oīs Iudea & oīs regio
circa Iordanē, & baptizabātur in Iordane ab
eo, confitentes peccata ſua. Videns aūt multos
Phariſæorū & Sadducæorū uenientes ad
baptiſmū ſuum, dixit eis, Progenies uiperarum
quis demonſtrauit uobis fugere a futura
ira? Facite ergo fructum dignum pœnitētiæ,
Et ne uelitis dicere intra uos, Patrē habemus
Abraham: dico.n. uobis, qm̄ pōt deus ex
lapidib. iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iā.n. ſecuris
ad radicē arboris poſita eſt. Oīs ergo arbor
quæ non facit fructū bonū, excidetur &
in ignē mittetur. Ego quidem uos baptizo in
aqua in pœnitentiā, qui aūt poſt me uēturus
eſt fortior me eſt, cuius non ſum dignus calciamenta
portare, ipſe uos baptizabit in ſpirituſancto
& igni cuius uentilabrū in manu
ſua, & permundabit areā ſuā, & cōgregabit
triticum ſuum in horreū, paleas aūt cōburet
Lucæ. 3. igni inextinguibili. Hæc oīa dicit & Lucas,
eadē pene uerba Ioannis exprimens, Et ubi
aliquid uariū eſt in uerbis, ab eadē tn̄ ſententia
non receditur; uelut cum dicit Matthæus
Ioannē dixiſſe, Et ne uelitis dicere intra uos
A patrē habemus Abraham: ille autē, Et ne cœperitis
dicere patrē habemus Abraham: iſte,
Mat. 3. Ego quidē uos baptizo in aqua in pœnitentiam:
Luc. 3. ille interponit interrogationē turbarū
Mat. 3. quid facerent, & eis reſpondentē Ioannē de
Lucæ. 3. bonis operib. tanq̄ de fructib. pœnitentiæ, q̄
Matthęus omiſit. Deinde in cordib. ſuis cogitantibus
de illo, vtrū ipſe eſſet Chriſtus: eum
Lucæ. 3. dicit reſpondiſſe, Ego quidem aqua baptizo
uos: non dixit: in pœnitentiam, Deinde Matthæus,
Qui autem, inquit, poſt me uenturus
eſt, fortior me eſt; ille uero, Venit āt, inquit,
Mat. 3. fortior me. Itē Matthæus, Cuius non ſum, inquit,
dignus calceamenta portare: ille autē,
Mar. 1. Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiā calceamentorum
eius. Quod & Marcus dicit,
cum cætera taceat. Nam poſt cōmemoratū
habitum & victum eius, ſecutus, ait, Et prædicabat
dicēs, Venit fortior me poſt me, cuius
non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam
calciamētorū eius. Ego baptizaui uos
aqua, ille uero baptizabit uos ſpiritu ſancto.
De calciamentis ergo hoc a Luca diſtat, q᷑
addidit, Procumbens. De baptiſmo aūt hoc B
ab utroq;, quia non dixit, Et igni: ſed tm̄ ſpū
ſancto. Sicut Matthæus ita & Lucas dixit, & Matt. 3.
eodē ordine, Ipſe uero baptizauit in ſpiritu Luca. 3.
igni: niſi quòd Lucas non addidit, ſancto: ſicut
Matthæus dixit: in ſpirituſancto & igni.
His trib. atteſtāt Ioannes euangeliſta, cū dicit,
Ioannes teſtimoniū ꝓhibet de ipſo & clāmat Ioan. 1.
dicens, Hic erat quem dixi, qui poſt me
uenit, ante me factus eſt, quia prior me erat.
Sic.n. oſtendit, tunc eum hoc dixiſſe qn̄ eū illi
dixiſſe cōmemorat. Repetiſſe aūt & cōmemoraſſe
quod iam dixiſſet, cum ait. Hic erat
quē dixi, qui poſt me uenit. Si ergo quęritur,
q̄ uerba potius Ioannes Baptiſta dixerit, vtrū
quæ Matthæus, an quæ Lucas eum dixiſſe cōmemorat:
an quæ Marcus in ipſis paucis quę
illum dixiſſe poſuit, tacens cætera: nullo mō
hinc laborandū eſſe iudicat, qui prudēter intelligit,
ipſas ſentētias eſſe neceſſarias cognoſcendæ
ueritati, quibuslibet uerbis fuerint
explicatæ. Quod.n. alius alium uerborū ordinē
tenet, non eſt utiq; contrariū. Neq; illud
contrarium eſt, ſi alius dicit quod alius prætermittit.
Vt.n. quiſq; meminerat, & vt cuiq;
cordi erat uel breuius uel prolixius, eandem
tn̄ explicare ſententiam, ita eos explicare manifeſtum
eſt. Et in hoc ſatis apparet quod ad
rem maxime pertinet, qm̄ veritas euangelij,
uerbo dei quod ſupra oēm creaturā æternū
atq; incōmutabile permanet, per creaturam
tēpalibus ſignis & linguis hominum diſpenſato,
ſummum culmen authoritatis obtinuit
non nos debere arbitrari mentiri quenquā,
ſi plurib. rem q̄ audierunt uel uiderunt reminiſcentib.
non eodē mō atq; eiſdē uerbis, eadem
tn̄ res fuerit explicata: ut ſiue mutet ordo
uerborum: ſiue alia pro aliis quæ tn̄ idem
valeant uerba proferantur: ſiue aliquid uel
quod recordanti non occurrit, uel quòd ex
aliis quæ dicuntur poſſit intelligi, minus dicatur:
ſiue aliorum quæ magis dicere ſtatuit
narrandorum gratia ut cōgruus tp̄is modus
ſufficiat, aliquid ſibi non totum explicandū,
ſed ex parte tangendnm quiſq; ſuſcipiat: ſiue
ad illuminandam declarandamque ſententiam,
nihil quidem rerum, uerborum tamen
aliquid addat, cui authoritas narrandi conceſſa
eſt ſiue rem bene tenens non aſſequatur,
quamuis id conetur, memoriter etiam
uerba

Contra Fauſtum li. 3. c. 5.

C

Narratio quatenus variat ſine mendacio.

uerba quæ audiuit ad integrum enunciare. Quisquis ãt dicit euangelistis certe per spiritusſancti potentiã id debuisse cõcedi, ut nec
D in genere uerborũ, nec in ordine, nec in numero discreparent: nõ intelligit, quanto amplius euangelistarum excellit authoritas, tanto magis per eos fuisse firmandã cæterorum hominum uera loquentiũ securitatẽ, ut plurib. eandẽ rem forte narrantib. nullo modo quisquã eorũ de mendacio recte arguatur, si ab altero ita discrepauerit, ut poſsit ẽt Euangelistarũ exẽplo præcedente defendi. Cum .n. phas non sit, euangelistarũ aliquẽ mentitum fuisse, uel existimare uel dicere: sic apparebit nec eum fuisse mentitum cui recordanti tale aliquid acciderit quale illis accidisse monstratur. Et quanto magis ad mores optimos pertinet cauere mendacium, tanto magis tã eminenti authoritate regi * debeamus ne putaremus esse mẽdacia cum sic inter se variare aliquorũ narrationes inueniremus, ut inter euangelistas uariatæ sunt. Simul etiã ꝙ ad doctrinã fidelẽ maxime pertinet, intelligeremus, non tã uerborũ q̃ rerũ quærendã uel amplectendã esse ueritatẽ, qñ eos qui nõ eadẽ locutione utuntur, cum reb. sentẽtiisq; non discrepant, in eadẽ ueritate cõstitisse ap-
E probamus. Quid ergo in his q̃ de narrationibus euangelistarum collata proposui putandũ est esse contrariũ? An ꝙ alius dixit. Cuius non sum dignus calciamenta portare: alii uero corrigiam calciamẽti soluere? Non .n. uerbis aut uerborum ordine, aut aliquo genere locutionis, sed ẽt re ipsa vr̃ aliud esse calciaciamenta portare, aliud corrigiam calciamẽti soluere. Merito ergo quæri põt quid Ioannes dixerit non se dignũ esse vtrũ calciamẽta portare, an corrigiã calciamẽti soluere. Si .n. alterũ horũ dixit, ille uerũ vr̃ narrasse, qui hoc potuit narrare ꝙ dixit, Qui ãt aliud & si non est mentitus, certe uel oblitus, aliud pro alio dixisse putabitur. Oẽm ãt falsitatẽ abesse ab euangelistis decet, non solum eã q̃ mẽtiendo ꝓmitur, sed ẽt eã quæ obliuiscendo. Itaq; si ad rẽ pertinet aliquid aliud intelligere ex eo ꝙ dictũ est calciamenta portare: aliquid aliud ex eo ꝙ dictũ est corrigiã calciamenti soluere; q̃d aliud accipiendũ recte existimaueris, nisi Ioannẽ vtrunq; dixisse, siue aliud alio tp̃e, siue cõtextim? Potuit .n. sic dicere. Cuius non sum dignus corrigiã calciamẽti soluere, nec calciamẽta portare ut un⁹ euangelistarũ hinc aliud, alii uero aliud, oẽs tñ uerũ narrauerint. Si ãt nihil intendit Ioannes cũ de calciamentis dñi diceret, nisi excellentiã eius & humilitatẽ suã, quodlibet horum dixerit, siue de soluenda corrigia calcia-
F mentorũ, siue de portandis calciamentis, eãdem tñ sñiam tenuit quisquis ẽt uerbis suis per calciamentourm cõmemorationẽ eandem significationẽ humilitatis expreſsit, vnde ab eadem voluntate non aberrauit. Vtilis igitur modus & memoriæ maxime commẽdandus, cum de conuenientia dicimus euangelistarum, non esse mẽdacium, cum quisq; ẽt dicens aliquid aliud quod ẽt ille non dixit de quo aliquid narrat, uoluntatẽ tñ eius hãc explicat, q̃ ẽt ille q̃ eius uerba cõmemorat. Ita .n. salubriter discimus, nihil aliud esse q̃rendum quam quid uelit ille qui loquitur.

Marginal notes: *Matt. 3. Marc. 1. Luc. 3. Ioan. 1.* — *a. l. debebamus.* (beside "debeamus")

Quòd Iesus ueniebat a Galilæa in Iordanem ad Ioannẽ ut baptizaretur ab eo. Cap. XIII.

Sequitur ergo Matthæus & dicit, Tũc uenit Iesus a Galilæa in Iordanem ad Ioãnẽ ut baptizaretur ab eo. Ioannes ãt prohibebat eum dicens, Ego a te debeo baptizari & tu uenis ad me? Respondens aũt Iesus dixit ei, Sine modo: Sic .n. decet nos implere oẽm iustitiã. Tunc dimisit eum. Attestantur & cæteri uenisse Iesum ad Ioannem. Baptizatum autem tres cõmemorãt, sed tacent ꝙ Matthæus ait, dixisse domino Ioannem, uel Ioanni dominum respondisse.

Matt. 3. — G — *Marc. 1. Luc. 3. Ioan. 1.*

De uerbis uocis quæ facta est de cœlo super Chistum baptizatum. Cap. XIIII.

Deinde sequitur Matthęus, Baptizatus autem confestim ascendit de aqua, Et ecce aperti sunt ei cœli, & uidit spiritum dei descendentem sicut columbã & uenientẽ super se: & ecce uox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui. Hoc & alii duo Marcus & Lucas similiter narrãt. Sed de uerbis uocis q̃ de cœlo facta est uariant locutionẽ, salua tñ sententia.

Matt. 3.

Quod

Qđ.n. Matthæus ait dictũ, Hic est filius me⁹ dilectus:& alii duo dicunt, Tu es filius meus dilectus, ad eandẽ sñiam explicandã valet, ſicut ſuperius tractatũ eſt, Vox.n.cęleſtis vnũ horũ dixit, ſed euangeliſta oſtendere uoluit ad id ualere ꝙ dictũ eſt, Hic eſt filius me⁹, ut illis potius q audiebãt indicaretur, ꝙ ipſe eſſet filius dei:atq; ita dictũ referre uoluit, Tu es filius meus:ac ſi diceret illis, Hic eſt filius meus. Mon.n. Chro indicabat ꝙ ſciebat, ſed audiebant q aderãt, ꝑꝑ quos ẽt ipſa vox facta eſt. Iã uero ꝙ alius dicit, in quo mihi cõplacui:alius, In te cõplacui:alius, In te cõplacuit mihi: ſi quæris qd horũ in illa voce ſonuerit quodlibet accipe, dũmõ intelligas eos qui non eandem locutionem retulerunt, eandem retuliſſe ſententiam. Quæ diuerſitas locutionum ad hoc etiam utilis eſt ne uno modo dictũ minus intelligatur, & aliter q̃ res ſe habet interpretatur. Qđ.n. dictũ eſt, In quo mihi cõplacuit:ſi uelit quis ita intelligere, vt deus in filio ſibi placuiſſe uideat, admonetur ex eo ꝙ dictũ eſt, In te cõplacui, Si rurſus ex hoc vno intelligat quiſq;, In filio prẽm placuiſſe hominib. admonet ex eo ꝙ dictũ eſt, In te cõplacuit mihi. Ex quo ſatis apparet, ꝙ quilibet euãgeliſtarũ cęleſtis vocis ẽt uerba tenuerit:alios ad eandẽ ſñiam familiarius explicandã uerba uariaſſe:ut intelligatur hoc dictũ eſſe ab omnib. tanq̃ diceretur, In te placitũ cõſtitui:hoc eſt per te gerere ꝙ mihi placet. Illud uero ꝙ nonnulli codices habent ſm Lucã, hoc illa voce ſonuiſſe ꝙ in Pſalmo ſcriptũ eſt, Filius meus es tu, ego hodie genui te:quanq̃ in antiquiorib. codicib. Græcis non inueniri perhibeatur, tamen ſi aliquibus fide dignis exemplarib. confirmari poſsit, quid aliud quam utrunq; intelligendum eſt quolibet uerborum ordine de cœlo ſonuiſſe?

H I Eſa. 3. Eſa. 2.

Quomodo ſecundum Ioannem euangeliſtã dicat Ioannes Baptiſta, ego non noueram eum, cum ſecundum alios inueniatur, ꝙ iam nouerat eum. Cap. XV.

Qvod autem ſm Ioannem de columba dicitur, non quando factũ eſt narratur, ſed uerba Ioannis Baptiſtę referuntur cõmemorantis quid uiderit. In quo quæritur, quẽadmodũ dictũ ſit, Et ego nõ nouerã eũ, ſed q miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Su ꝑ quẽ uideris ſpiritũ deſcendentẽ & manentẽ ſuꝑ eũ, hic eſt q baptizat ĩ ſpũſancto. Si.n. tunc eũ cognouit cũ columbã uidit deſcendentẽ ſuper eũ, q̃rendum eſt qũo dixerit uenienti ut baptizaretur, Ego magis a te debeo baptizari:hoc.n. ei dixit an teq̃ columba deſcenderet. Et quo apparet q̃uis eũ iã noſſet:nã ẽt & in utero matris exultauit, cum ad Heliſabet Maria ueniſſet:aliqd tñ in eo quod nondum nouerat columbæ deſcenſione dididiciſſe, quod ipſe .ſ. baptizaret in ſpirituſancto, propria quadã & diuina poteſtate: ut nullus homo qui accepiſſet a deo baptiſmum, etiam ſi aliquem baptizaret, poſſet dicere ſuũ eſſe quod traderet, uel a ſe dari ſpiritumſanctum.

Ioan. 1. Iacob. 3. K Luc. 1.

De tentato Ieſu. Cap. XVI.

SEquit Matthæus, & dicit, Tunc Ieſus ductus eſt in deſertũ a ſpũ ut tentaretur a diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta dieb. & quadraginta noctib. poſtea eſuriit. Et accedẽs tentator dixit ei, Si filius dei es dic ut lapides iſti panes fiãt. Qui reſpõdens dixit, Scriptũ ẽ, Nõ in pane ſolo uiuit hõ, ſed in oĩ uerbo qđ procedit de ore dei:& cætera, vſq; ad id ꝙ dictũ eſt, Tunc reliquit eũ diabolus, & ecce angeli acceſſerunt & miniſtrabãt ei. Totũ hoc ſimiliter Lucas narrat, & ſi non eodẽ ordinẽ. Vñ incertũ eſt ꝙ prius factũ ſit, Vtrũ regna terræ pri⁹ demõſtrata ſint ei, & poſtea in pinnã tẽpli leuatus ſit: an hoc prius, & illud poſtea. Nihil tñ ad rẽ, dũ oĩa facta eſſe manifeſtũ ſit:& ꝙ aliis uerbis eaſdẽ ſñias Lucas explicat nõ ſemꝑ cõmendandũ eſt cũ nihil depereat ueritati. Marcus ãt ateſtat quidẽ eũ in deſerto a diabolo eſſe tẽtatũ quadraginta diebus & noctib. ſed tacet qd ei dictũ ſit, qdue reſponderit. Item quod Lucas prætermiſit, iſte non tacuit, ꝙ angeli miniſtrabãt illi: Ioãnes uero totum iſtum locum prætermiſit.

matt. 4. Deu. 8. Luc. 4. L Marc. 2.

De uocatione diſcipulorum piſcantium. Cap. XVII.

SEquitur narrans Matthæus. Cum autem audiſſet ꝙ Ioannes traditus eſſet, ſeceſsit

matt. 4.

in

in Galilæam, hoc & Marcus dicit, hoc & Lucas, sed Lucas de Ioanne tradito nihil hoc loco dicit. Ioãnes āt euangelista priusq̃ iret Iesus in Galilæã, dicit Petrũ & Andreã mansisse cũ illo uno die, & tunc Petro nomẽ impositũ, cũ antea Simeõ uocaret. Sequẽti itẽ die iã uolentẽ exire in Galilæã, inuenisse Philippũ, & ei dixisse ut sequeret eũ. Inde uentũ ẽ, vt ẽt de Nathanael narraret. Die āt tertio in Galilæa constitutũ fecisse illud in Chana de aquę in uinũ cõuersione miraculũ, Quæ oĩa cæteri euangelistæ ꝑtermiserunt, id contexẽtes narrationib. suis, ꝙ Iesus reuersus in Galilæã sit. vñ intelligitur fuisse interpositos aliquot dies quib. illa de discipulis gesta sunt, q̃ interponuntur a ioanne. Non est aũt contrariũ ei loco ubi Matthæus narrat dñm dixisse Petro, Tu es Petrus & super hanc petrã ædificabo Ecclesiã meã. Neq; .n. hoc nomen tũc accepisse intelligendus est, sed tunc potius, qñ ei ioannes dictũ esse cõmemorat, Tu uocaberis Cephas, ꝙ ĩterpretatur Petrus, ut eũ hoc nomine appellaret postea dñs dicẽs, Tu es Petrus, Nõ.n. ait, tu uocaberis Petrus, sed tu es Petrus, ꝙ ei iã dictũ erat antea, tu uocaberis. Deinde cõtexit narrationẽ Matthæus & dicit, Et relicta ciuitate Nazareth, uenit & habitauit in Capharnaũ maritima in finibus Zabulon & Neptalim: & cætera, quoadusq; sermo terminetur quẽ habuit in monte. In quo cõtextu narrationi attestatur ei Marcus de discipulorũ uocatione Petri & Andreæ, & paulopost iacobi & ioannis. Sed cũ Matthæus continuo coniungeret narrationẽ ꝓlixi illius sermonis quẽ in monte habuit, posteaq̃ multos curauit, & eũ multæ turbæ secutæ sunt, Marcus interposuit alia, quia docebat eos in synagoga & stupebant super doctrina ei⁹. Tũc ipse dixit, ꝙ & Matthæus post illũ prolixũ sermonem: quia erat docens eos quasi potestate habẽs & nõ sicut Scribæ. Narrauit ẽt de homine a quo expulsus est immũdus spũs, deinde de socru Petri. In his āt Lucas ei cõsentit. Matthæus uero de isto dæmonio nihil narrauit, de socru autẽ Petri nõ tacuit, sed postea. In hoc aũt loco quem nunc consideramus, idem Matthæus post uocationẽ discipulorum quib. piscantib. iussit ut eũ sequerentur, narrat eum circũisse Galilæam docentẽ in synagogis & prædicantẽ euangeliũ, & sanantẽ oẽm languorẽ: & collectis ad eũ turbis, ascendisse in montẽ, & usum fuisse illo sermone prolixo. Dat ergo locũ intelligendi, tunc facta esse quæ Marcus post electionẽ eorundẽ discipulorũ narrat, cũ circũiret Galilæã & doceret in synagogis eorum: tunc ẽt de socru Petri: sed eũ postea commemorasse quod prætermiserat, quanuis nõ oĩa ꝑtermissa in narrationem reuocauerit. Sanè põt mouere, qũo ioannes dicat, non in Galilæa, sed iuxta iordanẽ primo Andreã secutũ esse dñm cum alio cuius nomen tacetur, deinde Petrũ ab illo nomẽ accepisse, tertio Philippũ uocatum ut eũ sequeretur. Cæteri aũt tres Euangelistæ depiscatione uocatos eos dicunt satis inter se cõuenienter, maxime Matthæus & Marcus. Nã Lucas Andræã non nominauit, qui tñ intelligitur in ea naui fuisse ſm Matthæi & Marci narrationẽ qui bř hoc perstringunt quẽadmodũ gestũ sit. Qđ Lucas apertius explicauit, cõmemorans ibi ẽt miraculum super captura pisciũ, & ꝙ ex ipsa nauit dñs prius fuerit locutus ad turbas. Hoc ẽt vř distare, qđ tm̃ Petro a dño dictum cõmemorat, Ex hoc iam homines erit capiẽs quod illi, scilicet Matthæus & Marcus, ambobus fratribus dictum esse narrarunt. Sed potuit utiq; prius hoc Petro dici, cum de capta ingenti multitudine piscium miraretur, ꝙ Lucas insinuauit: & ambobus postea, qđ illi duo cõmemorauerunt. Illud ergo qđ de ioanne diximus, diligenter considerandum est. Non.n. parua repugnantia putari potest, cum & locorũ plurimũ intersit, & tpis & ipsius uocationis. Nam si iuxta iordanem antequam Iesus isset in Galilæam, ad testimoniũ ioannis Baptistæ secuti sunt eum duo, quorũ erat unus Andreas qui fratrem suum Simonem continuo adduxit ad Iesum, qñ & nomen ut Petrus uocaretur accepit, quomodo ad aliis euangelistis dicitur quod eos in Galilæa piscantes inuenerit atque ad discipulatũ uocauerit: nisi quia intelligẽdum est, nõ sic eos uidisse tunc dñm iuxta iordanẽ, ut ei iã inseparabiliter cohærerẽt, sed tãtũ cognouisse quis esset, eumq; miratos ad propria remeasse? Nam & in Chana Galileæ cũ fecisset de aqua uinum, dicit idem ioannes, qđ crediderint in eum discipuli eius. Qđ ita narrat, Et die tertio nuptiæ factæ sunt in Chana Galileæ,

Marginalia (left column): Ioan. 1. — Ioan. 2. — M — Matt. 16 — Infra. c. 43. & li. 4. cap. 3. — Ioan. 1. — Matt. 4. — Matt. 8. — Marc. 1. — A — Marc. 1. — Matt. 7. — Marc. 1. — Luc. 4. — Matt. 8. — Matt. 4.

Marginalia (right column): Matt. 5. — Ioan. 1. — B — Matt. 4. — Marc. 1. — Luc. 5. — C — Ioan. 1. — Matt. 4. — Marc. 1. — Luc 5. — Ioan. 2.

Galileę,& erat mater Iesu ibi. Vocatus est ãt & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Qui vtique si tunc in eũ crediderũt, sicut paulopost dicit, nondũ erant discipuli cũ ad nuptias uocati sunt. Sed illo more locutionis hoc dictũ est, quo loquimur, cũ dicimus Apostolũ Paulũ in Tarso Ciliciæ natũ. Neq;.n. tunc iã erat Apostolus. Ita discipulos Christi inuitatos ad nuptias cũ audimus, non iã discipulos, sed q̃ futuri erant discipuli intelligere debemus. Iã.n. utiq; discipuli Christi erant, qñ ista narrata atq; cõscripta sunt. Et ideo sic de illis locutus est temporũ præteritorũ narrator. Qđ aũt dicit idẽ Ioannes, Post hæc descendit Capharnaũ ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius, & ibi manserũt nõ multis diebus: incertum est utrum iã illi adhæserant ẽt Petrus & Andreas & filii Zebedæi. Matthęus .n. primo narrat ꝙ uenerit & habitauerit Capharnaũ: & postea ꝙ eos de nauib. piscantes vocauerit: iste aũt, ꝙ cũ illo Caparnaũ venerint discipuli ei. An forte Matthæus ꝙ prætermiserat recapitulauit, q̃a nõ ait ipse, Post hoc ambulãs iuxta mare Galileæ, uidit duos fratres: sed sine ulla consequentis t̃pis differentia, Ambulans aũt, inquit, iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres: & cætera? Proinde fieri põt, ut postea narrauerit, nõ ꝙ postea factũ erat, sed ꝙ prius prætermiserat, ut cũ illo intelligantur uenisse Capharnaũ, quò Ioannes dicit, & ipsum & matrẽ eius & discipulos uenisse. An potius alii discipuli fuerunt, sicut eũ iã Philippus sequebatur, quẽ sic vocauerat, vt diceret ei, Sequere me? Quo.n. ordine vocati sint oẽs duodecim Apostoli, in euangelistarũ narrationib. nõ apparet, qñquidẽ non tm̃ ordo uocationis, sed nec ipsa uocatio cõmemorata est oĩum, sed tm̃ Philippi & Petri & Andreę & filiorũ Zebedęi, & Matthæi publicani, qui ẽt Leui uocabatur. Singillatim tñ ab eo nomen & primus & solus Petrus accepit. Nã filios Zebedæi non singillatim, sed simul ambos appellauit filios tonitrui. Sane animaduertendum est, ꝙ scriptura euangelica & Apostolica, non solum illos duodecim appellat discipulos eius, sed oẽs q̃ in eum credentes, magisterio eius ad regnũ cœlorum erudiebantur. Ex quorum multitudine elegit duodecim, quos & Apostolos nominauit, sicut Lucas commemorat. Ipse quippe paulopost ait, Et descẽdẽs cũ illis stetit in loco cãpestri & turba discipulorũ ei⁹, & multitudo copiosa plebis. Non utiq; diceret turbã discipulorum homines duodecim. Alijs quoq; scripturarum locis hoc euidẽter apparet discipulos eius oẽs appellatos q̃ ab eo discerent ꝙ ad æternã uitã ꝑtineret. Quęri aũt põt qũo binos uocauerit de nauiculis piscatores, primo Petrum & Andreã, deinde progressus paululũ alios duos filios Zebedęi sicut narrauit Matthæus & Marcus, cũ Lucas dicat ambas eorũ nauiculas impletas magna illa captura piscium, sociosq; Petri commemorat Iacobũ & Ioannẽ filios Zebedæi uocatos ad adiuuandũ cũ retia extrahere plena non possent, simulq; miratos tantã multitudinẽ piscium q̃ capta erat: & cum Petro tm̃ dixisset, Noli timere, ex hoc iã homines eris capiens: simul eum tñ subductis ad terrã nauib. secutos fuisse. Vnde intelligendũ est hoc primo esse factũ ꝙ Lucas insinuat. Nec tunc eos a dño uocatos, sed tm̃ Petro fuisse prædictum ꝙ homines esset capturus. Qđ non ita dictum est, quasi iã pisces nunq̃ esset capturus. Nã & post resurrectionem dñi legimus eos esse piscatos. Dictũ est ergo, ꝙ deinceps capturus esset homines: non dictũ est, ꝙ iam non esset capturus pisces. Vnde datur locus intelligere eos ad capturam piscium ex more remeasse, ut postea fieret, qđ Matthæus & Marcus narrant: qñ eos binos uocauit, & ipse iussit ut eum sequerentur. primo duob. Petro, & Andreæ, deinde aliis duob. filiis Zebedæi. Tunc.n. non subductis ad terrã nauib. tãq̃ cura redeundi, sed ita eũ secuti sunt tanq̃ uocantem ac iubentẽ ut eum sequerentur.

Act. 22. D Ioan. 2. Matt. 4. Matt. 4. Ioan. 1. E Ioan. 1. Matt. 9. Marc. 2. Lucæ. 5. Marc. 3. Matt. 4. Lucæ. 5. Ioan. 21. Ioan. 3. F Ioan. 2. G

De tempore secessionis eius in Galilæam. Cap. XVIII.

ILlud ẽt requirendũ est, qũo Ioannes Euãgelista anteq̃ Ioannes Baptista missus esset in carcerẽ, dicit Iesum isse in Galilæã Postea.n.q̃ cõmemorauit, ꝙ in Chana Galilææ fecit de aqua uinũ & descendit Capharnaũ cum matre & discipulis, & ibi manserũt nõ multis dieb. dicit eum deinde ascendisse Hierosolymã ꝑ Pascha. Post hoc uenisse in Iudæã terrã & discipulos eius, & illic demoratũ cũ eis & baptizantẽ, ubi secutus ait, Erat autem

Ioan. 3. Ioan. 3. Ioan. 3.

autē & Ioannes baptizans in Ennon iuxta
Salim, quia aquæ multæ erant illic, & adue-
niebant & baptizabantur. Nondū.n.missus
erat in carcerem Ioānes. Matthæus aūt dicit,
Cū aūt audisset ꝙ Ioannes traditus esset, se-
cessit in Galileā, Similiter & Marcus, Postea
Matt. 4. ꝗ aūt traditus est, inquit, Ioannes, uenit Ie-
sus in Galilæā. Lucas āt nihil dicit de tradito
Marc. 1. Ioanne, sed tñ & ipse post baptismū & tenta
tionē Christi dicit eū isse in Galilæā, sicut il-
li duo. Nā ita contexit narrationē suā. Et cō
H summata oī tentatione, diabolus recessit ab
illo vsq; ad tps. Et regressus est Iesus in uirtu
tute spūs in Galilæā, & fama exiit ꝑ uniuer-
Luc. 4. sam regionē de illo. Vñ intelligitur hos tres
Euangelistas nō Ioanni Euangelistæ cōtra-
ria narrasse, sed prætermisisse primū dñi ad-
uentū in Galilæā posteaꝗ baptizatus est, qñ
illic aq̄ conuerterit in uinū. Tunc.n.nōdum
erat traditus Ioannes. Eū uero aduentū eius
in Galileā contexuisse narrationib. suis qui
Ioan. 4. post ioannē traditū factus est, de quo eius re
ditu in Galileā etiā ipse ioannes Euangelista
sic loquit, Vt ergo cognouit Iesus, qa audie-
rūt Pharisæi quia Iesus plures discipulos fa-
cit & baptizat ꝗ ioānes, quanꝗ Iesus non ba
ptizaret, sed discipuli eius, reliquit iudæā &
abiit iterum in Galilæam. Tunc ergo intelli-
gimus iā fuisse traditū ioānē, iudeos uero au
disse ꝙ plures discipulos faceret & baptiza-
ret quam fecerat & baptizauerat ioannes.

G De illo sermone prolixo quem secundum Matthæū habuit in monte. Cap. XIX.

IAm nunc de illo sermone ꝓlixo quē ſm
Mattheū in monte habuit dñs uideamus
Matt. 5. vtrum ei cæteri Euāgelistę nihil aduersa
ri videantur. Marcus quippe nō eū cōmemo
I rauit oīno, nec aliquid eius simile dixit, nisi
quasdam sententias, non contextim, sed spar
sim, quas dñs locis aliis repetiuit: Reliquit ta
men locū in textu narrationis suę, ubi intel-
ligamus hunc dictū esse sermonē, sed ab eo
Marc. 1. prætermissum. Et erat inquit, prædicans in
synagogis eorum, & oī Galilea, & dæmonia
eiiciens. In hac prædicatione quam dicit eū
habuisse in omni Galilæa, intelligitur etiam
sermo iste habitus in monte, cuius comme-
morationem facit Matthæus. Nanque idem
Marcus ita sequitur, Et uenit ad eū leprosus
deprecans eum, & genu flexo dixit, Si uis po
tes me mundare: & cætera. De hoc leproso
mundato talia connectit, ut ipse intelligatur
quē Matthæus cōmemorat tunc esse munda
tū, qñ post illū sermonē dñs de mōte descen
dit. Sic.n.ait Matthæus, Cum aūt descēdisset *Matt. 8.*
de monte, secutæ sunt eū turbæ multæ. Et ec
ce leprosus ueniens adorabat eū dicens, Dñe
si uis potes me mundare: &c. Huius leprosi
ēt Lucas meminit, non sane hoc ordine, sed
ut solent prętermissa recordari, uel posterius
facta ꝓoccupari, sicut diuinitus suggereban K
tur, quę antea cognita, postea recordādo cō- *Luc. 5.*
scriberent. Veruntñ idē Lucas sermonē ēt ip
se dñi prolixum narrauit, ubi ēt sic exorsus
est, ut in isto Matthæus. Hic enim dixit, Beati
pauperes spiritu qm̄ ipsorū est regnū cœlo-
rum: & ille, Beati pauperes, quia uestrum est *Matt 5.*
regnū dei. Deinde multa ꝗ sequunt ēt in Lu
cæ narratione similia sunt. Et ad extremū ser *Luc. 6.*
monis ipsa cōclusio prorsus eadē reperitur,
de homine prudente, qui ædificat super pe-
trā, & de stulto qui ædificat super arenā: nisi *Ibidem.*
ꝙ ibi flumen tm̄ dicit illisum domui, non &
pluuiam, & uentos, sicut Mattheus. Posset er
go facillime credi, eundem ēt ipse dñi inter- *Matt. 7.*
posuisse sermonem, aliquas aūt prætermisis-
se sentētias quas Mattheus posuit. Item alias
posuisse, quas iste non dixit, quasdam ēt non
iisdē uerbis, custodita tñ ueritatis integrita
te similiter explicasse: Posset hoc sicut dixi fa *Matt. 5.*
cillime credi, nisi mouere quod Mattheus in
mōte dicit hunc habitū esse sermonē a dño
sedēte. Lucas aūt in loco cāpestri a dño stan-
te, Hæc itaq; diuersitas facit uideri, aliū fuis- *Luc. 7.*
se illum, alium istū. Quid.n.prohiberet Chri L
stum alibi quædā repetere quæ iā antea dixe
rat, aut iterum quædā facere quæ antea iam
fecerat? Non sane istos duos sermones, quo-
rū vnū Matthæus alterū Lucas inseruit, lon-
ga tpis distantia separari, hinc probabiliter
creditur, quòd & antea & postea quędam si-
milia, uel eadem ambo narrarunt, vt non ab
surde sentiatur eorum narrationes hęc inter
ponentiū in eisdē locis & diebus esse versa-
tas. Nam Matthæus hoc ita dicit, Et secutæ
sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Deca-
poli & Hierosolymis & iudea & de transior *Mat. 4.*
danē. Videns aūt turbas ascendit in mōtem,

& cũ sedisset accesserũt ad eũ discipuli ei⁹. Et aperiens os suũ docebat eos dicens, Beati pauperes spiritu,qm̃ ipsorũ est regnũ cœlo-
Matt. 5. rum:&c.Hic pōt uideri multas turbas vitare voluisse, & ob hoc ascendisse in montē, tan q̃ secedendo a turbis, ut solis suis discipulis loqueretur. Cui rei vr̃ attestari ēt Lucas, ita narrãs,Factũ est aũt in illis dieb.exijt in mō-
Luc. 6. tem orare,& erat ꝑnoctans in oratione dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos,& elegit duodecim ex ipsis, quos Apostolos nominauit,Simonē quē cognomina-
M uit Petrũ & Andreã fratrē eius, Iacobum & Ioannē,Philippũ & Bartolomæũ, Matthæũ & Thomã,Iacobũ Alphæi & Simonē qui vo catur Zelotes,Iudã Iacobi,& Iudã Scarioth, qui fuit proditor.Et descendens cũ illis stetit in loco cãpestri,& turba discipulorũ eius,& multitudo copiosa plebis,ab oĩ Iudęa & Hie rusalē & maritima & Tyri & Sidonis, q̨ ue-nerãnt ut audirent eũ, & sanarētur a languo ribus suis.Et qui vexabantur a spiritibus im-mundis curabãtur.Et omnis turba quærebat eum tangere,quia uirtus de illo exibat, & sa nabat oēs. Et ipse eleuatis oculis in discipu-los suos,dicebat,Beati pauperes,quia vestrũ est regnũ dei:&c. Hic pōt intelligi cũ in mō te duodecim discipulos elegit ex pluribus, quos Apostolos nominauit,quod Matthæus prætermisit, tunc illum habuisse sermonem quē Matthæus interposuit, & Lucas tacuit, hoc est in monte.Ac deinde cum descendis-set,in loco campestri,habuisse alterum simi lē, de quo Matthæus tacet, Lucas non tacet, & vtrunq; sermonē eodem mō esse conclu-sum. Qđ aũt Matthæus isto sermone termi-
A nato sequitur & dicit, Et factũ est cum con-
Matt. 7. summasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius: pōt uideri disci-pulorũ turbas dixisse,ex quib. duodecim il-los Apostolos elegerat.Quod uero mox ait.
Luc. 6. Cum aũt descendisset de monte,secutæ sunt
Matt. 8. eum turbæ multæ, Et ecce leprosus veniens adorabat eum:pōt intelligi post vtrunq; ser-monē factum fuisse,non solũ quē Matthęus verumetiam quē Lucas interponit. Neq;.n. apparet post descensionem de monte quan-tũ tp̃is fuerit interpositum,sed hoc solũ uo-luit significare Matthæus, post illã descensio nem multas turbas fuisse cum dño,qñ lepro sum mundauit,nō quantũ tp̃is interfuerit:ꝑ sertim cũ eundē leprosum Lucas iã in ciui-tate posito dño, dicat esse mundatũ ꝙ Mat-thæus dicere nō curauit.Quanq̃ ēt illud pos set occurrere,in aliqua excelsiore parte mō-tis primo cũ solis discipulis dñm fuisse, qñ ex eis illos duodecim elegit:deinde cũ eis de scendisse nō de mōte, sed de ipsa mōtis celsi tudine in cãpestrē locũ .i. in aliq̃ æqualitatē q̃ in latere mōtis erat, & multas turbas cape re poterat:atq; ibi stetisse donec ad eũ turbę congregarent̄.Ac postea cũ sedisset accessis-
se ꝓpinquius discipulos eius,atq; ita illis cæ B
terisq; turbis præsentib. vnũ habuisse sermo nē,quē Matthęus Lucasq̃, narrauerũt,diuer so narrandi mō:sed ēt veritate rerũ & sentē-tiarũ,quas ambo dixerũt.Iã.n.ꝑmonuimus, ꝙ & nullo ꝑmonēte unicuiq; sponte viden-dũ fuit,si quis ꝑtermittat aliq̇d ꝙ alius dicat non esse contrariũ,nec si alius alio mō aliq̇d dicat, dũ eadē rerũ sententiarũq; ueritas ex-plicet̄:vt ꝙ Matthæus ait,Cũ ãt descendisset de mōte,simul ēt de illo campestri loco q̨ in Matt. 8.
latere montis esse potuit intelligitur. Dein- Marc. 1.
de Matthæus de leproso mundato narrat, ꝙ Luc. 5.
etiam Marcus & Lucas similiter.

Qũo dicat Matthæus cēturionē ad Iesum ac cessisse pro puero suo,cũ Lucas dicat, ꝙ amicos ad eũ miserit.Cap.XX.

POst hæc Matthæus sequit̄ & dicit, Cũ Matt. 8.
ãt introisset Capharnaũ,accessit ad illũ Cēturio rogans eũ & dicens. Dñe puer me⁹ iacet in domo paralyticus & male tor quetur,&c.vsq; ad eũ locũ vbi ait,Et sanatus est puer ex illa hora.Hoc de puero Centurio nis etiã Lucas cōmemorat: nō sicut iste post leprosum mundatũ,quē ille postea recorda- C
tus cōmemorauit, sed post finem illius proli xioris sermonis,quod ita coniungit. Cũ aũt implesset omnia uerba sua in aures plebis,in trauit Capharnaũ. Cēturionis aũt cuiusdam seruus male habens erat moriturus, qui illi-
erat preciosus:&c.vsq; in cũ locũ quo sana- Luc. 7.
tus est.Hic intelligendũ est, cũ implesset qui dē omnia uerba sua in aures plebis intrasse Chr̄m Capharnaũ,hoc est, quia nō antequã hæc uerba terminasset intrauit: sed non esse expressum post quantum tp̃is interuallum,

cum

istos sermones terminasset ītrauerit Caphar
naū. Ipsò quippe interuallo leprosus ille mū
datus est,quē loco suo Matthæus interponit,
iste āt postea recordat̄. Iā ergo uideamus ut-
rū sibi de hoc seruo Centurionis Matthæus
Lucasq; cōsentiant.Matthæus.n.dicit. Acces
Matt. 8. sit ad eū Centurio,rogans eū & dicens,Puer
meus iacet in domo paralyticus. Cui vr̄ re-
pugnare ꝙ ait Lucas,Et cū audissent de Iesu
misit ad eū seniores Iudæorū,rogās eū ut ue
Lucæ. 7. niret & sanaret seruum eius.At illi cū uenis-
sent ad Iesum rogabāt eū solicite dicētes ei,
Quia dignus est vt hoc illi pręstes:Diligit.n.
gentē nr̄am,& synagogā ipse ædificauit no-
bis.Iesus āt ibat cū illis.Et cū iā nō lōge eēt
D a domo,misit ad eū Centurio amicos dicēs,
Dn̄e noli vexari,Nō.n.dignus sum,ut sub te
ctū meum intres,ꝓpꝯ ꝙ & meipsum nō sum
dignū arbitratus ut uenirē ad te, sed dic uer-
bo,& sanabit̄ puer meus. Si.n.hoc ita gestū ē
quō erit uerū ꝙ Matthæns narrat,Acessit ad
Matt. 8. eū quidā Centurio,cū ipse nō aceesserit, sed
amicos miserit:nisi diligenter aduertētes in-
telligamus Matthæū nō oīmō deseruisse usi
tatū morē loquendi.Non solū.n.dicere sole-
mus,accessisse aliquē ēt anteq̄ ꝑueniat illuc
quò dr̄ accessisse:Vn̄ ēt dicimus,parū acces-
sit uel multū accessit,eo quò appetit ꝑueni-
re:uerumetiā ipsā ꝑuentionē cui⁹ adipiscen
di cā accedit̄,dicimus plerunq; factā & si eū
ad quē ꝑuenit non uideat ille q̄ peruenit,cū
ꝑ amicū ꝑuenit ad aliquē cui⁹ ei fauor ē ne
cessarius. Qđ ita tenuit cōsuetudo,ut iā etiā
Peruentores. vulgo ꝑuentores appellent̄, q̄ potentiū quo
rūlibet tanq̄ inaccessibiles animos,ꝑ conue
nientiū ꝑsonarū interpositionē, ambitionis
E arte pertingunt.Si ergo ipsa ꝑuentio vsitate
dr̄ ꝑ alios fieri,quāto magis accessus ꝑ alios
fieri pōt,qui plerunq; ī ꝑuentionē remanet
qn̄ potuerit quisq; plurimū quidē accedere,
sed tn̄ non potuerit ꝑuenire? Nō ergo absur
de Matthæus,ēt ꝙ vulgo poßit intelligi, per
alios facto accessu Centurionis ad dn̄m, cō-
pendio dicere uoluit,Accessit ad eū Centu-
rio. Veruntn̄ nō negligenter intuenda est ēt
sancti Euangelistæ altitudo mysticæ locutio
nis,ſm̄ q̄ scriptū est in Psalmo, Accedite ad
eū & illuminamini.Proinde quia fidē Cen-
Psal. 33. turionis, qua uere accedit̄ ad Iesum, ipse ita
laudauit ut diceret,Non inueni tantā fidē in
israel,ipsum potius accessisse ad Chr̄m dice
re uoluit prudens Euāgelista,q̄ illos ꝑ quos
uerba sua miserat. Porrò āt Lucas ideo totū Matt. 8.
queādmodū gestū esset aperiūt,ut ex hoc in
telligere cogeremur, queādmodū eū acces-
sit dixerit alius qui mentiri nō potuit. Sic.n.
& illa mulier q̄ fluxū sanguinis patiebatur, Lucæ. 7.
quāuis fimbriā uestimenti eius tenuerit, ma
gis tn̄ tetigit dn̄m,q̄ illę turbæ a quib.preme
bat̄. Vt.n.hæc quo magis credidit, eo magis Matt. 9.
tetigit dn̄m, Ita & Centurio quo magis cre- Marc. 5. Lucæ. 8.
didit,eo magis accessit ad hominē.Iā cętera
in hoc capitulo q̄ alter dicit & alter ꝑtermit-
tit,superfluo pertractant̄, cum ex illa regula
primitus commendata nihil īueniantur ha-
bere contrarium.

De socru Petri quo ordine narratū sit. Cap. XXI.

Sequit̄ Matthæus & dicit, & cū uenisset Matt. 8.
Iesus in domū Petri,uidit socrū eius ia-
centē & febricitantē, & tetigit manum
eius,& dimisit eā febris, & surrexit & mini-
strabat eis. Hoc qn̄ factū sit.i.post q̄d uel an-
te q̄d,nō expreßit Matthæus.Non.n.post ꝙ
narrat̄,post hoc ēt factū necesse est intelliga- Marc. 1.
tur.Nimirū tn̄ iste hoc recoluisse intelligitur
ꝙ prius omiserat.Nā id Marcus narrat ante-
q̄ illud de leproso mundato cōmemorat, ꝙ Lucæ. 4.
post sermonē in mōte habitū, de quo ipse ta
cuit,vr̄ īterposuisse, Itaq; & Lucas post hoc
factū narrat de socru Petri, post qđ & Mar-
cus.Ante sermonē ēt ipse quē ꝓlixum inter-
posuit,q̄ pōt idē uideri quē dicit habitum in
monte Matthæus. Quid āt interest quis quo
loco ponat,siue ꝙ ex ordine inserit,siue qđ
omissum recolit,siue ꝙ postea factū ante ꝑ-
occupauit, dū tn̄ nō aduersent̄ eadē uel alia
narrāti,nec sibi nec alteri?Quia.n.nullius in G
ptāte est quanuis optime fideliterque res co
gnitas quo quisq; ordine recordetur,q̄d pri⁹
posterius ue homini ueniat in mentē, nō est
ut uolumus,sed ut datur: satis probabile ē ꝙ
vnusquisq; Euāgelistarū,eo se ordine credi-
dit debuisse narrare,quo uoluisset deus ea ip
sa q̄ narrabat eius recordationi suggerere, ī
eis duntaxat rebus,quarū ordo siue ille, siue
ille sit, nihil minuit authoritati ueritatique 1.Cor. 1.
Euāgelicæ. Cur autē spiritussanctus diuidēs
propria

propria vnicuiq; prout vult, & ideo mentes quoq; sanctorum pp libros in tanto authoritatis culmine collocandos, in recolendo q̃ scriberent sine dubio gubernans & regens, alium sic aliũ uero sic narrationẽ suã ordinare permiserit, quisquis pia diligentia quæsierit, diuinitus adiutus poterit inuenire. Hoc tñ non est huius operis munus ꝙ nunc suscepimus, tñ ut demonstremus Euangelistas, neq; sibi, neq; inter se pugnare, quolibet ordine, vel easdẽ res, uel alias factorũ dictorumq; Christi vnusquisq; eorũ potuerit voluerit ue narrare. Quapropter ubi ordo temporum nõ apparet, nihil nostra interesse debet quem narrandi ordinem quilibet eorum
H tenuerit: ubi auté apparet, si quid mouerit ꝙ sibi aut alteri repugnare uideatur, utiq; considerandum & enodandum est.

De ordine rerum quas post hoc narrant vtrum nihil inter se dissentiant, Matthæus, Marcus, & Lucas. Cap. XXII.

Matt. 8. SEquitur ergo Matthæus dicens, Vespere ãt facto, obtulerunt ei multos dæmonia habẽtes, & eiiciebat spũs uerbo, & oẽs male habẽtes curauit, vt adimpleret ꝙ dictũ
Esa. 53. est per Esaiã ꝓphetiã dicentẽ, Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Hoc ad eiusdẽ diei tp̃s pertinere satis indicat, cũ cõiungit, Vespere ãt facto. Sic & Marcus cum de ipsa socru Petri sanata dixisset, Et ministrabat eis: hoc idẽ subiecit, Ve
Marc. 1. spere autem facto cum occidisset Sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes & erat omnis ciuitas congregata ad ianuã, & curauit multos q̃ uexabant̃ uariis languorib. & dæmonia multa eiiciebat, & nõ sinebat ea loq, qm̃ sciebãt eum Et diluculo valde surgẽs, egressus est & abiit in desertũ locũ. Vr̃ hic ordinẽ tenuisse Marchus, vt post illud ꝙ dictum est, Vespere aũt facto, deinde diceret, & diluculo ualde sur-
I gens. Quãuis nec illud necesse sit, ubi dr̃. Vespere ãt facto, eiusdem diei uesperũ accipere: nec ubi dr̃, diluculo: eiusdem noctis diluculum. Tñ utcunq; uideri põt hic rerũ gestarum ordo seruatus pp digestum ordinem:
Luc. 4. temporũ. Lucas quoq; cũ de socru Petri narrasset, non ait ipse, Vespere ãt facto: sed tñ ꝙ idem significaret, adiunxit dicens, Cum Sol ãt occidisset, oẽs qui habebant infirmos uariis languorib. ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant etiã dæmonia a multis, clamantia & dicentia, Quia tu es filius dei. Et increpans nõ sinebat ea loqui, q̃a sciebãt ipsum esse Christum. Facta ãt die, egressus ibat in desertum locum. Et hic uidemus eundem prorsus ordinem temporũ custoditũ, quem cõperimus apud Marcum. Matthæus ãt qui vr̃ non ordinem quo gestum est, sed ꝙ ꝑtermissum recolit, hoc de socru Petri cõmemorasse, posteaq̃ narrauit ꝙ ipso die facto ẽt uesperegestũ sit, iã nõ subiungit, diluculum, sed ita narrat, Videns ãt Iesus turbas multas circum se, iussit ire transfretum. Iã hoc aliud est, non illud ꝙ Marcus & Lucas cõtexunt, qui post uesperũ
K diluculum ponunt. Quod ergo hic dictum est, Videns ãt Iesus turbas multas circum se, *Matt. 8.*
iussit ire trans fretum: aliud eum recordatũ interposuisse debemus accipere, ꝙ die quodam cum uidisset Iesus turbas circum se iussit ire transfretum.

De illo qui ait domino, sequar te quocunq; ieris, & aliis quæ iuxta sunt, quo ordine narrantur a Matthęo & Luca. Cap. XXIII.

DEinde ꝙ subiungit, Et accedens unus *Matt. 8.*
Scriba ait illi, Magister sequar te quocunq; ieris: vsq; ad illud ubi ait, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: hoc similiter narrat & Lunas. Sed ille post plura, *Luc. 9.*
uec ipse sane expresso ordine tẽporũ, sed recordãtis mõ: utrum ꝙ prius omisit, an ꝙ posterius ẽt factũ q̃ sunt ea q̃ sequunt̃, ꝓoccupau it, incertũ est. Ita.n. dicit, Factũ est ãt ambulantib. illis in uia, dixit quidã ad illum, Sequar te quocunq; ieris. Et respondit ei prorsus eadem q̃ Matthæus cõmemorat. Qd̃ aũt Matthæus dicit tunc istud gestũ esse, qñ iussit ut irent trans fretũ, Lucas uero ambulãtibus illis in uia, nõ est cõtrarium: quia in uia utiq; ambulabant, ut uenirent ad fretũ. Et de L
illo qui petit primũ sepelire patrẽ suum, Mat *Matt. 8.*
thæus & Lucas omnino consentiunt. Quod *Luc. 9.*
enim Matthæus primo eiusdẽ uerba posuit, hoc

hoc est, patrem suũ sepelire petẽtis, & deinde dñi dicentis, Sequere me: Lucas autẽ primo dñi dicẽtis, Sequere me:& deinde illius hoc petentis: ad sentẽtiam nihil interest. Cõ
Luc. 6. memorauit Lucas, & aliũ dixisse, Sequar te
**al. his qui.* dñe, sed primũ ꝑmitte mihi renũciare* ijs q̃ domi sunt: de quo tacet Matthæus. Inde iam Lucas in aliud perrexit, nõ in illud qđ ordine temporis sequebatur. Post hæc ãt, inq̃t, designauit dñs & alios septuagintaduos. Post
Luc. 10. hæc quidẽ manifeste, sed quãto tẽporis interuallo post hæc fecerit illud dñs non apparet. In ipso tñ interuallo fit, quod deinceps Matthæus subiungit: nam idem Matthæus ordinem temporum adhuc tenet, ita narrans.

De transfretatione eius ubi dormiuit in nauicula, & de expulsis dæmonibus, quos ire permisit in porcos, quõ ea quæ gesta uel dicta sunt conueniãt inter Matthæũ: Marcum, & Lucam. Cap. XXIIII.

Matt. 8. ET ascendente eo in nauiculã, secuti sunt
M eũ discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari, vsq; ad illud ubi ait, Et uenit in ciuitatem suã. Ista duo facta continuatim, q̃ narrat Matthæus de trãquillato mari, posteaquã vẽtis imperauit Iesus a somno excitatus, & de illis q̃ habebãt sęuũ dæmoniũ, ruptisq; vinculis agebãtur in desertũ: simili
Marc. 4. ter narrãt Marcus & Lucas, verbis alijs di-
Luc. 8. ctæ sunt ab alio atq; alio quædã sentẽtiæ, nõ tñ aliæ, Velut illud quod eũ dicit dixisse Mat
Mat. 8. thæus, Quid timidi estis modicæ fidei: Mar-
Marc. 4 cus ita dicit, Quid timidi estis, necdum habetis fidem, id est, illã perfectã, uelut granũ sinapis. Hoc ergo & illic ait, Modicæ fidei. Lu-
Luc. 8. cas ãt, Vbi est fides vestra. Et totũ quidẽ dici potuit, Quid timidi estis, Vbi est fides uestra, Modicæ fidei. Vñ aliud hic, aliud ille commemorat, Et illud qđ excitãtes eũ, dixerũt Matthæus sic, Dñe salua nos, perimus. Marcus. Magister non ad te pertinet quia perimus? Lucas, Præceptor perimus: vna eadẽq; sentẽtia est excitantium dñm, volentiumq; saluari: nec opus est quærere quid horum potius Christo dictũ sit. Siue etem aliquid horum triũ dixerint, siue alia verba, quæ nullus euã
A gelistarũ commemorauit, tantundem tñ valentia ad eãdem sententiæ veritatẽ, quid ad rẽ interest? Quãquã & hoc fieri potuit, ut plurib. eũ simul excitãtibus, oĩa hæc, aliud ab alio dicerẽtur. Itẽ ꝙ sedata tẽpestate dixerũt sm Matthęũ. Qualis est hic, quia vẽti & ma- *Matt. 8.*
re obediũt ei? Secũdũ Marcũ, Quis putas est *Marc. 4.*
iste, qa uẽtus & mare obediũt ei? Secũdũ Lu *Luc. 8.*
cam, Quis putas hic est, qa & vẽtis imperat & mari, & obediũt? ei qs nõ videat vnã esse sñiam? Tãtũdẽ.n. prorsus valet, Quis putas ẽ iste, & qualis est hic. Et ubi nõ est dictũ, Imperat: vtiq; ꝯñter intelligitur, qa imperanti obeditur. Qđ uero Matthæus duos dicit fuisse, qui legionẽ illã dæmonũ patiebãtur, quæ *Matt. 8.*
in corpus ire permissa est: Marcus aũt & Lu- *Marc. 5.*
cas vnũ commemorant, intelligas, vnũ eorũ *Luc. 8.*
fuisse persone alicuius clarioris & famosioris, quẽ regio illa maxime dolebat, & pro cuius salute plurimũ satagebat. Hoc uolẽtes significare duo euangelistæ, solũ commemorandũ iudicauerũt, de quo facti huius fama latius praclariusq; fragrauerat. Nec ꝙ verba dęmonũ diuerse ab euãgelistis dicta sũt, habet aliquid scrupuli, cũ uel ad unã redigi sñiam, uel omnia dicta possint intelligi. Nec quia pluraliter apud Matthæũ apud illos aũt B
singulariter loquitur, cũ & ipsi narrent, ꝙ interrogatus quid uocaretur, legionẽ se esse respondit, eo ꝙ multa essent dæmonia, Nec ꝙ Marcus dixit circa montem fuisse gregẽ porcorũ, Lucas aũt in mõte, quicquã repugnat. Grex .n. porcorũ tã magnus fuit, ut aliquid eius esset in mõte, aliqd circa mõtẽ. Erãt.n. duo milia porcorũ, sicut Marcus expressit.

De paralytico cui dixit dimittuntur tibi peccata tua, tolle grabatũ tuũ, maximè utrũ locutus ubi hoc factũ est conueniat inter Matthæum & Marcum, quia Matthæus dicit in ciuitate sua, Marcus autem in Capharnaum. Cap. XXV.

HInc ergo seq̃tur Matthæus, adhuc tẽporũ ordinẽ seruãs, atq; ita narrationẽ contexit. Et ascendens in nauiculã, trãsfretauit, & *Matt. 9.*
venit in ciuitatẽ suã. Et ecce offerebãt ei paralyticũ iacentẽ in lecto &c. vsq; ad illud qđ ait, Videtes aũt turbæ, timuerũt & glorificauerũt Deũ, qui dedit potestatẽ talẽ hominibus. De hoc paralytico dixerũt etiã Marcus, & Lucas. Quod ergo Matthæus dicit domi- C

num dixisse, Cõfide fili, remittũtur tibi peccata tua: Lucas ãt nõ dixit, Fili, sed hõ, ad sẽtentiã dñi expresſius insinuãdã valet, quia homini dimittebãtur peccata, quia hoc ipso ꝙ hõ erat, nõ posset dicere, Non peccaui: simul etiã vt ille, qui homini dimittebat, intelligeretur Deus. Marcus aũt hoc dixit qđ & Matthæus, sed nõ dixit, cõfide. Potuit quidẽ & ita dici, Cõfide hõ, dimittuntur tibi peccata fili: aut, Cõfide fili, dimittuntur tibi peccata hõ: aut quolibet verborũ ordine cõgruenti. Illud sane põt mouere, ꝙ de isto paralytico Matthæus ita narrat, Et ascendens in nauiculã trãsfretauit & venit in ciuitatẽ suã, & ecce offerebãt ei paralyticũ iacentẽ in lecto. Marcus aũt nõ hoc in eius ciuitate factũ dicit, quæ vtiq; Nazareth vocatur, sed Capharnaũ: qđ ita narrat, Et iterũ ĩtrauit in Capharnaũ post dies, & auditũ est ꝙ in domo esset, & cõuenerũt multi: ita vt nõ caperet neque ad ianuã, & loquebatur eis verbũ. Et uenerũt ferẽtes ad eũ paralyticum, qui a quatuor portabatur. Et cũ nõ possent offerre eũ illi ꝓ turba, nudauerunt tectum ubi erat, & patefaciẽtes submiserũt grabatũ, in quo paralytic⁹ iacebat. Cũ vidisset aũt Iesus fidẽ illorũ &c. Lucas aũt non commemorat quo in loco factũ sit, sed ita dicit: Et factũ est in una dierũ, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi sedentes, & legis doctores, qui uenerant ex oĩ castello Galilææ & Iudææ & Ierusalẽ, & virtus erat dñi ad sanãdos eos. Et ecce viri portãtes in lecto hominẽ qui erat paralyticus, & quærebãt eũ inferre & ponere ante eũ. Et nõ inuenientes qua parte illũ inferrẽt præ turba, ascenderũt supra tectũ, & ꝑ tegulas submiserunt illũ cũ lecto in mediũ ante Iesum. Quorũ fidẽ vt vidit, dixit: hõ remittũtur tibi peccata tua &c. Remanet igitur q̃stio inter Marcũ & Matthęũ qđ Matthæus ita scribit tãquã in ciuitate dñi factũ sit: Marcus aũt in Capharnaum. Quæ difficilius solueretur, si Matthæus etiam Nazareth nominaret. Nũc vero cum potuerit ipsa Galilæa dici ciuitas Christi, quia in Galilæa erat Nazareth, sicut vniuersum regnũ in tot ciuitatib. constitutum, dicitur Romana ciuitas; cunque in tot gentibus constituta ciuitas sit, de qua scriptũ est, Gloriosissima dicta sunt de te ciuitas dei, & cum ipse prior populus Dei in tot ciuitatibus habitãs, etiã una domus * dicta sit dom⁹ israel, quis dubitauerit in ciuitate sua hoc fecisse Iesum, cũ hoc fecerit in Capharnaũ ciuitate Galilææ? quo transfretando redierat de regione Gerasenorum, ut ueniens in Galilæam, recte diceretur uenisse in ciuitatem suã, in quocunq; oppido esset Galilææ: ꝓsertim quia & ipsa Capharnaum ita excellebat in Galilæa, ut tãquã metropolis haberetur. Quod si prorsus non liceret accipere ciuitatẽ Christi vel ipsam Galileã, in qua erat Nazareth, uel ipsam Capharnaum, quæ sicut caput Galilææ ciuitatib. eminebat diceremus Matthæum prætermisisse quæ gesta sunt, posteaquam uenit Iesus in ciuitatem suam, donec ueniret Capharnaum, & hoc adiunxisse de sanato paralytico, sicut in multis ita faciunt prætermittentes media, tanquam hoc continuo sequatur, quod sine ulla prætermissionis suæ significatione subiungunt.

Luc. 5. — Matt. 2. — Matt. 9. — Marc. 2. — D — Luc. 5. — E — Psal. 86. — a. l. dicta sit populus.

De vocatione quoq; Matthæi utrum Marco & Lucæ qui dicunt, Leui Alphei, idem Matthæus congruat. Cap. XXVI.

Hinc ergo sequitur Matthæus, dicens, Et cũ transiret inde Iesus, uidit hominẽ sedẽtem in teloneo Matthæum nomine, Et ait illi, Sequere me. Et surgens secutus est eum. Hoc Marcus ita narrat, eũdem etiam ipse ordinẽ tenẽs post illius paralytici sanitatem. Et egressus est, inquit, ad mare, omnisq; turba ueniebat ad eum, & docebat eos. Et cum prę teriret, uidit Leui Alphei sedentem ad telonium, & ait illi, Sequere me. Et surgens secutus est eum. Nihil hic repugnat: ipse est enĩ Matthæus qui & Leui. Lucas etiam post eundem paralyticum sanatum ita subiungit, Et post hęc exijt, & vidit publicanum nomine Leui sedẽtem ad teloneum, & ait illi, Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eũ. Hinc aũt probabilius videtur ꝙ hæc prætermissa recordando Matthæus commemorat: quia utiq; ante illum sermonem habitum in monte, credendum est uocatum esse Matthæum. In eo quippe monte tunc Lucas commemorat omnes duodecim ex pluribus discipulis electos, quos & Apostolos nominauit.

Matt. 9. — F — Marc. 2. — Luc. 5. — Luc. 6.

De

G De conuiuio ubi obiectum est ei, quod cũ peccatorib. manducarent, & quod non ieiunarent discipuli eius, quod vr alius alio dicere, a quibus obiectum sit, & de verbis eorum rñsisq; dñi vtrum Matthæus & Marcus Lucæ congruant. Cap. XXVII.

Mat.6. SEquitur itaq; Mattheus & dicit, Et factũ est discumbente eos in domo, ecce multi publicani & pctõres uenientes, discũbebant cũ Iesu & discipulis eius &c. usq; ad illud ubi ait, Sed uinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conseruant. Hic Matthæus non expressit in cuius domo discumbebat Iesus cum publicanis & pctõribus: vnde posset uideri non hoc ex ordine subiunxisse, sed quod alio tpe factum est, recordatus interposuisse, nisi Marcus & Lucas, qui hoc
Mar.7. oĩno similiter narrant, manifestarent ia domo Leui, hoc est Matthæi discubuisse Iesum & dicta illa oĩa q̃ sequunt. Ita.n. Marc⁹ hoc idẽ dicit, eundẽ ordinẽ seruans, Et factũ est,
Luc.5. cũ accumberet in domo illius, multi publicani & pctõres simul discumbebãt cũ Iesu.
Mat.8. Cũ ergo dicit, in domo illius: exprimit vtiq; illũ, de quo superius loquebat. i. Leui. Sic & Lucas cũ dixisset, Ait illi, Sequere me, & relictis oĩb. surgens, secutus est eũ: continuo subiecit, Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo suo, & erat turba multa publicanorum & aliorum, qui cũ illis erant discũbentes. Manifestum est itaq; in cuius domo ista
H gerebant. Iã ipsa uerba uideamus: uel quæ a dño dicta, uel q̃ ab illo rñsa sunt, oẽs isti tres euangelistæ posuerunt. Matthæus, Et uidentes, inquit, Pharisæi, dicebãt discipulis eius,
Mat.9. Quare cum publicanis & pctõrib. mãducat magister vester? Totidem pene uerbis hoc
Mar.2. ait & Marcus. Quare cum publicanis & peccatorib. manducat & bibit magister vester? Prætermissum est ergo a Matthæo quod iste addidit, & bibit. Sed quid ad rem, cum plena sit sñia, insinuans pariter conuiuantes? Lucas
Luc.5. aũt aliquanto differentius hoc vr cõmemorasse. Et murmurabant, inquit, Pharisæi & Scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius, Quare cum publicanis & pctõrib. manducatis & bibitis? Non utiq; magistrum eorũ uolens illic intelligi, sed simul oĩb. & ipsi & discipulis eius hoc obiectũ insinuans: non tñ ei dictum, sed illis, quod & de ipso & de illis acciperetur. Nam utiq; & ipse Lucas ita dicit dñm rñdisse. Nõ ueni uocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Quod non eis respondisset, nisi quod dixerant, mãducatis & bibitis, ad ipsum maxime ptinetet. Propterea et Matthæus & Marcus de illo discipulis I
eius hoc obiectum esse narrarũt: quia & cum de discipulis dicebatur, magistro magis obiiciebatur, quem sectando imitabant. Vna ergo sñia est, & tanto melius insinuata, quãto quibusdam uerbis, manente ueritate, uariata. Item quod Matthæus refert dñm rñdisse, *Mat.9.*
Non est opus valentib. medicus, sed male habentib. Euntes aũt discite quid est, Misericordiam uolo & non sacrificium, Non.n. ueni *Osee.6.*
vocare iustos, sed pctõres: Marcus quoq; & *Luc.5.*
Lucas eisdem pene uerbis eandem sñiam tenuerunt, nisi quod ambo non interponũt illud ex Propheta testimonium, Misericordiã uolo q̃ sacrificium. Lucas aũt cum dixisset, Nõ .n. ueni uocare iustos, sed pctõres addidit, in pœnitentiam: quod ad explanandam sñiam valet, ne quisquam pctõres ob hoc ipsum, quod pctõres sunt, diligi arbitret a Christo: cũ & illi similitudo de ægrotis bene intimet quid velit deus vocando pctõres, tanq̃ medicus, ægrotos, utiq; ut ab iniquitate tanq̃ ab ægritudine salui fiãt quod fit per pœnitentiam. Item quod dicit Matthæus, Tunc accesserũt *Mat.9.*
ad eum discipnli Ioannis dicentes. Quare K
nos & Pharisæi ieiunamus frequenter? Mar- *Mar.2.*
cus similiter intulit, dicens, Et erant discipuli Ioannis & Pharisæi ieiunantes, & veniũt & dñt illi, Cur discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant, tui aũt discipuli non ieiunant: nisi quod iste putari potest addidisse, Pharisęorum, quod simul cum discipulis Ioannis hoc dixerunt, cum Matthæus tantum discipulos Ioãnis hoc dixisse perhibeat. Sed uerba ipsa, quæ illos dixisse apud Marcum legitur, magis indicant alios hoc dixisse de aliis idest, cõuiuas qui aderant uenisse ad Iesum, quia ieiunabant discipuli Ioannis & Pharisęi, & hoc ei de illis dixisse: ut quod ait, ueniunt, non de ipsis dixerit de quibus interposuerat, Et erant discipuli Ioannis & Pharisæi ieiunantes: sed cum isti essent ieiunãtes, veniunt illi quos hoc mouet, & dicunt illi,
Cur discipuli Ioãnis & Pharisæorũ ieiunãt, *Luc.5.*

ui autem non ieiunant? Quod Lucas euidẽtius expresſit, ita hoc idem intimans, cum dixiſſet, q̃d eis rñderit dñs de vocatione peccatorum, tanq̃ ægrotorum. An illi, inq̃t dixerunt ad eum, Quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obſecrationes faciunt, L ſimiliter & Phariſæorum, tui aũt edunt & bibũt? Ergo & hic ſicut Marcus alios de aliis hoc dixiſſe narrauit. Vñ ergo Matthæus Tũc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis dicentes, Quare nos & Phariſæi ieiunamus: niſi quia & ipſi aderant, & oẽs certatim, vt q̃ſq; poterat, hoc obiecerunt. Quorũ ſñia diuerſo loquendi mõ, ſed tñ a veritate nõ alieno, a trib. euangeliſtis inſinuata eſt. Item illud de ſponſi filiis, q̃a non ieiunabunt quandiu cum eis eſt ſponſus, ſimiliter interpoſuerũt Matthæus & Marcus, niſi q̃d Marcus filios nuptiarum appellauit, quos ille ſponſi: quod ad rem nihil intereſt. Filios quippe nuptiarum non tñ ſponſi, ſed ẽt ſponſæ intelligimus. Eadem ergo eſt aperta ſñia, non altera aduerſa. Lucas aũt nõ ait, Nunquid poſſunt filij ſponſi ieiunare, ſed ait, Nũquid poteſtis filios ſponſi, quandiu cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare? In quo & ipſe ad aliud quiddam inſinuãdum, eandem ſñiam eleganter aperuit. Sic.n. intelligitur, eoſdem ipſos qui loquebantur, fuiſſe facturos, ut lugentes ieiunarentur filii ſpõſi, qñ ipſi eſſent ſpõſum occiſuri. Quod aũt dixit Matthæus, lugere: M hoc Marcus & Lucas, ieiunare: quia & illi poſtea tunc ieiunabunt ait, non tunc lugebunt. Verum illo verbo ſignificauit de tali ieiunio dñm locutum, quod pertinet ad humilitatem tribulationis: vt illud alterũ quod pertinet ad gaudium mentis, in ſpiritalia ſuſpenſæ, atq; ob hoc alienatæ quodammodo a corporalibus cibis, poſterioribus ſimilitudinibus dominus ſignificaſſe intelligatur, de panno nouo & uino nouo: id oſtendens ꝙ animalibus atq; carnalibus circa corpus occupatis, & ob hoc ueterem adhuc ſenſum trahẽtibus, hoc genus ieiunij non cõgruat, quas ſimilitudines & alii duo ſimiliter explicarunt. nam.n. ſatis in promptu eſt nihil eſſe contrarium, ſi quis alius dicit quod alius ꝑtermittit, ſeu uerbi, ſeu rei: dum uel ab eadẽ ſententia non recedatur, uel quæ forte ab alio ponitur, alii non aduerſatur.

Mat. 8. Mat. 9. Mar. 2. Luc. 5.

De filia archiſynagogi reſuſcitata, & muliere quæ tetigit fimbriam veſtimenti eius, vtrum ordo quo dicta ſunt nihil cuiquã eorum aduerſetur a quibus dicta ſunt, & maxime de verbis ipſius archiſynagogi quibus rogauit dñm. Cap. XXVIII.

SEquitur deinde Matthæus adhuc tẽporũ ordinẽ ſeruans. Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus acceſſit & adorabat eũ A dicens, Filia mea mõ defuncta eſt, ſed ueni impone manũ tuã ſuper eam, & uiuet &c. vſque ad illud ubi ait, Et ſurrexit puella, & exiit fama hæc in uniuerſam terram illam. Dñt hęc & alii duo, Marcus & Lucas, ſed ab iſto ordine iam recedunt. Alibi.n. hoc recordanẽ, atq; inſerunt. i. eo loco ubi redit tranſfretando a regione Geraſenorũ, poſt expulſa, & in porcos ꝑmiſſa dæmonia. Nam hoc Marcus ita coniungit poſt illud apud Geraſenos factũ. Et cũ tranſcendiſſet, inq̃t, Ieſus in naui rurſus transfretum, conuenit turba multa ad illũ & erat circa mare. Et venit q̃dã de archiſynagogis, noĩe Iairus, & videns eũ procidit ad pedes eius: &c. Ac ꝑ hoc intelligendũ eſt, hoc q̃dẽ de archiſynagogi filia factũ eſſe, cũ tranſcendiſſet Ieſus in naui rurſus trans fretũ, ſed quanto poſt nõ apparet, Niſi.n. fuiſſet interuallũ, non eſſet qñ fieret q̃d mõ narrauit Matthæus in conuiuio domus ſuæ: tanq̃ de alio q̃ppe narrauit, more Euangeliſtarũ, q̃d de ſe ac domo ſua geſtum erat, poſt q̃d factũ nihil aliud cõtinuo ſequitur q̃ hoc de archiſynagogi filia. Sic.n. ipſe contexit, ut ipſe tranſitus a ꝑte indicet hoc ꝯñr narrari, q̃d & ꝯñr factũ eſt. Qñdoquidẽ cũ ſuperius commemoraſſet, q̃ de panno & de uino nouo Ieſus dixerit, continuo ſubiecit: Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps B vnus acceſſit. Ac ꝑ hoc ſi hæc illo loquente acceſſit, nihil aliud factorũ dictorumq; eius interpoſitũ eſt. In narratione aũt Marci, patet locus ubi interponi alia potuerint, ſicut iã oñdimus. Similiter & Lucas, cũ poſt narratũ apud Geraſenos miraculũ, tranſiit ad narrandũ de archiſynagogi filia, nõ ſic tranſiit ut renitatẽ Matthæo, q̃ poſt illas de pãno & uino ſimilitudines hoc geſtũ eſſe demõſtrat: dicẽdo: Hoc illo loq̃nte. Iſte q̃ppe cũ terminaſſet q̃d apud Geraſenos factũ narrat ue,

Mat. 9. Mar. 5. Mat. 9. Luc. 8.

rat,hoc mō transijt in aliud:Factum est aūt, inq̄t,cum rediisset Iesus, excepit illū turba: Erant.n.oēs expectātes eum. Et ecce uir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat,& cecidit ad pedes Iesu &c.Et sic intelligitur qđ turba q̄dem illa cōtinuo exceperit dominū,quippe quē rediturum expectabat. Qđ uero adiunxit: Et ecce vir cui nomē Iairus,non continuo factum accipiendum est, sed prius illud de conuiuio publicanorum, A
Matt. 9. sicut narrat Matthæus. Cui rei sic coniungit
C hoc, ut nō posit aliud factū ꝯñter intelligi. In hac ergo narratione, quā nunc cōsiderandā suscepimus, de illa q̄dem q̄ fluxum sanguinis patiebatur, oēs isti tres Euangelistæ sine nulla q̄stione concordāt. Neq;.n.interest ad rei ueritatē,ꝙ ab alio aliq̄d tacitum,ab a-
Marc. 5. Luc. 8. lio dr̄:nec ꝙ Marcus dicit, Quis tetigit vestimenta mea. Et Lucas, Quis me tetigit. Alter .n.dixit usitate,alter proprie,eandē tñ uterq; sententiā.Nam vsitatius dicimus, cōscindis me,q̄ conscindis uestimenta mea:cum tñ in aperto sit q̄d velimus intelligi. At uero cum
Matt. 9. Matthæus archisynagogum, nō morituram vel morientē vel in extremo uitæ positā filiā suā narrat dño nunciasse,sed omnino defunctam:illi āt duo,morti iam proximam,non-
Marc. 5. Luc. 8. dum tñ mortuam,usqueadeo, ut dicāt uenisse postea q̄ mortuam nunciarent, & ob hoc iā non debere vexare magistrum: tanquā sic veniret, vt manum imponendo mori non sineret nō ut qui posset mortuā suscitare. Cōsiderandum est ne repugnare uideat̄,& intelligendū est, breuitatis cā Matthæū hoc potiꝰ
D dicere uoluisse rogatū esse dn̄m ut faceret, qđ eum fecisse manifestum est,ut.s.mortuā suscitaret: attendit.n. non uerba patris de filia sua,sed qđ est potissimum, uoluntatem, & talia uerba posuit,qualis uolūtas erat. Ita .n.desperauerat,ut potius eam uellet reuiuiscere, non credēs uiuam posse inueniri, quā morientem reliquerat. Duo itaq; posuerunt quid dixerit Iairus:Mattheus autem quid voluerit atq; cogitauerit. Vtrūq; ergo petitum est a dño, vt vel morientem saluam faceret, uel mortuam suscitaret. Sed cum instituisset Matthæus totum br̄ dicere, hoc insinuauit patrē rogantem dixisse,qđ & ipsum certum est uoluisse,& Christū fecisse. Sanè si illi duo uel quisquam eorum,patrem ipsum commemorasset dixisse, qđ sui de domo venientes dixerant,vt iā non uexaretur Iesus,ꝙ puella mortua fuisset,repugnarent eius cogitationi uerba q̄ posuit Matthæus. Nūc vero & illud suis nunciantibus, & prohibentib. ne iā magister ueniret, non legitur ꝙ ille cōsenserit.
Ac ꝑ hoc & illud qđ ei dn̄s ait, Noli timere, crede tm̄,& salua erit, non diffidentē reprehendit, sed credentē robustius confirmauit. Marc. 5. Luc. 8. Matt. 9.
Talis q̄ppe in illo fides erat,qualis & in illo q̄ ait,Credo dñe, adiuua incredulitatē meam. E
Quæ cū ita sint, ꝑ hmōi Euangelistarū locutiones varias,sed non ꝯ̄rias,rem planè vtilissimā discimus,& ꝑ necessariam:nihil in cuiusq; verbis nos debere inspicere,nisi uoluntatem cui debent uerba seruire: nec mentiri quenquā, si aliis uerbis dixerit quid ille uoluerit,cuius verba non dicit:neq; miseri aucupes vocū,apicib. quodammō literarū putent ligandā esse ueritatē, cū vtiq; nō in uerbis tm̄, sed ēt in cæteris oīno signis aīorū nō sit nisi ipse animus inquirendus. Qđ āt nonnulli codices habent s̄m Matthæū, Non em̄ mortua est mulier, sed dormit:cū eā Marcus & Lucas duodecim annorū puellam fuisse testent̄, intelligas Hebræo more locutū esse Matthęū. Nā & alijs scripturarū locis hoc inuenit̄,nō eas tm̄ q̄ virum passæ fuerāt,sed oīno fœminas ēt intactas atq; integras,mulieres appellari:sicut de ipsa Eua scriptū est,Formauit eā in mulierē. Et illud ī libro Numerorum,ubi iubent̄ custodiri mulieres, q̄ nesciērūt cubile masculi: id est,virgines ne interficiant̄. Qua locutione ēt Paulus ipsū Xp̄um ait factū ex muliere. Hoc.n. melius intelligimus quam ut illam duodecim annorū iam nuptam uel uirū expertam fuisse credamus. Matt. 9. Marc. 5. Esaiæ. 8. Gen. 2. Nu. 13 F Gala. 4.

De duobus cæcis & muto dæmonio, quæ solus Matthæus dicit. Cap. XXVIII.

SEquitur ergo Matthæus & dicit, Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cęci, clamantes & dicentes. Miserere nostri fili Dauid:&c.usq; ad illud ubi ait, Pharisæi autē dicebant, In principe dæmoniorum eiicit dæmones. Hoc de duobus cæcis & de muto dæmonio, solus Matthæus ponit. Illi .n.duo cæci, de quib. & alii narrant, nō sunt isti, sed tñ simile factum est: ita ut si ipse Mat- Matt. 6. Mar. 10.

thæus non etiam illius facti meminisset, posset putari hoc, quod nunc narrat, dictũ fuisse etiã ab alijs duobus. Qđ cõmendare memoriæ diligenter debemus, esse quædam facta similia, quod probatur, cum idem ipse Euangelista utrunq; commemorat: ut si quãdo talia singula apud singulos inuenerimus, atq; in eis contrarium, quod solui non possit: occurrat nobis non hoc esse factum, sed aliud simile, uel similiter factum.

Luc. 18. *Mat. 20.* G

Vbi turbarũ misertus misit discipulos suos dãs eis potestatẽ sanitatũ præstandarũ, & eis multa mandauit ordinãs quẽadmodũ uiuerẽt, vbi q̃rendum est quõ Matthæus Marco, & Lucæ cõgruat, maximè de uirga, quam secundum Matthęum dicit non ferendam, secundum Marcum autem solam ferendam, & de habitu calciamentorum atq; uestium. Cap. XXX.

SAnè deinceps nõ apparet ordo rerũ gestarũ. Nã post hæc duo facta, de cæcis & muto dæmonio, ita seq̃tur: Et circũibat Iesus ciuitates oẽs & castella, docẽs in synagogis eorũ, & prædicans Euãgeliũ regni, & curans oẽm languorẽ, & oẽm infirmitatem. Vidẽs aũt turbas misertus est eis, q̃ erãt uexati, & iacẽtes sicut oues nõ habẽtes pastorẽ. Tũc dicit discipulis suis, Messis quidẽ multa, operarij aũt pauci. Rogate ergo dñm messis, ut mittat operarios in messem suã. Et conuocatis duodecim discipulis suis dedit, illis potestatẽ spirituũ immũdorũ, & cętera, usq; ad illud ubi ait, Amẽ, dico uobis, non perdet mercedẽ suã. In hoc toto loco, quẽ nũc ꝯmemorauimus, multa monuit discipulos suos, sed utrũ eũ ex ordine Matthæus subiũxerit, an ei ordo narrãdi recordatio sua fuerit, sicut dictũ est, non apparet. Hunc locũ bř uř perstrinxisse Marcus, & eũ sic ingressus ẽ, dicẽs, Et circũibat castella in circuitu docẽs, & cõuocauit duodecim, & cępit eos mittere binos, & dabat illis potestatẽ spirituũ immundorum, &c. usq; ad illud ubi ait, Excutite puluerẽ de pedib. uestris in testm̃ illis. Sed antequam hoc narraret Marcus, prius post resuscitatam filiã archisynagogi, illud narrauit, ubi dñm in patria sua mirabanť, uñ illi esset tanta sapiẽtia & uirtutes, cũ eius cognationem nossent, qđ Matthæus post admonitionẽ istam discipulorũ, & post alia multa commemorat. Itaq; incertũ est, utrũ hoc, qđ agiť in eius patria, Matthæus omissum reuocauerit, an Marcus recordatũ anticipauerit: quisnã eorũ ordinẽ rei gestæ, & q̃s recordatiõis suæ tenuerit. Lucas ãt cõtinuo post resurrectionẽ filiæ Iairi, subiũgit hoc loco de potestate & admonitione discipulorũ tã bř sanè q̃ Marcus: neq; ipse ita, ut hoc sequi etiã in rerũ gestarũ ordine appareat. In nominibus ergo discipulorum, Lucas, qui eos alios loco nominat, cũ prius eligũtur in monte, a Matthæo nõ discrepat, nisi in noĩe Iudæ Iacobi: quẽ Matthæus Thadęũ appellat, nõnulli aũt codices habent Lebbeũ. Quis aũt unquam prohibuerit duob. uel trib. nominib. hominem unum uocari? Solet itẽ quæri, quõ Matthæus & Lucas cõmemorauerit dixisse dñm discipulis, ut nec uirgam ferrent, cum dicat Marcus, Et præcepit eis ne quid tollerent in uia, nisi uirgã tm̃, Et sequatur etiam ipse, Nõ peram, non panẽ, neq; in zona æs, ut ostendat in eodẽ loco uersari narrationẽ suam, in quo & illorum, qui dixerunt, nec uirgã ferẽdam. Quod ita soluitur, ut intelligamus sub alia significatione dictam uirgam, quę secũdum Marcum ferenda est: & sub alia illã, q̃ secundum Matthęum, & Lucam non est ferenda: sicut sub alia significatioue intelligiť tentatio, de qua dictũ est, Deus neminẽ tentat, & sub alia de qua dictum est. Tentat uos dñs Deus uester, ut sciat si diligitis eum. Illa seductionis est, hæc probationis. Sicut iudiciũ aliter accipitur, de quo dictum est. Qui bene fecerũt, in resurrectionem uitę: qui male fecerũt, in resurrectionem iudicij: & aliter, de quo dictũ est, Iudica me Deus, & discerne cãm meã de gente non sancta. Illud .n. iudiciũ dãnationis est, hoc discretionis. Et multa alia sunt verba, quę non habẽt vnã significationem, sed diuersis locis congruenter posita, diuerso modo intelliguntur, & aliquando cũ expositione dicuntur: ut est illud. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, ut sensibus perfecti sitis. Hoc enim breuiter clausa sententia dici potuit, Nolite esse pueri, sed estote pueri. Et illud, Si quis putat se sapientem esse in uobis, in hoc seculo stultus fiat, ut sit sapiẽs. Quid.n. aliud dixit,

Matt. 9. *Mat. 10.* H *Mat. 9.* *Mat. 13.* *Luc. 9.* I *Marc. 16* *Luc. 6.* *Mat. 10.* *Mat. 10.* *Luc. 9.* *Marc. 6.* *Iacob. 1.* *Deu. 13.* k *Ioan. 5.* *Psa. 43.* *1. Co. 14.* *1. Co. 3.*

dixit, q̃ non sit sapiens, ut sit sapiens? Aliqñ aũt clausæ ita dñr, ut exerceant inquirentẽ: ut est qđ ait ad Galatas, Inuicem onera vr̃a portare, & sic adimplebitis legẽ Christi. Qui
Gala. 6. .n. putat se esse aliq̃d cũ nihil sit, seipsum seducit. Opus aũt suum ꝓbet unusquisq;, & tunc in semetipso hẽbit gloriã, & non in altero. Vnusquisq;.n. ꝓprium onus portabit. Nisi oneris nomen sub diuersis sigñationib. acceperis, proculdubio putabis eundem sibi in loquẽdo esse ꝯ̃rium, & hoc in una sñia tam uicine positis verbis. Qui cũ pauloante
L diceret, Alter alterius onera portate: postea dixit, Vnusquisq; proprium onus portabit. Sed alia sunt onera participandæ infirmitatis, alia reddendæ rõnis deo de actib. nostris. Illa cum fratrib. sustinenda cõicantur, hæc ꝓpria ab unoquoq; portantur. Ita & uirga intelligitur spiritaliter, de qua dicebat Apostolus, In uirga ueniam ad uos: & corporaliter, qua utimur siue ad equũ siue ad aliquid
1. Co. 4. aliud opus fuerit, ut interim omittã & alias huius nominis figuratas sigñationes. Vtrũq; ergo accipiẽdum est a dño Apostolis dictũ, Et vt nec virgã ferrent, & non nisi virgã fer
Mat. 10. rent. Cum.n. ſm Matthæum diceret eis, Nolite possidere aurum, neq; argentũ, neq; pecuniã in zonis vestris, nõ peram in uia, neq; duas tunicas, neq; calciamenta, neq; uirgam continuo subiecit, Dignus est .n. operarius cibo suo. Vnde satis oñdit, cur eos hæc possidere ac ferre noluerit. non q̧ necessaria nõ sint sustentationi huius uitæ, sed q̃a sic eos mittebat, ut eis hęc dẽri demonstraret ab illis
M ipsis q̃b. Euangelium credentib. annunciarent: tanq̃ stipendia militantib. tanq̃ fructũ uineæ plantatorib. tanq̃ lac gregis pastorib. Vnde Paulus dicit, Quis militat suis stipen-
1. Co. 9. diis unq̃? Quis plantat uineam & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis nõ ꝑcipit? Hinc.n. loquebatur de iis q̃ necessaria sunt ꝑdicatorib. Euangelii, vnde paulopost dicit, Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est si vestra carnalia metamus? Si alij ptãtis uestræ participant, nonne magis nos? Sed nõ sumus usi hac potestate. Vnde apparet hæc non ita præcepisse dñm tanq̃ Euangelistæ uiuere aliunde non debeant q̃ eis prębentibus quib. annunciant Euangelium. Alioquin ꝯ̃ hoc ꝑceptum fecit

idem Apostolus, qui uictum de manuum suarum laborib. transigebat, ne cuiq̃ grauis *1. The. 6* esset: sed ptãtem dedisse in qua scirent ista deberi. Cum aũt a dño aliquid imperatur, nisi *De opere* fiat, inobedientiæ culpa est: cum aũt ptãs da- *monachorum. c. 6.* tur, licet cuiq; non uti, & tanq̃ de suo iure recedere. Hæc ergo dñs loquens discipulis, *Mat. 10.* id agebat qđ iste Apostolus paulopost apertius ita explicat, Nescitis qm̃ qui in templo A operantur, quę de tẽplo sunt edunt. Qui alta *1. Cor. 9.* ri deseruiunt altario compartiuntur. Sic & dñs ordinauit iis qui Euangeliũ annunciãt, de Euangelio uiuere. Ego aũt nullius horũ vsus sum Cum itaq; dicit ita dñm ordinasse se aũt usum non esse, utiq; oñdit vtendi ptãtem datam, non impositam seruiendi necessitatem. Hoc ergo ordinans dñs qđ eũ ordinasse dicit Apostolus, qui euangeliũ annunciant, de euangelio uiuere: illa Apostolis loquebatur, ut securi non possiderent, neque portarent huic uitæ necessaria, nec magna, nec minima. Iõ posuit, nec uirgam: oñdens a fidelib. suis oĩa deberi ministris suis, nulla *Mat. 10* superflua requirentib. Ac per hoc addendo, *Luc. 9.* Dignus est.n. operarius cibo suo. prorsus aperuit & illustrauit, unde & quare hæc oĩa loqueretur. Hanc ergo ptãtem uirgę noĩe significauit, cũ dixit, ne quid tollerent in uia *Marc. 6.* nisi virgam tm̃. Potuit.n. ẽt sic bñ dici, nihil necessariorum uobiscũ feratis, nec virgam nisi virgam tm̃: ut illud qđ dictum est, nec virgã: intelligat, nec minimas quidem res. Qđ uero adiunctum est, Nisi uirgam tm̃: intelligatur, q̃a per ptãtem a dño accepta quæ virgę noĩe sigñata est, ẽt quæ non portantur non deerunt. Vtrunque ergo dñs dixit, sed B quia non utrunque unus Euangelista cõmemorauit, putat̃ ille q̃ uirgã sub alia significatione positã tollendã dixit, ei q̃ uirgã rursus aliud significantem non tollendam dixit, eẽ ꝯ̃rius: sed iam rõne reddita non putetur. Sic & calciamenta cum dicit Matthæus in uia *Mat. 10.* non esse portãda, curã prohibet, qua iõ portanda cogitant̃, ut non desint. Hoc & de duabus tunicis intelligẽdũ est, ne quisquam eorum ꝑter eam quam esset indutus, aliã portandam putaret, solicitus ne opus esset, cum ex illa potestate posset accipere. Proĩde Marcus dicendo calciari eos sandaliis uel soleis, *Marc. 6.* aliquid hoc calciamentum mysticæ significationis

cationis habere admonet, vt pes neq; tectus sit neque nudus ad terram .i. nec occultetur Euangelium, nec terrenis commodis innitatur. Et ꝙ non portari uel haberi duas tunicas, sed expressius indui prohibet dicens: & ne induerentur duab. tunicis, q̃d eos monet nisi non dupliciter, sed simpliciter ambulare? Ita dñm oĩa dixisse nullo mõ dubitandũ
C est, partim proprie, partim figurate: sed Euãgelistas alia istũ, alia illum inseruisse scriptis suis, quædam uero eadem uel duos uel tres eorum quoslibet uel oẽs quatuor posuisse, nec sic tñ oĩa esse conscripta, q̃ ab illo seu dicta seu facta sunt. Quisquis aũt putat nõ potuisse dñm in uno sermone q̃dam figurate,
Mat.6. q̃dam proprie ponere eloquia, cætera eius inspiciat, & uidebit q̃ hoc temere atq; inerudite arbitretur. Põt.n. iste, vt vnum aliquid dicam q̃d aĩo interim occurrit, q̃m monet, ut non sciat sinistra q̃d faciat dextra in eleemosynis, & q̃cq̃d illic aliud p̃cipitur, figurate accipiendũ putare. dane rursus admoneo, q̃d oportet meminisse lectorem, ne tali admonitione sępissime indigeat, aliis atq; aliis sermonum suorum locis, dñm multa iterare q̃ alibi iam dixerat: ne forte ipsorũ locorũ ordo, cum uel ex alio Euangelista non conuenerit alicui eorum, hinc putet esse ꝯrium cum intelligere debeat iterum alibi dici, q̃d iam alibi dictum erat: nec tñ de dictis, uerumetiã de factis obseruari debere. Nihil.n. prohibet hoc idem iterum factum credere. Calumniari autem Euangelio, dum non
D credit iterum factum, quod iterũ fieri non potuisse nemo conuincit, sacrilegæ vanitatis est.

Vbi Ioannes Baptista misit ad Iesum de carcere discipulos suos, quod Matthæus & Lucas dicunt. Cap. XXXI.

Mat.11. SEquitur Matthæus & dicit, Et factũ est, cõsummasset Iesus, p̃cipiens duodecim discipulis suis, trãsiit inde, ut doceret & p̃dicaret in ciuitatib. eorum Ioannes aũt cũ audisset in uinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi, Tu es q̃ venturus es, an aliũ expectamus &c. usq; ad illud vbi ait, Et iustificata est sapientia a filiis suis. Hunc totum locum de Ioanne Baptista, ꝙ miserit ad Iesum, & cuiusmodi responsum acceperint illi quos misit, & quicquid post eorum abscessum de Ioanne dñs dixit, interponit & Lucas: non quidem ipso ordine, sed Luc.7.
quis eorum recordationis suæ, quis rerum ipsarum hic ordinem teneat, non apparet.

Vbi exprobrauit ciuitatibus ꝙ non agerent pęnitentiam, ꝙ & Lucas dicit, ubi q̃rendum quemadmodum illi Matthæus ipso ordine congruat. Cap. XXXII.

SEquitur Matthæus, & dicit: Tunc cœpit E
exprobrare ciuitatib. in q̃bus factæ sunt Mat.11.
plurimæ uirtutes eius, q̃a non egissent pœnitẽtiam: &c. usq; ad illud ubi ait: Terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii, q̃ tibi. Etiam commemorat Lucas, cõtinuato Luc. 10.
cuidam sermoni dñi, ẽt hæc ex ipsius ore cõiungens: unde magis vr̃ ipse hoc ordine illa commemorare, quo a dño dicta sunt. Matthæus aũt suæ recordationis ordinẽ tenuisse aut si illud q̃d idem Matthæus ait, Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus: sic accipiendum putatur, ut punctũ ipsum t̃pis uoluisse credatur exprimere in eo quod dictũ est, tunc: non aũt ipsum t̃ps aliquanto latius quo hæc multa gerebantur & dicebantur: quisq̃s hoc credit, credat etiam hoc esse bis dictum. Cũ enim & apud eum Euangelistam inueniantur quædam quæ bis dixerit dominus: sicut & apud eundem Lucam de non tollenda pera in uia & similiter cæteris, duobus locis di- Luc.9. & 10.
ctum a domino inuenitur: quid mirum si & aliquid aliud bis dictum singillatim a singulis dicitur eodem ordine quo dictum est? Et ideo diuersus ordo apparet in singulis, quia & tunc quando ille, & tunc quando iste cõmemorat dictum est. F

Vbi vocauit ad tollendũ iugum & sarcinam suam, quemadmodum Matthæus a Luca nõ discrepat in narrandi ordine. Cap. 33.

SEquitur Matthæus. In illo tempore respondens Iesus dixit: Cõfitebor tibi domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus: &c. Mat.11.
vsq; ad illud ubi ait: Iugum.n. meum suaue est & onus meum leue. Huius loci & Lucas Luc. 10.
memi-

meminit, sed ex parte. Non dicit. n. ipse. Venite ad me oẽs qui laboratis; & alia quæ sequunt̃. Semel aũt hoc dictum a dño, sed Lucam non tm̃ qđ dictum est commemorasse credibile est. Matthæus. n. dicit: In illo tp̃e respõdens Iesus dixit: posteaq̃ exprobrauit ciuitatibus: Lucas aũt post illã exprobrationẽ ciuitatum interponit q̃dam, non tñ multa: atq; hoc ita subiungit. In ipsa hora exultauit in spiritusancto, & dixit. Vnde ẽt si Matthæus non in illo tp̃e diceret, sed in ipsa hora, tam pauca interponit Lucas in medio, vt ẽt eadem hora dictum nõ absurde videatur.

G Vbi discipuli spicas uellentes manducauerunt, quemadmodum inter se congruant Matthæus, Marcus & Lucas in narrandi ordine. Cap. XXXIIII.

Mat. 12. Sequitur Matthæus & dicit, In illo tp̃e abiit Iesus sabbato per sata, discipuli ãt eius esurientes cęperunt uellere spicas & mãducare; & cætera, vsq; ad illud ubi ait, Dñs est. n. filius hominis ẽt sabbati. Hoc quoque sine vlla repugnantiæ q̃one commemorat̃ & a Marco, & a Luca, sed illi non dñt, In illo tp̃e. *Marc. 2. Luc. 6.* Vnde fortassis magis Matthæus rei gestæ hic ordinem tenuit, illi aũt recordationis suæ, nisi latius accipiat̃ qđ dictũ est, in illo tp̃e. i. ĩ quo hæc multa & diuersa gerebãt.

De illo qui manum aridam cum haberet, sabbato curatus est, quemadmodum narratio Matthæi concordet cum Marco & Luca, vel rerum ordine, vel domini & iudæorum verbis. Cap. XXXV.

Mat. 12. Sequitur ergo Matthæus ita nartans, Et cum inde transisset, venit in synagogã eorum, Et ecce hõ manum habens aridam: &c. vsq; ad illud ubi ait, Et restituta est sanitati sicut altera. De isto sanato qui manũ *Marc. 3. Luc. 6.* habebat aridam, ẽt Marcus & Lucas non tacent. Possent aũt putari, eo die factum & de H spicis & de isto sanato, q̃m & sabbatum hic cõmemoratur, nisi Lucas aperuisset alio sabbato factum esse de sanitate aridæ manus, proinde qđ ait Matthæus, Et cum inde transisset uenit in synagogam eorum: non q̃dẽ venit nisi cum inde transisset, Sed post quot dies in synagogam eorum venerit, posteaq̃ per segetem illam transiuit, an recte continuoq; illuc ierit non expressum est. Ac per hoc locus datur narrationi Lucæ, qui dicit alio sabbato huius manum sanatam. Sed p̃t mouere, q̃uo Matthæus dixerit, qđ ipsi interrogauerint dñm, Si licet sabbato curare, uolentes inuenire accusandi occasionem, ipse *Mat. 12.* uero illis de oue proposuerit similitudinem dicens. Quis erit ex uobis hõ qui hẽat ouẽ unam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueã, nonne tenebit & leuabit eam? Quanto melior est hõ oue. Itaq; licet sabbato benefacere. Cum Marcus & Lucas illos potius a dño interrogatos esse perhibeant, Licet sabbato *Marc. 3. Luc. 6.* benefacere an male, aĩam saluam facere an p̃dere? Itaq; intelligendum est ꝙ illi prius interrogauerint dñm, Si licet sabbato curare; deinde ꝙ intelligens cogitationes eorũ, aditum accusandi quærentium, constituerit in medio eorum illum quem fuerat sanaturus, & interrogauerit quæ Marcus & Lucas *Marc. 3.* I eum interrogasse commemorant, ac tunc illis tacentibus, proposuisse similitudinem de oue, conclusisseq; ꝙ liceat sabbato benefacere. Postremo circunspectis eis cum ira, sicut Marcus dicit, cõtristatũ sup̃ cæcitate cordis eorum dixisse homini, Extende manũ tuã.

Considerandum, utrũ ab isto cui arida manus sanata est, ita digrediantur hi Euangelistæ tres, ut in nullo sibi aduersentur ipso narrationis ordine. Cap. XXXVI.

Mat. 12. Sequitur Matthæus ita contexens narrationem suam, Exeuntes aũt Pharisæi cõsilium faciebant aduersus eum, q̃uo eũ p̃derent: Iesus aũt sciens recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit eos oẽs. Et p̃cepit eis ne manifestum eũ facerẽt, ut adimpleret̃ qđ dictum est p̃ Esaiã Prophetã dicẽtem: &c. usq; ad illud qđ ait, Et in noĩe eius *Esa. 42.* gentes sperabunt. Hoc solus iste cõmemorat, illi duo in alia perrexerunt. Ordinẽ sane rei gestæ vr̃ Marcus aliquantulũ tenuisse, q̃ dicit Iesum cognita maligna aduersum se dispositione iudæorũ, secessisse ad mare cũ K discipulis suis, & ad eũ turbas confluxisse, & *Marc. 3.* sanasse eum plurimos. Vnde aũt cœperit in aliud ire, nõ ꝙ ordinem sequeretur, vix apparet:

paret: vtrũ vbi dicit cõueniſſe ad eũ turbas: potuit.n. hoc iã & alio tpe, an ubi dicit, Aſcẽdit in montẽ. Quod & Lucas vr̃ commemo-
Luc. 11. raſſe dicẽs, Factũ eſt aũt in illis dieb. exiit in mõtem orare, Dicendo enim, In illis diebus ſatis oſtendit non continuo factum.

De muto & cæco qui dæmonium habebat, quomodo Matthæus Lucaſque conſentiant. Cap. XXXVII.

Mat. 12. MAtthæus ergo ſeqtur & dicit. Tũc oblatus eſt ei dæmonium habẽs cæcus & mutus, & curauit eum ita vt loqueretur & uideret. Hoc non iſto ordine, ſed poſt alia multa Lucas cõmemorat, & mutum dicit tñ, non ẽt cæcũ, ſed non ex eo ꝙ
Luc. 11. aliqd tacet, ideo de alio dicere putãdus eſt. Ea.n. ſequentia ẽt ipſe cõtexit, q̃ Matthæus.

Vbi ei dictum eſt, ꝙ in Beelzebub eiicit dæmonia, qcquid ex ipſa occaſione locutus eſt de blaſphemia aduerſus ſpm̃ ſanctum
L & de duabus arboribus, utrum in nullo Matthæus a duob. aliis, maxime a Luca diſſentiat. Cap. XXXVIII.

Mat. 12. SEquitur Matthæus dicens, Et ſtupebant oẽs turbæ & dicebant, Nunquid hic eſt filius Dauid? Phariſæi aũt audientes dixerunt, hic non eiicit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. Ieſus ãt ſciẽs cogitationes eorum dixit eis, Oẽ regnũ diuiſum ꝯ ſe deſolabitur &c. vſq; ad illud ubi ait, Ex uerbis tuis iuſtificaberis, & ex uerbis
Mar. 3 tuis condemnaberis. Marcus non ex occaſione illius muti ſubiicit dictum de Ieſu, ꝙ in Beelzebub eiiceret dæmonia: ſed poſt alia q̃dam, quę ſolus commemorat, hoc quoque ſubnectit: ſiue alio loco id recolens & adiungens, ſiue aliquid ꝑtermittens, & deinde ad hunc ordinem rediens. Lucas aũt pene totidem uerbis hoc dicit, ꝙ Matthæus: & quod digitum dei appellat ſpm̃ dei, ab eadem ſñia non recedit: quin potius & aliquid docet, vt nouerimus quemadmodũ intelligamus vbi cunq; in ſcriptura legerimus, digitum dei. In aliis aũt, quæ non hic dicunt Marcus & Lucas, nulla controuerſia eſt: nec in his quæ aliquando aliter dicunt, qa eadem ſñia eſt.

Quod reſpondit petentibus ſignum de Iona propheta, & de Niniuitis, & de regina Auſtri, & de ſpiritu immundo qui cum exierit ab homine redit, & inuenit domũ mundatam, quemadmodum Matthæus Lucæ congruat. Cap. XXXIX. M

SEquitur Matthæus, & dicit, Tunc rñderunt ei qdam de ſcribis & Phariſæis dicẽtes, Magiſter uolumus a te ſignum ui
dere: &c. vſq; ad illud vbi ait, Sic erit & gñationi huic peſſimæ. Hęc ẽt Lucas narrat eo *Mat. 12.* *Luc. 11.*
qdem loco, ſed aliquanto diſpari ordine. Nã illud qđ petierunt ſignum a dño de cęlo, ſupra cõmemorauit poſt illud de muto miraculum: & non ibi retulit qd eis ad hoc dñs rñdiſſet, ſed poſtea cum turbæ cõcurriſſent, dicit hoc fuiſſe rñſum eis, quos dat intelligi ſuperius a ſe cõmemoratos, ꝙ de cęlo ſignũ q̃rebãt: & hoc annectit, poſteaq̃ interpoſuit de muliere, q̃ dixit dño. Beatus venter qui te portauit. Hanc aũt mulierem interponit, cum de ſermone dñi cõmemoraſſet, ꝙ ſpũs immundus exiens ab hoĩe, redit, & inuenit mundatam domũ. Poſt mulierem ergo illã, cũ diceret rñſum eſſe turbis de ſigno, qđ de cęlo q̃rebant, interpoſita ſimilitudine Ionæ ꝓphetæ, deinde continuato ſermone ipſius dñi, cõmemorat dictum de regina Auſtri, & A
de Niniuitis: ita aliquid potius cõmemorauit qđ Matthæus tacuit, q̃ aliquid ꝑtermiſit eorum, quæ hoc loco ille narrauit. Quis aũt nõ uideat ſuperfluo q̃ri, quo illa ordine dñs dixerit, cum & hoc diſcere debeamus per Euangeliſtarum excellentiſſimã authoritatem, non eſſe mendacium, ſi quiſquam non hoc ordine cuiuſq̃ ſermonẽ digeſſerit, quo ille, a quo proceſſit, cum ipſius ordinis nihil interſit ad rem, ſiue ita ſiue ita ſit. Et adhuc Lucas productiorem hunc dñi ſermonẽ indicat, & in eo qdam commemorat, qualia Matthæus in ſermone illo, q eſt habitus in *Mat. 5.*
mõte, q̃ bis dicta intelligimꝰ: & ibi. ſ. & hic. Terminato aũt iſto ſermone, in aliud pergit Lucas, in quo vtrum ordinem rerũ geſtarũ ſeruauerit, incertum eſt. Ita.n. connectit, Et cum loqueretur, rogauit eum quidam Phariſęus ut pranderet apud ſe. Non aũt ait, Cum *Luc. 11.*
hęc loqueretur: ſed, cum loqueretur, Nam ſi dixiſſet, Cũ hæc loqueretur: neceſſario cogeret

ret intelligere hoc ordine non tantum a se fuisse narrata, verum & a domino gesta.

B Vbi ei nunciata est mater & frater eius, vtrũ a Marco & Luca ordo ipse non discrepet. Cap. XL.

SEquitur ergo Matthæus & dicit, Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabãt foris, quærentes loqui ei, &c. vsque ad illud vbi ait, Quicũq;.n. fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater est. Hoc sine dubio ꝯñter gestũ intelligere debemus: præmisit.n. cum ad hoc narrandũ transiret, Adhuc eo loquente ad turbas. Quid est autem, adhuc: nisi illud quod loquebatur? Non.n. dixit, Et eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres, sed, Adhuc eo loquente: quæ cũ dicit, cogit intelligi, hæc loquente quæ superius indicabat. Nam & Marcus post illud quod de blasphemia spiritussancti, quid dominus dixerit, retulit. Et ueniunt, inquit, mater eius & fratres: prætermissis quibusdã, quæ in eodem textu sermonis domini, & Matthæus ꝓlixius Marco, & Lucas prolixius Matthæo posuerunt. Lucas autem non huius rei gestę ordinem tenuit, sed præoccupauit hoc, & recordatum ante narrauit. Denique hoc sic interposuit, ut solutum appareat a nexu & superiorum & inferiorum. Post commemoratas.n. quasdam parabolas domini, ita hoc de matre & fratribus eius recordatum interposuit. Venerunt autem ad illum, inquit, mater & fratres eius, & non poterant adire eũ præ turba. Non expresśit quando ad eum venerint. Rursus cum & hinc transijt, ita loquitur, Factum est autem, inquit, in una dierũ, & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius. Et hic vtiq; cum dicit, Factum est autẽ in vna dierum: satis indicat, non necesse esse, vt hæc dies intelligatur, in qua hoc gestũ est, vel illa quæ continuo sequitur. Nihil itaque habet repugnãtiæ cum cæteris duobus, quod Matthæus de matre & fratribus domini narrat, neque in uerbis domini, neque in ipso ordine rerum gestarum.

Mat. 12. Luc. 11.

Marc. 3.

C

Lucæ. 8.

Quòd de nauicula turbis locutus est de illo, cuius semẽ in seminãdo, aliud cecidit in via, &c. & de illo cui superseminata sunt zizania, & de grano sinapis, & de fermento, & quòd in domo locutus est, & de thesauro abscondito in agro, & de margarita, & de sagena missa in mare, & de proferente de thesauro noua & uetera: quomodo Marco & Lucæ Matthæus consentiat, uel in his quæ cum illo dixerunt, uel de narrationis ordine. Ca. XLI.

SEquitur Matthæus. In illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare, & cõgregatæ sunt ad eũ turbæ multæ, ita ut in nauiculã ascẽdẽs sederet, & oĩs turba stabat in litore, & locutus est eis multa in parabolis dicẽs, &c. vsq; ad illud vbi ait, Ideo omnis Scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Post illud qđ narratũ est de matre & fratribus dñi, hoc cõtinuo gestũ esse, & eũ ordinẽ Mattheũ ẽt in narrãdo tenuisse, ea res insinuat, quia cum illuc transiret, ita contexuit ut diceret, In illo die exiẽs Iesus de domo sedebat secus mare, & cõgregatę sunt ad eũ turbæ multæ. Cũ.n. dicit, In illo die, nisi forte dies more scripturarum tẽpus significet, satis indicat, aut hoc ꝯñter gestum, aut non multa interponi potuisse, maxime quia & Marcus eum ordinẽ tenet. Lucas aũt post illud qđ narrat de matre & fratribus dñi, in aliud transit, nec eo transitu cõnexionem aliquã facit, qua huic ordini repugnare uideať. Oĩum ergo horũ q̃ Matthæus dñm locutum esse narrauit, quæ cũ illo dixerũt Marcus & Lucas, nõ habẽt repugnantiæ quæstionem. Quæ aũt ipse solus dixit, multo magis sine cõtrouersia sunt. Nec in ipso ordine, quãuis aliquãto diuersum alius aliũ teneat, partim gestarũ rerũ, partim recordationis suæ, video q̃d uel cui quisq; aduersetur.

D Mat. 13.

Marc. 4. Lucæ. 8.

E

Quòd venit in patriam suam & mirabantur doctrinam, cum genus eius cõtemnerẽt, quomodo consentiat Marco & Lucæ, Matthæus maximè utrum narrandi ordo nihil alteri aduersetur. Cap. XLII.

SEquitur ergo Matthæus. Et factum est cum consummasset Iesus parabolas istas transijt inde, & ueniens in patriam suam Mat. 13.

docebat

docebat eos in synagogis eorum,&c.usq; ad illud ubi ait, Et non fecit ibi uirtutes multas ꝓꝑ incredulitatem illorum. A superiore sermone parabolarum sic transit, ut non oñdat consequentis ordinis necessitatẽ: pſertim q̃a Marcus ab istis parabolis, non in qđ iste, sed in aliud tendens, in qđ & Lucas, ita ꝯtexuit narrationem, vt credibilius ostendatur hoc esse potius ꝯñter gestũ, qđ ipsi duo cõtinuãter adiungunt: de naui.s. qua dormiebat Iesus, & de illo miraculo expulsorũ dæmoniorum apud Gerasenos, q̃ duo Matthæus iã superius recolens interposuit. Nunc ergo q̃ in patria sua dñs dixerit vel ei dicta sint, uideamus utrum cum alijs duob. Marco & Luca concordent. Nam Ioãnes longe in diuersis & dissimilib. narrationis suæ locis, uel dicta esse dño talia, uel eum dixisse cõmemorat, qualia hoc loco tres cæteri meminerunt. Et Marcus q̃dem eadem propè cõmemorat hic omnia q̃ Matthæus, nisi ꝙ dominum fabrũ & Mariæ filium dicit a ciuib. suis dictũ, non sicut Mattheus, fabri filium. Nec mirandum est, cum utrunq; dici potuerit. Eo.n.& fabrũ credebant, quo fabri filium. Lucas ãt eãdem rem gestam latius indicat, & plura ibi cõmemorat. Nec longe post baptismum & tẽtationem eius hęc inserit, sine dubio præoccupãs quod multis reb. interpositis postea gestum est. Vnde quisq; possit aduertere: qđ huic tã magnæ quæstioni quam de consensu Euangelistarum enodandam Deo adiuuãte suscepimus, plurimum necessarium est, nõ nesciẽtes aliquid eos prætermisisse, aut nescientes quemadmodũ se ordo rerum gestarum haberet, alium potius ordinem suæ recordationis tenuisse. Qđ hinc euidentissime intellig. ẽt, quia Lucas antequam aliq̃d narraret dominum fecisse Capharnaũ, præoccupauit hunc locum quem nunc consideramus, ubi ciues eius & potentiam uirtutis in eo stupebant, & ignobilitatem generis contemnebant. Nã & hoc cũ dicit eis dixisse. Vtiq; dicetis mihi, medice cura teipsum, quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua: cum ꝯm eiusdem ipsius narrationem nihil adhuc legat̃ fecisse Capharnaum. Qđ quia longum non est, & facillimum est & ꝑ necessarium, totum inseruimus, unde ad hoc narrandum & q̃uo venerit. Posteaquam baptizatum & tentatum dñm indicauit: ita seq̃tur. Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo vsq; ad tp̃s. Et regressus est inde Iesus in uirtute spũs in Galilæam, & fama exijt ꝑ uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorũ & magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit ꝯm consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere. Et traditus ẽ ei liber Prophetæ Esaię. Et ut reuoluit librum, inuenit locũ ubi scriptum erat, Spũs dñi super me, ꝓꝑ qđ unxit me. Euangelizare pauperib. misit me, prædicare captiuis remissionẽ, & cæcis uisum, dimittere confractos in remissionẽ, prædicare annum dñi acceptum, & diem retributionis. Et cum plicasset librum, reddidit ministro & sedit. Et omniũ in synagoga oculi erãt intendentes in eũ. Cœpit ãt dicere ad illos, q̃a hodie impleta est hæc scriptura ĩ aurib. uestris. Et oẽs testĩm illi dabant, & mirabãtur in verbis grĩæ, q̃ procedebant de ore ipsius, & dicebãt, Nõne hic est filius Ioseph? Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinẽ, Medice cura teipsũ. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua, & cætera. donec peragat totũ ipsum narrationis suę locum. Quid est ergo euidentius q̃ hoc eũ sciẽtẽ præoccupasse narrãdum, cum utiq; iã magna ab illo in Capharnaũ facta fuisse & ipse nouerit, & ipse cõmemoraret, q̃ se nondum narrasse utiq; scit? Neq;.n. tantum ab eius baptismo progressus est, vt oblitus putetur nõdum se aliquid commemorasse de ijs quæ in Capharnaum gesta fuerant. Modo.n. cœpit post baptismum aliquid narrare de domino.

Marc. 4. Luc. 8. — F — Marc. 6. — Mat. 13. — Luc. 4. — G — Luc. 4. — Esa. 61. — H

Quemadmodũ inter se cõueniãt Matthæus Marcus & Lucas de verbis Herodis cum audisset de mirabilib. domini, uel de ipso narrationis ordine. Cap. XLIII.

I

SEquit̃ Matthæus, In illo tp̃e audiuit Herodes tetrarcha famã Iesu, & ait pueris suis, Hic est Ioãnes Baptista. Ipse surrexit a mortuis, & iõ uirtutes operantur in eo. Marcus hoc idẽ & eodẽ mõ dicit, sed non eodẽ ordine. Nã posteaquã discipulos dñi misit, dicẽs eis, Ne q̃d in uia ferrent nisi uirgam tm̃, terminato eo sermone, quantum ab illo comme-

Mat. 14. Marc. 6.

commemoratum est, ēt hoc subiecit, nulla tñ facta necessitate, qua hoc ēt ꝯñr gestū esse intelligere cogeremur: sicut nec Matthæus, In illo tp̄e dixit: nō illo die vel hora: nisi ꝙ Marcus nō ꝙ Herodes dixerit, sed dicebāt, inquit, quia Ioannes Baptista surrexit a mortuis. Matthæus uero de ipso Herode, ait, inquit, pueris suis. Lucas ēt eum narrandi ordinem, quem Marcus tenens, nec ipse sane ēt rerum gestarum eundem ordinem fuisse credi cogens, ita hoc idem cōmemorat. Audiuit aūt, inquit, Herodes tetrarcha oīa: quæ fiebant ab eo, & hæsitabat ab eo ꝙ diceret a quibusdā, Quia Ioannes surrexit a mortuis: a quibusdam uero, quia Helias apparuit: ab aliis aūt, quia Propheta unus de antiquis surrexit. Et ait, Herodes, Ioannē ego decollaui: quis est aūt iste, de quo ego audio talia? Et q̄rebat uidere eum. In his verbis Lucas quoque Marco attestaẗ, ad hoc duntaxat, ꝙ alij dixerint nō Herodes, Ioannē a mortuis surrexisse. Sed q̄a hæsitantem commemorauit Herodem, verbaq; eius ita postea posuit dicentis, Ioannem ego decollaui, quis est autē iste, de quo audio ego talia? Intelligendū est aūt post hanc hęsitationē confirmasse in aīo suo, quod ab aliis dicebatur, cum ait pueris suis, sicut Matthæus narrat, Et ait, pueris suis Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, & iō uirtutes operantur in eo. Aut ita ꝓnuncianda sunt hæc uerba, ut hæsitantem adhuc indicent. Si.n. diceret, Nunquidnam hic est, aut nunquid forte hic est Ioannes Baptista, non opus esset admonere aliquid, de pronunciatione, qua dubitans atq; hæsitans intelligaẗ. Nunc quia illa uerba desunt, utroque mō pronunciari pōt, ut aut confirmatū eum ex aliorum uerbis, credentem dixisse accipiamus: aut adhuc, sicut Lucas commemorat, hæsitantem: pręsertim quia & Marcus, q̄ superius dixerat, ab aliis fuisse dictū, q̄d Ioannes a mortuis resurrexit, in extremo tñ ipsum Herodem dixisse non tacet. Quē ego decollaui Ioannem, hic a mortuis resurrexit. Quæ item uerba duob. modis pronunciari pñt, ut aut confirmantis, aut dubitantis intelligant. Cum aūt Lucas posteaq̄ hoc cō memorauit in aliud transeat, duo isti Matthæus & Marcus ex hac occasione narrant, quēadmodū sit ab Herode Ioānes occisus.

[Margin: Luc. 4. Luc. 9. K Mat. 14. Luc. 9. Mar. 6. L]

De Ioanne incluso uel ēt occiso, quo ordine ab his tribus narretur. Cap. 44.

SEquiẗ ergo Matthæ⁹, & dicit, Herodes.n. tenuit Ioannē, & alligauit eū, & posuit in carcerem ꝑꝑ Herodiadem vxorem fratris sui: & cætera. vsq; ad eū locū, ubi ait, Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud: & uenientes nunciauerūt Iesu. Marcus hoc similiter narrat, Lucas aūt non eodem ordine id recordaẗ, sed circa ipsum baptismum, quo dñs baptizatus est. Vnde hoc præoccupasse intelligiẗ & ipse ex occasione, ut ibi narraret, q̄d multo post factū est. Cū.n. commemorasset ioannis verba de dño, ꝙ uentilabrum in manu eius, & mū dabit areā suā: frumenta recondet in horreū suum, paleas aūt comburet igni inextinguibili: continuo subiecit, q̄d non continuo factū esse ioannes euangelista apertissime exponit, cū cōmemorat, posteaq̄ baptizatus est Iesus isse illū in Galilęā, q̄n fecit de aqua uinum: & inde post paucorū dierū in Capharnaū habitationē, rediisse ad iudæā terram & ibi baptizasse multos circa iordanē, anteq̄ missus esset ioannes in carcerē. Quis aūt nō putet, nisi q̄ minus in his literis eruditus est, tanq̄ post illa uerba de uentilabro & de area mundata, coutinuo sit a ioanne offensus Herodes, ut eū in carcerē miserit? Non aūt hoc ordine ista narrata quo gesta sunt, & alibi iā probauimus, & hoc ipso loco non quilibet alius, sed idem Lucas hoc probat. Si.n. post uerba illa continuo Ioannes in carcerē missus est, qūo post ipsam cōmemorationē ioānis in carcerē missi baptizatus est Iesus ꝭm ipsius Lucæ narrationē? Proinde manifestū est, ex occasione recordatum præoccupasse, & ante multa q̄ priusq̄ Ioanni hoc fieret gesta narraturus erat, hoc pręoccupatū in sua narratione pmisisse. Sed nec illi duo Matth. & Marcus eo rerum ordine de ioāne in carcerem misso in sua narratione posuerūt, q̄d factum apparet ēt in eorū scriptis. Nā & ipsi dixerunt, tradito ioanne dñm isse in Galilęā & post multa quę fecit in Galilæa ueniūt ad Herodis admonitionē uel hæsitationem, ꝙ ioannes quem decollauit, a mortuis resurreait, & ex hac occasione narrant omnia, quæ de ioanne contigerunt incluso & occiso.

[Margin: Mat. 14. Mar. 6. M Ioan. 1. & 5. Supra c. 17. et 18 A Mat. 4. Mar. 1. Mat. 14. Mar. 6. Luc. 9.]

Ad miraculum de quinque panibus quo ordine ab omnibus,& quemadmodum vẽtum ſit. Cap. XLV.

SEquiť ergo Matthæus, cũ dixiſſet nunciatum eſſe Chriſto ꝙ ioannes occiſus ſit, & ita narrationẽ contexit. Qđ cũ audiſſet, inquit, Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula in locũ
Mat.14. deſertum ſeorſum. Et cũ audiſſent turbæ,ſecutæ ſunt eũ pedeſtres de ciuitatib. Et exiens uidit turbã multã & miſertus eſt eis,& curauit languidos eorũ.Hoc continuo poſt ioannis paſſionẽ factũ eſſe cõmemorat. Vñ poſt hæc facta ſunt illa q̃ primo narrata ſunt,q̃b.
Mar.6. motus Herodes dixit,ioannẽ ego decollaui.
B Illa.n.poſteriora debent intelligi, q̃ ad Hærodem pertulit fama, vt moueref & hæſitaret quiſnam iſte eſſe poſset de quo audiret talia,cũ ioannẽ ipſe occidiſſet. Marcus autẽ poſteaq̃ paſſionẽ ioannis narrauit,cõmemorat diſcipulos miſſos rediiſſe ad Ieſum & renunciaſſe illi oĩa q̃ egerant & docuerant:& dñm eis, qđ ipſe ſolus cõmemorat, dixiſſe ut requieſcerent puſillum in deſerto,& aſcẽdiſſe cũ eis in nauẽ & iſſe. Et turbas hoc uidentes ꝑueniſſe eos illuc:quarum miſertum dñm docuiſſe multa:& hora iã progrediẽte factũ eſſe,ut de quinq; panib.& duob.piſci-
Mat.14. bus oẽs qui aderãt paſcereñ. Qđ miraculũ
Luc.6. oẽs quatuor euangeliſtæ cõmemorauerunt.
Ioan.6. Lucas ẽt qui iam longe ſupra de ioannis paſſione narrauerat,ex occaſione qua diximus, nunc poſteaq̃ cõmemorauit illam Herodis
Luc.9. hæſitationẽ de dño quiſnã eſſet : hoc continuo ſubiungit qđ Marcus .i. rediiſſe ad illũ Apoſtolos & narraſſe illi q̃cunque illi fecerant.Et aſſumptis eis receſiſſe in locũ deſertũ, atq; eos ſecutas turbas , & locutũ eſſe de regno dei,& eos q̃ cura indigebant ſanaſſe: atq; inde ẽt ipſo die declinante cõmemorat miraculũ de q̃nq; panib.factũ.At uero ioan
C nes q̃ multũ ab eis trib.euãgeliſtis eo diſtat,
Ioan.4. q̃a magis in ſermonib.quos dñs habuit immorať,q̃ in factis q̃ mirabiliter fecit, poſtea q̃ cõmemorauit eũ relicta iudæa abiiſſe iterũ in Galilæã,qđ tunc intelligiť factũ,cũ &
Mat.5. alij euangeliſtæ dñt cũ ioanne tradito iſſe in
Mar.1. Galilæã.Poſteaq̃ ergo id cõmemorauit ioã-
Ioan.4. nes in tranſitu eius ꝑ Samariã,multa q̃ locutus eſt ex occaſione illius Samaritanæ q̃ inuenit ad puteũ , contexit narrationi ſuæ : & poſt duos dies dicit eũ inde exiſſe in Galilęã deinde ueniſſe in Chanã Galilææ,vbi fecerat de aqua uinũ,& ſanaſſe filiũ reguli cuiuſdã.Alia uero q̃ illũ in Galilæa feciſſe atq; dixiſſe alij dixerunt,ioannes tacet.Sed ſane ꝙ Ioan.5.
illi tacuerunt,dicit aſcendiſſe eũ in die feſto Hieroſolymis, & feciſſe ibi miraculũ de homine q̃ triginta & octo annos hẽbat in infirmitate, nec hẽbat hoĩem a quo in piſcinam deponereť, in qua uariis ualetudinib.affecti ſanabanť:& ex hac occaſione multa eũ locutũ fuiſſe cõmemorat. Poſt hæc eũ dicit abiiſſe trans mare Galilææ,qđ eſt Tyberiadis,& ſecutam multitudinẽ magnã.Deinde abiiſſe in montẽ & ibi ſediſſe cũ diſcipulis ſuis ꝓ- D
ximo Paſcha die feſto iudæorum.Tunc leua Mat.14.
tis oculis & uiſa multitudine maxima, pauiſ Mar.6.
ſe ea de quinq; panib. & duob.piſcib. qđ & Luc.9.
cæteri euangeliſtæ dñt.Ac ꝑ hoc ꝓtermiſiſſe illũ,q̃ illi narrando ad huius miraculi cõmemorationẽ uenerũt,certũ eſt.Veruntñ tanq̃ ex alia narrationis uia, cũ & illi tacuiſſent q̃ iſte dixiſſet,ad hoc miraculũ de q̃nq; panib. occurrerunt ſibi & illi tres,qui pene pariter ambulant,& iſte,q̃ ſermonũ dñi alta conſectans,ꝑ alia q̃ illi tacuerũt circũuolauit quo dammõ, & eis ad miraculũ de quinq; panibus pariter cõmemorandũ, non multo poſt abeis rurſus in altiora reuolaturus occurrit.

In ipſo de quinque panibus miraculo,quẽadmodum inter ſe omnes quatuor conueniant. Cap. XLVI.

SEquitur ergo Matthæus, & ad ipſum de quinq; panib. factũ narrationẽ ſuam ex ſuo ordine ita ꝓducit,Veſpere aũt facto acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius dicẽtes,Deſertus ẽ locus,& hora iã ꝑteriit,dimitte tur- Mat.14.
bas ut euntes in caſtella emant ſibi eſcas.Ieſus aũt dixit eis,Non habent neceſſe ire,date illis uos mãducare:& cætera.uſq; ad illud ubi ait, Manducantiũ aũt fuit numerus q̃nque milia uirorum , exceptis mulieribus & E
ꝑuulis. Hoc ergo miraculũ qđ oẽs quatuor euangeliſtæ cõmemorant & putantur inter ſe aliquid diſcrepare, conſiderandum atque tractandũ eſt,ut ex hoc etiam ad cætera ſimilia regulæ locutionum diſcantur, quib. tam

diuer-

diuersis eadē tñ sñia retinetur, & eadem rerũ ueritas custoditur. Et inchoanda quidem est consideratio nõ a Matthæo ẽm ordinem euangelistarum, sed a Ioanne potius a quo ita expressa est ista narratio, vt etiam nomina discipulorum diceret, cum quibus de hac re locutus est dñs Ita.n.dicit. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima uenit ad eũ, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc aũt dicebat tentans eum, & ipse.n.sciebat q̃d eēt factur⁹. Rñdit ei Philippus. Ducētorũ denariorũ panes non sufficiũt eis, ut unusquisque modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri, Est puer vnus hic qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces, sed hæc q̃d sunt inter tantos? Dixit ergo Iesus, Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multũ in loco. Discubuerũt aũt uiri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo panes Iesus, & cũ g̃ras egisset distribuit discũbentibus. Similiter & ex piscibus quãtũ volebãt, Vt autē impleti sunt, dixit discipulis suis, Colligite q̃ superauerũt fragmēta, ne pereãt. Collegerunt aũt & impleuerunt duodecim cophinos fragmētorum ex quinq; panib. hordeaceis, q̃ superfuerunt his qui manducauerũt. Nõ hic q̃ritur q̃d iste dixit, cuiusmodi essent panes, hordeaceos.n. fuisse nõ tacuit, q̃d cæteri tacuerunt. Neq; hoc q̃ritur, q̃d iste non dixit, fuisse ibi ēt præter quinq; milia uirorũ, mulieres, & paruulos, q̃d dicit Matthæus Et oĩno iã certũ esse dēt, & regulariter teneri in talib. quæstionibus, neminē mouere oportere, cũ ab alio dr̃, q̃d ab alio prætermittitur. Sed quæritur qũo ea quæ dixerunt uera sint oĩa, ne narrationē alterius, narrãs aliud alter excludat. Si.n. dñs ẽm narrationē Ioãnis, pro spectis turbis quæsiuit a Philippo tentãs eũ, vñ illis escæ dari possent, pōt mouere, qũo sit uerũ, quod alij narrauerunt, prius dixisse domino discipulos, ut dimitteret turbas quo possent sibi alimēta emere de p̃ximis locis. Quibus ille rñdit ẽm Matthæum. Nõ habēt necesse ire, date eis uos manducare. Cui etiã Marcus Lucasq; cõsentiunt, tñ hoc prætermittentes quod ait, Non habent necesse ire. Intelligitur ergo post hæc uerba dominũ inspexisse multitudinē & dixisse Philippo q̃d Ioãnes cõmemorat, isti aũt prætermiserunt. Deinde q̃ Philippus apud Ioannem respondit, hoc Marcus discipulis respõsum esse cõmemorat, uolens intelligi hoc ex ore cæterorum Philippum rñdisse, quanquã & pluralē numerum pro singulari usitatissime ponere potuerunt. Quod ergo ait Philippus, Ducentorum denariorum panes nõ sufficiunt eis, vt vnusquisq; modicum quid accipiat: hoc est dicere quod ait Marcus, Euntes ememus ducētis denarijs, panes, & dabimus eis mãducare. Quod autem cõmemorat idem Marcus dixisse dñm, Quot panes habetis: prætermiserũt cæteri. Quod autem Andreas apud Ioannem de quinq; panibus & duobus piscibus suggessit, hoc cæteri pluralē numerũ pro singulari ponētes, ex discipulorum persona retulerunt. Et Lucas quidem responsionē Philippi & rñsionem Andreę in vnã sententiã cõstrinxit. Quod.n.ait, Non sunt nobis plusquam quinq; panes & duo pisces, ad Andreę retulit responsionem. Quod vero adiunxit, Nisi forte nos eamus & emamus in omnem hanc turbam escas, videtur ad respõsionem Philippi pertinere, nisi quod de ducentis denariis tacuit, quanquam & in ipsius Andreæ sententia pōt hoc intelligi. Cũ.n.dixisset, Est puer vnus hic qui habet quinq; panes hordeaceos & duos pisces: adiunxit ēt ipse, Sed hæc quid sunt inter tãtos? Hoc est dicere, nisi forte nos eamus & emamus in oēm hãc turbã escas. Ex qua vniuersa varietate uerborũ, rerum autem sententiarumq; concordia, satis apparet, salubriter nos diceri, nihil quærēdum in uerbis nisi loquentium uoluntatem: cui demonstrandæ inuigilare debent oēs ueridici narratores, cum de homine uel de angelo uel de Deo aliquid narrant: horum eĩn voluntas verbi promi potest, ne de ipsa inter se aliquid discrepent. Sanè prætermittere nõ oportet, hoc loco intentum & ad cætera quę talia forte occurrerint facere lectorem, quia Lucas dixit quinquagenos iussos esse discũbere, Marcus vero & quinquagenos & cētenos, Quod hic ideo nõ mouet, q̃a unus partē dicit, alter totum. Qui.n. ēt de cētenis retulit, hoc retulit quod ille prętermisit. Nihil itaque cõtrarium est. Veruntñ si alius de quinquagenis tñ cõmemoraret, alius tãtũ de cētenis, ualde uideretur esse contrariũ: nec facile

Margin notes: Ioan. 6. F Mat. 14. Marc. 6. Luc. 6. G Ioan. 6. Ioan. 6. Matt. 6. Ioan. 6. H Luc. 9. Ioan. 6. Infra c. 66. & 79. I Luc. 9. Marc. 6.

le dignosceretur utrunq; dictũ esse, vnũ aũt ab altero, alterũ ab altero esse commemoratũ, & tamen attentius consideratum inueniri debuisse quis non fateatur? Hoc ideo dixit, quia existunt sæpe aliqua eiusmodi, quæ parum intendentibus & temere iudicantib. contraria uideantur & non sint.

Quòd ambulauit super aquas, quõ qui hoc dixerũt inter se oẽs quatuor cõueniãt, & quõ ab illo loco digrediantur, ubi turbas de quinq; panibus pauit. Cap. XLVII.

Mat. 14. SEquitur Matthæus & dicit, Et dimissa turba ascendit in montẽ solus orare. Vespere aũt facto, solus erat ibi. Nauicula aũt in medio mari iactabatur fluctibus. Erat.n. contrarius ventus. Quarta aũt uigilia noctis venit
K ad eos ambulãs super mare. Et uidentes eum super mare ambulantem turbati sunt dicentes, Quia phantasma est: & cætera. vsq; ad illud ubi ait, Venerũt & adorauerũt eũ dicentes, Vere filius dei es. Marcus quoq; hoc idẽ
Marc. 6. post narratũ de quinq; panibus miraculũ ita sequitur, Et cũ sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et uidẽs eos laborantes in remigando, erat.n. uentus contrarius eis, & cætera. similiter, nisi ꝙ de Petro super aquas ambulante nihil dixit. Hoc autẽ ne moueat præcauendum est, ꝙ Marcus dixit de dño cum ambularet super aquas, & uolebat præterire eos. Quõ.n. hoc intelligere potuerunt, nisi quia in diuersum ibat, eos uolens tanquam alienos pręterire, a quibus ita nõ agnoscebatur, ut phantasma putaret. Qđ ad mysticam significationẽ referri quis usq; adeo tardus est ut nolit aduertere? Sed tñ turbatis & exclamantib. subuenit dicens, Confidite ego sum, nolite timere. Quõ ergo eos uolebat præterire quos pauentes ita confirmat, nisi quia illa uoluntas prætereundi ad eliciendum illum clamorem valebat cui subueniri oportebat? Ioannes etiam adhuc cum
Ioan. 6. L istis aliquantum immoratur. Nam post narratum de quinq; panib. miraculũ, ipse quoque hoc de laborante nauicula, & de ambulatione dñi super aquas non tacet, ita contexens, Iesus ergo cum cognouisset quia uenturi essent ut raperent eũ & facerent eũ regẽ, fugit iterũ in montẽ ipse solus. Vt autẽ sero factũ est, descenderũt discipuli eius ad mare. Et cũ ascendissent nauẽ, venerũt trãs mare in Capharnaũ, Et tenebræ iã factæ erãt & non venerat ad eos Iesus. Mare aũt uẽto magno flante exurgebat: & cætera. Nihil hic cõtrarium videri põt, nisi ꝙ Matthæus dimissis turbis eũ dicit ascendisse in montẽ, ut illic solus oraret. Ioannes aũt in mõtem fugisse, cũ easdẽ turbas de quinq; panib. pauit. Sed cũ & ipse Ioannes dicat post illud miraculũ fugisse eum in montem, ne a turbis teneretur quæ eũ volebant regem facere: utiq; manifestum est, ꝙ de monte in planiora descenderant quando illi panes turbis ministrati sũt. Et ideo non est contrariũ ꝙ ascendit rursus in montẽ, sicut & Matthæus & Ioannes dicũt: nisi ꝙ Matthæus dicit, & ascendit. Ioannes autem fugit: qđ esse contrariũ, si fugiens non ascenderet. Nec illud repugnat qđ Matthæus dixit, Ascendit in montem solus orare: Ioannes aũt, Cum cognouisset, inquit, q a venturi essent ut facerent eum regem, fugit iterũ in montem ipse solus. Neque .n. causa orandi contraria est causa fugiendi: quando quidem & hinc dominus transfigurans in se corpus humilitatis nostræ, vt conforme faceret corpori gloriæ suæ, per id quoq; docebat hanc esse nobis magnam cãm orandi, qñ est causa fugiendi. Nec illud aduersum est ꝙ Matthæus prius eum dixit iussisse discipulos ascendere in nauiculam, & pręcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas, ac deinde dimissis turbis ascendisse in mõtem solum orare: Ioannes uero prius eum fugisse commemorat solum in montem: ac deinde, Vt aũt sero factũ est, inquit, descenderunt discipuli eius ad mare, & cũ ascẽdissent nauẽ, & cætera. Quis.n. non uideat hoc recapitulãdo Ioannem postea dixisse factum à discipulis, quod iam Iesus iusserat antequam fugisset in montem sicut solet in sermone ad aliquid prætermissum redire quodãmodo, Sed quia ipse reditus maxime in breuitate ac pũcto temporis factus nõ commemoratur, putant plerunq; qui audiũt, hoc postea factum esse quod postea dř. Sic etiam quos dixerat ascendisse nauẽ, & venisse trans mare in Capharnaũ, dicit ad eos in mari laborantes venisse dñm ambulantẽ super aquas, qđ utiq; prius ĩ ipsa nauigatione factũ est, qua ueniebant

Mat. 14. Ioan. 16. M Mat. 14 Ioan. 6. Phil. 3. Mat. 14 Ioan. 6. A

Luc. 9. bant Capharnaũ. Lucas aũt post narratũ de
quinq; panibus miraculum pergit in aliud,
& ab ordine isto digreditur. Neq; .n. aliquid
de nauicula illa cõmemorat & de via dñi su
per aquas: sed cum dixisset, Et manducaue-
runt omnes, & saturati sunt, & sublatum est
quod superfuit illis fragmẽtorũ cophini duo
decim: deinde subiunxit, Et factũ est cum so
lus esset orans, erãt cum illo & discipuli, &
interrogauit illos dicens. Quem me dicunt
esse turbæ? Iam deinceps aliud narrãs, & nõ
quod illi tres qui dñm ambulantẽ sup aquas
mat. 14. venisse ad nauigantes discipulos retulerunt.
& 16. Nec iõ putari dẽt in illo monte quo eũ dixit
Matthęus ascẽdisse ut solus oraret, dixisse di
B scipulis, quẽ me dicũt turbæ. Lucas .n. vr̃ in
Luc. 9. hoc cõgruere Matthæo, q̃a dixit, Cũ solus es
mat. 15. set orãs: cũ ille dixisset, Ascendit in mõtẽ so-
lus orare: sed omnino alibi cum solus ora-
ret, & essent cũ illo discipuli hoc interroga-
uit. Solũ quippe Lucas fuisse dixit, nõ sine di
scipulis sicut Matthæus & Ioannes, qñ ab il-
lo discesserunt ut pręcederent eum trans ma
re. Iste nanq; apertissime adiunxit, Erant cũ
illo, & discipuli. Proinde solum dixit, sine
turbis, quæ cum illo non habitabant.

Qũo Matthæus & Marcus Ioanni non ad-
uersentur, in eo quòd ab eis tribus narra-
tur quod posteaquàm transfretauerunt fa
ctum sit. Cap. XLVIII.

mat. 14. SEquitur Matthæus dicẽs, Et cũ transfretas
mat. 15. sent uenerũt in terrã Genesar, Et cum co-
gnouissent eũ viri loci illius, miserũt in uni
uersam regionẽ illã, & obtulerunt oẽs male
habẽtes, & rogabãt eũ, vt fimbriã vestimenti
eius tãgerẽt. Et quicũq; tetigerunt, salui fã-
cti sunt. Tunc accesserunt ad eum ab Hiero-
solymis Scribæ, & pharisæi dicentes, Quare
discipuli transgrediuntur traditiones senio-
C rũ? Non .n. lauant manus suas cũ panem mã-
marc. 6. ducant, &c. vsq; ad aliud ubi ait, Non lotis
Ioan. 6. autem manibus manducare, nõ coinquinat
hominem. Hæc & Marcus cõmemorat sine
aliqua repugnãtiæ q̃stione. Quicquid .n. di-
uersò mõ ab alio dicit̃, ab eadẽ sentẽtia non
recedit. Ioãnes aũt ab illa nauicula ad quam
dñs super mare ambulans venit, posteaquã
ęxierunt in terrã, more suo in sermone dñi
intẽtus, eũ ex occasione panis multa pcipue-
que diuina locutũ esse cõmemorat: postque
ipsum sermonem rursus in aliud atque aliud
eius narratio sublimiter fertur. Nec tñ in eo
ꝙ ab istis digreditur, aliquid ordini istorũ, il
lius in alia transitus aduersatur. Quid .n. pro
hibet intelligere & illos esse sanatos a dño
de quib. narrãt Matthęus & Marcus, & illi q
eũ secuti sunt trãs mare, hęc eũ locutũ esse q̃
prædicat Ioannes? Qñquidem Capharnaum
quo dñr secundum Ioannem transfretasse,
iuxta stagnum est Genesar, ad quam terram
secundum Matthæum dicuntur exisse.

De muliere Chananæa quæ dixit: Et canes
edunt de micis cadentibus de mẽsa dño-
rum suorũ, quomodo inter se Matthæus
Lucasq; consentiant. Cap. XLIX.

SEquitur itaq; Matthæus post illũ sermo D
nem dñi, vbi de non lotis manib. cum mat. 15.
pharisæis egit, atq; ita cõserit narratio-
nis ordinẽ, quantũ ipse trãsitus indicat, rerũ
etiã quæ consecutæ sunt ordinẽ seruans. Et
egressus, inquit, inde Iesus secessit in partes
Tyri & Sidonis, Et ecce mulier Chananæa a
finib. illis egressa, clamauit dicẽs ei, Miserere
mei dñe fili Dauid, filia mea male a dæmo-
nio uexatur. Qui non rñdit ei verbum, &c.
usq; ad illud ubi ait, O mulier magna est fi-
des tua, fiat tibi sicut petisti. Et sanata est filia
illius ex illa hora. Hoc de muliere Cananæa
ẽt Marcus commemorat, eundem rerum ge marc. 7.
starum ordinem seruans, nec afferens aliquã
repugnantiæ quæstionem, nisi ꝙ in domo di
cit fuisse dñm cũ ad illum venit eadẽ mulier
pro filia sua rogans. Matthæus ãt posset qui-
dẽ facile intelligi de domo tacuisse eandem
tñ rem cõmemorasse, sed qm̃ dicit discipu-
los dño ita suggesisse, dimitte illam qm̃ cla-
mat post nos: nihil uidetur aliud significare
q̃ post ambulantem dominum mulierem il-
lam deprecatorias uoces emisisse. Qũo ergo
in domo, nisi quia intelligẽdũ est dixisse qui
dem Marcum ꝙ intrauerit ubi erat Iesus, cũ E
eum prædixisset fuisse in domo; Sed q̃a Mat
thæus ait, Non rñdit ei uerbum: dedit agno-
scere ꝙ ambo tacuerunt: in eo silẽtio egres-
sum fuisse Iesum de domo illa: atq; ita cętera
cõtexuntur quæ iam in nullo discordãt. Qđ

enim marcus cōmemorat ei dñm rñdisse de pane filiorū nō mittēdo canibus: illis interpositis dicta sunt, q̄ matthæus dicta nō tacuit. i. q̄a discipuli rogauerūt eū ꝑ illa, & q̄a rñdit nō se eē missū nisi ad oues q̄ ꝑierūt domus israel, & q̄a illa uenit, id ē, illa cōsecuta ē, & adorauit eū dicēs, Dñe adiuua me: tūc deinde dictū est qđ Euāgelistę ambo ꝯmemorāt.

Cum de septem panibus pauit turbas, utrū inter se Matthæus marcusque conueniant. Capit. L.

SEquitur Matthæus ita narrans. Et cū transisset inde Iesus, uenit secus matre Galilææ, & ascendens in montem sedebat ibi: Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, claudos, cęcos, debiles & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita ut turbæ mirarentur, uidētes mutos loquentes, claudos ambulātes, cęcos uidentes, & magnificaba nt Deum israel, Iesus autē conuocatis discipulis suis dixit, misereor turbæ, quia triduo iam perseuerāt mecūm & non habent quod manducent, &c. usque ad illud ubi ait, Erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominum extra paruulos & mulieres. Hoc aliud miraculum de septem panibus & paucis pisciculis etiā Marcus cōmemorat eodem pene ordine, nisi quia interponit qđ nullus alius dicit, de surdo cui dñs aures aperuit, spuens & dicens, effeta quod est aperire. Hoc sanè non ab re fuerit admonere in hoc miraculo de septē panibus quod duo Euangelistæ Matthæus Marcusq; posuerunt, quia si aliquis eorum id dixisset, qui de illis quinq; panibus non dixisset, cōtrarius cæteris putaretur. Quis. n. non existimaret unū ideq; factum esse? Non autē integre & ueraciter, siue ab illo, siue ab alijs siue ab oībus fuisse narratū: sed aut illum ꝓ quinq; panib. septē dum falleretur cōmemorasse, aut illos pro septē quinque, aut utrosq; mentitos uel obliuione deceptos. Hoc & de duodecim cophinis, & de septem sportis opinaretur quasi contrarium. Hoc de quinque milibus & quatuor millibus eorum qui pascerentur. Sed quia illi qui miraculum de septē panibus narrauerunt, nec illud de quinq; panib. tacuerunt, neminē mouet, & utrunq; factū oēs intelligūt Hoc ideo diximus ut sicubi simile inuenitur factū a dño, quod in aliquo alteri Euangelistæ ita repugnare videatᵉ vt oīno solui nō posſit, nihil aliud intelligiᵉ q̄ vtrunq; factū esse, & aliud ab alio commemoratum, sicut de cētenis, & quinquagenis discumbentibus commemorauimus. Quia si non etiam illud vtrunq; apud unum inueniremus, cōtraria singulos dixisse putaremus.

Quod dicit Matthæus inde eum venisse in fines magedan, quomodo congruat Marco, & in eo quòd petentibus signum respondit iterum de Iona. Cap. LI.

SEquitur Matthæus & dicit, Et dimissa turba ascēdit in nauiculam, & uenit in fines: magedā, &c. vsq; ad illud vbi ait, Generatio mala & adultera signum quærit, & signū nō dabitur ei nisi signū Ionæ prophetæ. Hoc ēt & alibi dixit idē Matthæus, Vnde etiam atq; etiam retinēdum est, sæpius dñm eadem dixisse, ut quod existēte contrario solui nō potuerit, bis dictū intelligatᵉ. Hunc sane ordinē etiam Marcus tenēs post illud de septē panibus miraculū, hoc idem subiicit quod Matthæus, nisi ꝙ Dalmanutha quod in quibusdam codicibus legitur, non dixit Matthęus, sed Magedan. Non autem dubitādum est eūdem locum esse sub utroq; nomine. Nā pleriq; codices nō habent etiam ẜm Marcū nisi Magedā. Nec illud moueat, ꝙ Marcus nō dicit responsum esse quærentib. signū de cęlo idē qđ Matthæus de Iona, sed ait dñm rñdisse signū nō dabitur ei. Intelligendum est. n. quale petebāt, hoc est de cęlo, prætermisit āt dicere de Iona qđ Matthæus ꝯmemorauit.

De fermento Pharisęorum, quomodo cum Marco conueniant Matthæus & Lucas, uel re, uel ordine. Cap. LII.

SEquitur Matthæus, & relictis illis abiit, Et cum uenissent discipuli eius trans fretū, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini & cauete a fermento Pharisæorum & Sadducæorum & cætera usque ad illud ubi ait, Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum a fermento panum, sed a doctrina Pharisæorum & Sadducæorum. Hæc eadem etiam Marcus & eodem ordine digerit.

Dum

Dum interrogauit discipulos quem illum dicerent homines, utrum nihil inter se repugnent Matthæus Marcus, & Lucas, rebus aut ordine. Cap. LIII.

Mar.16. SEquitur Matthæus, Venit aũt Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos dicens, Quem dicũt homines esse filium hominis? At illi dixerũt, alii Ioannem Baptistam, alij aũt Heliam, alii vero Hieremiam, aut unũ ex prophetis: & cætera. vsq; ad illud ubi ait, Et quodcumque solueritis super terram erit solutũ & in cęlis. Hoc eodem pene ordine marcus narrat, sed interposuit primo de cæco illuminato, quod
Mar.8. solus ipse cõmemorat, de illo qui dixit dño,
Luc.9. Video hoĩes sicut arbores ambulãtes. Lucas aũt post miraculum illud de quinq; panibus hoc recordatur atq; inserit. Cuius recordationis ordo, sicut supra iam ostendimus, nihil repugnat ordini istorum. Sed põt illud mouere, ꝙ Lucas dñm ĩterrogasse discipulos suos,
Luc.9. quẽ illũ dicerent hoĩes, tunc dixit, cum esset solus orans & adessent ẽt ipsi. Porrò aũt Marcus in uia dicit illos hoc ab eodem interrogatos, Sed eum mouet qui putat ꝙ nunq̃ ora
K uit in uia. Iam ẽt ipse me recolo dixisse, ne q̃s
Mar.8. arbitretur ꝙ hic Petrus nomẽ acceperit, vbi
Supra c. 17. illi ait, Tu es Petrus & super hanc petrã ædificabo ecclesiã meã. Non.n.accepit hoc no-
Mat.16. men, nisi ubi Ioannes commemorat ei dictũ
Ioan.1. esse. Tu uocaberis Cephas, quod interpretatˢ Petrus. Vnde nec illo loco, ubi Marcus duodecim discipulos nominatim commemorãs
Mar.3. dixit appellatos Iacobum Ioannem filios tonitrui, arbitrandum est nomen accepisse Petrum, quia dixit illic ꝙ imposuerit ei nomen vt vocaretur Petrus: hoc enim recolendo dixit, non quod tunc factum sit.

Vbi prænunciauit discipulis passionem suã quæ sit inter Matthæum, Marcum & Lucam conuenientia. Cap. LIIII.

Mat.16. SEquitur Matthæus & dicit, Tunc præcepit discipulis suis ut nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus. Exinde cœpit Iesus ostẽdere discipulis suis, quia oporteret eum
Mar.8. ire Hierosolymam, & multa pati a seniorib.
Luca.9. & scribis: & cætera usque ad illud ubi ait, Nõ sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum. Hæc eodem ordine subnectunt, Marcus & Lucas, sed Lucas de Petro ꝙ passioni Christi contradixerit tacet.

Vbi subiungunt iidem tres quomodo præceperit dñs vt post eum qui voluerit veniat, q̃uo secum concordent. Cap. LV.

SEquitur Matthæus, Tunc Iesus dixit discipulis suis, Si quis vult post me venire *Mat.16.* abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã & sequatˢ me: & cætera. vsq; ad illud vbi ait, Et tũc reddet vnicuiq; ſm opus eius. Hoc & Marcus subiungit eundẽ ordinem seruans, *Luc.9.* sed ipse non dicit de filio hominis uenturo cũ angelis suis, ut reddat unicuiq; ſm opus suum. Commemorat tñ ẽt illud dixisse dñm, Qui.n. me confessus fuerit & mea uerba in gñatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis cõfitebitur eum cum uenerit in gloria sua cum angelis sanctis. Quod intelligi põt ad eandẽ sñiam pertinere qua dixit Matthæus, ut reddat unicuiq; ſm opus suũ. Lucas quoq; eadem eodemq; ordine annectit, non multum diuerso uerborum modo, eadẽ tamen sententiarum veritate simillimus.

Quod se dñs trib. discipulis in monte ostendit cum Moyse & Helia, q̃uo inter se congruant tres isti ordine & reb. & maxime M ꝑ ꝓ numerum dierum, quia Matthæus & Marcus dicunt post sex dies factum quod Lucas post octo dies. Cap. LVI.

SEquitˢ Matthæus, Amen dico uobis, sunt *Mat.16.* quidam de hic stantib. qui non gustabũt *Mat.17.* mortem donec uideant filium hominis venientem in regno suo. Et post dies sex, assumpsit Iesus petrum & iacobum & ioannẽ fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum & transfiguratus est: & cætera. vsq; ad illud ubi ait, Nemini dixeritis visionẽ, donec filius hominis a mortuis resurgat. Hæc visio dñi in monte corã trib. discipulis, petro, iacobo & ioanne, ubi ẽt de cœlo illi testimonium paternæ vocis perhibitum est, a trib. Euangelistis eodem ordine commemoratur & ad easdem oĩno sñias: sed cætera ſm *Mar.8.* ea gña locutionum diuersa, sine ulla sñiarũ

Mat. 17. Lucæ 9. uersitate, q̄ multis locis superius demonstrauimus videri a legentib. possunt. Quod antē
A Marcus post sex dies factum dicit, sicut Matthæus, Lucas aūt post octo, non contemnēdi sunt si quos mouet, sed rōne reddita instruēdi. Dies.n. qn̄ enunciamus dicentes, post tot dies, aliqn̄ non annumeramus eum in quo loquimur, & eum quo res ipsa futura est q̄ prænunciamus vel pollicemur, sed medios post quos reuera plenos atq; integros illud futurum est. Hoc fecit Matthæus & Marcus: excepto eo die quo hæc loquebatur Iesus, & illo quo exhibuit memoratam in monte uisionem, medios dies intuentes dixerunt, post sex dies qđ ille annumeratis finalib.i.primo
Lucæ. 9. atq; vltimo, post octo dies, eo loquendi modo quo pars pro toto commemoratur. Item quo Lucas ait de Moyse & Helia, & Factum est dum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præceptor bonum est nos hic esse: & cętera, non dēt putari ꝯrium ei qđ Matthæus
Mat. 17. Mar. 9. Marcusq; ita coniunxerunt, Petrum hoc suggessisse, quasi adhuc Moyses & Helias cū dn̄o loquerentur. Non.n. expꝭsserunt, qđ tūc: sed tacuerunt potius, qđ iste addidit, illis descendentib. hoc Petrum de trib. tabernaculis faciendis dn̄o suggessisse. Addidit ēt Lucas, intrantib. illis in nubē, factā esse vocē de nube, quod illi non dixerunt, sed nec ꝯdixerunt.

B Vbi de aduentu Heliæ locutus est eis, quæ sit conuenientia inter Matthæum & Marcum. Cap. LVII.

Mat. 17. SEquitur Matthæus: Et interrogauerunt eum discipuli eius dicentes, Quid ergo scribæ dīt, ꝙ Heliam oporteat primum venire? At ille rn̄dens ait eis. Helias quidem venturus est & restituet oīa. Dico aūt uobis, quia Helias iam uenit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quæcunq; voluerunt: sic & filius hominis passur us est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Hoc idem Marcus ēt hunc ordinem seruans commemorauit, & in nonnulla diuersitate uerborum, nusquam
Mar. 9. tamen ab eiusdem sententiæ veritate discessit. Sed ipse non addidit, intellexisse discipulos, ꝙ Ioannem dominus significasset dicendo quòd Helias iam venerit.

De illo qui ei obtulit filium suum, quem discipuli sanare non potuerunt: quemadmodum tres isti consentiant etiam ordine narrationis. Cap. LVIII.

SEquitur Matthæus & dicit, Et cum uenisset ad turbam, accessit ad eum hō genib. prouolutis ante eum dicens, Dn̄e miserere filii mei, quia lunaticus est, & male patitur: & cætera usq; ad illud ubi ait, Hoc autem genus non eiicietur nisi per orationem & ieiuniū. Hoc & Marcus & Lucas eodem etiā ordine memorant sine ulla repugnantiæ quæstione. Mat. 17. C Mar. 9. Luc. 9.

Vbi de passione sua cum eis dixisset contristati sunt, quod tres ipsi eodē ordinè com memorant. Cap. LIX.

SEquitur Matthæus dicens, Conuersantib. autem eis in Galilæa dixit illis Iesus, Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum & tertia die resurget. Et cōtristati sunt uehementer. Hoc eodem ordine Marcus Lucasq; commemorant. Mat. 17.

Vbi de ore piscis soluit tributum, quod etiā Matthæus solus dicit. Cap. LX. Mar. 9. Luc. 9.

SEquit̄ Matthęus. Et cum uenissent Capharnaū, accesserunt q didrachma accipiebant ad Petrū, & dixerūt ei, Magister vester nō soluit didrachma. Ait, ēt: & cætera. usq; ad illud ubi ait, Inuenies staterē, illū sumēs da eis ꝓ me & te. Hoc solus iste cōmemorat, quo interposito eundem ordinē sequit̄ in quo cum eo ēt Marcus & Lucas pariter ambulant. Mat. 17.

De puero paruulo quem proposuit imitandum: &c. Cap. LXI.

SEquitur ergo idē Matthæus & dicit, In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, Quis putas maior est in regno cęlorū? Et aduocans Iesus paruulū statuit eū in medio eorū & dixit, Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnū cœlorū, vsq; ad illud ubi ait, Sic & pr̄ meus cęlestis faciet nobis, si non remiseritis unusqsq; fratri suo de cordib. vr̄is. Ex isto aliquanto prolixiore dn̄i sermone, nō D Mat. 18.

omnia

Mar. 9. oĩa sed quædã Marcus eũdẽ sequens ordinẽ posuit, quædã ẽt ipse q̃ Matthæus nõ dicit, inseruit. Totus aũt sermo quousq; eũ cõsiderandũ suscepimus a Petro solo interpellatur q̃rẽte quotiens fratri debeat ignosci. Talia.n.dñs loquebat, ut satis eluceat, ẽt hoc qđ Petrus interrogauit, eiq; rñsum est, ad eũdem pertinere sermonem. Lucas aũt nisi illud de paruulo quẽ constituit ante discipulos imitandum, cũ de sua magnitudine cogitarent, nihil hoc ordine seruato cõmemorat. Si qua.n. alia similiter dixit, q̃ & in isto sermone sunt posita, alibi & ex aliis occasionib. dicta recoluit. Sicut Ioãnes de remissione pctõrũ, qđ tenebũtur si cui tenuerint, & dimittent si cui dimiserint, post resurrectionẽ a dño dictũ cõmemorat, cũ Matthęus in hoc sermone dñm hoc dixisse meminerit, qđ & Petro ante dictũ fuisse idẽ ipse testat. Eadem itaq; sæpe ac plurib. locis Iesum dixisse, nec ubi moueamur, si ordo dictorũ q̃busdã repugnare putabit sicut iã totiens cõmendauimus, meminisse debemus, ne hoc sp admonere necesse sit.

Luc. 9.

Ioan. 10.

E

mat. 18.

mat. 16.

Quando interrogatus est, utrũ liceat dimittere uxorem quemadmodum inter se consentiant Matthæus & Marcus, maxime de ipsis interrogationibus uel dñi, uel iudæorũ, atq; responsis, in quibus uidentur aliquantulum uariare. Cap. LXII.

mat. 19. SEquitur Matthæus ita narrans: Et factũ est cum consummasset Iesus sermones istos, migrauit a Galilæa, & uenit in fines iudææ trãs iordanẽ, & secutæ sunt eũ turmultæ, & curauit eos ibi, Et accesserunt ad eũ pharisęi, tentantes eũ & dicentes, Si licet hoĩ dimittere uxorẽ suã quacunq; ex causa, &c, usq; ad illud ubi ait, Qui põt capere capiat. Hoc & Marcus cõmemorat eũdẽ ordinẽ tenens. Sane uidedũ est, ne repugnare uideatur, qđ idẽ Marcus a dño dicit interrogatos pharisæos, quid eis Moyses p̄ceperit, atq; ita illos interrogãti respondisse de permisso sibi libello repudii: cũ Matthæus dixerit uerbis dñi, quibus oñderat ex lege deũ coniunxisse masculũ & fœminã, & propterea nõ eos debere ab homine separari retulisse rñsionem. Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudii & dimittere? Quibus iterum ait, Qm̃

mar. 10.

F

Moyses ad duritiã cordis uestri p̃misit uobis dimittere uxores uestras, ab initio aũt nõ sic fuit. Nã & Marcus hanc dñi rñsionem nõ tacet, sed posteaquã ei rñderunt, interroganti de libello repudii. In quo ordine uel mõ verborum hoc intelligere debemus ad rei ueritatẽ nihil interesse, utrum dño separationẽ prohibenti & snĩam suam de lege firmanti, ipsi intulerint quæstionẽ de libello repudij, p eundẽ Moysen sibi permisso, per quẽ & illud scriptum est, q deus coniunxerit masculũ & fœminam: an hoc illi idẽ de præcepto, Moysi eos interroganti rñderũt. Nam & uoluntas eius ita se habebat, vt nõ eis redderet rationem, cur illud Moyses permiserit, nisi prius ipsi hoc commemorassent, quæ voluntas eius, ea q̃ Marcus posuit, interrogatione significata est, & illorũ voluntas ipsa erat, ut de authoritate moysi qm̃ mandauit dari libellũ repudij, tanq̃ concluderet, eũ separationem sine dubio uetaturũ. Hoc.n. dicturi etiã tentãtes accesserãt: q̃ uoluntas eorum sic expressa est per matthæũ ut non eos esse cõmemoraret interrogatos, sed ultro intulisse de mandato moysi, quo uelut cõuincerẽt dñm separationem cõiugũ prohibentẽ. Cũ ergo volũtas loquentiũ, cui debẽt verba seruire, ab euangelista utroq; mõstrata sit, nihil interest q̃ diuersus inter ambos fuerit narrandi modus, dũ ab eadẽ veritate neuter abscederet. Põt etiã hoc intelligi, q sicut dicit marcus prius eos de uxore dimittẽda interrogantes, dñs uicissim interrogaret, qđ eis præceperit moyses. Qui cum rñdissent, moysen p̃misisse libellum repudii scribere & dimittere, rñdit eis de ipsa lege per moysen data, quomodo deus instituerit cõiugium masculi & fęminæ, dicens ea quæ ponit matthæus, Non quæ legistis, quia qui fecit ab initio, masculum, & fœminam fecit eos, &c. Quibus auditis illi id quid ei primo interroganti responderant: repetiuerunt dicentes. Quid ergo moyses mandauit dari libellum repudij & dimittere? Tunc Iesum causam ostendisse duritiæ cordis ipsorum, quam marcus breuitatis causa prius ponit, tanquã illi priori quã matthæus intermisit eorum rñsioni reddita: nihil deperire iudicans ueritati quocunq; loco eisdẽ ipsis uerbis quæ bis dixerant redderetur, qm̃ ipsis uerbis eam reddiderat dñs.

G

I

H

mat. 19. Gene. 1.

De paruulis quibus manus imposuit, de diuite cui dicit uende omnia tua, & de uinea in qua conducti sunt operarij per horas diuersas, quemadmodum Matthæus duobus alijs non repugnet. Cap. 63.

Mat. 19. Sequitur Matthæus, Tũc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Discipuli ãt increpabant eos &c. usq; ad illud ubi ait. Multi.n. sunt uocati pauci ãt electi, *Mar. 10.* Hũc cũ Matthæo Marcus ordinẽ tenuit, sed de cõductis operariis ad uineã solus Mat- *Lucæ 9.* thæus interponit. Lucas aũt cũ cõmemorasset illud qđ eis dixit q̃rẽtib. inter se q̃s nã maior esset, adiunxit de illo quẽ uiderũt eijciẽtẽ dæmonia, cũ eũ nõ sequeret̃. Inde iã digreditur ab istis duobus, vbi ait eũ firmasse faciem suã ut iret in Hierusalẽ. Ac post multa interposita occurrit eis rursus ad cõmemorãdum I istũ diuitẽ cui dr̃, Vende omnia q̃ habes, quẽ nunc isti commemorant ex ordine quo pari *Luc. 18.* ter eunt. Nã ibi ẽt Lucas de istis paruulis an- *Mar. 10.* teq̃ diuitis faciat mẽtionẽ, quẽadmodum & isti nõ ꝓtermittit. De illo ergo diuite qui quęrit, q̃d boni faciat ut uitam eternã cõsequat̃, põt uideri distare aliquid quod ſm Matthæũ *Mat. 19.* dicitur, Quid me interrogas de bono? Scđm *Mar. 10.* illos aũt, Quid me dicis bonum? Nã quid me *Luc. 18.* interrogas de bono, ad illud magis referri ꝓt quod ait ille quærens, quid boni faciã? Ibi.n. & bonũ nominauit, & interrogatio est: Magister autem bone, nondum est interrogatio. Cõmodissime ergo intelligitur vtrũq; dictũ q̃d dicis me bonũ, & iterrogas me de bono?

Vbi secreto duodecim discipulis de passione sua prædixit, & mater filiorũ Zebedæi cum filijs suis petijt ut unus eorũ ad dexteram eius, alter ad sinistram sederet: quomodo non repugnet Matthæus aliis duobus. Cap. 74.

Mat. 20. Sequit̃ Matthæus & dicit, Et ascẽdẽs Iesus Hierosolimã assũpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis. Ecce ascẽdimus Hierosolymã, & filius hoĩs tradet̃ principib. sacerdotũ, & scribis, & cõdẽnabũt eũ morte, & tra K dẽt eũ gẽtib. ad illudẽdũ, & flagellãdum, & crucifigẽdũ, & tertia die resurget. Tũc accessit ad eũ mr̃ filiorũ Zebedæi cũ filiis suis, adorãs & petẽs aliq̃d ab eo, &c. usq; ad illud vbi ait, Sicut filius hominis nõ uenit ministrari, sed ministrare, & dare animã suã in redẽptionẽ pro multis. Hunc cum illo ordinẽ etiam Marcus tenet, filios Zebedæi perhibẽs dixisse qđ ab eis nõ ꝑ eosipsos, sed ꝑer matrẽ dictũ *Mar. 10.* esse Matthæus expressit, cũ illa eorũ uoluntatem attulisset ad dñm. Vñ magis ipsos, quã illã dixisse, quod dictũ est, Marcus breuiter intimauit. Deniq; & dñs, & ſm Matthæum, & ſm Marcum ipsis potius, quam matri rñdit. Lucas autem posteaquam ex eodem ordine *Luc. 18.* commemorauit, quæ de passione & resurrectione sua duodecim discipulis prædixerit, prætermittit ea q̃ isti commemorant, post q̃ interposita occurrunt ei ad Hiericho. Qđ au tẽ dixerũt Matthęus, & Marcus de principib. *Mat. 20.* gentiũ, qui dominantur subiectis, non ita fu *Mar. 10.* turum inter illos, sed eum qui erit maior, ẽt seruum aliorum futurum, dicit tale aliquid & Lucas, sed non eo loco, & ordo ipse indicat, iterũ esse eandẽ sentẽtiam a dño dictam. *Luc. 22.*

De cæcis Hierico illuminatis, quemadmodum non aduersetur Matthæus, uel Marco, uel Lucæ. Cap. LXV. L

Sequitur Matthæus, & Egredientib. eis ab *Mat. 20.* Hierico, secuta est eũ turba multa. Et ecce *Mar. 10.* duo cæci sedentes secus uiã audierunt quia esus transiret, & clamauerunt dicentes dñe miserere nostri fili Dauid, &c. vsq; ad illud vbi ait, Et confestim uiderunt, & secuti sunt *Matt. 8.* eũ, Hoc & Marcus commemorat, sed de vno *Marc. 5.* cæco factum. Quæ ita soluitur quæstio, ut illa soluta est de duobus qui legionem dæmo- *Lucæ. 7.* num patiebantur in regione Gerasenorum. Nã duorum etiam cæcorũ quos modo inter fuit unum fuisse notissimum, & in illa ciuitate famosissimum, ex hoc etiam satis apparet, quòd & nomen eius & patris eius Marcus commemorauit. Quod in tot superius sanatis a dño non facile occurrit, nisi cũ Iairum archisynagogũ etiã nomine expressit, *Marc. 5.* cuius filiã resuscitauit Iesus. In quo ẽt magis *Luc. 8.* iste sensus apparet, quia & ille archisynagogus utiq; in loco illo nobilis fuit. Proculdubio itaque Bartimæus iste Timæi filius ex aliqua magna fœlicitate deiectus: notissimæ & famosissimæ miseriæ fuit, quòd non solũ

cæcus,

cæcus, uerumetiam mendicus sedebat. Hinc est ergo ꝙ ipsum solum uoluit commemorare Marcus, cuius illuminatio tam claram famã huic miraculo comparauit, q̃ erat illius nota calamitas: Lucas uero quamuis omnino eodem modo factum, tamẽ in alio cæco intelligendus est par cõmemorare miraculũ & eiusdẽ miraculi parem modũ. Ille quippe hoc factum dicit, cum appropinquaret Hiericho. Sed nomen ciuitatis & facti similitudo putari suadet semel esse factum: sed euangelistas in hoc sibi aduersari, ꝙ alius dicat, cum appropinquaret Hiericho, alii cum egrederetur ab Hiericho, non sane hoc persuadet, nisi eis *qui* procliuius credi uolunt mentiri euãgeliũ, q̃ duo similia similiterq; miracula fecisse Iesum. Quid aũt sit credibilius, & quid potius uerum, & oĩs fidelis filius euangelij facillime uidet, & oĩs contentiosus saltẽ cum admonitus fuerit, uel tacendo, uel ẽt si tacere noluerit, cogitando sibi ipse respondet.

M

De asina & pullo quomodo Matthæus cæteris congruat, qui solium pullum commemorant. Cap. LXVI.

A SEquit̃ Matthæus & dicit, Et cũ appropinquasset Hierosolymis, & uenisset Betphage ad montẽ Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis, ite castellum quod ꝯ uos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: &c. usq; ad eum locũ ubi ait, Benedictus q uenit in nomine dñi, Osanna in altissimis. Hoc ẽt Marcus narrat eodem ordine custodito. Lucas aũt in Hiericho immorat̃, q̃dam commemorans quæ isti præter miserunt de Zachæo principe publicanorũ, & q̃dam in parabolis dicta. Post hæc & ipse occurrit ei ad huius pulli commemorationẽ in quo sedit Iesus. Nec moueat ꝙ Matthæus asinam dicit & pullum, cæteri aũt de asina tacent, Immo ẽt recordanda est illa regula quã de quinquagenis & centenis discumbentib. cum quinq; panib. turbæ pascerent̃, supra insinuauimus. Qua insinuata, non dẽret hoc iã ꝑmouere lectorẽ, nec si matthæus ita de pullo tacuisset, quemadmodum illi de asina tacuerunt, ut maxime ꝯrium putaret̃, ꝙ unus asinam dixit, alij pullũ asinæ, quanto minus moueri oportet, q̃a unus ita commemorauit asinam de qua cæteri tacuerunt, ut tñ pullum non taceret, de quo illi dixerunt. Vbi ergo utrunque factum põt intelligi, nulla repugnãtia est, nec si alius aliud, & aliud alius cõmemoraret: quanto minus ubi alius unũ, alius utrunque; Ioãnes quoque cũ taceat quemadmodum dñs discipulos suos ad hæc aĩalia sibi adducenda miserit: interponit tñ bꝛ hoc de pullo cum testimonio ẽt prophetæ, quod matthæus adhibet. In quo ẽt testimonio prophetico aliquantum diuersa euangelistarum locutio ab ea quidem sñia non recedit. Sed põt mouere ꝙ hoc matthæus sic adhibet, ut asinam dicat commemorasse Prophetam: nõ aũt ita se hẽt, vel quod ioãnes interponit, vel codices ecclesiastici interpretationis usitatæ. Cuius rei cã illa mihi vr̃, ꝙ matthæus Hebræa lingua perhibetur euangelium conscripsisse. Manifestum est autem interpretationẽ illam quæ dr̃ septuaginta, in nonnullis se aliter habere quam inueniunt in Hebræo, qui eam linguam nouerunt, & qui interpretati sunt, singuli eosdem libros Hebræos. Huius item distantiæ causa si quæratur, cur tanta authoritas interpretationis septuaginta multis in locis distet ab ea ueritate quæ in Hebræis codicibus inuenitur: nihil occurrere probabilius existimo, quam illos septuaginta eo spiritu interpretatos, quo & illa quæ interpretabantur dicta fuerant, quod ex ipsa eorũ mirabili quæ prædicatur consensione firmatum est. Ergo & ipsi nonnulla in eloquio narrando, & ab eadem uoluntate dei cuius illa dicta erant, & cui uerba seruire debebant nõ recedendo, nihil aliud demonstrare uoluerunt quam hoc ipsum quod nunc in euangelistarum quatuor concordi quadam diuersitate miramur: qua nobis ostenditur non esse mendacium si quisquam ita diuerso modo aliquid narrat, ut ab eius uoluntate cui consonandum & consentiendum est non recedat. Quod nosse & moribus utile est propter cauenda & iudicanda mendacia: & ipsi fidei, ne putemus quasi consecratis sonis, ita muniri ueritatem, tanquam deus nobis quemadmodum ipsam rem, sic uerba quæ ꝑ illam suntdicenda, commendet: cum potius ita res quæ discenda est, sermonibus per quos discẽda est præferatur, ut istos omnino quærere non deberemus, si eam sine his nosse possemus,

mar. 11.
Luc. 19.
mar. 6.
Luc. 9.
Supra cap. 46.
mat. 21.
mar. 11.
Luc. 19.
Ioan. 12.
Zach. 9.
mat. 21.
Quare septuaginta ab Hebræis uarient.
C

D semus sicut illam nouit deus, & in ipso angeli eius.

De expulsis e templo uendentibus & ementibus, quemadmoum tres isti non repugnent Ioanni, qui hoc idem longè alibi dicit. Cap. LXVII.

Mat. 21. SEquitur Matthæus & dicit, Et cum intrasset Hierosolymam commota est uniuersa ciuiats dicens: Quis est hic? Populi autẽ dicebant, Hic est Iesus Propheta a Nazaret Galilææ. Et intrauit Iesus in templum dei, & eiiciebat oẽs ementes & vendentes in templo: &c. vsq; ad eũ locũ vbi ait, Vos aũt fecistis illam speluncam latronum. Hoc de turbis vendentium eiectis de templo, oẽs commemorant, sed Ioannes longe diuerso ordine. Nam post testimonium Ioannis Baptistæ de Iesu, cum eum commemorasset isse in Galilæam qñ aquam conuertit in vinum, deinde post commemorationem paucorum in Capharnaum dierum, dicit eum ascendisse in Hierosolymam, cum esset Pascha iudæorũ, & facto flagello de resticulis, expulisse de tẽplo uendentes. Vnde manifestum est, non semel, sed iterum hoc esse a domino factum. Sed illud primum commemoratur a Ioãne, hoc ultimum a cæteris tribus.

Mar. 11. Luc. 19. Ioan. 1. & 2. Ioan. 2.

E De arefacta arbore ficulnea, & quæ iuxta narrata sunt, quemadmodum non repugnet Matthæus cæteris & maxime Marco de ordine narrationis. Cap. LXVIII.

Mat. 21. SEquitur Matthæus, Et accesserunt ad eũ cęci & claudi in tẽplo, & sanauit eos. Videtes aũt principes sacerdotũ & scribæ mirabilia q̃ fecit, & pueros clamantes in tẽplo & dicentes, Osanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei, Audis quid isti dñt? Iesus aũt dicit eis, Vtiq;: nunq̃ legistis, quia ex ore infantiũ & lactẽtium perfecisti laudẽ? Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatẽ in Bethaniam, ibiq; mansit. Mane aũt reuertens in ciuitatem esuriit. Et uidens fici arborẽ vnã secus viã, venit ad eam & nihil inuenit in ea nisi folia tm̃. Et ait illi, Nunq̃ ex te fructus nascat in sempiternũ. Et arefacta est ficulnea continuo. Et uidentes discipuli, mirati sunt dicentes, Quõ cõtinuo aruit. Rñdens aũt Iesus, ait eis, Amẽ dico vobis, si habueritis fidẽ & non hæsitaueritis, non solũ de ficulnea facietis, sed etsi mõti huic dixeritis, tolle & iacta te in mare, fiet. Et oĩa q̃cunq; petieritis in oratione credẽtes accipietis. Hoc & Marcus quidem dicit, sed non eundem ordinem tenet. Primo .n. q̃ eũ Matthæus in templũ dixit intrasse, & eiecisse vendentes & ementes non cõmemorat Marcus, sed circunspectis oib. cum iam vespera esset exisse dicit in Bethaniam cum duodecim: & alia die cum exirent a Bethania esurisse, & arbori fici maledixisse, qđ & Matthæus cõmemorat. Et subiungit idem Marcus, q̃ venerit Hierosolymã, & cum introisset in templum eiecit uendentes & ementes, quasi altero die, non primo factũ esset. Sed quia Matthæus ita connectit. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatẽ in Bethaniam: vnde mane reuertentẽ in ciuitatem arbori maledixisse commemorat: probabilius creditur ipse potius tenuisse ordinẽ tp̃is de uendẽtib. & ementib. eiectis de templo. Cum .n. dicit, Et relictis illis abiit foras, quib. relictis intelligi poterit, nisi cum q̃b. superius loquebat̃, indignantib. q̃ pueri clamarent, Osanna filio Dauid? Prætermisit ergo Marcus qđ primo die factum est cum intrauit in templum, & recordatum interposuit, cũ dixisset, q̃ non inuenerit aliquid in ficulnea p̃ter folia, qđ secundo die factum est, sicut ambo testantur. Miratos aũt esse discipulos q̃ arbor aruerit, & eis dñm rñdisse, de fide & de monte in mare transferendo, non ipso secundo die quo dixit arbori, Iam nõ amplius in æternum quisquam ex te fructũ mãducet, sed tertio die dicit. Ipso quippe die secundo commemorauit idem Marcus de templo eiectos uendentes, qđ primo die factum p̃termiserat. Ipso ergo secũdo die dicit facta vespera egressum de ciuitate, & cum mane transirent, vidisse discipulos ficum aridã factam a radicibus, & recordatũ Petrum dixisse ei, Rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit. Tunc eum de potentia fidei respondisse: Matthæus aũt tanq̃ secundo die hoc totũ factum sit .i. dictũ arbori, Nunq̃ ex te fructus nascat̃ in sempiternũ, & arefactam esse continuo, & videntib. hoc discipulis atq; mirantib. illud de virtute fidei fuisse rñsũ. Vñ intelligit̃ Marcũ q̃dem scđo die commemorasse, quod primo die

Psal. 8. F Mat. 11. Mat. 28. G Mat. 21.

die factũ prætermiserat, de templo. s. eiectos uendentes & ementes. Matthæus uero cum commemorasset, quod altero die factum est H de arbore maledicta quando mane reuertebatur a Bethania in ciuitatem, prætermisit ea quæ Marcus cõmemorauit, uenisse illum in ciuitatẽ, & uespere exiisse, & mane cum transierunt, discipulos arborẽ aridam fuisse miratos: & ei qđ secundo die gestum erat quo arbor maledicta est, adiunxit illud quod tertio die gestum est, eius ariditatẽ miratos esse discipulos, & de potẽtia fidei a dño audisse, sic ea cõiungens, ut nisi ex Marci narratione cogamur intendere ubi & qđ Matthæus ꝑtermisit, non possit agnosci. Cum ergo dixisset Matthæus, Et relictis illis abiit foras extra ciuitatẽ in Bethaniã ibiq; mansit, Mane aũt reuertens in ciuitatẽ esurijt. Et videns sibi arborẽ unã secus uiam, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tm̃, & ait illi, Nunq̃ abs te fructus nascat in sempiternũ, & arefacta est continuo ficulnea, ꝑtermissis cæteris ad eundẽ diẽ ꝑtinentib. adiunxit statim, Et uidẽtes discipuli mirati sunt dicentes, q̃uo continuo aruit qđ alio die uiderunt, admirati sũt. I Intelligit aũt non tunc aruisse, q̃n viderunt, sed continuo q̃n maledicta est. Neq; .n. arescẽtem, sed penitus arefactam viderunt, ac sic eã continuo in uerbo dñi, aruisse intellexerũt.

Cum dominũ interrogauerunt iudæi in qua potest. ante ista faceret, quomodo inter se consentiant isti tres. Cap. LXIX.

mat. 21. SEquitur Matthæus & dicit, Et cum venisset in tẽplum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum, & seniores populi dicentes. In qua ꝑtãte hæc facis? & quis dedit tibi hanc ꝑtãtem? R̃ndens Iesus dixit illis, Interrogabo uos & ego unum sermonem, quẽ si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua ꝑtãte hæc faciam. Baptismus Ioannis vnde *mar. 12.* erat, &c. usq; ad illud ubi ait: Nec ego uobis *luc. 19.* dico in qua ꝑtãte hæc facio. Hoc totũ & alij duo Marcus & Lucas totidẽ pene uerbis explicauerunt: nec in ordine inter se vñr aliq̃d discrepare, nisi unde superius locutus sum: ꝙ prætermissis quibusdam Matthæus ad alterum diem pertinentibus, ita contexit narrationẽ, ut nisi aduertatur possit putari ipsum in secundo die adhuc uersari. Marcum autẽ in tertio: Lucas uero nõ quasi ex ordine dies prosequens hoc subiungit, sed cum commemorasset eiectos de tẽplo ementes & uendentes, prætermisit ꝙ exibat in Bethaniam & regrediebatur in ciuitatẽ, & qđ de ficulnea factum est, & qđ mirantibus discipulis de fidei virtute responsum est. Atq; his ꝑtermissis in- K tulit dicens, Et erat docens quotidie in templo, Principes aũt sacerdotum & scribæ & principes plebis q̃rebant illũ perdere, & non inueniebant q̃d facerent illi, Oĩs. n. populus *Luc. 19.* suspensus erat audiens illum. Et factum est *& 20.* in una dierũ docente illo populũ in tẽplo & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotũ & scribæ cũ seniorib. & aiunt dicentes ad illũ, Dic nobis in qua ꝑtãte hæc facis, &c. quæ ẽt duo illi cõmemorant. Vnde apparet, nihil eis ẽt ipso ordine repugnare, q̃n id qđ dicit factum in una dierum, ea dies intelligatur in qua id gestum illi etiam retulerunt.

De duobus filiis quibus imperauit pater ut irent in uiam, & de uinea quæ locata est aliis agricolis, quomodo non aduersetur Matthæus aliis duobus, cum quibus eundem ordinem tenet, & maxime in hac parabola quam omnes tres dicunt de uinea locata propter responsionem eorum quibus dicebatur, ubi aliquantum uidentur variari. Cap. LXX.

SEquitur Matthæus, Quid autem uobis vĩr? L Homo quidam habebat duos filios, & acce- *mat. 21.* dens ad primum dixit illi, Vade hodie operari in uineam meam. Ille autem respondens ait: Nolo, Postea autem pœnitentia motus, abiit. Accedẽs aũt ad alterum dixit similiter. At ille respondens ait, Eo dñe. Et non ijt: &c. vsq; ad illud tibi ait, Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur, super quem uero ceciderit conteret eum. Marcus & Lucas nõ commemorant de duob. istis filiis, quib. imperatum est ut irent atq; operarentur in uinea. Sed quod post hoc narrat Matthæus de vinea *mat. 21.* quæ locata est agricolis, qui persecuti sunt seruos missos ad se & postea dilectum filium occiderunt & eiecerunt extra uineam, ẽt illi ambo non tacent eodem ordine custodito, i. posteaquam de baptismo ioannis interrogati

iudæi

Mar.12. iudæi se nescire dixerunt, & rñdit eis, Nec
Luc. 20. ego dico uobis in qua ptãte hæc facio. Nullius ergo hic repugnantiæ qõ nascitur, nisi ꝙ Matthæus cum dixisset ꝙ dñs interrogaue
Mat.21. rit iudæos, Cum uenerit dñs uineæ quid faciet agricolis illis? Illos rñdisse subiũgit atq;
M dixisse, Malos male perdet, & vineam locabit aliis agricolis qui reddant ei fructum tꝑibus suis. quod Marcus non ab ipsis rñsum esse cõ
Mar.12. memorat, sed dñm hoc ↄñr locutum post interrogationem suam, ipsum sibi quodammõ rñdisse. Ita.n.dicit, Quid ergo faciet dñs uineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit uineam aliis. Sed facile põt intelligi vel illorũ vocem ita subiunctam, vt non interponeret illi dixerunt, aut illi rñderunt, sed tñ intelligeretur: aut ideo rñsionem istam dño potius attributam, quia cum uerum dixerunt, etiam de illis hoc ipse rñdit qui veritas est. Sed illud magis mouet, ꝙ Lucas non solum eos hoc rñdisse non dicit, hæc ẽt verba ipse quoque sicut Marcus dño attribuens, verumetiã ↄriam retulisse rñsionem, dicentes: Absit. Ita .n.narrat. Quid ergo faciet illis dñs uineæ?
Luc. 20. Veniet & ꝑdet colonos istos, & dabit vineã aliis. Quo audito dixerunt illi, Absit, Ille aũt aspiciẽs eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptum est, Lapidem quem reprobauerũt ædi-
Psal.14. ficantes, hic factus est in caput anguli? Qũo
A ergo ẽm Matthæum illi quibus hæc loquebatur dixerunt, Malos male perdet & uineam locabit aliis agricolis, qui reddẽt ei fructum
Mat.21. tꝑibus suis, cum ẽm Lucam talibus uerbis contradixerunt dicentes, Absit. Et reuera qđ secutus dñs ait de lapide reprobato ab ædificantibus, & facto in caput anguli, ita illatum est, ut hoc testimonio conuincerentur illi parabolæ contradicentes. Nã & ipse Matthæus hoc sic commemorat dictum, tanquam ↄdicentib. cum ait, Nunq̃ legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes,
Mar.12. hic fact⁹ est in caput anguli? Quid est enim, Nunq̃ legistis, nisi quia hoc responderãt qđ esset ↄrium? Hoc & Marcus significat qui hęc ipsa verba ita refert, Nec scripturam hanc legistis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Quæ sñia ẽm Lucam magis apparet loco suo di-
Luc. 20. cta, post illorum ↄdictionem qua dixerunt, Absit. Tantundem.n.valet, sicut hoc ẽt ipse. Quid est ergo hoc quod scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Hanc:n.sñiæ uo- B
luntatem intimat, siue nunquam legistis, siue nec hoc legistis, siue quid est ergo hoc quod scriptum est. Restat ergo vt intelligamus in plebe quæ audiebat, quosdam respondisse ꝙ Matthæus commemorat dicens, Aiunt illi, Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis: quosdam uero illud quod Lucas non tacuit, hoc est, Absit. Iis ergo q̃ illud dño responderant, illi alij responderunt, absit. sed illorum responsio quib. isti retulerũt, absit, propterea dño tributa est & a Marco & a Luca, quia sicut dixi, per eos veritas ipsa lo Ioan.11.
cuta est: siue per nescientes si mali erãt, sicut per Caipham, qui nesciens quid dixerit, cum esset pontifex prophetauit: siue per scientes ac iam intelligentes atq; credentes. Ibi enim erat ẽt illa multitudo, per quam iam erat impleta illa prophetia, cum uenienti magna celebritate occurrentes acclamarent, Benedi- Mat.21.
ctus qui uenit in nomine domini. Nec moueat quòd idem Matthæus principes sacerdotum & seniores populi dixit accessisse ad dominum, & quæsiuisse in qua potestate hæc faceret, & quis ei dederit hanc potestatẽ, qñ eos de baptismo Ioannis vicissim interrogauit unde esset, de cœlo an ex hominibus? quibus rñdentib. ꝙ nescirent, ait: Nec ego vobis dico in qua potestate hæc facio. Inde.n. secutus est contextim loquendo & ait, Quid aũt C
vobis vr: hõ quidam habebat duos filios: &c. sine ulla cuiusquam rei vel personæ interpositione, secundum Matthæum sermo contexitur, vsq; ad hoc quod de locata agricolis vinea commemoratur. Potest.n. putari omnia eum principibus sacerdotum & senioribus populi locutum fuisse, a quibus fuerat de sua potestate interrogatus. Qui vtique si tentantes & inimici quæsierant, non in eis possunt intelligi qui crediderant, atque illud clarum ex Propheta testimonium domino perhibuerant: qui etiam modo respondere potuissent, non nescientes, sed credentes, Malos male perdet, & uineam suam locabit aliis agricolis. Hoc omnino mouere non debet, ut ideo putemus non fuisse credentes in illa multitudine quæ tunc domini parabolas audiebat. Tacuit nanque idem Matthæus breuitatis

causa

causa, quod Lucas nō tacet, parabolā istā scilicet, nō ad eos solos dictam, qui de potestate interrogauerunt, sed ad plebem. Sic. n. ait, Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc, Hō plantauit uineam, &c. In hac ergo plebe intelligendum est etiam illos esse potuisse qui sic eū audirent, qūo cui dixerant, Bn̄dictus qui uenit in nomine dn̄i, & ipsos vel ex ipsis fuisse qui rn̄derunt, Malos male perdet & vineam suā locabit aliis agricolis: Quorum rn̄sionē non solum propterea dn̄o tribuerūt Marcus & Lucas, ꝙ hoc ipse dixisset quia ueritas est, qui etiam per malos atq; nescientes sępe loquitur, occulto quodā instinctu mentem hominis mouens, non sanctitatis illius merito, sed iure propriæ potestatis: verumetiam quia tales esse potuerunt, vt non frustra in ipso corpore dn̄i iam sicut membra deputarētur, vt merito eorū uox illi tribueretur cuius mēbra erant: qui iā baptizauerat plures q̄ Ioannes, & habebat turbas discipulorum, sicut ipsi euangelistæ sępe testantur, & unde erāt etiā illi quingēti fratres quibus eum Apostolus Paulus post resurrectionem pręsentatū esse cōmemorat. Pręsertim quia & s̄m eundem Matthæū nō ita dictū est, Aiunt illi, malos male perdet: ut in eo qđ positum est, illi, pluralis numerus accipiēdus sit, tāquā eorū fuerit ista rn̄sio, qui eū de sua potestate dolose interrogauerāt: sed aiūt illi, dictū est. i. ipsi dn̄o, singulari pronomine non plurali, quod in codicibus Græcis sine ullo scrupulo ambiguitatis apparet. Est quidā sermo dn̄i apud Euangelistam Ioannē vbi hoc quod dico facilius possit intelligi. Dicebat ergo, inquit, Iesus ad eos qui crediderunt ei iudæos, Si uos māseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit uos, Et rn̄derūt ei, Semē Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unquam. Qūo tu dicis liberi eritis? Rn̄dit eis Iesus, Amen amen dico uobis, quia omnis q̄ facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in ęternum, Filius autem manet in æternum. Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ estis, sed q̄ritis me interficere, q̄a sermo meus nō cap[i]t in uobis. Nō utiq; illis diceret, Quęritis me interficere, qui in eum iam crediderant, quibus dixerat, Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis: sed quia hoc ad eos dixerat, qui iam in eum crediderant, ea uero multitudo præsens erat quæ plures habebat inimicos, etiā nō exprimente Euangelista qui essent qui respōderunt, ex hoc ipso quod responderunt, & qđ deinde ab illo audire meruerunt, satis apparet quæ uerba quibus sint tribuenda p̄sonis. Sicut ergo in hac multitudine s̄m Ioannem erant qui iā crediderant in Iesum, erant etiā qui eum occidere quærebant: sic in illa de qua nunc loquimur erant qui dolose dn̄m interrogauerant, In qua potestate illa faceret, erant etiam qui non dolose, sed fideliter acclamauerant, Benedictus qui uenit in nomine domni. Ac per hoc erant qui dicerent: Malos male perdet & uineam suam locabit alijs. Quæ uox recte etiam ipsius domini fuisse intelligitur, siue propter ueritatem quæ ipse est, siue propter membrorum eius cū suo capite unitatem. Erant etiam qui talia respōdentibus dicerent, Absit, quia intelligebant in seipsos esse parabolam dictam.

Margin notes (left column): D; Luc. 20.; Mat. 21.; Mar. 12.; Luc. 20.; Ioan. 4.; 1. Co. 15; Mat. 21.; E; Ioan. 8. — (right column): F; Mat. 21.; Luc. 20.

De nuptiis filii regis ad quas turbæ inuitatæ sunt, quem Matthæus ordinem tenuerit propter Lucam qui tale quiddam alibi dicit. Cap. 71.

SEquitur Matthæus, Et cum audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret, & quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut Prophetam eum habebant. Et respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis dicens, Simile factum est regnum cœlorū homini regi qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, & nolebāt venire, &c. vsq; ad illud vbi ait, Multi. n. sunt uocati, pauci uero electi. Parabolam istam de inuitatis ad nuptias, solus Matthæus narrat. Simile quiddam etiam Lucas commemorat, sed non est hoc, sicut & ordo ipse indicat, quamuis & illud nonnullam similitudinē gerat. Quod uero post illā parabolā de uinea & occiso filio patrisfamilias subnectit matthæus, cognouisse iudæos, ꝙ in eos totum dictū fuerit, & insidias cępisse moliri: hoc etiam marcus Lucasque testātur eundem ordinem retinētes: sed inde ipsi pergunt

Margin notes: G; Mat. 21.; Mat. 20.; Luc. 14.; Mar. 12.; Luc.

pergũt in aliud, ex hoc subiungẽtes quod & Matthæus post istam quam solus interposuit de nuptijs parabolam ex ordine inseruit.

De nummo Cæsari reddendo, cuius habebat imaginem, & de muliere quæ septem fratribus nupserat, quemadmodum tres isti concordant. Cap. LXXII.

Mat.21. SEquitur ergo Matthæus, Tunc abeũtes pharisæi consiliũ inierũt ut caperẽt Iesum in sermone, Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes, Magister scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & nõ est tibi cura de aliquo, nõ.n. respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi ur̃, licet cẽsum dari Cæsari aut nõ, &c. usq; ad illud ubi ait, Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius. Hæc duo dñi responsa, vnum de nummo ꝑꝑ tributum reddendum Cæsari, alterum de resurrectione, ꝑꝑ illã mulierẽ quæ septẽ sibimet succedentibus fratrib. nupserat: Marcus & Lucas similiter narrãt, nec in ordine aliqd discrepant. Post parabolã quippe illã de cõductorib. vineæ, & de Iudæis præparantibus insidias in quos dicta est, quam omnes tres cõmemorauerunt, prætermittunt hi duo Marcus & Lu- *Mar.12. Luc.20.*
cas parabolã de inuitatis ad nuptias, quam solus Matthæus interposuit, & cũ illo iã sequũtur, narrantes hæc duo, de tributo Cęsaris & de muliere septẽ singillatim uirorũ, eodem prorsus ordine sine aliqua repugnãtiæ qõne.

De illo cui commendata sunt duo pręcepta dilectionis dei & proximi, q̃ ordo sit narrantium Matthæi & Marci, ne a Luca discrepare uideantur, qui tale aliquid alibi dicit. Cap. LXXIII.

Mat.22. Deut.6. SEquitur ergo Matthæus & dicit, pharisæi aũt audientes ꝙ silentiũ imposuisset Sadducæis, conuenerunt in unum, & interrogauit eũ vnus ex eis legislator tẽtãs eũ, Magister, quod est mandatum magnũ in lege? At illi Iesus, Diliges dominum Deũ tuũ in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mẽte tua: hoc est maximũ & primũ mã- *Luc.12.*
datum. Secundum autem simile est huic, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. In his duobus mãdatis vniuersa lex pẽdet & Prophetę. Hoc & Marcus cõmemorat eũdẽ ordinẽ seruãs. Nec moueat ꝙ Matthæus dicit tẽtãtem *mar.12.*
fuisse illũ a quo dñs interrogatus est, Lucas ãt hoc tacet. Et in fine Marcus ita cõcludit, ꝙ ei dñs sapienter rñdenti dixerit. Non lõge es a regno Dei. Fieri .n. potuit ut quãuis tentãs accesserit, dñi tñ rñsione correctus sit. Aut certe ipsam tentationẽ non accipimus malã, tanquam decipere uolentis inimicũ, sed cautam potius tanquã experiri amplius uolẽtis ignotum. Neq;.n. frustra scriptũ est, Qui faci- *Eccl.19*
le credit, leuis corde est, & minorabitur. Lucas autem non hoc ordine, sed longe alibi tale aliquid interponit. Vtrum aũt hoc recordetur, an alius ille sit cũ quo similiter de duobus istis præceptis dominus egerit, prorsus incertũ est. Hic autem etiam recte ur̃ alius esse, non solum ꝑꝑ ordinis multam dñã, sed quia etiam ipse dicitur respondisse domino interroganti, & in sua responsione commemorasse duo ista præcepta. Et cum ei dixisset dominus, Hoc fac & viues: vt illud faceret *Luc.10.*
quod magnum esse in lege ipse respõderat, secutus euangelista ait, Ille autem uolens se iustificare dixit, Et quis est meus proximus? Tunc dominus narrauit de illo qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones. Vnde quia & tentans prædictus est, & duo præcepta ipse respondit: & post admonitionem domini, dicẽtis: Hoc fac & viues: non bonus commẽdatur cum dicitur de eo, Ille autem uolens se iustificare: Iste autem quem pari ordine Matthæus Marcusq; commemorant, tam bene cõmendatus est, ut ei diceret dñs, Non longe es a regno dei: probabilius creditur hunc alium esse, non illum.

Quod iudęi interrogantur de Christo, cuius eis filius uideatur, utrum nõ repugnet Matthæus aliis duobus, quia secundum istum dixerunt, quid vobis videtur de Christo, cuius est filius? cui responderunt Dauid, secundum illos autem, quomodo dicunt scribæ Christum filium esse Dauid. Cap. LXXIIII.

SEquitur Matthæus, Cõgregatis aũt pharisæis interrogauit eos Iesus dicens, Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius *mat.22.*

lius est? Dicunt ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum dicens, Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eum dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Hoc pariter & eodem ordine Marcus quoque commemorat. Lucas etiam tantummodo de illo tacet, qui interrogauit dominum, quod esset mandatum primum in lege, Hoc autem prætermisso, eundem etiam ipse ordinem seruat & hoc de Christo, quomodo sit filius Dauid quæsisse a iudæis dominum pariter narrat. Nec interest ad sententiam, quod secundum Matthæum cum interrogasset Iesus, quid eis videatur de Christo, cuius esset filius, illi responderunt, Dauid. Tunc demum intulit, quomodo eum Dauid diceret dominum. Secundum illos autem duos, Marcum & Lucam, nec interrogati esse, nec respondisse inueniuntur. Intelligere enim debemus post eorum responsionem, sententiam ipsius domini a duobus euangelistis insinuatam, quomodo ab illo dicta sit, his audientibus quos uolebat suo magisterio utiliter formare, & ab scribarum alienare doctrina: qui de Christo illud solum sapiebant, quod secundum carnem factus erat ex semine Dauid, non eum autem intelligebant deum propter quod erat dominus ipsius Dauid. Ideo tanquam de illis errantibus, dominus ad istos sermonem faciens quos volebat ab illorum errore liberari, secundum hos duos euangelistas commemoratur: ut quod illis dictum est, quomodo dicitis, sicut Matthæus narrat: sic accipiatur, non tanquam ad illos, sed tanquam de illis ad eos potius dictum sit quos volebat instruere.

Ps. 109. M Mar. 12. Luc. 20. Mat. 22. Mar. 15. Luc. 26. A

De Pharisæis sedentibus super cathedram Moysi & dicentibus quæ non faciunt, cæterisque in eosdem Pharisæos a domino dictis, utrum sermo Matthæi congruat aliis duobus, & maxime Lucæ, qui non hoc ordine, sed alibi simile commemorat. Cap. LXXV.

Mat. 23. SEquitur Mattheus ita narrationis ordinem texens, Tunc Iesus locutus est ad turbas & discipulos suos dicens, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & pharisæi, Omnia ergo quæcunque dixerint uobis seruate & facite, secundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt: &c. vsque ad illud vbi ait, Non me videbitis a modo donec dicatis, Benedictus qui venit in nomini. Similem sermonem habuisse dominum aduersus pharisæos & scribas legisque doctores, Lucas quoque commemorat, sed in domo cuiusdam pharisæi qui eum uocauerat ad conuiuium. Quod vt narraret digressus erat a Matthæo, circa illum locum, ubi ambo commemorauerant quod dictum est a domino, de signo Ionæ trium dierum & noctium, & de regina Austri, & de Niniuitis, & de spiritu immundo qui redit & inuenit mundatam domum. Post quem sermonem dicit Matthæus, Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Lucas autem in eo sermone domini, commemoratis etiam quibusdam quæ Matthæus dixisse dominum prætermisit, ab ordine quem cum Matthæo tenuerat ita digreditur, Et cum loqueretur, inquit, rogauit illum quidam pharisæus ut pranderet apud se; & ingressus domum recubuit. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illum, Nunc uos pharisæi quod de foris est calicis & catini mundatis. Atque hinc iam cætera in eosdem pharisæos & scribas & legisdoctores talia dicit, qualia Matthæus hoc loco, quem nunc considerandum suscepimus. Quanquam ergo ita ista Mattheus commemoret, quamuis domum illius pharisei non nominet, non tamen locum exprimat ubi dicta sint, quo repugnet aliquid illi domui: tamen quia iam uenerat dominus in Hierusalem a Galilæa, & post eius aduentum ita superiora usque ad hunc sermonem contexuntur, ut probabiliter accipiantur in Hierusalem gesta, Lucas autem aliud narrat, cum adhuc dominus iter ageret in Hierusalem, uidentur mihi similes duo esse sermones, quorum ille alterum, alterum iste narrauit. Sane considerandum est quomodo hic dictum sit. Non me uidebitis a modo donec dicatis Benedictus qui uenit in nomine domini: cum secundum eundem Matthæum iam hoc dixerint. Lucas enim dicit hoc esse responsum a domino illis qui eum monuerant ut inde iret, quoniam vellet eum Herodes occidere. Ibi etiam aduersus

Luc. 11. Mat. 12. B Ibidem. Luc. 11. Mat. 23. C Mat. 23. Mat. 21.

uersus ipsam Hierusalem ea prorsus verba ab illo esse dicta commemorat, quæ hic Matthæus. Sic enim narratur secundum Lucam In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorũ dicentes illi, Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite dicite vulpi illi, ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor: verũ tamen oportet me hodie & cras & sequenti ambulare, quia non capit Prophetam perire extra Hierusalem. Hierusalem Hierusalem q̃ occidis Prophetas & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties uolui cõgregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis & noluisti: Ecce relinquetᷣ vobis domus vestra deserta. Dico aũt uobis, quia non videbitis me donec veniat cũ dicetis, Benedictus qui uenit in nomine dñi. Narrationi quidem huic Lucæ non vr̃ aduersari ꝙ turbæ dixerunt dño veniẽti ad Hierusalem, Benedictus qui venit in nomine dñi, Scd̃m quippe Lucę ordinem nondum illuc uenerat, & nondũ dictum erat. Sed quia non dicit quò inde tũc abscesserit, ut non ueniret, nisi eo tp̃e qui iã illud diceretur, perseuerat quippe in itinere suo, donec ueniat Hierusalem, atq; illud qđ ait, Ecce ego eiicio dæmonia, & sanitates ꝑficio hodie & cras & tertio die consummor: mystice ab illo & figurate dicta intelliguntᷣ. Neque.n.eo die passus est, qui ab hoc die tertius, cum continuo dicat, Oportet me hodie & cras & sequenti ambulare. Cogit profecto ẽt illud mystice intelligi quod ait. Non uidebitis me donec ueniat cum dicetis, Benedictus qui venit in nomine dñi: de illo suo aduentu, quo in claritate uẽturus est, hoc significans, vt illud qđ ait, Eiicio dæmouia & sanitates perficio hodie & cras, & tertio die cõsummor: referatur ad corpus eius qđ est Ecclesia. Expelluntur.n.dæmonia, cum relictis paternis superstitionibus credunt in eũ gentes. Et perficiuntur sanitates, cum ẽm eius ꝓcepta viuitur, posteaq̃ fuerit diabolo & huic seculo renunciatum, vsq; in finem resurrectionis, qua tanq̃ tertia consummabitur. hoc est, ad plenitudinem angelicam per corporis ẽt immortalitatem perficietur Ecclesia. Quapropter ordo iste Matthæi nequaquam putãdus est in aliquid aliud esse digressus. Sed Lucas magis intelligẽdus est, vel præoccupasse quæ gesta sunt in Hierusalem, & recordando interposuisse, anteq̃ eius narratio dominum perduceret Hierusalem: aut eidem ciuitati iam propinquantẽ talia respondisse monentibus, vt caueret Herodem, qualia Matthæus eum dicit etiam turbis locutum, cum iam peruenisset in Hierusalem, atque illa oĩa peracta essent quæ supra narrata sunt.

[Margin: Luc. 13. — D — Mat. 21. & 23. — Luc. 13. — E]

Cum prænunciauit templi euersionem, quomodo Matthæus aliis duobus narrandi ordine congruat. Cap. LXXVI.

SEquitur Matthæus & dicit, Et egressus Iesus de templo ibat. Et accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens dixit illi. Videtis hæc oĩa? Amen dico uobis non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Marcus ẽt commemorat hoc eodem pene ordine, post aliquantam digressionem ad hoc factam ut commemoraret de uidua quæ misit duo minuta in gazophilacium, qđ cũ eo Lucas solus commemorat. Nam ẽt ẽm Marcũ, posteaq̃ illud dñs egit cum iudæis, qũo acciperent Christum filium Dauid, ea narrantur quæ dicit de cauendis Pharisæis & hypocrisi eorum. Quem locũ Matthæus latissime prosecutus est, & plura ibi dicta narrauit: atque ideo post eundem locum quem br̃ perstrinxit Marcus, & copiose digessit Matthæus, nihil amplius Marcus intulit, sicut dixi, q̃ de illa uidua pauperrima & vberrima: ac deinde subiunxit ea quib. Matthæo iterum cohæreret, dicens de templi futura euersione. Lucas quoque post illud de Christo qũo esset filius Dauid, pauca de cauenda hypocrisi Pharisęorum commemorat. Inde sicut marcus pergit ad viduam quæ duo minuta in gazophilaciũ misit, Deinde subiungit de tẽpli futura euersione, quod & Matthæus & Marcus.

[Margin: Mat. 24. — F — Mar. 11. — Mar. 12. — Luc. 21. — Mar. 12. — Mat. 23. — Mar. 12. — Luc. 20. — Luc. 21.]

De sermone quem habuit in monte Oliueti quærentibus discipulis quando erit consummatio, quemadmodum tres isti inter se congruant. Cap. LXXVII.

[Margin: G — Mat. 24.]

SEquitur Matthæus dicens, Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eũ discipuli secreto dicẽtes, Dic nobis

nobis qñ hæc erunt,& quod signum aduentus tui,& consummationis seculi? Et rñdens Iesus dixit eis, Videte ne quis uos seducat. multi .n. venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus,& multos seducēt,&c. vsque ad illud ubi ait, Et ibunt hi in suppliciū æternum, iusti aūt in uitam ęternā. Nunc iā istum prolixum sermonem dñi ſm tres Euāgelistas, Matthæum, Marcum & Lucā consyderemus. Eundē quippe tenentes ordinē pariter ista contexunt. Dicunt quidam hic etiā aliqua singuli propria, in quib. nulla est repugnantiæ metuenda suspitio. De his autē quæ pariter dicunt, necubi sibimet aduersari putentur, uidendum est. Neq; .n. dici pōt si aliquid tale occurrerit, aliud esse atq; alibi à domino similiter dictum, qñ eodem loco rerū ac temporum, omnium trium versatur narratio. Sanè ꝙ earundem sententiarum a dño dictarum, non eundem omnes ordinem seruant, nihil ad rem pertinet uel intelligēdam uel insinuādam, dum ea quæ ab illo dicta referuntur non sibimet aduersentur. Quod ergo Matthęus ait, Et prædicabitur hoc Euangelium regni in uniuerso orbe in testim̄ omnibus gentibus, & tunc ueniet consummatio, Et Marcus eodem ordine ita commemorat, In omnes gentes primum oportet prædicari Euangelium: nō dixit, Et tunc ueniet cōsummatio: sed hoc significat quod ait, primū .i. in omnes gentes primum oportet prædicari euangelium: quia illi de fine interrogauerāt. Cum ergo dicit, primum oportet in oēs gentes prædicari euangelium: significat utique, primum, antequā veniat cōsummatio. Item quod Matthęus ait, Cum ergo uideritis abominationē desolationis quę dicta est a Daniele Propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Hoc Marcus dicit ita, Cū autem uideritis abominationē desolationis stantem ubi non debet, qui legit intelligat. in qua mutatione verbi exposuit eādē sententiam: ideo quippe ubi non dēt, quia in loco sancto non dēt. Lucas aūt non ait, Cū āt videritis abominationem desolationis, stātē in loco sancto: aut, ubi non dēt: sed ait, Cū autē uideritis circūdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia appropinquabit desolatio eius. Tūc erit ergo abominatio desolationis in loco sancto. Qđ Matthæus autē ait, Tunc qui in Iudæa sunt fugiāt ad mōtes, & qui in tecto, nō descēdat tollere aliquid de domo sua, & qui in agro, nō reuertatur tollere tunicā suā. Totidem penè verbis hoc etiā Marcus commemorat. Lucas aūt, Tunc qui in Iudæa sunt, inquit, fugiant in montes: hoc sicut illi duo, cętera uero aliter. Sequitur .n. & dicit, Et qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia q̄ scripta sunt. Satis diuersum ur̄ quod illi dixerunt, Et qui super tectū, non descendat tollere aliquid de domo sua? & quod iste dicit, Et qui in medio eius, discedant: nisi forte quia tunc perturbatio magna erit, tam magno instante periculo illis quos inclusisset obsidio, quod significat dicendo, qui in medio eius, in tecto erūt attoniti & uolentes uidere q̄d impēdeat, uel quà euadendū sit. Sed qūo ait, discedant: qñ supra dixit, Cum autem uideritis circundari ab exercitu Hierusalem? Nam illud quod sequitur, Qui in regionibus, non intrent in eam: vr̄ ad congruam pertinere admonitionē. Et potest obseruari, vt qui extra sunt non in eā intrent: qui autem in medio sunt quomodo discedant, ab exercitu iam ciuitate circundata? An hoc est esse in medio eius, qñ iam ita periculum urgebit ut temporaliter ad pręsentem uitam tuendam non possit euadi? Et qm̄ tunc parata debet esse anima ac libera, nec carnalibus desideriis occupata & oppressa, hoc significat quod ab alijs duob. dictum est, in tecto uel super tectū: ut quod iste ait, discedant .i. non iā huius vitæ desiderio capiantur, sed in aliam uitam migrare parati sint: hoc illi dixerint, non descēdat tollere aliquid de domo, id est, nullo affectu incline ad carnem tāquā aliquid inde cōmodi percepturus. Et quod iste ait, Qui in regionibus, non intrent in eā, id est, qui iam bono cordis proposito extra illā facti sunt, non eā rursus carnali cupiditate desiderēt: hoc illi dixerūt, Et qui in agro est non reuertatur retro tollere uestimentum suum: tanquam iterum inuolui curis quibus erat exutus. Quod uero ait Matthæus, Orate autem ut non fiat fuga uestra hyeme uel sabbato: hinc Marcus partē dixit, partem tacuit. Orate uero, inquit, ut hyeme nō fiāt. Lucas aūt hoc nō dixit, sed tamē dixit aliquid solus, qđ mihi uidetur hāc ipsam

Marginalia: Mat. 25. Mat. 24. Mar. 13 Luc. 21. H Mat. 24. Mar. 13 Mat. 24. Mar. 13 I Luc. 21. Mat. 14. Mar. 13. Luc. 21. K L Mat. 24. Mar. 13.

ipsam quæ ab istis obscure posita est illustras
Luc. 21. se sententiā. Ita.n.ait, Attendite aūt vobis ne
forte grauentur corda vestra in crapula &
ebrietate & curis huius uitæ, & superueniat
in uos repentina dies illa: tanq̃ laqueus.n.su
perueniet in omnes qui sedent super faciem
orbis terræ. Vigilate itaq; omni tp̄e, orantes
ut digni habeamini fugere ista omnia q̃ futu
Mat. 24. ra sunt. Hæc intelligitur fuga quā Matthæus
Fuga in cōmemorat, quæ nō dēt fieri hyeme uel sab
hyeme, bato. Ad hyemē autē pertinēt curę huius ui
& sabba tæ, quas Lucas aperte posuit, Ad sabbatū ue-
to quid. ro crapula & ebrietas. Curæ quippe tristes
sūt uelut hyemes. Crapula uero & ebrietas,
carnali lætitia luxuriaq; cor submergit atq;
obruit. Quod malum sabbati nomine pro-
pterea significatū est, quia hęc erat sicuti &
nūc est iudęorū pessima cōsuetudo, illo die
delitiis affluere dū spiritale sabbatū ignorāt.
Aut si aliquid aliud in illis ꝯm Matthęum &
Marcum uerbis intelligēdū est, aliquid aliud
M ēt Lucas dixerit, dū tñ nulla repugnātiæ quę
stio moueat. Neq;.n. nūc euangelia exponē-
da suscepimus, sed a falsitatis uel fallaciæ ca
lumniis defendēda. Alia uero quæ in hoc ser
mone Matthæus posuit cōmunia cū Marco,
nihil habēt q̄onis. Quę aūt cum Luca, nō in
hoc sermone Lucas ea posuit, cuius huic or
do concordat: sed alibi talia uel recordatur
atq; inserit præoccupando, ut prius comme-
moret quæ postea a domino dicta sunt: uel
bis a domino dicta facit intelligi, & nunc se
cundū Matthæum, & tunc secūdum ipsum.

Quod commemorant Matthæus & Marcus ante biduum futuri paschæ, & postea dicunt quòd in Bethania fuit, quomodo nō repugnet Ioāni, qui cum ipsis narrat, hoc idem quod factum est in Betania, & dicit ante sex dies paschæ. Cap. 78.

Mat. 26. SEquitur Matthæus, Et factum est cum cō-
summasset Iesus sermones hos oēs, dixit
discipulis suis, Scitis quia post biduū Pascha
fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigat.
Huic attestātur alii duo Marcus & Lucas, ab
eodē ordine nō recedētes, Neq; hoc tanq̃ a
A dn̄o dictū insinuat: hoc.n. intimare prętermi
Mar. 14. serunt, Ex sua tñ ꝑsona & Marcus dicit, Erat
Luc. 22. autem Pascha & azima post biduum. Et Lu-
cas, Appropinquabat aūt dies festus azymo-
rū quæ dr̄ Pascha. Sic ergo appropinquabat,
ut esset post biduum, sicut alii duo apertius
cōsonāt. Ioannes vero trib. quidē locis com
memorauit eiusdē diei festi propinquitatem *Ioan. 11. & 12.*
cū alia quædā duob. superiorib. locis narra-
ret. Tertio aūt loco apparet eius narratio cir
ca ipsa versari tp̄a, vbi hoc etiam illi tres inti *Ioan. 13.*
mant .i. impendēte iam dominicæ passionis
die. Sed hoc uideri pōt parū diligēter intuen
tibus esse ꝯrium, quod Matthæus & Marcus
posteaquā dixerūt Pascha post biduum futu
rū, deinde commemorauerunt quod erat Ie
sus in Bethania vbi de vnguento illo precio
so dr̄. Ioannes aūt ante sex dies Paschæ dicit
Iesum venisse in Betaniā, de vnguento eadē *Ioan. 12.*
narraturus. Qūo ergo ꝯm illos duos, post bi-
duum futurum erat Pascha: cū posteaquam
id dixerunt, inueniantur cum Ioanne in Be-
thania illud de vnguento quod ipse, narran-
tes: cum aūt ipse dicat, post sex dies futurum
Pascha? Sed qui ita mouentur non intelligūt
Matthæū & Marcū illud qđ in Bethania de B
unguento factū erat recapitulādo posuisse,
non post illam de biduo prædicationē suā:
sed ante iam factū cum adhuc sex dies essent
ad Pascha. Non.n. quisquam eorū cum dixis
set, post biduum futurū Pascha, sic adiunxit
de illo facto in Bethania, ut diceret, post hæc
cū esset in Bethania: sed Matthæus quidem, *Mat. 26.*
Cū aūt esset, inquit, Iesus in Bethania: Mar- *Mar. 14.*
cus autem, Cū esset Bethanię. Quod vtique
intelligitur & antequam illa dicerētur quæ
ante biduū paschæ dicta sunt. Sicut ergo ex
Ioannis narratione colligitur, Ante sex dies *Ioan. 12.*
paschæ uenit in Bethaniam: ibi factum est il
lud conuiuiū vbi de vnguento precioso fit
cōmemoratio. Inde uenit Hierosolymam se
dēs sup̄ asellū. Deinde postea gerūtur ea quæ
narrāt post hunc aduentum eius Hierosoly-
mis gesta. Ex illo ergo die quo uenit in Be-
thaniam, atq; illud de unguēto factū est, usq;
ad diē quo ista omnia gesta atq; dicta sunt,
intelligimus, etiam euangelistis non cōme-
morātibus, consumptum fuisse quatriduū,
ut occurreret dies quem ante biduū paschæ C
duo definierūt. Lucas autē cum ait, Appro- *Luc. 2.*
pinquabat aūt dies festus azymorum: nō ex
pressit biduum, sed hanc propinquitatē quā
cōmemorauit, in ipso interuallo bidui debe
mus

mus intelligere. Ioannes uero cū dicit, Proximū erat Pascha iudæorum, non hoc biduū vult intelligi, sed sex dies ante Pascha. Proinde cum quædā post hoc dictum cōmemorasset, tunc iam uolens ostendere q̄ proximum fuisse Pascha dixisset: Iesus ergo añ sex dies, inquit, Paschę, uenit in Bethaniā ubi fuerat Lazarus mortuus, quē suscitauit Iesus. Fecerunt aũt ei cœnā ibi. Hoc illud est quod cōmemorant recapitulantes Matthæus, & Marcus, cum iā dixissent, post biduum futurum Pascha. Recapitulando ergo ad illum diē redeunt in Bethaniā, qui erat ante sex dies Paschæ, & narrant quod ioānes de cœna, & unguento: unde uenturus erat Hierosolymā, & peractis illic quæ narrata sunt, ꝓuenturus ad diem qui erat ante biduū Paschę: unde isti digresi sunt: ut recapitulando cōmemorarent quod ante in Bethania de unguento gestum est, Cuius rei peracta narratione, illuc iterū redeunt uñ digresi fuerant. i. ut iā sermo dñi narretur, quē habuit ante biduū Paschæ. Nā si tollamus de medio quod gestum in Bethania digredientes ab ordine recolendo, & recapitulando narrarunt, & ipsum ordinē contexamus, ita sermo dirigitur ſm Matthæū dicēte domino, Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigat̄. Tunc cōgregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autē, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Tūc abiit vnus de duodecim qui dicitur Iudas Scarioth ad principes sacerdotum: &c. Inter illud. n. qđ dictū est. Ne tumultus fieret in populo, & illud quod dictū est, Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iudas: interpositū est illud de Bethania, ꝙ recapitulando dixerunt. Quo nos prætermisso contexuimus narrationem, ut insinuaremus non repugnare ordinē tēporum. Secundum ât Marcum, de Bethaniæ conuiuio, quod recapitulando & ipse interposuit, similiter prætermisso, ita se ordo narrationis tenet: Erat ât Pascha & azyma post biduum, & quærebant summi sacerdotes, & scribæ quō eum dolo tenerent, & occiderēt. Dicebant. n. Nō in die festo, ne forte tumultus fieret populi. Et Iudas Scariothis unus ex duodecim, abiit ad summos sacerdotes, ut ꝓderet eū &c. Etiā hic inter illud, quod dictū est, Ne forte tumultus fieret populi: & illud quod adiunximus. Et iudas Schariotis unus ex duodecim: positum est illud de Bethania, quod recapitulando dixerunt. Lucas sane ipsam rem gestā in Bethania prætermisit. Hæc diximus ꝑꝑ sex dies ante Pascha, quod dixit Ioannes, cum in Bethania rem gestā narraret, Et biduū ante Pascha, quod Matthæus, & Marcus dixerunt, cum post hoc a se dictū illud in Bethania, quod Ioannes commemorarent.

(Ioan. 11. & 12. — Ioan. 12. — Mat. 26. — Mar. 14. — Ioan. 13. Mat. 26. Marc. 14)

De cœna in Bethania facta, ubi mulier unguento precioso dñm perfudit, quomodo inter se congruant Matthæus Marcus, & Ioannes, & quomodo Lucæ non aduersentur, tale aliquid alio tempore commemoranti. Cap. LXXIX.

Sequitur ergo Matthæus ab eo loco ubi finē feceramus consyderandæ narrationis, & dicit, Tunc cōgregati sunt principes sacerdotū & seniores populi in atriū principis sacerdotū qui dicebatur Caiphas, & cōsiliū fecerūt ut Iesum dolo tenerēt & occiderēt. Dicebât ât, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Cū ât esset Iesus in Bethania, in domo Simonis leprosi, accesit ad eū mulier habens alabastrū unguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recūbentis. &c. vsq; ad illud ubi ait, Dicetur & ꝙ hæc fecit in memoriā eius. Nunc iam de muliere, atq; unguento precioso quod in Bethania gestū est, cōsyderemus. Lucas. n. quanuis simile factum cōmemoret, nomenq; conueniat eius apud quē conuiuabatur dñs, Nam & ipsum Simonem dicit: tamen, quia nō est contra naturam uel contra morem hominum, ut si potest unus homo habere nomina duo, multo magis posint & vnum nomē habere homines duo, potius credibile est alium fuisse illū Simonem nō leprosum, in cuius domo hoc in Bethania gerebatur. Nā nec Lucas in Bethania rem gestam dicit quam narrat. Et quāuis non comemorare ciuitatem aut castellū ubi factum sit tamen non uidetur in eodem loco uersari eius naratio. Nihil itaq; aliud intelligendum arbitror, nisi non quidē aliam

(Mat. 26. — Luc. 7.)

G fuisse mulierem, q̃ peccatrix tũc accessit ad
pedes Iesu, & osculata est, & lauit lachrymis
& tersit capillis, & unxit unguento. Cui dñs
adhibita similitudine de duobus debitorib.
ait, dimissa esse peccata multa quoniam dile
xit multũ. Sed eandẽ Mariã bis hoc fecisse: se
mel. s. qđ Lucas narrauit, cũ primo accedens
cũ illa humilitate, & lachrymis meruit pec-
catorũ remissionẽ. Nã hoc & Ioannes, quã-
uis nõ sicut Lucas quẽadmodum factũ esset
narrauerit, tñ ipsam Mariã cõmendans com
memorauerit, cum iã de Lazaro resuscitãdo
cœpisset loqui, anteq̃ ueniret in Bethaniam.
Qđ ita ibi narrat, Erat aũt quidã, inquit, lan-
guens Lazarus a Bethania de castello Mariæ
& Marthæ sororis eius. Maria aũt erat q̃ un-
Ioan.11. xit dñm unguento & extersit pedes eius ca-
pillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur
Hoc dicens Ioãnes attestatur Lucę qui hoc
in domo Pharisæi cuiusdã Simonis factum
esse narrauit. Iam itaq; hoc Maria fecerat.
Quod aũt in Bethania rursus fecit, aliud est,
quod ad Lucæ narrationẽ non pertinet, sed
pariter narratur a trib. Ioanne. s. Matthæo &
H marco. Inter istos igit̃ tres, Matthæũ Marcũ
Mar.26. & Ioannẽ, quẽadmodũ hoc conueniat atten
Mat.14. damus, de quib. non est dubiũ ꝙ eãdem rem
Ian. 11. narrent gestã in Bethania, vbi ẽt discipuli, ꝙ
oẽs tres cõmemorãt, murmurauerunt aduer
sus mulierẽ tanq̃ de perditione preciosissi-
mi unguenti. Qđ ergo matthæus & marcus
caput dñi unguento illo perfusum dicunt,
Ioannes aũt pedes, regula illa ostenditur nõ
esse contrarium q̃ demonstrauimus, cum de
quinq; panib. pasceret turbas. Ibi. n. qui a nõ
defuit qui & quinquagenos & centenos di-
scubuisse cõmemoraret, cum alius quinqua
Sup. 66 genos tm̃ dixerit, non potuit uideri contra-
rium, Potuisset aũt si alius centenos tm̃ po-
suisset, sicut alius quinquagenos, & tamẽ de
buit in ueniri utrunq; factum esse. Quo exẽ
plo informari nos oportuit, sicut illic admo-
nui, ẽt ubi singuli euangelistæ singula com-
Mar.6. memorant, vtrunq; factum intelligere: Pro-
Luc.9. inde & hic non solum caput, sed & pedes do
mini accipiamus perfudisse mulierem. Nisi
forte qm̃ Marcus fracto alabstro ꝑfusum ca-
put cõmemorat, tam quisq; absurdus & ca-
Mar.14. lumniosus est, ut aliquid in uase fracto ne-
I gẽ remanere potuisse unde etiam pedes per

funderet. Sed cũ iste contenderit sic esse fra-
ctum, ut nihil ibi residui fieret, nitens aduer-
sus ueritatem euangelii: quanto melius & re
ligiosius contendit alius nõ esse ita fractum
ut totum effunderet, nitens pro ueritate euã-
gelii? Ille autem calumniator si tam pertina-
citer cæcus est, ut Euangelistarum cõcordiã
de alabastro fracto frangere conetur, priꝰ ac-
cipiat perfusos pedes antequam illud fractũ
esset, ut in integro remaneret, unde etiam ca
put perfunderetur, ubi fractura illa totum ef
funderet. A capite quippe nobis ordinate cõ
suli agnoscimus, sed ordinate etiã nos a pe-
dibus ad caput ascendimus. Cætera facti hu
ius nullã mihi uidentur habere quęstionem.
Quod. n. alli dicunt discipulos murmurasse Mat.26.
de unguenti effusione preciosi, Ioannes aũt Mar.14.
iudam comemorat, & ideo quia fur erat, ma Ioan. 6.
nifestũ puto esse discipulorum nomine eun
dem iudam significatum, locutione illa quã
de Philippo in quinque panibus insinuaui-
mus, plurali numero pro singulari usurpato. Ioan. 6.
Põt etiã intelligi ꝙ & alii discipuli aut sense
rint hoc, aut dixerint, aut eis iuda dicente ꝑ- I
suasum sit, atq; omniũ uoluntatẽ Matthæus
& Marcus etiã uerbis expresserint: sed iudas
propterea dixerit, quia fur erat, cæteri uero
propter pauperũ curam. Ioannem aũt de so-
lo illo id commemorare uoluisse, cuius ex
occasione furandi consuetudinem credidit
intimandam.

Vbi mittit discipulos ut præparent ei manducare pascha, quomodo inter se Matthæus, Marcus & Lucas congruere uideantur. Cap. 80.

SEquitur matthæus, tunc abiit unus de Mat.26.
duodecim qui dicitur iudas Scarioth, ad
principes sacerdotum, & ait illis, Quid
vultis mihi dare & ego uobis eum tradam?
At illi constituerunt ei triginta argenteos
&c. usque ad illud ubi ait, Et fecerunt di-
scipuli sicut constituit illis Iesus, & paraue-
runt Pascha. Nihil in hoc capitulo contra-
rium putari potest Marco & Lucæ, qui hoc
idẽ similiter narrant. Quod enim dicit mat- Mar.14.
thęus, Ite in ciuitatem ad quendam & dicite Luc. 22.
ei, Magister dicit, tempus meum prope est,
apud te facio Pascha cũ discipulis meis, eum
significat

significat quē Marcus & Lucas dicunt patrē familias uel dñm, in qua eis cœnaculum demonstratũ est, ubi pararent Pascha. Qđ ergo
L interposuit Matthæus, ad quendã: tanquã ex persona sua studio breuitatis illud cōpendio voluit insinuare. Si .n. diceret dixisse dominũ Ite in ciuitatē, & dicite ei, Magister dicit, tēpus meũ prope est, apud te facio Pascha: tanquã ciuitati dicendũ esset, acciperetur. Ac ꝑ hoc non ex dñi cuius mandatũ narrabat, sed ex sua persona interposuit, ad quendã iussisse dñm ut irent, ne haberet necesse totũ dicere, cũ hoc illi ad insinuandã iubentis sentētiã sufficere uideretur. Nã neminē sic loqui, ut dicat, Ite ad quendã: quis nesciat? Si .n. diceret, Ite ad quencunque, aut ad quemlibet: posset esse integra locutio: sed non esset certus hō ad quē mitterentur, cum eum certum ostendant, quanuis tacito eius nomine, Marcus & Lucas. Sciebat quippe dominus ad quē mitteret. Et vt eum ēt illi quos mittebat inuenire possent, ꝓmonuit qđ indicium sequerentur, de homine gestante aquæ lagenã uel amphorã, ut eum secuti ad domum quã uolebant uenirent. Cum itaq; nō hic posset dici, Ite ad quemlibet: quod integritas quidē locutionis admittit: sed hoc loco rei huius q̃ insinuabatur ueritas nō admittit: quanto mi-
M nus hic dici potuit, Ite ad quendã: quod oĩno nunquã recta locutione dici pōt? Sed planè discipulos a dño, non ad quemlibet, sed ad quēdam hominem .i. ad certum aliquem missos esse manifestum est. Quod nobis ex persona sua recte potuit euangelista narrare vt diceret, Misit eos ad quendam, ut dicerent ei, Apud te facio Pascha. Potuit etiã sic, Misit eos ad quendam dicens, Ite dicite ei, apud te facio Pascha. Ac per hoc cum uerba dñi Matthæus posuisset dicentis: Ite in ciuitatē: interposuit ipse, ad quendam nō quia hoc dñs dixerit, sed ut ipse nobis insinuaret tacito nomine fuisse quendam in ciuitate ad quē dñi discipuli mittebantur, ut ꝑpararent Pascha. Ac sic post hanc ex persona sua interpositionem duorum uerborum, sequeretur ordinē uerborum dñi dicentis, Et dicite ei, Magister dicit. Iam .n. si quęras cui, recte respondetur, illi cuidam homini ad quem misisse insinuauit Euangelista, cum ex persona sua interposuisset, ad quēdam: minus quidem usitata locutio, sed tñ sic intellecta integerrima ē. Aut si habet aliquid proprietatis Hebræa lingua, qua perhibetur scripsisse Matthæus, ut ēt totũ ex persona dñi dictũ locutionis integritate nō careat, uiderint qui nouerunt. Sane ita posset ēt Latine dici, si diceretur, Ite in ciuitatem ad quendam quē uobis demonstrauerit hō, qui uobis occurrerit lagenã aquę portans: hoc mō iubēti sine ambiguitate posset obtemperari. Velut ēt si diceret, Ite in ciuitatem ad quendã qui manet illo aut illo loco, in tali uel tali domo, cũ expressione loci & designatione domus, posset intelligi, posset fieri. His aũt atq; huiusmodi cęteris tacitis indiciis qui dicit, Ite ad quendã & dicite ei, iõ nō pōt audiri, quia certum aliquē vult intelligi, cũ dicit, ad quendã: & nō exprimit qũo dignoscatur. Qđ si ex persona Euangelistæ dictum illud interpositum acceperimus, erit quidē necessitate breuitatis subobscura locutio, sed tñ integra. Quod uero Marcus lagenã dicit, quod Lucas amphorã, ille uasis genus, ille modum significauit, uterq; tñ ueritatē sententiæ custodiuit. Sequitur Matthęus, Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis. Et edentib. illis dixit, Amē dico uobis, quia vnus uestrũ me traditurus est. Et contristati ualde, cœperunt singuli dicere, Nunquid ego sum domine? & cætera, vsq; ad illud vbi ait, Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Nũquid ego sum rabbi? Ait illi, Tu dixisti, In his quæ consyderanda nunc proposuimus, nihil afferunt quæstionis etiam cæteri Euangelistæ qui talia commemorant.

Hoc in græcis nō habet locum.

A *Matthæus Hebræa lingua scripsit.*

Mar. 14. Luc. 22.

Mat. 26.

B

Eiusdem sancti Augustini episcopi in tertium librum de consensu Euangelistarum.

PROLOGVS.

IAm qm̃ omniũ quatuor narratio in eo uersatur loco, in quo necesse est eos usq; in finem pariter ambulare, nec multum digredi ab inuicem, sicubi forte alius aliud cōmemorat, ꝙ alius prætermittit, uidet, mihi expeditius nos demonstrare posse oĩum Euangelistarum conuenientiã, si ab hoc iam loco omnium omnia contexamus, & in vnam nar-

rōnē seriemq; digeramus. Sic ergo arbitror cōmodius faciliusq; id quod suscepimus ex C plicari, ut aggrediamur narrationem omnia cōmemorantes cum eorundem euangelistarū attestatione, quid ex his omnib. quisq; qđ potuit aut quod uoluit cōmemorauit: ut tñ ab omnib. hæc oīa dicerentur, quæ demonstranda sunt in nullo esse sibi contraria.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI De consensu Euangelistarum Liber Tertius.

De cœna domini, & de expresso traditore eius, quemadmodum inter se quatuor conueniant. Cap. I.



Mat. 26. Inc igitur incipiamus ſm Matthæum. Cœnantib. aūt eis, accepit Iesus panem & benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis & ait, Accipite & comedite, hoc est cor-
Mar. 14. pus meum. Hæc & Marcus Lucasq; comme
Luc. 22. morant. Quod.n. Lucas de calice bis cōme-
D morauit, prius anteq̃ panē daret, deinde posteaq̃ panē dedit, Illud quod superius dixit, præoccupauit ut solet, illud uero quod ordinē suo posuit, non rōmemorat superius, utrunq; autē coniunctū hanc snīam facit, q̃ &
Ioan. 6. illorum est. Ioānes aūt de corpore & sanguine domini hoc loco nihil dixit, sed plane alibi multo uberius hinc dñm locutū esse testā
Ioan. 13. tur, Nunc uero cum dñm a cœna surrexisse & pedes discipulorū lauisse cōmemorasset, reddita ēt rōne, cur eis hoc fecerit, ī qua dñs adhuc clausæ significauerat ꝑ testimonium scripturę, ab eo se tradi qui manducaret eius panē, uenit ad hunc locū quē tres cæteri pariter insinuant. Cum hæc dixisset, inquit, Iesus turbatus est spiritu & ꝓtestatus est, & dixit, Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant ergo, sicut idē ipse Ioannes subnectit, adinuicē discipuli hæsi
Mat. 26. tantes de quo diceret, Et cōtristati, sicut Mat
Mar. 14. thæus & Marcus dicunt, cœperunt ei singillatim dicere, Nunq̃d ego sum? At ipse rñdēs ait, sicut Matthæus sequit, Qui intingit me-
Mat. 26. cū manū in paropside, hic me tradet. Et sequtur idē Matthæus ita subnectens, Filius quidē hominis vadit sicut scriptū est de illo, Væ E āt homini illi per quē filius hominis tradet, Bonū erat ei si natus nō fuisset hō ille. In his & Marcus hoc ēt ordine consonat. Deinde Mar. 14.
Matthæus subiunxit, Rñdens āt Iudas q traMat. 26.
didit eum dixit. Nunquid ego sum rabbi? Ait illi, Tu dixisti. Etiā hic non expressum est, utrum ipse esset. Pōt.n. adhuc intelligi tanq̃ dixerit, Tu dixisti nō ego dixi. Potuit ēt hoc dici sic a iuda, & a dño rñderi, ut nō oēs aduerterent. Deinde sequitur Matthæus & inserit mysterium corporis & sanguinis a dño discipulis datū, sicut & Marcus & Lucas. Sed cū tradidisset calicē rursus de traditore suo locutus est, quod Lucas ꝓsequitur dicens. Veruntñ ecce manus tradentis me, mecū est in mensa. Et quidē filius hominis scđm qđ definitum est uadit, Veruntñ uæ homini illi per Luc. 22.
quē tradet. Hic iā intelligendū est illud cōse qui ꝙ ioannes narrat, isti āt ꝑtermiserunt, sicut ioānes quædā ꝑtermisit, quæ illi dixerūt. Cum ergo post traditū calicē dixisset dñs, ꝙ Luc. 22.
a Luca positū est, Veruntñ ecce manus tradētis me mecū est in mensa: & cætera, coniun- F
gitur illud scđm Ioannē. Erat ergo recūbens Ioan. 13.
vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quē diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus & dicit ei, Quis est de quo dicit? Itaq; cū recubuisset ille s̃ pectus Iesu dicit ei, Dñe quis est? Rñdit Iesus, ille cui ego intinctū panem porrexero. Et cū intinxisset panē, dedit iudæ Simonis Scariothis. Et post buccellā tunc introiuit in illū satanas. Hic uidendū est ne nō Luc. 22.
solum Lucæ qui iā dixerat intrasse satanā in cor iudæ, qn̄ pectus est tunc cum iudæis: ut eū accepta pecunia traderet, sed etiā sibiipsi Ioannes repugnare uideatur, quia iā dixerat superius, anteq̃ istā bucellā acciperet, Et cœ Ioan. 13.
na facta cum iam diabolus immisisset in cor vt traderet eum iudas. Qūo.n. intrat in cor, nisi immitendo iniquas persuasiones cogitationum iniquarum? Sed nunc intelligere debemus a diabolo iudam plenius esse possessum: sicut contra in bono, illi qui iam acceperant spiritum sanctum, quando eis post resurrectionē insufflauit dicens, Accipite spiri Ioan. 20.
tum sanctum, postea eum cum desuper mis- Acto. 2.
sus esset die pentecostes, utique plenius acceperunt. Post buccellam ergo tunc introiuit

troiuit in eũ ſatanas.Et ſicut contextim Ioan
nes ipſe cõmemorat,dicit ei Ieſus,Qđ facis,
fac citius. Hoc aũt nemo ſciuit diſcumben-
tiũ ad quid dixerit ei. Quidã.n.putabant, q̃a
Mat.14. Mat.26. Ioan.13. G loculos habebat Iudas,q̃a dixit ei Ieſus.Eme
ea q̃ opus ſunt nobis ad diẽ feſtũ, aut egenis
ut aliquid daret,Cũ ergo accepiſſet ille buc-
cellã exijt cõtinuo. Erat aũt nox. Cum ergo
exiſſet dicit Ieſus,Nunc clarificatus eſt filius
hominis & deus clarificatus eſt in eo. Et ſi
deus clarificatus eſt in eo,& deus clarificabit
eũ in ſemetipſo,& continuo clarificabit eũ.
Filioli adhuc modicũ uobiſcũ ſum, Quære-
tis me,& ſicut dixi Iudæis, Quò ego uado
uos non poteſtis uenire. Et uobis dico mõ,
Mandatũ nouũ do uobis, ut diligatis inuicẽ,
ſicut dilexi uos,ut & uos diligatis inuicẽ. In
hoc cognoſcent oẽs, quia mei diſcipuli eſtis
ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Dicit ei Si
mon Petrus,Dñe quò uadis? Reſpondit ei Ie
ſus,Quò ego vado non potes me mõ ſequi,
ſequeris autẽ poſtea. Dicit ei Simon Petrus,
Quare nõ poſſum te ſequi mõ? Animã meã
pro te ponã. Reſpondit Ieſus, Animã tuã ꝓ
H me pones? Amen amen dico tibi,non canta
bit gallus donec ter me neges.

De prædicta negatione Petri quemadmodũ oſtendantur nihil inter ſe repugnare. Cap. II.

HOc de prædicta negatione ſua Petro, nõ
ſolus Ioannes ex cuius euangelio modo
iſta interpoſui,ſed & cęteri tres commemo-
Ioan.13. rant.Non ſane oẽs ex una eademq́; occaſio-
ne ſermonis ad eã cõmemorandã ueniunt.
Nam Matthæus & Marcus pari prorſus ordi
Mat.26. ne,& eodẽ narrationis ſuæ loco eam ſubne-
Mat.14. ctunt ambo, poſteaq̃ dñs egreſſus eſt ex illa
domo,ubi manducauerant Paſcha Lucas ue
ro & Ioannes,anteq̃ inde eſſet egreſſus. Sed
Luc.22. facile poſſemus intelligere, aut illos duos ea
Ioan.13. recapitulando poſuiſſe, aut iſtos ꝓoccupan-
do, niſi magis moueret ꝙ tam diuerſa, non
tm̃ uerba, ſed ẽt ſñias dñi præmittunt,quib.
permotus Petrus illã præſumptionẽ profer-
ret,uel cũ dño uel pro dño moriendi:ut ma-
gis cogant intelligi ter eũ expreſiſſe ꝓſump-
tionẽ ſuã diuerſis locis ſermonis Xp̃i,& ter
illi a dño reſponſum ꝙ eũ eſſet ante gallican
tũ ter negaturus. Neq;.n.incredibile eſt ali-
quantũ diſiunctis interuallis tp̃is Petrum cõ
motum eſſe ad præſumendũ, ſicut ad negan
dũ:uel ei dñm aliquid ter ſimiliter reſpondiſ
ſe:q̃ñquidem etiã contextim, nullis aliis in- I
terpoſitis reb.aut uerbis, poſt reſurrectionẽ
ter illum interrogauerit, utrum eũ amet, &
ei ter hoc idẽ reſpondenti, ẽt ipſe mãdatum
de paſcendis ouibus ſuis unũ idemq́; ter prę
ceperit.Hoc ãt eſſe credibilius ꝙ ter oſtende
rit præſumptionẽ ſuã Petrus, & de trina ſua Ioan.21.
negatione ter a dño audierit,ex ipſis Euange
liſtarũ uerbis, quæ a dño dicta diuerſe ac di-
uerſa commemorant,ſic probatur.Ecce me-
minerimus quod nunc interpoſui ex Euan-
gelio Ioãnis,hoc certe dixerat,Filioli,adhuc
modicũ uobiſcum ſum. Quæretis me,& ſi-
cut dixi iudæis,quo ego uado uos non pote-
ſtis uenire.Et uobis dico mõ,Mandatum no Ioan.13.
uum do uobis,ut diligatis inuicẽ, ſicut dile-
xi uos,ut & uos diligatis inuicẽ. In hoc co-
gnoſcent oẽs,quia mei diſcipuli eſtis,ſi dile-
ctionem habueritis ad inuicẽ. Dicit ei Simõ
Petrus,Dñe quò uadis? Nempe hic maniſe-
ſtum eſt ex illis uerbis motum eſſe Petrũ ut
diceret,Domine quo uadis,quia dicentẽ au-
dierat, quo ego uado uos non poteſtis ueni- K
re. Reſpondit Ieſus eidẽ Petro,Quo ego ua
do non potes me ſequi modo, ſequeris autẽ
poſtea.Tunc ille quare non poſſum, inquit,
ſequi te modo? Animã meã pro te ponam.
Huic præſumptioni reſpondit dñs futuram Luc.22.
eius negationẽ,Lucas aũt cum cõmemoraſ-
ſet dixiſſe dñm, Simon ecce ſatanas expeti-
uit uos ut cribraret ſicut triticum,ego aũt ro
gaui pro te ut non deficiat fides tua: t Etu ali
quando conuerſus,cõfirma fratres tuos.Tũc
ſubiecit Petrũ reſpondiſſe,Domine tecũ pa-
ratus ſum & in carcerẽ & in mortem ire. Et
ille dixit, Dico tibi Petre, nõ cantabit hodie
gallus,donec ter abneges noſſe me. Quam
hoc aliud ſit,aliud illud unde Petrus ad præ-
ſumendum permotus ſit, quis non uideat?
At uero Matthæus. Et hymno dicto,inquit,
exierunt in montem Oliueti. Tunc dicit il-
lis Ieſus, Omnes uos ſcandalum patiemi-
ni in me in iſta nocte: Scriptum eſt enim Mat.26
Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues
gregis. Poſtquam autem reſurrexero,præ-
cedam uos in Galilæam. Sic prorſus, &

Marcus qui habet ēt hæc uerba,uel ſnĩam ſi-
milē illius,uel quib.ſcd̃m Ioannē, uel quib.
Mar.14. ſcd̃m Lucā, Petrus retulit præſumptionem
Mat.26. ſuā.Et hic ergo ita ſequitur, Reſpondens aūt
L Petrus ait illi,Et ſi oēs ſcandalizati fuerint in
te,ego nunquā ſcandalizabor. Ait illi Ieſus,
Amen dico tibi, quia in hac nocte anteꝗ gal
lus cantet ter me negabis. Ait illi Petrus,etiā
ſi oportuerit me mori tecū non te negabo.Si
militer & oēs diſcipuli dixerūt. Hæc penè ip
Mar.14. ſis uerbis, etiam Marcus commemorat, niſi
ꝙ non generaliter,ſed diſtinctius,quēadmo-
dum futurum eſſet, expreſsit dictum a domi
no,Amen dico tibi ꝗa tu hodie in nocte hac,
priuſquam bis gallus vocem dederit, ter me
es negaturus.Cum itaq; omnes dicant,prędi
xiſſe dñm ꝙ eum Petrus eſſet negaturus an-
tequam gallus cantaret,non aūt omnes dicāt
quoties gallus cātaret, Marcus hoc ſolus nar
Mar.14. rauit expreſsius, Vnde nonnullis videtur nō
congruere cæteris,quia parum attendunt,&
maxime eorum obnubilatur intentio,cū ad-
uerſus Euangelium animo induuntur hoſti-
li.Tota.n.Petri negatio.trina negatio eſt. In
eadem nanq; permanſit trepidatione animi,
propoſitoq; mendacij, donec admonitus ꝗd
ei prædictum ſit, amaro fletu & cordis dolo-
M re ſanaretur. Hæc autem tota.i.trina negatio
Mat.26. ſi poſt primum galli cātum inciperet,falſum
dixiſſe viderētur tres, quorum Matthęus di-
xit, Amen dico tibi, quia in hac nocte anteꝗ
gallus cantet ter me negabis.Lucas autē,Di-
co tibi Petre, non cantabit hodie gallus do-
Ibidem. nec ter abneges noſſe me.Ioannes aūt, Amē
Luc. 22. amen dico tibi non cantabit gallus donec ter
Ioan. 13. me neges. Diuerſis enim uerbis & verborū
ordine eandem explicauerunt ſententiam di
xiſſe dominum, ꝙ antequam gallus cātaret,
ter eum Petrus eſſet negaturus. Rurſus ſi to-
tam trinam negationem ante peregiſſet quā
cātare gallus inciperet,ſuperfluo dixiſſe Mar
cus deprehenderetur ex perſona domini. A-
men dico tibi,ꝗa tu hodie in nocte hac priuſ
quam gallus bis vocem dederit,ter me nega-
turus es. Quid enim attinebat dicere, priuſ-
quam bis, quando ſi ante primum gallicantū
tota illa trina negatio compleretur,ſimul, &
ante ſecundum, & ante tertium, & ante oēs
gallicantus eiuſdem noctis completa inueni
retur, quæ ante ipſum primum impleta pro-
baretur.Sed quia ante primum galli cantum
cœpta eſt illa trina negatio, attenderunt illi
tres, non quando eam completurus eſſet Pe-
trus,ſed quanta futura eſſet,& quādo cœptu A
ra.i.quia trina,& quia ante,galli cantū: quan
quam in animo eius,& ante primū galli can
tum tota poſsit intelligi. Quanuis enim uer-
bis negantis ante primum cœpta,ante ſecun
dum autem galli cantum peracta ſit tota illa
trina negatio: tamen affectione animi, & ti-
more Petri ante primum tota * cœpta eſt. *a.l. concepta.*
Nec intereſt quantis morarum interuallis tri
na uoce enunciata ſit, cum cor eius etiam an
te primum galli cantum tota poſſederit: tam
magna.ſ.formidine inhibita, ut poſſet domi
num,non ſolum ſemel, ſed & iterum & ter-
tio interrogatus negare, Et rectius diligen-
tiusq; attendentibus,qūo iam mœchatus eſt *Matt. 5*
mulierē in corde ſuo qui eam uiderit ad con
cupiſcendum: ſic Petrus quādocunq; uerbis
æderet timorem,quē tam uehementē animo
conceperat, ut perdurare poſſet, vſq; ad ter-
tiam dñi negationem, tota trina negatio ei tē
pori deputanda eſt,quando eum trinæ nega-
tioni ſufficiens timor inuaſit.Ex quo etiam,ſi
poſt primum galli cantum inciperet pulſato
interrogationibus pectore uerba illa negatio B
nis erumpere, nec ſic abſurde atq; mendaci-
ter ante galli cantum ter negaſſe diceretur,
quando ante galli cantum tantus timor obſe
derat mentem, qui eam poſſet vſq; ad tertiā
negationē ꝑducere.multo minus igitur mo-
uere debet,quia trina negatio ēt trinis negan
tis vocib.ante galli cantum cœpta, & ſi non
ante primum galli cantum peracta eſt.Tanꝗ
ſi alicui diceretur, hac nocte antequā gallus
cantet, ad me ſcribes epiſtolam, in qua mihi
ter conuitiaberis: non utiq; ſi eam ante oēm *Mar.14.*
galli cantum ſcribere inciperet, & poſt pri-
mum galli cantum finiret, ideo dicendū erat
falſum fuiſſe prædictum. Marcus ergo de
ipſarum uocum interuallis planius elocutus
eſt, qui dixit ex perſona domini, Priuſquā
bis gallus uocem dederit, ter me negaturus
es. Ita geſtum eſſe apparebit, cum ad eun
dem locum narrationis Euangeliſtæ ueneri-
mus, ut etiam illic oſtendatur: Euangeli-
ſtas ſibi congruere. Si autem quæruntur
ipſa omnino uerba, quæ Petro dominus di-
xerit, neque inueniri poſſunt, & ſuperfluo

q̃runtur, cum ſnĩa eius ꝑ ꝑ q̃ cognoſcendã
uerba proferuntur, etiã in diuerſis Euangeli
ſtarũ uerbis poſsit eſſe notiſsima. Siue ergo
diuerſis ſermonum dñi locis commotus Pe-
C trus ſingillatim ter enũciauerit præſumptio-
nem ſuã, & ter ei dñs ſuam negationẽ prędi
xerit, ſicut ꝓbabilius indagatur: ſiue aliquo
narrandi ordine poſsint oĩum euangeliſtarũ
commemorationes in unum redigi, quib. de
monſtretur ſemel dñm prædixiſſe Petro præ
ſumẽti quòd eum negaturus eſſet: nulla hic
a.l. co- euangeliſtarum repugnantia deprehendi po
pta. terit, ſicut nulla eſt.

De his quæ dicta ſunt a domino donec exi-
ret de domo ubi cęnauerant, quemadmo
dum nihil diſcrepare monſtrentur.
Caput. III.

Ioan.14. NVnc ergo quantũ poſſumus, ipſorum ex
omnib. ordinẽ iam ſequamur. Cum ita
ſ̃m Ioannẽ hoc Petro ꝓdictũ eſſet, ſequitur
idẽ Ioannes, & conſerit dñi ſermonẽ, dicen
tis, Nõ turbetur cor ueſtrũ, Creditis in deũ,
& in me credite: in domo patris mei manſio
nes multæ ſunt, &c. Sermonis eius præclara
maximeq́; ſublimia diu narrat, donec con-
B textim ueniat ad illũ locũ ubi ait dñs, Pater
iuſte, mundus te nõ cognouit, ego aũt te co
Ioan. 7. gnoui: & ij cognouerũt q̃a tu me miſiſti, &
notũ eis feci nomen tuũ: & notũ faciã, ut di-
D lectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in
Luc. 22. ipſis. Cum aũt facta eſſet cõtentio inter eos,
quis eorũ uideret eſſe maior, ſicut Lucas cõ-
memorat, dixit eis, Reges gentiũ dominant̃
eorũ, & qui poteſtatẽ habent ſuper eos, bene
fici uocantur. Vos aũt non ſic: ſed qui maior
eſt in uobis, fiat ſicut minor: & qui pręceſſor
eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt q̃
recũbit an qui miniſtrat? Nonne qui recum-
bit: Ego aũt in medio ueſtrũ ſum ſicut q̃ mi-
niſtrat. Vos aũt eſtis q̃ permanſiſtis mecũ in
tentationib. meis. Et ego diſpono uobis, ſicut
diſpoſuit mihi pater meus regnum, ut edatis
& bibatis ſuper menſam meã in regno meo,
& ſedeatis ſuper thronos iudicantes duode-
cim tribus iſrael. Ait autẽ dñs Simoni, ſicut
Lucas ipſe ſubiungit, Simõ, ecce Satanas ex
petiuit vos, ut cribraret ſicut triticũ. Ego aũt
rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu
aliqñ conuerſus, confirma fratres tuos. Qui
dixit ei, Dñe, tecũ paratus ſum & in carcerẽ
& in mortẽ ire. Et ille dixit, Dico tibi Petre, E
nõ cantabit hodie gallus, donec ter abneges
noſſe me. Et dixit eis, Qñ miſi uos ſine ſac-
culo & pera & calceamentis, nunquid aliud
de fuit uobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit
ergo eis, Sed nunc qui habet ſacculũ, tollat ſi *Eſa. 53*
militer & perã: & qui non habet, uendat tu-
nicã ſuam, & emat gladium. Dico.n.uobis,
qñ adhuc hoc quod ſcriptũ eſt, oportet im-
pleri in me, Et q̄ cum iniuſtis deputatus eſt.
Etenim eas quæ ſunt de me, finẽ habẽt. At il
li dixerunt, Dñe, ecce gladij duo hic. At ille *Mat.26.*
dixit eis. Satis eſt. Et hymno dicto, ſicut Mat *Mar.14.*
thæus Marcusq́; commemorãt, exierunt in
montẽ Olíueti. Tunc dixit illis Ieſus, Oẽs
vos ſcandalũ patiemini in me in iſta nocte.
Scriptũ eſt.n. Percutiã paſtorem, & diſpergẽ
tur oues gregis. Poſtq̃ autẽ reſurrexero, pręce-
dã uos in Galilæam. Reſpondens autẽ Pe-
trus, ait illi, Et ſi oẽs ſcãdalizati fuerint in te,
ego nunq̃ ſcandalizabor. Ait illi Ieſus, Amẽ
dico tibi, quia in hac nocte anteq̃ gallus can
tet, ter me negabis. Ait illi Petrus, Etiam ſi o-
portuerit me mori tecũ, non te negabo. Simi
liter & oẽs diſcipuli dixerunt. Hæc ſ̃m Mat-
thęum inſeruimus. Sed & Marci pene ipſa &
totidem uerba ſunt, niſi quia diſtat illud qđ
de galli cantu iam ſupra enodauimus.

De his quæ geſta ſunt in illo prædio uel hor F
to, quo ex illa domo poſt cœnam uene-
runt, quomodo trium, id eſt, Matthæi,
Marci, & Lucæ conſonantia demonſtre-
tur, quoniam Ioannes de hoc tacet. *Mat.26.*
Mar.14.

COntexit igĩ narrationẽ Matthæus, & di-
cit, Tunc uenit Ieſus cũ illis in uillã, quę
dr̃ Gethſemani. Hoc dicit & Marcus. Hoc &
Lucas, non expreſſe nominato prędio, cum *Luc. 12.*
ait, Et egreſſus ibat ſ̃m conſuetudinẽ in mõ-
tem Oliuarum. Secuti ſunt aũt illum & diſci
puli. Et cum perueniſſet ad locum, dixit illis,
Orate ne intretis in tentationem. Iſte locus
eſt, cuius nomen illi dixerunt Gethſemani.
Ibi fuiſſe intelligimus hortum, quem cõme *Ioan.12.*
morat Ioannes, ita narrans, Hæc cum dixiſ-
ſet Ieſus, egreſſus eſt cũ diſcipulis ſuis trans
torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem

Mat. 22. introiuit ipse & discipuli eius. Deinde ſm Mattheũ dicit discipulis suis, Sedete hi, donec uadã illuc & orẽ. Et assumpto Petro & duob. filijs Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. Tunc ait illis, Tristis est aĩa mea usque ad mortẽ: sustinete hic & uigilate mecũ. G Et progressus pusillũ, procidit in faciem suã, orans & dicens, Mi pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Veruntñ non sicut ego uolo, sed sicut tu. Et uenit ad discipulos suos, & inuenit eos dormiẽtes, & dicit Petro Sic non potuistis una hora uigilare mecum? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro aũt infirma. Iterũ secundo abijt & orauit, dicẽs: Pater mi, si non põt hic calix transire, nisi bibã illũ, fiat uoluntas tua. Et uenit iterũ, & inuenit eos dormiẽtes. Erant.n. oculi eorũ grauati. Et relictis illis, iterũ abiit, & orauit tertio, eundẽ sermonẽ dicens, Tunc uenit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iã & requiescite, Ecce appropĩquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite eamus, ecce appropinquabit q me tradet. *Mar. 14.* Hæc ẽt Marcus eoq; prorsus mõ atq; ordine conserit, aliquanto breuius quasdã constringens sententias, & aliquid magis aperiens. *Mat. 16.* Nã uester hic sermo ſm matthæum tanquã sibiipsi contrarius, quod post tertiã orationẽ H uenit ad discipulos suos, & dixit illis, Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur ĩ manus peccatorũ, Surgite eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. Qũo.n. supra dixit, Dormite iam, & requiescite cũ connectat, Ecce appropinquabit hora? & ideo dicat, Surgite, eamus? Qua uelut repugnantia cõmoti qui legunt conãtur ita pronunciare quod dictum est, Dormite iam & requiescite: tanq̃ ab exprobrante, nõ a permittente sit dictum. Qđ recte fieret, si esset necesse. Cũ uero Marcus ita hoc cõmemorauerit, ut cũ dixisset, *Mar. 14.* Dormite iam & requiescite: adiungeret, Sufficit: & deinde inferret, Venit hora, ecce tradetur filius hominis: utiq; intelligatur post illud q eis dictum est, Dormite iam, & requiescite: siluisse dñm aliquantulum, ut hoc fieret qđ permiserat: & tunc intulisse, Ecce appropinquauit hora. Ideo post illa uerba ſm marcũ positum est, Sufficit. i. quod requieuistis iã sufficit. Sed quia cõmemorata nõ est ipsa interpositio silentij dñi, ꝓpea coarctat intellectũ, ut in illis uerbis alia pronunciatio requiratur. Lucas ãt prætermisit quoties orauerit: dixit sane q isti tacuerunt, & orantẽ ab angelo confortatũ, & prolixius orantis sudorem *Luc. 22.* I fuisse sanguinẽ, & guttas decurrentes in terrã. Cũ ergo dicit, Et cum surrexisset ab oratione, & uenisset ad discipulos suos, non expressit quota oratione: in nihilo tñ illis duobus repugnat. Ioãnes uero posteaquã in hortum ingressum dicit cum discipulis suis, nõ *Ioan. 1* commemorat quid illic egerit, donec ei⁹ traditor cum iudæis ad eum comprehendendũ ueniret. Tres igitur isti eandẽ rem ita narrauerunt, sicut etiam unus hõ ter posset loqui, cum aliquanta uarietate, nulla tñ aduersitate Lucas .n. quantum ab eis progressus. i. auulsus *Luc. 2* fuerit ut oraret, manifestus aperuit, dicẽs quãtum iactus est lapidis. Porro aũt Marcus primo ex uerbis suis idẽ narrauit rogasse dominum ut si fieri posset, trãsiret ab eo illa hora, *Marc. 4.* id est, passionis, quã calicis nomine mox significauit. Deinde uerba ipsa dñi sic enunciauit, Abba pater, omnia tibi possibilia sunt transfer calicẽ hunc a me. Quibus uerbis si adiungas quod illi duo dixerunt, & quod ipse etiam Marcus ex ꝑsona sua pariter supraposuit, ita sententia manifestatur. Pater si fieri potest, K Omnia.n. tibi possibilia sunt, transfer calicem istum a me: ne quis epm putaret patris minuisse potestatem, cum ait, Si fieri põt: nõ.n. dixit, Si facere potes: sed, si fieri potest. Fieri aũt põt quod ille uoluerit. Sic itaq; dictum est, Si fieri potest: ac si diceret, Si uis, manifestauit.n. Marcus quo intellectu accipiendum sit, Si fieri potest: qñ ait, Omnia tibi possibilia sunt, Et quod commemorauerunt eum dixisse, Verũ non quod ego uolo, sed quod tu: tantundẽ ualet, quantũ si & ita dicatur, Veruntñ non mea uoluntas, sed tua fiat: satis ostendit non ex impossibilitate, sed ex uoluntate patris dictũ esse, Si fieri potest, præsertim quia Lucas & hoc ipsum planius *Luc. 2* intimauit. Non enim ait, Si fieri potest: sed, Si uis. Cui apertiori sententię apertius iungitur quod Marcus posuit: ut ita dicat, Si uis, omnia enim tibi possibilia sunt, transfer a me calicem istum. Qđ autem ipse Marcus, *Mar. 14.* nõ solum pater, sed Abba pater eum dixisse com-

cõmemorat,hoc eſt abba Hebraice,quod eſt Latine pater. Et fortaſſe dñs ꝓ ꝓ aliquod ſacramentum utrunq; dixerit,uolens oſtendere illã ſe triſtitiam in perſona ſui corporis .i.
Ephes. 2. Eccleſię ſuſcepiſſe:cui factus eſt angularis la
L pis uenientib.ad eum partim ex Hebræis,ad quos pertinet,qđ ait abba,partim ex gentib.
Rom. 8. ad quas ꝑtinet,ꝙ ait pater.Etiã Paulus Apoſtolus non prætermittens hoc ſacramentum in quo clamamus,inquit,abba pater.Et iterũ
Gal. 4. ait,Miſit deus ſpiritum ſuum in corda ueſtra clamãtem abba pater. Oportuit.n.ut bonus magiſter & uerus ſaluator infirmiorib. cõpatiens,in ſeipſo demõſtraret,non debere ſuos martyres deſperare,ſi qua forte cordib. eorũ irreperet ſub tẽpus paſsionis ex humana fragilitate triſtitia: cum eã uincerent uoluntati ſuæ præponendo uoluntatẽ dei:quia ille ſcit quid expediat,quib.cõſuluit. De qua tota re non nunc tempus eſt ut uberius diſſeratur: agitur.n.modo de cõuenientia Euangeliſtarũ, in quorum diuerſitate uerborum ſalubriter diſcimus, non aliud in uerbis ad audiendã ueritatẽ,q̃ ſniam loquentis eſſe requirendã. Hoc eſt.n.Pater,quod abba pater: ſed ad ſacr̃m intimandum, planius eſt abba pater: ad unitatem ſignificandam ſufficiat,pater.Et dñm quidẽ abba pater dixiſſe credẽdum eſt, ſed tñ non eluceret ſententia, niſi aliis dicentibus tm̃ pater demonſtraretur ſic eſſe illas
M duas Eccleſias ex iudæis & Græcis, ut etiam
Ioan. 10. una ſit,Ex illo ergo intellectu dictũ eſt, Abba pater: quo idem dñs alibi ait, Habeo alias oues,quę non ſunt ex hoc ouili:gentes utiq; ſignificans,cum haberet oues etiã in populo iſrael. Sed quia ſecutus adiecit, Oportet me & eas adducere,ut ſit unus grex & unus paſtor,quantũ ualet ad iſraelitas & gentes, abba pater,tm̃ ad unũ gregem,ſolum pater.

De his quę in eius apprehenſione facta & dicta omnes commemorant,quomodo eos inter ſe nihil appareat diſſentire. Ca. V.

ADhuc ergo ipſo loquente,ſicut dicũt Matthæus & Marcus, ecce iudas unꝰ de duodecim uenit, & cum eo turba multa cum gladiis & fuſtib. miſsi a princib.
Mat. 20. ſacerdotum,ſeniorib.populi. Qui autẽ tradi
Mar. 14. dit eum,dedit illis ſignum,dicens,Quęcunque oſculatus fuero,ipſe eſt,tenete eũ. Et cõfeſtim accedens ad Ieſum,dixit,Aue rabi. Et oſculatus eſt eum,Dixitq; illi primo, qđ ait Lucas,iuda oſculo filium hominis tradis?De inde quod Mattheus,Amice ad quid ueniſti? Luc. 22.
Deinde dixit, quod Ioannes commemorat, Mat. 26.
Quẽ quæritis? Reſpõderunt ei, Ieſum Naza A
renũ. Dicit eis Ieſus.Ego ſum.Stabat ãt & iu Ioan. 18.
das,qui tradebat eum,cũ ipſis. Vt ergo dixit eis,Ego ſum:abierunt retrorſum, & ceciderunt in terrã. Iterum ergo eos interrogauit, Quẽ quæritis?Illi aũt dixerunt, Ieſum Nazarenum. Reſpõdit Ieſus,Dixi uobis quia ego ſum.Si ergo me quæritis,ſinite hos abire: ut Ioan. 17.
impleretur ſermo quẽ dixit,quia quos dediſti mihi,non perdidi ex eis quenq̃. Videntes Luc. 22.
aũt,ſicut Lucas dicit,ii qui circa ipſum erãt, quod futurũ erat,dixerunt ei,Dñe ſi percutimus in gladio?Et percuſsit unus ex ipſis, qđ oẽs quatuor dicunt,ſeruũ principis ſacerdotũ,& amputauit auriculã eius,ſicut Lucas & Ioannes dicunt,dexterã.Qui aũt ꝑcuſsit ſ̃m Ioannẽ,Petrus erat:quem percuſsit aũt,Malchus uocabatur.Deinde qđ Lucas dicit,Rñ- Mat. 26.
dens Ieſus,ait,Sinite vſq; huc:& adiunxit ꝙ Matthæus cõmemorat,Conuerte gladiũ tuũ in locum ſuum: Omnes.n.q̃ acceperint gladium,gladio peribunt.An putas quia nõ poſſum rogare patrẽ meũ,& exhibebit mihi mõ pluſq̃ duodecim legiones angelorũ?Qũo ergo implebunt ſcripturæ:quia ſic oportet fie- B
ri?His uerbis adiungi põt, quod illũ eo loco Ioan. 18.
dixiſſe Ioannes cõmemorat, Calicẽ quẽ de- Zac. 22.
dit mihi pater,non uis ut bibam illum? Tũc, ſicut Lucas dicit,tetigit auriculam illius qui ꝑcuſſus erat,& ſanauit eũ.Nec moueat quaſi contrariũ ſit,quod Lucas dixit,interrogantib. diſcipulis, ſi percuterent in gladio, dñm reſpondiſſe,Sinite vſq; huc: quaſi poſt illam percuſsionẽ ita dictum fuerit,ut placuerit ei vſq; huc factum, ſed amplius fieri noluerit: cum in uerbis quæ Matthæus poſuit,intelligatur potius totum factum,quo uſus eſt gladio Petrus,dño diſplicuiſſe.Illud.n.uerius ẽ, quod cum eum interrogaſſent,dicentes: Domine ſi percutimus in gladio,tunc reſpõdit, Sinite uſque huc.i.non uos moueat quod futurum eſt, permittendi ſunt hucuſque progredi: hoc eſt, ut me appræhendant, & impleantur q̃ de me ſcripta ſunt.Sed inter mo-

ras uerborũ interrogantiũ dñm, & illius rñdentis, Petrus defensionis auiditate, & maiori pro dño cõmotione percussit: sed non potuerunt etiam simul dici, quæ simul fieri potuerunt. Non.n.diceret, Respõdens at Iesus, C nisi illorũ interrogationi responderet, nõ facto Petri. Nã de facto Petri quid iudicauerit, Matthæus solus dixit. Vbi et non dixit Matthæus, Respondit Iesus Petro, Conuerte gladium tuum: sed dixit, Tunc ait illi Iesus, Cõuerte gladium tuũ: quod post factum apparet dixisse dñm. Illud uero quod Lucas posuit, Respondens autem Iesus ait, Sinite usq; huc: illis qui interrogauerant responsum esse accipiendum est. Sed quia, ut diximus inter uerba interrogantium, & respõdentis dñi facta est uno ictu percussio, hoc ordine iudicauit esse narrandum, ut etiã inter uerba interrogationis & responsionis eam insereret. Non est ergo contrarium hoc ei quod dixit Matthæus, Omnes.n.qui acceperint gladiũ, gladio peribunt.i.qui usi fuerint gladio. Videri aũt posset contrariũ, si dñs ex illa respõsione, Sinite usq; huc, prohibuisse letale uulnus, usum tñ gladii spontaneum approbasse demõstretur. Quanquam etiam Petro dictũ totum congruenter intelligi possit, ut sic cõnectatur, & qđ Lucas, & quod Matthæus retulit, quemadmodum supra cõmemoraui. Sinite vsq; huc: & conuerte gladium in locũ suum. Omnes.n.qui acceperint gladiũ, gla- D dio peribunt, &c. Quõ autem sit intelligendum, Sinite vsq; huc, iam exposui: & si alter melius potest, ita sit, dum tamen Euangelistarum ueritas constet. Post sequitur Matthæus & commemorat eum in illa hora dixisse turbis: Tãquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me. Quotidie apud uos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. Tunc addidit etiam uerba quæ Lucas ponit. Sed hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est, sicut Matthæus dicit, ut implerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicta eo fugerunt, sicut & Marcus dicit. Sequebatur autem illum unus adolescens amictus sindone, sicut idem Marcus commemorat. Et cum tenuissent eum, reiecta sindone nudus profugit ab eis.

Mat.26. Luc. 22. Mat.26. Mat.26. Luc. 22. Mat.26. Mar.14.

De his quę gesta sunt cum duceretur dominus ad domum principis sacerdotum, & quæ in ipsa domo cum nocte perductus esset, & maxime de Petri negatione, quẽadmodum inter se omnes congruant. Cap. VI.

At illi tenẽtes Iesum duxerunt ad Caiphã principẽ sacerdotum, ubi scribæ & seniores conuenerant, sicut Matthæus dicit. Sed E primũ ad Annã ductus est socerum Caiphę, sicut Ioãnes dicit. Marcus at & Lucas nomẽ nõ dicunt pontificis. Ductus est aũt ligatus, cũ adessent in illa turba Tribunus & cohors & ministri iudęorũ sicut Ioannes cõmemorat. Petrus aũt sequebatur eum a lõge vsq; in atrium principis sacerdotũ. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, ut videret finẽ, sicut dicit Matthæus. Et calefaciebat se ad ignem, sicut in eo loco narrationis dicit Marcus, Hoc & Lucas cõmemorat, quòd Petrus sequebatur a longe. Accenso aũt igne in medio atrio, & circumsedentib. illis, erat Petrus in medio eorũ. Et Ioannes dicit, quòd sequebatur Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus aũt ille alius erat notus pontifici, & introiuit cũ Iesu in atriũ pontificis, sicut Ioãnes dicit: Petrus aũt stabat ad ostiũ foris, ſm eundem Ioannẽ. Exiit ergo discipulus alius qui erat notus pontfici, & dicit ostiariæ, & introduxit Petrũ, sicut idẽ Ioannes dixit: Sic F .n. factum est, ut intus esset & Petrus in atrio sicut & alii dicunt. Principes autẽ sacerdotũ & omne concilium, sicut Matthæus dicit, q̃rebant falsum testimoniũ ꝯ Iesum ut eum morti traderent, & nõ inuenerunt cũ multi falsi testes accessissent. Conuenientia.n.testimonia non erant, sicut Marcus dicit, cũ eundem locũ cõmemoraret. Nouissime aũt uenerunt duo falsi testes, sicut dicit Matthæus, & dixerunt: Hic dixit, Possum destruere tẽplum dei, & post triduum reædificare illud. Alios etiam Marcus commemorat dixisse, Nos audiuimus eum dicentem Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum ædificabo: & ideo nõ erat cõueniens testimoniũ illorũ: sicut idẽ Marcus ibidẽ dicit. Et surgẽs princeps sacerdotũ, ait illi: Nihil rñdes ad ea q̃ isti aduersum te testificant. Iesus aũt tacebat: Et

Mat. 7. Ioan. 18. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 18. Mat.26. Mar.14. Luc. 22. Ioan.14. Mat. 29. Mar.14. Luc. 22. Mat.29. Mar.14. Mat.26. Mar.14. Mat.26.

princeps sacerdotũ ait illi, Adiuro te per deũ viuum, ut dicas nobis, si tu es Xp̃s filius dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. Hæc Matthæus Marcus aũt eadẽ aliis uerbis dicit, nisi qđ tacet ꝙ eum adiurauerit princeps sacerdotum: sed tm̃ ualere ostẽdit, quod ei dicit Iesus, Tu dixisti: quãtum si diceret, Ego sum. Sequitur .n. vt ait idem Marcus, Iesus autem dixit illi, Mar.14. G Ego sum. Et videbitis filium hominis a dextris sedentẽ uirtutis, & uenientẽ cum nubib. cœli. Hoc dicit etiam Matthæus: sed nõ dicit Mat.26. respondisse Iesum, Ego sum. Tunc princeps sacerdotum scidit uestiméta sua, dicens, Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? qđ Matthæus cõmemorat. Et sequitur, Ecce nũc audistis blasphemiã, Quid uobis vr̃? At illi respondentes dixerunt, Reus est mortis. Hoc Mar.14. etiã testatur & Marcus. Et sequitur Matthæ⁹, Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Alii aũt palmas in faciem ei Mat.26. dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Xp̃e, q̃s est qui te percussit? Hoc dicit & Marcus. Cõmemorat etiam ꝙ dei faciem uelauerũt. De his quoq; Lucas attestatur. Hæc intelligitur passus dominus vsq; ad mane in domo principis sacerdotũ, quò prius adductus est, ubi Mar.14. etiã Petrus tentatus est. Sed de Petri tentatio- Luc. 22. ne, quæ inter dñi contumelias facta est, non eodem ordine oẽs narrant: nam ipsas primo commemorant Matthæus & Marcus, deinde Petri tentationem. Lucas uero explicat prius tentationem Petri, tunc demum has domini contumelias. Ioannes autem incipit Petri tẽ Mat.16. Mar.14. Luc.22. Ioan.18. tationẽ dicere, & interponit quædam de contumelijs domini, & adiungit ꝙ inde missus est ad Caiphã pontificem: & inde recapitulat H vt explicet quam cœperat tentationẽ Petri in domo quò primo adductus est, & redit ad ordinem, ut ostẽdat quemadmodum ductus sit dñs ad Caipham. Sic ergo Matthæus sequit̃, Petrus uero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancilla, dicens: Et tu cũ Iesu Galilæo eras? Et ille negauit coram omnibus di- Mat.26. cens: Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, uidit eum alia ancilla, & ait ijs qui erant ibi, Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt, q̃ stabant, & dixerunt Petro, Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua manifestum te facit. Tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem: & cõtinuo gallus cantauit. Hoc dicit Matthęus. Intelligitur aũt ꝙ postea quam exiit foras, cum iã semel negasset, gallus cantauit primus, quod Matthę us tacet, & Marcus dicit. Non aũt foris ante ianuam iterum negauit, sed cum rediisset ad focum. Qñ autem redierit, non opus erat commemorare. Marcus ergo sic illud narrat, Et exijt foras I ante atrium, & gallus cantauit. Rursus aũt cũ Mar.14. vidisset illum ancilla, cœpit dicere circunstãtibus, quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Hæc uero ancilla non eadẽ, sed alia est, sicut dicit Matthæus. Sanè hoc quoq; intelligitur, quia in secunda negatione a duobus cõpellatus est, & ab ancilla. s. quam commemorant Matthęus & Marcus, & ab alio quem cõmemorat Lucas. Sic. n. hoc narrat Lucas, Petrus vero sequebatur eum a longe. Accenso Luc. 22. autem igne in medio atrio, & circunsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum uidisset ancilla quædam sedentẽ ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit, Et hic cum illo erat, At ille negauit eum, dicens: mulier non noui illum. Et post pusillum alius uidẽs eum, dixit, Et tu de illis es? Hoc ergo qđ Lucas ait: Et post pusillum: iam egressus erat Petrus ianuam, & primus gallus cantauerat. Iamq; redierat, ut quẽadmodum dicit Ioannes, ad focum stans iterum negaret: Ioannes .n. in prima negatione, non solum de primo K galli cãtu tacet, sicut cæteri, excepto Marco, sed ẽt quòd sedentem ad ignem cognouerit ancilla, non commemorat. Hoc tm̃ ait, Dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid ergo & Ioan.18. tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum. Deinde interponit quæ gesta sunt cum Iesu in eadem domo, quæ commorãda arbitratus est, ita narrans, Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus, stans & calefaciens se. Hic ergo intelligitur, iam exisse foras Petrum, & redisse. Primo enim sedebat ad ignem, postea iam rediens, stare cœperat. Sed forte ait aliquis, Nondum exierat, surrexerat autem exiturus. Hoc potest dicere, qui putat foris ante ianuam secundo interroga- Ioan.18. tum negasse. Videamus ergo Ioannis sequẽtia, Pontifex ergo, inquit, interrogauit Iesum

ſſum de diſcipulis ſuis,& doctrina eius. Re-
ſpondit ei Ieſus, Ego palā locutus ſum mun
do,ego ſem ꝑ docui in ſynagoga,& in tēplo
quò oēs iudæi conueniunt,& in occulto lo-
cutus ſum nihil.Quid me interrogas? Inter-
roga eos qui audierunt quid locutus ſim ip-
ſis. Ecce ij ſciunt quæ dixerim ego. Hæc aūt
L cū dixiſſet,vnus aſsiſtēs miniſtrorū dedit ala
pā Ieſu,dicens:Sic reſpondes pontifici? Re-
ſpōdit ei Ieſus,Si male locutus ſum, teſtimo
niū ꝑhibe de malo: ſin aūt bene,quid me cę
dis? Et miſit eū Annas ligatū ad Caiphā pon
tificē. Hic ſane oſtenditur ꝙ Annas pontifex
erat:nondū.n.miſſus erat ad Caiphā, cū iam
illi diceretur,Sic reſpondes pontifici. Et hos
Luc. 3. duos,Annā & Caiphā pōtifices,cōmemorat
et Lucas in initio euāgelii ſui.His dictis Ioā.
redit ad id ꝙ cœperat de negatione Petri.i.
ad eandē domū,ubi geſta ſunt q̄ narrauit, &
vñ ad Caiphā miſſus eſt Ieſus, ad quē ab ini
tio ducebatur,ſicut dicit Matthæus. Cōme-
morauit aūt iſta Ioannes quæ interpoſuit re
Mat. 26. capitulans de Petro, & ad eā narrationem re
diens,ita dicit,vt cōpleat trinā negationem.
Ioan. 18. Erat aūt Simō Petrus ſtans,& calefaciens ſe.
Dixerūt ergo ei, Nūquid & tu ex ex diſcipu
lis eius? Negauit ille & dixit,Non ſum.Hoc
igitur loco inuenimus,nō ante ianuā, ſed ad
focū ſtantē,ſecundo negaſſe Petrū:quod fie-
ri non poſſet,niſi iā rediiſſet, poſteaquam fo
ras exierat.Neq; n.iam exierat,& foris eū ui
dit altera ancilla:ſed cū*exierat,eū uidit.i.cū
ſurgeret ut exiret, animaduertit eū, & dixit
M ijs qui erant ibi.i.qui ſimul erant ad ignē in-
tus in atrio,Et hic erat cnm Ieſu Nazareno.
Ille aūt qui foras exierat, hoc audito, rediēs
Mat. 26. iurauit illis contranitentibus quia nō nouit
hominē.Nā & Marcus ſic ait de eadē ancilla
Mar. 14. Et cœpit dicere circunſtantib.quia hic ex il-
lis eſt.Dicebat.n.nō illi,ſed ijs qui illo exeū-
te ibi remanſerūt,ſic tñ ut ille audiret. Vnde
rediens,& rurſus ad ignē ſtans,reſiſtebat ne-
gando uerbis eorū. Deinde in eo quod Ioan
Ioan. 18. nes ait, Dixerunt, nunquid & tu ex diſcipu-
lis eius es,ꝙ redeunti & ſtanti dictum intelli
gimus, hoc quoq; confirmatur, non illā tñ
alteram ancillam, quā cōmemorant in hac
Mat. 26. ſecunda negatione Matthæus & Marcus,ſed
Mar. 14. & alium,quem cōmemorat Lucas,cum Pe-
tro id egiſſe.Vñ & Ioannes dicit. Dixerunt
ergo ei, Quapropter ſiue poſteaq̄ illo exeun Luc. 22.
te dixit ancilla his,qui ſecum erant in atrio, Ioan. 18.
quia hic ex illis eſt,hoc audito ille, regreſſus
eſt,ut ſe quaſi purgaret negando:ſiue quod ē
credibilius, non audiuit quid de illo dictum
fuerit,cum foras exiret, & poſteaquā redit,
dixerunt ei ancilla & ille alius, quem Lucas A
commemorat, Nunquid & tu ex diſcipulis
eius es? & dicit, Non ſum, pertinacius inſi-
ſtente illo,de quo Lucas ait,atq; dicente, Et
tu de illis es:cui Petrus ait, O hō,non ſum. Luc. 22.
Liquido tñ colligitur, collatis de hac re oīb.
Euangeliſtarum teſtimonijs,non ante ianuā
ſecūdo Petrum negaſſe,ſed intus in atrio ad
ignem: Matthæum aūt,& Marcū,qui cōme-
morauerūt exiſſe eum foras, regreſſum eius Mat. 26.
breuitatis cauſa tacuiſſe. Nunc iam de tertia Mar. 14
negatione inſpiciamus eorum congruentiā,
q̄ matthæum ſolum iam explicaſſe memine
rimus.Sequitur ergo marcus,& dicit,Et poſt
puſillum rurſus qui aſtabant,dicebant Petro
Vere & tu ex illis es,nā & Galilæus es.Ille āt
cępit anathematizare & iurare, Quia neſcio
hominem iſtū quē dicitis. Et ſtatim iterū gal
lus cantauit. Lucas autē ita ſecutus,hoc idē
narrat,Et interuallo facto quaſi horæ unius, Luc. 22.
alius quidam affirmabat,dicens: Vere & hic
cum illo erat,nā & Galilęus eſt.Et ait Petrus
Hō neſcio quid dicis. Et continuo adhuc il-
lo loquente,cantauit gallus.Ioannes ſecutus
de tertia Petri negatione, ita explicat, Dicit
ei unus ex ſeruis pōtificis,cognatus eius cu-
ius abſcidit Petrus auriculam,Nonne ego te
uidi in horto cum illo? Iterum ergo nega- Ioan. 18
uit Petrus,& ſtatim gallus cantauit. Qđ igiť B
Matthæus & Marcus dicunt, poſt puſillum,
quantū eſſet hoc tp̄is,manifeſtat Lucas dicē
do,Et interuallo facto quaſi horæ unius. De
hoc aūt interuallo tacet Ioannes.Item quod
matthæus & marcus non ſingulari,ſed plura
li numero enunciant eos, qui cū Petro age-
bant, cum Lucas unū dicat, Ioannes quoq;
vnum,eumq; cognatū eius,cui abſcidit Pe-
trus auriculā:facile eſt intelligere, aut plura
lē numerum pro ſingulari,uſitata locutione
vſurpaſſe matthęū & marcū:aut ꝙ vnus ma
xime tanquā ſciens,& qui eum uiderat, affir
mabat,cæteri aūt ſecuti eius fidē, Petrum ſi-
mul vrgebant.Vnde duos euangeliſtas cōpē
dio pluralē numerum poſuiſſe: alios āt duos
eum

Mat.25. eũ solũ significare uoluisse, qui precipuus in
Ioan.18. hoc erat. Iã uero illud ꝙ Matthæus ipsi Pe-
Marc.14 tro dictum fuisse asserit, Vere & tu ex illis es
Mat.26. nã & loqueba tua manifestum te facit: sicut
C Ioannes eidẽ Petro dictũ asserat, Nonne ego
Luc.22. te uidi in horto cũ illo? Marcus ãt inter se il-
los de Petro locutos dicit, Vere ex illis est, nã
& Galileus est: sicut ꝙ Lucas, non Petro, sed
de Petro dicit, Alius quidã affirmabat dicẽs:
Verè & hic cũ illo erat, nã & Galilæus ẽ: Aut
sñiam intelligimus tenuisse eos qui cõpella-
tum dicunt Petrum: tñdem.n. ualuit ꝙ de il
lo corã illo dicebatur, quantum si illi dicere-
tur: aut utroq; mõ actum uel dictũ, & alios il
lo, alios alio mõ cõmemorasse. Galli aũt çan
tum post tertiã negationẽ ẽm intelligimus,
sicut Marcus expressit. Sequitur ergo Mat-
Mat.26. thæus dicens: Et recordatus est Petrus verbi
Iesu quod dixerat, Priusq̃ gallus cantet ter
me negabis. Et egressus foras, fleuit amare.
Marcus ãt ita dicit, Recordatus est Petrus uer
bi quod dixit ei Iesus, Priusquam gallus can
tet bis, ter me negabis: & cœpit flere. Lucas
aũt sic ait: Et conuersus dñs respexit Petrum
Mar.14. Et recordatus est Petrus uerbi dñi sicut dixit
quia priusquã gallus cantet ter me negabis.
Et egressus foras Petrus fleuit amare. Ioãnes
de recordatione & fletu Petri tacet. Sanè in
Luc.22. eo quod ait Lucas, ꝙ conuersus dñs respexit
Petrum: qũo accipiendum sit, diligentius cõ
siderandum est. Quamuis.n. dicantur ẽt inte
D riora atria, tñ in exteriore atrio fuit Petrus in
ter seruos qui simul se ad ignẽ calefaciebant.
Non est aũt credibile quod vbi audiebat dñs
a iudæis, ut corporalis fieret illa respectio.
Nanq; cum dixisset Matthæus. Tunc expue-
runt in faciem eius & colaphis eum cęcide-
runt, alii aũt palmas in faciẽ eius dederunt,
dicentes: Prophetiza nobis Christe quis est
Mat.28. qui te percussit: secutus est dicens, Petrus ue
ro sedebat foris in atrio. Quod non diceret,
nisi illa cum dño intus agerentur: & quantũ
colligitur in narratione Marci, nõ solum in
interiorib. sed ẽt in superioribus domus age
bantur. Nam posteaq̃ Marcus talia narrauit,
Mar.14. secutus ait, Et cum esset Petrus in atrio deor
sum, Sicut ergo eo q̃d Mattheus ait, Petrus
uero sedebat foris in atrio: ostendit ꝙ illa in-
tus agerentur: sic eo ꝙ dicit Marcus, Et cum
esset Petrus in atrio deorsum, ostendit nõ so
lum in interioribus, sed etiam in superiorib.
gesta quæ dixerat. Quomodo ergo respexit
Petrum dominus facie corporali? Quapro-
pter mihi uidetur illa respectio diuinitus fa-
cta, vt ei ueniret in mentem quot dies iam
negasset, & quid ei dñs prædixisset, atque ita
misericorditer dño respiciente pæniteret eũ
& salubriter fleret, sicut quotidie dicimus, E
Domine respice me. Et respexit eũ dominus
qui de aliquo periculo uel labore, diuina mi
sericordia liberatus est. Et sicut dictum est, ψυχρὸν.
Respice & exaudi me, & cõuertere domine
& libera animã meã: Ita dictũ arbitror, Con *Psal.12.*
uersus dominus respexit Petrum, & recorda *& 6.*
tus est Petrus uerbi domini. Deniq; cum fre
quentius soleant Euangelistę in narrationib.
suis ponere Iesum q̃ dñm, mõ Lucas dñm
posuit dicens, Cõuersus dñs respexit Petrũ,
& recordatus est Petrus uerbi dñi. Matthæus
autem & Marcus, quia de ista respectione ta
cuerunt, non uerbi dñi, sed uerbi Iesu, eũ re-
cordatum esse dixerunt: ut etiã ex hoc intel-
ligamus illã respectionem a Iesu, non huma
nis oculis, sed diuinitus factam.

De his quæ mane gesta sunt priusquam Pila to traderetur quomodo Euangelistæ inter se non discrepent, & testimonio Hieremiæ, quod Matthæus propter domini precium interposuit, cum hoc in eiusdẽ Prophetæ scriptura non inueniatur. Cap. VII.

SEquitur ergo Matthæus & dicit, Mane aũt F
facto, cõsilium inierunt omnes principes *Mat.27.*
sacerdotum & seniores populi aduersus Ie- *Mar.15.*
sum ut eum morti traderent: Et uinctum ad
duxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato
præsidi, Marcus similiter, Et confestim ma-
ne, inquit, consilium facientes summi sacer-
dotes cum senioribus & scribis & uniuerso
concilio uincientes Iesum duxerunt & tradi
derunt Pilato. Lucas aũt posteaq̃ cõpleuit *Luc.21*
narrando Petri negationem recapitulauit q̃
cum dño gesta sunt, iam ut apparet circa ma
ne, atque ita contexuit narrationem. Et uiri
qui tenebant illum illudebant ei cædentes,
& uelauerunt eum & percutiebant faciem
eius, & interrogabant eũ dicentes, Propheti-
za, quis est qui te percussit? Et alia multa bla

sphemantes

ſphemãtes dicebant in eum. Et ut factus eſt
dies, conuenerunt ſeniores plebis & princi-
pes ſacerdotũ & ſcribę & duxerunt illum in
conciliũ ſuum dicẽtes: Si tu es Chriſtus dic
G nobis. Et ait illis, Si uobis dixero, non crede-
tis mihi: ſi aũt & interrogauero, non reſpon
debitis mihi neq; dimittetis. Ex hoc aũt erit
filius hominis ſedens a dextris uirtutis dei.
Dixerunt aũt oẽs, Tu ergo es filius dei? Qui
ait, Vos dicitis: quia ego ſum. At illi dixerũt,
Quid adhuc deſideramus teſtimoniũ? Ipſi.n.
Luc. 23. audiuimus de ore eius. Et ſurgens oĩs multi
tudo eorũ duxerũt eũ ad Pilatũ. Hęc oĩa nar
rauit Lucas, vbi intelligitur qđ ẽt Matthæus
& Marcus narrauerunt, ꝙ iterrogatus ſit dñs
Mat. 26. vtrũ ipſe eſſet filius dei, & qđ dixerit, Dico
Mat. 14. uobis, amodo uidebitis filiũ hominis ſeden-
tẽ a dextris uirtutis dei & uenientẽ in nubi-
bus cęli, iam luceſente die geſtum: qñ Lucas
dicit, Et ut factus eſt dies: atq; ita narrat ſimi
lia, & ſi quid ẽt ipſe cõmemorat quod illi ta-
Luc. 22. cuerunt. Nocte aũt intelligimus per falſos te
ſtes actũ eſſe cum dño, quod bř cõmemora
uerunt Matthæus & Marcus, Lucas tacuit, ꝗ
enarrauit quę circa mane ſunt geſta. Nam &
illi.i. Matthæus & Marcus contexerunt narra
tionem in iis, quæ cum dño acta ſunt vſq; ad
mane: ſed poſtea redierunt ad narrandam Pe
tri negationẽ: qua terminata redierũt ad ma
ne, ut inde cætera contexerent, quouſq; per-
ducerent quæ cum dño acta erant, ſed non-
H dum cõmemorauerunt quod mane factum
eſſet. Ioannes quoq; cum ea quæ cũ dño ge-
ſta ſunt, ex quãta parte uiſum eſt, & Petri ne
gationem totã cõmemoraſſet. Adducunt er-
Ioan. 18. go, inquit, Ieſum ad Caipham in prętorium.
Erat aũt mane, ubi intelligimus aut aliꝗ fuiſ
ſe cauſam, quæ coegerit Caipham eſſe in ꝑ-
torio, nec eſſe pręſentem, cum alii principes
ſacerdotum haberent de dño quæſtionem,
aut in domo eius fuiſſe prætorium: tñ ad ip-
ſum ab initio ducebatur, ad quẽ in extremo
perductus eſt. Sed quia iam tanquam conui-
ctum reum adducebant, Caiphę autem iam
antea uiſum fuerat ut Ieſus moreretur, nul-
la mora interpoſita eſt, quin occidendus Pi-
lato traderetur. Quæ igitur per Pilatum cũ
domino geſta ſunt, ita Matthæus narrat: Ac
primum excurrit inde, ut commemoret exi
tum iudæ traditoris, quem ſolus narrauit, ita

dicens: Tunc uidens iudas qui eum tradidit, Mat. 27.
ꝗa damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retu-
lit triginta argenteos principib. ſacerdotum
& ſenioribus dicẽs, Peccaui tradens ſangui-
nem iuſtum. At illi dixerunt. Quid ad nos?
Tu uideris. Et proiectis argenteis in templo,
receſsit, & abiens, laqueo ſe ſuſpendit. Prin- I
cipes autem ſacerdotum acceptis argenteis,
dixerunt: Non licet eos mittere in corbonã,
quia preciũ ſanguinis eſt. Conſilio aũt inito,
emerunt ex illis agrũ figuli in ſepulturã pe-
regrinorũ: propter hoc uocatus eſt ager ille
Acheldemach, hoc eſt ager ſanguinis, vſque
ad hodiernum diem. Tunc impletũ eſt quod
dictum eſt ꝑ Hieremiã Prophetã dicentem,
Et acceperunt triginta argenteos preciũ ap-
preciati, quẽ appreciauerunt filii iſrael, & de
derunt eos in agrũ figuli, ſicut conſtituit mi
hi dñs. Si quis aũt mouetur quod hoc teſti-
monium non inuenitur in ſcriptura Hiere-
miæ Prophetæ, & ideo putat fidei Euangeli-
ſtæ aliꝗd derogandũ, primo nouerit non oẽs
codices Euangeliorum habere, ꝙ per Hiere
miã dictũ ſit, ſed tñmodo per Prophetam.
Poſſemus ergo dicere his potius codicib. eſ-
ſe credendũ, qui Hieremiæ nomen non ha-
bent. Dictum eſt.n. hoc ꝑ Prophetã, ſed Za-
chariã: vnde putatur codices eſſe mendoſos
qui habent nomen Hieremiæ, quia uel Za- Zac. 11.
charię habere debuerunt: uel nullius, ſicut ꝗ
dam, ſed tñ per Prophetã dicentẽ, qui utiq;
intelligitur Zacharias. Sed utatur iſta defen-
ſione, cui placet: mihi autẽ cur non placeat, K
hæc cã eſt, quia & plures codices habẽt Hie-
remiæ nomen: & qui diligentius in Græcis
exẽplaribus euangeliarũ cõſiderauerunt, in
in antiquiorib. Græcis ita ſe perhibent inue-
niſſe: & nulla fuit cauſa cur adderet hoc no-
men, ut mendoſitas fieret. Cur aũt de nõnul-
lis codicib. toleretur, fuit utiq; cã, ut hoc au-
dax imperitia faceret, cum turbaretur qõne,
ꝙ hoc teſtimonium apud Hieremiã non in
ueniretur. Quid ergo intelligendum eſt, niſi
hoc actũ eſſe ſecretiore cõſilio prouidentiæ
dei qua mentes euangeliſtarum ſunt guber-
natæ? Potuit.n. fieri, ut animo Matthæi Euan
geliũ conſcribentis pro Zacharia Hieremias
occurrerit, ut fieri ſolet: quod tñ ſine ulla du
bitatione emendaret, ſaltem ab aliis admoni
tus, qui ipſo adhuc in carne uiuẽte, hoc lege

re

re potuerunt, nisi cogitaret recordationi suę quæ sancto spiritu regebatur, non frustra occurrisset aliud pro alio nomen Prophetæ, nisi quia ita dñs hoc scribi constituit. Cur autē ita cōstituerit dñs, prima illa cā utilissima debet facillime cogitari: ēt sic esse insinuatum,
I ita oēs sanctos Prophetas uno spiritu locutos mirabili inter se consensione constare, ut hoc multo amplius sit, q̄ si oīa Prophetarum uno unius ore dicerent: & iō indubitāter ac
L cipi debere quæcūq; per eos spiritussanctus dixit, & singula esse oīum, & oīa singulorū. Cur igitur & quæ dicta sunt per Hieremiā, tam sint Zachariæ q̄ Hieremiæ: & quæ dicta sunt per Zachariā, tam sint Hieremiæ q̄ Zachariæ: quid opus erat ut emēdaret Matthęus cū aliud pro alio sibi nomen occurrens, a se scriptū relegisset? Ac non potius sequens authoritatē spiritussancti, a quo mentē suā regi plus nobis ille utiq; sentiebat, ita hoc scriptū relinqueret, sicut eū admonendo constituerat ei dñs: ad informandos nos, tantā uerborū suorū inter Prophetas esse concordiā, ut non absurde, immò congruentissime etiā Hieremiæ deputaremus quod per Zachariā dictū reperiremus. Si .n. hodie quisquā uolēs alicuius uerba indicare, dicat nomē alterius a quo dicta nō sint qui tñ sit amicissimus & familiaritate coniunctissimus illi cuius uerba dicere uoluit: & cōtinuo recordatus aliū ꝑ alio se dixisse, ita se colligat atq; corrigat, ut tñ dicat, bene dixi, quid aliud intuens nisi
M tantā inter ambos esse concordiā, inter illū .s. cuius uerba dicere uoluit, & aliū cuius ei nomen pro illius nomine occurrit, ut tale sit hoc istū dixisse, quale si ille dixisset, quanto magis hoc de Prophetis sanctis intelligendū & maxime cōmendandū fuit, ut oīum libros tanq̄ unius unū librum acciperemus: in quo nulla rerū discrepantia crederetur, sicut nulla inueniretur, & in quo maior esset constantia ueritatis, q̄ si omnia illa unus hō quamlibet doctissimus loqueretur? Qđ ergo hinc argumentum sumere conātur uel infideles uel imperiti homines, quasi ad ostendendam dissonantiā sanctorū euangelistarū, hæc potius debent assumere fideles & docti ad ostēdendą unitatem sanctorum Prophetarū. Est & alia causa q̄æ mihi uidetur alio tempore diligentius pertractanda, ne amplius sermonem pretendamus q̄ huius operis terminandi necessitas flagitat, cur hoc nomen Hieremiæ in testimonio Zachariæ sic manere permissum uel potius sanctispiritus authoritate præceptum sit. Est apud Hieremiā ꝙ emerit agrum a filio fratris sui, & dederit ei argētum, nō quidē sub hoc nomine precii quod positnm est apud Zachariā, triginta argēteis, *Hier.23.*
veruntamen agri emptio nō est apud Zachariam. Quod autem per Prophetiam de triginta argenteis ad hoc interpretatus sit euangelista, quod modo de domino completum est ut hoc esset precium eius manifestū est: sed ad hoc pertinere ēt illud de agro empto qđ Hieremias dicit, hinc potuit mystice significari: ut non hic Zachariæ nomen poneretur qui dicit triginta argenteis, sed Hieremiæ q̨ dicit de agro empto: ut lecto euangelio atq; inuento nomine Hieremię, lecto autem Hieremia & non inuento testimonio de triginta argenteis, inuento tamen de agro empto, admoneatur lector utrunq; conferre, & inde sensum enodare prophetię, qūo pertineat ad hoc quod in domino impletum est. Nam *Mat.27.*
illud qđ subiecit huic testimonio Matthæus cum ait, Quem appreciauerunt filii israel, & dederunt eos in agrnm figuli, sicut cōstituit mihi dominus, nec apud Zachariā nec apud Hieremiam reperitur, Vnde magis ex persona ipsius Euangelistæ accipiendū est, elegan ter & mystice insertum, quia hoc ex domini B
reuelatione cognouerat ad hanc rē quæ de Christi precio facta est huiusmodi pertinere prophetiam. Liber quippe empti agri apud Hieremiam iubetur mitti in uas fictile, & emitur hic de ꝓcio domini ager figuli, & hoc *Hier.32.*
ad sepulturam peregrinorum, tanq̄ ad permansionem quietis eorum qui in hoc seculo peregrinantes cōsepeliuntur Christo per baptismum. Nam & illam emptionem agri hoc significare Hieremiæ dicit dominus, q̨a erit permansio de captiuitate liberatorum in illa terra. Hæc tanquam delineanda arbitratus sum, cum admonerem quid in his ꝓpheticis testimoniis in unum redactis, & Euāgelicæ narrationis collatis, diligentius attentiusq; requiratur. Hęc interposuit Matthęus de Iuda traditore.

De

De his quæ apud Pilatum gesta sunt, quõ inter se nihil dissentiant. Cap. 8.

Mat. 27. DEinde sequit & dicit. Iesus aũt stetit ante præsidẽ, & interrogauit eũ præsens dicens, Tu es rex iudeorũ? Dicit ei Iesus, Tu dicis. Et cũ accusaretur a principib. sacerdotũ & seniorib. nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quanta aduersum te dicunt C testimonia? Et non respondit ei ullum uerbũ ita ut miraretur præses uehementer. Per diẽ aũt solennẽ cõsueuerat præses dimittere populo unum uinctum quẽ uoluissent. Habebat aũt tunc uinctum insignẽ qui dicebatur Barrabas. Cõgregatis ergo illis dixit Pilatus Quem uultis dimittã uobis, Barrabam an Iesum qui dr̃ Christus? Sciebat.n. quod per inuidiam tradidissent eum. Sedente aũt illo ꝓ tribunali, misit ad illum vxor eius dicens, Nihil tibi & iusto illi. Multa.n. passa sum hodie per uisum ꝓꝑ eum. Principes aũt sacerdotũ & seniores persuaserunt populis ut peterent Barrabã, Iesum uero perderent. Respondẽs aũt præses ait illis. Quẽ uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barrabã. Dixit illis Pilatus, Quid ergo faciã de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt oomnes, crucifigatur. Ait illi præces: quid enim mali fecit? Ait illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur. Videns aũt Pilatus ꝙ nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manꝰ corã populo, dicẽs, Innocens ego sum a sanguine iusti huius, uos uideritis. Et respondẽs uniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barrabã, Iesum ãt flagellatum tradidit eis ut D crucifigeretur. Hæc narrauit Matthæus, per Pilatum gesta de dño. Marcus quoq; penè iisdem uerbis & reb. concinit. Verba autẽ Pila-

Mar. 15. ti, quib. respondit populo petenti, ut solenniter unus uinctus dimitteretur, ita refert. Pilatus autẽ respondit eis, & dixit, Vultis dimittã uobis regẽ iudeorũ? Matthæus autem sic ait, Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quẽ

Mat. 29. uultis dimittã uobis, Barrabã an Iesum, qui dicitur Christus? Nulla qõ est, ꝙ tacet ipsos petisse ut aliquis eis dimitteretur. Sed quæri potest quæ uerba Pilatus dixerit, utrum quæ a Matthæo, an q̃ a Marco referuntur. Aliud .n. uř esse, Quẽ uultis dimittam uobis, Barrabã an Iesum qui dr̃ Christus: aliud, Vultis dimittam uobis regẽ iudæorũ? Sed quia Christos, reges dicebant, & qui dixit illum an illum, manifestũ est eum quæsisse an uellent sibi dimitti regem iudæorũ.i. Christum, nihil interest sentẽtiæ, quod hic tacuit Marcus de Barraba, hoc solum uolẽs dicere quod ad Iesum ꝑtinebat, qñquidem in eorum respõsione satis & ipse ostẽdit, quẽ sibi dimitti uoluerint. Pontifices, inquit, concitauerunt turbã, ut magis Barrabam dimitteret eis. Sequitur autem & dicit, Pilatus aũt iterum respon E

Mar. 15. dens, ait illis, Quid ergo uultis faciam regi iudæorum? Vnde iam satis apparet ꝙ id Marcus uelit ostẽdere, dicendo, regẽ iudęorum, quod Matthæus dicendo, Christum. Non.n. dicebantur Christi, reges, nisi iudæorum: nã in eo etiã loco Matthæus ait, Dicit illis Pilatus. Quid igitur faciã Iesu, qui dicitur Xp̃s? Ergo sequitur Marcus, At illi iterum clama-

Mat. 27. Mar. 15. uerunt, Crucifige eum. Quod ille ait, Dicũt oẽs, Crucifigatur. Et, sequitur Marcus, Pilatus uero dicebat eis, Quid.n. mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eũ. Hoc Matthæus, non dicit, sed quoniam dixit, Videns

Mat. 27. aũt Pilatus quia nihil ꝓficeret, sed magis tumultus fieret: dixit etiã eũ lauisse manus corã populo, ut innocentẽ se a sanguine iusti significaret: quod itẽ & Marcus & alii tacent. Satis ostendit etiam Matthæus egisse pręsidẽ cum populo, ut dimitteretur. Quod br̃ significauit Marcus in eo, ꝙ refert Pilatum dixisse. Quid.n. mali fecit? Deinde sic etiã ipse cõ

Mar. 15. F cludit, quę per Pilatum cum dño gesta sunt. Pilatus aũt, inquit, volens populo satisfacere dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellis cæsum ut crucifigeretur. Hæc apud ꝑsidem gesta narrauit Marcus, Lucas apud Pi-

Luc. 23. latum gesta sic narrat: Cœperunt autem accusare illum, dicentes, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibẽtem tributa dari Cæsari, & dicẽtem se Christum regem esse. Hoc illi duo Euangelistæ non dixerunt cum tamen dicerent ꝙ eum accusabant. Ergo iste etiam ipsa crimina quæ falso obiecerunt, aperuit. Tacuit autem ꝙ ei dixit Pilatus, Non respondes quicquam. Vides in quantis te accusant. Sed plane sequitur, & di

Luc. 23. Mat. 27. Mar. 15. cit quod etiã illi dixerunt, Pilatus autem interrogauit eum, dicẽs, Tu es rex iudæorum?

At

At ille respondens ait, Tu dicis. Hoc at Matthęus & Marcus commemorauerunt antequa dicerent compellatum Iesum, q eis accusantibus nō rńderet. Nihil autem interest veritatis, quo ordine Lucas ista retulerit: quēadmodum nihil interest si alius aliquid tacet, quod alius commemorat: quemadmodū in consequentibus dicit, Ait autem Pilatus ad *Luc. 29.* principes sacerdotum & turbas, Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebāt, dicētes, Commouit populum docens p G vniuersam iudæam, & incipiens a Galilæa vsque huc. Pilatus autem audiens Galilæā, interrogauit si hō Galilæus esset. Et vt cognouit qđ de Herodis potestate esset, remisit eū ad Herodē, qui & ipse Hierosolymis erat in illis diebus. Herodes aūt uiso Iesu, gauisus est valde: erat.n. cupiēs ex multo tpe videre eū, eo quod audierat multa de illo, & sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri, Interrogabat aūt illū multis sermonibus. At ipse nihil rńdebant. Stabant etiam principes sacerdotū & scribæ constantes accusantes eum. Spreuit aūt illum Herodes cū exercitu suo, & illusit indutum ueste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sūt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: Nā antea inimici erant adinuicem. Hæc oīa, id est, quod a Pilato ad Herodem dńs missus est, & quæ ibi gesta sunt, Lucas solus indicat. etiā si aliquid ibi ait simile quod in alijs uarrationum locis etiam apud alios possit inueniri. Cæteri autem ea tm̄ dicere uoluerunt q̄ apud pilatum gesta sunt, quousq; dńs crucifigendus traderetur. Rediens ergo Lucas ad ea quæ apud præsidem gerebantur, vnde digressus erat ut narraret quod apud Herodē actū est, ita sequitur, pilatus autem cōuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & ple- *Luc. 23.* be, dixit, ad illos, Obtulistis mihi hunc homi- H nem quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans nullam cām inueni in homines isto, ex ijs in quibus eum accusatis. Hic intelligimus eum prætermisisse quēadmodum a domino quæsierit, quod accusatoribus responderet. Sed neque Herodes, inquit, Nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum unum. Exclamauit aūt simul vniuersa turba, dicens. Tolle hūc & dimitte nobis Barrabā, qui erat pp seditionem quandā factam in ciuitate & homicidium missus in carcerem. Iterum autē pilatus locutus est ad illos volens dimittere esum. At illi succlamabāt dicentes, Crucifige eum. Ille aūt tertio dixit ad illos, Quid.n. mali fecit iste? Nullam cām mortis inuenio in eo. Corripiā ergo illum & dimittā. At illi instabant vocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur, & inualescebant uoces eorū. Matthæus huic conatui pilati, quo sæpius cū eis egit, volēs ut dimitteretur Iesus, paucissimis verbis satis attestatus est, vbi ait, Videns autē I pilatus qđ nihil proficeret, sed magis tumultus fieret. quod non diceret nisi multum ille *Mat. 27.* nisus esset: quanuis tacuerit, quoties hoc efficere tentauerit, vt erueret Iesum furori eorū. Et Lucas ita cōcludit quod actū est apud præsidem. Et pilatus inquit, adiudicauit fieri peti- *Luc. 23.* tionē eorū. Dimisit aūt illis eum qui pp homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant, Iesum uero tradidit voluntati eorum. Nunc eadem ₰m Ioannem *Ioan. 18.* consideremus: id est, quæ per pilatum facta sunt. Et ipsi, inquit, non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed manducarent pascha. Exijt ergo pilatus ad eos foras & dixit, Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei, Si nō esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eū. Hic uidendū est, ne contrarium sit ei, quod Lucas dicit, certa in eū dicta esse crimina, Et dicit quæ dicta sunt. Cęperūt āt, inquit, accusare illum dicentes, Hunc inueni- *Luc. 23.* mus subuertentem gentem nostram & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicētem se Christū regē esse Quod uero nunc ₰m Ioannem commemoraui, vńr iudæi noluisse dicere crimina, cum dixisset eis pilatus, Quam ac- K cusationē affertis aduersus hoīem hunc, re- *Ioan. 18.* sponderunt ei, Si nō esset hic malefactor, nō tibi tradidissemus eum. Videlicet vt eorū authoritatem secutus, quid ei objceretur desineret quærere: sed ob hoc tm̄ nocentē crederet, quod sibi ab eis tradi meruisset. Ergo intelligere debemus, & hoc dictū esse, & illud qđ Lucas commemorauit. Multa.n. dicta, & multa rńsa sunt. Vnde unicuiq; eorū quantū uisum est decerpsit, & in narratione sua posuit quod satis esse iudicauit. Nam etiam ipse

Ioannes dicit quædam quæ obiecta sunt, quę
suis locis uidebimus. Itaq; sequitur. Dixit er
go eis pilatus, Accipite eum uos, & sm̄ legē
Ioan.18. uestram iudicate eū. Dixerunt ergo ei iudæi,
Nobis non licet interficere quēquam. Vt ser
mo Iesu impleretur quem dixit, significans
qua morte esse moriturus. Introijt ergo iterū
Mat.17. in prætorium pilatus, & uocauit Iesum & di
Mar.15. xit ei, Tu es rex iudęorum? Et rn̄dit Iesus. A
Luc.23. temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de
me? Et hoc non uī conuenire illi quod ab a-
liis cōmemoratum est. Rn̄dit Iesus, tu dicis,
nisi in consequentibus ostenderet & illud di
L ctum esse. Vnde ostendit ea quæ dicit, a cæ-
teris potius Euāgelistis tacita quā a dn̄o di-
cta nō esse. Attēde ergo cætera. Rn̄dit, inquit,
Ioan.18. Pilatus. Nunquid ego iudæus sum? Gens tua
& pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fe
cisti? Rn̄dit Iesus, Regnū meū non est de mū
do hoc: Si ex hoc mundo esset regnū meum,
ministri mei utiq; decertarent ut non trade-
rer iudæis, Nunc autem regnū meum nō est
hinc. Dixit itaq; ei pilatus, Ergo rex es tu? Rn̄
dit Iesus, Tu dicis, quia rex sum ego. Ecce qn̄
uentum est ad id, ꝙ alij euangelistæ comme-
a.l.item. morauerunt. Sequitur ergo * idem, dicēte ad
huc dn̄o, ꝙ cęteri tacuerunt, Ego in hoc na-
tus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testi
monium perhibeam ueritati. Omnis qui est
ex ueritate audit uocē meā, Dicit ei pilatus,
Quid est ueritas? Et cū hoc dixisset, ita iterum
exiit ad iudæos, & dicit eis: Ego nullam inue
nio in eo cām. Est autem consuetudo uobis,
vt vnum dimittā uobis in Pascha. Vultis er-
go, dimittam uobis regē iudęorū? Clamaue-
runt rursum oēs, dicētes, Non hunc sed Bar-
rabā. Erat aūt Barrabas latro. Tūc ergo appre-
hendit pilatus Iesum, & flagellauit. Et mili-
Ioan.19. tes plectentes coronā de spinis, imposuerunt
M capiti eius, & ueste purpurea circundederūt
eū, & ueniebant ad eū, & dicebāt, Aue rex iu
dæorū, & dabāt ei alapas. Exiit iterum pilatus
foras, & dicit eis, Ecce adduco eum uobis fo-
ras, ut cognoscatis quia in eo nullam cām in
uenio. Exijt ergo Iesus portans coronam spi-
neam, & purpurem uestimentum, & dicit
eis, Ecce homo. Cum ergo uidissent eū pon-
tifices & ministri, clamabant dicentes, Cruci
fige crucifige eum. Dicit eis pilatus, Accipi-
te eum vos, & crucifigite: ego enim non in-
uenio in eo causam. Respōderunt ei iudæi,
Nos legem habemus, & sm̄ legem debet mo
ri, quia filium dei se fecit. Hoc potest cōgrue
re ei, quod Lucas commemorat in accusatio *Luc.23.*
ne iudęorum dictum, Hunc inuenimus sub-
uertentem gentem nostram, vt adiungatur,
Quia filium dei se fecit. Sequitur ergo Ioan- *Ioan.19.*
nes & dicit. Cum ergo audisset pilatus hunc
sermonem, magis timuit: Et ingressus est præ
torium iterū, & dicit ad Iesum, Vnde es tu?
Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit er
go ei pilatus, Mihi non loqueris? Nescis quia
potestatem habeo crucifigere te: & potestatē
habeo dimittere te? Respondit Iesus, Non ha A
beres potestatem aduersus me ullam, nisi ti-
bi datum esset desuper. Propterea qui tradi-
dit me tibi, maius peccatum habet: Et exinde
querebat pilatus dimittere eum. Iudæi autē
clamabant, dicentes, Si hunc dimittis, non es
amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem
facit, contradicit Cæsari. Huic potest con-
gruere, quod Lucas in eadem accusatione iu
dęorum ita narrat: cum dixissent, Inuenimus
eum subuertentem gentem nostram: adiecit,
Et prohibentem tributa dari Cæsari, & dicē-
tem se Christum regem esse. Ex quo soluitur
illa quæstio, qua putari poterat Ioannem di- *Ioan.18.*
xisse, nullum a iudæis domino crimen obie-
ctum, quando responderunt & dixerunt ei,
Si non esset hic malefactor, non tibi tradidis-
semus eum. Sequitur ergo Ioannes & dicit, *Ioan.19.*
pilatus autem cum audisset hos sermones, ad
duxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in lo
co qui dicitur Lithostratos, Hebraice autem
Gabatha. Erat autem parasceue Paschæ hora
quasi sexta, & dicit iudæis, Ecce rex vester. illi
autem clamabant, Tolle tolle crucifige eum.
Dicit eis pilatus, Regem uestrum crucifigā?
Responderunt pontifices, Non habemus re-
gem nisi Cęsarem. Tunc ergo tradidit eis B
illum ut crucifigeretur. Hæc narrauit Ioan-
nes per pilatum gesta.

De illusione qua illusus est a cohorte Pilati, quomodo non dissonent tres qui hoc di-cūt Matthæus, Marcus, & Ioānes. Cap. 9.

CONsequens est etiam, ut ipsam Domini
passionem secundum quatuor euange-
listarum testimonia uideamus, quam Mat- *Mat.27.*
thæus

thæus sic incipit, Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem: & exuentes eum, clamidem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam despinis, posuerunt super caput eius, & arundinē in dextera eius: & genuflexu ante eum, illudebāt dicentes, Aue rex Iudæorum. Hoc Marcus in eodem loco narrationis ita dicit, Milites autem duxerunt eum intro in atrium prætorij, & conuocant totam cohortē: & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam: & cœperunt salutare eum, Aue rex iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum: & ponentes genua, adorabant eum. Intelligitur itaq; quod Matthæus ait, Chlamydem coccineam circundederunt ei: hoc Marcum dixisse, indutum purpura. Pro regia.n.purpura chlamys illa coccinea ab illudentib. adhibita erat: & est rubra quædā purpura cocco simillima. Pōt ēt fieri, ut purpuram ēt Marcus cōmemorauerit, q̃ chlamys habebat, quamuis esset coccinea. Lucas hoc prætermisit. Ioānes aūt antequam diceret, ꝙ eum Pilatus crucifigendum tradiderit, commemorauit hoc dicens. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit: & milites plectentes coronam de spinis, imposuerūt capiti eius, & veste purpurea circundederunt eum, & ueniebant ad eum, & dicebant, Aue rex iudæorum: & dabant ei alapas: Vnde apparet Matthæum & Marcum, recapitulando istud commemorasse, non quo tunc factum sit, cum eum Pilatus iam crucifigendum tradidisset. Ioannes enim apud Pilatum dicit hæc gesta satis euidenter, vnde isti quod prætererant recoluerunt. Ad hoc pertinet etiam quod consequēter dicit Matthæus, Et expuentes eum acceperunt arundinē & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eū chlamydem & induerunt eum uestimentis eius, & duxerunt eum ut crucifigerent. Hoc quod exuerunt chlamydem, & induerunt eum uestimentis eius, in fine factum intelligitur cum iam duceretur. Marcus hoc ita dicit, Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpuram, & induerunt eum uestimentis suis.

Mat. 25. *Ioan. 19.* *Mat. 27.* *Mar. 16.* C D

Quomodo non repugnet quod Matthæus, Marcus, & Lucas angariatum dicunt qui portaret eius crucem, cum Ioannes dicat ꝙ eam Iesus ipse portauerit. Cap. 10.

SEquitur ergo Matthæus & dicit, Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem, hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius. Marcus quoque, Et educunt illum, inquit, ut crucifigerent eum: Et angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum uenientem de uilla, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem eius. Hoc Lucas ita dicit, Et cum ducerēt eū, apprehenderunt Simonem quendam Cirenēsem uenientem de uilla, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Ioannes autem sic narrat. Susceperunt autem Iesum & eduxerunt eum, & baiulans sibi crucem exiit in eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè autem golgotha, ubi eum crucifixerunt. Vnde intelligitur ꝙ ipse sibi portabat crucem, cum exiret in locum memoratum. Simon autem ille in itinere angariatus est, de quo tres commemorant, cui postea data est crux portanda usq; ad locum. Ita utrunq; factum inuenimus, primo id quod Ioannes dicit, deinde quod cæteri tres.

Mat. 27. *Mat. 15.* *Luc. 23.* E

De potu quem dederuut ei priusquam commemorata esset eius crucifixio, quomodo conueniat inter Matthæum & Marcum. Cap. XI.

SEquitur itaq; Matthæus, Et uenerunt, inqt, in locum qui dr̃ Golgotha, qđ est Caluariæ locus. De hoc loco apertissime consentiunt: Deinde adiungit idem Matthæus, Et dederunt ei uinū bibere cū felle mixtum. Et cū gustasset noluit bibere. Hoc Marcus ita narrat, Et dabant ei bibere uinū myrrhatum, & non accepit. Hoc intelligendū est Matthęum dixisse cū felle mixtū. Fel quippe pro amaritudine posuit, Myrrhatū.n. uinum amarissimū est. Quanq̃ fieri possit ut fel & myrrha vinum amarissimum redderent. Qđ ergo ait Marcus, Non accepit: intelligit non accepit ut biberet. Gustauit autem sicut Matthæus testis est: ut quod idem Matthæus ait, Noluit bibere: hoc Marcus dixit, non accepit: tacuit autem quod gustauerit.

Mat. 27. *Mar. 15.* *Luc. 23.* *Ioan. 19.* F

De diuisione vestimentorum eius, quemadmodũ inter se oẽs consentiant. Cap. 12.

F

Mat.27. SEquitur Matthæus. Postq̃ aũt crucifixerũt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortẽ mit-
Mar.12. tentes, & sedentes seruabant eum, Hoc idem
Luc.23. Marcus sic, Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Hoc Lucas sic ait, diuiden-
a.l. spe- tes vero vestimenta eius, miserunt sortes, &
Ioan.19. stabat populus *expectans, Bñ a trib. dictum est. Ioannes aũt distinctius hoc explicat quemadmodum gestum sit. Milites ergo, inquit, cum crucifixissent eum acceperunt, vestimẽta eius & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi, partem & tunicam. Erat aũt tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem, Non scindamus eam,
Psal.21. sed sortiamur de illa cuius sit, vt scriptura impleretur dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem.

De hora dominicæ passionis, quemadmodũ inter se non consentiant Marcus, & Ioannes p̃p̃ tertiam & sextam. Cap. 13.

Mat.27. SEquitur Matthæus, Et imposuerunt super
Mar.15. caput eius cãm ipsius scriptã: hic est Iesus
G rex iudæorũ. Marcus aũt priusquã hoc dixisset, Erat aũt, inquit, hora tertia, & crucifixerunt eum: hoc.n. subiungit cum de vestium diuisione dixisset. Quæ res diligentissime cõsideranda est, ne magnum faciat errorẽ. Sunt .n. qui arbitrentur hora quidem tertia dñm crucifixum. A sexta aũt hora tenebras factas
Mat.27. vsq; ad nonam, ut consummatæ intelligãtur tres horæ ex quo crucifixus est, vsq; ad tene-
Mar.15. bras factas. Et posset quidem hoc rectissime
Luc.23. intelligi, nisi Ioãnes diceret, hora quasi sexta
Ioan.19. Pilatum sedisse pro tribunali in loco qui dr̃ Lithostratos, Hebraicè aũt gabatha. Sequitur enim, Erat aũt parasceue Paschæ hora quasi sexta, & dicit iudæis, Ecce rex vester. Illi aũt clamabant, Tolle tolle crucifige eum. Dixit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices, Nõ habemus regem nisi Cęsarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Si igitur hora quasi sexta Pilato sedente pro tribunali traditus est crucifigẽdus iudæis, quõ hora tertia crucifixus est, sicut uerba Marci non intelligentes quidam putauerũt? prius.n. qua hora crucifigi potuerit uideamus, deinde uidebimus cur hora tertia crucifixũ dixerit Marcus. Hora erat quasi sexta cum traditus est crucifigendus a Pilato sedente, ut dictum est, pro tribunali. Non.n. iam plena sexta erat, sed quasi sexta: i. peracta quinta, & aliquid ẽt de sexta esse cœperat.
Nunq̃ autẽ isti dicerent quinta & quadrans, H
aut quinta & triens, aut quinta & semis, aut aliquid hmõi. Habent.n. istum morem scripturæ, ut a parte totum ponant, maxime in temporibus. Sicut de octo illis diebus post quos eum dicunt ascendisse in montem, quo-
rum medios intuentes Matthæus & Marcus Luc.9.
dixerunt, post dies sex: prę sertim quia tã mo-
derate idem Ioannes locutus est, ut non dice- Mat.17.
ret sexta, sed quasi sexta. Quod si ita non dice- Mar.9.
ret, sec tantummodo sextã diceret, possemus Ioan.19.
nos ita intelligere quemadmodum loqui solent, sicut dixi, a parte totum: ut peracta quinta & inchoata sexta gererentur hæc quæ narrata sunt in crucifixione domini nostri, donec completa sexta illo pendente fierent tenebræ, quibus tres euangelistæ attestantẽ Matthæus Marcus & Lucas. Quæramus iam con-
sequenter, cur Marcus cum commemorasset Mat.27.
q̃ crucifigentes eum diuiserunt uestimenta Mar.15.
eius mittentes sortes super eis quis quid tol- Luc.23.
leret: secutus adiunxerit, Erat autem hora ter- Mar.15.
tia, & crucifixerunt eum. Iam certe dixerat, Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius. Sicut etiam & cæteri attestantur, q̃ eo crucifixo vestimenta diuisa sunt. Si ergo eius rei gestę tempus voluit commemorare Marcus, sufficeret dicere, Erat autem hora
tertia. Vt quid adiunxit, & crucifixerunt eũ: I
nisi quia uoluit aliquid recapitulando significare quod quæsitum inueniretur: cum scriptura ipsa illis temporibus legeretur, quibus vniuersæ Ecclesiæ notum erat qua hora dñs ligno suspensus sit, unde posset uel huiusmodi error corrigi uel mendacium refutari. Sed quia sciebat a militibus suspensum domi-
num, non a iudæis, sicut Ioannes apertissi- Ioan.19.
me dicit, occulte ostendere uoluit eos magis crucifixisse qui clamauerunt ut crucifigeretur, quam illos qui ministerium principi suo secundum suum officium præbuerunt. Intelligitur ergo fuisse hora tertia cum clamauerunt

clamauerunt

mauerũt iudæi ut dñs crucifigeret, & uera-
ciſſime demonſtratur tunc eos crucifixiſſe
qñ clamauerũt: maxime quia nolebãt uideri
ſe hoc feciſſe, & propterea eũ Pilato tradide-
rãt, qđ eorũ uerba ſatis indicant, ſm Ioãnẽ.
Ioan.18. Cum.n.dixiſſet eis Pilatus, Quam accuſatio
nem affertis aduerſus hominem hunc? Rñde
runt & dixerunt ei, Si non eſſet hic malefa-
K ctor non tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo
eis Pilatus, Accipite eũ vos & ſm legem ue-
ſtram iudicate eũ. Dixerunt ergo iudæi, No-
bis non licet interficere quẽ quam. Qđ ergo
maxime uideri feciſſe nolebant, hoc eos ho-
ra feciſſe tertia Marcus oñdit, uerißime indi
cãs magis fuiſſe dñi necatricẽ linguã iudæo
rũ, quã militũ manus. Quiſquis aũt dixerit,
nõ fuiſſe horã tertiã, cũ hoc iudæi primitus
clamauerũt, inſaniſſime ſe oñdit inimicum
euangelij. Niſi forte aliter potuerit eãdẽ diſ-
ſoluere quæſtionem. Non.n.habet vñ cõuin
cat non fuiſſe tunc horã tertiã, & ideo ueri-
dico Euangeliſtæ potius credẽdũ quã cõten-
tioſis ſuſpitionib. hominũ Vñ inquis, ꝓbas
horam tertiam fuiſſe? Rñdeo quia credo euã
Ioan.19. geliſtis. Quib. & tu ſi credis oñde queãdmo-
Ma.15. dũ & hora ſexta & hora tertia potuerit dñs
crucifigi. De ſexta.n.ut fateamur, narratione
Ioannis urgemur: tertiam Marcus comme-
morat, quibus ſi uterq; noſtrum credit, oñde
tu aliter queãdmodũ fieri utrunq; potuerit,
L & libentiſſime acquieſcã. non.n.ſententiam
meam, ſed euangelij diligo ueritatẽ. Atq; uti
nam etiam plures ab aliis inueniantur huius
exitus queſtiones. Quod donec fiat, vtere me
cũ iſto ſi placet, Si.n. nullus alius exitus po-
tuerit inueniri, ſolus iſte ſufficiet. Si ãt potue
rit, cũ demonſtratus fuerit, eligemus. Tñ nõ
põt ꝯñs eſſe, ut quilibet omniũ quatuor euã-
geliſtarum mentitus ſit aut in tanto & tã ſan
cto culmine authoritatis errauerit. Si autem
quis dixerit, ſe inde cõuincere non fuiſſe ho
rã tertiam, cũ illud iudæi clamauerunt, quia
poſteaquam dixit idem Marcus, Pilatus autẽ
Ibidem. iterum reſpondens ait illis, Quid ergo vul-
tis faciam regi iudæorum? At illi iterum cla-
mauerunt, Crucifige eum: non interponitur
aliquid morarum ab eodem Marco in eius
narratione, & continuo ad id peruenitur, ut
traderetur ad crucem dominus a Pilato, qđ
Ioan.19. Ioannes hora quaſi ſexta factum eſſe cõme-
morat. Intelligat qui hoc dicit, multa preter-
miſſa eſſe quæ in medio geſta ſunt, cum Pi-
latus ageret querens qũo eum a iudæis eripe
ret, & aduerſus eorũ inſaniſſimã voluntatẽ,
quibuſcũq; modis potuit inſtantiſſime nite-
ret. Matthęus.n.ait. Dicit illis Pilatus, Quid Mat.27.
igitur faciam de Ieſu qui dicitur Chriſtus?
Dicunt omnes, Crucifigatur. Tunc fuiſſe di- M
cimus horam tertiam. Quod autẽ Matthęus
ſequitur & narrat, Videns autẽ Pilatus, quia
nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, &
in conatibus Pilati ad eripiendum dñm Ie-
ſum & in tumultu iudæorum contra niten-
tium conſumptum tempus duarum horarũ
intelligimus, & cœptam fuiſſe ſextam qua
nondum terminata geſta ſunt quæ ab eo tẽ-
pore quo Pilatus dominum tradidit vſq; ad
tenebras factas narrantur. Quod autem Mat
thæus ſupra cõmemorat. Sedente aũt illo pro
tribunali, miſit ad illum uxor eius dicẽs, Ni-
hil tibi & iuſto illi, multa.n. paſſa ſum hodie
per uiſum propter eum: poſtea ſederat pro
tribunali Pilatus, ſed inter illa, quæ prius ge-
ſta narrabat, recordatus Matthæus quod de
Pilati uxore dixit, uoluit hoc ibi interpone-
re, ut præſtueret qua maxime cã Pilatus nec
nouiſſime volebat eũ tradere iudæis, Lucas Luc.23.
aũt narrat cum dixiſſet Pilatus, Emendatũ er
go illum dimittã: exclamaſſe uniuerſam tur
bam, Tolle hunc & dimitte nobis Barrahã.
Sed fortaſſe nondum dixerunt, crucifige. Ite
rum autem Pilatus ſm eundem Lucam locu
tus eſt ad illos, uolens dimittere Ieſum. At il
li ſucclamabãt dicentes, Crucifige, crufige il
lum. Tunc intelligitur fuiſſe hora tertia. Qđ
autem ſequitur Lucas & dicit, Ille aũt tertio A
dixit ad illos, Quid enim mali fecit iſte? Nul
lam cauſam mortis inuenio in eo, corripiam
ergo illum & dimittam. At illi inſtabant uo-
cibus magnis, poſtulantes ut crucifigeretur,
& inualeſcebant uoces eorum. Satis etiam ip
ſe ſignificat magnum tumultum fuiſſe, &
poſt quantum morarum ſpatium illis tertio
dixerit, Quid enim mali fecit? licet intellige-
re quantum indagandæ ueritati ſatis eſt, &
poſtea quod ait, Inſtabant uocibus magnis,
& inualeſcebant uoces eorũ: quis nõ uideat
ideo factum, quia videbãt Pilatum nolle eis
tradere dñm? Et quia hoc magnopere nole-
bat, non utiq; in momento tẽporis ceſſit, ſed

vel duæ horæ & aliquid amplius in illa cun-
ctatione transierũt, Ioannẽ quoq; interroga,
& uide quãta fuerit Pilati ista cunctatio & re
cusatio tã fœdi ministerii. Idẽ namq; multo
explicatius ea narrat, quanuis nec ipse vtiq;
dicat oĩa, in quib. s. duæ horæ & de sexta ali-
a. l. Tamen. quid præterfluxit,* Tum cum flagellasset Ie-
sum & a militib. ueste illusoria, multisq; illu
sionib. male tractari permisisset: credo ut hoc
mõ saltẽ eorũ furorẽ mitigaret, ne usque ad
B mortẽ sæuire pertenderẽt. Exiit iterũ Pilatus
Ioan. 19. foras & dicit eis, Ecce adduco eũ uobis foras
ut cognoscatis quia in eo nullam cãm inue-
nio. Exiit ergo Iesus portans spineã coronã
& purpureũ uestimentũ. Et dicit eis, Ecce hõ
vt illa uelut ignominiosa specie uisa placarẽ
tur. Sed adiungit & dicit, Cum ergo uidis-
sent eũ pontifices & ministri clamabant dicẽ
tes, Crucifige crucifige eum. Tunc horã ter-
tiam fuisse dicimus. Attende quæ sequantur:
Dicit eis Pilatus, Accipite eũ uos & crucifigi
te, Ego. n. nõ inuenio in eo cãm. Respõderũt
ei iudęi, Nos legem habemus, & ſm legẽ de-
bet mori, quia filium dei se fecit. Cum ergo
audisset Pilatus hunc sermonem, magis ti-
muit. Et ingressus est prætorium iterum, &
dicit ad Iesum. Vnde es tu? Iesus autem re-
sponsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus,
Mihi non loqueris? Nescis quia potestatẽ ha
beo dimittere te? Respondit Iesus, Non ha
beres potestatem aduersus me ullam nisi tibi
datum esset desuper. Propterea qui tradidit
C me tibi, maius peccatum habet. Exinde Pila
tus quærebat dimittere eum. In hoc igitur ꝙ
quærebat Pilatus dimittere eum, quantum
tpis putamus esse consumptum, quanta prę-
termissa, quę uel a Pilato dicebantur, uel a iu
deis contradicebantur, quousque dicerent iu
dæi unde ille cõmoueretur & cederet? Ita. n.
Ioan. 19 sequitur, iudæi autem clamabant dicentes, Si
hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Oĩs
qui se regem facit contradicit Cæsari. Pila-
tus ergo cum audisset hos sermones, adduxit
foras Iesum, & sedit ꝑ tribunali in loco qui
dicitur lithostratos, Hebraice autem gaba-
tha. Erat autem parasceue Pascha hora qua
ſi sexta. Ab illa ergo uoce iudæorum qua pri
Mar. 15 mũ dixerunt, Crucifige, cum esset hora ter-
a. l. horam. tia diei, vsque ad hoc quod sedit pro tribuna
li, ꝑ medias* moras in cunctatione Pilati &
tumultuantium iudæorum, duæ horæ prete-
rierant, & peracta quinta iam de sexta aliqd
cœperat. Dicit ergo iudæis, Ecce rex uester:
illi autem clamabant, Tolle tolle crucifige
eum. Sed neq; iam commotus Pilatus timo- *Ioan. 19.*
re calumniæ facile cedebat. Tunc. n. uxor
eius ad eum miserat sedentem pro tribunali.
qđ præoccupauit Matthæus q hoc solus cõ- *Mat. 27.*
memorauit antequã ad eum locũ narratio-
nis ueniret, ut ibi hoc poneret ubi oportunũ
iudicauit. Tẽtans itaq; adhuc eos Pilatus, nec *Ioan. 19.*
quid proficeret, dixit eis, Regem uestrũ cru-
cifigam; Rñderunt pontifices, Nõ habemus
regẽ nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis il- D
lũ ut crucifigeretur. Et dũ pergit, & dũ cruci
figitur cũ duob. latronibus, dũ uestes eius di
uidunť, & * in sortẽ illa tunica mittiť atq; in *a. l. & sors in il lam tunicam.*
ter hæc varijs cõuicijs illudiť. Simul. n. cũ il-
la gererenť & conuitia iaciebanť: completa
est hora sexta, & factæ sunt tenebræ, quas
Matthæus & Marcus & Lucas cõmemorãt.
Iã itaq; corruat impia ꝑtinacia, & credat do *Mat. 27.*
minum Iesum Christũ, & tertia hora crucifi *Mar. 15*
xum lingua iudæorum, & sexta manib. mili *Luc. 23.*
tum: quia in tumultu iudæorũ & Pilati ęsti-
bus, duæ atq; amplius horæ pręterierunt a
uoce qua dixerũt, crucifige. Sed ipse Marcus
qui maxime breuitatis sectator est, breuiter
uoluit intimare Pilati voluntatem & conatũ
pro domini uita. Cum. n. dixisset, At illi ite-
rum clamauerunt, Crucifige eum: ubi osten *Mar. 15*
dit quod iam clamauerant, cum uellent sibi
dimitti Barrabam: adiunxit, pilatus uero di-
cebat eis, Quid. n. mali fecit? Hoc mõ breui-
ter insinuauit qđ diu gestũ est. Memor tamẽ
etiam ipse quid uellet intelligi, in eo qđ non
ait, pilatus uero dixit eis: sed ait, pilatus uero E
dicebat eis, Quid. n. mali fecit: quia si diceret,
dixit: quasi semel dictum intelligeremus.
quia uero ait, dicebat: satis intimauit intel-
ligentibus, multis modis & sæpe dictum es-
se, quousque inciperet hora sexta. Cogite-
mus ergo quam breuiter hoc dixerit Marcus
in comparatione Matthæi, quam breuiter
Matthæus in comparatione Lucæ, quam bre
uiter Lucas in comparatione Ioannis, cum
tamen alia atq; alia quisq; commemoraret,
quã deniq; breuiter ipse Ioannes in compa-
ratione rerũ quæ gestæ sunt, & morarũ cũ il
la gererenť, & sine insania resistẽdi credam*

duas horas & quidem in illo interuallo tran
sire potuisse. Quisquis autem dixerit, po-
tuisse Marcum si ita esset, eo tempore dicere
fuisse horam tertiam, quo erat hora tertia,
cum uox Iudæorum de crucifigendo domi-
no sonuisset dicere etiam quod eum tunc ip
si crucifixerunt, nimis superbè leges narrato
ribus ueritatis imponit, Sic enim potest dice
re, si hæc ipse narraret, eo modo eodemque
ordine ab omnibus debuisse narrari quo ipse
narrauit. Dignetur ergo consilio Marci Euā
gelistæ superari consilium suum, qui eo loco
id ponendum iudicauit, quo loco diuina in-
spiratione suggestum est. Recordationes.n.
eorum eius manu gubernatę sunt, qui guber
F nat aquam, sicut scriptū est, qualiter illi pla-
cuerit. Fluitat.n. humana memoria ꝑ uarias
cogitationes, nec in cuiusquam ptāte est qd
& qñ ueniat in mētem. Cum ergo illi sancti
Supra li. & ueraces uiri quasi fortuita recordationum
2.ca.21. suarum ꝑ ꝑ narrationis ordinem occultæ dei
potestati, cui nihil fortuitum est, commisis-
sent, non oportet quenquam hominum dice
re longe abiectum ab oculis Dei & longe
peregrinantem, hoc loco poni debuit, quod
valde ignorat, cur eo loco deus poni volue-
rit. Quia & si obuelatum est euangelium no-
2.Co.4. strum, ut ait Apostolus, in iis qui pereūt ob-
uelatum est: Et cum dixisset, Aliis quidem su
2.Co.2. mus odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in
mortem: subiecit statim, Et ad hæc quis ido-
neus? i. quis idoneus intelligere q̃ iuste fiat.
Quod idem dñs dicit, Ego ueni, ut qui non
vident uideant, & qui uident cæci fiant. Ipsa
Ioan.9. est.n. altitudo diuitiarum scientiæ & sapien-
tiæ Dei, qua fit ex eadem massa, aliud uas in
honorem, aliud in contumeliam. Et dr̄ carni
Rom.11. & sanguini, O homo tu quis es qui respon-
Rom.9. deas deo? Quis ergo & in hac re cognoscit
intellectum dñi, aut quis cōsiliarius illi fuit?
Rom.11. ubi sic gubernauit corda reminiscentiū euā-
gelistarum, & in Ecclesiæ fastigio tanto au-
thoritatis culmine sublimauit, ut per hæc ip-
sa quæ in eis contraria uideri possunt, multi
G excæcarentur digne traditi in concupiscen-
tias cordis sui, & in reprobum sensum, &
multi exercerentur ad elimandum pium in-
tellectum secundum occultam omnipotētis
iustitiam. Dicit.n. propheta domino, Nimis
Psal.91. ꝓfundæ factæ sunt cogitationes tuæ: vir im-

prudens non cognoscet, & stultus non intel-
liget hæc. Peto aūt & admoneo eos, qui hæc
legunt per nos adiuuante dño elaborata, ut
huius sermonis quem hoc loco interponen-
dum arbitratus sum, in oī simili qōnum dif-
ficultate meminerint, ne sæpius eadem repe-
tenda sint. Facile aūt uidebit qui sine impieta
tis duritia uoluerint attendere, q̃ opportuno
loco Marcus hoc de tertia hora posuerit: ut
quisq; ibi recordetur qua hora iudæi crucifi-
xerunt dñm, qui uolebant in Romanos uel
principes uel milites transferre ipsum faci- *Mar.15.*
nus, ubi factum ministrorum militum com-
memoratum est. Ait.n. Et crucifigentes eum
diuiserunt uestimenta eius, mittentes sortem *Ioan.16.*
super eis quis quid tolleret. Qui hoc fecerūt
nisi milites, sicut Ioannes manifestat? Ergo H
ne quisquam cogitationem tanti criminis *Mar.15.*
auersus a iudæis in milites illos conuerteret.
Erat aūt, inquit, hora tertia & crucifixerunt
eum: ut illi eum potius crucifixisse inuenian
tur, quos hora tertia ut crucifigeretur clama-
re potuisse, diligens inquisitor inueniet, cum
aduerterit hoc quod a militibus factum est, *Ioan.19.*
hora sexta factum esse. Quanquam non de-
sint qui parasceuen quam Ioannes comme-
morauit dicens, Erat aūt parasceue Paschæ,
hora fere sexta, horam diei tertiam velint in-
telligi, qua sedit Pilatus pro tribunali: ut ea-
dem tertia completa videatur, qñ crucifixus
est: atq; illo iam pendente in ligno aliæ tres
horæ peractæ sint, & reddiderit spiritum: ut
ab ea hora qua defunctus est, i. diei sexta te-
nebræ fierent vsque ad nonam. Dicunt.n. die
quidem illo quem dies sabbati sequebat pa- *Ibidem.*
rasceuen fuisse Paschæ iudæorum ꝗ ab eodē *Mat.27.*
sabbato iam inciperent azyma: sed tñ verum *Mar.15.*
Pascha quod iam in passione domini gereba *Luc.23.*
tur, non iudæorum, sed christianorum, cœ-
pisse præparari: i. parasceuen habere, ab hora
noctis nona, in eo ꝗ dominus a iudæis occi
dendus præparabatur. Parasceue quippe in-
terpretatur præparatio. Ab illa ergo nona no
ctis hora usque ad eius crucifixionem occur I
rit hora parasceues sexta, secundum Ioannē,
& hora diei tertia, secundum Marcum, ut nō
Marcus horam illam recordatam recapitu-
lando commemorauerit, qua clamarunt iu-
dæi, Crucifige crucifige, sed eam prorsus
horam tertiam dixerit, qua dominus est fixus

in ligno. Quis fidelis non huic faueat solutio
ni qõnis si modo posit aliquis articulus co-
nijci ab hora nona noctis, unde cępisse para
sceuem Paschæ nostri:i. præparationē mor-
tis Christi congruenter intelligamus? Si. n. di
camus eam cœpisse qñ a iudęis apprehensus
est dñs, adhuc noctis primæ partes erant. Si
qñ ad domum perductus est soceri Caiphæ,
vbi & auditus est à principibus sacerdotum,
adhuc gallus non cantauerat, quod ex Petri
negatione colligimus, quæ cum iam audire-
tur facta est. Si aūt qñ Pilato traditus est, iam
mane fuisse apertissime scriptum est. Restat
ergo ut intelligamus tunc cępisse istam para
sceuem Paschæ:i. præparationem mortis do-
mini, qñ responderunt oēs principes sacer-
dotum apud quos primum audiebatur & di-
Mat. 26. xerunt, Reus est mortis: quod apud Matthæū
Mar. 18. & Marcum inuenitur: ut recapitulando in-
K telligantur de Petri negatione postea dixisse,
quod antea factum erat. Non. n. absurde co-
nicitur, tpe eo quando ut dixi reum mortis
pronunciauerunt, horam nonam noctis esse
potuisse: ex qua hora usque ad horam qua
sedit Pilatus pro tribunali, quasi hora sexta
fuit, non diei, sed parasceues:i. præparationis
immolationis domini, quod uerum Pascha
est: ut plena sexta eiusdem parasceues, quæ
plena diei tertia occurrebat dominus suspen
deretur in ligno. Siue ergo hoc potius intelli
gendum eligatur, siue ꝙ Marcus ēt horam re
coluerit, eamq; maxime ad condemnationē
iudæorum in domini crucifixione comme-
morare uoluerit, qua intelliguntur clamare
potuisse ut crucifigeretur: vt ipsos potius cru
cifixisse acciperemus quam eos quorum ma
Mat. 8. nibus in ligno suspensus est. Sicut ille Cen-
Luc. 7. turio magis accessit ad dominum quam illi
amici quos misit: proculdubio quæstio solu-
ta est de hora dominicæ passionis, quæ ma-
xime solet & contentiosorum concitare im-
pudentiam, & infirmorum imperitiam per-
turbare.

De duobus latronibus cum illo crucifixis, quõ omnes concordent. Cap. XIIII.

Mat. 27. SEquitur Matthæus & dicit, Tunc cruci-
fixi sunt cum eo duo latrones: unus a
L dextris, & unus a sinistris. Et Marcus si-
militer & Lucas. Nec Ioannes aliquid facit
qõnis, quamuis latrones eos non dixerit. Ait Mar. 15.
enim, Et cum eo alios duos, hic & hinc, me- Luc. 23
dium aūt Iesum. Esset aūt q̃rium, si cum illi Ioan. 19.
dixissent, latrones, iste diceret innocentes.

De his qui domino insultauerunt, quomodo inter se consonent Matthæus, Marcus, & Lucas. Cap. XV.

SEquitur Matthęus & dicit, Prætereuntes Mat. 27.
autem blasphemabant eum, mouentes
capita sua & dicentes, Vah qui destruis
templum, & in triduo illud reædificas. Salua
temetipsum, si filius dei es descende de cru-
ce. Huic Marcus penè ad eadem uerba con- Mar. 15.
sonat. Sequitur deinde Matthæus & dicit, Si Mat. 27.
militer & principes sacerdotum illudentes
cum Scribis & seniorib. dicebāt, Alios saluos
fecit, seipsum non pōt saluum facere. Si Rex
israel est, descendat nunc de cruce & credi-
mus ei. Confidit in deum, liberet nunc eum
si uult. Dixit. n. quia filius Dei sum. Marcus &
Lucas quamuis alia uerba dicant, ad eandem Mar. 15.
tñ sīiam concinunt, cum alius prætermittit Luc. 23.
quod alius commemorat. De principibus. n.
sacerdotum quod insultauerint domino cru
cifixo pariter non tacent, quamuis seniores
tacuit Marcus, Lucas autem quia principes
dixit, nec addidit sacerdotum, magis nomi- M
ne generali omnes primates complexus est,
ut ibi possint intelligi & Scribæ & seniores.

De latronum insultatione, quomodo non repugnent Matthæus, & Marcus Lucæ, qui dicit unum eorum insultasse alium credidisse. Cap. XVI.

SEquitur Matthæus & dicit, Idipsum autē Mat. 27.
& latrones qui crucifixi erant cum eo im- Mar. 14.
properabant ei. Nec Marcus discrepat, hoc Luc. 23.
idem dicens aliis verbis. Lucas aūt pōt puta-
ri repugnare, nisi genus locutionis satis vsita
tum non obliuiscamur. Ait. n. Lucas, Vnus
aūt de iis qui pendebant latronibus blasphe-
mabat eum dicens, Si tu es Christus, saluum
fac temetipsum & nos. Et sequitur idem ipse
atq; ita contexit. Respondens aūt alter incre-
pabat illum dicēs, Neq; tu times deum, ꝙ in
eadē damnatione es. Et nos quidē iuste, nam
digna

digna factis recipimus, hic uero nihil mali
gessit. Et dicebat ad Iesum, Domine memẽ-
to mei cum ueneris in regnum tuum. Et
dicit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie me
cum eris in paradiso. Quomodo ergo sicut
Mat.27. Matthæus dicit Latrones qui crucifixi erant
A cum eo improperabant ei, Vel sicut Mar-
cus dicit, Et qui cum eo crucifixi erant,
Mar.15. conuitiabantur ei: quandoquidem unus eo
rum conuitiatus est, secũdum Lucæ testimo
nium, alter & compescuit eũ, & in dñm cre-
Luc. 23. didit, nisi intelligamus Matthæum & Marcũ
bṙ perstringentes hunc locum pluralem nu-
Heb. 11. merum pro singulari posuisse. Sicut & in epi
Dan.6. stola ad Hebræos legimus, pluraliter dictum,
& 14. Clauserunt ora leonum: cum solus Daniel si
gnificari intelligaẗ: Et pluraliter dictũ, Secti
sunt: cum de solo Esaia tradaẗ. In Psalmo etiã
Psal.2. qđ dictum est, Astiterunt reges terræ & prin
cipes conuenerunt in unum: &c. pluralẽ nu-
merum pro singulari positum, in Actib. Apo
Acto. 4. stolorum exponitur. Nã Reges p p Herodẽ,
principes p p Pilatum intellexerunt, qui te-
stimonium eiusdem Psalmi adhibuerũt. Sed
quia & Pagani solent calumniari euangelio,
videaẗ quemadmodum locuti sunt authores
eorum, Phædras, Medæas & Clytẽnestras cũ
singulę fuerint. Quid aũt uisitatius, verbi grã
q̃ ut dicat aliquis & rustici mihi insultant, ẽt
si unus insultet? Tunc.n. esset ꝯrium quod Lu
cas de uno manifestauit, si illi dixissent am-
bos latrones conuitiatos dño. Ita.n. nõ posset
B sub numero plurali unus intelligi. Cum ue-
ro dictum est, latrones: uel qui cum eo cruci
fixi erant, nec additum est ambo, non solum
si ambo fecissent posset hoc dici, sed ẽt quia
unus hoc fecit, potuit usitato locutionis mo-
do per pluralem numerũ singularis signari.

De potu aceti quomodo inter se omnes con
sentiant. Cap. XVII.

SEquitur Matthæus & dicit. A sexta autem
Mat.27. hora tenebræ factæ sunt super vniuersam
Mar.15. terram usq; ad horam nonã. Hoc & duo alij
Luc. 23. cõtestantur. Addidit aũt Lucas ẽt unde factæ
sint tenebræ: i. solem obscuratum. Sequitur
Matthæus. Et circa horam nonam clamauit
Iesus voce magna dicens, Eli, eli, lammaza-
btani: hoc est, deus meus, deus meus, vt quid
dereliquisti me? Quidam autem illic stantes
& audientes dicebant, Heliã uocat iste. Mar- Mar.15.
cus penẽ ad eadẽ verba, ad eandem tñ sñiam,
non penẽ sed oĩno consentit. Sequitur Mat-
thæus. Et continuo currens unus ex eis acce Mat.27.
ptã spongiã impleuit aceto & imposuit arun
dini, & dabat ei bibere. Sic & Marcus dicit, Mat.15.
Currens aũt unus & implens spongiã aceto
circumponensq; calamo, potum dabat ei di-
cens, Sinite uideamus si ueniat Helias ad de-
ponendum eum. Quod quidem de Helia, nõ
ipsum qui obtulit spongiam cum aceto, sed C
cæteros dixisse Matthæus narrauit. Ait enim, Mat.27.
Cæteri uero dicebant, Sine uideamus an ue-
niat Helias, liberans eum: unde intelligimus
& illum cæteros hoc dixisse. Lucas aũt anteq̃
de latronis insultatione narraret, hoc de ace-
to ita commemorauit. Illudebant autẽ ei &
milites accedentes & acetum offerentes illi Luc. 23.
dicentes, Si tu es rex iudæorum saluũ te fac.
Semel complecti uoluit quod a militib. factũ
& dictum est. Vbi mouere non debet, quod
nisi unum eorum dicit acetum obtulisse. Ge
nus.n. locutionis tenuit, de quo supra tracta-
uimus, pluralem pro singulari ponens. Hoc
aũt de aceto ẽt Ioannes commemorauit, ubi
ait, Postea sciens Iesus, quia iam oĩa consum
mata sunt, ut consummareẗ scriptura, dixit
Sitio. Vas autẽ positum erat aceto plenũ. Illi Ioan. 19.
autem spongiam plenam aceto hyssopo cir-
cumponentes obtulerunt ori eius. Sed quòd
apud eundem ioannem inuenitur dixisse, Si
tio: & quia uas ibi erat aceto plenũ, non mi-
rum est si cæteri tacuerunt.

De uocibus domini quas continuo moritu-
rus emisit, quomodo non repugnent mat
thæus & marcus Lucæ, & ipsi tres Ioanni.
Cap. 18.

SEquitur matthæus. Iesus aũt iterum cla- D
mans uoce magna emisit spiritum. Marcus Mat.27.
similiter, Iesus autem emissa uoce magna ex Mar.15.
pirauit. Lucas aũt quid ipsa uoce magna di- Luc. 23.
xerit, declarauit. Dixit.n. Et exclamans uoce
magna Iesus ait, Pater in manus tuas cõmen
do spiritum meum, & hæc dicens, expirauit.
Ioannes uero sicut tacuit illam uocẽ primã,
Eli, eli, q̃ matthæus & marcus retulerũt, ta-
cuit ẽt istam q̃ Lucas solus commemorauit,

illi autẽ duo noĩe vocis magnæ significauerunt: i. pater in manus tuas commendo spiritum meum: qđ eum uoce magna dixisse & ipse Lucas similiter attestatus est, vt intelligeremus hanc fuisse vocem magnam q̃. Matthæus & Marcus commemorauerunt. Sed dicit Ioannes ꝗ nullus illorum trium dicit
Ioan.19. eum dixisse, Consummatum est: cum acetũ accepisset, qđ eum ante ipsam vocẽ magnã dixisse intelligimus, Hæc sunt. n, verba Ioannis, Cum ergo accepisset Iesus acetũ, dixit,
Ioan.19. Consummatum est: Et inclinato capite tradidit spm̃. Inter illud qđ ait, consummatum est: & illud qđ ait, Et inclinato capite tradidit spm̃: emissa est illa uox magna q̃. tacuit iste, cæteri aũt tres commemorauerunt. Hoc .n. apparet esse ordinis, vt ante diceret, Con-
E summatum est: cum perfectum in illo esset qđ de illo prophetatum erat: & tanq̃. ad hoc expectaret, qui utiq; cum uellet moreretur, deinde commendans tradidit spm̃. Sed quouis ordine q̃libet arbitreẽ dici potuisse, hoc magnopere cauendum est, ne cui uideaẽ q̃. s̃q̃. euãgelistarũ alteri repugnare, si vel tacuit, quod alius dixit, aut dixit quod alius tacuit.

De scissione ueli, quomodo non dissentiant Matthæus & Marcus a Luca quo ordine factum sit. Cap. 19.

Mat.29. *Mar.15.* *Luc. 23.* SEquitur Matthæus, Et ecce uelum templi scissum est in duas partes, a summo vsque deorsum. Et Marcus sic, Et uelum templi scissum est in duo, a sursum vsq; deorsum. Lucas aũt similiter hoc ait, Et uelum tẽpli scissum est medium: sed non eodẽ ordine. Volens. n. miraculũ miraculo adiungere, cum dixisset, Sol obscuratus est: continuo subiungendum existimauit, Et velum templi scissum est medium: præoccupans uidelicet ꝗ expirante dño factum est, vt deinde recapitulans exequeretur & de potu aceti, & de illa uoce magna, & de ipsa morte, quæ ante scissionem veli post
F tenebras facta intelliguntur. Matthæus enim qui cum dixisset. Iesus aũt iterum clamans voce magna, emisit spm̃, continuo subiecit. Et ecce uelũ templi scissum est: satis expres-
Mat.27. sit tunc esse scissum, cũ Iesus emisisset spm̃. Si aũt non addidisset, Et ecce: sed simpliciter dixisset, Et uelum templi scissum est: incertũ esset utrum ipse & Marcus hoc recapitulando commemorasient, Lucas autem ordinem tenuisset: an Lucas recapitulasset quod illi ordine posuissent.

De admiratione Centurionis & eorũ qui cũ illo erant, quõ inter se consentiant Matthæus, Marcus, & Lucas. Cap. 20.

SEquitur Matthæus, Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, & exeuntes de monumẽtis post resurrectionẽ eius uenerunt in sanctã ciuitatem & apparuerunt multis. Hæc quę solus dixit non est metuendum ne cui q̃. cæterorum repugnare uideanẽ. Sequiẽ idem ipse, Centurio aũt & qui cũ eo erãt custodientes Iesum, uiso terræmotu & ijs q̃ fiebant, timuerũt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste. Marcus sic, Videns aũt Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait, Vere hõ hic filius dei erat. Lucas sic, Videns aũt Cẽturio qđ factum fuerat, glorificauit deũ dicẽs, Vere hic hõ iustus erat. Non est ɔ̃rium, quod Matthæus uiso terræmotu dicit admiratum Centurionem, & eos qui cum illo erant, cũ Lucas dicat hoc eum admiratum, ꝗ emissa illa uoce expirasset, oñdens q̃. in ptãte habuerit qñ morereẽ. In eo quippe qđ idem Matthæus non solum dixit, uiso terræmotu: sed ẽt addidit, & iis quæ facta erant: integrum locum fuisse demonstrauit Lucæ, ut diceret Cẽturionẽ ipsam dñi mortem fuisse miratum, quia & hæc inter illa est q̃ tũc mirabiliter facta erant. Quanq̃. & si Matthæus illud nõ addisset, intelligendũ erat, cũ multa miranda facta fuerint, & oĩa Centurio, & qui cũ eo erãt mirari potuerint, liberũ fuisse narrantib. qđ quisq; illum miratum commemorare uoluisset. Nec eos sibi repugnare cum alius illud, alius illud diceret fuisse miratum, qñ oĩa fuerat ille miratus. Quod aũt alius ait, Centurionem dixisse, Vere filius dei erat iste: alius autem, Vere hõ hic filius dei erat: non mouebit eum cui non exciderũt tam multa superius, similiter dicta & exposita. Ad unam quippe sñiam utraq; uerba concurrunt, nec qđ alius tacuit, hõ, alius dixit, ullo mõ ɔ̃rium est magis ꝗ Lucas non ait, Centurionum dixisse, filius

filius dei erat: sed, iustus erat: pt putari diuersum: sed vel vtrunq; dictum a Centurione intelligere debemus, & aliud illos, aliud istũ commemorasse: vel fortasse Lucã exprimere uoluisse sententiã Centurionis, quõ dixerit Iesum filium dei. Forte .n. non eũ vnigenitũ æqualem patri Centurio intellexerat, sed iõ filium dei dixerat, quia iustũ crediderat, sicut multi iusti dicti sunt filij Dei. Qđ aũt etiam ipse Lucas dicit, Videns aũt Centurio quod factum erat: in eo genere inclusit omnia quæ in illa hora mirabiliter facta erãt, tãquã unũ mirabile factũ commemorans, cuius quasi mẽbra & partes erant omnia illa miranda: Iã uero quod Matthæus addidit, eos qui cũ Cẽturione erant: alij aũt hoc tacuerũt, cui nõ appareat ex notisßima regula non esse contrarium, cum alius dicit qđ alius tacet? Et quod Matthæus dixit, timuerunt ualde: Lucas autẽ nõ dixit, timuit: sed, glorificauit Deum: quis non eum intelligat timendo glorificasse?

Luc. 13.
Mat. 27.
I
Mat. 27.
Luc. 23.

De mulieribus quæ ibi stabant, quomodo Matthæus, Marcus, & Lucas, qui dixerunt eas longè stetisse, non repugnent Ioãni qui nominauit vnam earum stetisse iuxta crucem. Cap. XXI.

Mat. 27.

SEquit Matthæus, Erant aũt ibi mulieres multæ a longe, quæ secutę erant Iesum a Galilæa ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & ioseph mater, & mater filiorũ Zebedęi. Marcus sic, Erãt aũt mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene & Maria iacobi minoris & ioseph mater, & Salome, & cũ esset in Galilæa sequebantur eũ, & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ simul cũ eo ascẽderãt Hierosolymam. Inter hos nihil video quod contrarium posit putari. Quid .n. interest ad veritatẽ ꝙ quasdã mulieres pariter, quasdã singuli nominauerũt? Lucas quoq; ita narrationẽ cõtexit, Et oĩs turba eorũ q̃ simul aderãt ad spectaculũ istud, & uidebãt q̃ fiebãt, pcutiẽtes pectora sua reuertebãtur. Stabant autẽ oẽs noti eius a lõge, & mulieres, quæ secutæ erãt eũ a Galilæa hæc videntes. Vñ superioribus duob. de mulierum præsentia satis consentit, quãuis nullam earũ nominatim exprimat. De turba etiã, q̃ simul aderat, & uidẽtes

Mar. 15.
Luc. 23.
K

quę fiebãt, tundebãt pectora sua & reuertebãtur: consentit matthæus, quãuis seorsum adnexuerit, Centurio ãt & qui cũ eo erant. Quap p tantummõ de notis eius q̃ stabant a longe solus inuenitur dixisse, Nã & ioannes cõmemorauit de pſentia fęminarũ antequã dñs emisisset spiritũ, ita narrans, Stabat autẽ iuxta crucẽ Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cũ uidisset ergo Iesus matrẽ & discipulum stantẽ quẽ diligebat, dicit matri suæ, mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suã. Qua in re nisi apertisßime matthęus quoq; & marcus Mariã Magdalenã nominassent, possemus dicere, alias a longe, alias iuxta crucẽ fuisse. Nullus .n. eorũ pter ioannem matrẽ dñi cõmemorauit. Nunc ergo qũo intelligitur eadẽ Maria Magdalene, & a longe stetisse cũ alijs mulieribus, sicut Matthęus & Marcus dicunt, & iuxta crucẽ fuisse, sicut ioannes dicit: nisi q̃a in tanto interuallo erant, vt & iuxta dici possent, quia in conspectu eius pręsto aderant, & a longe in cõparatione turbę propinquius circunstãtis cũ Centurione & militib. Possumus ẽt intelligere, ꝙ illæ quę simul aderant cum matre dñi, postq̃ eã discipulo cõmendauit, abire iam cœperant, ut a densitate turbæ se exuerent & cætera, quæ facta sunt longius intueretur: ut cęteri Euãgelistæ qui post mortem dñi eas cõmemorauerunt, iam longe stantes commemorarent.

mat. 27.
Ioan. 19.
L

De ioseph qui corpus domini petiuit a Pilato, quomodo omnes consentiant, & quomodo a se ipso ioannes non dissentiat. Cap. XXII.

SEquitur Matthæus. Cum sero aũt factum esset, uenit quidam homo diues ab Arimathia nomine ioseph, q̃ & ipse discipulus erat Iesu. Hic accesßit ad Pilatũ & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iusßit reddi corpus Iesu. Marcus sic, Et cũ iam sero esset factũ, q̃a erat Parasceue, qđ est ante sabbatũ, uenit ioseph ab Arimathia nobilis decurio, q̃ & ipse erat expectans regnum dei, Et audacter introiuit ad Pilatum & petiit corpus Iesu. Pilatus autẽ mirabatur si iam obisset. Et accersito Centurione interrogauit eum si iam mortuus eẽt.

Mat. 27.
Mar. 15.
M

Et

Et cum cognouisset a Centurione, donauit
Luc.23. corpus ioseph. Lucas sic, Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio, vir bonus & iustus, hic nõ consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate iudææ, qui ex pectabat & ipse regnum Dei, hic accessit ad
Ioan.19. Pilatum & petijt corpus Iesu. Ioannes ãt posteaquam narrauit de crurib. fractis eorum qui cum dño crucifixi erant, & de latere dñi lancea percusso, quod totum solus dixit, sic iũgit ẽt ioseph cõsentiens cæteris ita narrãs. Post hæc autem rogauit Pilatum ioseph ab Arimathia eo ꝙ esset discipulus Iesu, occultus autem ꝑ metum iudæorum, ut tolleret corpus Iesu: Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. In hoc nihil extat ĩ quo aliquis eorũ alicui repugnare videatur. Sed aliquis forsitan quærat, qũo a semetipso Ioã-
Ioan.19. nes ipse non discrepet, contestans cum cæteris ꝙ ioseph petierit corpus Iesu, & solus dicens, ꝙ occultus fuisset discipulus dñi propter metu Iudęorum. Merito enim mouet, cur ille qui propter timorem occultus discipulus erat, ausus sit petere corpus eius, quod nullus eorũ qui eum palã sequebantur aude
A ret. Sed intelligendum est, istum fiducia dignitatis hoc fecisse, qua prędịtus poterat familiariter intrare ad Pilatum. In extremo autem illo officio funeri exhibendo minus curasse de iudæis, quamuis soleret in domino audiendo eorum * inimicitias deuitare.

De sepultura eius, quomodo tres a Ioanne non dissentiant. Cap. 23.

Mat.27. SEquitur Matthęus. Et accepto corpore ioseph, inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumẽto suo nouo qđ exciderat in petra. Et aduoluit saxũ magnũ ad
Mar.15 hostiũ monumẽti, & abijt. Marcus sic, ioseph aũt mercatus sindonẽ, & deponẽs eum inuoluit sindone, & posuit eũ in monumẽto qđ erat excisum de petra, & aduoluit lapidẽ ad
Luc.23. hostiũ monumenti. Lucas sic, Et depositũ inuoluit in sindone, & posuit eũ in monumẽto exciso in quo nõdũ quisquã positus fuerat. Ex his trib. nulla qõ dissensionis oriri pt. Ioãnes ãt sepulturam dñi, non a solo ioseph, sed a Nicodemo quoq; curatam fuisse cõmemorat. Consequenter. n. a Nicodemo incipiens, ita narrat, Venit aũt & Nicodemus q̃ uene- Ioan.19.
rat ad Iesum nocte primũ, ferens mixturam B
myrrhæ & aloes quasi libras cẽtũ. Deinde sequit̃ adiũgens ipsum ioseph & dicit, Accepe runt ergo corpus Iesu, & ligauerũt eũ linteis cũ aromatibus, sicut mos iudæis est sepelire. Erat aũt in loco ubi crucifixus est hortus, & in horto monumentũ nouũ in quo nondum quisquã positus erat. Ibi ergo ꝑ parasceuẽ iudæorum, quia iuxta erat monumentũ posuerunt iesum. Neq; hic aliquid repugnat recte intelligentibus. Neq;. n. illi qui de Nicodemo tacuerunt, affirmauerunt a solo ioseph dñm sepultũ, quãuis solius cõmemorationẽ fecerint: aut quia illi una sindone a ioseph in uolutũ dixerũt, propterea prohibuerunt intelligi & alia lintea potuisse afferri a Nicodemo & superaddi: vt verũ narraret Ioãnes, qđ nõ uno linteo, sed linteis inuolutus sit: quãuis & ꝑ sudariũ qđ capiti adhibebat̃, & institas quib. totũ corpus alligatũ est, q̃a oĩa de lino erant, etiã si una sindon ibi fuit, uerissime dici potuit, ligauerũt eum linteis. Lintea quippe generaliter dñr quæ lino texuntur.

De his quæ circa tempus resurrectionis domini facta sunt quemadmodum oẽs non inter se dissentiant. Cap. 24. C

SEquitur Matthæus, Erat autem Maria Magdalene & altera Maria sedentes cõtra sepulchrum. Quod Marcus ita dicit, Maria au- Mat.27.
tem Magdalene & Maria ioseph aspiciebant Mar.15
vbi poneretur. Vnde nihil eos ex hoc dissentire manifestum est. Sequitur Matthæus, Al- Mat.27.
tera autem die quæ est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum dicentes. Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens, Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque ad diem tertium, ne forte ueniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi, surrexit a mortuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis. Illi aũt abeũtes munierunt sepulchrum signãtes lapidem cũ custodibus. Hoc solus Matthæus narrat, nullo aliorum narrante aliquid quod huic uideatur esse contrarium. Deinde sequitur idem Matthæus & dicit, Vespere autem

Mat. 28. sabbati quæ lucescit in prima sabbati, uenit Maria Magdalene & altera Maria uidere sepulchrum. Et ecce terręmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de cęlo, & accedens reuoluit lapidem & sedebat super eũ. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & uestiméta eius sicut nix. Præ timore aũt eius exterriti sunt custodes, & facti sunt uelut mortui. Respondens autem angelus, dixit mulieribus, Nolite timere uos. Scio. n. quod Iesum qui crucifixus est quæritis. Non est hic, surrexit enim sicut dixit, Venite & uidete locum ubi positus erat dñs. Et cito eũtes dicite discipulis eius, quia surrexit, & ecce præcedit uos in Galilæam, Ibi eum uidebitis: ecce prædixi uobis. Huic Marcus consonat. Sed potest mouere quõ ſm Matthæum, angelus super lapidem sedebat reuolutum a monumento. Marcus. n. introeuntes eas in monumentnm dicit uidisse iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida, & obstupuisse; nisi intelligamus aut Matthæum tacuisse de illo angelo quem intrantes uiderunt: Marcus uero de illo tacuisse quẽ foris uiderunt sedenté super lapidem: vt duos uiderint, & a duob. singillatim audierint quę dixerunt angeli de Iesu: prius ab illo quẽ foris viderunt sedenté super lapidẽ, deinde ab illo quẽ uiderunt intrantes in monumentũ sedẽtem a dextris, quò ut intrarent, illius qui foris sedebat uerbis exhortatæ sunt dicẽtis, Venite & videte locũ ubi positus erat dñs. Quò venientes ut dictum est, & intrantes uiderũt eum de quo Matthæus tacet, Marcus autem loquitur, sedentem a dextris, a quo talia similiter audierunt. Aut certe intrantes in monumentũ in aliqua septa maceriæ debemus accipere qua communitum locum tunc fuisse credibile est in aliquo spacio ante petrã, qua excisa locus fact⁹ fuerat sepulturæ: vt ipsum viderint in eodẽ spacio sedẽtẽ a dextris, quẽ dicit Matthæus sedentẽ super lapidem quem terræmotus ab ostio monumenti reuoluerat .i. a loco sepulchri, quod effossum erat in petra. Item quæri põt quemadmodũ Marcus dicat, At illæ exeuntes fugerunt de monumento: inuaserat. n. eas timor & pauor, & nemini quicq̃ dixerunt, timebant. n. cũ dicat Matth. Et exierunt cito de monumẽto cũ timore, & gaudio magno, currẽtes nunciare discipulis

Marginal notes (left): D (beside "lo, & accedens"); Mar. 16. (beside "ce præcedit uos"); Mat. 28. (beside "tis: ecce prædixi"); Mar. 16. (beside "nat. Sed potest"); E (beside "quẽ uiderunt intrantes"); Mar. 16. (beside "dicit Matthæus sedentẽ"); Mat. 28. (beside "terræmotus ab ostio").

eius: nisi intelligamus ipsorum angelorũ nemini ausas fuisse aliquid dicere .i. rñdere ad ea quæ ab illis audierant, aut certe custodib. quos iacentes uiderunt. Nã illud gaudiũ qđ Matthæus cõmemorat, non repugnat timori de quo Marcus dicit, Debuimus. n. vtrunque in illarum aĩo factũ intelligere, ẽt si ipse Matthæus de timore non diceret. Cũ vero & ipse dicat, Exierunt cito de monumento cũ timore & gaudio magno: nihil ex hac re qõnis remanere ꝑmittit. De hora quoq; ipsa qua uenerunt mulieres ad monumentũ, non contẽnenda exorit qõ. Cum. n. Matthæus dicat, Vespere aũt sabbati q̃ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene & altera Maria uidere sepulchrum: Quid est qđ dicit Marcus, Et valde mane una sabbatorũ ueniũt ad monumentũ oriente iã sole? In quo quidẽ a cęteris duobus, i. Luca & Ioãne nõ discrepat. Quod .n. dicit Lucas, Valde diluculo: & Ioãnes, mane cum adhuc tenebrę essent: hoc intelligit Marcus dicere, ualde mane oriente iã sole: i. cũ cœlum ab Orientis parte iam albesceret, qđ non fit utiq; nisi solis orientis uicinitate. Eius. n. est ille fulgor qui nomine auroræ appellari solet, iõ non repugnat illi qui ait, Cũ adhuc tenebræ essent. Die quippe surgente aliquæ reliquiæ tenebrarũ, tanto magis extenuantur, quanto magis oritur lux. Nec sic accipiendum est quod ait. Valde mane: tanquã sol ipse uideretur iam super terras: sed potius sicut dicere solemus eis quibus uolumus significare tẽporius aliquid faciendum: Cũ. n. dixerimus, mane, ne putent iã sole supra terram conspicuo nos dicere, ad hoc plerunque addimus, ualde mane: vt illud quod ẽt albescente vocantur intelligant: quanq̃ & hoc vsitatum sit, ut post gallicantum sæpe repetitum cum coniectari homines cœperint diẽ iam propinquare, dicant, iam mane est: Et cũ post hoc uerbum attenderint, & iam oriente .i. iam de proximo adueniente in has partes sole, cœlũ rubescere uel albescere uiderint, addant qui dicebant, mane est, & dicant, ualde mane est. Quid autem interest dum siue illo siue isto modo nihil aliud intelligamus a Marco appellatum, mane, nisi quòd Lucas appellauit, diluculum: & hoc ualde mane, quod ille ualde diluculo, & quod Ioannes, mane, cum adhuc tenebræ essent, sole autem

Marginal notes (right): F (beside "Matthæus cõmemorat"); Mat. 28. (beside "dicat, Exierunt cito"); Mar. 16. (beside "mentũ oriente iã sole"); Luc. 24. (beside "ne cum adhuc tenebrę"); Ioan. 20. (beside "Marcus dicere").

H iam oriente.i. ortu suo iam cęlum illumina-
re incipiente. Quõ ergo his tribus congruat
Matthæus, q̃ nec diluculo, nec mane, sed ve-
spere ait sabbati quæ lucescit in prima sabba
ti: attentius indagandum est. A parte quippe
prima noctis quæ est uespera, ipsam noctem
voluit signare Matthæus, cuius noctis fine ve
nerunt mulieres ad monumentum. Ea uero
cã intelligitur eãdem noctem sic appellasse,
quia iã a vespere licebat afferre aromata, tran
sacto utiq; sabbato. Ergo qm̃ sabbato impe-
diebantur, ut non ante facerent, ab eo tp̃e no
minauit noctem, ex quo eis licere cœpit ut
facerent quodcunq; vellent tp̃e eiusdem no
ctis. Sic itaq; dictũ est, uespere sabbati: ac si di
ceret, nocte sabbati.i. nocte quæ sequit̃ diem
sabbati: quod ipsa uerba eius satis indicant.
Sic.n. ait, Vespere aũt sabbati, quæ lucescit in
prima sabbati: qđ fieri non põt si tm̃mõ pri-
mam noctis particulam, i. solum initium no
ctis intellexerimus dicto uespere significatũ,
Neque.n. ipsum initiũ lucescit in prima sab-
bati, sed ipsa nox quę luce incipit terminari.
Nam terminus primę partis noctis, secundæ
partis initium est, lux aũt terminus totius no
ctis est. Vnde non põt dici uespere lucescens
in prima sabbati, nisi nomine uesperi nox ip
I sa intelligat̃ quam lux terminat. Et usitatus
loquendi modus diuinæ scripturę est, a parte
totum significare. A vespere ergo noctem si-
gnificauit, cuius extremum est diluculũ. Di-
luculo.n. uenerunt illæ mulieres ad monu-
mentum. Ac per hoc ea nocte uenerunt quæ
significata est nomine vesperi. Tota.n. signifi
cata est eo nomine, vt dixi, & iõ quacunque
eius noctis parte uenissent, ea utiq; nocte ue
nissent. Cum ergo uenerũt parte eius noctis
extrema, ea proculdubio nocte uenerũt. Ve-
spere aũt quæ lucescit in prima sabbati, non
põt nisi tota ipsa nox intelligi. Eo igit̃ vespe-
re uenerunt, quæ ipsa nocte uenerunt. Ipsa
aũt nocte venerunt quæ noctis ipsius quãuis
extrema parte uenerunt. Nam & ipsum tri-
duum quo dñs mortuus est & resurrexit, nisi
isto loquendi modo, quo a parte totum dici
solet, recte intelligi nõ põt. Hinc magna red-
Mat.12. ditur ratio verbi dñi. Ipse quippe ait, Sicut.n.
Ionas fuit in uentre Ceti tribus dieb. & trib.
noctibus: sic erit filius hominis in corde ter-
ræ trib. dieb. & tribus noctib. Computentur
aũt tp̃a, siue ex quo tradidit spm̃, siue ex quo
sepultus est, & nõ occurrit ad liquidum nisi
ad medium diem, hoc est ut sabbatum totũ
diem accipiamus, i. cum sua nocte: illos autẽ
qui eum in medio posuerunt, i. parasceuem,
& primam sabbati, quem diem dñicum dici- K
mus, a parte totum intelligamus. Quid.n. iu-
uat ꝙ quidam his angustiis coarctati, & istũ
locutionis modum, i. a parte totum in sancta
rum scripturarum soluendis qõnib. plurimũ
valere nescientes, noctem uoluerunt annu-
merare tres illas horas a sexta usq; ad nonã,
quibus sol obscuratus est, & diem tres horas
alias, quib. iterum terris est redditus, i. a nona
vsq; ad ei⁹ occasum? Sequit̃.n. nox futuri sab
bati, quia cum suo die computata, erunt iam
duæ noctes & duo dies. Porro autem post sab
batum sequit̃ nox primi sabbati, i. illucescen
tis diei dominicæ, in qua tunc dñs resurre-
xit. Erunt ergo duæ noctes & duo dies, & v-
na nox: ẽt si tota posset intelligi, nec ostende-
remus quod illud diluculum pars eius extre
ma sit. Quapropter nec anumeratis illis sex
horis quarum trib. sol contenebratus est &
tribus eluxit, constabit ratio trium dierum &
trium noctiũ. Restat ergo ut illo scripturarũ
vsitatissimo loquendi modo, quo a parte totũ
intelligit̃, inueniamus extremum diem tem
pus parasceues quo crucifixus & sepultus est
dñs, & ex ipsa extrema parte totum diẽ cum
sua nocte, qui iã peractus fuerat accipiamus:
mediũ vero, i. sabbati diem, non a parte, sed
tertiũ rursus a parte sua prima, i. a nocte totũ L
cũ suo diurno tp̃e: ac si erit triduũ, quemad-
modũ illi octo dies post quos ascendit in mõ
tẽ, quorũ medios integros attendentes Mat-
thæus & Marcus, dixerunt, Post sex dies: qđ *Mat.17.*
Lucas dixerit, Post octo dies. Nunc iã cætera *Marc.9.*
videamus, quẽadmodũ Matthæo congruant. *Luc.9.*
Lucas.n. apertissime duos angelos dicit visos
fuisse a mulierib. quæ venerunt ad monumẽ
tũ, quorũ singulos intellexeramus comme- *Luc. 24.*
moratos a duobus: unum a Matthæo, i. illum
qui extra monumentũ sedebat in lapide, alte
rum a Marco, i. illum qui intra monumentũ
sedebat a dextris. Sed Lucas ita narrat, Et dies *Mat.28.*
parasceues, & sabbatũ illucescebat. Subsecu- *Mar.16.*
tæ aũt mulieres q̃ cum ipso uenerant de Gali
læa uiderunt monumentũ, & quemadmodũ *Luc. 23.*
positũ erat corpus eius, & reuertentes para-

uerũt aromata & unguenta: sed sabbato quidem siluerunt ₰m mandatũ, Vna aũt sabbati, valde diluculo, venerunt ad monumentum portantes quæ parauerant aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum a monumento, & ingressæ non inuenerunt corpus dñi Iesu. Et factum est dũ mente cõsternatæ essent de isto, ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste fulgenti. Cũ timerent autẽ & declinarẽt vultũ in terrã, dixerunt ad illas, Quid quæritis, uiuentẽ cũ mortuis? Nõ est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cũ adhuc in Galilæa esset, dicens, Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum pctõrum, & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt, uerborum eius, & regressæ a monumẽto nunciauerũt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Qũo ergo singuli uisi sunt sedentes, vnus ₰m Matthæum, foris super lapidem, & alter ₰m Marcum intus a dextris: cũ ₰m Lucã duo steterũt secus illas, quãuis similia dixerint? Possumus quidẽ adhuc intelligere vnum angelum uisum a mulieribus, & ₰m Matthæum, & ₰m Marcum, sicut supra diximus: vt eas ingressas in monumentum sic accipiamus, in aliquod.s. spacium quod erat in aliqua materia cõmunitũ, ut intrari posset ante illũ saxeum sepulchri locum, atq; ibi uidisse angelũ sedẽtẽ supra lapidem reuolutum a monumento, sicut dicit Matthæus, ut hoc sit sedentem a dextris quod dicit Marcus: deinde intus ab eis dũ inspicerent locum in quo iacebat corpus dñi, visos alios duos angelos stãtes sicut dicit Lucas, similia locutos ad earum exhortandũ animum & ędificandam fidem. Sed uideamus & illa quæ Ioannes dicit, vtrum vel quemadmodum his congruant. Sic ergo narrat Ioannes, Vna autem sabbati Maria Magdalene venit mane cũ adhuc tenebrę essent ad monumentũ, & uidit lapidẽ sublatũ a monumẽto. Cucurrit ergo & uenit ad Simonem Petrũ, & ad aliũ discipulũ quẽ amabat Iesus, & dicit eis, Tulerunt dñm de monumento, & nescimus ubi posuerũt eum. Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerũt ad monumentũ. Currebant aũt duo simul, & ille alius discipulus, præcucurrit citius Petro, & uenit primus ad monumẽtũ. Et cum se inclinasset, uidit posita linteamina, nõ tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eũ, & introiuit in monumẽtũ, & uidit linteamina posita & sudariũ quod fuerat super caput eius nõ cũ linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in uno loco. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui uenerat primus ad monumentum & uidit & credidit. Nondum.n. sciebat scripturas, quia oportebat eũ a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterũ ad semetipsos discipuli. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dũ ergo fleret inclinauit se & prospexit in monumẽtum, & uidit duos angelos in albis sedẽtes, vnũ ad caput, & unũ ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu, Dicũt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis, Quia tulerũt dñm meũ & nescio ubi posuerunt eũ. Hęc cũ dixisset, cõuersa est retrorsum, & uidit Iesum stantẽ, & non sciebat q̃a Iesus est. Dicit ei Iesus, Mulier quid ploras? quẽ quæris? Illa existimans, q̃a hortulanus esset, dicit ei, Dñe si tu sustulisti eum dicito mihi, ubi posuisti eum, & ego eũ tollam. Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei Iesus. Noli me tangere: nondum .n. ascendi ad patrem meum. Vade aũt ad fratres meos, & dic eis, Ascẽdo ad patrẽ meum & patrẽ uestrũ, Deũ meũ & Deũ vestrum. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis, quia uidi dñm, & hæc dixit mihi. In hac Ioannis narratione dies uel tempus quo uẽtum est ad monumẽtum cum cæteris cõuenit. Illud etiam ꝙ duo angeli uisi sunt concordat cum Luca. Sed ꝙ ille stantes dicit angelos uisos, iste aũt sedentes, &c. quæ illi non dicunt, quomodo hinc possint intelligi non discrepare a cæteris, & quo ordine gesta sint, nisi diligenter considerentur, repugnantia possunt uideri. Quapropter hæc omnia quæ circa tẽpus resurrectionis domini facta sunt, ₰m omnium Euangelistarum testimonia in unam quandam narrationem, quantum nos dominus adiuuerit queadmodũ geri potuerint ordinemus. Prima sabbati diluculo, sicut oẽs cõsentiunt, vẽtum est ad monumentũ. Iam factũ erat quod solus Matthæus commemorat de terremotu & lapide reuoluto conterritisq; custodibus, ita ut in parte aliqua uelut mortui iacerent. Venit autem, sicut Ioannes dicit, Maria Magdalene sine dubio cum cæteris mulieribus,

Margin notes: Luc. 24. M; Mat. 18. Mar. 16 Luc. 24.; A; Ioan. 20.; B; C; Luc. 24.

quę dño ministrauerãt plurimum dilectione feruentior, vt non immerito Ioannes solam commemoraret, tacitis eis quæ cũ illa fuerũt sicut alii testantur. Venit ergo & vt vidit lapidem sublatum a monumento, antequã aliq̃d
D diligentius inspiceret, non dubitans ablatum inde esse corpus Iesu, cucurrit, sicut dicit idẽ Ioannes, & nunciauit Petro atq; ipsi Ioanni. Ipse est.n. discipulus quem amabat Iesus. At illi currere cœperunt ad monumentum, & præueniens Ioannes inclinauit se & uidit posita linteamina, nec intrauit. Petrus aũt cõsecutus intrauit in monumentum, & uidit linteamina posita, & sudariũ quod fuerat super caput eius, non cũ linteaminib. positum sed separatim inuolutum. Deinde & Ioãnes intrauit, & uidit similiter, & credidit quod Maria dixerat sublatũ esse dñm de monumento. Nondũ.n. sciebat, scripturã, q̃a oportebat eũ a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterũ ad semetipsos discipuli. Maria aũt stabat ad monumentum foris plorans: id est, ante illũ saxei sepulchri locum, sed tñ intra illud spaciũ q̃d iam ingressæ fuerãt. hortus quippe illic
Ioan. 19. erat sicut idẽ Ioannes cõmemorat. Tũc viderunt angelum sedentẽ a dextris sup̃ lapidem reuolutũ a monumento, de quo angelo nar-
Mat. 28. rant Matthæus & Marcus. Tũc eis dixit, Noli te timere uos, scio.n. ꝙ Iesum qui crucifixus est q̃ritis, Nõ est hic, surrexit.n. sicut dixit, ve-
E nite & videte locũ ubi positus erat dñs. Et cito eũtes dicite discipulis eius quia surrexit,
Mar. 16. & ecce præcedet uos in Galileã: ibi eũ uidebitis, ecce prædixi uobis. Quib. similia Marcus quoq; nõ tacuit. Ad hæc verba Maria dũ fle-
Ioan. 20. ret inclinauit se & prospexit in monumẽtũ, & uidit duos angelos, sicut dicit Ioãnes, in albis sedẽtes: vnũ ad caput, & vnum ad pedes, ubi positũ fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi, mulier q̃d ploras? Dicit eis, Quia tulerũt dominũ meũ & nescio vbi posuerũt eũ. Hinc intelligẽdi sunt surrexisse angeli, vt ẽt stãtes ui-
Luc. 23. derent, sicut eos Lucas uisos fuisse cõmemorat, & dixisse ₰m eũdẽ Lucã, timentib. mulieribus & vultũ in terrã declinãtibus, Quid q̃ritis viuẽtẽ cũ mortuis? Nõ est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est uobis, cũ adhuc in Galilæa esset, dicẽs, Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorũ, & crucifigi, & die tertia resurgere a mortuis. Et recordatæ sunt verborum eius.
Post hæc cõuersa est retrorsum Maria, & vidit Iesum stantẽ, sicut dicit Ioãnes, & nõ scie *Ioan. 20.*
bat, quia Iesus est. Dicit ei Iesus, Mulier quid F
ploras? quem quęris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei, Dñe si tu sustulisti eũ, dicito mihi ubi posuisti eũ, & ego eũ tollã. Dicit ei Iesus, Maria. Cõuersa illa dicit ei, Rabboni quod dicitur magister. Dicit ei Iesus, Noli me tãgere, nondum.n. ascendi ad patrẽ meum. Vade aũt ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrẽ meũ & patrẽ vestrũ, deum meum & Deum vestrum. Tunc egressa est a monumẽto: hoc est, ab illo loco vbi erat horti spatiũ ante lapidẽ effossum. Et cũ illa aliæ,
quas ₰m Marcũ inuaserat tremor & pauor, *Mar. 19.*
& nemini quicquam dicebant. Tunc iam ₰m
Matthæũ, Ecce Iesus occurrit illis dicẽs, aue *Mat. 28.*
te. Illæ ãt accesserunt & tenuerũt pedes eius, & adorauerunt. Sic.n. colligimus, & angelorũ allocutionẽ bis numero eas habuisse, venientes ad monumentũ, & ipsius dñi: semel, scilicet illic q̃n Maria hortulanũ putauit, & nunc iterũ cum eis occurrit in uia vt eas ipsa repetitione firmaret atq; à timore recrearet.
Tunc ergo ait illis. Nolite timere, Ite nuncia- *Ioan. 20.*
te fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Venit ergo Maria Magdalene annuncians discipulis, quia vidi dominum, & hæc ei dixit. Non solum ipsa, sed & alię quas
Lucas commemorat, quæ nunciauerunt hæc *Luc. 23.*
discipulis vndecim, & cęteris omnibus. Et vi G
sa sunt ante illos sicut deliramentum uerba ista, & non credebant illis. His & Marcus atte
statur, Nã & posteaq̃ commemorauit eas tre *Mar. 16.*
mẽtes & pauẽtes exisse a monumento, & nemini q̃cq̃ dixisse, adiũxit, ꝙ resurgẽs dñs apparuerit mane prima sabbati, primo Mariæ Magdalenæ de qua eiecerat septẽ dæmonia, & q̃a illa uadẽs nũciauit ijs q̃ cũ eo fuerãt lugẽtibus & flẽtibus, & q̃a illi audiẽtes ꝙ viueret & visus esset ab ea, non crediderũt. Sanè
Matthæus ẽt illud inseruit, abscedẽtibus mu *Mat. 28.*
lieribus q̃ illa omnia uiderãt & audierãt, uenisse ẽt quosdã in ciuitatẽ de illis custodibus q̃ iacuerãt uelut mortui, & nunciasse principibus sacerdotũ omnia q̃ facta erant, hoc est, q̃ ẽt illi sentire potuerũt. Illos uero cõgregatos cũ senioribus cõsilio accepto, pecuniã copiosam dedisse militibus ut dicerent ꝙ disci

puli

puli eius venisset, eũq; furati esset illis dor-
miẽtibus : pollicẽtes ẽt securitatẽ a pręside q.
H eos custodes dederat, & illos accepta pecunia
fecisse, sicut erãt edocti, diuulgatũq; esse ver
bũ istud apud iudęos usq; in hodiernũ diẽ.

In eo ꝙ se postea discipulis manifestauit, quõ sibi oẽs Euãgelistæ nõ aduersent, col latis testimoniis, & de Apostolo Paulo, & de actibus Apostolorum. Cap. XXV.

IAm post resurrectionẽ, quemadmodũ ap-
paruerit dñs discipulis, considerandũ est,
non solũ ut elucescat etiã ex hac re cõueniẽ-
tia quatuor Euangelistarum, uerumetiã ut cũ
Mar.9. Paulo Apostolo cõsonet, qui de hac re in pri
ma ad Corinthios Epistola ita loquitur, Tra-
Mat.8. didi.n. vobis in primis quod & accepi, quia
1.Co.15. Xps mortuus est pro peccatis nostris, ſm scri
pturas, & qa sepultus est, & quia resurrexit
tertia die ſm scripturas, & quia apparuit Ce-
phę, & postea duodecim : deinde apparuit
plusquã quingẽtis fratribus simul, ex quibus
plures manent vsq; adhuc, quidã aũt dormie
runt. postea apparuit Iacobo, deinde Aposto
Ioan.20. lis omnibus: Nouissime autem omnium, tan
quam abortiuo apparuit & mihi. Hunc autẽ
ordinem nullus Euangelistarũ tenuit. Vñ cõ-
siderandum est utrum ordo quem illi tenue-
I runt huic nõ aduersetur. Nã nec ille omnia,
Luc.24. nec isti omnia dixerunt. Quæ autẽ dixerunt
G oẽs, utrum nihil inter se pugnent tm̃ vidẽdũ
Luc.24. est. Lucas.n. solus quatuor Euangelistarũ, nõ
dicit a mulieribus uisum dñm, sed tm̃modo
Mar.16. angelos. Matthæus autem dicit quod eis oc-
Mat.28. currerit redeuntibus a monumento. Marcus
Mar.16. quoq; dicit primo uisum esse Mariæ Magda-
lenæ, sicut & Ioannes: sed quõ ab eis sit uisus
Ioan.20. non dicit, quod explicatur a Ioanne. Lucas
autem non solum tacet, vt dixi, eum apparuis
se mulieribus, sed etiã duos quorũ vnus fuit
Cleophas, talia dicit locutos cũ illo antequã
Mat.28. agnoscerent eum, tanquam mulieres nihil se
aliud q̃ angelos vidisse nunciauerint, qui di-
Luc.24. cebãt eũ uiuere. Ita.n. narrat, Ecce duo ex il-
lis ibãt ipsa die in castellum quod erat in spa
cio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, no-
mine Emaus, & ipsi loquebãtur adinuicem,
de his omnibus quę acciderant. Et factũ est
dũ loquerent, & secũ q̃rerẽt, & ipse Iesus ap
propinquãs ibat cũ illis. Oculi ãt illorũ tene
bant ne eũ agnoscerẽt. Et ait ad illos, Qui sũt
hi sermones quos cõfertis adinuicẽ ambulã-
tes & estis tristes? Et rñdẽs vnus cui nomen
Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in
Hierusalẽ, & nõ cognouisti q̃ facta sunt in il K
la his diebus, Quib. ille dixit, Quæ? Et dixe-
runt: de Iesu Nazareno q. fuit uir Propheta,
potens in opere & sermone corã Deo & oĩ
populo. Et qũo eũ tradiderunt summi sacer-
dotes & principes nostri in dãnationẽ mor-
tis & crucifixerunt eũ. Nos aũt sperabamus
qa ipse esset redempturus Israel. Et nũc sup
hæc omnia tertia dies est hodie ꝙ hæc facta
sunt. Sed & mulieres quędã ex nostris terrue
runt nos quæ ante lucẽ fuerunt ad monumẽ
tũ, & non inuẽto corpore eius, venerũt dicẽ-
tes se ẽt uisionẽ angelorũ uidisse, qui dicunt
eũ uiuere. Et abierũt quidã ex nr̃is ad monu-
mentũ, & ita inuenerũt, sicut mulieres dixe-
runt, ipsum vero non inuenerunt. Hæc ſm
Lucam ita narrant, vt meminisse, ac recolere
potuerunt, qđ a mulierib. dictum erat, uel a
discipulis, qui cucurrerũt ad monumẽtũ, qñ
eis nũciatũ est, qđ ablatũ inde sit corpus ei⁹.
Et ipse quidẽ Lucas Petrũ tm̃ dicit cucurris- Luc.24.
se ad monumẽtũ, & procũbẽtẽ vidisse lintea-
mina sola posita, & abisse secũ mirantẽ, qđ
factũ fuerat. Hoc aũt de Petro cõmemorat,
priusq̃ narraret de his duob. quos inuenit in
via, posteaq̃ narrauit de mulieribus, q̃ vide- L
rãt angelos, & ab eis audierãt, ꝙ resurrexis-
set Iesus: tanq̃ tũc Petrus ad monumẽtũ cu-
currerit. Sed intelligit hoc Lucas recapitulã Ioan.20.
do posuisse de Petro. Tunc.n. cucurrit Petrus
ad monumentũ, qñ & Ioannes, cum tm̃mo-
do a mulieribus præcipue a Maria Magdale-
na nũciatũ eis fuerat de corpore ablato. Tũc
aũt illa nunciauerat qñ uidit lapidẽ auulsum
a monumẽto: & postea facta sunt hæc de ui-
sione angelorũ, atq; ipsius dñi, qui bis nume
ro apparuerat mulieribus, semel ad monu-
mentũ, & iterum occurrens reuertentibus a
monumẽto. Hoc aũt antequã duob. illis in Ioan.20.
uia uisus fuisset, quorũ erat unus Cleophas. Mat.28.
Nanq; & Cleophas loquens cũ dño quẽ nõ-
dũ agnoscebat, non Petrum dixit isse ad mo-
numentũ, sed abierunt quidã ex nostris, in- Luc.24.
quit, ad monumẽtum, & ita inuenerũt sicut
mulieres dixerũt. Quod & ipse recapitulan-

M do intelligit dixisse illud.s. qd' primo mulieres nũciauerant Petro, & Ioãni de ablato corpore dñi. Ac ꝑ hoc cũ ipse Lucas Petrũ dixerit cucurrisse ad monumẽtum, & Cleophã dixisse, ipse retulerit, ꝙ quidã eorũ ierant ad monumentũ, intelligitur attestari Ioãni, ꝙ duo ierint ad monumentum: sed Petrum solũ primo cõmemorauerit, quia illi primitus Maria nũciauerat. Itẽ põt mouere ꝙ Petrum nõ intrantẽ, sed procũbentẽ dixit idẽ Lucas uidisse sola linteamina & discessisse mirantẽ, cũ Ioannes dicat se potius ita uidisse, hoc est, discipulum illũ quem diligebat Iesus, nõ intrasse in monumentũ, quo prior venerat, sed cum se inclinasset uidisse posita linteamina: sed & seipsum postea dicit intrasse. Ita & Petrus intelligendus est primo procũbens vidisse, qd' Lucas cõmemorat, Ioannes tacet: post aũt ingressus, sed ingressus tñ antequam Ioãnes intraret, ut oẽs verũ dixisse sine ulla repugnantia reperiantur. Ordo ergo rerũ qui esse potuit, quemadmodum dñs excepto ꝙ iam mulieribus locutus erat, etiã marib. discipulis uisus fuerit, ẜm testimonia nõ solum quatuor Euangelistarum, sed etiam Pauli Apostoli contexendus, & demõstrandus est. Omniũ ergo uirorũ primo apparuisse intelligit Petro ex his dũtaxat omnibus quos Euangelistæ quatuor, & Paulus apostolus cõmemorauerunt. Cæterum si apparuerit alicui eorũ priusq̃ Petro, quod oẽs tacuerunt, quis vel dicere audeat vel negare? Neq; .n. & Paulus dixit, apparuit primo Cephæ: sed apparuit, inquit Cephæ, postea duodecim, deinde apparuit plusquã quingentis fratrib. simul. Sic ãt non apparet quibus duodecim, quẽadmodũ nec quib. quingentis. Fieri .n. põt de turba discipulorũ fuerint isti duodecim nescio qui. Nam illos quos Apostolos nominauit, nõ iã duodecim, sed undecim diceret, sicut nõnulli ẽt codices habẽt. Quod credo perturbatos homines emendasse, putantes de illis duodecim Apostolis dictũ, qui iã Iudã extincto undecim erãt. Sed siue illi codices ueri⁹ habeãt qui undecim habent, siue alios quosdã duodecim discipulos Paulus uelit intelligi, siue sacratum illum numerum etiam in undecim stare uoluerint, quia duodenarius in eis numerus ita mysticus erat, ut non posset in locum Iudæ nisi alius, id est, Matthias ad cõserB uandũ sacramẽtũ eiusdẽ numeri subrogari: Quodlibet ergo eorũ sit, nihil inde existit qd' veritati vel istorũ alicui ueracissimo narratori repugnare uideatur: probabiliter tñ credit postea quã Petro apparuit, deinde apparuisse istis duobus, quorũ erat vnus Cleophas, de q̃bus Lucas totũ narrat. Marcus ãt breuiter ita perstringit, Post hæc aũt, inquit, duobus ex eis ambulantibus ostẽsus est in alia effigie eũtibus in uillã. Castellũ quippe illud nõ absurde accipimus ẽt villã potuisse appellari, qd' nunc iã appellatur ipsa Bethleẽ, quæ ciuitas antea uocitata est: quãuis nũc sit honoris amplioris, noĩe dñi, qui in illa natus est, sic per Ecclesias omniũ gentiũ diffamato, & in codicibus quidẽ Græcis magis agrũ inuenimus quã uillã. Agri ãt nomine non castella tm̃, verumetiam municipia & coloniæ solent uocari extra ciuitatẽ, quæ caput, & quasi mater est cæterarũ, vñ metropolis appellatur. Quod ãt ait Marcus, eis in alia effigie dñm apparuisse: hoc Lucas dicit, ꝙ eorum oculi tenebantur ne agnoscerent eum. Oculis quippe eorũ acciderat aliquid, quod ita manere permissum est, usq; ad fractionem panis, certi mysterij causa, ut eis in illo alia ostenderetur effigies, C & sic eum non nisi in fractione panis agnoscerent, sicut Luca narrante mõstrat. Pro merito quippe mentis eorum adhuc ignorãtis, ꝙ oportebat Christũ mori, & resurgere, simile aliqd eorũ oculi passi sunt: nõ ueritate fallente, sed ipsis ueritatẽ percipere nõ ualentibus, & aliud q̃ res est opinantibus, ne quisquã se Christũ agnouisse arbitret, si eius corporis particeps, nõ est .i. Ecclesiæ, Cuius unitatem in sacramento panis commendat Apostolus dicens, Vnus panis, vnũ corpus multi sumus, ut cũ eis bñdictũ panẽ porrigeret aperirẽtur oculi eorũ & agnoscerent eũ. Aperirentur utiq; ad eius cognitionem, remoto .s. impedimento quo tenebantur ne eũ agnoscerent. Neque .n. clausis oculis ambulabãt, sed inerat aliquid, quo non sinerentur agnoscere, quod uidebant, quod scilicet caligo & aliquis humor efficere solet. Non quia dominus non poterat transformare carnẽ suam, ut alia reuera esset effigies, quã solebãt illi cõtueri qñquidem & ante passionẽ suam transformatus est in monte, ut facies eius clarescet sicut sol: quale vult em̃ admirabile corpus

Ioan. 20. Ibidem. Luc. 24. 1. Co. 15. Acto. 1. Luc. 24. Mar. 16. Mar. 16. Luc. 24. 1. Co. 10. Luc. 24. Mat. 17. Ioan. 2.

D pus de qualicunq; corpore, uerũ de vero facit, qui de aqua uera uerum uinum fecit: sed non ita fecerat cum apparuit illis duobus in alia effigie. Nõ.n.aliter q̃ erat, sed sicut erat apparuit eis, quorum oculi tenebantur ne agnoscerent eũ. Non aũt incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorũ a Satana factũ fuisse ne agnosceretur Iesus, sed tamen a Christo est facta permissio usque ad sacramentum panis: ut unitate corporis eius participata, remoueri intelligatur *Luc. 24* impedimentum inimici, vt Christus posit agnosci. Nam ipsos esse istos de quibus & Luca narrat credendũ est, quia dicit ipsos euntes nunciasse ceteris sicut Lucas dicit eos surgentes eadem hora, regressos esse Hierusalẽ, & inuenisse congregatos undecim, & eos qui cũ ipsis erant, dicentes ꝙ surrexit dñs uere, & apparuit Simoni: & tũc ẽt ipsos narrasse q̃ gesta erant in uia, & q̃uo eũ cognouerũt in fractione panis. Iam ergo erat fama quod resurrexerat Iesus ab illis mulierib. facta, & a Simone Petro cui iã apparuerat. Hoc.n. isti duo inuenerunt loquentes ad quos in Hierusalẽ uenerũt: fieri itaq; potuit ut timore prius in uia noluerint dicere, ꝙ eũ audierant resurrexisse, qñ tñmodo angelos dixerunt uisos E esse mulierib. Ignorantes.n.cũ quo loquerentur, merito possent esse soliciti ne q̃d passim de Christi resurrectione iactantes in manus inciderent iudæorũ. Qđ aũt ait Marcus, An- *Mar.16.* nunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt: *Luc. 24.* cũ Lucas dicat, ꝙ iam inde loquebanẽ uere resurrexisse dñm & Simoni apparuisse: quid intelligendum est, nisi aliquos ibi fuisse qui hoc nollent credere? Cu aũt non eluceat prętermisisse Marcum quæ Lucas narrando explicauit: hoc est, quæ cum illis locutus fuerit Iesus anteq̃ agnoscerẽt eum, & q̃uo eum in fractione panis agnouerint. Qñquidem mox ut dixit eis apparuisse in alia effigie euntibus in uillã: continuo cõiunxit, Et illi euntes nũciauerunt cæteris, nec illis crediderũt. Quasi possent nunciare quẽ non agnouerant: aut possent agnoscere, quib. alia effigies eius apparuerat. Q̃uo ergo eum agnouerint, ut nunciare possent, Marcus sine dubio ꝑtermisit. Qđ iõ memoriæ cõmendandũ est, ut assue- F scamus aduertere euangelistarũ morẽ ita ꝑ- *Luc. 24.* termittentiũ quæ non commemorant, & cõiungentium q̃ commemorant, ut eis q. usum in hac consideratione non habent, nõ aliũde maxime error oriaẽ quo putent eos non sibi congruere. Lucas ergo sequiẽ & dicit, Dum hęc aũt loquunẽ, Iesus stetit in medio eorũ & dixit eis, Pax uobis: ego sum nolite timere. Conturbati uero & cõterriti existimabãt se spm̃ videre. Et dixit eis, Quid turbati estis & cogitationes ascendũt in corda uestra? Videte manus meas & pedes meos, q̃a ipse ego sum. Palpate & uidete, q̃a spũs carnẽ & ossa non hẽt sicut me uidetis habere. Et cũ hæc dixisset, oñdit eis manus & pedes. Hanc oñsionẽ dñi post resurrectionẽ intelligit & Ioãnes cõmemorare sic loquens. Cũ esset ergo sero die illo una sabbatorũ, & fores essent clausæ *Ioan.20.* vbi erant discipuli congregati ꝑ ꝑ metũ iudæorũ, uenit Iesus & stetit in medio, & dixit eis, pax uobis. Et hoc cũ dixisset, oñdit eis manus & latus. Ac ꝑ hoc his uerbis ioannis pñt coniungi ea q̃ Lucas dicit, idẽ aũt ioannes ꝑtermittit. Ita.n. Lucas sequitur, Adhuc ãt illis *Luc. 24.* non credẽtib. & mirantib. ꝑ gaudio dixit, Habetis hic aliquid qđ mãducetur? At illi obtulerunt ei partẽ piscis assi & fauum mellis. Et G cũ manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. His itẽ uerbis pñt adiungi q̃ Lucas *Ioan.20.* tacet. Dicit aũt Ioannes, Gauisi sunt ergo discipuli uiso dño. Dixit ergo eis iterũ. Pax uobis: sicut misit me pr̃ & ego mitto uos. Hoc cũ dixisset, insufflauit & dixit eis. Accipite spũm sc̃tm̃, quorũ remiseritis peccata remittuntur eis, & quorũ detinueritis detẽta sunt. His rursus adiungamus q̃ ioannes ꝑtermisit, Lucas cõmemorat: Et dixit ad eos, Hæc sunt verba q̃ locutus sum ad uos cũ adhuc essem *Luc. 24.* vobiscũ, qm̃ necesse est impleri oĩa quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & dixit eis, Qm̃ sic scriptũ est, & sic oportebat Xp̃m pati & resurgere a mortuis die tertia, & prędicari in nomine eius pęnitentiã & remissionem pc̃torum in oẽs gẽtes, incipientib. ab Hierusalem. Vos aũt estis testes horũ. Et ego mittam promissum patris mei in uos, uos autẽ sedete in ciuitate quoadusq; induamini uirtute ex alto. Ecce q̃uo commemorauit & Lucas promissionẽ spiritussancti, quam non inuenimus a domino factam nisi in euangelio ioannis.

Quod nō prætereunter aduertendum est, vt
meminerimus quemadmodum sibi euange-
listæ inuicem attestantur: de quibusdam etiā
quæ ipsi non dn̄t, & tn̄ dicta nouerunt. Post
hæc Lucas quæ gesta sunt oīa prætermittit,
nec oīno commemorat, nisi qn̄ Iesus ascen-
dit in cœlum: atq; id tn̄ ita coniungit quasi
hoc sequantur hæc verba quæ dixit: cū hoc
gestum sit una sabbatorum, quo die dn̄s re-
surrexit, illud aūt quadragesimo die, sicut idē
Act. 1. ipse Lucas in Apostolorum actibus narrat.
Ioan. 20. Quod aūt Ioannes, non cum illis fuisse tunc
Luc. 24. Apostolum Thomam, cum s̄m Lucam duo
illi, quorum erat unus Cleophas regressi Hie
rusalem inuenerunt congregatos vndecim,
& eos qui cum ipsis erant, proculdubio intel
ligendum est qđ inde Thomas exierit, anteq̄
eis dn̄s hæc loquentib. appareret. Hinc iam
Ioannes aliam commemorat sui demonstra-
Ioan. 20. tionem a dn̄o discipulis factā post dies octo,
I erat & Thomas qui prius eum non uiderat.
Et post dies octo, inquit, iterum erant disci-
puli eius intus & Thomas cum eis: venit Ie-
sus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit,
Pax uobis. Deinde dicit Thomę, Infer digitū
tuum huc, & vide manus meas, & affer ma-
num tuam & mitte in latus meum, & noli es
se incredulus sed fidelis. R̄ndit Thomas & di
xit ei Iesus, Quia uidisti me credidisti, Beati
qui non viderunt & crediderunt. Hanc secū
dam dn̄i uisionē erga discipulos factam, i. q̄
secundo loco Ioannes commemorat, apud
Mar. 16. Marcū possemus agnoscere, br̄ eam sicuti as
solet perstringentem, nisi moueret quod ibi
ait, Nouissime recūbentib. illis vndecim ap-
Ioan. 21. paruit: non iō quia Ioannes tacuit recumben
tes, potuit. n. hoc p̄termittere, sed quia iste di-
xit ei, Dominus meus & deus meus, di-
xit, Nouissime, quasi ultra iā nō eis apparue-
Mar. 16. rit, cum adhuc Ioannes tertiam sit eius narra
turus demonstrationem ad Mare Tyberiadis,
Deinde qđ dicit idē Marcus, Exprobrās illis
incredulitatē illorū & duritiam cordis, quia
his qui viderant eū resurrexisse non credide
rant: illis videlicet duob. quib. euntib. in uillā
apparuit, posteaq̄ resurrexit, & Petro cui pri
Luc. 24. mitus eū apparuisse apud Lucā vestigatū est:
fortasse & Mariæ Magdalenę & aliis mulieri
K bus q̄ cū illa erant, qn̄ eis & ad monumentū
apparuit, & inde redeuntib. in itinere occur-
rit. Nā ita contexit narrationē idem Marcus,
cū cōmemorasset br̄ de duob. illis quib. ap-
paruit in uillā euntib. ꝙ nunciassent cæteris,
nec illis creditū esset. Nouissime, inquit, recū
bentib. illis vndecim apparuit exprobrans in
credulitatē eorū & duritiā cordis, quia his q
viderant eū resurrexisse non crediderāt. Qūo *Mar. 16.*
ergo nouissime quasi iā ultra eū nō uiderint?
Nouissimū quippe illud est, qđ dn̄m Aposto
li in terra viderunt qn̄ ascendit in cœlum, ꝙ
factum est quadragesimo die post eius resur-
rectionem. Nunquidnā tunc exprobaturus
erat ꝙ non credidissent eis qui eum viderant
resurrexisse, qn̄ iam & ipsi post resurrectio-
nem totiens eū uiderant, & maxime ipso die
resurrectionis eius, i. vna sabbati iā circa no-
ctem sicut Lucas Ioannesq; commemorant?
Remanet igitur vt intelligamus eundē diem *Luc. 24.*
resurrectionis eius, i. vnam sabbati, qn̄ eum *Ioan. 20.*
post diluculū uidit Maria & aliæ cū illa mu-
lieres: qn̄ ēt Petrus, qn̄ & illi duo quorū vnus
erat Cleophas, quod vr̄ ēt idem Marcus com
memorare: qn̄ apparuit iam circa noctē illis
vndecim, præter Thomam, & qui cū eis erāt,
qn̄ eis & isti quod viderant narrauerunt: nūc *Mar. 16.*
ēt Marcum more suo br̄ commemorare uo- L
luisse: & ideo dixisse, nouissime: quia ipso die
hoc nouissimum fuit, iam incipiente noctur
no tp̄e, posteaq̄ illi de castello ubi eum in fra
ctione panis agnouerant, redierunt in Hieru
salem, & inuenerunt, sicut dicit Lucas, illos *Luc. 24.*
vndecim, & eos qui cum illis erant, iam col-
loquentes de resurrectione domini, & quod
visus fuerit Petro: quibus & ipsi narrauerunt
quod in uia gestum erat, & qūo eum cogno-
uerint in fractione panis. Sed erant ibi utiq;
non credentes: vnde uerum est ꝙ Marcus di
cit, nec illis crediderunt. His ergo iam sicut
Marcus dicit discumbentibus, & adhuc inde *Mar. 16*
sicut Lucas dicit loquentibus, stetit in medio
eorum dn̄s, & ait illis, Pax vobis: sicut dicunt *Ioan. 20.*
Lucas & Ioannes. Fores aūt clausæ erant cū *Luc. 24.*
ad eos intrauit, ꝙ solus Ioānes cōmemorat.
Verbis itaq; dn̄i quæ tunc eum locutum esse
discipulis, Lucas Ioannesq; dixerūt interpo-
nitur & illa exprobratio de qua Marcus dicit
qui non crediderint eis, qui eum resurrexisse M
viderant. Sed hoc rursus mouet, qūo discum
bentibus vndecim, dicit dominū apparuisse *Ibidem.*
Marcus, si illud tēpus est diei dominici iam

noctis initio, qđ Lucas Ioannesq; meminerunt. Aperte quippe Ioanes dicit, non cũ eis tunc fuisse Apostolũ Thomã, quẽ credimus exijsse inde antequam dñs ad eos intraret, postea quã illi duo redeũtes de castello, cum ipsis undecim collocuti sunt, sicut apud Lucã
Luc. 14. inuenitur. Sed Lucas in sua narratione dat locum, quo posit intelligi dum hæc loquerentur inde prius exisse Thomã, & postea dñm
Mar. 16 intrasse. Marcus aũt qui dicit. Nouissime recumbentibus illis undecim apparuit, etiam Thomã illic fuisse cogit fateri. Nisi forte quãuis uno absente, undecim tñ voluit appellare, quia eadẽ tũc Apostolica societas hoc numero nũcupabatur, antequã Matthias in lo-
Actio. 1. cũ Iudæ subrogaretũ. Aut si hoc durum est sic accipere, illud ergo accipiamus, post multas demõstrationes eius qbus ꝑ dies quadraginta discipulis ꝓsentatus est, cũ etiã nouissime recũbentibus illis vndecim apparuisse, id est, ipso quadragesimo die, & q̃m iam erat ab eis ascẽsurus in cœlum, hoc eis illo die maxime exprobrare uoluisse, quia his qui uiderãt eũ
A resurrexisse nõ crediderãt, antequã ipsi eũ uiderent: cũ utiq; post ascensionem suã prædicantibus illis euangelium, etiã gentes, qđ nõ uiderunt fuerant credituræ. Post illã quippe
Mar. 16 exprobationẽ, secutus ait idẽ Marcus, Et dixit eis, Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium oĩ creaturę, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero nõ crediderit condẽnabitur. Hoc ergo prędicaturi, q̃m qui non crediderit cõdemnabitur, cũ id utiq; nõ crediderit, quod non uiderat, nõne ipsi primitus fuerant obiurgandi, ꝙ antequã dñm uidissent, non crediderunt eis quibus prius apparuisset? Hãc autem nouissimã fuisse corporaliter in terra repræsentationem domini Apostolis, etiam illud admonet, ut credamus, quod ita sequitur idẽ Marcus, Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur, In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Deinde subiũgit, Et dominus quidem Iesus postquã locutus est eis, assumptus est in cœlũ, & sedet a dextris dei. Illi autem profecti, prędicauerunt ubiq; dño cooperante, & ser-
B monem confirmante sequentibus signis. Cũ ergo dicit, Et dñs quidẽ postquã locutus est eis, assumptus est in cœlum: satis vr̃ ostendere nouissimum cum illis in terra hunc eum habuisse sermonem, quanuis non omnimodo ad id coarctare uideatur. Non. n. ait, Postquam hęc locutus est eis: sed, postquam locutus est eis: vnde admittit si necessitas cogeret non istam fuisse nouissimam locutionẽ, nec istum fuisse nouissimum diem, quo eis in terra præsens fuit, sed ad oĩa quæ cum eis omnibus illis diebus locutus est posse pertinere, quod dictũ est, Postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum. Sed quia ea quæ supra diximus, magis suadẽt hũc nouissimum diem fuisse, quam ut intelligantur undecim, qui Thoma absente decem fuerunt: iõ post hãc locutionẽ, quã Marcus cõmemorat, adiũctis etiã consequenter illis uerbis, vel discipulorũ vel ipsius, quæ cõmemorantur in actib. Apostolorum, credendũ est assumptum dominũ in cœlũ, quadragesimo .s. die post diẽ resurrectionis eius. Ioannes autem quanuis C
fateatur multa se prætermisisse quæ fecit Iesus, uoluit tamen etiam tertiam eius repræsentationẽ discipulis post resurrectionem factam commemorare ad mare Tyberiadis, sep- Ioan. 21.
tẽ .s. discipulis, Petro, Thomæ, Nathanaeli, filiis Zebedæi & alijs duobus quos nominatim non expressit cum piscarentur: qñ iussu eius retia mittentes in dextrã partẽ, extraxerunt magnos pisces, cẽtũ quinquagintatres: qñ etiam Petrum ter interrogauit vtrũ ab illo amaret, & ei pascẽdas commendauit oues suas, & de eius ipsius passione prædixit, & de ipso Ioanne ait, * Sic eum uolo manere do- a.l.si.
nec ueniam. Ad hoc Ioannes euangeliũ suũ terminauit. Iam nunc quærendum est, qñ primũ uisus sit a discipulis in Galilæa, quia & hoc quid tertio narrat Ioannes, in Galilæa fa- Ioan. 6.
ctũ est ad mare Tyberiadis: quod facile uidet qui recolit illud miraculum de quinq; panibus, quod ita narrare incipit idem Ioannes.
Post hæc abijt Iesus trãs mare Galilææ quod Ioan. 21.
est Tyberiadis: vbi aũt putari põt primum a discipulis post resurrectionẽ uideri debuisse, nisi in Galilæa, si recolãtur uerba illius angeli, q̃ ꝭm Matthæũ uenientib. ad monumẽtũ Mat. 28.
mulierib⁹, ita loq̃tur. Nolite timere uos, scio D
enim, ꝙ Iesum qui crucifixus est quæritis, nõ ẽ hic, surrexit em̃, sicut dixit, Venite & vi

dete locũ ubi positus erat dñs. Et cito euntes
dicite discipulis eius quia surrexit, & ecce p̃
cedit uos in Galilæam, Ibi eũ uidebitis, ecce
Mar. 16. p̃dixi uobis. Itẽ ſm Marcũ siue ipse sit ange-
lus siue alius, Nolite, inq̃t, expauescere, Iesũ
q̃ritis Nazarenum crucifixum, surrexit non
est hic, Ecce locus vbi posuerunt eũ, Sed ite
dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet
uos in Galilæã, Ibi eum videbitis, sicut dixit
vobis. Hæc uerba ita vñr consonare, q̃ Iesus
nõ erat se demõstraturus post resurrectionẽ
discipulis suis nisi in Galilæa. Quã demõstra
tionẽ discipulis nec ipse Marcus cõmemora
uit, q̃ eũ dixit mane prima sabbati apparuis-
se, primo Mariæ Magdalenæ, & illã nũciasse
discipulis ijs qui cũ eo fuerãt lugẽtibus & flẽ
tibus, illos aũt nõ credidisse. Post hæc deinde
duob. ex his apparuisse euntibus in uillã, &
illos cæteris nunciasse quod factum est, sicut
Luc. 24. Lucas & Ioannes in Hierusalẽ, eodẽ ipso die
Ioan. 20. resurrectionis, iam noctis initio. Deinde ue-
E nit ad illam eius manifestationem, q̃ nouissi
mam dicit, recũbentibus illis undecim. Post
hanc dicit eum assumptum in cœlũ, quod fa
ctum scimus in monte Oliueti, nõ longe ab
Hierusalem. Nusquam igitur commemorat
Marcus completum, quod ab angelo prænũ-
ciatũ esse testatur. Matthæus vero nihil aliud
dicit, nec vllum alium locum omnino com-
memorat, vel antea uel postea, vbi discipuli
posteaquam resurrexit, viderint dñm, nisi in
Galilæa ſm angeli prædictionẽ. Deniq; cum
insinuasset quid ab angelo mulierib. dictum
sit, & illis abeuntibus subiecisset, quid de cor
ruptis ad mentiendũ custodibus gestũ sit: cõ
tinuo tanquam nihil aliud sequeretur, quia
Mat. 28. & reuera sic erat dictũ ab angelo, Surrexit, &
ecce præcedit uos in Galilæam, ibi eũ videbi
Ibidem. tis: vt nihil aliud sequi debuisse videatur, Vn
decim autem, inquit, discipuli abierũt in Ga
lilæam in montẽ vbi constituerat illis Iesus,
& uidentes eum, adorauerunt: quidam autẽ
dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est
eis, dicens. Data est mihi omnis potestas in
cœlo & in terra. Euntes ergo docete omnes
gentes, baptizantes eos in nomine patris &
F filij & spiritussancti, docẽtes eos seruare oĩa
quęcunq; mandaui uobis. Et ecce ego uobi-
scum sum omnib. diebus vsq; ad consumma
tionem seculi. Ita Matthæus claudit euange-
lium suũ. Ac per hoc si aliorũ cõsideratæ nar
rationes ad diligentiorẽ inquisitionẽ non cõ
pellerent, nihil aliud arbitraremur nisi dñm
post resurrectionẽ nusquã præter in Galilæa
primum esse a discipulis uisum. Item si Mar- Mar. 16.
cus de illa prænunciatione angeli tacuisset,
posset cuiquã putari Matthæus, ideo dixisse
discipulos abijsse in Galilæam in montẽ, at-
que ibi adorasse dñm, ut impletũ uideretur,
quod ipse per angelũ mandatũ, ac prænũcia-
tum esse narrauerat. Nũc autem & Lucas & Luc. 24.
Ioannes satis dilucide manifestantes ipso die Ioan. 20.
resurrectionis eius uisum esse dñm in Hieru
salẽ a discipulis suis, vñ ita longe est Galilęa,
vt uno die ab eis vtroq; loco videri non pos-
set, & Marcus illã quidẽ prædictionẽ angeli Mar. 16.
similiter narrãs, in Galilęa vero visum a disci
pulis dñm post resurrectionẽ nusquã cõme-
morãs: vehemẽter cogunt quærere quemad
modum dictum sit, Ecce præcedit uos in Ga-
lilæam, ibi eũ uidebitis. Nã & ipse Matthæus Matt. 28.
si omnino non diceret, undecim discipulos
abijsse in montẽ in Galilæã ubi constituerat G
eis Iesus, & illic eũ vidisse, atq; adorasse nihil
ex hac p̃dictione cõpletũ ad literã putarem⁹,
sed totum figurata significatione prædictũ, Si
cut illud ſm Lucã, Ecce hodie, & cras eijcio Luc. 13.
dæmonia, & sanitates perficio, & tertia die
cõsummor, quod ad literã certũ est non esse
cõpletum. Item si angelus dixisset, præcedet
uos in Galilæam, ibi primum eum uidebitis:
aut, ibi tñ eum uidebitis: aut, non nisi ibi eũ
videbitis: cæteris euangelistis Matthæus sine
dubio repugnaret. Cum uero dictum est, Ec
ce præcedet uos in Galilæam, ibi eum uidebi
tis: nec expressum est, quando id futurum es
set, utrum primum antequam alibi ab eis ui-
sus esset: an posteaquã eum alicubi etiã præ-
terquã in Galilæa vidissent: idq; ipsum q̃ di-
scipulos Matthæus dicit isse in Galilæam in
montem, non exprimit diem, nec narrãdi or
dinem ita contexit, vt necessitatem ingerat
nihil aliud intelligendi, quam hoc primitus
factum: non aduersatur quidem narrationi-
bus cęterorum, & dat eis intelligendis, atq;
accipiendis locum. Veruntamen quòd domi
nus non vbi primum se demonstraturus e-
rat, sed in Galilęa, vbi necessario postea visus H
est, se uidendum mandauit, & per angelum Mat. 28.
dicẽtem. Ecce præcedet uos in Galilæam, ibi
eum

eum uidebitis:& per seipsum dicens, Ite nũ-
ciate fratribus meis ut eant in Galilęam, ibi
me uidebunt: quemuis fidelem facit intentũ
ad quærendum in quo mysterio dictum in-
telligatur, Sed prius considerãdum est quam
Mat.28. do ẽt corporaliter in Galilæa uideri potuerit
dicente Matthæo, Vndecim autem discipuli
abierunt in Galilæam in montem ubi consti
tuerat illis Iesus, & uidentes eum adoraue-
runt: quidam aũt dubitauerunt. Quia.n.non
ipso die quo resurrexit manifestum est, nam
in Hierusalẽ uisum esse eo die initio noctis
Luc. 23. Lucas & Ioãnes apertissime consonant, Mar
Ioan.20. cus aũt non aperte. Qñ ergo uiderunt dñm
in Galilæa? non ſm id quod dicit Ioannes ad
Ioan.21. mare Tyberiadis: tunc.n.septem fuerunt, &
piscantes inuenti sunt: sed ſm id quod dicit
Matthęus, ubi erant undecim in monte, quo
eos ſm prædictionem angeli Iesus præcesse-
rat. Nam ita narrare appararet, quod illic eũ
repererint, quia utiq; ſm constitutum præ-
cesserat. Non ergo ipso die quo resurrexit,
neq; ꝯ̃ntibus octo dieb. post quos dicit Ioan
Ioan.20. nes discipulis apparuisse dñm ubi eũ primo
I vidit Thomas, qui eum non uiderat die resur
rectionis eius. Nam utiq; si intra eosdẽ octo
dies eũ in monte Galilææ iam illi vndecim
viderant, quõ post octo dies eum primum ui
dit Thomas, qui in illis undecim fuerat? Nisi
quis dicat, non illos vndecim qui iam tunc
Apostoli uocabantur, sed discipulos illic un-
decim fuisse, ex multo numero discipulorũ?
Soli quippe adhuc uocabantur Apostoli, illi
vndecim, sed non soli erant discipuli. Potest
ergo fieri ut non oẽs, sed aliqui eorũ ibi fue-
rint: alii uero discipuli cũ eis, ita ut undecim
complerentur: ac sic non ibi fuisse Thomam,
Mar.16. ꝗ post illos dies octo primo dñm uidit. Mar-
cus quippe qñ illos undecim memorauit, nõ
vtcunque undecim, sed illis, inquit, undecim
Luc. 24. apparuit. Lucas ẽt, Regressi sunt, inquit, Hie
rusalem, & inuenerunt congregatos unde-
cim, & eos qui cum ipsis erant, Et iste osten-
dit, illos undecim, hoc est, Apostolos fuisse:
Nam cũ adiunxit, Et eos qui cum ipsis erant:
satis utiq; declarauit eminentius illos unde-
cim appellatos cum quib. erant cæteri, ac per
hoc illi intelliguntur qui iam uocabant̃ Apo
stoli. Hoc proinde fieri potuit, ut ex numero
K Apostolorum & aliorum discipulorum, &
vndecim discipuli complerentur qui uiderãt
intra illos octo dies in Galilææ mõte Iesum.
Sed occurrit aliud ꝗ obsistat. Ioannes.n.qñ
commemorauit non in monte ab undecim, *Ioan.11.*
sed ad mare Tyberiadis a septem piscantibus
visum esse dñm, Hoc iam tertio, inquit mani
festatus est Iesus discipulis cum resurrexisset
a mortuis. Si aũt acceperimus intra illos octo
dies anteq̃ Thomas eũ uidisset ab undecim
quibusq; discipulis dñm uisum, non erit hoc
ad mare Tyberiadis tertio manifestatum esse,
sed quarto. Qđ quidem cauendum est, ne qs
existimet tertio Ioannem dixisse, tanquã tres
solæ factæ fuerint manifestationes eius. Sed
hoc intelligendus est Ioannes ad numerũ re
tulisse dierũ, non ad numerũ ipsarũ manife-
stationum, nec continuorũ, sed per interual-
la, sicut idẽ ipse testat̃. Nam primo ipso die re
surrectionis suæ, excepto ꝗ a mulierib. visus
est, i. ꝗ in euangelio claret, ter se manifesta-
uerit, semel Petro, iterum duob. illis quorum
vnus erat Cleophas, tertio plurimis iam in- L
de colloquẽtib. noctis exordio. Sed hoc totũ
Ioannes ad unum diem referens semel com
putat: iterum autem, hoc est, alio die, quando
eũ uidit & Thomas: tertio uero ad mare Ty-
beriadis, hoc est, tertio die manifestationis
eius, non tertia manifestatione. Ac per hoc
post hæc oĩa cogimur intelligere factũ esse,
ꝗ eum in monte Galilææ ſm Matthæum di-
scipuli undecim uiderunt, quo eos ſm con-
stitutum præcesserat, ut impleretur ẽt ad lite
ram quod & per angelum & per seipsum di-
xerat. Inuenimus itaq; apud quatuor euange
listas decies commemoratũ dñm uisum esse
ab hominib. post resurrectionem. Semel ad
monumentum mulierib. Iterum eisdem re-
gredientib. a monumento in itinere. Tertio *Ioan.20.*
Petro. Quarto duob. euntib. in castellũ. Quin *Mat.28.*
to pluribus in Hierusalem ubi non erat Tho *Luc. 24.*
mas. Sexto ubi eum uidit Thomas. Septimo *Ioan.20.*
ad mare Tyberiadis. Octauo in monte Gali- *Ioan.21.*
lææ ſm Matthæum. Nono ꝗ dicit Marcus, *Mat.28.*
Nouissime recumbentibus, quia iam non *Mar.16.*
erant in terra cum illo conuiuaturi. Decimo
in ipso die, non iam in terra, sed eleuatum in
nube, cum in cœlum ascenderet, quod Mar-
cus & Lucas commemorant. Marcus quidẽ
post illud, ꝗ eis discumbentibus apparuit, *Mar.16.*
ita continuans ut diceret, Et dominus quidẽ M

Acto. 1. postquam locutus est eis, assumptus est in coelum. Lucas autem prætermissis omnibus quæ per quadraginta dies agi ab illo cum discipulis potuerunt, illi primo diei resurrectionis eius quando in Hierusalem pluribus apparuit, coniungit tacite nouissimum diẽ quo ascendit in coelum, ita narrans, Eduxit autem illos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est cũ benediceret eis, recessit ab eis, & ferebatur in coelum. Viderunt ergo eum præter quod in terra uiderant, ẽt cum ferretur in coelum. Totiens ergo in Euangelicis libris commemoratus est ab hominib. visus anteq̃ ascendisset in coelũ, in terra. s. nonies, & in aere semel ascẽdens. Sed non oĩa scripta sunt, sicut Ioannes fatetur. Crebra. n. erat eius cũ illis cõuersatiõ per dies quadraginta priusquam ascenderet in coelũ, non tñ eis per oĩa quadraginta dies continuos apparuerat. Nam post diẽ primũ resurrectionis eius, alios octo dies interuenisse dicit Ioannes, post quos eis rursus apparuit. Tertio autem ad mare Tyberiadis, fortassis continuo consequenti die, nihil. n. repugnat: & deinde qñ uoluit constituens eis, qđ & ante prædixerat, ut eos in Galilææ montẽ præcederet: atq; oĩno per illos quadraginta dies quotiens uoluit, quibus uoluit, quemadmodum uoluit, Sicut Petrus dicit, qñ eũ Cornelio, & iis qui cum illo fuerant prædicabat, Qui simul, inquit, mãducauimus & bibimus cum illo posteaquam resurrexit a mortuis ꝑ per dies quadraginta, non ꝙ quotidie ꝑ dies quadraginta cum illo manducassent & bibissent, nã erit ꝯ̃rium Ioanni, qui octo illos dies interposuit quib. eis uisus non est, ut tertio manifestaretur ad mare Tyberiadis, inde iam ẽt si quotidie illis uisus & cum illis conuiuatus est, nihil repugnat. Et fortasse ideo dictũ est, per quadraginta dies, q, quater deni sunt in mysterio uel totius mundi uel totius temporalis seculi, quia & illi primi decem dies in quib. erant illi octo dies, a parte totum possunt more scripturarum non dissone computari. Conferatur ergo, & quod ait Apostolus Paulus, utrum nihil afferat qõnis, Resurrexit, inquit, tertio die ẽm scripturas, & apparuit Cephæ: nõ dixit primo apparuit Cephę: nam esset ꝯ̃rium, quod primo mulierib. apparuisse in euangelio legitur, Postea, inqt, duodecim quibuslibet qua hora libet: ipso tamẽ resurrectionis die: deinde apparuit plusquã quingentis fratribus simul. Siue isti cum illis vndecim erant congregati clausis ostiis ꝑ ꝓ metum iudæorum, unde cũ exisset Thomas venit ad eos Iesus: siue post octo illos dies quantolibet, nihil hẽt aduersi. Postea, inquit, apparuit iacobo. Non tunc aũt primo accipere debemus uisum esse iacobo, sed aliqua ꝓpria manifestatione singulariter. Deĩde Apostolis oĩbus, Nec illis tunc primum, sed iam vt familiarius conuersaretur cum eis vsq; ad diem ascensionis suę. Nouissimo aũt oĩum, inquit, quasi abortiuo apparuit & mihi, Sed hoc iam de coelo post non paruum tp̃s ascẽsionis suæ. Nunc iam uideamus qđ distuleramus, cuius mysterii gratia ẽm Matthæum & Marcum resurgens ita mandauerit: Præcedã vos in Galilæam, ibi me uidebitis. Quod etsi completum est, tñ post multa completũ est, cum sic mandatũ sit, q̃ q̃ sine præiudicio necessitatis, ut aut hoc solum, aut hoc primum expectaret̃ fieri debuisse. Proculdubio ergo qm̃ uox est ista non euangelistæ narrantis, qđ ita factum sit, sed angeli ex mandato dñi, & ipsius postea dñi, euangelistæ aũt narrantis, sed ꝙ ita ab angelo & a dño dictũ sit, Prophetice dictum accipiendũ est. Galilæa namque interpretatur uel transmigratio uel reuelatio. Prius itaque ẽm transmigrationis significationem, quid aliud occurrit intelligendũ Pręcedet uos in Galilæam, ibi eum uidebitis: nisi quia Christi gratia de populo israel transmigratura erat ad gentes? Quibus Apostoli prædicantes euangelium nullo modo crederetur, nisi eis ipse dñs viam in cordibus hominum præpararet. Et hoc intelligitur, præcedet uos in Galilęam. Quod autem gaudentes mirarẽtur diruptis & euictis difficultatibus, aperiri sibi ostium in domino per illuminationem fidelium, hoc intelligitur, ibi eũ uidebitis, i. ibi eius membra inuenietis, ibi viuum corpus eius in iis qui uos susceperint agnoscetis. Secundum illud aũt ꝙ Galilæa interpretatur, reuelatio, non iam in forma serui intelligẽdus est, sed in illa in qua æqualis est patri quam promisit apud Ioannem dilectoribus suis: cum diceret, Et ego diligam eum, & ostendam meipsum illi: Non utiq; secundum id qđ iam uidebant, & qđ ẽt resurgens cum

Margin notes (left column): Acto. 1. — Luc. 14. — Ioan. 12. — Acto. 1. — Ioan. 20. — Ioan. 21. — A — Act. 10. — 1. Co. 15. — Mat. 28. — 1. Co. 15.

Margin notes (right column): B — Ioan. 20. — 1. Co. 15. — Acto 9. & 22. — Mat. 28. — Mar. 16 — C — Phili. 3. — Ioan. 14. — Luc. 14.

Ioan.1. cum cicatricibus, non solum uidendum, sed etiam tangendum post modum ostendit: sed secundum illam ineffabilem lucem qua illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundum, scd̃m quam lucet in tenebris, & tenebræ eum non comprehenderunt. Illuc nos præcessit, unde ad nos ueniens non recessit, & quo nos præcedens non deseruit. Illa erit reuelatio tanquã uera Galilæa. Con similes ei erimus, ibi eum uidebimns sicut est. Ipsa erit etiam beatior transmigratio ex isto seculo in illam æternitatem, si eius præcepta sic amplectamur, ut ad eius dexteram segregari mereamur. Tunc.n.ibunt sinistri in combustionẽ æternam, iusti autem in vitam æternam. Hinc illuc transmigrabunt, & ibi eum uidebunt, qũo nõ uident impij. Tolletur.n.impius, ut non uideat claritatem domini: & impij lumen non uidebunt. Hæc est autem inquit, uita æterna, ut cognoscant te vnum verum deum, & quem misisti Iesum Christum, sicut in illa æternitate cognoscet, quo seruos perducet per formam serui, ut liberi contemplentur formam domini.

(Margin: 1.Ioan.9 · Mat.25. · Esa.26. · Ioan.16.)

EIVSDEM SANCTI AVGVstini Episcopi in quartum librum de consensu euangelistarum.

E

Prologus.

NVnc iam qm̃ Matthæi narrationem contextim considerantes, & ei tres alios conferentes, vsque in finem in nullo eos uel sibi uel inter se repugnare docuimus, Marcum similiter uideamus, ut exceptis ijs quæ cum Matthæo dixit, de quibus quod differendum videbatur absoluimus, cætera eius inspecta atque collata, nulli eorum repugnare monstrentur, vsque ad cœnam domini. Nam inde iam omnia omnium quatuor quemadmodum sibi conueniant vsque in finem considerata tractauimus.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOpi de consensu euangelistarum Liber quartus.

In Euangelio Marci exceptis his quæ cum Matthæo dixit, quomodo nulla repugnantia demonstretur ab initio vsque ad illud vbi ait. Et ingrediuntur Capharnaum, & statim sabbatis docebat eos, quod cũ Luca dicit. Cap. I.



IC ergo incipit Marcus: Initium Euangelii Iesu Christi filii dei, sicut scriptum est in Esaia Propheta &c. usque ad illud ubi ait, & ingrediuntur Capharnaum, & statim Sabbatis ingressus synagogam docebat eos. In hac tota contextione oĩa superiora cum Matthæo considerata sunt. Hoc aũt Marcus, quia ingressus Capharnaum in synagogam eorum docebat eos sabbatis, cum Luca dixit: sed nihil habet qõnis. F Mer.1. Luc.4.

De homine a quo spiritus immũdus eiectus est conuexans eum, qũo Lucas qui hoc cũ eo dixit non repugnet. Cap. 2.

SEquitur Marcus & dicit, Et stupebant su p doctrina eius: Erat.n.docẽs eos quasi ptatẽ habens, & non sicut Scribæ. Et erat in synagoga eorum hõ in spiritu immũdo, & exclamauit dicens, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos & cætera, vsque ad eum locum ubi ait, Et erat prædicans in synagogis eorũ, & oĩ Galilæa, & demonia eiiciẽs. Et in hoc loco quamuis sint quædam quæ cũ Luca dixit, tamen iam tractata sunt cũ Matthæi narrationem continuam teneremus, qa in ipsum ordinem sic incurrerant, ut ea prætermittenda non arbitrarer. Sed Lucas de spiritu immũdo ait, q sic exierit ab homine, vt nihil ei noceret: Marcus autẽ, Et discerpens eum, inquit, spũs immundus, exclamans uoce magna exiit ab eo. Põt ergo uideri ꝯrium, qũo eũ discerpẽs, uel sicut aliqui codices habent, conuexans eũ, cui nihil nocuit ẽm Lucã. Sed & ipse Lucas, Et cũ proiecisset illum, inquit, dæmonium in mediũ, exiuit ab illo, nihilq; ei nocuit: Vñ intelligitur hoc dixisse Marcum,

(Margin: Mar.2. · G · Luc. 4. · Merc. 1. · Lnc.4.)

Marcum, conuexans eum, quod Lucas, cum ꝓiecisset eũ in mediũ: nihilq; ei nocuit: hoc intelligit, q̄a illa iactatio mẽbrorũ atq; uexatio non debilitauit, sicut solẽt exire dæmonia ẽt quibusdã mẽbris* a mota vexatione elisis.

*al. amputatis, aut elisis.

De nomine Petri quõ ẽt atq; ẽt commendetur, non repugnare Ioanni, qui dicit quando hoc nomen acceperit. Cap. 3.

Mar. 1. SEquit̃ idem Marcus. Et uenit ad eum leprosus deprecans eũ, & genuflexo dixit, Si uis potes me mundare &c. vsq; ad illud ubi ait, H Et clamabant dicentes, Tu es filius dei: & uehementer comminabat̃ eis ne manifestarent *Mar. 3.* illũ. Huic qđ ultimum posuimus simile ali- *Luc. 4.* quid & Lucas dicit, sed sine aliqua repugnan- *Mar. 1.* tiæ q̄õne. Sequit̃ Marcus, Et ascendens in mõtẽ vocauit ad se quos uoluit ipse, & uenerũt ad eum, & fecit ut essent duodecim cũ illo, & ut mitteret eos p̄dicare. Et dedit illis p̄tãtẽ curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia. Et imposuit Simoni nomen Petrus &c. usq; ad illud ubi ait, & abiit & cępit prædicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus, & oẽs mi- *Mar. 5.* rabant̃. De nominib. discipulorũ iã & antea me locutũ scio, cũ Matthæi sequerer ordinẽ: & hic rursus admoneo, ne q̄sq̄ putet nũc ac- *Supra li. 1. ca. 17. & 53. Ioan. 1.* cepisse nomen Simonẽ, ut Petrus vocaret̃, & sit ꝯriũ Ioãni q̄ longe ante illi dictũ esse cõmemorat, Tu uocaberis Cephas: qđ interpretat̃ Petrus. Ipsa.n. uerba dñi commemorauit q̄b. ei nomen imposuit. Marcus aũt hoc loco *Mar. 5* id recapitulando cõmemorauit, cũ ait, Et imposuit Simoni nomen Petrus. Cum.n. vellet nomina duodecim Apostolorum enumerare, & necesse haberet Petrum dicere, bꝛ̃ insi- I nuare uoluit ꝙ non hoc antea vocaretur, sed hoc ei dñs nomẽ imposuerit: nõ tunc, sed q̄ñ Ioannes ipsa verba dñi posuit. Cætera nihil cuiq̄ repugnant, & antea iã ꝑtractata sũt.

Quòd dixit, Quanto magis eis præcipiebat vt tacerent, tanto magis plus illi dicebant, quomodo non repugnet præscientiæ ipsius quæ in Euangelio commendatur. Cap. 4.

Mar. 5. SEquitur Marcus. Et cum transcendisset Iesus in naui rursus transfretum, conuenit turba multa ad illum, & erat circa mare &c. vsq; ad illud ubi ait. Et cõuenientes Apostoli *Mar. 6.* ad Iesum renunciauerunt illi oĩa q̄ egerant & docuerant. Hoc vltimũ dixit cum Luca, in nihilo discordans, cætera iam antea tractata *Luc. 8.* sunt. Sequit̃ Marcus. Et ait illis, Venite seor- *Mar. 6.* sũ in desertũ locũ, & requiescite pusillũ &c. vsq; ad illud ubi ait, Quãto aũt eis p̄cipiebat, tanto magis plus p̄dicabãt, & eo amplius ad- *Mar. 7.* mirabant̃, dicentes, Bene oĩa fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. In his cum Luca Marcus nihil est quod repugnare videat̃ omnib. Et superiora oĩa iam cõsiderauimus, q̄ñ eos Matthæo conferebamus. Sed cauendum est ne quisq̄ arbitret̃, hoc quod in vltimo ex euangelio Marci posui, repugnare oĩbus qui K cum aliis eius plerisq; factis & dictis oñdũt scisse q̄d ageret in hominib. i. ꝙ eum cogitationes & voluntates eorum latere non poterant: sicut apertissime Ioannes dicit, ipse aũt Iesus nõ credebat semetipsum eis, eo ꝙ ipse *Ioan. 2.* nosset oẽs quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse.n. sciebat quid esset in hoĩe. Sed quid mirũ si p̄ñtes hominũ uoluntates uidebat, qui ẽt futuram negationem Petro pręnunciauit, quam tunc *Mat. 26.* vtique non habebat, q̄ñ pro illo uel cum illo paratum se mori præsumebat? Quæ cum ita sint, q̄uõ huic eius tantæ scientiæ & præscientiæ non est ꝯ̃rium quod Marcus dicit, Pręcepit illis ne cui dicerent: Quanto aũt eis pręcipiebat, tãto magis plus prædicabant. Si.n. sciebat eos, sicut ille qui notas habebat & præsen- *Mar. 7.* tes & futuras hominũ uoluntates, tanto magis prædicaturos, quanto magis ne p̄dicarent eis præcipiebat: ut quid hoc præcipiebat, nisi quia pigris volebat ostendere, quanto studio sius quantoq; feruentius eum prædicare debeant, quibus iubet ut prædicent, quando illi L qui prohibebantur, tacere non poterant.

De eo quod suggesserit Ioannes ꝙ in nomine eius eiecerit dæmonia non sociatus discipulis, & dixit, nolite prohibere, qui enim contra uos non est, pro uobis est: q̄uõ non repugnet illi sententiæ, vbi ait. Qui nõ est mecum, aduersum me est. Cap. 5.

SEquitur Marcus. In illis diebus iterum *Mar. 8.* cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent

rerit quod manducarẽt &c. usq; ad illud vbi
Marc. 9. ait, Rñdit illi Ioannes dicens, Magister, vidimus quendam in noīe tuo eijcientem dęmonia, qui non sequit̃ nobiscũ, & prohibuimus eum, Iesus autem ait, Nolite prohibere eum. Nemo est.n. qui faciat uirtutẽ in noīe meo, & possit cito male loqui de me. Qui .n. non est aduersum vos, pro vobis est. Hoc Lucas si-
Luc. 9. militer narrat, nisi ꝙ ipse nõ dicit, Nemo est .n. qui faciat virtutẽ ĩ nomine meo, & possit cito male loq; de me. Nulla est ergo inter eos quæstio cuiusquã repugnantiæ. Sed uidendũ est ne hoc illi sententiæ dñi putetur cõtrariũ
Mat. 12. ubi ait, Qui mecũ non est, aduersum me est,
Luc. 11. & qui mecũ non colligit, spargit. Qũo.n. iste
M non erat aduersus eũ qui cũ illo non erat, de quo Ioannes suggessit, ꝙ cũ illis eũ non sequebatur, si aduersus illum est qui nõ est cũ illo: aut si aduersus illũ erat, qũo dicit discipulis, Nolite prohibere, qui.n. non est aduersus uos, pro uobis est. An hoc interesse aliq̃s dicet, q̃a hic discipulis ait, Qui nõ est aduersus uos, pro uobis est. Ibi aũt de seipso locutus est, qui mecũ nõ est, aduersus me est: quasi uero possit cũ illo non esse qui discipulis eius tanquã membris eius sociatur? alioquin
Mat. 10. qũo uerum erit, Qui uos recipit, me recipit:
Mat. 25. Et, qñ uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis? Aut potest etiam non esse aduersus eum, qui fuerit aduersus discipulos eius? Nã ubi
Luc. 10. erit illud, Qui uos spernit me spernit, & qñ uni ex mininis meis non fecistis, neq; mihi
Acto. 9. fecistis. Et Saule Saule quid me persequeris: cum discipulos eius persequeretur? Sed nimirũ hoc vult intelligi, intm̃ cũ illo non esse aliquem, inquãtum est aduersus illum, & intm̃ aduersus illum non esse, inquantũ cum illo est. Exẽpli gratia, sicut iste ipse qui in nomine Christi uirtutes faciebat, & in societate discipulorum Christi non erat, inquantum ope-
A rabatur uirtutes in illo nomine, intm̃ cũ ipsis erat, & aduersus eos non erat: inquantum uero eorum societati non adhærebat, intm̃ cum ipsis non erat, & aduersus eos erat. Sed quia illi hoc eũ facere prohibuerant in quo cum ipsis erat, dixit eis dñs, Nolite prohibere. Illud.n. prohibere debuerunt quod extra eorum erat societatem ut illi unitatẽ Ecclesiæ suaderent, nõ illud in quo cum illis erat, nomẽ scilicet magistri & domini eorum in dęmoniorũ expulsiõe cõmẽdãs. Sicut catholica Ecclesia facit, nõ improbãs in hęreticis sacramenta cõmunia in his in quib. nobiscũ sũt, & aduersus nos nõ sunt: sed improbat & ꝓhibet diuisionẽ ac separationẽ uel aliquam aduersã paci ueritatiq; sẽtẽtiã: in hoc.n. aduersus nos sunt, quia in hoc nobiscum non sunt, & nobiscũ nõ colligũt, & ideo spargũt.

Quod occasione huius qui in nomine Christi eijciebat dæmonia quanuis cum discipulis non sequeretur, Marcus amplius q̃ Lucas dominum dixisse narrauit, quomodo ostendatur ad hoc ipsum pertinere q̃d illum in nomine suo uirtutes facientem vetuit prohiberi. Cap. VI.

SEquitur Marcus & dicit, Quisquis.n. potũ dederit uobis calicem aquæ in noīe meo, *Marc. 9.* B
quia Christi estis, amen dico uobis non perdet mercedem suam. Et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis credentib. in me, bonũ est ei magis si circũdaret̃ mola asinaria collo eius, & in mare mitteret̃. Et si scãdalizauerit te manus tua, abscide illã, Bonũ est tibi debilẽ introire in uitam, q̃ duas manus habẽtem ire in gehennã, ignẽ inextinguibilẽ, ubi vermis eorũ non moritur, & ignis nõ extinguitur &c. usq; ad illud ubi ait, Habete in vobis salẽ, & pacem habete inter uos. Hæc Marcus dñm locutum, posteaquã illũ qui in nomine eius eijciebat dęmonia, & cũ discipulis non eũ sequebatur uetuit prohiberi, contextim commemorat, aliqua ponens q̃ nullus alius euangelistarum posuit: aliqua uero quæ Matthæus quoq; posuit, & aliqua itidẽ
quæ & Mattheus & Lucas. Sed illi ex aliis oc- *Mat. 18.*
casionibus, & in alio ordine rerum, non hoc *Luc. 17.*
loco ubi de illo suggestũ est, qui cũ discipulis Christi non eũ sequebat̃, & dæmonia in eius nomine eiiciebat. Vñ mihi uĩ etiã hoc loco dominus ſm Marci fidem ideo dixisse quę aliis etiã locis dixit, quia satis ꝑtinebant ad hãc ipsam eius sẽtẽtiã, qua uetuit prohiberi uirtutes in nomine suo fieri, ẽt ab illo q̃ C
cũ discipulis eum non sequebatur. Sic.n. contexit, Qui.n. non est aduersum uos, pro uo-
bis est: Quisquis enim potum dederit uobis, *Mar. 9.*
calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico uobis nõ ꝑdet mercedẽ suã.

Vnde

Vnde ostẽdit etiam illũ de quo Ioannes suggesserat, & vñ iste eius sermo exortus est, ꝙ nõ ita separabatur a societate discipulorũ, ut eã tanquã hæreticus improbaret: sed sicut solent hoĩes nondum audere Christi suscipere sacramenta, & tñ nomini fauere Christiano, ita ut Christianos etiam suscipiant, & nõ ob aliud eis, nisi quia Christiani sunt obsequantur, de quibus dixit, ꝙ non perdunt mercedẽ suam. Non quia iam tuti atq; securi sibi debent uideri ex hac bñuolentia quã erga Christianos habent, etiam si Christi baptismo nõ abluantur, nec vnitati eius incorporẽtur: sed qua ita iam dei misericordia gubernentur vt ad eam quoque perueniant, atq; ita securi de hoc seculo abscedant. Qui profecto & priusquam Christianorum numero socientur vtiliores sunt, q̃ ij qui cum iam Christiani appellentur, & Christianis sacramentis imbuti sint, talia suadent ut eos quibus ea persuaserint secum in æternam illam pœnam pertrahãt. Quos membrorũ corporalium nomine tanquã manũ uel oculũ scandalizãtem iubet erui & abscindi a corpore: hoc est, ab ipsa vnitatis societate, ut sine his potius ueniat ad uitam q̃ cũ eis eatur in gehẽnã. Hoc ipso aũt separãtur a quibus separãtur, ꝙ eis mala suadẽtibus, hoc est scandalizãtibus non cõsentitur. Et si quidẽ omnib. bonis cum quib. eis * societas est, etiam de hac peruersitate innotescũt, ab oĩum penitus societate, atq; ab ipsa diuinorũ sacramentorũ participatione separantur. Si aũt quibusdã ita noti sunt, plurib. aũt ista eorũ est ignota peruersitas, ita tolerãdi sunt, sicut ante uentilationẽ paleæ tolerantur in area: ut neq; illis ad iniquitatis cõmunionem consentiatur, neq; propter illos bonorum societas deseratur: hoc faciunt qui habẽt in seipsis salem & pacem habent inter se.

D

a.l. notitia.

Matt. 3.

Marc.9.

Hinc vsq; ad cœnam domini unde omnia omnium considerari cœperunt, nullam de Marco quæstionem esse tractatam. Cap. VII.

Mar.10. SEquitur Marcus, Et inde surgens uenit in fines iudææ ultra iordanẽ, & conueniunt iterum turbę ad eum, & sicut consueuerat, iterum docebat illos &c. vsq; ad illud ubi ait,
Mar.12 Oẽs.n.ex eo quod abundabat illis miserunt, hęc uero de penuria sua, omnia q̃ habuit misit, totum uictum suum. In hac tota cõtextione omnia superiora cõsiderata sunt, ne q̃d viderenť habere ꝯriũ, qñ cũ Matthęi ordine cæteros cõferebamus. Hoc ãt de uidua paupercula quę duo minuta misit in gazophylaciũ, duo soli dicunt Marcus & Lucas, sed sine vlla qõne cõcordãt. Hinc iã vsq; ad cœnã dñi, vñ omniũ omnia cõsiderata tractauimus, nõ dicit & Marcus q̃d cogat eũ alicui cõparari ad inquirendũ, ne quid repugnare uideatur.

E

Luc. 21.

Mar.14

De Lucæ Euãgelio quomodo principiũ eius congruat principio libri Actuum Apostolorum. Cap. VIII.

NVnc ergo deinceps Lucæ Euangeliũ ex ordine pertractemus, exceptis q̃ habet cũ Matthæo Marcoq; cõmunia, qm̃ illa iam omnia pertractata sunt. Sic ergo incipit Lucas, Qm̃ quidem multi conati sunt ordinare narrationẽ quę in nobis completæ sunt rerũ, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis: visũ est & mihi assecuto a principio omnibus diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorũ verborũ de quibus eruditus es ueritatẽ. Hoc principiũ ad euãgelij narrationẽ nondum pertinet. Admonet ãt vt nouerimus eundẽ Lucam etiã illum librũ scripsisse, qui actus Apostolorũ uocatur: non solũ quia Theophili nomẽ etiã illic inest, nã posset fieri, ut & alius aliquis Theophilus esset, & si idẽ ipse esset ab alio ad illũ aliq̃d scriberet, sicut a Luca euangeliũ, sed q̃a & ibi ita exorsus est, ut diceret, Primũ quidẽ sermonẽ feci de omnibus ô Theophile, q̃ cœpit Iesus facere & docere, vsq; in diẽ quo Apostolos elegit per spm̃sanctũ, mandãs iussit prędicare euãgelium: dedit intelligi ꝙ iam scripserit euangelij librũ vnum ex quatuor, quorum est in ecclesia sublimis authoritas. Nec ideo quia dixit, de omnibus se fecisse sermonem, quæ cœpit Iesus facere & docere usque in diem quo mandauit Apostolis, putari debet omnia scripsisse in euangelio suo, quæ Iesus cum Apostolis in terra uersatus fecit, & dixit, ne sit contrarium Ioanni, qui ait, multa alia fecisse Iesum, q̃ si scriberentur mũdũ totum nõ potuisse capere illos libros: Cũ etiã constet

In prologo.

F

Acto. 1.

Ioan.21.

G

constet ab alijs Euangelistis non pauca narrata, quæ Lucas ipse narrando non attigit. De omnibus ergo fecit sermonem, eligendo de omnibus, unde faceret sermonē, quæ indicauit apta & congrua sufficere officio dispensationis suæ. Et ꝙ dicit, multos conatos *Luc. 1.* *In prologo.* ordinare narrationem, q̄ in nobis completæ sunt rerum: uidetur significare nonnullos qui non potuerunt hoc susceptum munus implere. Ideo aūt dicit sibi uisum esse ex *Mar. 4.* ordine diligenter scribere, quoniam multi conati sunt: sed nos debemus accipere quorū in Ecclesia nulla extat authoritas, quia id quod conati sunt, implere minime potuerunt. Iste autem non solum usque ad resurrectionem ascensionemq; domini perduxit narrationem suam, ut in quatuor authoribus euangelicæ scripturæ dignum labore suo haberet locum, uerumēt deinceps quæ per Apostolos gesta sunt, quæ sufficere credidit *In prologo.* ad ædificandam fidem legentium uel audientiū, ita scripsit, ut solus eius liber fide dignus haberetur in Ecclesia de Apostolorum actib. narrantis, reprobatis oīb. qui non ea fide qua oportuit, facta dictaq; Apostolorū ausi sunt H scribere. Eo quippe tempore scripserunt Marcus & Lucas, quo non solū ab Ecclesia Christi, uerumetiam ab ipsis adhuc in carne manentibus Apostolis probari potuerunt.

Quomodo ostendatur quod de piscibus captis Lucas commemorauit, non pertinere ad illud qđ vr̄ simile Ioānes narrasse post dn̄i resurrectionē, atq; inde iam vsque ad cœnam dn̄i, vnde oīum oīa usq; in finem considerata sunt, nullam ēt ex euangelio Lucæ tractatam esse qōnem. Cap. 9.

Luc. 1. SI ergo narrare Lucas incipit euangelium. Fuit in dieb. Herodis regis iudææ, sacerdos quidā noīe Zacharias de vice Abia, & vxor illi de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabet &c. vsq; ad eum locū, ubi ait, ut cessauit autē loqui, dixit ad Simonem, Duc in altū, & laxa *Luc. 5.* te retia uestra in capturam. Hoc totum non hēt ullam repugnantiæ qōnem. Ioannes q̄dē vr̄ simile aliquid dicere, sed illud longe aliud est, qđ factum est post resurrectionem domini ad mare Tyberiadis: ibi.n. non solū ipsum *Ioan. 31.* tp̄s ualde diuersum est, sed ēt res ipsa plurimum distat. Nam retia illic in dexteram partem missa, centum quinquagintatres pisces I ceperūt, magnos quidē. Sed pertinuit ad euāgelistā dicere, ꝙ cū tā magni essent, retia non sunt dirupta, respicientē. s. ad hoc factum, qđ Lucas commemorat, ubi præ multitudine pisciū retia rumpebanť. Iam cætera similia Ioāni Lucas non dixit, nisi circa dn̄i passionē & resurrectionē, qui totus locus a cœna ipsius ad finē, sic a nobis tractatus est, ut oīum collatis testimoniis nihil eos dissentire docerem⁹.

De Ioanne Euangelista quid a tribus cæteris distet. Cap. 10.

IOannes est reliquus, qui iam nō restat cui conferatur. Quicquid.n. singuli dixerunt, q̄ ab aliis non dicta sunt, difficile est ut habeāt aliq̄ repugnātiæ qōnem. Ac per hoc liquido constat tres istos, Matthæū. s. Marcum & Lucā maxime circa humanitatē dn̄i nostri Iesu Christi esse uersatos, ſm quā & rex & sacerdos est. Et iō Marcus, qui in illo mysterio quatuor animalium, hominis vr̄ demōstrare pſonam, *Supra li. 1. cap. 3. & 6.* uel Matthæi magis comes vr̄, quia cum illo plura dicit ꝑꝑ regiam personam quæ incomitata esse non solet, qđ in primo libro commemoraui, uel quod probabilius intelligitur cum ambobus incedit. Nam q̄uis Matthæo in pluribus, tn̄ in aliis nonnullis Lucæ K magis congruit: ut hoc ipso demonstraretur, ad Leonem & ad uitulum, hoc est, & ad regalem quam Matthæus, & ad sacerdotalem q̄ *Mat. 1.* Lucas insinuat personam, id qđ Christus homo est pertinere, *Luc. 3.* quam figuram Marcus gerit pertinens ad utrunque. Diuinitas uero Christi qua æqualis est patri, ſm ꝙ uerbū est & deus apud deum, & uerbum caro factum est, ut habitaret in nobis, ſm quod ipse & pater unū sunt, a Ioanne maxime commendanda *Ioan. 1.* suscepta est, qui sicut aquila in his q̄ Christus sublimius locutus est immoratur, *Ioan. 10.* nec in terram quodammodo nisi raro descendit. Denique quamuis matrem Christi se noſſe plane testetur, tn̄ nec in eius natiuitate cū Matthæo & Luca aliq̄d dicit, nec eius baptismū *Ioan. 1. & 2.* cum trib. commemorat, sed tātummodo ibi testimonium ioannis alte sublimiterq; commendans, relictis eis pergit cū illo ad nuptias in Chanan Galileę: ubi quamuis ipse euan-

gelista

gelista matrem eius fuisse cõmemoret, ille tñ
dicit, Quid mihi & tibi est mulier? nõ repel-
lens de qua suscepit carnem, sed suam tunc
L maxime insinuans diuinitatem, aquam con-
uersurus in uinum, quæ diuinitas illam etiã
fœminã fecerat, non in illa facta erat. Inde
post paucos dies factos in Capharnaũ, rediit
ad templum, ubi eum commemorat dixisse
de templo corporis sui: Soluite templũ hoc
& in tribus dieb. excitabo illud: ubi maxime
insinuat, non solũ quia Deus erat in templo
verbum caro factum, verum ẽt quia eandem
carnem ipse resuscitauit, non utiq; nisi ẽm
id quod unum est cũ patre, nec separabiliter
operatur: Cum cæteris locis fortassis omnib.
scriptura non dicat, nisi ꝙ Deus illum susci-
tauerit: nec alicubi sic expressum est ꝙ cum
Deus resuscitarit Christum, ẽt ipse se resusci
Ioan.3. tauit, quia cũ patre unus Deus est, sicut hoc
loco ubi ait: Soluite templum hoc & in trib.
dieb. resuscitabo illud. Inde cum illo Nicode
Ibidem. mo q̃ magna q̃ diuina locutus est. Inde rur-
sus pergit ad testimonium Ioannis, & com-
mendat amicum sponsi non gaudere nisi ꝑꝑ
vocem sponsi. Vbi admonet animam huma-
nam non de seipsa sibi lucere nec beari, nisi
Ioan.4. incommutabilis participatione sapientiæ.
Inde ad mulierem Samaritanam, ubi cõme-
moratur aqua, unde qui biberit non sitiet in
M æternum. Inde rursus in Chanam Galilææ
ubi fecerat de aqua uinum: ibi eũ cõmemo-
rat dixisse regulo, cuius filius infirmabatur,
Nisi signa & prodigia uideritis non creditis:
vsqueadeo super oĩa mutabilia uolens men-
tem credentis attollere, ut nec ipsa miracula,
quę q̃uis diuinitus de mutabilitate corporũ
fiunt, a fidelib. quæri uelit. Inde Hierosoly-
mam redit, fit sanus triginta octo annorum
languidus. Ex hac occasione quæ dñr quãdiu
dñr: ibi dictum est, quærebant eum iudæi in-
Ioan.5. terficere, quia non solum soluebat sabbatũ,
sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem
se faciens deo: ubi satis ostenditur q̃ non usi-
tate sicut solent sancti homines dicere, dixe-
rit patrem suum Deum, sed ꝙ ei sit æqualis
insinuans: quippe paulo superius dixerat eis
de sabbato calumniantibus, Pater meus vsq;
modo operatur & ego operor: ibi exarserũt,
non quia patrem suum diceret Deum, sed ꝙ
ei æqualis uellet intelligi, dicendo, Pr̃ meus
vsq; mõ operatur & ego operor: Consequẽs
esse oñdens, ut qm̃ pr̃ operat̃ & filius operet̃,
quia pater sine filio non operat̃. Ibi.n. & pau-
A lopost ait, iã illis ob hoc irascentib. Quæcun
que.n. ille fecerit, hæc & filius similiter facit. *Mat.14.*
Inde tandem descendit Ioannes ad illos tres *Mar.6.*
cũ eodẽ dño in terra gradientes, ut quinq; pa *Luc.9.*
nib. quinq; milia pascant, ubi tñ solus cõme *Ioan.6.*
morat, ꝙ cũ uellẽt eũ regẽ facere, solus fugit
in montẽ. Qua in re nihil mihi aliud vr̃ aĩam
rõnalẽ cõmonere uoluisse, nisi eo se nostræ
menti rationiq; regnare quo est in excelsis,
nulla cũ hominib. cõione naturæ solus, quia
vnicus patri. Hoc aũt mysteriũ deorsum re-
pentes carnales hoĩes fugit, quia ualde subli
me est; vñ illos & ipse fugit in montẽ, q̲a re-
gnũ eius terreno aĩo req̲rebant: vnde & alibi
dicit, Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo. Neq; *Ioan.18.*
ẽt hoc nisi Ioannes cõmemorat, uolatu quo-
dammõ æthereo supereminens terris, & gau
dens luce solis iustitiæ. Ab illo itidem monte
post miraculũ de quinq; panib. factum, cum
iisdem trib. paululũ remoratus, donec mare
transissent qñ ambulauit suꝑ aquas, cõtinuo
rursus se in uerbũ dñi attollit, q̃ magnũ, quã
prolixũ, q̃ diuinũ, supernũ & excelsum, & ex
occasione panis exortũ, cum dixisset turbis.
Amen amen dico uobis, quæritis me, nõ q̲a
signa vidistis, sed q̲a edistis de panib. & satiati
estis: operamini non cibũ qui perit, sed qui *Ioan.6.*
B permanet in uitã æternã: & inde iã talia diu-
tissime atq; excellẽtissime. Tunc ab ista verbi
celsitudine ceciderunt, qui post eũ deinceps
non ambulauerunt, cui sane inhæserunt qui
potuerunt intelligere: Spiritus est qui uiuifi-
cat, caro aũt nihil prodest: q̲a utiq; & carni
spiritus prodest, & solus spiritus prodest, Ca
ro aũt sine spiritu nihil prodest. Deinde suis
fratrib. i. cognatis carnis suæ suggerentibus
ut ascendat ad diẽ festũ quo possit innotesce
re multitudini, quanta altitudine rñdit, Tp̃s *Ioan.7.*
meum nondũ aduenit, tp̃s aũt uestrum sem-
per est paratum. Nõ põt mundus odisse uos,
me aũt odit, quia ego testimonium pehibeo
de illo, quia opera eius mala sunt. Hoc est er
go, tp̃s uestrum semper est paratum: q̲a uos
diem istum concupiscitis, de quo Propheta
dicit, Ego autem non laboraui subsequens te *Hier.17.*
domine, & diem hominis non concupiui tu
scis: hoc est, uolare ad lucem uerbi, & con-

cupiscere

cupiſcere illũ diem quem uidere concupiuit
an.8. Abrahã, uidit & gauiſus eſt. Inde iã ad diem
an.7. feſtũ cũ aſcendiſſet in tẽplum, quæ illũ Ioã-
C nes locutum eſſe commemorat, q̃ mirabilia
q̃ diuina q̃ excelſa: ꝙ ipſi venire nõ poſſent
quò eſſet iturus: ꝙ & ipſum noſſent & vñ eſ
ſet ſcirent, & eſſet uerus qui eum miſerit quẽ
illi neſcirent: tanquã diceret, & vñ ſim ſcitis,
& vñ ſim neſcitis. Quo quid aliud uoluit in-
telligi, niſi ſ̃m carnem notum ſe illis eẽ po-
tuiſſe & gente & patria, ſ̃m diuinitatem aũt
incognitum? Ibi etiam de dono ſpiritusſan-
Ioan.8. cti locutus, oſtendit quis eſſet, qñ munus al-
a.l. illic. tiſsimũ dare potuiſſet. Rurſus * illuc de Oli-
ueti monte regredientem, quæ & quanta nar
rat locutum, poſt ueniam illi adulteræ datã,
quæ uelut lapidanda oblata illi a tentatorib.
fuerat, qñ digito ſcribebat in terra: tanquã il
los tales in terra ſcribẽdos ſignificaret nõ in
cœlo, ubi monuit diſcipulos ſe ſcriptos eſſe
gaudere. Aut ꝙ ſe humiliando ꝗ capitis in-
clinatione mõſtrabat, ſigna in terra faceret:
aut ꝙ iam tempus eſſet ut in terra quę fru-
ctũ daret, & non in lapide ſterili ſicut antea
lex eius conſcriberetur. Ergo poſt hæc lucẽ
mundi ſe dixit, & qui eum ſequeretur non
ambulaturũ in tenebris, ſed habiturum lucẽ
vitæ. Dixit etiam ſe eſſe principium, quod &
loqueretur eis. Quo nomine utiq; ſe diſtinxit
D ab illa luce quam fecit, tanquam lux per quã
facta ſunt omnia: ut illud quod ſe dixerat lu-
cem mundi, non ſic acciperetur, quemadmo
dum diſcipulis ait, Vos eſtis lux mundi. Illi
.n. tanquam lucerna quæ non eſt ponẽda ſub
Matt. 5. modio ſed ſuper candelabrũ: ſicut & de Ioan
ne Baptiſta, Ille erat, inquit, lucerna lucens &
Ioan. 5. ardens: ſed ipſe ſicut principiũ, de quo dictũ
eſt, Nos omnes de plenitudine eius accepi-
Ioan. 1. mus. Ibi dixit ſe filiũ eſſe ueritatẽ, quæ niſi li
Ioan. 8. berauerit, nemo erit liber. Inde poſteaquã il-
Ioan.9. luminauerit a natiuitate cæcum, ex ipſa occa
ſione in prolixo eius ſermone demoratᷣ Ioã-
Ioan.10. nes, de ouibus & paſtore, & ianua, & poteſta
te ponendi animã ſuã & iterum ſumẽdi eã,
in quo excellentiſsimã poteſtatẽ ſuæ diuini-
tatis oſtendit. Inde cũ encænia in Hieroſoly-
mis fierent, commemorat ei dixiſſe Iudæos,
quouſq; animã noſtrã tollis? Si tu es Xp̃s, dic
nobis palã. Atq; inde ſumpta opportunitate
ſermonis q̃ etiam ſublimia dixerit, narrat. Ibi
dixit, Ego & pater vnũ ſumus. Inde iam reſu *Io.*
ſcitatum ab eo Lazarum prædicat, ubi dixit,
Ego ſum reſurrectio & uita, q credit in me,
etiã ſi mortuus fuerit, uiuet: Et omnis qui ui
uit & credit in me, non morietur in æternũ.
In quibus uerbis quid niſi altitudinẽ diuini- E
tatis eius cognoſcimus, cuius in æternũ parti
cipatione uiuemus? Inde iterum Ioãnes oc- *Ioan.12.*
currit in Bethania Matthæo & Marco, vbi fa
ctũ eſt illud de unguẽto precioſo, quo pedes *Mat.19.*
eius a Maria caputq; perfuſum eſt: atq; hinc *Mar.14*
deinceps uſq; ad paſsionem & reſurrectionẽ *Luc.12.*
dñi cum tribus Euangeliſtis Ioannes graditᷣ,
in locis eiſdẽ narratione uerſante. Cęterum
quod ad ſermones dñi attinet, non ceſſat ſe
attollere in ea quæ ille abhinc etiam ſublimi
ter diuturneq; locutus eſt. Nam & qñ eũ uo
luerunt uidere gẽtiles per Philippum & An-
dreã, habuit excelſum ſermonẽ, quẽ aliorũ *Ioan.12.*
Euangeliſtarum nullus inſeruit. Ibi præclara
iterum de luce illuminante & lucis filios fa-
ciente commemorat. Deinde in ipſa cœna,
de qua Euangeliſtarũ nullus tacuit, q̃ multa
& q̃ excelſa uerba eius Ioannes cõmemorat *Ioan.13.*
q̃ alij tacuerunt: non ſolũ de cõmendatione
humilitatis qñ pedes diſcipulorũ lauit, ſed cũ
expreſſus per bucellã traditor eius exijſſet, re
manentibus cũ illo undecim in ſermone ip-
ſius mirabiliter ſtupendo, maximeq; diutur-
no, idem Ioannes immoratus eſt, ubi dixit, *Ioan.14.*
Qui uidet me uidet & patrẽ: ubi multa locu- F
tus eſt de ſpirituſancto paracleto quẽ miſſu- *Ioan.17.*
rus eis erat, & de ſua clarificatione quam ha-
buit apud patrẽ priuſquã mundus eſſet, & ꝙ
unum nos faceret in ſe, ſicut ipſe & pr̃ unũ
ſunt: nõ ut ipſe & pr̃ & nos vnũ, ſed nos vnũ
ſicut ipſi vnũ. Multaq; alia mireq; ſublimia,
de quib. diſſerere ſicut dignũ eſt, etiã ſi iã eſ-
ſemus idonei, in hoc tñ opere nõ id nos ſu-
ſcepiſſe qs nõ aduertat? Qđ alibi fortaſſe red
dẽdũ eſt, hic certe nõ eſt expetẽdũ. Cõmẽda-
re qppe uolumus amatorib. uerbi Dei, & ſtu
dioſis ſanctæ ueritatis, quãuis eiuſdẽ Xp̃i, q
verus & verax eſt, annunciator atq; prædica
tor Ioãnes in Euangelio ſuo fuerit, cuius &
cæteri tres q ſcripſerũt Euãgelium, & cęteri
Apoſtoli, qui nõ quidẽ ipſam narrationẽ ſcri
bẽdã ſuſceperũt, in ea tñ prædicatione ſui of
ficij munus impleuerũt: lõge tñ hũc in Chri
ſti altiora ſubuectum, ab ipſo initio libri ſui *Ioan.1.*

raro fuisse cęteris.i. primo circa Iordanē ꝑ ꝑ
Ioan. 6. testm̄ Ioannis Baptistæ: inde trans mare Ty-
beriadis, qn̄ turbas de quinq; panibus pauit
& sup̄ aquas ambulauit: tertio in Bethamia,
Ioan. 12. vbi unguento precioso fidelis fœminæ deuo
tione perfusus est: donec inde illis occurre-
G ret ad paßionis tēpus: quod cū eis erat: neces
Mat. 26. sario narraturus: vbi tn̄ ipsam dominicam cę
Marc. 4. nam, de qua nullus eorum tacuit, multo opu
Luc. 22. lentius tanquam de cellario dominici pecto
Ioan. 13. ris ubi discumbere solebat, exhibuit. Ipsum
deinde Pilatum uerbis altiorib. percutit, di-
cens, regnum suum non esse de hoc mūdo,
Ioan. 18. regemq; se natum, & ad hoc uenisse in hunc
mundum ut testm̄ perhibeat veritati. Mariā
quoq; post resurrectionē mystica altitudine
Ioan. 20. uisitans, Noli me, inquit, tangere: nōdum.n.
ascendi ad patrē. Discipulis etiam insufflādo
dedit spiritum sanctū, ne ipse spiritus qui tri-
Ioan. 21. nitati consubstantialis & coæternus est, tm̄-
modo patris esse, non etiā filij spūs putaret.
Postremo suas oues Petro se amanti, eumq;
amorem ter confitenti commēdans, dicit eū
dem Ioannem sic se uelle manere donec ve-
niat: vbi etiam mihi ur̄ alto docuisse myste-
a.l. secretam. rio, * istam ipsam Ioannis Euangelicā dispē-
sationem qua in lucem liquidißimam uerbi
sublimiter fertur, ubi trinitatis æqualitas &
incommutabilitas videri pōt, & qua maxi-
me proprietate distat a cęteris hō, cuius susce
ptione uerbum caro factū est, perspicue cer-
H ni cognosciq; non posse, nisi cū ipse dn̄s ve-
nerit: ideo sic manebit donec ueniat, mane-
1. Co. 13. bit autem nūc in fide credentium, tunc autē
Col. 3. facie ad faciem cōtemplandum erit, cum ap
paruerit uita nostra, & nos cum ipso appare-
bimus in gloria. Quisquis aūt arbitratur, ho-
mini uitam istam mortalem adhuc agēti pos
se contingere, ut amoto atq; discusso omni
nubilo phantasiarum corporalium atq; car-
naliū sereniß ima incōmutabilis ueritatis lu-
ce potiatur, & mente penitus a cōsuetudine
uitæ huius alienata illi constanter, & indecli
nabiliter hæreat, nec quid quærat, nec quis
2. Cor. 5. quęrat intelligit. Credat ergo potius sublimi
authoritati minimeq; fallaci, quādiu sumus
in corpore peregrinari nos a domino, & am
bulare per fidem nondum per speciem: ac sic
Ioan. 16. perseueranter retinens atq; custodiens fidē,
Rom. 8. spem & charitatē, intendat in speciem ex pi-
gnore qđ accepimus sancti spiritus, qui nos
docebit oēm veritatem, cum Deus qui susci
tauit Iesum Christū a mortuis, viuificabit &
mortalia corpora nostra per inhabitātē spūm
eius in nobis. Prius autem q̄ viuificetur hoc
quod mortuum est ꝑ ꝑ peccatū, ꝓculdubio
corruptibile est & aggrauat animam, & si qn̄ Sapien. 9
adiuta excedit hanc nebulam qua tegitur oīs I
terra, idest hanc carnalē caliginē, qua tegitur
omnis uita terrena, tanquā rapida coruscatio
ne perstringitur, & in suā infirmitatē redit, vi
uēte desiderio quo rursus erigatur, nec suffi-
ciēte mūditia qua figatur. Et quanto quisque
hoc magis pōt, tāto maior est: quanto aūt mi
nus, tāto minor. Si aūt nihil adhuc tale mens
hoīs experta est in qua tn̄ habitat Christus ꝑ
fidem, instare debet minuendis finiendisque
cupiditatib. huius seculi, moralis uirtutis a-
ctione tanquā in comitatu trium illorū Euan
gelistarum cū mediatore Christo ambulans:
Eumq; qui filius Dei semper est, ꝑ ꝑ nos fi-
lium hominis factum ut sempiterna uirtus
eius & diuinitas nostrę infirmitati & mortali
tati contemperata de nostro nobis in se, atq;
ad se faceret viam cum magna spei lętitia fi-
deliter teneat. Ne peccet a rege Christo rega
tur. Si forte peccauerit, ab eodem sacerdote
Christo expietur, atq; ita in actione bonæ cō
uersationis & uitæ nutritus, pēnis geminę di
lectionis tanquā duabus alis validis euectus
a terris, ab eodem ipso Christo uerbo illumi
netur, uerbo qđ in principio erat, & verbū K
apud deū erat, & Deus erat verbū: Et si ꝑ spe Ioan. 1.
culū & in ænigmate, longe tn̄ sublimius ab
omni similitudine corporali. Qua ꝑ ꝑ quan- 1. Co. 13
uis in illis tribus actiuæ, in Ioannis aūt Euan
gelio dona contemplatiuæ uirtutis eluceant
eis qui hæc dignoscere sunt idonei, tn̄ & hoc
Ioannis, quoniam ex parte est, sic manebit
donec ueniat quod perfectum est. Et alij qui 1. Co. 12
dem datur per spiritum sermo sapientiæ, Rom. 14
alij sermo scientiæ secundum eundem spiri- 2. Co. 12
tum, alius diē domino sapit, alius de pectore 2. Cor. 5.
dn̄i liquidius aliquid bibit, alius leuatus usq; Ioan. 14.
ad tertium cœlū ineffabilia uerba audit, oēs
tamen quandiu sunt in corpore peregrinan-
tur a domino, & omnibus bonæ spei fidelib.
in libro uitæ scriptis seruatur quod dictū est.
ego diligam eum & ostendam meipsum il-
li ueruntamen in hac peregrinatione quātū
in

in rei huius intelligentia uel scientia quisq; profecerit, tãto magis caueat diabolica uitia, superbiã & inuidentiã. Meminerit hoc ipsũ Euangelium Ioannis quã multo amplius erigit ad contemplationẽ ueritatis, tã multo amplius ꝑcipere de dulcedine charitatis. Et quia illud pręceptũ uerissimũ, ac saluberrimũ est, quanto magnus es, tanto humilia te in oĩbus qui Euangelista Xp̃m lõge cęteris altius commendat, apud eum discipulis pedes lauat.

L *Eccles. 3.*

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Liber de diuersis quæstionibus octogintratibus.

M



Omne uerũ a ueritate uerum est, & oĩs anima eo anima quo uera aĩa est. Oĩs igitur anima a ueritate hẽt, ut oĩno anima sit. Aliud aũt anima est aliud ueritas. Nã ueritas falsitatẽ nunq̃ patitur, anima uero sæpe fallitur. Non igitur cũ a ueritate anima est, a seipsa est. Est aũt ueritas deus, deũ igitur hẽt authorẽ, ut sit anima. Oẽ quod fit, ei a quo fit par esse non põt. Alioquin iustitia, q̃ sua cuique tribuere debet, de rebus auferatur necesse est. Hominẽ ergo deus cũ fecit quanquam optimũ fecerit, nun tñ id fecit, quod erat ipse. Melior aũt hõ est, qui uoluntate q̃ qui necessitate bonus est. Voluntas igitur libera dãda homini fuit. Nllo sapiẽte homine authore fit hõ deterior. Non.n.parua ista culpa est, immo tanta est, quæ in sapientem quãuis hominẽ cadere nequeat. Est aũt deus omni homine sapiente præstantior. Multo minus igitur deo authore fit hõ deterior. Multo.n.præstantior dei uoluntas q̃ hominis sapientis ẽ. Illo authore cum dr̃, illo uolente dicitur. Est ergo uitium uoluntatis quo est homo deterior, quod uitium si longe abest a dei uoluntate, ut ratio docet, in quo sit querendum est. Vt sit nõ deterior, aut in ipso causa est, aut in alio aliquo, aut in nihilo. Si in nihilo, nulla causa est. Aut si ita accipitur in nihilo, ꝗ homo ex nihilo factus est uel ex ijs q̃ ex nihilo facta sunt, rursum in ipso erit causa, qđ eius quasi materies est nihilum. Si in alio aliquo, vtrum in deo, an in quolibet alio homine, an in eo quod neq; deus, neq; homo sit. Sed nõ in deo, bonorum.n.deus causa est. Si ergo in homine, aut ui, aut suasione. Sed ui nullo modo, ne sit deo ualentior. Siquidẽ deus ita optime hominẽ fecit, ut si uellet manere optimus nullo resistente impediretur. Suasione aũt alterius hominis si concedimus hominem deprauari, rursum quærendum erit, suasor ipse a quo deprauatus sit: Non.n.põt prauus non esse taliũ suasor. Restat nescio quid qđ nec deus, nec hõ sit, sed etiam hoc quicquid est, aut uim intulit, aut suasit, De ui hoc respondetur ꝗ supra. De suasione aũt, quicquid est, quia suasio non cogit inuitum, ad eiusdẽ hominis uoluntatẽ causa deprauationis eius redit, siue aliquo, siue nullo suadente deprauatus sit. Animal quod caret ratione, caret scientia. Nullum aũt animal qđ scientia caret beatum esse põt. Non igitur cadit in animalia rõnis expertia, ut beata sint. Omne qđ est, aut est corporeum, aut incorporeũ. Corporeum sensibili, in corporeum aũt intelligibili specie cõtinetur. Omne igitur quod est, sine aliqua specie non est. Vbi aũt aliqua species, necessario est aliquis modus, & modus aliquid boni est. Summũ ergo malum nullum modũ habet, caret.n.omni bono. Non est igitur, q̃a nulla specie continetur, totumq; hoc nomẽ mali de speciei priuatione repertum est. Anima aliqñ ita dicitur, ut cum mente intelligatur, ueluti cum dicimus hominẽ ex anima & corpore constare. Aliqñ ita ut excepta mente dicatur. Sed cũ excepta mente dr̃, ex ijs operibus intelligitur q̃ habemus cum bestijs communia. Bestiæ nanq; carent ratione, quæ mẽtis semper est ꝓpria. Moueri per se animam sentit, qui sentit in se esse uoluntatẽ. Nam si uolumus, non alius de nobis uult. Et iste motus animæ spontaneus est, hoc.n.ei tributum est a deo: Qui tamen motus, non de loco in locum est, tanquã corporis. Localiter.n.moueri, corporis propriũ est. Et cum anima uoluntate.i.illo motu qui localis nõ est, corpus suum tñ localiter mouet, non ex eodem mõstraẽ & ipsa localiter moueri. Sicut uidemus a cardine moueri aliquid per magnum spacium loci, & tñ ipsum cardinem non moueri loco. Oẽ quod corporeus sensus attingit, ꝗ & sensibile dr̃, sine ulla intermissione tp̃is cõmutatẽ: uel ut cũ capilli nostri crescunt, uel cor-

Margin notes: *Vtrũ anima a seipsa sit q. 1. 1. sen. di. 46. c. Iã.* — *Ioan. 14.* — *De libero arbitrio. q. 2.* — A *vtrũ deo authore sit homo deterior. q. 3. 1. sen. di. 46 ca. si quis 2. sen. di. 37. c. ex quo. 2. sen. dis. 37. ca. ex prædictis* — *Quæ sit causa, vt homo sit deterior. q. 4.* — B *2. sen. di. 35. cap. quod aũt* — *vtrum animal irrationale beatum esse possit q. 5.* — *De malo. q. 6. 2. sen. di. 35. cap. quo circa.* — C *Quæ proprie in amãte anima dicatur. q. 7.* — *Vtrũ per se anima moueatur q. 8.* — *vtrũ corporeis sensibus ueritas.*

corpus vergit in senectutē, aut in iuuenta ef florescit, perpetuo id fit, nec oīno intermittit fieri. Qđ aūt non manet, ꝑcipi non pōt: illud .n. percipitur qđ scientia cōprehendit. Comprehendi aūt non pōt quod sine intermissione mutatur. Non est igit̄ expectanda synceritas veritatis a sensib. corporis. Sed ne quis dicat esse aliqua sensibilia eodē mō semper manentia, & rōnem nobis de sole atq; stellis afferat, in quib. facile conuinci non pōt, illud certe nemo est q̃ non cogatur fateri, nihil esse sensibile quod non habeat simile falso, ita ut internosci nō possit. Nā ut alia prætermittā, oīa q̄ per corpus sentimus, ēt cū ea non assunt sensib. imagines tñ eorum patimur tanq̄ prorsus assint, uel in somno, uel in furore. Quod cū patimur oīno utrū ea ipsis sensib. sentiamus, an imagines sensibiliū sint, discernere non ualemus. Si igit̄ sunt imagines sensibiliū falsæ quæ discerni ipsis sensib. nequeunt, & nihil percipi pōt, nisi quod a falso discernitur, non est constitutū iudiciū veritatis in sensib. Quamobrē saluberrime admonemur auerti ab hoc mundo, qui profecto corporeus est & sensibilis, & ad deum. i. veritatē q̄ intellectu & interiore mēte capitur, q̄ semper manet, & eiusdē modi est, quę non habet imaginē falsi, a qua discerni non possit, tota alacritate conuerti. Omne bonū a deo. Omne speciosum, bonum inquantū speciosum est. Et oē quod species cōtinet, speciosum est. Oē aūt corpus, ut corpus sit, specie aliqua cōtinetur. omne igitur corpus, a deo. Deus cum liberat, nō partē aliquam liberat, sed totū liberat, quod forte in periculo est. Sapientia ergo & virtus dei, qui dr̄ unigenitus filius, homine suscepto liberationem hoīs indicauit. Hoīs aūt liberatio ī utroq; sexu debuit apparere. Ergo quia virū oportebat suscipere, q̃ sexus honorabilior est, ꝯn̄s erat ut fœminei sexus liberatio hinc appareret, qđ ille uir, de fęmina natus est. Agite ò inq̄t miseri mortales, hoc agite ne unq̄ polluat hoc domiciliū malignus spūs, ne sensib. imixtus incestet aīæ sāctitatē, lucemq; mētis obnubilet. Serpit hoc malū ꝑ oēs aditus sensuales, dat se figuris, acōmodat colorib. adhæret sonis, latet in ira, in fallacia sermonis, odorib. se subiicit, infūdit saporib. ac turbidi motus illuuie tenebrosis affectionib. tenebrat sensus, q̄busdā nebulis implet oēs meatus intelligentiæ, ꝑ quos expādere lumē rōnis radius mētis solet. Et quia radius æthereæ lucis est, in eoq; speculū diuinæ præsentiæ, in hoc. n. deus, in hoc uolūtas innoxia, in hoc recte facti meritum relucet, deus vbiq; pręsens est. Tunc aūt vnicuiq; nostrū simile est, cū mentis nostræ illibata puritas in eius præsentia patuerit. Vt. n. uisus oculorum si fuerit uitiatus, quicquid uidere non potuerit, adesse non putat. Frustra. n. circunstat oculos præsens imago rerū, si oculis integritas desit: Ita etiam deus qui nusquam deest, frustra pollutis -nimis pręsens est, quē videre mentis cæcitas non pōt. Inter multa quibus ostendi potest, hominem rōne bestiis antecellere, hoc omnibus manifestū est, q̄ beluæ ab hominibus domari & mansuefieri possunt, homines a beluis nullo modo. Si phantasma fuit corpus Christi, fefellit Xp̄s. Et si fallit, ueritas non est. Est aūt veritas Xp̄s: Nō igitur phantasma fuit corpus eius. Omne quod se intelligit, comprehēdit se. Quod aūt se cōprehendit, finitū est sibi. Et intellectus intelligit se: Ergo finitus est sibi. Nec infinitus esse vult quanuis possit, quia notus sibi esse vult, amat. n. se. Deus oīum q̄ sunt, causa est. Qđ aūt oīum rerū causa est, ēt sapientię suæ causa est. Nec unquā deus sine sapientia sua: Igit̄ sempiternæ sapientiæ suæ causa est sempiterna, nec tp̄e prior est, q̃ sua sapientia. Deinde si patrē sempiternū esse inest deo, nec fuit aliqñ nō pr̄, nunq̄ sine filio fuit. Oē præteritum iam non est. Oē futurum nondū est. Oē igit̄ & præteritum deest: Apud deum autem nihil deest, nec præteritum igitur nec futurū, sed omne præsens est apud deum. Omne qđ est, aliud est quo constat, aliud quo discernitur, aliud quo congruit. Vniuersa igitur creatura, si & est quoquo modo, & ab eo quod omnino nihil est, plurimū distat, & suis partibus sibimet congruit, causam quoq; eius trinam esse oportet, qua sit, qua hoc sit, qua sibi amica sit. Creaturæ autem causam, id est, authorem deum dicimus. Oportet ergo esse trinitatem qua nihil præstantius, intelligentius & beatius inuenire perfecta ratio potest. Ideoq; etiam cum veritas quærirur, plusquā tria genera quæstionum esse non possunt, utrum omnino sit, utrum hoc an aliud sit, utrū approbandum improbandum ue sit. Quod

in-

Marginalia (left column): D — *vtrū corpus a deo sit. q. 10.* — E — *Quare Christus de fœmina natus sit. q. 11. 3. sen. di. 12. c. vlt.* — *Sententia cuiusdam sapientis q. 12. Fontei.*

Marginalia (right column): F — *Quo documento ęstet homines bestiis antecellere q. 13.* — *Non fuisse corpus domini nostri Iesu Christi phantasma. q. 14.* — *Ioan. 14.* — *De intellectu. q. 15.* — *De filio dei. q. 16.* — *De scientia dei. q. 7.* — G — *De trinitate. q. 18*

De Deo & creatura. q. 19.

incõmutabile aũt, æternũ est, semper.n.eiusdẽ modi est. Qđ aũt cõmutabile est, tempori obnoxium est: Non.n.semper eiusdem modi est, & ideo æternum non recte dicitur, Quod .n.mutatur, non manet: quod non manet, nõ est æternum. Idq; inter immortale & æternũ interest, ꝙ oẽ æternum immortale est, nõ oẽ immortale satis subtiliter æternum dr̃: quia

H etsi semper aliquid uiuat, tñ si mutabilitatem patiatur, non proprie æternũ appellatur, qa non semper eiusdẽ modi est: quãuis immortale, quia semper viuit, recte dici possit. Vocatur aũt æternum interdum etiã quod immortale est. Illud uero quod & mutationẽ patitur & animæ præsentia cum anima non sit uiue re dr̃, neq; immortale vllo mõ & multo minus æternum intelligi põt. Aeternum.n.cum proprie dr̃, neq; quicq̃ præteritum quasi trãsierit, neq; quicquam futurum quasi nondũ sit, sed quicquid est, tantummodo est,

De loco dei. q. 20. 1. sen. dis. 37. c. Facteamur. lib. 8. de Gene. ad literam. cap. 26. 2. sen. distin. 35. c. Ab eo.

Deus non alicubi est. Quod.n.alicubi est. continetur loco: Quod continetur loco, corpus est. Deus aũt non est corpus: Non igitur alicubi est: & tñ quia est, & in loco non est, in illo sunt potius omnia q̃ ipse alicubi: nec tñ ita in illo ut ipse sit locus. Locus.n.in spacio est quod longitudine & latitudine & altitudine corporis occupatur, nec deus tale aliquid est. Et omnia igitur in ipso sunt, & locus non est: Locus tamen dei abusiue dicitur templũ dei, non ꝙ eo contineatur, sed quod ei præsens sit. Id autem nihil melius quam anima munda intelligitur.

I

Vtrum Deus author mali non sit. q. 21.

Quisquis oĩum quæ sunt author est, & ad cuius bonitatem id tm̃ pertinet ut sit oẽ quod est, non esse ad eum ptinere nullo pacto potest. Oẽ aũt quod deficit, ab eo quod est esse deficit, & tendit in non esse. Esse aũt & in nullo deficere bonũ est, & malum est deficere. At ille ad quem non esse nõ pertinet, non est causa deficiendi.i.tendendi ad non esse: quia ut ita dicam, essendi cã est. Boni igitur tantũmodo causa est, & propterea ipse summum bonum est. Quo circa mali author nõ est, qui omnium quæ sunt author est, quia inquantum sunt, intm̃ bona sunt.

1. Retra. ca. 26. 2. sen. dist. 36. cap. Quod autẽ Et dist. 37. cap. Cum igitur.

Deum nõ pati necessitatem q. 22.

Vbi nulla indigentia, nulla necessitas: Vbi nullus defectus, nulla indigentia. Nullus autem defectus in Deo, nulla ergo necessitas.

De patre & filio. q. 23.

Omne castum castitate castum est, & omne æternum æternitate æternum est, & omne pulchrum pulchritudine, & omne bonũ bonitate: ergo & omne sapiens sapientia & oẽ simile similitudine. Sed duobus modis castũ castitate dr̃, uel quod eam gignat, vt ea sit castum castitate quam gignit, & cui principiũ atq; causa est ut sit. Aliter autem * ut participatione castitatis quidq; castum est, quod potest aliqñ esse non castum, atq; ita de cæteris intelligendum est. Nam & anima æternitatẽ

K uel intelligitur uel creditur cõsequi, sed æterna æternitatis participatione fit. Non autẽ ita æternus Deus, sed quod ipsius æternitatis est author. Hoc & de pulchritudine & de bonitate licet intelligi. Quamobrem cum sapiens Deus dicitur, & ea sapientia sapiens dicitur, sine qua eum uel fuisse aliquãdo, uel esse posse nephas est credere, non participatione sapientiæ sapiens dicitur, sicuti anima, quæ & esse, & non esse sapiens potest, sed quod ipse eam genuerit qua sapiens dicitur sapientiã. Item illa quæ participatione sunt, uel casta, uel æterna, uel pulchra, uel bona, uel sapientia, recipiunt, ut dictum est, ut possint nec casta esse, nec æterna, nec pulchra, nec bona, nec sapientia. At ipsa castitas, ęternitas, pulchritudo, bonitas, sapientia nullo modo recipiunt aut corruptionem, aut ut ita dicam tẽporalitatem, aut turpitudinem, aut malitiã. Ergo etiã illa quæ participatione similia sunt recipiunt dissimilitudinem. At ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte potest esse dissimilis. Vnde fit, ut cũ similitudo patris filius dicitur, quia eius participatione similia sunt quæcunq; sunt uel inter se uel deo similia, ipsa est enim species prima, qua sunt ut ita dicã speciata & formata quæ formata sunt omnia, ex nulla parte patri potest esse dissimilis. Idem igitur quod pater: ita ut iste filius sit, ille pater, id est iste similitudo, ille cuius similitudo est: iste substantia, ille substantia, ex quo vna substantia. Nam si non vna est, recipit dissimilitudinem similitudo, quod fieri posse omnis uerissma negat ratio.

1. Retra. ca. 26. li. 6. De tri. cap. 2.

2. sen. distin. 35. c. Ab eo.

L

Vtrum peccatum & recte factum in libero sit voluntatis arbitrio. q. 24

Quicquid casu fit, temere fit. Quicquid temere fit non fit prouidentia. Si ergo casu aliqua fiunt in mundo, non prouidentia vniuersus mundus administratur. Si non prouidentia vniuersus mundus administratur, est ergo aliqua natura atque substantia quæ ad opus prouidentiæ non pertinet. Omne autem

aũt quod eſt,inquantũ eſt,bonũ eſt. Summe .n.eſt illud bonum cuius participatione,ſunt bona cętera.Et omne quod mutabile eſt,non per ſeipſum,ſed boni immutabilis participatione inquantum eſt,bonum eſt. Porrò illud bonum cuius participatione ſunt bona cætera quæcunq; ſunt,non per aliud,ſed per ſeipſum bonum eſt,quam diuinam etiam prouidentiã uocamus.Nihil igitur caſu fit in mundo. Hoc conſtituto, conſequens uidetur,ut quicquid in mundo geritur,partim diuinitus geratur,partim noſtra voluntate. Deus enim quouis homine optimo & iuſtiſsimo longe atq; incomparabiliter melior & iuſtior eſt. Iuſtus autem regens & gubernans vniuerſa

M nullam pœnam cuiquam ſinit immerito infligi,nullum præmium immerito dari. Meritum autem pœnæ,peccatum: & meritũ præmij,recte factum eſt. Nec peccatum aũt nec recte factum imputari cuiquam iuſte poteſt, qui nihil fecerit propria voluntate. Eſt igitur & peccatum & recte factum in libero voluntatis arbitrio. Sapientia dei hominem,ad exẽplum quo recte uiueremus,ſuſcepit. Pertinet autem ad uitam rectam,ea quæ non ſunt metuenda non metuere. Mors autem metuenda non eſt: Oportuit ergo idipſum illius hominis,quem dei ſapientia ſuſcepit, morte monſtrari. Sunt autẽ homines qui quamuis mortẽ ipſam non timeant, genus tñ aliquod ipſius mortis horreſcunt. Nihilominus autem ut ipſa mors metuenda non eſt, ita etiam nullum genus mortis bene & recte uiuenti homini metuendũ eſt. Nihilominus igitur hoc quoque illius hominis cruce oſtendendum fuit. Nihil .n. erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius & formidoloſius. Alia ſunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. Infirmitas cõtraria eſt uirtuti,imperitia contraria eſt ſapientiæ, malitia contraria eſt bonitati. Quiſquis igitur nouit quid ſit

A uirtus & ſapientia dei, poteſt exiſtimare quæ ſint peccata venialia. Et quiſquis nouit quid ſit bonitas dei, poteſt exiſtimare quib. peccatis certa pœna debeatur & hic & in futuro ſeculo. Quib. bene tractatis, probabiliter iudicari poteſt, qui non ſint cogendi ad pœnitentiam luctuoſam & lamentabilem, quamuis peccata fateantur: & quibus nulla omnino ſperanda ſit ſalus, niſi ſacrificium obtulerint deo, ſpiritum contribulatum per pęnitentiã. Fieri poteſt ut per malum hominem diuina prouidentia, & puniat, & opituletur. Nam Iudæorum impietas, & Iudeos ſupplantauit, & gentibus ſaluti fuit: Item fieri poteſt ut diuina prouidentia per hominẽ bonum & dãnet & adiuuet, ſicut ait Apoſtolus, Alijs ſumus odor uitæ in uitã, alijs aũt odor mortis ĩ mortem. Sed cum oĩs tribulatio, aut pęna impiorum ſit, aut exercitatio iuſtorum, quia eadem tribula & paleas concidit & frumtena a paleis exuit, unde tribulatio nomen accepit: rurſus cum pax & quies a moleſtijs tẽporalibus, & bonos lucretur, & corrumpat malos: oĩa hæc diuina prouidentia pro meritis moderatur animarum: ſed tamen non ſibi eligũt boni miniſteriũ tribulationis, nec mali amãt pacem. Quare ipſi quoq; per quos id*agit ꝙ ignorant, non iuſtitiæ quę refertur ad deum, ſed maleuolentiæ ſuæ mercedem accipiunt. Quemadmodum nec nobis imputatur quod

B ipſis prodeſſe volentibus nocetur alicui, ſed bono animo beneuolentiæ præmium tribuitur. Ita etiam cætera creatura pro meritis animarum rationalium uel ſentitur uel latet, uel moleſta uel cõmoda eſt. Summo.n. deo cuncta bene adminiſtrante quæ fecit, nihil inordinatum in uniuerſo, nihilq; iniuſtum eſt, ſiue ſcientib. ſiue neſciẽtibus nobis: ſed in parte offenditur anima peccatrix, tamen quia ꝓ meritis ibi eſt, ubi talem eſſe decet, & ea patitur quæ talem pati æquum eſt, vniuerſum regnum dei nulla ſui fœditate deformat. Quamobrem quoniam non omnia nouimus quę de nobis bene agit ordo diuinus in ſola bona uoluntate ſ̃m rem agimus: in cæteris autem ſ̃m legem agimus, cum lex ipſa incommutabilis maneat & omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderetur. Gloria igitur in altiſsimis deo, & in terra pax hominib. bonæ uoluntatis. Qui quęrit quare uoluerit de⁹ mundum facere, cauſam quærit uoluntatis dei. Sed omnis cauſa efficiens eſt: Omne autem efficiens maius eſt quàm id quod efficitur: Nihil autem maius eſt uoluntate dei. Nõ ergo eius cauſa quærenda eſt. Quæ ſurſum ſunt ſapite. Ea quæ ſurſum ſunt ſapere iubemur, ſpiritalia ſcilicet, quæ non locis & partibus huius mundi ſurſum eſſe intelligẽda ſunt, ſed merito excellentiæ ſuæ, ne in

eius

De cruce Chriſti. q. 25.

De differẽtia peccatorum. q. 26.

De prouidentia. q. 27.

1. Cor. 2.

lib. 11. de Gene. ad liter. c. 6.

al. agitur

Lucæ. 2.

i. ſen. d. 45. ca. Hec. C. itaque.

Quare deus mũdũ facere uoluerit. q. 28

Vtrum aliquid sit sursū aut deorsum in vniuerso. q. 29. 1. sē. d. 1. col. 3.

eius mūdi parte figamus animum nostrum, quo uniuerso nos debemus exuere. Sursum .n. aut deorsum in huius mūdi partib. est. Nā vniuersus nec ipse habet sursum aut deorsū: Corporeus est. n. quia oē uisibile corporeum est. Nihil āt in uniuerso corpore sursum aut deorsum est. Cū. n. in sex partes motus fieri videatur, qui rectus dr̄. i. qui circularis nō est in anteriora & posteriora, in dexteriora & sinisteriora, in superiora & inferiora, nulla oīno rō est, cur uniuerso corpori ante ac post nihil sit, & dextera as leua, sit aūt sursum ac deorsum. Sed eo considerantes decipiuntur, q̄d sensibus, & consuetudini difficile obsistitur. Non. n. tam facilis est nobis conuersio corporis, quæ fit siquis capite deorsum moueri uelit, quā facilis est a dextera in leuā, uel ab in-

D teriore in posteriorē partē. Quamobrē remotis uerbis secum animo satagendū est, ut hoc cernere ualeat. Vt inter honestum & utile interest, ita & inter fruendum & utendū. Quanquam. n. omne honestum utile, & omne utile honestum esse, subtiliter defendi queat, tn̄ quia magis proprie atq; usitatius honestū dicitur, quod p̄ p̄ seipsum expetendum est, utile aūt quod ad aliud aliquid referendum est: secundum hāc differentiam nunc loquimur, illud sanè custodientes, ut honestum & utile nullo modo sibimet aduersentur. Aduersari enim hæc sibi aliquando imperite ac vulgariter existimantur, Frui ergo dicimur ea re de qua capimus uoluptatem: Vtimur ea quā referimus ad id vnde voluptas capiēda est. Oīs itaq; humana peruersio est, quod etiam vitiū vocatur, fruendis uti uelle, atq; utendis frui. Et rursus omnis ordinatio, quæ uirtus etiam nominatur, fruendis frui, & vtendis vti. Fruēdum est autem honestis, utendum uero utilibus. Honestatem uoco intelligibilē pulchritudinem, quam spiritalem nos proprie dicimus, vtilitatem aūt diuinam prouidentiam. Quapropter quanquam sint multa pulchra visibilia quæ minus proprie honesta appellātur, ipsa tn̄ pulchritudo ex qua pulchra sunt quæcunq; pulchra sunt, nullo modo est uisi-

Vtrum omnia in utilitatē hominis creata sint. q. 30.

E bilis. Item multa utilia uisibilia, sed ipsa utilitas ex qua nobis prosunt quæcunq; prosunt, quam diuinā prouidentiā dicimus, uisibilis non est. Notum sanè sit uisibilium nomine oīa corporalia contineri. Oportet ergo frui pulchris inuisibilib. i. honestis: vtrum aūt oībus, alia qō est, quāquam fortasse honesta nō nisi quibus fruendum est, dici deceat: Vtilib. aūt utēdum est omnibus, vt quoquo eorum opus est. Et frui quidē cibo & qualibet corporali uoluptate non adeo absurde existimātur & bestiæ: vti autem aliqua re non potest nisi animal quod rōnis est particeps. Scire nāque quò quidq; referendum sit, non datum est rōnis expertib. sed neq; ipsis rationalibus stultis. Nec uti quisq; pōt ea re quæ quò referēda sit nescit, nec quisq; pōt scire nisi sapiens. Quare abuti rectius dici solent qui non bene vtuntur. Non. n. cuiquā p̄dest id quo male utitur, & quod non prodest, non utiq; utile est. Vtile aūt quicquid est, utendo est utile, ita nemo utitur nisi vtili. Non ergo vtitur, q̄s quis male vtitur. Perfecta igitur omnis ratio F quæ virtus vocatur, utitur primo seipsa ad intelligēdum deum, vt eo fruatur, a quo etiam facta est. Vtitur autem cæteris rationalibus animantibus ad societatem, irrationalibus ad eminentiam. Vitam etiam suam ad id refert vt fruatur deo, ita enim beata est. Ergo & seipsa vtitur, quę profecto inchoat miseriā per superbiā, si ad seipsam, non ad deum referatur. Vtitur etiam corporib. quibusdam viuificandis ad beneficentiam, sic. n. vtitur suo corpore: quibusdam assumēdis vel respondis ad valetudinem, quibusdam tolerandis ad patiētiam, quibusdam ordinādis ad iustitiam, quibusdam cōsiderandis ad aliquod veritatis documentum. Vtitur etiam ijs a quibus se abstinet ad temperantiam. Ita omnib. & sensis & non sensis vtitur, nec aliquid tertium est. Iudicat autem de omnib. quibus vtitur, de solo deo non iudicat, quia s̄m deum de cæteris iudicat, nec eo vtitur, sed fruitur. Neq;. n. ad aliquid aliud deus referendus est: quoniā omne quod ad aliud referendum est, inferius est q̄ id ad quod referendū est. Nec est aliquid deo superius, non loco, sed excellentia substātiæ. Omnia erga quæ facta sunt in usum hoīs facta sunt, quia omnibus vtitur iudicando rō, q̄ homini data est. Et ante lapsum quidem nō utebatur tolerandis, nec post lapsum vtit̄, nisi conuersus, & quenq̄ ante mortē corporis, iā tn̄ quātū pōt dei amicus, q̄ a libēter seruus. Virt⁹ ē aī habitus naturæ mō atq; rōni cōsentane⁹. Quare oīb. partib. ei⁹ cognitis tota uis

G *virtus. quid. Sit Cice. quemad.*

modum virtutes animi ab illo diuiſæ ac difſinitæ. ſint. q. 31

erit ſimplicis honeſtatis conſiderata. Hēt igit̄
partes quatuor, prudentiā, iuſtitiā, fortitudi-
nē, temperantiā. Prudentia eſt rerū bonarum
& malarū & neutrarū ſciētia. Partes eius, me
moria, intelligentia, prouidentia. Memoria
eſt per q̄ animus repetit illa quæ fuerunt. In-
telligentia, per q̄ ea perſpicit quæ ſunt. Proui

Prudentia cum eius partibus. Iuſtitia quid ſit & unde.

dentia, ꝑ q̄ futurū aliquid vr̄ anteq̄ factū eſt.
Iuſtitia eſt habitus animi, communi vtilitate
conſeruata ſuā cuiq; tribuens dignitatē. Eius
initiū eſt a natura profectū: Deinde quædam
in conſuetudinē ex vtilitatis rōne uenerunt:
Poſtea res & a natura profectas & conſuetu-

Natura ius quid.

dine ꝓbatas, legū metus & religio ſanxerūt.
Natura ius eſt, qđ non opinio genuit, ſed q̄-
dam innata vis inſeruit, ut religionē, pietatē,
gratiā, uindicationē, obſeruantiā, veritatem.
Religio eſt quæ ſuperioris cuiuſdā naturæ, q̄
diuinā vocant, curā ceremoniāq; affert. Pie-
tas per quam ſanguine coniunctis patrieque
beneuolens officiū, & diligens tribuitur cul-
tus. Gratia in qua amicitiarū & officiorū alte
H rius memoria, & remunerandi voluntas con
tinetur. Vindicatio per quā vis aut iniuria &
oīno oē quod offuturū eſt, defendo, aut vlci-
ſcendo propulſatur. Obſeruantia per q̄ ho-
mines aliqua dignitate antecellentes, cultu

Conſuetudo ius quid.

quodā & honore dignamur. Veritas per quā
immutata ea quæ ſunt aut fuerunt aut futura
ſunt, dnr̄. Conſuetudine aūt ius eſt quod aut
leuiter natura tractum aluit, & maius fecit u
ſus, & religionē: & ſi quid eorū quæ ante di-
ximus, a natura prouectū, maius factum ꝑꝑ
conſuetudinē videmus, aut qđ in morē vetu
ſtas vulgi approbatione ꝑduxit. Qđ genus
pactū eſt, par, lex, iudicatū. Pactū eſt qđ inter
aliquos conuenit. Par qđ in oēs æquale eſt.
Iudicatū de quo alicuius aut aliquorū iā ſen
tentijs conſtitutum eſt. Lege ius eſt, qđ in eo
ſcripto qđ populo expoſitum eſt ut obſeruet
continetur. Fortitudo eſt conſiderata pericu-

Fortitudo quid ſit. Partes fortitudinis.

lorū ſuſceptio & laborū ꝑpeſsio. Cuius par-
tes, magnificentia, fidentia, patientia, ꝑſeue-
rantia. Magnificentia eſt rerū magnarū & ex
celſarū cū animi ampla quadā & ſplēdida ꝓ
poſitione cogitatio atq; adminiſtratio. Fiden
tia eſt ꝑ q̄ magnis & honeſtis in rebus multū
I ipſe aīus in ſe fiduciæ cū certa ſpe collocauit
Patientia eſt honeſtatis aut vtilitatis cā rerū
arduarū ac difficiliū voluntaria ac diuturna
ꝑpeſsio. Perſeuerantia eſt in rōne bn̄ conſide

Temperantia quid ſit. Partes tēperantiæ.

rata ſtabilis & ꝑpetua ꝑmāſio. Tēperantia eſt
rōnis in libidinē atq; alios nō rectos impet9
animi firma & moderata dn̄atio. Eius partes,
continētia, clementia, modeſtia. Continētia
eſt per q̄ cupiditas, conſilij gubernatione re-
git̄. Clemētia per q̄ animi temere in odiū ali
cuius illecti cōcitatiq; comitate retinent̄. Mo
deſtia ꝑ q̄ pudor honeſtus clarā & ſtabilē cō
parat authoritatē, atq; hæc oīa ꝑꝑ ſe ſolū, vt
nihil adiungat̄ emolumenti, petenda ſunt, q̄
vt monſtret̄, neq; ad hoc nr̄m inſtitutū ꝑti-
net, & à breuitate p̃cipiendi remotū eſt. Pro-
pter ſe aūt vitanda ſunt, nō eo mō q̄ ijs cōtra
ria ſunt, vt fortitudini ignauia, & iuſtitiæ in-
iuſtitia: verūetiā illa q̄ ꝓpinqua uident̄ & fi-
nitima eē, abſunt aūt longiſsimè: qđ genus fi
dentię contrariū, eſt diffidentia, & ea re vitiū
eſt audacia non contrariū, ſed appoſitū ac ꝓ-
pinquū, ſep tn̄ vitiū eſt. Sic vnicuiq; virtuti fi
nitimū vitiū reperiet̄, aut certo iā noīe appel K
latū, vt audacia q̄ fidentię, ꝑtinacia, q̄ ꝑſeue-
rantiæ finitima eſt, ſuꝑſtitio q̄ ad religionem
propinqua eſt: aut ſine vllo certo nomine: q̄
oīa uti contraria rerū bonarū in reb. vitandis
reponent̄. Ac de eo quidē gn̄e honeſtatis qđ
oī ex parte ꝑꝑ ſe petitur ſatis dictū eſt. Nunc
de eo in quo utilitas quoq; adiungitur, quod
tn̄ honeſtū uocamus, dicendū vr̄. Sunt igitur
multa quæ nos cū dignitate, tū fructu quoq;
ſuo ducunt. Quo in gn̄e eſt gloria, dignitas,
amplitudo, amicitia. Gloria eſt frequens de
aliquo fama cū laude. Dignitas, alicuius ho-
neſtatis & cultu & honore & uerecundia di-
gna authoritas. Amplitudo eſt potētia, aut ma
ieſtas, aut aliquarū copiarū magna abūdātia.
Amicitia, voluntas erga aliquē rerū bonarū,
illiuſipſius cā quē diligit, cū eius pari volun-
tate. Hic q̄a de ciuilib. cauſis loquimur, fru-
ctus ad amicitiā adiungimus, ut eorū quoq;
cā petenda videatur, ne forte qui nos de om-
ni amicitia dicere exiſtimarint, reprehendāt.
Quanq̄ ſunt qui ꝑꝑ utilitatē modo petendā
putent amicitiā, ſunt qui ꝑꝑ ſe ſolum ſunt,
qui & ꝑꝑ ſe ꝑꝑ vtilitatem: Quorū quid ve-
riſsime ſtatuatur alius locus erit conſideran-

Vtrū rē ullam alius alio magis intelli

di. Quiſquis ullā rē aliter q̄ ea res eſt intelli-
git, fallitur. Et oīs qui fallitur, id in quo fallit̄
non intelligit. Quiſquis igitur vllā rē aliter q̄
eſt intelligit, nō eā intelligit. Nō ergo poteſt
quicquam

...ua atq; ...ueiusdē ...oper infinitū ...intel ...gentia. q.32. De metu. q.33.

quicq̃ intelligi,nisi ut est:Nos aũt aliquid nõ ita ut est intelligimus, uelut hocipsũ nihil intelligi,ꝙ non ita ut est intelligitur. Quare nõ est dubitandũ esse perfectã intelligentiã qua p̃stantior eẽ nõ possit, & iõ non ꝑ infinitum ire, q̃a queq; res intelligiт, nec eũ posse aliũ alio plus intelligere. Nulli dubiũ est non aliã metuẽdi esse cãm, nisi ne id qđ amamus,aut adeptũ amittamus,aut nõ adipiscamur sperattũ. Quare quisquis hoc ipsum non metuere amauerit atq; habuerit,q̃s metus est ne id possit amittere? Multa.n.q̃ amamus & habemus, metuimus amittere,ita ea custodimus metu: nõ metuere aũt nemo põt custodire metuendo. Iterũ quisquis amat nõ metuere atque id nondũ habet,speratq; se habiturũ, non eum oportet metuere ne non adipiscatur. Hoc.n. metu nihil aliud metuitur q̃ idẽ metus. Porrò metus oĩs aliquid fugit & nulla res seipsã fugit,non igitur metuitur metus. Sed si quis existimat nõ recte dici,ꝙ metus aliquid metuat,cum anima potius ipso metu metuat:illud attendat:quod cognitu facile est,nullum metũ esse nisi futuri & imminentis mali. Ne- M cesse est aũt ut qui metuit aliq̃d,fugiat. Quisque itaq; metuere metuit,est profecto absurdissimus: quia fugiendo habet idipsum qđ fugit. Nã q̃ nõ metuitur nisi ne aliquid mali accidat,metuere ne accidat metus, nihil aliud est nisi amplecti quod respuis. Qđ si repugnans est,sicuti est, nullo prorsus mõ metuit, quisquis nihil aliud amat q̃ non metuere. Et propterea nemo põt hoc solũ amare,& non habere. **Vtrũ** aũt hoc solũ amandum sit, alia quæstio est. Iam quẽ nõ exanimat metus nec cupiditas eũ uastat, nec ægritudo macerat,nec uentilat gestiẽns & uana lætitia. Si.n. cupit,quia nihil aliud est cupiditas nisi amor rerũ transeuntium,metuat necesse est,nc aut amittat eas cũ adeptus fuerit,aut nõ adipiscatur:non aũt metuit,nõ ergo cupit. Itẽ si angitur animi dolore, necesse est ẽt metu agiteт: q̃ quorũ malorũ p̃sentiũ est anxietudo,eorũ est imminentiũ metus: Metu aũt caret,ergo & anxietudine. Item si lętetur inaniter,de ijs rebus lætatur quas põt amittere,quare metuat necesse est ne amittat:Sed nullo mõ metuit,nullo mõ igitur lætatur inaniter. Si uitiũ est nõ metuere,nõ est amãdũ. Sed nemo beatissimus metuit, & nemo beatissimus in uitio est:Non est itaq; uitiũ non metuere. At audacia uitiũ est: Non ergo quisquis nõ metuit audax est, quanq̃ oĩs qui audet non metuat. Itẽ cadauer oẽ non metuit. Quaꝑ ꝑ cum cõe sit non metuere beatissimo & audaci & cadaueri, sed beatissimus id habeat per tranquillitatẽ animi,audax per temeritatẽ, cadauer q̃a oĩ sensu caret, neq; non amandũ est nõ metuere,q̃ beati esse uolumus,neq; solũ amãdum q̃ audaces & exanimes esse nolumus. Q̃ quicquid non uiuit,non metuit,neq; uita carendũ quisquam persuaserit, ut metu ẽt carere possimus, amandum est sine metu uiuere. Sed rursus,quia uita metu carens,etiam si intelligentia careat,nõ est appettenda,amãdum est,sine metu cum intellectu uiuere. Id ne solũ amandum? an amor quoq; ipse amãdus est? Ita uero,q̃ sine hoc illa non amantur. Sed si propter alia quæ amãda sunt amor amatur,non recte* amor dicitur:Nihil enim aliud est amare quam propter seipsum rem aliquam appetere. Nunquid igitur per seipsum amor appetendus est, cũ q̃ desit quod amatur,ea sit indubitata miseria? Deinde cũ amor motus quidã sit, neque ullus sit motus nisi ad aliquid,cum quærimus,quid amandũ sit, quid sit illud ad quod moueri oporteat, quærimus. Quare si amandus est amor non utiq; omnis amãdus. Est.n.& turpis,quo animus se ipso inferiora sectatur,quæ magis ꝓprie cupiditas dicitur,oĩum.s.malorũ radix. Et ideo non amandum est, quod manenti & fruenti amori auferri potest. Cuius ergo rei amor amandus est,nisi eius,quę non põt deesse dũ amatur? Id aũt est,quod nihil est aliud habere q̃ nosse. Porrò aurũ & omne corpus nõ hoc est habere quod nosse, non itaq; amãdum est. Et quoniã potest aliquid amari nec haberi, non solum ex his quæ amanda non sunt,ut pulchrum aliquod corpus, sed etiam eorum quæ amanda sunt,ut beata uita:& rursus põtest aliquid haberi,nec amari, ut compedes: iure quæritur utrum possit quispiam id quod habere nihil est nisi nosse, non amare, cum habeat, id est, nouerit. Sed cum uideamus nonnullos, non ob aliud, uerbi gratia, discere numeros,nisi ut eadem disciplina pecuniosi fiant, aut hominibus placeant: quam cum didicerint, ad eundem finem referunt, quem sibi cum discerent,proposuerant:

A — *Quid amandũ sit. q.35.* — *a.l.amari* — *Amare quid sit.* — *B* — *Cupiditas.* — *1.Retr. cap. 29.* — *Vtrũ non aliud amãdum sit quam metu carere. q.34.*

posuerant: neq; vllā disciplinā aliud sit habere q̃ nosse: fieri pōt, ut habeat quisq; aliquid, quod habere, hoc sit qđ nosse, neq; amet tñ: C q.q̃ bonū qđ non ametur nemo pōt perfecte habere vel nosse. Quis.n. pōt nosse quantum sit bonū quo non fruitur? Non aūt fruitur, si non amat: nec amat igiť quod amandū est, q non amat: ēt si amare possit, qui nō habet. Nemo igitur beatā uitā nouit, & miser est: qm̄ si amanda est, sicuti est, hoc est eam nosse quod habere. Quę cū ita sint quid est aliud beate uiuere, nisi æternū aliquid cognoscendo habere? Aeternū est.n. de quo solo recte fiditur, ꝙ amanti auferri non pōt: idq; ipsum est quod nihil sit aliud habere q̃ nosse. Omnium.n. rerum præstantissimū est quod ęternū est: & ꝑpterea id habere nō possumus, nisi ea re qua præstantiores sumus.i. mente. Quicquid autē mente habetur, noscendo habetur: nullumq; bonum perfecte noscitur, quod nō perfecte amatur: neq; ut sola mēs pōt cognoscere, ita & amare sola pōt. Nanq; amor appetitus quidam est. Et uidemus etiā cæteris animi partibus inesse appetitū qui si menti rationiq; cōsentiat, in tali pace & tranquillitate uacabit mente contēplari quod æternum est. Ergo ēt cæteris suis partib. amare animus debet hoc tam magnum, qđ mente cognoscendum est. Et qm̄ id quod amatur, afficiat ex se amātem necesse est, fit ut sic amatum ꝙ æternum est, æternitate animū afficiat: quocirca ea demū vita beata, quæ æterna est. Quid uero æternū est, & qđ æternitate animū afficiat, nisi deus?

D Amor aūt rerum amandarum, charitas uel dilectio melius dicitur. Quare omnibus cogitationum uiribus considerandum est saluberrimum illud præceptum, Diliges dñm Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: & illud quod ait dominus Iesus, Hæc est autē uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Charitate uoco motum animi, quo amantur ea quæ non sunt præ ipso amante contemnenda.i. quod æternū est, & quod amare ipsum æternum potest. Deus igitur & animus quo amatur, charitas ꝓprie dicitur purgatissima & consumata si nihil aliud amatur: hanc & dilectionem dici placet. Sed cum deus magis diligitur quàm animus, ut malit homo eius esse quàm suus, tūc uere animo summeq; consulitur: consequenter & corpori, nobis id nō curantibus, aliquo appetitu satagente, sed tantū prompta & oblata sumentibus. Charitatis autem uenenum est, spes adipiscendorum aut retinendorum temporalium. Nutrimentum eius est, imminutio cupiditatis. Perfectio, nulla cupiditas. Signum profectus eius, imminutio timoris, Signum perfectionis eius, nullus timor: quia E & radix est omnium malorum cupiditas, & consummata dilectio foras mittit timorem. Quisquis igitur eam nutrire vult, instet minuendis cupiditatibus. Est autem cupiditas amor adipiscendi aut obtinendi temporalia. Huius minuendæ initium est, Deum timere, qui solus timeri sine amore non potest. Ad sapientiam enim tenditur, & nihil uerius eo quod dictum est, initium sapientiæ, timor domini. Nemo est quippe qui non magis dolorem fugiat, quam appetat uoluptatem: quādoquidem uidemus etiam immanissimas bestias a maximis voluptatibus absterreri dolorum metu: quod cum in earundem consuetudinem uenerit, domitæ & mansuete uocantur. Quapropter quoniam inest homini ratio, quæ cum seruit cupiditati ꝑuersione miserabili, ut homines non timeantur, suggerit latere posse commissa, & ad tegenda occulta peccata, astutissimas fallacias comparat: eo fit, ut homines, quos nondum delectat pulchritudo virtutis, nisi pœnis a peccando deterreantur, quæ verissime per sanctos & diuinos uiros prædicantur, & quod celant hominibus, Deo celari non posse constituant, difficilius domentur quàm feræ. Vt autē timeatur Deus, diuina prouidentia regi vniuersa persuadendum est: non tam rationibus, quas F qui potest inuenire, potest etiam & pulchritudinem sentire virtutis: quam exemplis uel recentibus, si qua occurunt uel de historia, & ea maxime quæ ipsa diuina prouidentia procurante, siue in ueteri, siue in nouo testamēto excellentissimam authoritatem religionis recepit: simul agendum est & de pœnis peccatorum, & de præmijs recte factorum. Iam uero cum aliqua non peccandi consuetudo, quod onerosum putabatur, facile esse persuaserit: incipiat gustari dulcedo pietatis, & cōmendari pulchritudo uirtutis, ut charitatis libertas ꝑseruitute timoris emineat tunc iā ꝑ-

suasa-

1. Retra. cap. 26.

Deu. 6.

Ioan. 17.

De nutrienda charitate. q. 36.

1. Retra. cap. 26.

1. Ti. 4.

1. Ioan. 4.

Cupiditas.

Prou. 9.

Eccle. 1.

Ps. 110.

suadēdũ est fidelibus, p̄cedētib. regenerationis sacris, q̃ necesse est plurimũ moueāt, qđ intersit inter duos hoīes, veterē & nouũ, exteriorē & interiorē, terrenũ & cœlestē.i. inter eũ qui bona carnalia & tēporalia, & eũ qui spiritalia & æterna sectatur: monēdumq; ne peritura beneficia & transeuntia expectent a Deo, quibus & improbi homines abundare possunt, sed firma & sempiterna, ꝓ quib. accipiendis omnia quæ in hoc mundo bona putantur & mala penitus contemnenda sunt. Hic præstantissimum illud & vnicum exem-

G plum dominici hominis præponendum est, qui cum se tot miraculis tantam rerum potestatem habere monstraret, & ea spreuit quæ magna bona, & ea sustinuit quæ magna mala imperiti putant. Quos mores & disciplinam, ne tāto minus quisquam aggredi audeat, quanto illud magis honorat, & de pollicitationibus atq; hortationibus eius, & de imitantium multitudine Apostolorum, martyrum, sanctorumq; innumerabilium quam non sint illa desperanda ostendendum est. At vbi fuerint carnalium uoluptatum illecebræ superatę, cauendum est ne surrepat atq; succedat cupiditas placendi hominibus: aut per aliqua facta mirabilia, aut per difficilem continentiam siue* patientiam: aut per aliquam largitionem, aut nomine scientiæ uel eloquētiæ. In eo genere est & cupiditas honoris: contra quæ omnia proferātur ea, quæ scriptura sunt de laude charitatis, & de inanitate iactantiæ, doceaturque quàm sit pudēdum eis placere velle, quos nolis imitari. Aut enim

a.l.sapiētiam.

H boni non sunt, & nihil magnum est, a malis laudari: aut boni sunt, & eos oportet imitari. Sed qui boni sunt, virtute boni sunt: uirtus autem non appetit quod in aliorum hominum potestate est. Qui ergo imitatur bonos nullius hominis appetit laudem: qui malos, non dignus est laude. Si autem placere hominibus ideo uis, ut eis prosis ad diligendum Deum, non iam hoc, sed aliud cupis. Qui autem placere cupit, necessarium adhuc habet timorem. Primum ne occulte peccando inter hypocritas a domino computetur. Deinde si benefactis placere appetit, ne hanc mercedem aucupans, ꝑdat quod daturus est Deus. Sed deuicta ista cupiditate, cauenda superbia est. Difficile est enim ut dignetur consociari hominib. qui eis placere iam non desiderat, & plenum se virtutibus putat. Itaque adhuc necessarius est timor, ne illud etiā qđ uidetur habere, auferatur ab eo: & manibus ac pedibus ligatis mittatur in tenebras exteriores. Quapropter dei timor non solum inchoat, sed etiam perficit * sapientem: Is est autem qui summe diligit deum, & proximũ tanquam seipsum. Quæ autem in hoc itinere pericula difficultatesq; metuendæ sint, & quibus remedijs uti oporteat, alia quæstio est. Melior est semper natus, quam qui semper nascitur, quia qui semper nascitur, nondum est natus: & nunquam natus est, aut natus erit, si semper nascitur. Aliud est enim nasci, aliud natum esse. Ac per hoc nunquam filius, si nunquam natus: filius autem quia natus, semper est filius: semper igitur natus. Cũ aliud sit natura, aliud disciplina, aliud vsus & hæc in una anima intelliguntur nulla diuersitate substantiæ. Item cum aliud sit ingenium, aliud uirtus, aliud tranquillitas, similiter vnius eiusdemque substantiæ. Et cum anima sit alterius substantiæ, quam deus, quāquam ab illo facta: ipse autem Deus sit sacratissima illa & multis uerbo, re paucis cognita trinitas: diligentissime inuestigandum est, quod ait dominus Iesus, Nemo uenit ad me, nisi quem pater attraxerit: &, Nemo uenit ad patrem, nisi per me: & Ipse uos in omnem veritatem inducet. Quid est quod accipit eā rem quam commutat? ut animal cibũ. Quid est quod accipitur & commutatur? vt idem cibus. Quid est quod accipitur, & non commutatur? vt oculis lux, & sonus auribus. Sed hæc per corpus accipit anima. Quod est autem quod per seipsam accipit, & commutat in se? vt aliam animam, quam recipiendo in amicitiam sui similem facit. Et quod est quod per seipsam accipit, & non commutat? vt ueritatem. Quare cognoscendũ est & quid sit Petro dictum, Macta & manduca; & quid in Euangelio, Et uita erat lux hominum. Ex diuersis uisis diuersus appetitus animarum est, ex diuerso appetitu diuersus adipiscendi successus, ex diuersa consuetudine diuersa est uoluntas. Diuersa autem uisa ordo rerum facit: occultus quidem, sed sub diuina prouidentia, certus tamen. Non itaque ob hoc putandum est diuersas

Mat.22.
a.l.sapiētiam.
I *De semper nato. q.37.*
De confirmatione animæ.q.38.
Ioan.6. *Ioan.14.* *Ioan.16.*
De alimētis.q.39.
K
Act.10. *Ioan. 1.*
Cum animarum natura una sit, unde hæ

uersas

minùs diuersæ uoluntates. q.40.

ſas eſſe naturas animarum,quia diuerſæ ſunt voluntates, cum etiam vnius animæ voluntas pro temporum diuerſitate varietur. Siquidem alio tempore diues eſſe cupit, alio tempore contemptis diuitijs ſapiens eſſe deſiderat. Et in ipſo temporalium appetitu alio tempore vni homini negociatio, tempore & alio tpe militia placet. Quia non eſſent oĩa, ſi eſſent æqualia: non.n.eſſent multa rerũ genera,quibus conficitur vniuerſitas primas & ſecundas,& deinceps vſq; ad vltimas ordinatas habens creaturas:& hoc eſt quod dicitur, omnia. Qũo uerbum hominis,qđ & ſi multi audiunt,totum audiunt ſinguli. Quia ille venit vt exẽplum viuendi demonſtraret hominibus: iſte ut donum ipſum,ad quod bene viuendo peruenitur,ſignificare apparuit. Vtrũque autem viſibiliter factum eſt, ꝑp carnales,ab ijs quæ oculis corporeis cernuntur,ad ea quæ mente intelliguntur,ſacramentorum gradibus transferẽdos. Nam & verba ſonant & tranſeunt,nec tamen ea quæ verbis ſignificantur, cum aliquid diuinum atq; æternum loquẽdo exponitur,ſimiliter tranſeunt. Quia omne pulchrum a ſumma pulchritudine eſt quod Deus eſt: temporalis autem pulchritudo rebus decedentibus ſuccedentibusq; peragitur. Habet autem decorem ſuum in ſingulis quibusq; hominibus, ſingula quæque ætas ab infantia vſq; ad ſenectutem. Sicut ergo abſurdus eſt, qui iuuenilem tantum ætatem vellet eſſe in homine temporibus ſubdito: inuideret enim cæteris pulchritudinibus, quæ cæteris ætatibus ſuas vices atq; ordinem gerunt: ſic abſurdus eſt qui in ipſo vniuerſo genere humano unam ætatem deſiderat: nã & ipſum tanquam unus hõ ætates ſuas agit. Nec oportuit venire diuinitus magiſtrum, cuius imitatione in mores optimos formaretur, niſi tempore iuuentutis, Ad hoc valet ꝙ Apoſtolus dicit, Sub lege tanquam ſub pædagogo paruulos cuſtoditos, donec veniret cui ſeruabatur, qui per Prophetas promiſſus erat. Aliud enim eſt quod diuina prouidentia quaſi priuatim cum ſingulis agit: aliud quod generi vniuerſo tanquam publicè conſuluit: nam & quicunque ſinguli ad certam ſapientiam peruenerunt, non niſi ab eadem veritate ſuarum ſingillatim ætatum opportunitate illuſtrati ſunt; a qua ueritate ut populus ſapiens fieret,ipſius generis humani opportuna ætate homo ſuſceptus eſt. Non eos appellarunt Mathematicos ueteres, qui nunc appellantur: ſed illos qui temporum numeros motu cœli ac ſyderum perueſtigarunt,de q̃bus rectiſsime dicitur in ſcripturis ſanctis. Iterum nec his habet ignoſci: ſi enim tantũ potuerunt ſcire,ut poſſent æſtimare ſeculum quomodo huius dominum nõ facilius inuenerunt? Mens enim humana de viſibilibus iudicans, poteſt agnoſcere omnibus uiſibilibus ſeipſam eſſe meliorem. Quæ tamen cũ etiam ſe propter defectum profectumque in ſapientia fatetur eſſe mutabilem, inuenit ſuper ſe eſſe incommutabilem veritatem,atque ita adhærens poſt ipſam,ſicut dictum eſt Adhæſit anima mea poſt te:beata efficitur,in trinſecus inueniens etiam omnium uiſibiliũ creatorem atque dominum, non quærens extrinſecus uiſibilia,quamuis cœleſtia,quę aut non inueniuntur,aut cum magno labore fruſtra inueniuntur, niſi ex eorum, quæ foris ſunt pulchritudine, inueniatur artifex qui intus eſt, & prius in anima ſuperiores,deinde in corpore inferiores pulchritudines operatur, Aduerſus eos autem qui nunc appellãtur Mathematici,volentes actus noſtros corporibus cœleſtibus ſubdere, & nos uendere ſtellis,ipſumq; precium,quo vendimur,a nobis accipere, nihil uerius & breuius dici poteſt, quàm eos non reſpondere, niſi acceptis conſtellationibus. Incõſtellationibus autem notari,partes æquales trecentas ſexaginta dicunt habere ſigniferum circulum: motum autem cœli per unam horam fieri in quindecim partibus, ut tanta mora quindecim partes oriantur, quantam tenet una hora: quæ partes ſingulæ ſexaginta minutas habere dicuntur. Minutas autem minutarum iã in cõſtellationibus de quibus futura prædicere ſe dicunt,non inueniunt. Conceptus autem geminorum, quoniam uno concubitu efficitur,atteſtantibus medicis,quorum diſciplina multo eſt certior atque manifeſtior,tam paruo puncto temporis contingit,ut in duas minutas minutarum non tendatur. Vnde ergo in geminis tanta diuerſitas actionum & euentuum & uoluntatum, quos neceſſe eſt eandem conſtellationem conceptionalem habere, & amborum unam conſtellationem

Marginal notes (left): *Cum oĩa deus fecerit, quare non æqualia fecit. q.41.* — L — *Qũo Christus et in vtero matris fuerit & in cœlis. q.42.* — *Quare filius dei in homine apparuit,et ſpiritusſanctus in columba. q.43.* — *Quare tãto poſt uenit dominus Ieſus Chriſtus, &c.* — M — *non in principio peccati hominis q.44.*

Marginal notes (right): *1.Retr. cap.26.* — *Gal. 3.* — *Aduerſus Mathematicos. q.45.* — *libr.8.de ciuit. dei cap.6.* — *Pſal.62.* — A — B

nem dare Mathematicos, tanquam vnius hominis? Si aũt ad genitales constellationes se tenere voluerint, ab ipsis geminis excluduntur, qui plerunque ita post inuicẽ funduntur ex vtero ut hoc temporis interuallũ rursus ad minutas minutarũ reuertatur, quas tractãdas in constellationib. nunquam accipiunt, nec possunt tractare. Cum autem multa uera eos prædixisse dicatur, ideo fit, quia non tenent homines memoria falsitates erroresque eorũ: sed non intenti, nisi in ea quæ illorum responsis prouenerunt, ea quæ non prouenerunt, obliuiscuntur: & ea commemorãt, quæ non arte illa, quæ nulla est, sed quadam obscura rerum sorte contingunt. Quod si peritiæ illorum volunt tribuere, dicant artificio se diuinare etiam mortuas mẽbranas scriptas quaslibet, de quibus plerunq; pro uoluntate sors exit. Quod si non arte de codicibus exit sæpe uersus futura prænuncians, quid mirũ si etiã ex animo loquentis, non arte, sed sorte exit aliqua prædictio futurorum? Ideas Plato primus appellasse perhibetur: non tamen si hoc nomen, antequam ipse institueret, non erat, ideo, uel res ipsæ non erant, quas ideas uocauit, uel a nullo erant intellectæ: sed alio fortasse atq; alio nomine ab alijs atq; aliis nũcupatæ sunt. Licet enim cuique rei incognitæ, quæ nullum habeat vsitatũ nomen, quodlibet nomen imponere. Nam non est uerisimile, sapientes aut nullos fuisse ante Platonẽ aut istas, quas Plato, vt dictum est, ideas uocat, quæcunque res sint, non intellexisse. Siquidem tanta in eis vis constituitur, ut nisi his intellectis, sapiens esse nemo possit. Credibile est etiam prẹter Græciam fuisse in alijs gentibus sapientes: quod etiam Plato ipse nõ solum peregrinando sapientiæ perficiendæ gratia satis testatus est, sed etiam in libris suis commemorat. Hos ergo si qui fuerunt, non existimandũ est ideas ignorasse, quamuis alio fortasse eas nomine vocitauerint. Sed de nomine hactenus dictum sit, rem videamus, quæ maxime consideranda atque noscenda est in potestate cõstitutis vocabulis, ut quod uolet quisque, appellat rem quam cognouerit. Ideas igitur Latine possumus uel formas, uel species dicere: ut uerbum ex uerbo transferre uideamur. Si autem rationes eas uocemus, ab interpretandi quidem proprietate descendimus, Rationes enim Græcè λόγοι appellantur nõ ideæ; sed tamen quisquis hoc vocabulo vti voluerit, a re ipsa non * errabit. Sunt nanq; ideo principales formæ quędam, vel rationes rerum, stabiles atque incommutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt: ac per hoc æternæ ac semper eodem modo sese habentes, quæ in diuina intelligentia continentur. Et cum ipsæ neque oriantur, neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri & interire potest, & omne quod oritur & interit. Anima uero negatur eas intueri posse, nisi rationalis, ea sui parte qua excellit .i. ipsa mente atque ratione, qua si quadam facie uel oculo suo interiore atq; intelligibili. Et ea quidem ipsa rationalis anima non omnis & quælibet, sed quæ sancta & pura fuerit, hæc asseritur illi visioni esse idonea.i.quæ illum ipsum oculum quo uidentur ista, sanum & syncerum & serenum, & similem his rebus quas uidere intendit, habuerit. Quis autem religiosus & uera religione imbutus, quamuis nondum possit hæc intueri, negare tamen audeat, immò non etiam profiteatur: omnia quæ sunt.i.quæcunque in suo genere propria quadam natura continẽtur, ut sint, Deo authore esse procreata, eoq; authore omnia quæ uiuunt viuere: atq; vniuersalem rerum incolumitatem, ordinemq; ipsum, quo ea quæ mutantur, suos temporales cursus certo moderamine celebrant, summi dei legibus contineri & gubernari? Quo constituto atque concesso, quis audeat dicere, deum irrationabiliter omnia condidisse? Quòd si recte dici & credi non potest, restat ut oĩa ratione sint condita: nec eadem ratione hõ, qua equus: hoc.n. absurdum est existimare. Singula igitur proprijs sunt creata rõnibus. Hac autem rationes, vbi arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente creatoris? Non.n. extra se quicquam positum intuebatur, ut secundum id constitueret quod constituebat: nam hoc opinari sacrilegũ est. Qđ si hæc rerum omnium creandarum creatarũmve rationes in diuina mente cõtinentur, neque in diuina mente quicquam, nisi æternum atque incommutabile potest esse: atque has rerum rationes principales appellat ideas Plato: non solum sunt ideæ, sed ipsæ uere sunt, quia æternæ sunt, & eiusmodi atque incommutabiles

Margin notes: C — De ideis q.46. l.7 de ciuita dei.c.28. — D — *a.l. abhorrebit. — E

mutabiles manent: quarũ participatione fit, vt sit quicquid est, quomodo est. Sed anima
F rationalis inter eas res, quæ sunt a deo conditæ, omnia superat, & deo proxima est, quando pura est: eiq; inquantum charitate cohęserit, intm̃ ab eo lumine illo intelligibili perfusa quodammodo & illustrata cernit, non per corporeos oculos, sed per ipsius sui principales, quo excellit. i. per intelligentiam suam, istas rationes, quarum visione fit beatissima. Quas rationes, ut dictum est, siue ideas, siue spẽs, siue rationes licet vocare, & multis appellare conceditur nominibus, sed paucissimis uidere quod uerum est.

Vtrũ aliquando cogitationes nostras uidere possimus. q. 47. 1. retra. c. 20.

Quæri solet quõ post resurrectionẽ atq; immutationẽ corporis, quæ sanctis promittitur, cogitationes nostras uidere possimus. Coniectura itaque capienda est ex ea parte corporis nostri, q̃ plus habet lucis: & quoniã angelica corpora, qualia nos habituros speramus lucidissima atq; ætherea esse credendum est, & multi motus animi nostri nunc agnoscuntur in oculis, ꝓbabile est, quòd nullus motus animi latebit, cum motum fuerit corpus æthereum, in cuius comparatione isti oculi caro sunt.

De credibilibus quæ. 48.

Credibium tria sunt genera: alia sunt quæ semper credũtur & nunquam intelliguntur: sicut est omnis historia, temporalia, & humana gesta
G percurrens. Alia mox ut creduntur, intelligũtur: sicut sunt omnes rationes humanæ, uel de numeris, uel de quibuslibet disciplinis. Tertium, quæ primo creduntur, & postea intelliguntur: qualia sunt ea quæ de diuinis rebus non possunt intelligi, nisi ab his qui mũdo sunt corde: qđ fit præceptis seruatis, quæ bene viuendo accipiuntur.

Quare filij Israel sacrificabãt uisibiliter peccorũ uictimas. q. 49. li. 10. de ciuit. dei. c. 5. & 6.

Quia sunt etiam sacra spiritalia, quorum imagines carnalẽ populum celebrare oportebat, vt præfiguratio noui populi, seruitute ueteris fieret: quorum duorum populorũ differentiam etiã in vnoquoq; nostrum licet aduertere, cum quisque ab vtero matris ueterẽ hominem necesse est agat, donec ueniat ad iuuenilem ætatem: vbi iam non est necesse carnaliter sapere, sed potest ad spiritalia voluntate conuerti, & intrinsecus regenerari. Quod ergo in vno homine recte educato, ordine naturæ, disciplinaq; cõtingit, hoc proportione in vniuerso genere humano fieri per diuinam prouidentiam, peragiq; pulcherrimum est.

de æqualitate filij. q. 50. quæ. sẽ. di 44. c. 1.

Deus quẽ genuit, quoniam meliorem se generare non potuit, nihil enim deo melius; generare debuit ęqualem. Si enim voluit, & non potuit, infirmus est: si potuit, & non voluit, inuidus est. Ex quo conficitur æqualem genuisse filium.

De homine sancto ad imaginem et similitudinem dei. q. 51. 1. Co. 4. lib. 11. de trini. c. 1. c. 2.

H Cũ exteriorem & interiorem hominem diuina scriptura commemorat, & intantum eos discernat, vt ab Apostolo dictũ sit, Et exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, quæri potest, utrũ vn⁹ horum factus sit ad imaginem & similitudinem dei. Nam illud stultum est quærere, si vnus, quis horum? Quis enim dubitat eum potius qui renouatur, quam eum qui corrũpitur, dicere? Vtrum autem ambo, magna quæstio est: nam si exterior homo est Adam, & interior Christus, bene ambo intelliguntur. Sed cum Adam, sicut a deo factus est, bonus non manserit, & diligendo carnalia, carnalis effectus sit, non absurde videri potest, hoc ipsum ei fuisse carere imagine dei, & similitudinem amittere: ac per hoc ipse renouatur, & ipse est etiam interior: quomodo ergo est ipse & exterior? An secundum corpus, vt interior sit secundum animam, & interior sit resurrectio & renouatio, quæ nunc fit secundum mortem prioris uitæ. i. peccati: & secundum regenerationem nouæ vitæ. i. iustitiæ? Quos item duos homines sic appellat, vt vnum ueterem, quem debemus exuere: alterum nouum, & eum induendum commemorat, quorum rursus illum appellat imaginem terreni hominis, quia secundum peccatum primi hominis geritur, qui est Adam, I
alterum imaginem cęlestis hominis, quia secundum iustitiam secundi hominis geritur, qui est Iesus Christus. Fxterior autem homo, qui nunc corrumpitur, futura resurrectione renouabitur, cum istam mortem persoluerit, quam naturæ debet, lege illa, quæ in paradiso per præceptum data est. Quomodo autem non sit incongruum, ꝙ dicitur etiam corpus factum ad similitudinẽ dei, facile intelligit, qui diligenter attendit quod dictum est, Et fecit deus omnia bona valde. Nemo enim dubitat quod sit ipse primitus bonus. Multis enim modis dici res possunt similes deo: aliæ secundum uirtutẽ & sapientiam factæ, quia in ipso est uirtus & sapientia non facta: alię inquantũ solũ uiuunt, qa illa summe

&

ille summe & prime viuit: aliæ inquantum sunt, quia ille summe & primitus est. Et ideo quæ tantummodo sunt, nec tñ uiuunt aut sapiunt, non perfecte, sed exigue sunt ad similitudinem eius: quia & ipsa bona sunt in ordine suo, cum sit ille super omnia bonus, a quo omnia bona ꝓcedunt. Oĩa uero quæ uiuunt & non sapiunt, paulo amplius participant similitudinem. Quod.n. viuit, etiam est: non ãt quicquid est, etiam viuit. Iam porrò quæ sapiunt, ita illi similitudine proxima sunt, ut in

K creaturis nihil sit propinquius. Quod.n. participat sapientiæ, & viuit & est: quod autem viuit, necesse est vt sit, non necesse est ut sapiat. Quare cum homo possit particeps esse sapientiæ secundum interiorem hominem, secundum seipsum ita est ad imaginem Dei, ut nulla natura interposita formetur, & ideo

lib. 11. de trin. c. 1. nihil sit Deo coniunctius. Et sapit enim & viuit, & est, qua creatura nihil est melius. Qđ si exterior homo uita illa accipitur, qua ꝑ corpus sentimus quinq; notissimis sensib. quos cum pecoribus habemus communes: nam & ipsa molestijs sensibilibus quæ persecutionibus ingeruntur, corrumpi potest: non immerito & ipse homo particeps dicitur similitudinis Dei: non solum quia uiuit, quod etiã in bestijs apparet, sed amplius quòd ad mentem conuertitur se regentem, quem illustrat sapientia, quod in bestiis non potest ratione carentibus. Corpus quoq; hominis, quia solum inter animalium terrenorum corpora, non pronum in aluum prostratum est, cum

I sit uisibile, & ad intuendum cęlum erectum,

L quod est principium visibilium: quanquam non sua, sed animæ præsentia viuere cognoscatur, tamen non modo quia est, & inquantum est, utiq; bonum est: sed etiam quia tale est, vt ad contemplandum cœlum sit aptius, magis hoc ad imaginem & similitudinẽ Dei quam cętera corpora animalium factum iure uideri potest. Tamen quia homo sine vita

1. Retr. cap. 26. non recte appellatur, non corpus solum homo exterior, neq; sola uita, quæ in sensu est

lib. 7. de tri. c. vlt. corporis, sed utrunq; simul rectius fortasse intelligitur. Neq; inscite distinguitur, qđ aliud sit imago & similitudo dei, qui etiam filius dicitur: aliud ad imaginem, & similitudinem dei, sicut hominem factum accipimus. Sunt etiam qui non frustra intelligant duo dicta esse, ad imaginem & similitudinẽ: cũ si una res esset, vnũ nomen sufficere potuisse asserunt. Sed ad imaginem mentem factã uolunt q̃ nulla interposita substantia, ab ipsa veritate formatur, qui etiã spiritus dr̃: uon ille spiritussanctus, qui est eiusdẽ substantiæ, cuius & pater & filius, sed spiritus hominis. Nam ita hos discernit Apostolus, Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis: & nemo scit quid agatur in deo, nisi spiritus dei. Item de spiritu hominis dicit, Saluum faciat spiritum uestrum & aĩam & corpus. Et iste.n. factus est a deo, sicut & cętera creatura. Scriptũ est.n. in prouerbiis hoc mõ, Scito qm̃ dñs corda hominũ nouit, & qui finxit spiritũ omnibus, ipse scit oĩa. Ergo iste spiritus ad imaginem dei nullo dubitante factus accipitur, in quo est intelligentia ueritatis: hæret.n. ueritati nulla interposita creatura. Cætera hominis ad similitudinem facta videri uolunt: q̨a oĩs quidem imago similis est, non autem omne quod simile est, etiam imago proprie, sed forte abusiue dici potest. Sed cauendum in talibus ne quid nimis asseuerandum putetur, illa re sane salubriter custodita, ne qm̃ corpus quodlibet ꝑ localia spatia porrectum est, aliquid tale credatur esse substantia dei. Nã res quæ in parte minor est quàm in toto, nec dignitati animę conuenit, quanto minus maiestati dei? Diuinæ scripturæ a terreno & humano sensu ad diuinum & cęlestem nos erigentes, vsq; ad ea uerba descenderunt, quib. inter se stultissimorum etiam utitur consuetudo. Itaq; earum etiam affectionum nomina quas animus noster patitur, quas longissime a deo esse seiunctas iam qui melius sapit intelligit, non dubitauerunt illi uiri per quos locutus est spiritussanctus opportunissime in libris ponere. Vt verbi gratia quoniã difficillimum est ut homo aliquid vindicet sine ira, uindictam dei quæ omnino sine perturbatione fit. iram tamen uocandam iudicauerunt. Item quia coniugis castitatem zelando uiri custodire consueuerunt, illam dei ꝓuidentiã per q̃ præcipitur atq; agitur ne anima corrumpatur & deos alienos sequẽs quẽadmodũ meretricetur, zelũ dei appellauerũt. Sic & manum dei, uim qua operatur: & pedes dei, uim qua in omnia custodienda & gubernanda pertendit: & aures dei uel oculos

1. Co. 2.
M
1. Th. 5.
Prou. 26
Psal. 32.
Tale aliquid est, alijs tanẽ verbis.
De eo quod dictum est, Pænitet me fecisse hominem q. 52. li. 15. de ciuit. dei. c. 25.
A

los dei, uim, qua oĩa percipit atq; intelligit: & faciem dei, vim qua se manifestat atque dignoscitur: & cætera in hunc modum, propterea .s. quia nos ad quos sermo fit, & manib. solemus operari, & pedib. incedere & quò fert animus peruenire, & aurib. atq; oculis cæterisq; sensibus corporis corporalia percipere, & facie innotescere, & si quid aliud ad hanc tanq̃ regulã pertinet. Hoc mõ igitur qm̃ mutare cœptũ aliquod & in aliud transferre nõ facile solemus, nisi pœnitendo, quanq̃ diuina prouidentia serena mente intuentib. appa
B reat cuncta certissimo ordine administrare: accommodatissime tñ ad humilem humanã intelligentiam ea quę incipiunt esse, neq; ꝑseuerãt quantum perseueratura sperata sunt, quasi per pœnitentiam dei dñr ablata. Quisquis duorum testamentorum dispensationes pro temporũ congruentia, generis humani diligenter ætatibus distributas intuetur, satis quantũ existimo intelligit quod proprie priori ætati generis humani, quid posteriori conueniat. Diuina .n. prouidentia pulchre omnia moderãte, ita uniuersa generationum series ab Adam vsq; ad finem seculi administratur tanq̃ vnius hominis a pueritia vsq; ad senectutem tpis sui tractum ætatis gradib. terminantis. Et ideo uirtutum etiã gradus in moribus donec veniatur ad summam hominis ꝑfectamq; uirtutem, oportet eum distinguere qui diuinis lectionibus pie animũ intendit: ne forte cum inueniret aliquando paruis par ua, aliqñ maiora maiorib. imperari, reputans in cõparatione maiora peccata esse illa q̃ minora sunt, non arbitretur decuisse vt talia deus
C hominibus imperaret. Sed nunc de virtutum gradibus nimis longum est disputare. Verun tñ quod ad præsentem qõnem discutiendam satis est, quantum ad decipiendũ attinet, summa & perfecta virtus est neminem decipere,
Mat. 5. atq; illud exhibere quod dictum est, Sit in ore vestro est, est: non, non: Sed quia hoc eis imperatum est quibus iam regnum cœlorũ promissum est: magna autem uirtus hęc im-
Mat. 11. plere maiora, quibus debetur hoc præmium. Regnum enim cœlorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud: quærendum est quibus gradibus ad istam summitatem perfectionemq; ueniatur: in quibus vtiq; gradibus inueniuntur illi, quibus adhuc terrenum

De auro & argento quod ab ægyptijs filij Israel acceperunt q. 53.

regnum promittebatur, quo promisso tanq̃ paruuli præluderent, & ab vno deo abundanter qui est omnium dñs interim terrenis gaudiis, quib. adhuc inhiabant, impetratis, inde proficientes & in spiritu succrescentes auderent etiam sperare cœlestia. Sicut ergo summa & prope diuina virtus est, neminem decipere: sic ultimum uitium est, quemlibet decipere. Ab hoc ultimo uitio ad illam summam uirtutẽ tendentib. gradus est, neminẽ quidẽ, uel amicũ, uel ignotum, sed tñ inimicũ aliqñ decipere. Vnde etiam illud a poeta dictum ꝓ priè iam prouerbii consuetudinẽ obtinuit, Dolus an uirtus quis in hoste requirat? Sed qm̃ & ipse hostis potest plerunq; iniuste deci D
pi, ueluti cum pactum aliquod fit de tempo- *Aene. 2.*
rali pace, quas inducias uocant, & non seruatur fides, & cætera talia: multo est purgatior summeq; illi virtuti propinquior, qui tanq̃ uelit hostẽ decipere, non eum tñ decipit nisi authoritate diuina. Deus .n. nouit uel solus, uel certe longe excellentius quàm homines atq; syncerius, qua quisq; pœna præmiò ve sit dignus. Quapropter deus quidẽ per seipsum neminem decipit, Est .n. pater ueritatis, & ueritas, & spiritus veritatis: dignis tamen digna distribuens, qm̃ hoc quoq; pertinet ad iustitiam & ueritatem, utitur animis pro meritis & dignitatibus, quæ sunt in gradibus earum, vt si quisquam dignus est decipi, nõ solum per seipsum eum non decipiat, sed neq; per talem hominem, qui iam cõgruenter diligit, & custodire ꝑsistit, Sit in ore vestro est est, non non: neq; per angelum, cui non conuenit persona fallaciæ: sed aut per talem ho-
minẽ, qui nondum se huiusmodi cupiditati- *Matt. 5.*
bus exuit: aut per talem angelum, qui ꝓ suæ uolũtatis peruersitate uel ad vindictã peccatorum, uel ad exercitationẽ purgationemq; eorum, qui ꝰm deum renascuntur, in infimis naturę gradibus ordinatus est. Legimus .n. de
ceptum regẽ falso vaticinio pseudopropheta E
rum. Et ita legimus, ut neque sine diuino iu *3. Re. 22*
dicio factum inueniamus, quoniam dignus erat ille sic decipi: neque per eum angelum, quem deceptionis officium suscipere non deceret: sed per angelum erroris, qui sibi ultrò tales partes imponi cum lætitia postulauit. Quibusdam enim scripturarum locis apertius aliquid exponitur, quod diligens

Quod nec etiam hostis nisi uoluntate diuina decipiendus sit.

&

& pius lector et in alijs locis, in quib. minus aperitur, intelligat. Deus.n. noster sic ad salutem animarum diuinos libros spiritu sancto moderatus est, vt non solum manifestis pascere, sed etiam obscuris exercere nos vellet. Ex hac igitur ineffabili atq; sublimi rerũ administratione, quæ fit per diuinam prouidentiam, quasi transcripta est naturalis lex in animam rationalem, ut in ipsa uitæ huius conuersatione moribusq; terrenis homines talium distributionum imagines seruent. Hinc est quod iudex damnatum ꝑcutere indignũ sua persona & nefarium iudicat, eius tñ iussu hoc facit carnifex, qui pro sua cupiditate sic ordinatus est in officio, ut percutiat legũ moderatione damnatum, qui posset etiam innocentem sua crudelitate percutere. Nam neq;

F

per seipsum hoc iudex facit, neq; per principem uel aduocatum, aut aliquem in officio suo, cui tale ministerium non conuenienter imponitur. Hinc est etiam, qđ irrationalibus animantibus vtimur ad eas res, quas per homines agi nefarium est. Nam vtiq; dignus est fur morsu lacerari: id tñ homo non per seipsum agit, aut per filium, aut per domesticum aut etiam per famulum suum, sed per carnificem bestiam, quàm bestiam talia pro naturæ suæ gradibus decet facere. Cum igitur quosdã pati aliquid deceat, quod alios facere non deceat, ministeria quædam sunt media, quib. digna iniungũtur officia. vt eis vtens ipsa iustitia, nõ solum talia pati quemque imperet, qualia pati eum decet, sed iam ijs facientibus quos talia facere non minus decet. Quapropter cũ & Aegiptij deceptione digni essent, & populus Israel pro illa ætate generis humani in tali adhuc gradu morum constitutus esset, vt non indigne hostem deciperet: factum est vt iuberet deus, uel potius pro illorum cupiditate ꝑmitteret, vt vasa aurea & argentea, quibus adhuc * terrenæ rei appetitores inhia-

G

bant: & peterent ab Aegyptijs non reddituri, & acciperent quasi reddituri. Quam & mercedem tam diuturni laboris atq; operis ꝑ talium animarum gradu non iniustum deus esse voluit, & pœnam illorum, quos digne fecit amittere id, quod reddere debuerunt. Nõ itaque deus deceptor est, quod credere nefariũ & impium esse quis non intelligat? sed meritorum & personarũ iustissimus distributor,

lib.1.de Ciui.dei ca.21. & 26

a.l. terreni regni.

3.se.dis. 37.ca.si uero.

Exod.3.

faciens quædam per seipsum, quę illo solo digna sunt, eiq; soli conueniunt. sicuti est illuminare animas, & se ipsum eis ad perfruendum præbendo, sapientes beatasq; præstare: alia per seruiẽtem sibi creaturã, integerrimis legibus pro meritis ordinatam, quædam eorum iubens quædam permittens, vsq; ad passerum administrationem, sicut dñs in Euangelio dicit, & vsq; ad fœni decorem, vsq; ad numerum etiam capillorum nostrorum diuina prouidentia pertendente atque veniente. De qua etiam dictum est, Pertendit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Quòd autem ꝑ animarum ministeria suis legibus seruientia deus puniat, & digne digna supplicia retribuat cum ipse tranquillissimus maneat, apertissime scriptum est: Ipsum quoque qui puniri non dẽt, condemnas

H

& exterum existimas a tua uirtute. Virtus.n. tua iustitiæ initium est, & ob hoc quòd omnium dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim tu ostendis, qui non crederis esse in uirtute consummatus, sed in ijs qui sciunt audaciam traducis. Tu autem dominus uirtutum cum trãquilitate iudicas, & cũ magna reuerentia disponis nos. Item quod primo in terrenis rebus fit gradus ad cœlestem iustitiam, qui iam infirmioribus imperatur, dominus ostendit, cum ait, Si in alieno fideles non fuistis, uestrum quis dabit uobis? Et quòd pro suis gradibus animæ doceãtur, & ipse dominus demonstrat dicens, Multa habeo uobis dicere, sed nunc non potestis portare illa. Et Apostolus cum ait, Et ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus: lac uobis potũ dedi non escam, neq; enim poteratis, sed neq; adhuc potestis. Adhuc.n. estis carnales. Quod enim in istis secundum gradus suos actum est, hoc in uniuerso gñe humano agi cognoscimus, ut alia carnali populo, alia spiritali pro temporũ congruentia iuberentur. Non ergo mirum si hostem * decipi dignum, decipere iussi sunt, qui erant adhuc digni hostem decipere. Nõ enim iam erant idonei quibus dicere-

I

tur. Diligite inimicos uestros: sed tales erant quibus tantummodo dici poterat, Diliges proximum tuum, & oderis inimicum tuum. Adhuc.n. ille ꝑximus quã late intelligendus eẽt, nõ erat tẽporis tradere. Inchoatio ergo quædam

Mat. 10.

Sapien. 8

Sapiẽ.

Luc. 16.

Ioan. 16.

1.Co.3.

a.l. deceptione.

Luc. 6.

Mat. 10. eu .3

quædã facta est sub pædagogo, ut magistro, ꝑfectio seruaretur: cũ tñ idem deus, & pædagogũ paruulis dederit legẽ illam. s. per famulum suũ, & magisterium grandiorib. i. Euangelium per vnicũ suũ. Oẽ quod est, aut eodẽ mõ semper est, aut non. Et oĩs anima oĩ corpore melior est: Melius est. n. omne quod viuificatur. Corpus aũt ab anima uiuificari, nõ a corpore animã nemo ambigit. Quod autẽ corpus nõ est & tñ aliquid est, aut anima est, aut ea melius aliquid. Deterius. n. omni corpore nihil est, quia & si materiam quis dixerit unde ipsum corpus fit, recte, qm̃ caret oĩ specie, nihil dicitur. Rursus inter corpus & & animã, quod melius sit corpore, deterius anima, non inuenitur. Si quid. n. esset mediũ aut uiuificaretur ab anima, aut uiuificaret animam, aut neutrum, Aut viuificaret corpus, aut viuificaretur a corpore, aut neutrum. At quicquid uiuificatur ab anima corpus est, Si quid aũt viuificat animam, melius est quàm anima. Rursum quo uiuificatur corpus, anima est, quod viuificatur a corpore nihil est. Neutrum uero, idest nullius uitæ indigens, nullamq; uitã tribuens, aut omnino nihil est aut aliquod corpus est, aut aliquid & corpore & anima melius. Sed utrum quid tale sit in rerum natura alia questio est. Nunc interim ratio comperit, nihil inter corpus & animã esse quod sit corpore melius, anima deterius. Quod autem est omni anima melius, id deũ dicimus, cui quisquis eum intelligit iunctus est. Quod enim intelligitur uerum est, nec omne quòd creditur uerum est. Quicquid aũt uerum est atq; a sensibus & a mente seiũctum est, credi tm̃, non tamen sentiri aut intelligi potest. Deo igitur iunctum est qđ intelligit deum. Intelligit autem rationalis anima deum. Nam intelligit quod semper eiusmodi est, neq; ullã patitur mutationem. At & corpus per tempus & locos, & anima ipsa rationalis quòd aliquando sapiens, aliqñ stulta est mutationem patitur. Quod autem semper eodem mõ est, melius profecto est quàm id quod nõ ita est. Nec quicquam est melius rationali anima nisi deus. Cum igitur intelligit aliquid quod semper eodẽ modo sese habet, ipsum sine dubio intelligit. Hæc autem est ipsa ueritas, cui quia intelligendo anima rationalis iungitur, & hoc bonum est animæ

De eo quod scriptum est, Mihi aũt adhærere Deo bonũ est. q. 54

K

L

1. Petr. cap. 26.

recte accipitur, id esse quod dictum est, Mihi autem adhærere Deo bonum est. Denarius numerus potest significare uniuersitatis sciẽtiam. Quæ si ad interiora & intelligibilia referatur, quæ senario numero significatur, fit quasi decies sexies, quod est sexaginta. Si ad terrena & corruptibilia, quæ octonario numero significari possunt, fiunt decies octies, quod est octoginta. Reginæ ergo sunt animę regnantes in intelligibilibus & spiritalibus. Concubinæ quæ mercedem accipiunt terrenorum, de quibus dictũ est, Acceperunt mercedem suam. Adolescentulæ quarum nõ est numerus, quarum non est determinata scientia, & diuersis dogmatib. periclitari possũt: ut numerus, quod dictum est, significet certam & indubitatam confirmationem sciẽtiæ. Sex, nouem, duodecim, decem & octo, hæc in uniuerso fiunt quadragintaquinque. Adde ergo ipsum vnum, fiunt quadragintasex: hoc sexies, fiunt ducenta septuagintasex. Dicitur aũt conceptio humana sic ꝓcedere & perfici, ut primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem, sequentibus nouem diebus conuertatur in sanguinem, deinde duodecim diebus solidetur, reliquis decem & octo diebus formetur vsq; ad ꝑfecta liniamẽta omnium mẽbrorum, & hinc iam reliquo tempore vsq; ad tempus partus, magnitudine augeatur. Quadraginta ergo quinq; diebus, addito uno, quod significat summã: quia sex & nouem & duodecim & decem & octo in vnum coactis, fiunt quadragintaquinque addito ergo, ut dictum est, vno, fiunt quadragintasex. Qui cũ fuerint multiplicati per ipsum senarium numerũ, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt ducẽti septuagintasex. i. nouẽ menses & sex dies, qui cõputãtur ab octauo kalen. Aprilis, quo die conceptus dñs creditur, quia eodem ẽt passus est, vsq; ad octauũ Kalendas Ianuarias, quo die natus est. Non ergo absurde quadragintasex annis dicitur fabricatũ esse templũ, quod corpus eius significabat: ut quot anni fuerint in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis Dominici perfectione.

Psal. 72.

De eo quod scriptum est, Sexaginta sunt reginæ octoginta cõcubinæ et adolescentularum nõ est numerus. q. 56.

Cant 6.

Mat. 6.

M

De anno quadragintasex ædificationis tẽpli. q. 56.

In Enchiridion. cap. 86. lib. 4. de trin. c. 5. Quomodo fœtus in vtero materno perficiatur.

Ioan. 2.

Omnia uestra, vos autẽ Christi: Christus autem dei. Si a capite numerentur, inueniuntur unũ, duo, tria, quatuor. Item caput mulieris uir, caput viri Christus, caput autem Christi

A

De centũ quinquaginta tri

Christi Deus. Si eodem mō numerentur, inueniūtur similiter unū, duo, tria & quatuor. Porrò unū & duo & tria & quatuor simul ducta, fiunt decē. Quaꝓꝑ disciplinam quæ insinuat conditorē deū, & conditā creaturā, recte significat denarius numerus. Et cū corp⁹ perfectū atq; inexterminabile subdatᷣ animæ perfectæ atq; inexterminabili, rursusq; ipsa subdatᷣ Xpo, & ille Deo, non tanquā dissimilis aut alterius naturæ, sed tanquā patri filius, hoc totum eodē numero denario recte significatur, qđ post resurrectionē corporis speratur futurū in æternū. Et fortasse propterea q̨ conducuntur ad vineam, denariū accipiunt mercedis noīe. Sicut aūt unum & duo & tria & quatuor simul decē fiūt, sic unū & duo & tria & quatuor quater ducta quadraginta fiunt. Si aūt quaternarius numerus recte corpus significat, ꝓꝑ quatuor notissimas naturas, quibus constat: siccam & humidam, frigidā & calidā, & ꝙ progressio a pūcto ad lōgitudinem, à longitudine ad latitudinē, a latitudine ad altitudinē soliditatem corporis facit, quæ rursus quaternario numero continetur, non absurde intelligitur quadragenarius numerus tēporalē dispēsationē significare, q̄ pro salute nostra gesta est, cū dn̄s corpus assumpsit, & visibiliter hominib. apparere dignatus est. Vnū.n. duo & tria & quatuor, q̄ significant creatorē & creaturā, quater ducta est.i. ꝑ corpus tēporaliter demonstrata, fiunt quadraginta. Nā inter quatuor & quater hoc interest, ꝙ quatuor in statu sunt, quater in motu. Ergo ut quatuor referunᷣ ad corpus, ita quater refertur ad tp̄s, insinuaturq; sacramētū corporaliter & tēporaliter gestum, ꝓꝑ eos qui corporū amore implicati erāt, & tēporibus subditi. Quadragenarius ergo numerus, vt dictum est, temporalem ipsam dispensationem non incongrue significare creditᷣ. Et fortasse hoc est ꝙ quadraginta dies dominus ieiunauit, seculi huius qđ motu corporū & tēporibus agitur, ostendens inopiā, & quadraginta dies post resurrectionē cū discipulis fuit, hanc ipsam illis credo dispensationē temporalem, quam pro salute nostra, gessit, insinuans. Quadragenarius aūt numerus, partib. suis, quæ illum metiuntur, cōputatis, vsq; ad quinquagenariū numerū peruenit: idipsum commendans, q̄nquidem ipsæ partes, quæ illum metiuntur, æquales inter se sunt, quia cum æquitate administrata, corporalis & visibilis temporaliter actio, perfectionem homini comparat. Quę perfectio, sicut dictum est, denario numero significatur: sicut quadragenarius numerus, æqualib. suis partibus in summam redactis, denariū numerum parit, q̄m ad quinquagenariū sicut supra scriptum est, peruenit: Vnum.n. quod habētᷣ quadraginta quadragies, & duo quod habētᷣ vicies, & quatuor quod habent decies, & quinq; quod habent octies, & octo quod habent quinquies, & decē quod habētᷣ quater, & uiginti quod habent bis, simul ducta fiunt quinquaginta. Nullus.n. alius numerus metiri per partes æquales quadragenarium numerum pōt, præter hos quos enumerauimus, & computatos ad quinquagenarium numerū duximus. Peractis ergo dn̄s quadraginta diebus post resurrectionem cum discipulis suis, id est, commendans eis quod pro nobis tēporaliter gestum est, ascendit in cœlum: & post alios decem dies misit spiritumsanctū, quo perficeretur spiritaliter ad inuisibilia capienda: qui uisibilibus temporalibus crediderūt, Ipsis uidelicet decem diebus post quos misit spiritumsanctum, eandem perfectionē quæ per spiritumsanctum confertur denario numero indicans. Quem quadragenarius, computatis æqualibus partibus suis ædit, & fit quinquagenarius: sicut temporali dispensatione cū æquitate administrata peruenitᷣ ad perfectionē, quam denarius numerus significat, qui denarius simul cū quadragenario q̄nquagenarium facit. Ergo q̄m perfectio quæ fit per spiritumsanctum, quandiu adhuc in carne ambulamus, quanuis non viuamus carnaliter, cum ipsa dispensatione temporali copulatur, recte uidetur quinquagenarius numerus ad ecclesiam pertinere, sed iam purgatam atq; perfectam: quę temporalis dispensationis fidem atq; æternitatis futuræ spē charitate amplexatur, id est, quasi quadragenariū numerum denario numero copulans. Hæc aūt Ecclesia ad quam pertinet quinquagenarius numerus, siue quia ex tribus generibus hominum eliquatur, Iudæis & gentibus & carnalibus Christianis, siue quia sacramento trinitatis imbuitur, numero quo significatur ter ducto, ad centenarium, quinquagenarium

Marginal notes: B — lib.7. de Genesi ad literā cap.21. — Matt. 4. — Acto. 1. — C — Acto. 1. — D — E

rium peruenit:quinquaginta.n.ter ducta fiũt
centum quinquaginta,quò cum addideris ip
ſa tria,quia inſigne & eminens debet eſſe qđ
in nomine patris & filij & ſpirituſſancti laua
Ioan.21. cro regenerationis abluitur,fiunt cẽtũ quin-
Mat.13. quagintatres.Qui numerus piſcium inueni-
tur, quia in dexteram partẽ miſſa ſunt retia,
& ideo magnos,id eſt,perfectos, & regno cę
lorum aptos habet. Nam illa ſimilitudo reti-
culi non in dexteram miſsi, ſimul cepit bo-
nos & malos qui ſeparantur in litore. Nunc
.n. intra retia pręceptorum,& ſacramentorũ
Dei,in Eccleſia,quę nunc eſt,ſimul boni ma
liq; verſantur.Fiet aũt ſeparatio in fine ſecu-
li tanquam in fine maris,id eſt,in litore.cum
regnant iuſti primo tẽporaliter, ſicut in Apo
Apo.11. calypſi ſcriptum eſt, deinde in æternum in il
la ciuitate,quæ ibi deſcribitur, ubi iam con-
quieſcente diſpenſatione temporali,quę qua
Iſtud quædam exemplaria nõ habent hic ſed in fine operis. dragenario numero ſignificatur, denarius re
manet, quam mercedem ſancti qui operan-
tur in uinea percepturi ſunt. Poteſt etiam ſi
numerus iſte conſyderetur,occurrere ad Ec-
cleſię ſanctitatem,quæ per dominum noſtrũ
Ieſum Chriſtum facta eſt:vt quoniam ſepte-
nario numero creatura conſtat, cum terna-
rius animæ & quaternarius corpori. tribui-
F tur,ſuſceptio ipſa hominis ducatur ad tria ſe
pties: quia, & pater miſit filium, & pater in
filio eſt, & dono ſpirituſſancti de virgine na
tus eſt: & ſunt tria,pater & filius & ſpirituſ-
ſanctus. Septies autem ipſe homo temporali
diſpenſatione ſuſceptus eſt ut fieret ſempi-
ternus.Fit ergo ſumma numeri uiginti unũ,
id eſt,tria ſepties. Hęc autem hominis ſuſce-
ptio ad liberationem ualuit Eccleſiæ, cui ca-
put eſt Chriſtus. At ipſa Eccleſia propter ani
mam & corpus in eodem ſeptenario nume-
ro reperitur. Ducuntur itaq; viginti unum
ſepties propter eos qui per diuinum homi-
nem liberantur,& fiunt centum quadragin-
ta ſeptem. Cui additur ſenarius numerus ſi-
gnum perfectionis, quia partibus ſuis, quę
illum metiuntur, conſtat, ita ut nihil minus
nihilq; amplius inueniatur. Metitur quippe
illum unum quod habet ſexies, & duo quæ
habet ter, & tria quæ bis habet:quæ ſimul du
cta,unum & duo & tria,ſex fiunt.Quod for-
taſſe ad illud etiam ſacramentum pertinet,
ꝙ Deus ſexta die perfecit omnia opera ſua.

Ad centũ ergo & quadraginta ſeptẽ cũm ſex
addideris,quod eſt ſignũ perfectionis,fiũt cẽ G
tum quinquaginta tria. Qui numerus piſciũ
inuenitur,poſteaquã iuſſu dñi in dexterã par
tem miſſa ſunt retia, vbi peccatores qui ad ſi
niſtrã pertinent non inueniuntur. Ioannes *De Ioanne Baptiſta q. 58.*
Baptiſta, conſiderata ſcriptura quæ de illo in
Euangelio legitur,multis probabilibus docu
mentis non abſurde creditur prophetiæ ge-
ſtare perſonam, & eo maxime ꝙ de illo dñs
dicit, Pluſquam Propheta. Hic ſiquidem to-
tius prophetiæ, quæ ab exordio generis hu- *Mat.11.*
mani vſq; ad aduentum dñi de dño facta eſt,
imaginẽ geſtat. Eſt autem Euangelij perſona
in ipſo dño quæ per prophetiam prænuncia
batur, cuius augetur prædicatio per uniuer-
ſum orbem terrarum ab ipſo dñi aduentu.
Prophetia aũt minuitur poſtquã id qđ præ-
nunciabat aduenit.Itaq; dominus dicit, Lex
& Prophetæ uſq; ad Ioannem Baptiſtam, ab
hinc regnum Dei prædicatur.Et Ioannes ip- *Luc. 16.*
ſe,illum,inquit,oportet creſcere,me autẽ mi *Ioan.3.*
nui.Quod & diebus quibus nati ſunt,& mor
tibus quibus paſsi ſunt figuratũ eſt. Naſcitur
nanq; Ioannes, ex quo dies incipiũt minui:
naſcitur dominus, ex quo dies incipiũt cre-
ſcere. Capite ille minuitur, dum occiditur:
hic vero attollitur in cruce.Poſtquã ergo ꝓ-
phetia ipſa in Ioanne conſtituta,digito oſten H
dit præſentem, quem venturum ab exordio *Ioan. 1.*
generis humani cecinerat,incipit minui,atq; *Matt. 3.*
inde creſcere prædicatio regni Dei. Et ideo
baptizauit Ioannes in pœnitentiam. finitur
.n.vetus vita vſq; ad pœnitentiam, atque in-
de incipit noua. Non autem tãtum in ijs qui
proprie prophetæ appellati ſunt, ſed in ipſa
veteris teſtamenti hiſtoria prophetia non ſi-
lere colligitur,ab eis q pie quærũt,& ad hæc
inueſtigãda diuinitus addiuantur.Maxime ta
men euidentioribus rerũ figuris apparet: ꝙ
Abel iuſtus à fratre interficitur, & dominus
a Iudæis:ꝙ arca Noe, tanquam in diluuio ſe *Gene. 4.*
culi Eccleſia gubernatur: ꝙ Iſaac immolan- *Gene. 7.*
dus Deo dicitur, & aries pro illo in ſentibus *Gen.22.*
tanquam crucifixus agnoſcitur:quod in duo
bus Abrahæ filijs,vno de ancilla,altero de li-
bera,duo teſtamenta intelliguntur:ꝙ duo po *Gala. 4.*
puli in geminis, Eſau ſcilicet,præmonſtran-
tur:ꝙ ioſeph à fratribus perſecutionẽ paſſus, *Gen.25.*
ab alienis honoratᷣ:ſicut dominus Iudæis ꝑ- *Gen.45.*
ſequen-

sequentibus,apud gentes clarificatus est. Lõ
gum est cõmemorare singula, cum ita con-
cludat Apostolus,& dicat. Hæc aũt in figura
I contingebant eis,scripta sunt aũt ꝓp nos, in
1.10. quos finis seculorũ deuenit.Finis aũt seculo-
rũ tanquã senectus ueteris hominis, cũ totũ
genus humanũ tanq̃ unũ hominẽ constitue
rit,sexta ætate signatur,qua dñs uenit. Sunt
.n.ętates sex ẽt in uno homine:infantia,pue
ritia,adolescẽtia,iuuentus,grauitas, & sene-
ctus. Prima itaq; generis humani ætas est ab
Adã usq; ad Noe.Secunda a Noe usq; ad A-
brahã, qui articuli sunt euidentissimi & no-
tissimi.Tertia ab Abrahã usq; ad Dauid sic.n.
Mattheus Euange. partitur. Quarta a Dauid
Matt. 1. usq; ad transmigrationẽ in Babyloniã. Quin
ta a transmigratione in Babyloniam usq; ad
aduentũ dñi.Sexta ab aduentu dñi vsq; in fi-
nem seculi speranda est : qua exterior ho-
mo tanquam senectute corrumpitur, qui ẽt
uetus dr̃,& interior renouatur de die in diẽ.
1. Co. 4. Inde requies sempiterna est,quæ significatur
sabbato. Huic rei cõgruit ꝙ homo sexto die
factus est ad imaginẽ & similitudinem dei.
Nemo aũt ignorat hominum vitam iam ali-
quid administrantem, cognitione & actione
Gene. 1. fulciri:nam & actio temeraria est sine cogni
tione, & sine actione ignaua cognitio. Sed
K prima uita hominis, cui nulla administratio
recte creditur, quinque sensibus corporis de
dita est:qui sunt uisus,auditus, olfactus,gu-
stus,tactus. Et ideo duæ primæ ætates gene-
ris humani denis generationibus definiun-
tur, tanquã infantia & pueritia:quinario, s.
geminato, quoniam generatio vtroq; sexu
propagatur.Sunt ergo generationes decẽ ab
Adã usque ad Noe,& inde usque ad Abrahã
aliæ decẽ,quas duas ætates infantiã & pueri
tiã generis humani esse diximus.Adolescen
tia uero & iuuentus & grauitas, id est,ab A-
braham usque ad Dauid,& inde usq; ad trãs
migrationẽ in Babyloniã, & inde usque ad
aduentum dñi, quatuordenis generationib.
figurantur: septenario geminato ad eandem
generationẽ utriusq; sexus, cũ quinario qui
est in sensibus corporis, actio & cognitio ad
dita fuerit.Senectus aũt solet ẽt tantum tene
re temporis, quantũ reliquæ oẽs ætates. Nã
cum a sexagesimo anno senectus dicatur in-
cipere,& possit humana uita usque ad centũ
uiginti annos peruenire,manifestum est so-
lã senectutẽ posse tã longam esse, q̃ oẽs æta-
tes cæteræ priores sunt. Aetas igitur ultima L
generis humani,q̃ incipit a dñi aduentu, us-
que in finẽ seculi q̃bus generationibus com
putetur incertũ est : & hoc utiliter deus uo-
luit latere, sicut in Euangelio scriptũ est, &
Apostolus attestatur dicens, diẽ dñi tanquã Mat. 24.
furẽ in nocte esse uenturũ.Sed tñ sexta ætate 1.The.5.
uisitatũ esse genus humanũ humili dñi aduẽ
tu,superius distinctis gñationibus edocetur.
Qua uisitatione incepit manifestari ꝓphetia
quæ superioribus quinq; ætatibus latuit:cu-
ius Prophetiæ personã qm̃ Ioãnes gestabat,
ut supra dictũ est,iõ ex senibus parẽtibus na
scitur, tanquã senescente seculo prophetia il
la innotescere incipiat: & quinq; mensibus Lucæ. 1
se occultat mater eius,sicut scriptũ ẽ. Occul
tabat se Elizabet mẽsib. quinq;.Sexto autem
mẽse uisitatur a Maria matre dñi, & exultãs
infans in vtero eius, tanq̃ primo aduẽtu dñi
quo in humilitate apparere dignatus est ꝓ-
phetia manifestari incipiat. Sed tanquam in
utero, idest nondum tã euidenter ut oẽs si-
cut in lucẽ manifestum esse fateantur: quod
futurũ credimus secundo aduentu dñi, quo
in claritate uenturus est: cuius aduentus p̃-
cursor speratur Helias sicut huius Ioannes
fuit.Et iõ dr̃ a dño,Helias iam uenit,& mul- M
ta ei homines fecerunt, & si uultis scire ipse Mat.17.
est Ioannes Baptista, qui uenturus est. Quia
in eodem spiritu & in eadem uirtute, & tan
quam præcedentis præconis officio & hic iã
uenit,& ille uenturus est.Propterea & istum
Ioannem per spiritum quo pater eius uates
impletus est, dr̃ præcursorem dñi futurũ in
spiritu & uirtute Heliæ. Peractis aũt Maria
bum Elizabet mensibus tribus,discedit.Quo Lucæ. 1.
numero mihi ur̃ significari fides trinitatis,
& baptisma in nomine patris & filij & spiri
tussancti,quo per humilem dñi aduentũ ge-
nus humanum imbuitur, & futuro aduentu
claritatis eius extollit. Inter parabolas a do-
mino dictas solet quærentes multum exerce De decem
re ista quæ de decem uirginibus posita est. virginib.
Et multi quidem hinc multa senserunt: quæ q.59.
non sunt præter fidem : sed quomodo parti-
bus oĩbus eius cõueniat expositio id elabo-
randũ est. Legi ẽt in quadã scriptura ex ea-
rum genere quæ apocryphæ nominantur,

non ꝙ sit contra catholicam fidem, sed huic loco mihi minus congruere uisa est, conside
A ranti oẽs huius similitudinis partes. De qua tñ expositione temere nihil audeo iudicare, ne forte non eius inconuenientia mihi angustias fecerit, sed mea tarditas in ea conueniẽtiam non inuenerit. Quid aũt mihi uideatur non absurde hoc loco accipi, quantũ potero brẽ & diligenter exponã. Interrogatus igitur dñs noster secreto a discipulis de consumma tione seculi, inter multa alia quæ locutus est,
Mat.25. hoc quoq; dixit, Tunc simile æstimabitur regnum cœlorum decem uirginib. quæ acceperunt lampades suas & venerunt obuiam spõso. Quinq; aũt ex eis erãt fatuæ, & quinq; prudentes. Sed quinq; fatuæ acceptis lampadib. suis, non sumpserunt oleum secum, Prudentes aũt acceperunt oleum secum in uasis suis cum lampadib. Tardante aũt sponso, dormitauerunt oẽs, & dormierunt. Media autẽ nocte clamor factus est, Ecce sponsus uenit, surgite obuiam ei: Tunc surrexerũt virgines illæ, & aptauerunt lampades suas. Et dixerũt illæ stultæ ad sapiẽtes. Date nobis de oleo vestro, q̃a lampades nostræ extinguuntur. Rñderunt aũt sapientes dicentes, Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad uendentes, & emite vobis. Et dum irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant intrauerunt cũ eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime aũt veniunt & reliquæ uirgines dicẽtes, Dñe dñe, aperi nobis. At ille respondens ait, Amẽ dico uobis, Nescio uos. Vigilate ergo, quia nescitis diem neq; horã. Decem utiq; numerus virginũ, quarũ quinq; admittuntur, quinq; excluduntur, bonorũ & malorũ discretionẽ significat. Quaꝓꝑ si uirginitatis nomen honorabile est, cur receptis exclusisq; cõe est? Deinde quid sibi uult numerus in utraq; parte quinarius? Quid aũt significat oleum, mirum vr̃. Item ꝙ sapientes petentib. non communicant: cũ & inuidere fas non sit eas quæ ita perfectę sunt, ut a sposo recipiantur, quo noie nullo dubitante dñs Iesus Christus significatur: & misericordes esse oporteat ad præstandum ex eo, quod habent, præscriben
Luc.6. te illa sñia eiusdem dñi dicentis, Oĩ poscenti te tribue. Quid est aũt qđ possit dando non sufficere utrisq;? Hæc maxime augent q̃onis difficultatem, q̃q̃ & cætera diligenter considerata, ut oĩa in unam rationem concurrant, nihilq; in unam partem dicatur quod impediat aliam, magna cautio adhibenda est. Vñr itaq; mihi quinq; uirgines significare quinq; C
pertitam continentiam a carnis illecebris. Continendus est .n. animi appetitus a uoluptate oculorum, a uoluptate aurium, a uoluptate olfaciendi, gustandi, tangendi. Sed ista continentia partim coram deo fit, ut illi placeatur in interiori gaudio cõscientię, partim coram hominib. tm̃, ut gloria humana capiatur, quinq; dñr sapientes, & quinque stultæ: vtræque tñ uirgines, quia utraq; continentia est, quamuis diuerso fomite gaudeant. Lampades aũt sunt quia manib. gestantur opera, quę ꝓm continentiam istam fiunt. Dictum *Matt.5.*
est aũt, Luceant opera uestra coram hominibus: Oẽs uero acceperunt lampades suas & venerunt obuiam sponso. Intelligendum est ergo Christi noie censeri de quib. agitur, Nõ .n. possunt qui Christiani non sunt, sponso Christo uenire obuiã. Sed quinq; fatuæ acce ptis lampadib. suis, non sumpserunt oleum secum. Multa.n. q̃uis de Christi bonitate plurimum sperent, gaudium tñ non habent, dũ continenter non uiuunt, nisi in laudib. hominum. Non ergo habent oleum secum, Nam ipsam lætitiam oleo significari arbitror. Propterea unxit, inquit, te deus deus tuus oleo exultationis. Qui autem non propterea gaudet quia deo intrinsecus placet, non habet oleum secum. Prudentes autem acceperunt D
secum oleum in uasis suis cum lampadibus, *Psal.44.*
id est, lætitiam bonorum operum in corde atque conscientia posuerunt, Sicut Apostolus monet, Probet autem se homo, inquit, & tunc in semetipso habebit gloriam, & nõ
in altero. Tardante uero sponso dormita- *Galat.6.*
uerunt omnes, quia ex utroque genere continentium hominum, siue eorum qui coram deo exultant, siue eorum qui in laudibus hominum acquiescunt, moriuntur hoc interuallo temporis, donec sub aduentu dñi fiat resurrectio mortuorum. Media autem nocte .i. nullo sciente aut sperante, quippe cum ipse dñs dicat, De die aũt illa & hora ne *Mat.24.*
mo scit: Et Apost. Dies dñi tanq̃ fur in nocte *1.The.5*
ita ueniet ex quo signatur eũ penitus latere cũ uenerit: clamor factus est, Ecce spõsus ve nit, surgite obuiã ei. In ictu oculi & ĩ nouissi *1.Co.16.*
ma

ma turba oēs reſurgemus. Ergo ſurrexerunt
2.Cor.5. oēs virgines illæ, & aptauerūt lāpades ſuas,
E id eſt, rōnes reddendas operum ſuorū. Opor
tet.n.nos exhiberi ante tribunal Xp̄i, ut illic
recipiat vnuſquiſq; quod geſsit in corpore,
ſiue bonū, ſiue malū. Et dixerunt ſtultæ ad ſa
pientes, Date nobis de oleo veſtro, quia lāpa-
des noſtræ extinguuntur. Quorū.n. facta alie
na laude fulciuntur, eadē ſubtracta deficiūt,
& de conſuetudine id ſem p inquirunt unde
gaudere animus ſolet. Itaq; hominū qui cor-
da non uident, teſtm̄ uolūt habere apud deū
qui cordis inſpector eſt. Sed quid rn̄derūt ſa-
piētes? Ne forte ſufficiat nobis & nobis. Vnuſ
quiſq;.n. pro ſe rōnem reddet, nec alieno te-
ſtimonio quiſquam adiuuatur apud deū, cui
ſecreta cordis apparent, & uix ſibi quiſq; ſuf
ficit, ut ei teſtm̄ perhibeat cōſciētia ſua. Quis
Pro. 20. .n. gloriabitur mundum ſe habere cor? Inde
1.Cor.4. eſt quod Apoſtolus ait. Mihi aūt minimū eſt
vt a vobis iudicer, aut ab humano die, ſed ne
que memetipſum iudico. Quapropter cū de
ſeipſo quiſq; aut non omnino aut uix poſsit
ueram ferre ſententiam, qūo pōt de alio iudi
care, cū ſciat nemo quid agatur in hoīe niſi
1.Cor.2 ſpiritus hominis? Ite magis ad uendentes &
F emite vobis. Non conſilium dediſſe putādæ
ſunt, ſed crimen earum ex obliquo comme-
moraſſe. Vendunt.n. oleum adulatores, qui ſi
ue falſa, ſiue ignorata laudando, animas in er
rorem mittunt, & eis uana gaudia tanquā fa-
tuis conciliando, aliquā de his mercedē, ſiue
ciborum, ſiue pecuniæ, ſiue honoris, ſiue ali-
cuius commodi temporalis accipiunt, nō in
Eſa. 3. telligentes quod dictum eſt, Qui uos fęlices
dicunt, in errorem uos mittunt. Melius eſt au
tem obiurgari à iuſto quàm a peccatore lau-
Pſ.140. dari. Emendabit me, inquit, iuſtus in miſeri-
cordia & arguet me, oleum autē peccatoris
nō impinguet caput meū. Ite ergo magis ad
vendentes, & emite uobis, id eſt, videamus
nūc quid uos adiuuāt qui uobis laudes vēde
re cōſueuerunt & uos in errorē inducere, ut
non corā Deo, ſed ab hominibus gloriā quæ
reretis. Euntib. aūt illis emere, venit ſpōſus,
id eſt, inclinantibus ſe illis in ea quæ foris
ſunt, & ſolitis gaudere quærētibus, quia gau
dia interna non nouerant, uenit ille qui iudi
cat. Et quæ paratæ erant, id eſt, quibus bonū
coram Deo teſtm̄ conſcientia perhibebat: in-
trauerunt cum eo ad nuptias, id eſt, vbi mun
da anima, puro & perfecto ſempiternoq; dei
verbo fęcundata copulatur. Et clauſa eſt ia-
nua, id eſt, receptis illis qui ſunt in angelicā
vitam immutandi, Oēs enim, inquit, reſurge G
mus, ſed non omnes immutabimur: clauſus 1.Co.15.
eſt aditus ad regnum cœlorum. Non.n. poſt
iudicium patet precum, aut meritorū locus.
Nouiſsime aūt ueniūt, & reliquæ virgines, di
centes, Dn̄e, dn̄e aperi nobis. Non dictū eſt ꝙ
emerint oleum, & ideo intelligēdæ ſunt nul
lo iā remanente de alienis laudib. gaudio, in
anguſtijs & magnis afflictionibus redire ad
implorationem Dei. Sed magna eſt eius ſeue
ritas poſt iudicium, cuius ante iudicium inef
fabilis miſericordia pręrogata eſt. Itaq; reſpō
dens ait, Amen dico uobis, ꝙ neſcio uos: Ex
illa.ſ. regula qua non habet ars Dei, hoc eſt ſa
pientia Dei, vt intrent in gaudium eius, qui
non corā Deo, ſed ut placerent hominibus,
uiſi ſunt aliquid ſm præceptū eius operari.
Atq; ita concludit, Vigilate ergo, quia neſci-
tis diem neq; horam. Nō modo illius ultimi
tēporis quo uenturus eſt ſponſus, ſed ſuæ qſ
que diem dormitionis & horā neſcit. Quiſ-
quis autem paratus eſt vſq; ad ſomnū: id eſt,
vſq; ad mortem quæ omnibus debetur, para-
tus etiam inuenietur cum illa uox media no
cte ſonuerit qua oēs euigilaturi ſunt. Qđ ve- H
ro ſponſo dixit obuiam venire virgines: ſic
intelligendū puto vt ex ipſis virginibus con
ſtet ea quę dr̄ ſponſa: tāquā ſi omnibus Chri
ſtianis in Eccleſiam concurrentibus filij ad
matrem cōcurrere dicantur, cū ex ipſis filijs
congregatis cōſtet ea quę dicitur mater. Nūc
enim deſponſata eſt Eccleſia, & virgo eſt ad
nuptias perducenda: id eſt, cum ſe continet a
corruptione ſeculari. Illo autem tempore nu
bet, cum uniuerſa mortalitate in ea pereūte, 1.Co.11.
immortali coniunctione * fruetur. Deſpon- a.l.fœta-
ſaui, inquit, vos vni viro virginem caſtā exhi tur.
bere Chriſto. Vos, inquit, virginem a plurali
ad ſingularem concludens, Ideo & uirgines
dici poſſunt & virgo. Cur autem quinq; di- 1.Co.13
ctę ſint, ut mihi videtur, expoſitum eſt. Sed vi
demus nunc in ænigmate, tunc autem facie
ad faciem. Et nūc ex parte, tunc aūt ex toto.
Ipſe autē in ænigmate & ex parte nūc in ſcri
pturis aliquid cernere, quod tn̄ ſit ſecundum
catholicam fidem ex illo pignore contingit,

quod accepit uirgo Ecclesia humili aduentu
I ſponſi ſui. Quę illi ultimo aduentu cum ve-
2. Cor. 1 niet in claritate nuptura eſt, cum iã facie ad
faciem contuebitur. Dedit .n. nobis pignus
ſpiritum ſanctum, ſicut dicit Apoſtolus. Et iõ
De die ãt iſta expoſititio nihil certum intuetur, niſi ut
illo et ho ſm̃ fidem ſit, neq; alijs pręiudicat qui eã ni-
ra nemo hilominus ſm̃ fidem exponere potuerint. Si
ſcit neq; cut ſcire Deus dr̃ etiam cum ſcientem facit,
ãgeli cæ- ſicut ſcriptum eſt, Tentat uos dñs deus ueſter
lorũ neq; vt ſciat ſi diligatis eum. Non .n. ſic dictum eſt
filius ho hoc, quaſi neſciat Deus, ſed ut ipſi ſciant quã
minis, ni tum in dñi dilectione profecerint, qđ niſi tẽ-
ſi pater tationibus quæ accidũt, non plene ab homi-
ſolus. q. nibus agnoſcitur. Et ipſum tentat, pro eo po-
60. ſitum eſt ꝙ tentari ſinit. Sic & cũ dicitur, ne-
Mat. 25. ſcire: aut pro eo dicitur, quod non approbat:
De eo id eſt in diſciplina & doctrina ſua non agno
quod ſcri ſcit, ſicut dictum eſt, Neſcio uos: aut pro eo
ptum eſt, ꝙ utiliter neſcientes facit, id quod ſcire inuti
in Euan- le eſt. Ideo bene accipitur, id quod dictũ eſt,
gelio, tur ſolum ſcire patrem: ſic dictum eſſe, quia fa-
bas domi cit filium ſcire: Et quod dictum eſt, neſcire fi
nũ in mõ liũ: ſic dictũ eſſe, quia facit neſcire homines:
te pauiſ- id eſt non prodit eis quod inutiliter ſcirent.
ſe de Quinq; panes hordeacei quibus in mõte
quinque dominus turbas pauit, ſignificant ueterẽ le-
panib. q. k gẽ, Siue quia nondum ſpiritalibus, ſed adhuc
61. carnalibus data eſt: id eſt quinq; corporis ſen
ſibus deditis, nam & ipſæ turbæ quinq; milia
hominum fuerũt, Siue quia per Moyſen lex
data eſt, Moyſes .n. quinq; libros ſcripſit. Et ꝙ
hordeacei erant panes, bene ſignificãt uel ip
ſam legẽ, quæ ita data erat, vt in ea vitale ani-
mæ alimentum corporalibus ſacramẽtis ob-
tegeret: hordei .n. medulla tenaciſsima palea
tegitur. Vel ipſum populum nondũ expolia
tũ carnali deſiderio, ꝙ tanquam palea cordi
eius inhærebat, id eſt, nondum corde circun
ciſum, ita ut nec trituratione tribulationũ cũ
per deſerta quadraginta annis duceretur, in-
tellectu reuelato carnalia integumenta depo
neret, ſicut nec hordeum areæ tritura illo pa
leari tegmine exuitur. Itaq; illi populo con-
1. Retra. 26 gruenter lex talis data eſt. Duo aũt piſces qui
ſaporem ſuauem pani dabãt, duas illas perſo
nas uñr ſignificare quibus populus ille rege-
batur, ut per eas conſiliorũ moderamen ac-
ciperet, regiam .ſ. & ſacerdotalem, ad quas ẽt
ſacroſancta illa unctio pertinebat. Quarum
officium erat procellis ac fluctibus populari
bus nunquam frangi atq; corrumpi, & uio-
lentas turbarum contradictiones tanquã ad- L
uerſantes undas ſæpe dirumpere, interdũ eis
cuſtodita ſua integritate cedere, prorſus mo
re piſcium tanquã in procelloſo mari, ſic in
turbulenta populi adminiſtratione verſari.
Quæ tamen duæ perſonę dominum noſtrũ
præfigurabant. Ambas .n. ſolus ille ſuſtinuit,
& non figurate ſed proprie ſolus impleuit.
Nam & rex noſter eſt Ieſus Chriſtus qui no
bis pugnandi & uincendi demonſtrauit exẽ-
plum, in carne mortali peccata noſtra ſuſci-
piens, tentationibus inimici, neq; illecebro-
ſis, neq; terribilibus cedens. poſtremo exuẽs
ſe carne, principatus & poteſtates expolians
fiducialiter, & triũphans eos in ſemetipſo. *Coloſ. 2*
Itaq; ipſo duce ab oneribus & laboribus hu
ius peregrinationis noſtræ tãquam ab Aegy
pto liberamur, & perſequẽtia nos peccata ſa-
cramento baptiſmatis nobis euadẽtibus ob-
ruuntur, & quãdiu in ſpe ſumus eius promiſ
ſionis quam nõdũ uidemus, tanquã per deſer
ta ducimur, cõſolante nos in ſanctis ſcriptu-
ris uerbo Dei, ſicut illos manna de cœlo. Et
eodẽ ipſo duce in Hieruſalẽ cœleſtẽ, tanquã
in terrã promiſsionis introduci nos poſſe p̃-
ſumimus, & in æternũ ibi regnante ipſo &
cuſtodiente ſeruari. Ita dñs noſter Ieſus Xp̃s M
oſtenditur rex noſter. Ipſe eſt etiã ſacerdos *Pſ. 109.*
noſter in æternũ ſm̃ ordinem Melchiſedech
qui ſeipſum obtulit holocauſtũ pro peccatis
noſtris, & eius ſacrificij ſimilitudinem cele-
brandã in ſuæ paſsionis memoriã cõmenda
uit, ut illud qđ Melchiſedech obtulit deo iã
per totum orbẽ terrarũ in Chriſti Eccleſia vi
deamus offerri. Ergo qm̃ rex noſter peccata
noſtra ſuſcepit, ut nobis pugnandi & uincẽ-
di demõſtraret exẽplũ, eorundem peccatorũ
ſuſceptionem regiamq; perſonã Matthęus *Matt. 1.*
Euangeliſta ſignificans, generationem eius
quæ eſt ſecundum carnem ab Abraham ſu-
ſcipiens, qui pater eſt populi fidelis, & ſucceſ
ſionem prolis deorſum uerſus enumerans ꝑ-
uenit ad Dauid, in quo regni ſtabilimentum
manifeſtiſsimum apparet: atque inde per Sa
lomonem, natũ de illa in qua pater eius pec-
cauerat, ſtirpem regiam proſecutus uſque ad
generationem domini perducit. Lucas ue- *Lucæ. 3.*
ro alius Euangeliſta, quoniam & ipſe genera
tionem

tionem domini, quæ secundum carnem est, sed in sacerdotali persona explicādam susce pit, ad quā personam pertinet mundatio, & abolitio peccatorum, non a principio libri, A sicut Matthæus, sed ab illo loco vbi pabtizatus est Iesus, vbi peccatorum nostrorū mundatione præfigurauit, incipit parentum eius originem gradatim prosequi, neq; deorsum uersus, sicut ille qui eū ad susceptionē peccatorum tanquam descendentē ōndebat, sed sursum uersus tanquā is qui eum post abolitionē peccatorū tanquā ascendentē insinuabat, nec eos parentes quos ille nominās. Alia enim erat origo sacerdotalis, quæ per unum ex filijs Dauid, sicuti assolet de tribu sacerdotali matrimoniū sortientē, effecerat, ut Maria de utraque tribu, i. de regia & sacerdotali cognationē duceret. Nam & qñ cēsiti sunt Ioseph & Maria, scriptum est eos fuisse de domo. i. de genere Dauid. Et Elizabet q̄ nihilominus cognata Mariæ scribitur, erat de tribu sacerdotali. Sicut autē Matthæus, tanquā descendentē ad suscipienda peccata nostra regē Christū insinuās, per Salomonē à Dauid descendit, quia Salomō de illa in qua Dauid peccauerat natus est: ita Lucas qui tanquam ascendentē post abolitionē peccatorū sacerdotem Christū insinuat, per Nathan ascendit B ad Dauid, quia Nathā Propheta missus fuerat, cuius correptione Dauid ipsius peccati abolitionem pęnitēdo impetrauit. Itaq; posteaquā transit Lucas personā Dauid, nō dissonat à Matthæo in noībus * generatorum. Nā eos nominat ascendens à Dauid vsq; ad Abraham, quos ille descendens ab Abrabam vsq; ad Dauid. A Dauid. n. in duas familias, regiā & sacerdotalē origo illa distributa est: quarū duarū familiarū, sicut dictū est, regiā descēdens Matthæus, sacerdotalē ascendens Lucas secutus est: ut dñs noster Iesus Christus rex & sacerdos noster & cognationē duceret de stirpe sacerdotali, & non esset tñ de tribu sacerdotali, hoc est de tribu Leui, sed esset de tribu Iuda, hoc est de tribu Dauid, ex qua tribu nemo intendit altari. Ideo & filius Dauid maxime dr̄ ſm carnē, quia & Lucas ascēdens & Matthæus descendens, in Dauid sibi obuiam facti sunt. Oportebat. n. vt euacuaturus sacrificia, quæ ſm ordinē Aaron in Leuitico sacerdotio fiebant, non esset de tribu Leui, ne ad ipsam tribū, & ad ipsum sacerdotium qđ tp̄aliter vmbra erat futuri pertinere videretur mundatio peccatorū: quam dñs oblatione holocausti sui, qđ in ueteri sacerdotio figurabatur, impleuit: & holocausti C eius imaginē ad memoriam passionis suæ in Ecclesia celebrandam dedit, ut esset sacerdos in æternum nō ſm ordinem Aaron, sed ſm ordinem Melchisedech. Cuius rei sacramentum diligentius adhuc considerari pōt. Sed ꝑ ꝑ duos pisces in quibus duas personas regiā & sacerdotalē figuratas esse diximus, hactenus hinc tractatū esse sufficiat. Quod autē super fœnum turba illa discubuit, significat eos qui testm̄ vetus acceperāt, quia regnum eiusdem temporale & Hierusalē temporalis promittebat, in spe carnali collocatos fuisse. Omnis. n. caro fœnum, & claritas hominis vt flos fęni. Quod aūt de reliquijs fragmentorū duodecim cophini bucellarum repleti sunt, significabat de ipsius legis adapertione & disputatione quā Iudæi reliquerant & deseruerant, repletos fuisse discipulos dñi, in quibus duodenarius numerus principatum tenet. Nondum. n. erat scriptura noui testamenti qñ dñs quasi frangendo & aperiendo quod durum & clausum erat in lege discipulos impleuit, cum eis post resurrectionē aperuit scripturas veteres, incipiens à Moyse & D oībus Prophetis, interpretans illis in oībus scripturis quę de ipso erant. Nam & tunc eū duo illorū in panis fractione cognouerunt. Et ideo secunda pastio populi quę de septem panibus facta est, ad noui testamēti prædicationē recte intelligitur pertinere. Non. n. ab aliquo Euangelista dictum est, ꝙ isti panes hordeacei fuerint sicut de illis quinque dixit Ioannes. Hæc ergo pastio de panibus septem ad gratiam pertinet Ecclesiæ, q̄ notissima illa septenaria sancti spiritus operatione cognoscitur. Et ideo non hic duo pisces fuisse scribuntur, sicut in ueteri lege ubi duo soli ungebantur, rex & sacerdos: sed pauci pisces, i. qui primi dño Iesu Christo crediderunt, & in eius noīe uncti sunt: & missi ad prædicationē Euangelij, & ad sustinendū turbulentū mare huius seculi, vt pro ipso magno pisce, i. pro Christo legatione fungerent, sicut Paulus Apostolus dicit. Neque in ipsa turba quinque milia hominum fuerunt, sicut illic

Marginal notes: Luc. 1. — Luc. 1. — Matt. 1. — 1. Re. 26 — al generatorum. Nā eas. — Ps. 109. — Esa. 50. — Luc. 44. — 2. Cor. 5.

ubi carnales legem accipientes, i. quinq; sensibus carnis dediti significãtur, Sed quatuor milia potius, quo numero significantur spiritales, ꝑ ꝑ quatuor aīæ uirtutes quibus in hac
E vita spiritaliter viuitur, prudentiā, temperantiam, fortitudinē, & iustitiam. Quarū prima est cognitio rerū appetendarum & fugiendarum. Secunda refrenatio cupiditatis ab ijs quæ tẽporaliter delectant. Tertia firmitas animi aduersus ea quæ tꝑaliter molesta sunt. Quarta quæ per cęteras oēs diffunditur, dilectio Dei & proximi. Sanè ibi quinq; milia hoīum, & hic quatuor milia exceptis mulieribus & pueris fuisse memorantur: qđ mihi vr̄ ad hoc pertiuere, vt intelligamus & in populo veteris testamenti fuisse quosdā infirmos ad implendam iustitiam quæ s̄m legem est, in qua iustitia Apostolus Paulus sine querela se conuersatum esse dicit. Fuisse itē alios qui facile seducerētur in cultum idolorum.
Phil. 3. Quę duo genera i. infirmitatis & erroris, mulierū & puerorum nominibus figurata sunt Infirmus est. n. mulierū sexus ad actiones, & facilis ad lusum pueritia. Quid aūt lusui puerili tam simile est, q̃ idola colere? Qm̄ & Apostolus ad hoc retulit hoc genus superstitio-
1. Co. 10. nis cum ait, Neq; idolis seruientes quemad-
F modum quidam eorum sicut scriptum est,
Exo. 32. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Mulieribus ergo similes erāt, qui in laboribus expectationis quousque ad promissa Dei peruenirent, non viriliter perseuerantes tentauerunt Deū: Pueris aūt, qui sederunt manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Non solū aūt ibi, sed ēt in populo noui testamenti qui nō perdurant occurrere in virū perfectū, vel infirmitate viriū, vel mentis leuitate mulieribus & pueris comparandi
Heb. 3. sunt. Nam illis dr̄, Si tñ initiū substantiæ eius vsq; in finē firmum retineamus: illis aūt, No
1. Co. 14. lite pueri effici sensibus, sed malitia infantes estote, vt sensibus perfecti sitis. Et ideo neq; in veteri neq; in nouo testō tales admittuntur ad numerum, sed siue, ibi quinq; milia, siue hic quatuor milia, exceptis mulieribus & pueris fuisse dicuntur. Quãuis uero & illic & hic ꝑ ꝑ ipsum Christum qui assidue in scripturis mons appellatur, ut congruēter in monte uterq; populus pasceretur, hic tñ nō in fœno discūbitur, sed in terra. Ibi. n. celsitudo Christi ꝑ ꝑ carnales hoīes, & Hierusalē terrenam, & carnali spe & desiderio tegitur: hic aūt remota omni cupiditate carnali, conuiuas noui testamenti, spei permanētis firmamentum, tanq̃ ipsius montis soliditas, nullo G
fœno interposito continebat. Et qm̄ rectissime dicit Apostolus, Prius aūt antequā ueniret fides, sub lege custodiebamur: Hoc significare ur̄ & dn̄s cum dicit de his quos quinq; Gal. 3.
panibus pasturus erat. Non opus habent ire, sed date illis uos manducare. Sub his aūt uerbis figuraliter tanquam custodia detinentur, cū hoc admonuissent discipuli ut dimitteret eos. Huius uero turbæ quæ ad septem panes pertinet, ultro se misereri dixit, ꝙ iā tertius dies esset ex quo ei ieiuni adhæsissent. In toto. n. seculo generis humani tertium tp̄s est quo fidei Christianæ gratia data est. Primum est ante legē, s̄m sub lege, tertiū sub gratia. & qm̄ quartū adhuc restat, quo ad plenissimā pacem Hierusalē cœlestis uēturi sumus, quò tendit quisquis recte credit in Christū, propterea se dicit turbā illam reficere dn̄s ne deficiant in uia. Ista est. n. dispensatio qua nobis dn̄s tꝑaliter & uisibiliter in homine apparere dignatus est, & dedit nobis pignus spiritū sanctū, cuius operatione septenaria uegetaremur, Apostolica authoritate quasi paucorū pisciū sapore cōiuncto. Hęc ergo dispęsatio quid aliud agit, nisi ut ad palmā superne uocationis sine defectu uiriū peruenire H
possimus? Per fidē. n. ambulamus & non per speciem. Et ipse Apostolus Paulus nondū se dicit cōprehendisse regnum Dei, sed ea quæ retro sunt oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, s̄m intentionem sequor, inquit, ad palmā supernæ uocationis. Veruntamen in qđ peruenimus in eo ambulemus, q̃a tertio die dn̄o adhærentes & ab illo pasti, non deficiemus in via. Etiā hic sanè peruenire ad comedendi finē turba non potuit, sed relictæ sunt escæ. Non. n. frustra dictum est, Putas ne ueniens filius hominis inueniet fidē super terrā? Et credo ita futurū, ꝑ ꝑ mulieres & pueros, sed tñ septē sportas reliquiæ fragmentorū impleuerūt, ad quas Ecclesia septiformis quæ in Apocalypsi etiā describitur pertinet, idest omnis qui perseuerauerit usq; in finē. Ille. n. qui dixit, Putasne ueniens filius hominis, inueniet fidē super terrā? significauit quidem.

Mat. 15. — 2. Cor. 1. — 2. Cor. 5. — Phil. 3. — Luc. 18. — Apoc. 1. — Mat. 14.

dem in extremo conuiuio relinqui posse & deseri escas suas. Sed qm̃ ipse item dicit: Qui perseuerauerit vsq; in finē hic saluus erit: significauit nō defuturam Ecclesiã, quæ septenario numero eosdē septem panes abundantius recipiat, & latitudinē cordis, quæ ipsam perseuerantiã in sportis vr̃ significare, cōtineat.

I

De eo quod scriptum est in Euãgelio quia baptizabat Iesus plures quã Ioãnes: quãuis ipse nō baptizaret, sed discipuli eius q.62.

1. Retr. 26.

Luc. 23.

Act. 20.

1.Cor.2.

Quęritur vtrum qui baptizati sunt illo tp̃e quo scriptū est dominum per discipulos suos baptizasse plures q̃ Ioannes, acceperint spiritumsanctum. Alio.n.loco Euangelij sic dr̃: Spiritus.n.nōdum erat datus, quia Iesus nōdum erat clarificatus. Et facillime quidem ita respondetur, ꝙ dñs Iesus, qui etiam mortuos suscitabat, poterat neminē illorū mori sinere, donec post eius clarificationē, idest resurrectionē à mortuis, & ascensionem in cęlum acciperent spiritumsanctum. Sed occurrit animo latro ille cui dictum est, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso: qui nec ipsum baptismum acceperat. Quãquam Cornelius, & qui cum eo ex gentibus crediderant, spiritumsanctum etiã priusquam baptizarentur acceperint, non tñ video qūo & ille latro sine spiritusancto dicere potuerit: Memento mei dñe dum veneris in regnum tuum. Nemo.n.dicit dñs Iesus, ait Apostolus, nisi in spiritusancto. Cuius fidei fructum

K

ipse dñs monstrauit dicens, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quomodo ergo ineffabili potestate dominantis Dei atq; iustitia deputatum est etiam baptismum credenti latroni & pro accepto *habitum in aīo libero, quod in corpore crucifixo accipi non poterat, Sic etiam spiritussanctus latēter dabatur ante dñi clarificationem: post manifestationem aūt diuinitatis eius manifestius datus est. Et hoc dictum est, Spiritus autē nondum erat datus, idest nondum sic apparuerat vt oēs eum datum esse faterētur. Sicut etiam dñs nōdum erat clarificatus inter homines, sed tñ clarificatio eius æterna nunquam esse destitit: sicut & aduentus eius ea ipsa dicitur demonstratio in carne mortali. Nam illuc venit ubi erat, quia in sua propria venit, & in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Sicut ergo domini aduentus intelligitur demonstratio corporalis: tñ ante hanc demonstrationem ipse in omnibus Prophetis sanctis tãquam Dei verbū & Dei sapientia locutus est: sic & aduentus spiritussancti, demonstratio spiritussancti est ipsis ēt oculis carneis, qñ visus est ignis diuisus super eos & cœperunt loqui linguis. Nam si non erat in hominibus spiritussanctus ante dñi visibilem clarificationē, qūo dicere potuit Dauid, Et spiritumsanctum tuum ne auferas à me? Aut qūo impleta est Elizabet & Zacharias vir eius vt prophetarēt, & Anna & Simeon, de quibus omnibus scriptum est, ꝙ impleti sunt spiritusancto, vt illa quæ in Euangelio legimus dixerint? Vt autem quædã latenter, quædam uero per creaturam uisibilem uisibiliter Deus operetur, pertinet ad gubernationē prouidentiæ qua oēs diuinæ actiones, locorum temporumq; ordines, distinctione pulcherrima peraguntur, cum ipsa diuinitas nec teneatur nec migret locis, nec tendatur, varieturve temporibus. Qūo autem ipse dñs secum habebat utiq; spiritūsanctum in ipso homine quē gerebat, qñ ut baptizaretur uenit ad Ioannem, & tñ posteaquam baptizatus est descendere in eum spiritussanctus visus est in columbæ specie: sic intelligendum est & ante manifestum & uisibilem aduentū spiritussancti quoscunque homines sanctos eū latenter habere potuisse. Ita sanè hoc diximus, ut intelligamus etiam ista ipsa uisibili demonstratione spiritussancti, qui aduētus eius dr̃, ineffabili, vel etiam incogitabili modo in hominum corda plenitudinē eius infusam.

Tal habitu. *Ioan.7.* *Ioan.1.* *Act. 2.* L *Psal. 50.* *Luc.1.& 2.* *Matt. 3.*

M

De uerbo. q.63. *Ioan.1.*

In principio erat uerbum. Quod græce λόγος dr̃, Latine & rōnem & uerbū significat. Sed hoc loco melius uerbū interpretamur, ut significetur nō solum ad patrē respectus, sed (ad) illa ēt quę per uerbū facta sunt, operatiua potētia. Ratio aūt & si nihil per illam fiat, recte ratio dr̃.

De muliere Samaritana.q.64. *Ioan.4.*

Euangelica sacramenta dñi nostri Iesu Christi dictis factisque signata, nō oībus patent, & ea nōnulli minus diligēter, minusq; sobrie interpretando, afferunt plerunq; pro salute perniciem, & pro cognitione ueritatis errorē: inter quæ illud est sacrm̄ quod scriptum est, dñm hora diei sexta uenisse ad puteum Iacob, fessumq; ab itinere sedisse, & à muliere Samaritana potū petisse, & cętera quę in eodem scripturarum loco discutienda & pertractanda dicunt̄. De qua re id primo tenendum est, quod in omnibus scripturis summa uigilantia custodiri

oporte

oportet, ut ſecundum fidē ſit ſacramenti diuini expoſitio. Hora igitur diei ſexta uenit ad puteū dn̄s noſter. Video in puteo tenebroſam profunditatē. Admoneor ergo intelligere mundi huius infimas partes, i. terrenas, quo uenit dn̄s Ieſus hora ſexta. i. ſexta ætate generis humani, tanquā ſenectute ueteris hominis, quo iubemur exui, ut induamur nouo qui ſecundum Deum creatus eſt. Nam ſexta ætas ſenectus eſt, qm̄ prima infantia, ſecunda pueritia, tertia adoleſcentia, quarta iuuentus, quinta grauitas. Veteris itaq; hominis uita, quæ ſecundum carnem temporali cōditione peragitur, ſexta ætate ſenectutis concluditur. Qua ſenectute, ut dixi humani generis dn̄s noſter & creator nobis & reparator aduenit, ut moriente.ſ. uetere homine, nouum in ſe cōſtitueret, quem exutum labe terrena in cœleſtia regna transferret. Ergo nunc puteus, ut dictū eſt, mundi huius terrenum laborē & errorem tenebroſa profunditate & obſcuritate ſignificat, & qm̄ exterior eſt homo uetus, & nouus interior, Dictum eſt.n. ab Apoſtolo, Etſi exterior homo noſter corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diem, rectiſsime omnino, quoniam omnia uiſibilia ad exteriorem hominē pertinēt, quibus Chriſtiana diſciplina renunciatur: Hora ſexta uenit dn̄s ad puteum. i. medio die, unde iam incipit ſol iſte uiſibilis declinare in occaſum: quoniā & nobis uocatis à Chriſto uiſibilium delectatio minuitur, ut inuiſibilium amore homo * exterior recreatus, ad interiorem lucem quæ nunquam occidit reuertatur: ſecundum Apoſtolicam diſciplinā, nō quærens quæ uidentur, ſed quę nō uidentur: quæ.n. uidētur, temporalia ſunt, quæ aūt nō uidentur ęterna ſunt. Quòd aūt fatigatus uenit ad puteum, infirmitatem carnis ſignificat: φ ſedit, humilitatem: quia & imbecillitatem carnis pro nobis ſuſcepit, & homo hominibus tā humiliter apparere dignatus eſt. De hac infirmitate carnis Propheta dicit, Homo in plaga poſitus, & ſciens ferre imbecillitatē. De humilitate uero Apoſtolus loquitur dicens, Humiliauit ſe factus obediēs uſq; ad mortē. Quāquam illud quod ſedit, quoniam ſolent ſedere doctores, poſsit alio intellectu non humilitatis modeſtiam, ſed magiſtri demonſtrare perſonam. Sed quæri poteſt quare à muliere Samaritana, quæ aquæ implendæ gratia cum hydria uenerat, bibere poſtulauērit, cum ipſe poſtea ſpiritalis fontis affluentiā ſe petentibus dare poſſe prædicauerit. Sed ſcilicet ſitiebat dn̄s mulieris illius fidē, quæ qm̄ Samaritana erat, & ſolet Samaria idolatriæ imaginem ſuſtinere, Ipſi.n. ſeparati à populo Iudęorū, ſimulachris mutorum animalium. i. uaccis aureis animarum ſuarū decus addixerant, Venerat autem dn̄s noſter Ieſus ut gentium multitudinē, quę ſimulacris ſeruiebat, ad munimentū fidei Chriſtianæ & incorruptæ religionis adduceret, Nō.n. eſt, inquit, opus ſanis medicus, ſed male habentibus: Eorū ergo fidē ſitit pro quibus ſanguinē fudit. Dixit ergo ad eam Ieſus, Mulier, da mihi bibere. Et ut noueris quid ſitiebat dn̄s, non poſt paululū ueniunt diſcipuli eius, qui perrexerant in ciuitatem ut cibos emerēt, & dicunt ei, Rabbi, manduca. Ille aūt dixit eis, Ego habeo eſcam mādu care quā uos neſcitis. Dicūt ergo diſcipuli eius ad alterutrum, Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis Ieſus, Cibus meus eſt ut faciam eius uoluntatē qui me miſit, & ut perficiā opus eius. Nunquid hic intelligitur alia uolūtas patris qui eum miſit, & opus eius quod ſe perficere uelle rn̄dit, niſi ut nos ad fidē ſuā à pernicioſo mundi errore cōuerteret? Qualis eſt ergo cibus eius, talis & potus. Quapropter hoc in illa muliere ſitiebat, ut faceret in ea uoluntatem patris, & perficeret opus eius. Sed carnaliter intelligēs reſpondit, Tu cū ſis Iudæus, quō à me bibere petis, cū ſim mulier Samaritana? Nō.n. coutuntur Iudæi Samaritanis. Cui dn̄s noſter dixit, Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere, tu magis petiſſes ab eo & dediſſet tibi aquā uiuā: ut hinc ei oñderet, non ſe talē aquam petiſſe qualē ipſa intellexerat, ſed qa ipſe ſitiebat fidē eius, eidē ſitiēti ſpiritūſanctū dare cupiebat. Hanc.n. recte intelligimus aquā uiuam, qđ eſt donū Dei, ſicut ipſe ait, Si ſcires donū Dei. Et ſicut idē Ioānes Euāgeliſta teſtatur alio loco dicēs, φ ſtabat Ieſus & clamabat, Si qs ſitit, ueniat & bibat: qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Conſequenter omnino qui credit, inquit, in me, flumina de uētre eius fluēt aquæ uiuæ: quia primo credimus, ut hæc dona mereamur. Hæc ergo flumina aquæ uiuæ

Marginalia (left column): A; Epheſ. 4.; 2. Cor. 4.; B; al. interior.; Eſa. 53.; Philip. 1.
Marginalia (right column): C; Mat. 9.; D; Ioan. 7.

viuæ quæ illi mulieri uolebat dare, merces
est fidei quã prius in illa sitiebat. Cuius aquæ
E uiuæ interpretationem ita subijcit, Hoc aũt,
Ibidem. inquit, dicebat de spiritu quẽ accepturi erant
hi qui in eũ credituri erant, Nondum autem
erat spiritus datus, quia Iesus nondũ erat glo
rificatus. Hoc itaq; donum spiritussancti est,
quod post suam clarificationem dedit Eccle-
Psal.67. Ephes.4. siæ, sicut alia scriptura dicit, Ascendens in al-
tum, captiuam duxit captiuitatem, dedit do-
na hominibus. Sed adhuc illa mulier carnali
ter sapit. Sic.n.respondit, Dñe, neq; haurito-
rium habes, & puteus altus est, unde mihi ha
bes dare aquam uiuam? Nunquid tu maior
es patre nostro Iacob qui dedit nobis hunc
puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pe-
cora eius? Nunc uero iam dñs exponit quid
dixerit, Omnis, inquit, qui biberit ex aqua
ista, sitiet iterũ, qui aũt biberit de aqua quam
ego dedero, nõ sitiet in sempiternũ: sed aqua
illa quã ego dedero, fiet in eo fons aquæ saliẽ
tis in uitam æternam. Sed adhuc mulier pru-
dentiã carnis amplectitur. Quid.n.respõdit?
Dñe, da mihi hanc aquam, ut neq; sitiam, ne
que ueniam huc haurire. Dicit ei Iesus, Vade
voca uirum tuum, & ueni huc. Cũ sciret eã
virum non habere, cur hoc dixerit, quærit.
F Nanq; cum mulier dixisset, Nõ habeo uirũ:
Dicit ei Iesus, Bene dixisti, non habere te ui-
rum: quinq;.n. viros habuisti, & nunc quem
habes, nõ est tuus uir: hoc verum dixisti. Sed
non sunt hæc carnaliter accipienda, ne huic
ipsi adhuc mulieri Samaritanæ similes esse vi
deamur, Sed de illo dono Dei si aliquid iã gu
stauimus, spiritaliter ista tractemus. Quinq;
viros, quinq; libros qui per Moysen ministra
ti sunt, nõnulli accipiũt. Qđ aũt dictũ est, Et
nunc quem habes, non est tuus vir. de seipso
dñm dixisse intelligunt, ut iste sit sensus, Pri-
mo, quinq; libris Moysi, quasi quinque uiris
seruisti, Nunc aũt quẽ habes .i. quem audisti
qui loquor tecũ, non est tuus uir, quia nõdũ
in eũ credidisti. Sed qm̃ nondũ credens Chri
sto, adhuc utiq; illorum quinq; uirorum .i.
quinq; librorũ copulatione tenebatur, põt
mouere qũo dici potuerit, quinq; uiros ha-
buisti, quasi nunc eos iam nõ haberet, cũ ad-
huc utiq; ipsis subdita uiueret. Deinde cum
quinq; libri Moysi nihil aliud q̃ Christũ prę
Ioan.5. dicent, sicut ipse ait: Si crederetis Moysi, cre-
deretis forsitan & mihi, ille.n.de me scripsit:
qũo põt intelligi a quinq; illis libris recedere
hoĩem ut ad Christũ transeat, cũ ille qui cre-
dit in Christum, non relinquendos quinq; il
los libros sed spiritaliter intelligendos multo G
auidius amplectatur? Est ergo alius intelle-
ctus, ut quinq; viri intelligantur quinq; cor-
poris sensus. Vnus qui ad oculos ꝑtinet, quo
lucem istam uisibilem, & quoslibet colores
formasq; corporum cernimus. Alter est au-
rium, quo uocum & omnium sonorum mo-
menta sentimus. Tertius est narium, quo va-
ria odorum suauitate delectamur. Quartus
in ore gustus, qui dulcia & amara sentit, &
omniũ saporũ habet examen. Quintus per to
tum corpus tangendo dijudicat calida & fri-
gida, mollia & dura, lenia & aspera, & quic-
quid aliud est quod tangendo sentimus. Istis
itaq; carnalibus quinq; sensibus, prima homi
nis ætas imbuitur necessitate naturæ morta-
lis, qua ita post peccatũ primi hominis nati
sumus, ut nõdũ reddita luce mẽtis, carnalib.
sensib. subditi, carnalẽ uitã sine vlla ueritatis
intelligentia trãseamus. Tales necesse est esse
infantes & paruulos pueros, qui nõdum pos
sunt accipere rõnẽ. Et quia naturales sunt isti
sensus qui primã ætatẽ regunt, & Deo artifi-
ce nobis tributi sunt, recte dñr viri.i.mariti,
tanquam legitimi: qm̃ non eos error uitio ꝓ
prio, sed Dei artificio natura contribuit. Cũ
autem quisq; peruenerit ad eam ætatẽ ut iã
possit capax esse rõnis, si veritatem statim cõ
prehendere potuerit, non iam illis sensib. re- H
ctoribus vtetur: sed habebit uirũ, spiritum ra
tionalem, cui sensus illos in famulatum redi
gat, seruituti subiiciens corpus suum: cũ ani-
ma non iam quinq; viris .i. quinq; corporis
sensibus subdita est, sed verbũ diuinũ habet
legitimũ virũ, cui copulata est & inhęrens:
cũ & ipse spiritus hominis hęserit Christo,
quia caput uiri Christus est, amplexu spirita 1.Co.11
li æterna vita sine vllo separationis timore ꝑ Rom.8.
fruetur. Quis nos enim separare poterit a cha
ritate Christi? Sed quoniam illa mulier erro-
re tenebatur, qui significabat multitudinem
seculi uanis superstitionibus subiugati, post
tempora illa quinq; carnalium sensuum, qui
bus prima ætas ut diximus regitur, non eam
verbum Dei acceperat in coniugẽ, sed cõple
xu adulterino diabolus obtinebat. Itaque illi
domi-

dominus dicit, uidens eam esse carnalẽ.i. car naliter sapere, Vade voca virum tuum, & ve
I ni huc.i. remoue te ab affectione carnali in qua nunc constituta es, vñ non potes intelli gere quæ loquor, & uoca uirum tuũ.i.spiritu intelligẽtiæ præsens esto. Est.n.animę qua si maritus quodammodo spiritus hominis, q. animalem affectionẽ tanquam coniugem re git, Non ille spiritussanctus qui cũ patre & fi lio incommutabilis manet, & dignis animis incommutabiliter datur, sed spiritus hoĩs de
1.Cor.2. quo Apostolus dicit, Nemo scit quę sunt in homine nisi spiritus hominis. Nã ille spiritus sanctus, spiritus Dei est. De quo iterum dicit sic, Et quę Dei sunt, nemo scit nisi spũs Dei. Hic ergo spũs hominis cũ præsens est.i.intentus est, & se pietate subijcit deo, intelligit homo quæ spiritaliter dñr. Cum aũt diaboli error, tanquam absente intellectu, in anima dominatur, adulter est. Voca ergo, inquit, virũ tuum.i. spiritum qui in te est, quo potest hõ intelligere spiritalia si eum lux veritatis illustret. Ipse asit cũ loquor tibi, ut spiritalẽ possis accipere aquam. Et cum illa diceret, Non habeo virum: Bene, inquit, dixisti. Quinq;.n. viros habuisti.i. quinq; sensus carnis, qui te in prima ætate rexerunt, & nũc quem habes nõ est tuus vir, quia non est in te spiritus qui intelligit Deum, cum quo legitimũ possis habere connubium, sed error diaboli potius dominatur, qui te adulterina contaminatione corrumpit. Et fortasse ut intelligentibus indicaret, quinque memoratos corporis sensus,
K quinq; virorũ nomine significari, post quinque rñsiones carnales ista mulier sexta rñsione nominat Christum. Nam prima eius rñsio est, Tu cũ sis Iudæus, quõ a me bibere petis? Secunda, Domine neq; hauritorium in quo haurias habeas, & puteus altus est. Tertia, Domine da mihi de hac aqua vt neq; sitiam, neque veniam huc haurire. Quarta, Non habeo virum. Quinta, Video quia Propheta es, patres nostri in monte hoc adorauerunt: Nam & ista responsio carnalis est. Carnalibus.n.datus fuerat locus terrenus vbi adorarent, spiritales autem in spiritu & veritate oraturos dominus dixit. Quod posteaquam locutus est, sexta mulieris responsio Christum fatetur omnium istorum esse doctorẽ. Dicit enim, Scio quia Messias veniet qui dicit Christus, Cum uenerit, ipse nobis annũciabit omnia. Sed adhuc errat, quia eum quem uenturum sperat, venisse non videt. Veruntñ misericordia dñi nunc error iste tanquã adulter expel- L
litur. Dicit.n.ei Iesus, Ego sum, qui tecum loquor. Quo audito illa non rñdit, sed statim relicta hydria sua abijt in ciuitatem festinans, ut Euangelium & dñi aduentum, non tantũ crederet, sed etiam prędicaret. Nec hoc q̃ relicta hydria discessit negligẽter prætereundũ est, Hydria.n. fortasse amorem seculi huius significat.i.cupiditatem, qua sibi hoĩes de tenebrosa profunditate, cuius imaginem puteus gerit, hoc est de terrena conuersatione hauriunt uoluptatẽ, qua percepta iterum in eius appetitum inardescunt, sicut de aqua illa qui biberit, inquit, sitiet iterum. Oportebat aũt ut Christo credens, seculo renunciaret, & relicta hydria cupiditatem secularẽ se reliquisse monstraret, non solum corde credens ad iustitiam, sed etiam ad salutem ore confes- Rom.10.
sura & prędicatura quod credidit. Quanquã De resur
sm Euangelicam historiam resuscitatum La rectione
zarũ plena fide teneamus, tamẽ & in allego- Lazari.
ria significare aliquid non dubito. Neque cũ q.65.
res factæ allegorizantur, gestæ rei fidẽ amit- Gal. 4. M
tunt. Sicut duorum filiorum Abrahæ allegoriam Paulus exponit, duo esse testamẽta. Nũ quid ideo, aut Abraham nõ fuit, aut illos non habuit? Ergo & in allegoria accipiamus Lazarum in monumento, animam terrenis peccatis obrutam.i. omne humanum genus: quam alio loco dñs per ouem perditam significat, p̃p quam liberandam relictis nonagintanouem in mõtibus, descendisse se dicit. Qđ autẽ interrogat dicẽs, Vbi eũ posuistis, uocatio- Luc. 15.
nem nostram quæ fit in occulto, arbitror significari. Prædestinatio.n. uocationis nostræ occulta est. Cuius secreti signum est interrogatio domini quasi nesciẽtis, cum ipsi nescia
mus, Sicut dicit Apostolus, Vt cognoscam si 1.Co.13
cut & cognitus sum: Vel q̃ ignorare se peccatores alio loco dñs ostendit dicens: Non noui uos. Quod significabat Lazarus sepul-
tus, quia & in disciplina & in præceptis eius Matt.7
non sunt peccata. Huic interrogationi simile est illud in Genesi, Adã vbi es? qm̃ peccauerat & se abscõderat a facie Dei. Quã occulta- Gen.3.
tionẽ hic sepultura significat: ut peccãtis habeat similitudinẽ, moriẽs: sepult⁹, abscõditi a

facie

facie dei. Auferte aũt lapidẽ ꝙ ait, illos puto signãri, qui uenientib. ad Ecclesiam ex gentibus onus circũcisionis imponere uolebant, ꝯ quos multipliciter scribit Apostolus, Vel
A eos qui in ecclesia corrupte uiuunt, & offensioni sunt credere uolẽtib. Dicit illi Martha, Dñe iã quarta dies est, & putet. Vltimũ quatuor elementorum terra est, Signficat ergo putorem terrenorum pctõrum .i. cupiditatũ carnalium. Terra es, inquit, Adæ dñs cũ peccasset, & in terrã ibis. Et sublato lapide exiit de monumento inuolutus manib. & pedib. & facies eius tecta erat sudario. Quòd autem exiit de monumento aĩam significat recedentem a carnalib. uitiis. Quod uero institis obuolutus, hoc est, ꝙ ẽt a carnalib. recedentes & mente seruientes legi dei, adhuc tñ in corpore constituti alieni a molestiis carnis esse
Rom.7. non possumus, dicente Apostolo, Mente seruio legi dei, carne aũt legi peccati: Quòd aũt facies ei⁹ sudario tecta erat, hoc est, ꝙ in hac uita plenam cognitionem habere non possu-
1.Co.13. mus, sicut Apost. dicit, Nunc uidemus ꝑ speculũ in ænigmate, postea aũt facie ad faciẽ. Et dixit Iesus, Soluite eum & sinite ire: hoc est, ꝙ post hanc uitam auferentur oĩa uelamenta, ut facie ad faciem uideamus. Quantũ aũt intersit inter hominem quem dei sapientia gestabat per quem liberati sumus, & cæ-
B teros homines, hinc intelligitur, ꝙ Lazarus nisi exiens de monumento non soluitur. i. ẽt renata anima nisi resolutione corporis libera
1.Co.11. ab oĩ peccato & ignorantia esse non potest,
Ioan.20. quandiu per speculum & in ænigmate uidet
Esa. 53. dñm. Illius aũt linteamina & sudarium, qui pctm̃ non fecit & nihil ignorauit, in monumento inuenta sunt: ipse.n. solus in carne nõ tm̃ in monumento non est oppressus, ut aliquod peccatũ in eo inueniretur, sed nec linteis implicatus ut eũ aliquid lateret, aut ab itinere retardaret. Apostolus in hac similitudi-
De eo quod scriptum est An ignoratis fratres sciẽtibus.n. legem loquor&c. vtiquead ne in qua de uiro & muliere loquit, qm̃ mulier tenetur lege uiri, tria quædam considerãda commendat, mulierem, uirum, & legem. Mulierem.s. subiugatam uiro per uinculum legis, quo uinculo morte uiri liberatur ut cui uult nubat. Sic.n. dicit, Mulier.n. sub uiro uiuo marito iuncta est legi, si autẽ mortuus fuerit uir eius, euacuata est a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera si fuerit cũ

alio uiro, Si aũt mortuus fuerit uir eius, liberata est a lege, ut non sit adultera si fuerit cũ alio uiro, Hucusq; similitudo est. Deinde incipit rem loqui, cui explanandæ ac probãdæ similitudinem induxit. In qua ẽt re tria similiter attendenda sunt, hõ, pctm̃, lex, Tandiu .n. dicit sub lege esse hominem quãdiu uiuit peccato, quemadmodum tandiu mulier sub lege uiri est quandiu uir. Hoc aũt peccatum hic intelligendum est quod accessit per legẽ, Quod peccatum dicit supra modũ esse, qm̃ cum iam appareat esse pctm̃, fit tñ & adiuncta præuaricatione cumulatius. Vbi.n. nõ est lex, nec præuaricatio. Et hoc est quod dicit, vt fiat supra modũ peccator, aut peccans peccatũ per mandatũ. Quapropter legẽ, quãuis a peccando ꝓhibeat, nõ tñ sic dicit datã vt liberaret a peccato, sed vt demonstraret peccatũ cui seruiens anima dẽt se ad gratiã liberatoris conuertere vt a peccato liberetur. Per legem.n. cognitio peccati. Et alio loco dicit, Sed peccatũ vt appareat peccatũ, per bonum operatum est mihi mortem. Vbi ergo nõ est gratia liberatoris, auget peccandi desideriũ prohibitio peccatorum. Quod quidẽ ad hoc vtile est, ut sentiat anima seipsam nõ sibi sufficere ad extrahendum se de seruitute peccati, atque hoc modo detumescente atq; extincta omni superbia, subdatur liberatori suo, sinceriterq; homo dicat, Adhæsit anima mea post te: quod iã est non esse sub lege peccati, sed in lege iustitiæ. Lex aũt peccati dr̃, nõ q̃a lex ipsa peccatũ est, sed quia peccatorib. imponitur. Ideo ẽt lex mortis, q̃a stipendiũ peccati mors, aculeus mortis peccatũ, virtus aũt peccati lex, Peccando.n. ad mortẽ labimur, Vehementius.n. peccamus lege prohibente q̃ si nulla lege prohiberemur. Accedente aũt gratia, idipsum quod lex onerose iusserat, iã sine onere ac libentissime implemus. Lex ergo peccati & mortis.i. quæ imposita est peccantibus atq; morientibus iubet tñ ne concupiscamus, & tñ concupiscimus. Lex autẽ spiritus vitæ quæ ꝑtinet ad gratiã & liberat a lege peccati & mortis, facit vt non concupiscamus & impleamus iussa legis, non iam serui legis per timorem, sed amici per charitatem, & serui iustitiæ, vnde illa lex promulgata est. Iustitiæ autem non seruiliter, sed liberaliter seruiendum est, idest charitate potius

eum locũ in quo scriptum est, C *ita ut seruiamus in nouitate spiritus, &c.* q.66. Rom. 7. Rom.4. Rom.7. Rom.3. Rom.7. D

tius q̃ timore. Ideoq; verissime dictum est, Legẽ ergo euacuamus per fidẽ? Absit, Sed legẽ statuimus. Hoc.n. efficit fides quod lex iubet. Statuitur ergo lex per fidẽ. Quæ fides si non sit, iubet tñ lex, & non implentes iussa, reos tenet, vt eos gementes & non valentes implere quæ iussa sunt ad gratiã liberatoris aliqñ conuertat. Cũ ergo tria quędam in illa similitudine videamus, mulierem, virum & legem, & rursum in hac re ꝑꝑ quam similitudo adhibita est tria, animã, peccatum, & legẽ peccati, hoc solũ hic diuersum est, ꝙ in illa similitudine vir moritur vt nubat mulier cui volet, & a lege viri soluatur: hic aũt ipsa anima moritur peccato vt nubat Christo, cũ aũt moritur peccato, moritur ẽt legi peccati. Itaq; ait, Fratres mei, & vos mortui estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus deo. Cũ enim essemus in carne, inquit, idest carnalibus desiderijs obstricti teneremur, passiones peccatorũ quę per legẽ sunt operabantur in membris nostris, vt fructũ ferrent morti, Aucta concupiscentia quã lex prohibet, vbi nõ erat fides, & ad cumulũ peccatorũ præuaricationis crimen est adiectũ: quia vbi nõ est lex, nec præuaricatio. Has dicit passiones q̃ ꝑ legẽ sunt operatæ in mẽbris nostris, vt fructũ ferrent morti. Sub istis passionibus tanquam sub viro dominãte, agebat aĩa antequã veniret gratia ꝑ fidẽ. His ergo passionibus moritur qui iã seruit mente legi dei, quãuis ipsæ passiones nondum mortuæ sint quandiu carne seruit legi peccati. Restat ergo adhuc aliquid ei qui est sub gratia, quod eum nõ vincat nec captiuũ ducat, donec mortificetur totum quod consuetudine praua roboratũ est, & vnde corpus ẽt nunc mortuũ esse dr̃, quãdiu non perfecte seruit spiritui. Continget aũt vt ꝑfecte seruiat, cũ fuerit & ipsum mortale corpus viuificatũ. Ex quo cõprehendimus quatuor esse differẽtias ẽt in vno homine, quibus gradatim peractis in vita æterna manebitur. Et quia.n. oportebat atq; iustum erat, vt posteaquã natura nostra peccauit, amissa beatitudine spirituali, q̃ paradisi noĩe significatur, aĩales carnalesq; nasceremur, Prima est actio ante legẽ, Secũda sub lege, Tertia, sub grã. Quarta in pace. Ante legẽ actio cum peccatũ ignoramus & sequimur carnales concupiscentias. Sub lege est actio, cũ iã prohibemur a peccato, & tñ cõsuetudine eius victi peccamus, qm̃ nos nõdum adiuuat fides. Tertia actio est, qñ iam plenissime credimus liberatori nostro, nec meritis nostris aliquid tribuimus, sed eius misericordiã diligendo, iã non vincimur delectatione cõsuetudinis malæ, cum ad peccatum nos ducere nititur: sed tñ adhuc eã interpellantem patimur, quãuis ei non tradamur. Quarta est actio, cũ oĩno nihil est in homine quod resistat spiritui, sed omnia sibimet concorditer iuncta & connexa, vnũ aliquid firma pace custodiunt. Quod fiet mortali corpore viuificato, cũ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ. Ad primam actionem demonstrãdam ista testimonia interim occurrunt. Per vnũ hominem peccatũ in hunc mundũ intrauit, & per peccatũ mors, & sic per oẽs homines pertrãsijt, in quo oẽs homines peccauerunt. Vsq; ad legem.n. peccatũ in hoc mundo fuit, Peccatũ aũt non deputabatur cũ lex non esset. Et iterũ, Sine lege.n. peccatũ mortuum est: ego aũt viuebã aliqñ sine lege. Quod autem hic dicit, mortuũ est: hoc est quod superius dicit, non deputabatur, i. latebat. Quod manifestat in cõsequentibus dicens, Sed peccatũ, vt appareat peccatum, per bonũ operatum est mihi mortem, idest, per legem: quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur. Si ergo hic ait, vt appareat peccatum: manifestũ est ꝙ superius ideo dicebat, mortuũ & non deputari, quia non apparebat antequã lege ꝓhibente oñderetur. Ad secundã actionem, ista testimonia conueniunt, Lex aũt subintrauit vt abundaret delictum, Accessit.n. & præuaricatio quæ non erat. Et illud quod iam commemoratum est, Cum essemus.n. in carne, passiones peccatorũ quæ per legẽ sunt operabãt in mẽbris nostris ut fructũ ferrẽt morti. Et illud, Quid ergo dicemus? Lex peccatũ est? Absit. Sed peccatũ nõ cognoui nisi ꝑ legẽ Nã cõcupiscẽtiã nesciebam nisi lex diceret, Nõ concupisces. Occasione aũt accepta peccatũ ꝑ mãdatũ, operatũ est in me omnẽ cõcupiscẽtiã. Et paulopost, Adueniẽte, inquit, mandato peccatũ reuixit, Ego aũt mortuus sum, & inuentũ est mihi mandatũ quod erat

ad

Marginalia: Rom. 3. E — Rom. 7. — Rom. 4. — G — 1. Co. 15. — Rom. 5. — Rom. 7. — H — 1. Ti. 1. — Rom. 5. — Rom. 7. — Exo. 20.

ad uitam, hoc esse ad mortẽ. Peccatũ.n. occa
sione accepta per mandatũ, fefellit me, & ꝑ
I illud occidit. Quod ergo ait mortuus sum:
vult intelligi, mortuũ me esse cognoui. quia
iam etiam præuaricatione peccat qui uidet
per legẽ quid facere non debeat, & tñ facit.
Quod autem ait, Fefellit me peccatum, occa
sione accepta per mãdatum: siue quia suasio
delectationis ad peccandum vehemẽtior est
cum adest prohibitio: siue quia etiam si quid
homo fecerit ꝟm iussa legis, si adhuc non sit
fides, quæ in gratia est: vult sibi hoc tribuere
non Deo, & superbiendo plus peccat. Sequi
tur ergo & dicit, Itaq; lex quidẽ sancta, & mã
datum sanctũ & iustũ & bonum. Quod ergo
bonũ est, mihi factũ est mors? Absit, Sed pec-
catũ ut appareat peccatum, per bonũ operã-
tũ est mihi mortem, ut fiat supra modum pec
cator, aut peccatũ delinquens per mandatũ.
Scimus aũt quia lex spiritalis est, ego aũt car-
1. Retr. 26. nalis sum.i.carni consentio, nondum spirita
li gratia liberatus venundatus sub peccato:
idest, peccans præuaricatione temporaliũ vo
luptatum. Quod.n. operor ignoro.i. nõ agno
sco esse in præceptis veritatis, vbi ẽ vera sciẽ
Matt. 7. tia. Secundum hanc locutionem dicit domi
nus peccatoribus, Non noui uos. Non.n. eũ
aliquid latet, sed quia peccata nõ inueniunt
K in regulis præceptorum quas habet ueritas,
ideo ipsa veritas peccatoribus dicit, Non no
ui uos. Sicut.n. tenebræ oculis non uidendo,
ita peccata mẽte ignorando sentiũtur. Ex ista
Psal. 18. locutione dictum arbitror in Psalmis, Deli-
Rom. 7. cta quis intelligit? Nõ.n. quod uolo hoc ago,
sed qđ odi illud facio. Si aũt quod nolo hoc
ago, consentio legi qm̃ bona est. Nunc autẽ
iam non operor illud, sed id quod in me ha-
bitat peccatum: Scio.n. quia non habitat in
me, hoc est, in carne mea bonũ. Velle.n. adia-
cet mihi, perficere aũt bonum non inuenio.
Nõ.n. quod uolo facio bonum, sed quod no-
lo malum hoc ago. Si autem quod nolo hoc
facio, iam non ego operor illud, sed id quod
habitat in me peccatum. Inuenio ergo legẽ
mihi uolenti facere bonum, qm̃ malum mi-
hi adiacet. Condelector.n. legi Dei ꝟm inte-
riorem hominem. Video autem aliam legem
in membris meis repugnantem legi mentis
meæ, & captiuantem me in lege peccati, quę
est in membris meis. Hucusq; sunt verba ho-

minis sub lege constituti, nondum sub grã:
qui etiam si nolit peccare, vincitur a pecca-
to: Inualuit.n. consuetudo carnalis & * natu L
rale uinculum mortalitatis quo de Adã pro
pagati sumus. Imploret ergo auxiliũ qui sic
positus est, & nouerit suum fuisse ꝙ cecidit,
nõ suum esse ꝙ surgit. Iam.n. liberatus agno
scẽs gratiam liberatoris sui dicit, Miser ego
homo, quis me liberabit de corpore mortis
huius? Gratia Dei per Iesum Christũ domi-
num nostrũ. Et incipiunt iam verba dici hoĩs
sub gratia constituti, in actione quam tertiã
demonstrauimus, quę habet quidem reluctã
tem mortalitatẽ carnis, sed non vincentẽ at- Rom. 7.
que captiuantẽ ad consensionẽ peccandi. Sic
.n. dicit, Igitur ipse ego mẽte seruio legi dei,
carne aũt legi peccati. Nulla ergo condemna
tio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. Lex
.n. spiritus uitæ in Christo Iesu, liberauit me
a lege peccati & mortis. Quod.n. impossibi-
le erat legi in quo infirmabatur per carnem
.i. per desideria carnalia: ideo.n. non impleba
tur lex, quia ipsius iustitię nondum erat cha-
ritas quæ interiore delectatione teneret men
tem, ne ad peccatum delectatione rerũ tẽpo-
ralium traheretur. Ergo infirmabatur lex per
carnẽ: id est, non efficiebat iustos deditos car
ni. Sed Deus filium suum misit in similitudi- M
nem carnis peccati. Non.n. caro peccati erat,
quæ nõ de carnali delectatione nata erat, sed
tamen inerat ei similitudo carnis peccati, q̃a
mortalis caro erat. Mortem autem non me-
ruit Adam nisi peccando. Sed quid fecit do-
minus? De peccato damnauit peccatũ in car
ne: id est, suscipiendo carnem hominis pecca-
toris, & docendo quemadmodũ viuere nus,
peccatum in ipsa carne damnauit, ut æterno
rum charitate spiritus flagrans nõ duceretur
captiuus in consensionem libidinis: ut iusti-
tia, inquit, legis impleretur in nobis qui non
secundum carnem ambulamus, sed secundũ
spiritum. Itaque pręcepta legis per charitatẽ
impleta sunt, quæ per timorem non poterãt.
Qui enim secundum carnem sunt, quæ car-
nis sunt sapiũt: id est, carnalia bona pro sum
mis bonis concupiscunt, Qui autem secun-
dum spiritum, quæ sunt spiritus sentiũt. Pru-
dentia enim carnis mors est. prudentia autẽ
spiritus uita & pax, quia prudentia carnis ini-
mica est in Deũ. Ipse ostendit cur dixerit, ini-
mica:

mica : ne quis putaret ex aduerso aliud ueni-
re principium. Subiungit.n.& dicit, Legi .n.
A Dei non est subiecta, nec.n.pōt. Ergo facere
contra legem, hoc est inimicum esse in deū :
non quia Deo aliquid nocere potest, sed sibi
nocet, quisquis resistit uoluntati Dei: hoc est
Acto. 9. .n.aduersus stimulum calces mittere, ut Pau-
lo Apostolo cum adhuc Ecclesiam persequeretur, diuinitus dictum est. Sic est aūt dictū, Legi.n. Dei non est subiecta, nec.n. pōt: tanquā si diceretur, Nix non calefacit: nec.n.pt: Quandiu.n.nix est, non calefacit: sed resolui pōt & feruere vt calefaciat : sed cum hoc facit iam nix non est. Sic & prudētia carnis dr̄, cum anima pro magnis bonis temporalia bona cōcupiscit. Quādiu.n.appetitus talis inest animę, legi Dei subiecta esse nō pōt.i.nō pōt implere quæ lex iubet. Sed cum spiritalia bona desiderare cęperit, & temporalia contemnere, desinet esse carnis prudentia, & spiritui non resistet. Eadem nāq; anima cum inferiora appetit, prudentiam carnis habere dr̄, cum superiora prudentiam spiritus: non quia prudentia carnis substantia est qua induitur anima uel exuitur, sed ipsius animę affectio est, quę omnino esse desinet, cum se totā ad superna conuerterit. Qui autem in carne sunt,
B inquit, Deo placere non possunt .i. qui uoluptatibus carnis acquiescunt. Ne quis.n.de his dictū putaret qui de hac uita nondū excesserūt, opportunissime subiunxit, Vos aūt non estis in carne, sed in spiritu. Vtique adhuc in hac uita constitutis loquitur, In spiritu enim erant quia in fide & spe & charitate spiritalium rerum acquiescebant. Si tamen, inquit, spiritus dei habitat in uobis: Si quis autē spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in uobis, corpus quidē mortuum est propter peccatum, spiritus aūt uita
1. Retr. est propter iustitiam. Mortuum corpus dicit,
cap. 26. quandiu tale est, vt indigentia rerū corporaliū molestet animam, & quibusdam motibus ex ipsa indigentia uenientibus, ad appetenda terrena solicitet. Quibus tamen quanuis existentibus mens ad illicita facienda nō cōsentit, quæ iam seruit legi dei, & sub gratia constituta est. Ad hoc enim valet quod supra dictum est, Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Et ille homo nunc describitur esse sub gratia, qui nondū habet perfectam pacem, quæ corporis resurrectione & immutatione est futura. Restat ergo ut de ipsa pace dicat resurrectionis corporis, quę quarta est
C actio, si tn̄ eam actionē dici oportet q̄ summa requies est. Sequitur.n. & dicit, Si ergo spūs eius qui suscitauit Iesum Christū a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritū eius in uobis. Hic & de resurrectione corporis euidētissimū testm̄ est, & satis apparet quādiu in hac uita sumus nō deesse molestias per mortalem carnē, neq; titillationes quasdam delectationum carnaliū. Quanuis.n non cedat, qui sub gratia constitutus, mente seruit legi Dei, tn̄ carne seruit legi peccati. His gradibus homine pfecto, nulla substātia inuenitur maliū. Neq; lex mala est quæ ōndit homini in quib. peccatorū uinculis iaceat, ut per fidem implorato liberatoris auxilio, & solui, & erigi, & firmissime cōstitui mereatur. In prima ergo actione q̄ est ante legē, nulla pugna est cū uoluptatib. huius seculi. In secunda q̄ sub lege est, pugnamus, sed uincimur. In tertia pugnamus & uincimus. In quarta non pugnamus sed perfecta & ęterna pace requiescimus. Subiugatur eñ nobis qđ inferius nostrū est, quod propterea non subiugabatur quia superiorem nobis de
D seruerauus Deū. Hoc capitulū obscurū est, quia non satis hic apparet, q̄ nunc vocet creaturam. Dicitur autem ſm catholicam disciplinam creatura, quicquid fecit & condidit Deus pater, per vnigenitum filiū, in unitate spiritussāncti. Ergo non solū corpora, sed ēt animæ nostræ & spiritus, creaturæ noīe cōtinentur. Sic aūt dictum est, Ipsa creatura liberabitur a seruitute interitus, in libertatē gloriæ filiorum Dei, quasi nos nō simus creatura, sed filij Dei, in quorū gloriæ libertatē liberabitur a seruitute creatura. Item dicit, Scimus .n. quia omnis creatura congemiscit & dolet usq; adhuc: non solum autem illa, sed & nosipsi: tanquā aliud simus nos, aliud creatura. Totum ergo capitulum particulatim cō siderādum est. Existimo.n.inquit, φ indignæ sint passiones huius tēporis ad futurā gloriā quæ reuelabitur in nobis : hoc manifestū est. Dixerat.n.superius, Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quod fieri non pōt sine molestia, cui patiētia necessaria est.
E Quò pertinet & qđ pauloante ait, Si tn̄ compatimur,

De eo, quod scriptum est. Existimo .n. quod non sint cōdignæ passiones huius tēporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, &c. q. 67.

Rom. 8.

patimur, ut & cõglorificemur. Quod itaque ait. Nã expectatio creaturæ reuelationẽ filiorũ Dei expectat: hoc eũ puto dicere, Nam & hoc ipsum quod in nobis dolet, cũ facta carnis mortificamus, id est, cũ esurimus aut sitimus per abstinentiam, dũ frenamus delectationẽ cõcubitus ꝑ castitatem, dũ iniuriarum lacerationes, & contumeliarum aculeos per patientiã sustinemus, dum neglectis atq; reiectis uoluptatibus nostris pro fructu matris Ecclesiæ laboramus, quicquid ĩ nobis in hac atq; hmõi attritione dolet, creatura est. Dolet .n. corpus & anima, quæ utiq; creatura est, & expectat reuelationẽ filiorũ dei, id est, expectat qñ appareat qđ uocatũ est, in ea gloria ad quam uocatum est. Quia .n. filius dei unigenitus non põt appellari creatura, qñquidẽ ꝑ ipsum facta sunt omnia quæcũq; deus fecit, distincte ẽt nos vocamur creatura ante illã euidẽtiã gloriæ, & distincte uocamur filij dei, quãuis hoc adoptione mereamur: nã ille vnigenitus natura filius est: ergo expectatio creaturę, id est, expectatio nostra reuelationẽ filiorũ dei expectat, id est, expectat qñ appareat qđ promissũ est, qñ re ipsa manifestum sit, qđ nunc spe sumus. Filij .n. dei sumus, & nondũ apparuit qđ erimus. Scimus aũt qm̃ cũ apparuerit similes ei erimus, qm̃ uidebimus eũ sicuti est. Ipsa est reuelatio filiorum dei, quam nũc expectat expectatio creaturæ: non quod creatura reuelationẽ expectet alterius naturæ. quæ nõ sit creatura, sed ipsa qualis nũc est, expectat qñ sit qualis futura est: tanquam si diceretur, Operãte pictore subiectis sibi coloribus, & ad opus eis paratis, expectatio colorũ manifestationẽ imaginis expectat. Non quia tunc sunt alij, & alij erũt, aut non colores erunt, sed tm̃ ꝙ aliam dignitatẽ habebunt. Vanitati .n. inquit, creatura subiecta est: hoc est illud. Vanitas vanitantium, & omnia uanitas. Quę abundantia est homini in omni labore suo, quem ipse laborat sub sole? Cui dictũ est, In labore manducabis panẽ tuum. Vanitati ergo creatura subiecta est, nõ sponte. Bene additum est, non sponte: homo quippe sponte peccauit, sed non sponte damnatus est. Peccatum itaque fuit spontaneum, contra præceptum facere ueritatis: peccati autem pœna, subiici fallacię. Non ergo spõte creatura subiecta est vanitati, sed ꝓꝑ eum qui subiecit eam in spe, idest, ꝓꝑ eius iustitiam atq; clementiam, qui neq; impunitum reliquit pctm̃, neq; insanabilem voluit esse peccantem. Quia, & ipsa creatura, id est, ipse hõ, cum iam signaculo imaginis ꝓꝑ. peccatũ amisso remansit tm̃modo creatura: & ipsa itaq; creatura id est, & ipsa quæ nondũ uocat̃ filiorum forma perfecta, sed tm̃ uocatur creatura, liberabitur a seruitute interitus. Quod itaq; ait, & ipsa liberabitur: facit intelligi, & ipsa queadmodũ & nos, id est, & de ipsis nõ est desperandum qui nondum uocantur filii Dei, quia nondum crediderunt, sed tm̃ creatura: quia & ipsi credituri sunt, & liberabuntur a seruitute interitus, queadmodũ nos qui iam filii dei sumus, quãuis nondũ apparuerit quid erimus. Liberabuntur ergo a seruitute interitus in libertatem gloriæ filiorũ Dei, id est, & ipsi erũt ex seruis liberi, & ex mortuis gloriosi in uita perfecta quam habebunt filii Dei. Scimus .n. quia omnis creatura cõgemiscit, & dolet vsq; adhuc. Oĩs creatura in homine numeratur, non ꝙ in eo sint omnes angeli, & super eminẽtes virtutes ac potestates aut cœlũ & terra & mare, & oĩa quæ in eis sunt, sed quia omnis creatura partim spiritalis ẽ, partim animalis, partim corporalis. Qđ vt ab inferioribus consideremus, corporalis creatura ꝑ loca tenditur, animalis autẽ uiuificat corporalẽ, spiritalis animalẽ regit, & tũc bene regit, cũ ipsa regendam se subiicit deo. Cũ autẽ transgreditur præcepta eius, laboribus & erũnis per eadẽ ipsa quæ regere poterat implicat̃. Qui ergo viuit ex corpore, carnalis hõ vel animalis uocatur: carnalis quia carnalia sectatur, animalis aũt, quia fert̃ dissoluta lasciuia animæ suæ, quã non regit spũs neq; coercet intra metas naturalis ordinis, quia & ipse se non subdit regendũ Deo. Qui aũt spiritu animam regit, & per animam corpus, quod facere non põt, nisi Deum habeat & ipse rectorẽ, qm̃ sicut caput mulieris vir, ita caput uiri Christus est, vocatur spiritalis. Quæ vita cum aliqua molestia nunc agitur, post autem nullam patietur. Et quoniã summi angeli spiritaliter viuunt, infimi aũt animaliter, bestiæ vero & omnia pecora carnaliter, corpus autem non uiuit, sed viuificatur: omnis creatura in homine est, quia & intelligit spiritu, & sentit anima, & localiter cor-

3. sen. di. 11. ca. 1. Ioan. 1.

F

1. Ioan. 3

Ecclesiastes. 1.

G

1. Re. 15

1. Ioa. 3.

H

1. Co. 11.

1. Retra. 26.

I pore mouetur. Omnis itaq; creatura in hoīe
congemiſcit & dolet, Non.n.totam, ſed oēm
dixit, tanquam ſi quis dicat, qm̄ ſolem oēs ui
dent qui ſunt incolumes, ſed non toti uidēt,
quia tm̄ oculis uident, Ita in homine, omnis
creatura eſt, quia & intelligit & uiuit, & cor
pus habet, ſed non tota creatura in ipſo eſt,
quia ſunt pręter ipſum & angeli, qui intelli-
gant, & uiuant, & ſint, & pecora, quæ viuãt
& ſint, & corpora quæ tm̄modo ſint, cum ip
ſum uiuere magis ſit q̃ non uiuere, & ipſum
intelligere magis ſit q̃ ſine intellectu viuere.
Cum ergo miſer homo congemiſcit, & do-
let, omnis creatura congemiſcit & dolet uſ-
Luc. 23. que adhuc. Vſq; adhuc autem recte dixit, q̃a
etiam ſi ſunt aliqui iam in ſinu. Abrahæ; &
latro ille cum dño in paradiſo cōſtitutus, illo
die quo credidit dolere deſtiterit, tñ uſq; ad-
huc omnis creatura cōgemiſcit & dolet, q̃a
in ijs qui nondũ liberati ſunt, omnis eſt, p̄ p̄
ſpũm & animam & corpus. Non ſolũ autem
inquit, omnis creatura congemiſcit, & dolet,
K ſed & noſipſi, id eſt, non ſolum in hoīe cor-
pus & anima & ſpiritus ſimul dolent ex dif-
ficultatibus corporis, ſed, & noſipſi, exceptis
corporibus, in nobiſipſis cōgemiſcimus pri
mitias habentes ſpiritus. Et bene dixit, primi
tias habentes ſpiritus, id eſt, quorum iã ſpũs
tanquam ſacrificium oblati ſunt Deo, & di-
uino charitatis igne comprehenſi ſunt. Hæ
ſunt primitiæ hominis, quia ueritas primum
ſpũm noſtrum obtinet, ut per hanc cętera cō
prehendãtur. Iam ergo habet primitias obla
Rom. 7. tas Deo qui dicit, Mente ſeruio legi Dei, car-
Rom. 1. ne aũt legi peccati. Et qui dicit, Deus cui ſer-
Mat. 26. uio in ſpũ meo. Et de quo dr̃, Spũs quidē prō
ptus eſt, caro aũt infirma. Sed qm̄ adhuc di-
cit, In fœlix ego homo, quis me liberabit de
corpore mortis huius? Et adhuc talibus dr̃,
Rom. 8. Viuificabit & mortalia corpora vr̃a p̄ p̄ ma-
1. Co. 15. nentem ſpiritum in uobis, nondum eſt holo
cauſtum: erit autem cum abſorbebitur mors
in uictoriam cum ei dicetur, Vbi eſt mors cō
tentio tua, vbi eſt mors aculeus tuus? Nũc er
go, inquit, non ſolum omnis creatura, id eſt,
cum corpore, ſed etiam noſipſi primitias ha-
bentes ſpiritus, id eſt, nos animæ, quæ & iam
primitias mentes noſtras obtulimus Deo, in
nobiſipſis congemiſcimus, id eſt, præter cor-
L pus: adoptionē expectantes redemptionem
corporis noſtri, id eſt, ut & ipſum corpus ac-
cipiens beneficium adoptionis filiorum, qua
uocati ſumus, totos nos liberatos, tranſactis
omnibus moleſtiis, ex omni parte dei filios eſ
ſe manifeſtet: ſpe.n.ſalui facti ſumus: ſpes ãt,
quæ uidetur, non eſt ſpes. Tunc ergo erit res Rom. 8.
quæ nunc ſpes eſt, cum apparuerit quid eri-
mus, id eſt, ſimiles illi, qm̄ uidebimus eum ſi
cuti eſt. Hoc capitulum ſi hoc modo vt tra-
ctatum eſt aperiatur, non incidimus in illas
moleſtias quibus pleriq; homines dicere co- 1. Ioã.
guntur, omnes angelos, ſublimesq; uirtutes
in dolore, & gemitibus eſſe, antequã nos pe-
nitus liberemur, qm̄ dictum eſt, Omnis crea
tura congemiſcit, & dolet. Quanuis .n. adiu- Rom.
uent nos pro ſua ſublimitate dum obtempe-
rant Deo, qui pro nobis etiam unicum filiũ
ſuum dignatus eſt mittere: tamen ſine gemi-
tu, & doloribus id facere credēdi ſunt, ne mi
ſeri exiſtimentur, fęliciorq; ſit de numero no
ſtro Lazarus ille qui iam in Abrahę ſinu re- Luc. 16
quieſcit, preſertim quia dixit, eandem creatu M
ram, quæ congemiſcit, & dolet, vanitati eſſe
ſubiectam, quod de ſummis, & excellentib.
virtutum poteſtatumque creaturis nefas eſt
credere. Deinde liberari eam dixit a ſeruitu-
te interitus, quò illos cecidiſſe qui in cœlis
agunt uitam beatiſsimam, non poſſumus cre
dere: tamen nihil temere confirmãdum eſt,
ſed pia diligentia etiam atq; etiam uerba di-
uina tractanda ſunt: ne forte, quæ cōgemiſcit
& dolet, & uanitati ſubiecta eſt, poſsit aliquo
modo alio ĩtelligi, ut de ſummis angelis quã
diu noſtræ ĩfirmitati iuſſu domini noſtri opi De
tulantur, non impie poſsit exiſtimari. Sed ſi- quod
ue illa q̃ executi ſumus, ſiue alia aliqua hu- ptum
ius capituli expoſitio proferatur, id tantum O hõ
cauendum eſt, ne uiolet aut vulneret catholi quis
cam fidem. Scio.n. vanos hæreticos de hoc ca qui re
pitulo multa impia, & inepta iactaſſe. Cum ſpondea
videatur Apoſtolus corripuiſſe curioſos, di- Deo?
cendo: O homo tu quis es qui reſpondeas q. 68.
Deo? de hoc ipſo illi quæſtionem mouēt, &
in ea ſententia non deſinunt eſſe curioſi, qua
obiurgata eſt ipſa curioſitas, & impia quidē
contumelia, vt dicant Apoſtolum in ſoluen-
da quæſtione defeciſſe, & obiurgaſſe quæren
tes, quia non poterat quod quærebatur ex-
ponere. Nonnulli autem hæretici quia non A
decipiunt niſi cum ſcientiam quam nō exhi
bent

bent pollicentur, & aduersantes legi, & Prophetis, quæcunque de illis Apostolus sermoni suo inseruit falsa, & à corruptoribus immissa esse criminantur, etiam hæc inter ipsa, quę interpolata dicunt, numerare
A maluerunt, & negare Paulum dixisse, O homo, tu quis es qui respondeas Deo? quoniam *Rom.9.*
* si ipsis dicatur ad decipiendos homines calumniantibus pro culdubio tacebunt, nec audebunt vllam de voluntate omnipotētis Dei imperitis quos decipere cupiunt scientiam polliceri. Quidam autem bona, & pia mente scripturas legentes quærunt, quid hic possit vel maledicentibus, & calumniantibus responderi. Sed nos, & authoritati Apostolicæ salubriter inhęrētes, & libros quos catholica disciplina custodit falsatos esse nequaquā existimantes, sentiamus quod verū est, indignos nos & infirmos esse ad intelligenda diuina secreta quibus ista claudūtur: & eis murmurantibus, & indignantibus ꝙ consilia Dei non discunt cum dicere cœperint, Ergo cui vult miseretur, & quem vult obdurat: quid adhuc quæritur. Nam voluntati eius q̄s resistit? Cum his ergo verbis aut calumniari scri-
B pturas, aut latebram peccatorū suorum quęrere cœperint, ut præcepta contemnant quibus ad uitam bonam * peruenitur, rn̄deamus fidentissime, O homo, tu quis es qui rn̄deas *Ibidem.* Deo? Nec eos reueriti sanctū canibus demus, *Mat.7.* aut proijciamus margaritas nostras ante porcos: si tn̄ iam ipsi canes & porci non sumus, & de meritis animarū reuelāte spiritu sancto, sublime aliquid, & a vulgari cōiectura remotissimū, vel ex parte atq; in ænigmate suspicemur. Non.n. Apostolus hoc loco sanctos *Ephe.3.* prohibuit à quærendo, sed eos qui nondum sunt in charitate radicati, & fundati, vt possint cōprehendere cum oībus sanctis latitudinē, longitudinē, altitudinem, & profundū, & cætera quæ in eodē loco exequitur. Nō er- *1. Cor.2.* go prohibuit à quærendo qui dicit, Spiritalis aūt omnia iudicat, ipse aūt à nemine iudicat. Et illud præcipue, Nos aūt non spiritū huius mundi accepimus, sed spiritū qui ex Deo est, *1.Co.15.* ut sciamus, q̄ à Deo donata sunt nobis. Quos *Gen.3.* ergo prohibuit nisi luteos atque terrenos qui *Rom.9.* nondum intrinsecus regenerati atq; nutriti, imaginem illius hominis portāt, qui primus factus est de terra terrenus? Et quia ei à quo

Marg.: * Al. si in ipsis dicantur. — * Al. inuitantur.

factus est noluit obtemperare, in id lapsus est vnde factus est, meruitq; post peccatum audire. Terra es & in terram ibis. Talibus igitur hominibus dicit Apostolus, O homo, tu quis
es qui respōdeas Deo? Nunquid dicit figmen- C
tum ei qui se finxit, quare sic me fecisti? Quā- *Ioan.1.*
diu ergo figmentum es, nondum perfectus *Ioan.15.*
filius, quia nondum hausisti plenissimam gratiā qua nobis data est potestas filios Dei fieri, *1.Co.15.*
qua possis audire. Iam nō dicam vos seruos, *Colo.3.*
sed amicos. tu quis es qui respondeas Deo, & velis Dei nosse consilium? Qui si hominis tibi æqualis nosse voluisses, impudenter faceres, nisi prius in amicitiam reciperer*is*. Sicut ergo portauimus imaginē terreni, portemus & imaginem cœlestis, exuentes nos veterem hominem, & induentes nouum, vt non dicatur nobis quasi luteo figmento: Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me sic fecisti? Nam vt manifestum sit, non sanctificato spiritu, sed carnali luto ista dici, vide quid sequitur. Aut non habet potestatem figulus luti ex eadem consperfione facere aliud quidem vas in honorem aliud in contumeliam? Ex quo ergo in paradiso natura nostra pecca-
uit, ab eadem diuina prouidentia, non secun- D
dum cœlum, sed secundum terram, idest, non secundum spiritum, sed secundum carnem mortali generatione formamur, & omnes vna massa luti facti sumus, quod est massa peccati. Cum ergo meritū peccando amiserimus, & misericordia Dei remota, nihil aliud peccantibus nisi æterna damnatio debeatur, quid sibi vult homo de hac massa, vt Deo respondeat, & dicat quare me sic fecisti? Si vis ista cognoscere, noli esse lutum, sed efficere filius Dei per illius misericorniam, qui
dedit potestatem filios Dei fieri credentibus *Ioan.1.*
in nomine eius. Non.n. quod tu cupis, antequam credant diuina datur nosse cupiētibus, Merces enim cognitionis meritis redditur, credendo autem meritum comparatur. Ipsa autem gratia quę data est per fidem, nullis nostris meritis pręcedentibus data est. Quod est enim meritum peccatoris, & impij? Christus autem pro impijs, & peccatoribus mortuus est, vt ad credendum non merito sed
gratia uocaremur, credendo autem etiam *Rom.5.*
meritum collocaremus. Peccatores igitur credere iubentur, ut à peccatis credendo

purgentur. Nescitur.n.quid recte viuendo visuri sint. Quapropter cum videre non possint, nisi recte viuãt, nec recte viuere valeãt,
E nisi credant, manifestum est à fide incipiendum, vt præcepta quibus credentes à seculo hoc auertuntur, cor mundũ faciant vbi videri Deus posit. Beati.n.mundo corde, q̃a ipsi Deum videbunt: & per prophetam canitur, In simplicitate cordis quærite illum. Quap̃p̃ recte dr̃ hoĩbus in vetustate vitæ manẽtibus, & propterea tenebrosum oculum aĩę gerentibus, O homo, tu quis es qui rñdeas Deo? Nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit, quare me sic fecisti? Aut non habet potestatẽ figulus luti, ex eadem consperſione facere aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam? Expurga vetus fermentum, vt sis noua cõsperſio, & in eaipsa nõ adhuc paruulus in Christo vt lacte potandus sis: sed perueni ad virum perfectum, vt sis inter illos de quibus dr̃, Sapientiã loquimur inter perfectos. Tunc demum recte & nõ præpostere audies, si qua sunt de animarũ occultissimis meritis, & de gratia vel iustitia, secreta omnipotentis Dei. Nam de Pharaone facile rñdetur, prioribus meritis quibus afflixit in regno suo peregrinos, dignum effectũ cui obduraretur cor, ut nec manifestissimis signis iubentis Dei crederet.
F Ex eadẽ ergo massa.i.peccatorũ, & vasa misericordię protulit, quibus subueniret cũ eum deprecarent̃ filij Israel: & vasa iræ quorum supplicio illos erudiret, i. Pharaonem & populũ eius: quia quãuis essent vtriq; peccatores, & propterea ad vnam massam pertinerẽt, aliter tñ tractandi erant qui vni Deo ingemuerant vt eis subueniret, & aliter illi quorũ iniustis oneribus ingemuerant. Pertulit ergo in multa patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionẽ. Et eoipso quo ait, in multa patientia: satis significauit priora eorum peccata in quibus eos pertulit, vt opportune tunc vindicaret, q̃ñ de illorũ vindicta subueniendum erat his qui liberabantur: & vt notas faceret diuitias gloriæ suę in vasa misericordię quæ pręparauit in gloriã. Hic fortasse conturbatus ad illam quęstionem redis. Cuius vult miseretur, & quem vult obdurat: quid adhuc conqueritur? Voluntati.n.eius quis resistit? Prorsus cuius vult miseretur, & quem vult obdurat. Sed hæc voluntas Dei iniusta esse non potest. Venit.n.de occultissimis meritis, quia & ipsi peccatores cum p̃p̃ generale peccatum vnam massam fecerint, nõ tñ nulla est inter illos diuersitas.
G Pręcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quãuis nõdum sint iustificati, digni efficiantur iustificatione, & item præcedit in alijs peccatoribus, quo digni sint obtusione. Habes eundẽ Apostolum alibi dicentem. Q̃m non probauerunt Deum habere in notitia, dedit illos Deus in reprobũ sensum. Quod eos dedit in reprobum sensum, hoc est, q̃ indurauit cor Pharaonis. Quòd ãt illi non probauerunt Deum habere in notitia, hoc est, q̃ digni extiterunt qui darẽtur in reprobum sensum: tñ verum est quia nõ volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Quia etiam si leuioribus quisq; peccatis, aut certe quamuis grauioribus & multis, tñ magno gemitu & dolore pœnitendi, misericordia Dei dignus fuerit, non ipsius est, qui si relinqueretur, interiret, sed miserentis Dei qui eius precibus doloribusq; subuenit. Parum est.n.velle, nisi Deus misereatur: sed Deus nõ miseretur qui ad pacem vocat, nisi uoluntas præcesserit, q̃a in terra pax hoĩbus bonæ uoluntatis. Et q̃m nec velle quisquã potest, nisi admonitus & vocatus, siue intrinsecus, ubi nullus hominum videt, siue extrinsecus per sermonẽ sonantẽ, aut per aliqua signa uisibilia,
H efficitur ut ẽt ipsum uelle Deus operetur in nobis. Ad illam.n.cœnam quam dñs dicit in Euangelio præparatam, nec oẽs qui uocati sunt venire uoluerũt: neq; illi qui uenerũt, uenire possent nisi uocarentur. Itaq; nec illi debent sibi tribuere qui uenerũt, quia uocati uenerunt: nec illi qui noluerunt uenire debent alteri tribuere, sed tantum sibi, q̃m ut uenirent, uocati erant in libera uoluntate. Vocatio ergo ante meritum uoluntatem operatur. Propterea & si quisquã sibi tribuit q̃ uenit uocatus, non sibi potest tribuere q̃ uocatus est: qui aũt uocatus non uenit, sicut non habuit meritum præmij ut uocaretur, sic inchoat meritnm supplicij cum uocatus uenire neglexerit. Ita erunt duo illa, Misericordiã & iudiciũ, cantabo tibi dñe. Ad misericordiã pertinet uocatio: ad iudicium pertinet beatitudo eorum qui uenerunt uocati, & supplicium eorum qui uenire noluerunt. Nunquid ergo latebat Pharaonem quantum bo-

Marginal references: Matt. 5. — Sapiẽ. 1. — Rom. 9. — 1. Cor. 5. — 2. Cor. 3. — 1. Cor. 2. — Exod. 9. — Rom. 9. — Ibidem. — Rom. 1. — Rom. 9. — 1 Ret. 2 — Luc. 2. — Phil. 2. — Luc. 14 — Ps. 100.

ni cōſecutæ fuerint terræ illæ ꝑ aduẽtum Io
ſeph? Illius ergo rei geſtæ cognitio, uocatio
eius fuit, ut populum iſrael miſericorditer
tractans non eſſet ingratus. Quòd aũt huic
uocationi obtemperare noluit, ſed exercuit
crudelitatem in eis, quib. humanitas, & mi-
I ſericordia debebatur, meruit pœnam ut in-
duraretur illi cor, & tantam cæcitatẽ mentis
pateretur, ut tot & tantis, tamque manifeſtis
Dei ſignis non crederet: quo poſſet eius ſup
plicio, ſiue obdurationis, ſiue ultimæ uiſibi-
lis ſubmerſionis erudiri populus, cuius affli
ctione ille & occultæ obtuſionis, & manife
1.Re.26 ſtæ ſubmerſionis meritũ ſibi cōpararet. Hæc
ãt uocatio, q̃ ſiue in ſingulis hoĩbus, ſiue in
populis, atq; in ipſo gñe humano ꝑ tẽporũ
opportunitates operatur, altæ & ꝓfundæ or
Hiere.1. dinationis eſt. Quò ꝑtinet ẽt illud, In utero
Mala.1. ſanctificaui te, & cũ eſſes in renib. pr̃is tui,
uidi te. Et, Iacob dilexi, Eſau ãt odio habui:
cũ dictũ ſit antequã naſcerentur, Nec com-
Rom.9. prehendi pōt, niſi forte ab eis q diligũt Deũ
Deu.6. ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mẽ
Leu.19. te ſua, & diligunt proximos ſuos tanquam
Mat.22. ſeipſos. Tãta.n. charitate fundati poſſunt iam
Ephe.3. fortaſſe cũ ſanctis cōprehẽdere lōgitudinẽ,
k latitudinem, altitudinem & profundũ. Illud
tñ conſtantiſsime fide retinendum neq; q̃c-
quam deũ iniuſte facere neq; ullã eſſe natu-
rã quæ non Deo debeat id qđ eſt, quia Deo
debetur oẽ decus & pulchritudo & congruẽ
tia partiũ. Quã ſi penitus proſecutus fueris,
& uſq; ad oẽs reliquias de rebus detraxeris,
remanet nihil. Qui filium Dei patri æqualẽ

De eo quod ſcriptũ eſt, Tunc & ipſe filius ſubiectus ei erit, qui illi ſubiecit omnia. q. 69. li. 1. de trini Cap. 8.

non eſſe contẽdunt, ſolent uſurpare familia
rius hoc teſtm̃, ubi ait Apoſtolus, cũ autẽ ei
omnia ſubiecta fuerint, tunc & ipſe filius ſu
biectus erit ei qui illi ſubiecit omnia, ut ſit
Deus omnia in omnibus. Non .n. poſſet eis
error oboriri palliatus nomine Chriſtiano,
niſi de ſcripturis non intellectis, Dicunt eñ,
Si æqualis eſt, qũo ſubiectus erit ei, Qđ uti-
que ſimile eſt illi Euangelicæ quæſtioni, Si
æqualis eſt, qũo maior eſt pater? Ipſe .n. dñs
ait, Qm̃ pater maior me eſt. Regula autẽ ca-
tholicæ fidei ſic ſe habet, ut cum aliqua in
ſcripturis dñr de filio, ꝙ ſit minor patre, ẜm
Ioan.14. ſuſceptionẽ hominis intelligantur. Cum ue
ro ea dñr quibus demonſtratur æqualis, ẜm
id quod Deus eſt, accipiantur. Apparet ergo
quemadmodũ dictũ ſit, Pater maior me eſt, *Ibidem.*
Ego & pater vnum ſumus. Et, Deus erat ver *Ioan.10.*
bũ, & uerbum caro factum eſt. Et, Non rapi *Ioan.1.*
nã arbitratus eſt eſſe æqualis Deo, & ſeme- *Phili.2.*
tipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. L
Sed qm̃ multa etiam ẜm proprietatẽ perſo-
næ, excepto quod attinet ad ſuſceptionẽ ho-
minis, de illo ita dñr, vt patrem non aliud q̃
patrem, & filium non aliud q̃ filium intelli-
gi oporteat, putant hæretici in ijs quæ ita di
cuntur atq; intelliguntur, æqualitatẽ eſſe nō
poſſe. Scriptum eſt eñ, Omnia per ipſum fa *Ioan.1.*
cta ſunt: vtiq; per filiũ, hoc eſt, per uerbum
Dei. A quo, niſi a patre? Nuſquã aũt ſcriptũ
eſt, ꝙ filius per patrem aliquam creaturam *Colo.1.*
operatus ſit. Item ſcriptum eſt, quod imago
patris ſit filius: nuſquam aũt ſcriptum eſt, ꝙ
imago filij ſit pater. Deinde ꝙ ille genitor, il
le genitus, & cętera huiuſcemodi, quæ non
ad æqualitatem ſubſtantiæ, ſed ad proprieta-
tẽ pertinent perſonarum: in quibus illi ęqua
litatẽ cũ dicunt eſſe non poſſe, qm̃ ad hęc pe
netranda groſsiores mentes adhibent, pōde
re authoritatis vrgendi ſunt. Si.n. in his non M
poſsit intelligi æqualitas eius per quẽ facta
ſunt, & eius a quo facta ſunt, imaginis & ei⁹
cuius imago eſt, geniti & genitoris: nullo *Phili.2.*
modo Apoſtolus contentioſorum hominũ
ora concludens ipſum etiã verbũ poneret di
cens. Non rapinam arbitratus eſt eſſe æqua-
lis Deo. Cũ ergo eo quæ ad diſtinctionẽ pa-
tris & filii ſcripta ſunt, partim pp̄ perſona-
rũ proprietates, partim pp̄ ſuſceptionẽ hoĩs
ita ſcripta ſint: dum tñ diuinæ ſubſtantiæ pa
tris, & filii deitas & unitas, & æqualitas ma-
neat: recte q̃ritur in hoc loco, vtrũ ẜm perſo
narũ proprietates, an ẜm hoĩs ſuſceptionem *1.Co.15.*
Apoſtolus dixerit, Tunc & ipſe filius ſubie-
ctus erit ei qui illi ſubiecit oĩa. Solet circũſtã
tia ſcripturæ illuminare ſententiam, cum ea
quæ circa ſcripturam ſunt, præſentem quæ-
ſtionem contingentia, diligenti diſcuſſione
tractantur. Inuenimus itaque ita uentum eſ
ſe ad hunc locum, ut ſupra diceret, Nunc au
tem Chriſtus ſurrexit a mortuis primitiæ
dormientium. Agebat enim de reſurrectio-
ne mortuorum, quod dño ẜm ſuſceptionem
hominis factum eſt, quanquam apertiſsime
ſequatur, & dicat, Quoniam quidem per ho
minem mors, & per hominem reſurrectio

mortuorum.Sicut.n.in Adam oēs moriunt,
sic & in Christo omnes uiuificabūtur. Vnus
quisq; aūt in suo ordine:initiū Christus:de-
inde ij qui sunt Christi in præsentia eius: de
A inde finis cū tradiderit regnū Deo & patri,
cū euacuauerit oēm principatum, & omnē
potestatē & uirtutē.Oportet.n.illū regnare,
donec ponat omnes inimicos suos sub pedi
bus suis. Nouissime inimica destruet mors.
Omnia.n.subiecit sub pedibus eius. Cū aūt
diceret, ꝙ omnia subiecta sunt, manifestum
est quia præter eū qui subiecit illi omnia.Cū
aūt ei omnia subiecta fuerint, tunc & ipse fi
lius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia,
ut sit deus omnia in omnibus. Manifestū est
ergo hoc ſm susceptionem hominis dictū.
Sed alia in hoc capitulo, cuius totū textū cō
memoraui, solent habere quæstionē: primo
qđ dictū est, Cū tradiderit regnū deo & pa-
Libro. 1. tri:quasi nunc non teneat regnū pater:dein-
de Trin. de quod dictū est, Oportet.n.illū regnare, do
ca. 8. & nec ponat oēs inimicos suos sub pedib. suis:
10. quasi postea non sit regnaturus, & ad hoc va
leat quod supra dictū est, Deinde finis. Quod
sacrilega opinione sic accipiunt, quasi finem
dixerit consummationē regni eius, cū scri-
Lucæ. 1. ptum sit in Euangelio. Et regni eius nō erit
B finis. Postremo quod dictū est, Cum autē ei
omnia subiecta fuerint, tunc & ipse filius su
biectus erit ei qui illi subiecit omnia: sic uo-
lunt intelligi, quasi nunc aut aliquid filio nō
sit subiectum, aut patri nō sit ipse subiectus.
Genere igitur locutionis soluitur quęstio.
Sic.n. plerunq; scriptura loquitur, ut quod
Matt. 6. semper est, tunc fieri dicatur ab aliquo, cum
in eo cognosci cęperit. Ita n. dicimus in ora
tione, Sanctificetur nomen tuum: quasi ali-
qñ sanctum non sit. Ergo sicut sanctificetur
est, sanctum esse innotescat: ita quoq; cū tra
diderit regnum deo & patri, id est, cum pa-
trem regnare mōstrauerit, ut per speciē ma
nifestationemq; clarescat, quod nunc a fide
libus creditur, & ab infidelibus non putatur.
Euacuabit autem omnem principatū & po-
testatem, manifestando vtiq; regnū patris, vt
omnibus notum sit, nullum principum &
Rom. 11. potestatum, siue cœlestium, siue terrestriū,
per se habuisse aliquid principatus & pote-
statis, sed ab illo ex quo sunt oīa, nō solū ut
sint, verūetiā vt ordinata sint. In illa.n.mani
festatione nulli spes aliqua remanebit ī quo
quā principe, aut in quoquā homine, quod
ēt nūc prophetice canitur. Bonū est sperare
in dño, q̄ sperare in homine. Bonū est spera- C
re in dño, q̄ sperare ī principibus: ut ista me *Ps. 117.*
ditatione anima iā in regnū patris assurgat,
nec cuiusquā potestatē præter illū magnifa-
ciens, nec sua sibi ipsa perniciosissime blan-
diens. Tradet ergo regnū deo & patri, cū per
illū per speciē cognoscetur pater. Regnū.n.
eius sunt in quibus nūc regnat per fidē. Ali-
ter.n.dicitur regnum Christi ſm potestatem
diuinitatis, ſm quod ei cuncta creatura su-
biecta est, & aliter regnum eius dr̄ Ecclesia,
ſm proprietatē fidei quæ in illo est, ſm qđ
orat qui dicit. Poside nos. Neq;.n. non ipse
possidet omnia: ſm quod dicitur etiā illud,
Cum serui essetis peccati, liberi eratis iusti- *Rom. 6*
tiæ. Euacuabit ergo omnem principatum &
omnem potestatem & uirtutem, ut nulli pa-
trem intuenti per filium opus sit, aut libeat
in cuiusquā creaturæ, uel in sua conquiesce
re potestate. Oportet.n.eum regnare donec *Ps. 109.*
ponat omnes inimicos suos sub pedib. suis,
id est, oportet regnum eius intm̄ manifesta-
ri, donec omnes inimici eius ipsum regnare
fateantur. Hoc.n.intelligitur, sub pedib. eius
futuros inimicos. Quod si de iustis acceperi
mus, ideo dictum est inimicos, quia ex iniu-
stis iustificantur, & ei credendo subduntur.
De iniustis autem qui ad iustorum beatitu- D
dinem futuram non pertinent, sic accipien-
dum est, quoniam & ipsi eum regnare, ipsa
regni eius manifestatione confusi fatebun-
tur: Ergo oportet eum regnare, donec po-
nat omnes inimicos suos sub pedibus suis.
non ita dictum est quasi cum posuerit inimi
cos sub pedibus suis, non sit postea regnatu-
rus: sed oportet eū regnare donec ponat oēs
inimicos suos sub pedibus suis. Oportet eū,
inquit, ad tantā euidentiam regnum suū per
ducere, donec inimici eius nullo modo au-
deant negare ꝙ regnet. Nā scriptum est. Ita
oculi nostri ad deum nostrum, donec mise-
reatur nostri. Nec ideo tñ cū misertus nostri
fuerit, oculos ab eo debemus auertere. Intm̄ *Ps. 122.*
enim est beatitudo nostra, inquantum eius
contemplatione perfruimur. Sic ergo & hoc
dictum est. Oculorum nostrorum intentio
ad dominū non porrigitur, nisi usq; ad im-
petra-

petrationem misericordiæ ipsius, non vt postea inde auertatur, sed vt nihil inde amplius requirat. Donec ergo peo eo positum est, vt nõ amplius intelligas. Quo.n.amplius.i.vsq; ad q̃ maiorem manifestationem manifesta-
E bitur regnum Christi, nisi quo vsq; oẽs inimici eum regnare fateantur? Aliud est ergo non amplius manifestari, aliud non amplius permanere. Nõ amplius manifestari, est non fieri manifestius: nõ amplius permanere, nõ fieri perseuerantius. Qñ autem manifestius erit regnum Christi, q̃ cum oĩbus clarueritinimicis? Nouissime inimica destrueť mors. Non.n.erit aliud quod destruatur, posteaquã mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia.n.subiecit sub pedibus eius: hoc est, vt ẽt mortem destruat. Cum autem dixerit, quia
Ps. 109. omnia subiecta sunt: dixit vtiq; Prophetia in Psalmis, manifestum est quia prę̃ter eũ qui subiecit illi omnia patrem vult intelligi omnia filio subiecisse, sicut multis locis idẽ dñs in Euangelio commendat & prædicat, nõ solum ꝑ ꝑ formam serui, sed etiam ꝑ ꝑ principium, de quo est, & de quo æqualis est ei de quo est. Amat.n.ad vnũ principium de quo est referre omnia tanquam imago eius, sed in quo inhabitat omnis plenitudo diuinita-
Colo. 2. tis. Cum autem ei omnia subiecta fuerint, & tũc ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia. Non quasi modo nõ ita sit, sed tũc manifestum erit ₤m locutionẽ superius tra-
F ctatam, vt sit Deus omnia in omnibus. Ipse est finis quem superius cõmemorauit, cum totum primo breuiter vellet cõcludere, dein de quasi membratim explicare & exponere. Loquebatur.n.de resurrectione vbi ait, Initium Christus, deinde ij qui sunt Christi in pręsentia eius, deinde finis. Ipse.s.finis est, vt sit Deus omnia in omnibus. Aliter.n.dr̃ finis qui pertinet ad consummationem, aliter qui pertinet ad consumptionem. Aliter.n.finitur tunica texendo, aliter cibus comedendo. Deus aũt omnia in omnibus dr̃, vt nemo eorum qui ei cohęrent, amet aduersus eum suam propriam uoluntatem. Manifestumq; sit omnibus quod idem Apostolus alio loco dicit. Quid autem habes quod nõ accepisti? Sunt item qui sic intelligant hũc locũ. Opor
1. Cor. 4. tet eum regnare donec ponat oẽs inimicos suos sub pedib. suis: vt sub alia significatione

positum hic dicant, regnare, non sub ea qua positum est regnum: de quo ait. Cum tradi- 1. Co. 15.
derit regnum Deo & patri: vt illud sic appel lauerit regnum, quo vniuersam creaturam Deus regit: hoc aũt sic appellauerit regnare, G
vt intelligatur tanquam aduersus hostẽ exercitum ducere, vel defendere ciuitatẽ. Vt ideo dixerit, Oportet eum regnare, donec ponat oẽs inimicos suos sub pedibus suis, quia talis regni quale habẽt principes armatorũ nulla erit causa, hoste ita subiecto vt rebellare nõ possit. Nam vtiq; dictũ est in Euangelio. Et regni eius nõ erit finis: ₤m q̧ regnat in ęternum. Secundum autem id qđ aduersus dia- Luc. 1.
bolum sub eo militatur, tandiu erit vtiq; ista militia, donec ponat oẽs inimicos suos sub pedibus suis: postea vero non erit, cum pace perpetua perfruemur. Hęc aũt ita dicta sint, vt nouerimus diligentius etiam illud considerari oportere, ₤m quid regnet nunc dñs di spensatione sacramenti sui per incarnationẽ atque passionem. Nam ₤m id quod verbum Dei est, tam sine fine q̃ sine initio, & sine intermissione est regnum eius. Secundũ id aũt Ioan. 1.
q̧ verbum caro factum est, cœpit regnare in credẽtibus per fidẽ incarnationis suæ. Vnde Psal. 95.
est etiam illud, Dñs regnauit à ligno. Hinc autem euacuauit oẽm principatum & oẽm Mat. 11.
potestatem & virtutem, dum nõ per claritatem eius, sed per humilitatem salui fiunt cre H
dẽtes in eum. Hoc est absconditum à sapientibus & prudentibus, & reuelatum paruulis, qm̃ placuit Deo per stultitiam prædicationis 1. Cor. 2.
saluos facere credentes. Neque quicquam se 1. Cor. 1.
inter paruulos scire dicit Apostolus, nisi Iesum Christum & hũc crucifixum. Qua prędicatione tandiu opus est, donec ponant oẽs inimici sub pedibus.i.ipsi humilitati eius, q̃ pedũ nomine significari arbitror, cedat atq; subdatur omnis superbia secularis, sicut ex maxima parte iam factũ est, & quotidie fieri videmus. Sed quo fine ista fiunt, Vt tradatur regnum Deo & patri, i. ut nutritos fide incar nationis suæ, perducat ad speciẽ qua ęqualis est patri. Iam.n.eis qui crediderant, loquebatur cum diceret. Si manseritis in verbo meo, Ioan. 3.
vere discipuli mei * estis, & cognoscetis ve- al. eritis.
ritatem, & veritas liberabit uos. Regnum.n. tradet patri, cum per id regnabit in contemplantibus ueritatem, quo æqualis est patri,

& per se vnigenitum, per speciem faciet videri patrē. Nunc.n.per hoc regnat in credentibus, quo seipsum exinaniuit formam serui accipiens, Tunc aũt tradet regnũ Deo & patri, cũ euacuauerit oẽm principatum & potestatem & virtutẽ. Vnde euacuauit, nisi humilitate & patientia & infirmitate? Quis.n. principatus nõ euacuetur, cum filius * hoĩs propterea regnat in credentibus, quia eum principes seculi iudicauerunt? Quæ potestas non euacuetur, cum ipse per quẽ facta sunt oĩa, propterea regnat in credentibus, quia ita subiectus est ptãtibus, vt diceret homini, Nõ haberes in me potestatem, nisi data tibi esset desuper? Quæ virtus nõ euacuetur, cum ipse per quem cœli solidati sunt, ideo regnat in credentibus, quia vsq; ad crucem mortemq; infirmatus est? Hoc autẽ modo filius regnat proprie in fide credentium. Non.n.pater dici aut credi põt, vel incarnatus, vel iudicatus, vel crucifixus. Per speciem autẽ qua æqualis est patri, cũ patre regnat in contemplantibus veritatẽ. Quod autẽ tradet regnũ Deo & patri, à fide incarnationis suæ ad speciẽ deitatis perducens eos qui sibi nũc credunt, nõ ipse, amittit, sed vterq; se vnũ ad fruendũ cõtemplantibus prębet. Tandiu autẽ opus est, vt in hominibus nõdum valẽtibus ęqualitatẽ patris & filij perspicua mẽtis luce contueri, per hoc regnet Christus qđ tales capere pñt, & qđ proprie ipse suscepit.i.incarnationis humilitatem, donec ponat oẽs inimicos sub pedibus suis.i.donec omnis superbia secularis incarnationis eius humilitati subdatur. Sanè ꝙ dictũ est, Tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia: quãuis ₰m susceptionẽ hominis dicatur, q̃a inde est quæstionata cũ ageret de resurrectione mortuorũ, tñ recte quæritur utrum ₰m ipsum tm̃ dictũ sit, qđ est caput Ecclesiæ, an ₰m vniuersum Christum annumerato corpore & membris eius, Cum enim ait ad Galatas, Non dicit & seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus, ne ipsum hoc loco solum intelligeremus Christum, qui de Maria virgine est natus: postea dicit, Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu, Si aũt vos Christi, ergo Abrahæ semen estis. Et ad Corinthios cum de charitate diceret, de membris corporis similitudinem ducens. Sicut.n.corpus vnum est, inquit, & membra habet multa, omnia aũt mẽbra corporis cum sint multa, vnum est corpus, ita & Christus. Non dixit, ita & Christi, sed ita & Christus, ostẽdens Christum recte appellari etiam vniuersum, hoc est, caput cũ corpore suo, qđ est Ecclesia. Et multis scripturarum locis inuenimus Christum etiam hoc modo appellari, ut cũ omnibus suis mẽbris intelligatur, quib. dictũ est, Vos estis corpus Christi & membra. Non ergo absurde sic intelligimus, Tũc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia: vt filium non solũ caput Ecclesiæ, sed oẽs cũ eo sanctos intelligamus, qui sunt vnũ in Christo, vnũ semẽ Abrahę. Subiectum autem ₰m contemplationẽ sempiternæ veritatis, ad obtinendam beatitudinem, nullo motu animi, nulla parte corporis resistente, vt in illa vita nemine amantə propriam potestatẽ, sit Deus omnia in omnib. Quęri solet quid sit, Tunc fiet illud qđ scriptum est, Absorpta est mors in victoriã. Vbi est mors cõtentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autẽ mortis peccatum, virtus aũt peccati lex. Mortem significari arbitror hoc loco carnalem cõsuetudinem quæ resistit bonæ uolũtati delectatione bonorũ temporalium fruendorum. Non.n.diceretur, ubi est cõtentio tua: si nõ restitisset & repugnasset. Ipsius cõtentio etiã illo loco describitur, Caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Hæc.n.inuicẽ sibi resistunt & aduersantur, vt non quæcunq; vultis illa faciatis. Fit ergo per sanctificationem perfectam, vt omnis carnalis appetitus, spiritui nostro illuminato & viuificato, i.bonæ voluntati subijciatur. Et sicut nunc videmus multis puerilib. delectationibus nos carere, quæ nos pueros si denegarẽtur, acerrime cruciabant, Ita credendum est de omni carnali delectatione futurum esse, cũ perfecta sanctitas totum hominẽ reparauerit. Nunc autem quandiu est in nobis quod resistat bonæ volũtati, auxilio Dei per bonos homines & bonos angelos indigemus, vt donec sanet vulnus nostrum, nõ ita molestet, vt perimat etiã bonam voluntatem. Hanc autem mortẽ peccato meruimus, quod peccatũ erat ante omnimodo in libero arbitrio, cum in paradiso nullus dolus denegata delectatione voluntati

[Margin notes: Phili. 2. — I — al. Dei. — Ioan. 19. — K — Gal. 3. — 1. Co. 15. — L — 2. Co. 15. — De eo quod apostolus dicit, Absorpta est mors in victoria vbi est mors contentio tua &c. q. 70. — Gal. 5. — M]

tati bonæ homines resistebat sicut nũc. Verbi gratie, si quisquam existat quem nũquam delectauit venatio, omnimodo liber est vtrũ venari velit an nolit, nec eum cruciat quisquis hoc prohibet. A At si ista libertate male vsus, uenatus fuerit contra prohibentis imperium, paulatim surrepens delectatio mortificat animam, vt si se abstinere uelit, absq; molestia & sine angore nõ possit, cũ id ante tota sanitate non ageret. Ergo aculeus mortis peccatum est, quia peccato facta est delectatio, quæ iam possit resistere bonæ voluntati, & cũ dolore cohiberi. Quam delectationem quia in defectu est animæ deterioris effectę, iure mortem vocamus. Virtus autem peccati lex est, q̃a multo sceleratius & flagitiosius quæ lex prohibet cõmittunt, q̃ si nulla lege prohiberētur. Tunc itaq; absorpta erit mors in victoriam, cũ per sanctificationẽ in omni parte hominis perfecta, delectatione spiritalium delectatio carnalis obruetur. Quia veteris testamẽti custodia timorẽ habebat, non potuit apertius significari noui testamẽti donum esse charitatẽ, quam hoc loco vbi Apostolus dicit, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Hanc.n. Christi legẽ dicere intelligitur, qua ipse dñs præcepit, vt nos inuicem diligamus, tñ in ea sententia pręcepti pondus constituẽs vt diceret, In hoc cognoscitur qñ discipuli mei estis, si vos inuicẽ diligatis. Huius aũt dilectionis officiũ est, inuicẽ onera nostra portare. B Sed hoc officium quod sempiternũ non est, perducet sanè ad beatitudinẽ ęternã, in qua nulla erũt nostra onera, quæ inuicẽ portare iubeamur. Nunc vero cum in hac vita, i. in hac uia sumus, onera inuicem nostra portemus, ut ad eam vitam quæ caret omni onere peruenire possimus. Sicut.n. de ceruis nõnulli taliũ cognitionũ studiosi scripserunt, cũ fretũ ad insulam transeunt pascuarũ gratia, sic se ordinant, ut onera capitum suorũ quæ gestant in cornibus, super inuicẽ portent, ita vt posterior super anteriorẽ ceruice proiecta caput collocet. Et q̃a necesse est vnũ esse qui cæteros præcedens, non ante se habeat cui caput inclinet, vicibus id agere dñr: vt lassatus sui capitis onere, ille qui p̃cedit, post oẽs redeat, & ei succedat cuius ferebat caput, cum ipse pręiret. Ita inuicẽ onera sua portantes, fretũ transeunt, donec veniant ad terræ stabilitatẽ. Istam fortasse ceruorũ naturã intenderat Salomon cũ ait, Ceruus amicitiæ & pullus gratiarum tuarũ colloquantur tecũ. Nihil.n. sic probat amicum, quemadmodũ oneris amici portatio. C Nec tñ inuicem onera nostra portaremus, si vnum t̃ps esse infirmitatis amborum qui onera sua sustinẽt, aut vnũ infirmitatis genus: sed diuersa t̃pa & diuersa genera infirmitatis faciũt, vt onera nostra portare inuicem valeamus. Verbigratia, Iram fratris tui tunc portabis, cum tu aduersus eum non irasceris, vt rursus eo t̃pe quo te ira pręoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate sua supportet. Hoc exẽplum ad id pertinet, cum diuersa sunt t̃pa portantium onera sua, q̃uis ipsa diuersa nõ sit infirmitas, In ambobus.n. abinuicem ira portatur. Ad diuersum autem infirmitatis genus aliud exemplum uidendũ est. Veluti si quis loquacitatẽ in se vicerit, & pertinaciã nondum vicerit, alius uero adhuc loquax sit, sed iam pertinax nõ sit, debet ille huius loquacitatem, & iste illius pertinaciam, donec illud in illo, & hoc in isto sanetur, charitate portare. Par quippe infirmitas in duobus, si vno accidat t̃pe, tolerare seinuicem nõ valẽt, cum aduersum se intendit. Nam aduersus aliquẽ tertiũ, & duo irati sibi cõueniunt, & se tolerant: quãquam nec tolerare seinuicẽ dicendi sunt, sed potius seinuicem cõsolari: D sicut & tristes de re vna magis se portãt & quasi incũbunt sibi, q̃ si vnus tristis esset & alius gauderet. Si aũt aduersus se tristes sint, prorsus se tolerare non p̃nt. Et ideo in hmõi affectionibus suscipiẽda est aliquantulũ ipsa ægritudo, de qua vis aliũ per te liberari, & sic suscipiẽda vt ad auxiliũ, non ad æqualitatẽ miseriæ valeat. Quẽadmodum se inclinat qui manum iacenti porrigit. Non enim se proiicit vt ambo iaceant, sed incuruat tñ vt iacentẽ erigat. Neq; vlla res officiosum istum laborẽ ad portãda onera aliorum facit libẽter impendi, nisi cũ cogitamus quanta pro nobis pertulerit dñs. Hinc.n. admonens Apostolus ait, Hoc sentite in uobis quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se ęqualẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, in similitudinẽ hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo, humilia-

uit

De eo quod scriptum est, inuicem onera vestra portate et sic adimplebitis legẽ Christi. q. 71.

Ioan. 15. Ioan. 13. Gal. 6.

Ceruorũ natura. Plin. lib. 8. c. 32.

Prou. 5.

uit semetipsum factus obediens patri usq; ad
Phil. 2. mortem, mortem autem crucis. Superius.n. dixerat, Non quæ sua sunt vnusquisq; intendens, sed ea quę aliorum. Huic sniæ cõtexuit
E quod dictum est, nam ita sequitur, Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu. Ad hoc dũtaxat, ut quemadmodum ille in eo q̃ verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & sine peccato cum esset peccata nostra suscepit, nõ attendit sua, sed nostra: ita & nos libenter ad eius imitationem, inuicem onera nostra portemus. Huic cogitationi accedit etiam illa cogitatio, quia ille suscepit hominem, nos autem hoies sumus: & cõsiderare debemus, q̃ ægritudinem, siue aiæ siue corporis quam in alio homine videmus, etiam nos habere potuimus aut possumus. Hoc ergo exhibeamus illi cuius infirmitatem portare volumus, quod ab illo nobis vellemus exhiberi, si forte nos in ea essemus, & ipse nõ esset. Ad hoc pertinet quod ipse Apostolus
1. Cor. 9. ait, Omnibus oĩa factus sum, vt oẽs lucrifacerem. Omnibus omnia factus est, cogitando. s. etiam in eo vitio se esse potuisse vnde cupiebat alium liberari. Compatiendo.n. potius id agebat, nõ mentiẽdo, sicut quidam suspicantur, & hi maxime qui suis mendacijs
F defendendis, quæ dum negare nõ pñt, alicuius magni exempli patrocinium quærunt. Deinde etiam illud cogitãdum, nullum esse hominem qui nõ possit habere aliquod bonum quod tu nõdum habes, etiã si lateat, in quo sine dubio possit te esse superior. Quæ cogitatio ad cõtendendam edomãdamq; su-
al. quædã perbiã valet, ne arbitreris qm̃ tua bona *quidem eminẽt & apparent, ideo alterum nulla habere quę lateãt, & fortassis maioris põde-
Phil. 2. ris bona quibus te superat nesciẽtem. Nõ.n. fallit nos, aut adulatione potius vti Apostolus iubet, cum dicit nihil per contentionem neq; per inanẽ gloriã, sed in humilitate mentis alter alterum existimantes superiorẽ sibi. Nõ hoc ita debemus existimare vt nõ existimemus, sed nos existimare fingamus: sed vere existimemus aliquid occultũ esse posse in alio quo nobis superior sit, ẽt si bonũ nostrũ quo illo videmur superiores esse nõ sit occultũ. Istæ cogitationes deprimẽtes superbiã, & acuentes charitatẽ, faciũt onera fraterna inuicẽ, nõ solũ ęquo animo, sed ẽt libẽtissime sustinere. Nullo modo autem de quoquam homine incognito serẽda sentẽtia est, & nemo nisi per amicitiam cognoscitur. Et ideo amicorum mala firmius sustinemus, quia bona eorum nos delectãt & tenẽt. Nullius itaq; G
repudianda est amicitia sese ingerẽtis ad amicitiam copulandam, nõ vt statim recipiatur, sed vt recipiendus optetur, atq; ita tractetur, vt recipi possit. Illum.n. receptum in amicitiam possumus dicere, cui omnia cõsilia nostra refundere audeamus. Et si quisquam est qui se nõ audet ingerere ad amicitiã faciendam, cum aliquo nostro tp̃ali honore aut dignitate reuocetur, descendẽdum est ad id, & offerẽdum illi quadam comitate & submissione animi qđ petere per se ipse non audet. Sanè quãuis rarius, tñ aliquoties accidit, ut eius quẽ volumus in amicitiã recipere, prius nobis innotescũt mala quã bona, quib. offensi & quodammodo repercussi relinquimus eum, & ad bonorũ eius quæ forte occultiora sunt indagationẽ nõ peruenimus. Admonet itaq; dñs noster Iesus Christus, qui nos vult effici imitatores suos, vt eius infirma toleremus, vt ad quædam sana in quorum delectatione acquiescamus per charitatis tolerantiã perducamur. Ait.n. Nõ est opus sanis Matt. 9.
medicus, sed ægrotãtibus. Ideoq; si pp̃ Christi charitatẽ, etiam eum qui ex parte, vel omnino fortassis ægrotat, repellere ab aĩo non debemus, qm̃ sanari potest per verbum Dei: H
quãto minus eum qui pp̃ nos uideri potest totus ægrotus: quia quædam eius saucia in primo ingressu amicitiæ nõ potuimus sustinere, & quod est grauius, cum offensione animi de toto hoĩe ausi sumus temerariam prę-iudicij ferre sniam, nõ timentes quod dictũ est, Nolite iudicare, vt nõ iudicemini, Et in Mat. 7.
qua mẽsura mẽsi fueritis, in eadem remetietur uobis? Sæpe autem illa quæ bona sunt, prius apparẽt: in quibus etiam temerarium beneuolentię iudicium cauendum est, ne cũ totum bonum putaueris, ea quæ postea mala apparuerint, securum & imparatum te inueniant, & grauius offendant: ut eum quem temere dilexeras, acerbius oderis, quod nefas est: quia etiam si nulla eius bona præcederent, & hæc quæ postea apparuerunt mala, prius eminerent, toleranda tamen erant, donec omnia cum illo ageres, qui-

bus

bus talia sanari solent: quanto magis cũ ea
bona præcesserunt, quæ tanquã pignora nos
debent ad posteriora toleranda cõstringere?
I Ipsa est ergo lex Christi, ut inuicem onera
Gal. 6. nostra portemus. Christũ ãt diligendo, faci-
le sustinemus infirmitatẽ alterius etiã quem
nondũ ꝑ bona sua diligimus. Cogitamus
.n. quia ille, quem diligimus, dñs ꝑ eũ mor
1.Cor.8. tuus sit. Quam charitatẽ Apostolus Paulus
nobis ingesit, cũ diceret, Et peribit infirm⁹
in tua sciẽtia frater, ꝑ quem Christus mor
tuus est ut si illum infirmum ꝑ uitiũ quo
infirmus est, minus diligimus, in eo Christũ
consideremus, qui mortuus est ꝑ illum.
Christũ aũt non diligere, non infirmitas, sed
mors est. Qua ꝑ ingenti cura, & implorata
dei misericordia cogitãdũ est, ne Christum
negligamus ꝑ infirmum, cum infirmũ de
beamus diligere ꝑ Christũ. Quæri potest
De tẽpo-rib. æter nis.q.72 quõ ab ipso Apostolo Paulo dictum sit, An-
te tempora æterna. Si.n. tempora, quõ æter-
na? Nisi forte ante omnia tẽpora intelligi
Ad Titũ 1.lib. 12.de Ciuitate dei. cap. 16.et 19 uoluit: quia si dixisset ante tempora: atq; ad-
didisset, æterna, posset accipi, ante quædam
tempora, quæ ante se haberent alia tempo-
ra. Aeterna autem maluit dicere, q̃ omnia,
fortaſsis ideo, quia tempus non cœpit ex tẽ-
pore. An tꝑa æterna eum significauit inter
k quod & tps hoc distat. Nã illud stabile est, tẽ
De eo quod scriptum est. Phil. 2. Et habitu inuentus est ut hõ.q.73. pus autem mutabile? Multis modis habitũ
dicimus, Vel habitum animi, sicut est cuius
cunq; disciplinæ perceptio, usu roborata at-
que firmata. Vel habitum corporis, ſm quẽ
dicimus alium alio esse succulentiorem &
validiorem: quæ magis proprie habitudo di
ci solet. Vel habitum eorum, quæ mẽbris no
stris accommodantur extrinsecus: secundũ
quem dicimus uestitum, calciatum, arma-
tum, & si quid eiusmodi est. In quib. omni-
bus generibus, siquidem nomen hoc dictũ
est ab illo uerbo, quod est habere manifestũ
est in ea re dici habitum, quæ accidit alicui,
ut ita eam poſsit etiam non habere; nam &
doctrina accidit animo, & succus ac robur
corpori, & uestis atq; arma, non dubium est
quin accidant membris nostris: ita ut & im-
peritus poſsit esse animus, si ei doctrina non
accideret, & exile atq; languidum corpus, si
ne succo viscerũ & robore, & nudus sine ue
ste, & inermis sine armis, & pede nudo sine
calciamentis esse hõ põt. Habitus ergo in ea
re dicitur, quæ nobis ut habeatur accidit. Ve
runtñ hoc interest, ꝙ quædã eorũ quæ acci- 3.sen.di.
dunt nobis, ut habitũ faciant, non mutantur 6.cap. ne
a nobis, sed ipsa nos mutant, in seipsa inte- autem.
gra & incõcussa manẽtia: sicuti ipsa sapiẽtia, L
cũ accidit homini, non ipsa mutatur, sed ho
minẽ mutat, quem de stulto sapientẽ facit.
Quædã uero sic accidunt, ut & mutẽt & mu
tentur: sicuti cibus ipse amittẽs spẽm suã, in
corpus nostrum uertitur, & nos refecti ci-
bo, ab exilitate atq; lãguore in robur atq; va
lentiã cõmutamur. Tertiũ uero genus est, cũ
ipsa quæ accidunt, mutantur ut habitum fa-
ciant, & quodammodo formantur ab eis,
quibus habitum faciunt, sicuti est vestis: nã
cum reposita uel proiecta est, nõ habet eam
formam, quam sumit cũ induitur atq; indu
citur mẽbris. Ergo induta accipit formã quã
nõ habebat exuta, cũ ipsa mẽbra, & cũ exuũ
tur, & cũ induũtur, in suo statu maneãt. Põt
esse & quartũ genus, cũ ea quæ accidunt, ad
faciendum habitũ, nec ea mutãt quibus acci
dunt, nec ab eis ipsa mutantur: sicut annulus
in digito, si non nimis subtiliter attendatur.
Veruntñ hoc genus ut nullũ est, si diligenter
discutias, aut omnino rariſsimum. Cũ ergo Phil. 2.
Apostolus de unigenito Dei filio loqueretur, M
quantum pertinet ad eius diuinitatem, secũ
dum id ꝙ veriſsimus deus est, æqualẽ dixit
esse patri, quod non ei fuit tanquã rapinam,
id est, quasi alienũ appetere, si semper manẽs
in ea æqualitate, nollet hominẽ indui, & ho
minibus ut hõ apparere: sed semetipsum exi
naniuit, non formam suam mutans, sed for-
mam serui accipiens: neque conuersus aut
transmutatus in hominẽ, amissa incommuta
bili stabilitate, sed tanquã uerũ hoiem susci
piendo, ipse susceptor in similitudinẽ homi
num factus, non sibi sed eis in homine appa
ruit, habitu inuentus est ut homo. id est ha-
bendo hominem, inuentus est vt homo. Nõ lib. 7. de
.n. poterat inueniri deus ab ijs, qui cor im- Trinita-
mũdũ habebãt, & uerbũ apud patrẽ uidere te.ca 3.
non poterant, nisi hoc suscipiendo qđ poſ-
sent uidere, & per quod ad illud lumen inte
rius ducerentur. Iste aũt habitus non est ex
primo genere: non.n. manẽs in se natura ho
minis, naturã dei cõmutauit. Neq; ex secun
do, non.n. immutauit homo deũ, & mutatus
est

eſt ab illo,Neq; ex quarto:non.n. ſic aſſumptus eſt homo, vt neq; ille mutaret deũ,nec ab ipſo mutaretur.Sed potius ex tertio:ſic.n. A aſſumptus eſt, vt commutaretur in melius, & ab eo formaretur ineffabiliter excellentius atq; cõiunctius q̃ ueſtis, cũ ab hoĩe induitur. Hoc ergo noĩe habitus ſatis ſignificauit Apoſtolus queadmodũ dixerit,in ſimilitudinẽ hominũ factus:quia nõ trãsfiguratione in hominẽ,ſed habitu factus eſt,cũ indutus eſt hominẽ,quẽ ſibi uniens quodãmodo atq; conformans,immortalitati æternitatiq; ſociaret.Sed illum habitum,qui eſt in perceptione ſapiẽtiæ & diſciplinæ, Græci ἕξιν,vel σχέσιν vocant.Hunc autem ſm quem dicimus ueſtitum,uel armatum, σχῆμα potius vocãt.Ex quo intelligitur de iſto genere habitus locutũ Apoſtolum, q̃nquidem in Græcis exemplaribus σχήματι,ſcriptũ eſt, quod nos in Latinis habitu habemus.Quo nomine oportet intelligi non mutatũ eſſe verbũ ſuſceptione hoĩs,ſicuti nec mẽbra veſte induta mutãtur:quãquã illa ſuſceptio ineffabiliter ſuſceptũ ſuſcipiẽti copulauerit:ſed quãtũ uerba humana rebus ineffabilib. coaptari poſſunt,ne mutatus intelligatur deus humanæ fragilitatis aſſumptor,electum eſt ut Gręce σχῆμα, & Latine diceret habitus illa ſuſceptio.

B *De eo quod ſcriptum eſt in Epiſtola Pauli ad Coloſſ. In quo habemus redemptionẽ & remiſſionẽ peccatorum,qui eſt imago dei inuiſibilis. q.74.*

Imago & æqualitas & ſimilitudo diſtinguenda ſunt; quia ubi imago,cõtinuo ſimilitudo,nõ cõtinuo æqualitas.Vbi æqualitas,cõtinuo ſimilitudo,nõ continuo imago. Vbi ſimilitudo,nõ cõtinuo imago, nõ continuo æqualitas:vt in ſpeculo eſt imago hoĩs, quia de illo expreſſa eſt, eſt etiã neceſſario ſimilitudo, non tñ æqualitas: quia multa deſunt imagini,quę tñ inſunt illi rei,de qua expreſſa eſt.Vbi ęqualitas,cõtinuo ſimilitudo, nõ cõtinuo imago: uelut in duob. ouis paribus,quia ineſt æqualitas,ineſt & ſimilitudo: quæcunq;.n.aſſunt vni,aſſunt & alteri:imago tñ non eſt quia neutrũ de altero expreſsũ eſt. Vbi ſimilitudo,nõ cõtinuo imago,nõ cõtinuo æqualitas:oẽ q̃ppe ouũ omni ouo,inquantũ ouũ eſt,ſimile eſt:ſed ouũ perdicis, quãuis inquãtũ ouũ eſt,ſimile eſt ouo gallinæ,nec imago tñ eius eſt,quia de illo expreſſum nõ eſt:nec æquale,q̃a breuius eſt, & alterius generis animantiũ.Sed vbi dr̃,nõ cõtinuo:vtiq; intelligit̃, quia eſſe aliq̃n poteſt. Põt ergo eſſe aliqua imago, in qua ſit etiam æqualitas: vt in parẽtibus & filijs inueniret̃ imago & ęqualitas & ſimilitudo,ſi interuallũ tẽporis defuiſſet: nam & de parẽte expreſſa eſt ſimilitudo filij,ut recte dicat̃ imago,& C põt eſſe tãta ut recte ẽt dicatur æqualitas, niſi q̃ parens tp̃e præceſsit. Ex quo intelligit̃ & aliq̃n æqualitatem,non ſolum ſimilitudinẽ habere,ſed etiã imaginẽ,quod in ſuperiori exemplo manifeſtum eſt. Põt etiam aliq̃n ſimilitudo eſſe & æqualitas,quanuis non ſit imago: ut de duobus ouis paribus dictũ eſt. Põt etiam ſimilitudo & imago eſſe, quãuis non ſit æqualitas:ut in ſpeculo oſtendimus. Poteſt & ſimilitudo eſſe, vbi & æqualitas & imago ſit: ſicut de filiis cõmemorauimus,excepto tp̃e, quo pręcedunt parentes. Sic enĩ æqualem ſyllabam ſyllabæ dicimus: quãuis altera præcedat, altera ſubſequatur. In Deo aũt quia conditio temporis vacat:non.n.põt recte uideri Deus in tp̃e generaſſe filiũ, per quem condidit tempora:pñs eſt,vt non ſolũ ſit imago eius,quia de illo eſt,& ſimilitudo, quia imago:ſed etiam æqualitas tãta, ut nec tẽporis quidem interuallum impedimentũ ſit.

De hæreditate Dei. q. 75.

Sicut Apoſtolus ad Hebræos dicit,Teſtm̃ teſtatoris morte firmatur,propterea mortuo pro nobis Chriſto, nouum teſtm̃ firmatũ eſ D ſe aſſerit: cuius ſimilitudo vetus teſtamentũ erat, in quo mors teſtatoris per uictimã pręfigurabatur. Si ergo quæratur quomodo ſimus ſm eiuſdem Apoſtoli verba cohæredes Chriſti,& filij atq; hæredes dei,cum hæreditas morte deceſſoris firma teneatur: nec ullo alio modo poſsit hęreditas intelligi: Reſpondetur,ipſo quidẽ mortuo factos nos eſſe hæredes, quoniam filii eius etiam dicti ſumus:Non ieiunant,inquit,filii ſponſi,quandiu cum illis eſt ſponſus. *Matt. 9.* Hæredes ergo eius dicimur, quia reliquit nobis pacis Eccleſiaſticæ poſſeſsionẽ per fidẽ temporalis diſpenſationis, quam in hac uita poſsidemus, qđ teſtatus eſt dicens,Pacem meã do vobis,pacẽ relinquo uobis. *Ioan. 14* Cohęredes aũt eius efficiemur cũ in fine ſeculi mors abſorbebitur in uictoria: *1.Co.15* tunc.n.ſimiles ei erimus,q̃n uidebimus eum ſicuti eſt. *1.Ioã.3.* Quam hęreditatẽ non eius patris morte adipiſcimur,qui mori non poteſt, q̃nquidem ipſe ſit hæreditas noſtra, ſecundum illud quod ſcriptũ eſt, Dominus

pars

Psal.15. pars hæreditatis meæ. Sed quoniam conuocati sumus adhuc paruuli,& ad spiritalia contemplanda minus idonei,usq;ad humillimas nostras cogitationes se diuina miseratio porrexit, E ut quomodocunq; cernere niteremur, quod non euidenter atq; perspicue cernebamus,idipsum moritur quod in ænigmate cernebamus, cum facie ad faciem cernere cępe*1.Co.13.* rimus. Couenienter ergo dr̃ moriturum esse quod auferetur: cum aũt uenerit quod perfectum est, auferetur quod ex parte est. Ita nobis quodammodo moritur pater in ænigmate,& idem ipse fit hæreditas,cum facie ad faciem * possidetur:non quia ipse moritur,sed imperfecta in eũ nostra uisio perfecta uisione perimit. & tñ nisi illa prior nos nutriret, ad * illam plenissimã & euidentissimam nõ efficeremur idonei. *al. uidetur.* *al. aliã.* *Ioan.1.* *Luc.2.* Quod si etiã de dño Iesu Christo,non ẽm uerbum in principio Deum apud Deum,sed ẽm puerum, qui proficiebat ætate ac sapientia, pius intellectus admittit, propria illa susceptione seruata, quæ cõis ei cum cæteris hoĩbus non est,manifestum est, cuius tãquam morte possideat hæreditatem.

F Non.n.nos cohęredes eius esse possumus,nisi & ipse hæres sit. Si aũt pietas hoc nõ admittit, ut primo ex parte uideret homo dominicus,deinde ex toto quãquã in sapientia proficere dictus sit, in corpore suo intelligatur hæres:idest Ecclesia,cuius cohæredes sumus, quãuis ex nobis cõstet, quemadmodum filij eius matris dicimur.Sed rursum quęri potest *Psal.2.* cuius morte facti sumus & nos ẽt hæreditas Dei,ẽm illud, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam.Hæreditatem aũt tuam,nisi forte huius *Gal.6.* mundi,quo prius tanquam dominante tenebamur. Post autem cum dicimus,Mihi mundus crucifixus est,& ego mũdo: possidet nos Christus mortuo illo,qui nos possidebat: cũ ei renunciamus, morimur illi, & ipse nobis.

De eo quod apostolus Iacobus 2. ca. dicit, Vis autẽ scire ò hõ inanis, quia fides sine operibus ociosa est q. 76.

Quoniam Paulus Apostolus pręd icans iustificari hominem per fidem sine operibus, nõ bene intellectus est ab eis, qui sic acceperunt dictum,ut putarent, cum semel in Christum credidissent etiam si male operarentur, & facinorose flagitioseq; uiuerent, saluos se esse posse per fidẽ,Locus iste huius Epistolæ eundem sensum Pauli Apostoli quomodo sit intelligendus, exponit. Ideoq; magis Abrahæ utitur exemplo,uacuam esse fidem, si nõ bene operetur, quoniam Abrahæ exẽplo etiam Paulus Apostolus usus est,ut probaret iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Cum.n.bona opera cõmemorat Abrahæ quę eius fidem comitata sunt,satis oñdit Paulum G Apostolum non ita per Abraham docere iustificari hominẽ per fidem sine operibus, ut si quis crediderit,non ad eũ pertineat bene operari: sed ad hoc potius,ut nemo meritis priorum bonorũ operum arbitretur se peruenisse ad donum iustificationis, quæ est in fide. In hoc.n.se gentibus in Christum credentibus Iudæi pręferre cupiebant, ꝙ dicebant se meritis bonorum operum, quæ in lege sunt, ad Euangelicã gratiam peruenisse: ideoq; scandalizabantur multi, qui ex eis crediderant ꝙ incircuncisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde Aposto.Paulus dicit,posse hominẽ sine operibus pręcedentibus iustificari per fidem. nam iustificatus per fidem, quõ potest nisi iuste deinceps operari,quãuis antea nihil operatus iuste, ad fidei iustificationem peruenerit non merito bonorum operum sed gratia Dei, quæ in illo iam uacua esse nõ potest, cũ iam per dilectionẽ bene operatur? Quòd H si cum crediderit, mox de hac uita decesserit, iustificatio fidei manet cũ illo:nec pręcedentibus bonis operibus, quia nõ merito ad illã, sed gratia peruenit:nec consequentibus,quia in hac uita esse nõ sinitur. Vnde manifestum est quod Paulus Aposto.dicit, Arbitramur.n. hominem iustificari per fidem sine operibus. Non tñ ita intelligendum est,ut accepta fide, si uixerit,dicamus eum iustum, etiam si male uixerit. Ideo exemplo Abrahę & Apostolus Paulus utitur,quia sine operibus *legis*, quam non acceperat,per fidem iustificatus est: & Iacobus, quia fide ipsius Abrahæ opera bona consecuta esse demonstrat, ostendens quemadmodum intelligendum sit,qđ Paulus Apostolus prædicauit. Nam qui putant istam Iacobi Apostoli sententiam contrariam esse illi Pauli Apostoli sententiæ, possunt arbitrari ẽt ipsum Paulum sibi esse contrarium, quia dicit alio loco, Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum,sed factores legis iustificabuntur. *R2* Et alio loco, Sed fides quę per dilectionem operatur. *Gal.8.* Et iterum, Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. *Rom.5*

mentis. Quæ ſint aũt facta carnis, quæ operibus ſpiritalibus mortificanda ſunt, alio loco manifeſtat dicens, Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicationes, immunditiæ, impudicitia, ſimulachrorum ſeruitus, venefi-
I cia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, hęreſes, inuidię, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quę prædico vobis ſicut prædixi: qm̃ qui talia agunt
1. Cor. 6. regnum Dei nõ poſsidebunt. Et ad Corinth. ait, Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neque auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei poſsidebunt. Et hęc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in noĩe dñi noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Quibus ſentẽtijs manifeſtiſsime docet, nõ eos prȩterito bono opere ad fidei iuſtificationẽ perueniſſe: nec meritis eorum iſtam gratiã datam, qñ dicit, Et hęc quidẽ fuiſtis, ſed cum dicit, Qui talia agunt, regnũ Dei nõ poſſidebunt: ſatis oñdit, iam ex quo crediderunt, bene operari debere. Quod & Iacobus dicit, & multis omnino locis idẽ Apoſt. Paulus ſatis aperteq; prædicat, recte viuendum oĩbus, qui in Chriſto crediderũt, ne ad pœnas perueniãt. Quod & ipſe dñs com-
Matt. 7. memorat dicens, Non oĩs qui dicit mihi, dñe
K dñe, intrabit in regnum cœlorum: ſed qui fa-
Luc. 6. cit voluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnũ cœlorum. Et alibi, Vt quid dicitis mihi, dñe dñe, & non facitis quæ dico vobis? Et omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, ſimilabo eum viro prudenti, qui ædificauit domũ ſuam ſupra petram: &c. Et qui audit verba mea hæc, & nõ facit ea, ſimilabo eum viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam
Rom. 3. ſuper arenam: &c. Quapropter non ſunt ſibi
Iacob. 2. contrariæ duorum Apoſtolorum ſñiæ Pauli & Iacobi, cum dicit vnus iuſtificari hominẽ per fidẽ ſine operibus: & alius dicit, inanem eſſe fidem ſine operibus: quia ille dicit de operibus, quæ fidem prȩcedunt: iſte de ijs quę fidem ſequuntur: ſicut etiam ipſe Paulus multis locis oſtendit.

De timore vtrũ peccatũ ſit. q. 77. 2. ſen. di. Omnis perturbatio, paſsio: omnis cupiditas, perturbatio: omnis igitur cupiditas, paſsio. Omnis autem paſsio, cum eſt in nobis, ipſa paſsione patimur: & inquantum paſsio eſt, patimur. Omnis igitur cupiditas, cũ eſt in nobis ipſa cupiditate patimur: & inquantum cupiditas eſt patimur. *36. c. præterea.* Oĩs aũt paſsio, inquantum ipſa paſsione patimur, nõ eſt peccatum: ſic & ſi patimur timorem, non eſt peccatum: tanquam ſi diceretur, Si bipes eſt, nõ eſt pecus. L Si ergo propterea hoc nõ eſt conſequens, quia multa ſunt pecora bipedia: propterea & illud nõ eſt cõſequens, quia multa ſunt peccata quæ patimur. Hoc.n. contra dr̃, non eſſe conſequẽs, vt ſi patimur timorẽ, ideo nõ ſit peccatum. Tu autem dicis conſequẽs eſſe, vt ſi patimur timorem, non ſit peccatum: cum tñ * concedas aliqua eſſe peccata quæ patimur. *al. cõſtet.*

De pulchritudine ſimulachrorũ q. 78. Ars illa ſumma omnipotentis Dei, per quam ex nihilo facta ſunt oĩa, quæ etiam ſapientia eius dr̃: ipſa operatur etiam per artifices, vt & pulchra atq; cõgruentia faciant: quãuis nõ de nihilo, ſed de aliqua materia operẽtur, velut ligno, aut marmore, aut *1. Cor. 1.* ebore, & ſi qđ aliud materiæ genus manibus artificis ſubditur. Sed ideo iſti non poſſunt de nihilo aliquid fabricare, quia per corpus operantur: cum tñ eos numeros, & lineamentorum conuenientiam, quæ per corpus corpori imprimunt, in aĩo accipiant ab illa ſumma ſapientia, quę ipſos numeros & cõuenientiam longe artificioſius vniuerſo mundi corpori impreſſerit, quod de nihilo fabricatum eſt: in quo ſunt ẽt corpora animalium, quæ iam de aliquo, i. de elementis mundi fabricantur: ſed M longe potentius excellentiusq́ue, quàm cum artifices homines eaſdem figuras corporum & formas in ſuis operibus imitantur. Non.n. oĩs numeroſitas humani corporis inuenitur in ſtatua, ſed tñ quæcunq; ibi inueniũtur, ab illa ſapiẽtia per artificis manum traijciuntur, quæ ipſum corpus humanum naturaliter fabricat. Nec ideo tñ pro magno habendi ſunt, qui talia opera fabricant, aut diligũt: quia minoribus rebus intẽta anima, quas per corpus corporaliter facit, minus inhęret ipſi ſummæ ſapientiæ, unde iſtas potentias habet: quibus male vtitur, dum foris eas exercet: illa enim, in quibus eas exercet, diligens interiorem earum formam ſtabilem negligit, & inanior infirmiorque efficitur. *Quare magi pharaonis fecerunt quædam miracula ſicut* Qui vero talia opera etiam coluerunt, quantum deuiauerint à veritate, hinc intelligi poteſt, quia ſi ipſa animalium corpora colerent, quæ multo excellentius fabricata ſunt, & quorum ſunt illa imita-

Moyses famulus Dei.q.79

Imitamenta, quid eis infœlicius diceremus?

Omnis anima partim priuati cuiusdã iuris sui potestatem gerit, partim vniuersitatis legibus, sicut publicis coercetur & regitur. Quia ergo vnaquæq; res uisibilis in hoc mũdo habet potestatem angelicam sibi præpositam sicut aliquot locis diuina scriptura testatur, de ea re cui prępositã est, aliter quasi priuato iure agit, aliter tanquã publice agere cogitur. Potentior est.n. parte uniuersitas: qm̃ illud quod priuatim agit, tm̃ agere finitur, quã tum lex vniuersitatis finit. Sed vnaquæq; anima tanto est pietate purgatior, quãto priuato suo minus delectata, legem uniuersitatis intuetur, eiq; deuote ac libenter obtẽperat. Est .n. lex uniuersitatis, diuina sapientia. Quanto aũt amplius priuato suo gaudet, & neglecto Deo qui omnibus animis utiliter ac salubriter præsidet, ipsa sibi vel aliis, quibus potuerit, uult esse pro Deo, suam potius in se uel alios, q̃ illius in oẽs diligẽs potestatẽ: tãto est sordidior, tantoq; magis pœnaliter diuinis legibus, tãquã publicis seruire cogitur. Quãto igit̃ etiã humana anima deserto Deo, suis honoribus, uel sua potestate fuerit delectata, tãto magis subditur talibus potestatibus, quę priuato suo gaudent, & honorari ab hominibus sicut dii cupiunt: quibus diuina lege sæpe conceditur, vt eis quos sibi ẜm eorũ merita subiugauerint, priuato illo iure etiã miraculorũ aliquid præstẽt, in his rebus exhibẽdo rum, quibus sunt infimo, sed tñ ordinatissimo potestatum gradu præpositę: sed ubi diuina tanquam publica lex iubet, uincit utique priuatam licentiam: quanquam & ipsa priuata licentia, nisi uniuersalis potestatis diuinę permissione nulla esset. Ideoque fit, ut sancti Dei serui, qñ hoc donum eos habere utile est ẜm publicam, & quodammodo imperialẽ legem: hoc est, summi Dei potestatem imperẽt infimis potestatibus, ad quædam uisibilia miracula facienda: in illis.n. Deus ipse imperat, cuius templum sunt, & quem contẽpta sua priuata potestate, ardentissime diligunt. In magicis autẽ imprecationibus, ad illecebrã deceptionis, ut sibi subiugẽt eos quib. talia concedunt, præstant effectum precibus & * ministeriis eorum, priuato illo iure largientes, quod sibi licet largiri honorãtibus se, sibique seruiẽtibus, & quædam secũ in sacramẽtis suis pacta seruantibus. Et qñ uñr imperare Magi, per sublimiorũ nomina, inferiores terrent: & nonnulla uisibilia, quæ ꝑꝑ infirmitatem carnis magna uñr hominibus non ualẽtibus ęterna contueri, quæ per seipsum præstat dilectoribus suis verus Deus, mirantibus exhibent. Hæc autem permittit Deus iuste omnia moderans, ut pro cupiditatibus & electionibus suis, seruitutes eorũ libertatesque distribuat. Et si qñ inuocatione summi Dei aliquid pro suis malis cupiditatibus impetrant, uindicta est illorũ, non gratia. Non.n. frustra dicit Apostolus, Tradidit illos deus in desideria cordis eorum. Quorundam.n. peccatorum perpetrandorum facilitas, pœna est aliorũ præcedentium. Quod aũt dominus dicit, Nõ potest Satanas Satanam expellere: ne forte quisquã vtens nominibus aliquarũ infimarũ potestatũ, cum dæmonium excluserit, falsam putet esse istã dñi sententiã: ad hoc intelligat dictũ, quia hoc modo Satanas, etiã si corpori aut corporis sensib. parcit, ideo parcit, ut ipsius hominis uoluntati per impietatis errorẽ triũpho maiore dominetur. Hoc ãt modo non exit Satanas, sed potius in intima ingreditur, ut in eo sic operetur, quẽadmodũ dicit Apostolus, Secundũ principẽ potestatis aeris huius, qui nunc operatur in filiis diffidẽtiæ. Non.n. sensus corporis eorũ turbabat atque torquebat, aut eorũ corpora collidebat, sed in eorũ voluntate, vel potius cupiditate regnabat. Quod aũt dicit pseudoprophetas multa signa & prodigia facturos, ita ut fallãt etiam, si fieri põt, electos: admonet utiq;, ut intelligamus quædã miracula etiã sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt: nec tamen ideo potioris loci apud Deũ esse arbitrandi sunt: non.n. acceptiores erant deo quàm populus Israel Magi Aegyptiorũ, quia non poterat ille populus facere quod illi faciebant: quanuis Moyses in uirtute Dei maiora potuerit. Sed ideo non omnibus sanctis ista tribuuntur, ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi, existimantes in talibus factis maiora dona esse q̃ in operibus iustitiæ, quibus æterna uita comparatur. Propterea dñs ꝓhibet hinc gaudere discipulos, cũ ait, Nolite in hoc gaudere, quoniam spiritus uobis subiiciuntur: sed in hoc gaudete, qm̃ nomina vestra scripta sunt in coelis. Cũ

ergo

Marginalia: A; B; *a.l. mysteriis.*; C; *Rom. 1.*; *Marc. 3.*; *Ephes. 2.*; D; *Mat. 24.*; *Exod. 7.*; *Luc. 10.*

ergo talia faciũt magi, qualia nõnunquã sancti faciunt, talia quidem uisibiliter esse apparẽt, sed & diuerso fine & diuerso iure fiũt. Illi.n. faciunt, quęrentes gloriã suã, isti quęren
E tes gloriam dei: & illi faciunt per quędã potestatibus cõcessa in ordine suo, quasi priuata commercia uel beneficia, isti aũt publica administratione, iussu eius cui cuncta creatura subiecta est. Aliter.n. cogit possessor equũ dare militi, aliter eum tradit emptori, vel cuilibet donat aut commodat. Et quemadmodũ pleriq; mali milites, quos imperialis disciplina cõdẽnat, signis imperatoris sui nõnullos possessores territãt, & ab eis aliquid, quod publice non iubetur, extorquent. Ita nõnunquã mali Christiani uel schismatici uel hæretici per nomen Xpi aut uerba aut sacramẽta christiana exigũt aliquid a potestatibus, quib. honori Xpi cedere indictum est. Cum aũt malis iubentibus cedunt voluntate, ad seducendos hoĩes cedunt, quorum errore lætãtur. Quapropter aliter magi faciunt miracula, aliter boni Christiani, aliter mali Christiani. Magi per priuatos contractus, boni Christiani per publicã iustitiam, mali Christiani ꝑ signa publicæ iustitiæ. Nec mirum est ꝙ hæc signa valent, cũ ab eis adhibentur, qñ etiam cum vsurpantur ab extraneis, qui omnino suũ nomen ad istam militiam non dederunt, ꝑꝑ honorẽ
F tñ excellentissimi imperatoris valent. Ex qui
Luc. 9. bus fuit ille, de quo discipuli dño nunciauerunt, ꝙ in nomine eius eijceret dæmonia, quanuis cum eis eum non sequeretur. Cum autem non cedunt his signis huiusmodi potestates, Deus ipse prohibet occultis modis, cum id iustum atq; vtile iudicat. Nam nullo modo ulli spiritus audent hæc signa cõtẽnere: contremiscunt.n. hęc, vbicunq; illa prospexerint. Sed nescientibus hominibus aliud iubetur diuinitus vel ad confundendos malos, cũ eos oportet confundi: sicut de Sceuæ
Acto.19 filiis in actibus Apostolorum legimus, qui-
lib.3. de Trinitate. ca.7. bus ait immũdus spiritus, Iesum scio, & Paulũ noui, uos autem qui estis? Vel ad admonẽdos bonos, ut proficiant in fide, atq; illa non iactanter, sed utiliter possint, uel ad discernẽda dona mẽbrorũ Ecclesiæ, sicut Apostolus
I. Co. 12 ait. Nunquid omnes virtutes? nũquid omnes habent dona curationum? Propter has igitur causas plerunque, ut dictum est, nescientib.

hominibus iubetur diuinitus, ut his signis adhibitis huiusmodi potestates uoluntati hominum nõ obtemperent. Vt autem mali bonis sæpe temporaliter noceant, potestatẽ in eos accipientes, ad maiorẽ fit bonorũ vtilitatem ꝑꝑ exercitationem patientiæ. Itaque anima Christiana semper inuigilet in tribulationibus suis sequi voluntatem dñi sui, ne ordina G
tioni dei resistẽdo acquirat sibi grauius iudicium. Quod.n. ipse dñs agens hominẽ, Pôtio Pilato dixit, hoc & Iob diabolo posset dice- *Iob. 1.*
re, Non haberes in me potestatẽ, nisi data es- *Ioan.19*
set tibi desuper. Nõ ergo eius uoluntas cuius malitiæ potestas in bonos datur, sed eius uoluntas a quo hæc potestas datur dẽt nobis esse charissima, qm̃ tribulatio patientiã opera- *Rom. 5*
tur, patientia probationẽ, probatio uero spẽ, spes aũt non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per sanctum spiritũ qui datus est nobis. Cũ quidã hæretici q *Aduersus Apollinaristas. q.80.*
Apollinaristæ ex Apollinare quodã authore suo dicti esse perhibentur, assererent dñm nostrum Iesum Christũ inquantum hõ fieri dignatus est non habuisse humanã mẽtẽ, inhærentes eis nonnulli, & eos studiose audiẽtes, delectati sunt quidẽ ea peruersitate, qua ille hominẽ in deo minuebat, dicẽs eũ nõ habuisse mentẽ, hoc est rõnalem animam, qua homo a pecoribus ꝟm animam differt: Sed cum *Ioan. 1.*
secum ipsi cogitarent, fatẽdũ esse, si ita est, ut unigenitus dei filius, sapientia, & uerbum pa
tris per quod facta sunt omnia, beluã quãdã H
cũ figura humani corporis suscepisse credatur, displicuerunt sibi: nõ tñ ad correctionẽ, ut redirent ad veritatis viam, totumq; hominẽ a sapientia dei susceptũ esse confiterẽtur, nulla diminutione naturæ: sed ampliori vsi audacia, ipsam ẽt animam totũq; vtile hoĩs alienantes ab eo, solã carnẽ humanam eũ suscepisse dixerũt. Adhibentes etiam testimoniũ ex Euangelio, immo illam domini sentẽtiam non intelligendo peruersi, confligere audẽt aduersus catholicam veritatem, dicentes scriptum esse, Verbum caro factũ est, & *Ioan. 1.*
habitauit ĩ nobis. Sub his.n. verbis ita verbũ *lib. 14. de ciuitate Dei. cap. 2.*
volunt carni esse copulatum atq; concretũ, vt nulla ibi non solum mens, sed nec anima humana intersistat. Quibus primo respondẽdum est: ideo sic esse illud in Euangelio positum, quia usq; ad visibilẽ carnem, assumptio

illa

illa humanæ naturæ a dño facta eſt, atque in
tota illa unitate ſuſceptionis principaliter
uerbũ eſt,extrema aũt atq; ultima caro. Vo-
lens itaq; Euangeliſta cõmendare pro nobis
I dilectionẽ humilitatis dei qui ſeſe humilia-
uerit,& quouſque humiliauerit exprimens,
uerbũ carnemq; nominauit ꝑtermittens ani
mæ naturã,quæ uerbo inferior eſt, carne ue
ro pręſtantior. Magis.n.cõmendat humilita
tẽ,quia dictum eſt, Verbũ caro factũ eſt:quã
ſi diceretur, uerbũ hõ factum eſt.Nã ſi * ni-
I.i.l.minus mis hæc intuentur uerba, põt alius non mi-
nus ꝑuerſus ex iſtis uerbis ita calumniari fi-
dei noſtræ,ut dicat ipſum uerbũ conuerſum
& cõmutatum eſſe in carnẽ, & uerbum eſſe
deſtitiſſe:quia ſcriptum eſt, Verbum caro fa
ctum eſt:ſicut caro humana cum fit cinis,nõ
eſt caro & cinis,ſed ex carne cinis eſt.Et ſe-
cundũ loquendi modũ conſuetudinemq́ue
celebriorẽ, quicquid fit quod non erat,deſi-
nit eſſe quod erat.Nec tñ ita hęc uerbo intel
ligimus,ſed ẽt ipſi nobiſcũ ita intelligunt,ut
manens uerbũ qđ eſt, ex eo qđ accepit for-
mã ſerui, non ex eo qđ in illã formã aliqua
mutatione conuerſum eſt,dictum ſit,Verbũ
caro factũ eſt. Deinde ſi ubicunq; caro fue-
rit nominata & anima tacita, ſic intelligen-
dũ eſt,ut anima ibi non eſſe credatur, nec il
Lucæ.3. li habebant animã de quib.dictum eſt, Et ui
Pſal. 64. debit oĩs caro ſalutare dei. Et illud in Pſal-
Ioan. 17. mo,Exaudi preces meas,ad te oĩs caro ueni-
K et.Et illud in Euangelio,Sicut dediſti ei pote
ſtatẽ oĩs carnis, ut oẽ quod dediſti ei non pe
lib.14.de reat,ſed habeat uitã æternã.Vñ intelligitur,
Ciuitate ſolere, homines per nominationẽ ſolius car
dei. nis ſignificari,ut ſm hanc locutionẽ ẽt illud
cap.2. & poſsit intelligi:ut quod dictũ eſt,uerbum ca
libro.22. ro factum eſt:nihil ſit dictum, niſi uerbũ hõ
cap.19. factum eſt.Sicut.n.a parte totum,plerunque
Gen.46. nominata ſola anima hõ intelligit, ſicut eſt
lib.16.de illud,Tot animæ deſcenderunt in Aegyptũ:
Ciuitate ſic rurſus a parte totũ ẽt nominata ſola car-
dei. ne hõ intelligitur, ſicut ſunt iſta quæ poſui-
ca.40. mus.Proinde quemadmodum nos huic ob-
iectioni eorum, quam ex Euangelio propo-
nunt,ita reſpondemus, ut nullus hominum
ita deſipiat, ut putet nos per hæc uerba cogi
ad credendum & confitendum,quòd media
tor dei & hominum hõ Chriſtus Ieſus ani-
1.Ti.2. mam humanã non habuit: ſic quæro qũo ip
ſi reſpondeant tam manifeſtis obiectionibus
noſtris, quibus oſtendimus per innumerabi
les locos Euangelicę ſcripturæ narratum de
illo ab Euangeliſtis,quod in his affectionib. L
fuerit quę ſine anima eſſe non poſſunt.Non *Mat.26.*
.n.ea profero, quæ ipſe dñs tam multa com- *Ioan.10.*
memorat,Triſtis eſt anima mea uſq; ad mor *Ioan.15.*
tem:&, Poteſtatem habeo ponendi animam
meam,& iterum ſumendi eam:&,Maiorem
dilectionem nemo habet, q̃ ut animã ſuam
ponat quis pro amicis ſuis. Quæ mihi perui
cax cõtradictor põt dicere figurate a dño di-
cta:ſicut multa in parabolis eum locutũ eſſe
manifeſtum eſt. Nam etſi iſta non ita ſunt,
non tñ opus eſt pugnaciter agere ubi habe-
mus Euangeliſtarum narrationes,ꝑ quas eũ
& natum de Maria uirgine cognouimus, &
comprehenſum a Iudęis flagellatum,& cru
cifixum atq; interfectum, ſepultum in mo-
numento:quæ omnia ſine corpore intellige
re facta nemo poteſt. Nec ficte aut figurate
accipienda quiſquam uel dementiſsimus di
xerit, cum dicta ſint ab eis, qui res geſtas ut
meminerãt,narrauerunt. Sicut ergo iſta cor
pus eum habuiſſe teſtantur, ſic eum indicãt
habuiſſe animam affectiones illæ, quæ non
poſſunt eſſe niſi in anima,quas nihilominus
eiſdem Euangeliſtis narrantibus legimus.Et M
miratus eſt Ieſus,& iratus & contriſtatus,&
exhilaratus,& multa talia innumerabilia. Si
cut ẽt illa,quę cõiuncta ſimul officia & cor-
poris & animæ oſtendunt:ſicut ſunt ꝙ eſuri
uit,ꝙ dormiuit,ꝙ fatigatus ab itinere ſedit, *Matt. 4.*
& alia huiuſcemodi.Non.n.poſſunt dicere, *& 8.*
etiam in ueteribus libris dictam eſſe irã dei *Ioan.4.*
& lętitiam,& nonnullos huius generis mo-
tus:nec ideo tñ eſſe conſequens,ut deum ha
buiſſe animã credendũ ſit. Dicta ſunt.n.illa
propheticis imaginationibus, nõ narratoria
manifeſtatione:nam & mẽbra dei dicta ſunt
& manus,& pedes,& oculi,& facies & ſimi
lia.Et quemadmodũ iſta non indicant eũ ha
bere corpus,ſic nec illa animam. Quemad-
modum aũt narratum aliquid, ubi nomina-
ta ſunt manus Xp̃i & caput,& cętera q̃ indi-
cant eius corpus:ita ẽt quę de animi affectio
nibus eodẽ narrationis tenore nominata sũt
indicant eius animã. Stultum eſt aũt credere
narranti Euangeliſtę quòd mãducauerit, &
non ei credere qđ eſurierit. Et ſi enim non

est consequens,ut oīs qui manducat,esuriat
nam, & angelū legimus manducasse,sed esu
risse non legimus:neq; ut oīs qui esurit,mā-
ducet, si aut officio aliquo se cohibeat, aut
desit ei cib.facultasq; manducandi: tñ cum
A utrunq; narrat Euangelista, utrunq; creden
dū est, quia vtrunq; sicut rerū gestarū index
factū gestumq; conscripsit.Sicut aūt q̃a mā-
ducauit, sine corpore intelligi nō pōt:sic q̃a
esuriuit,sine anima fieri non potuit.Nec illa
nos terret inanis atque inepta calumnia,qua
inūdiose resistentes,aiūt, Ergo sub necessita
te positus fuit, si has affectiones animi ueras
habuit.Facile quippe respōdemus,Ergo sub
necessitate positus fuit, quia cōprehensus,
flagellatus,crucifixus,& mortuus est:ut tan-
dē sine pertinacia,si uolūt,intelligant, sic eū
passiones animi,hoc est affectiones,volunta
tis dispēsatione,veras tñ,ut placuit,suscepis
se, quēadmodū passiones corporis eadē di-
spensationis uoluntate sine ulla necessitate
lib 14. de ciuitate dei. Cap.9. suscepit. Quēadmodum nos non uoluntate
nascimur:ille aūt volūtate utrunq;,ut opor-
tebat exhibuit, & tñ uerissime exhibuit. Si-
cut ergo necessitatis nomine nec nos nec il
los quisquā auelli a fide verissimæ passionis
per quā corpus eius ostenditur:sic & nos ip-
so nomine necessitatis nemo deteret a fide
uerissimę affectionis, p̄ quā aīam eius agno
scimus: nec ipsos debet deterrere a consen-
tiendo catholicæ fidei,si nō eos deterret exi-
tiabilis pudor mutandę,quanuis falsæ diu ta
men, & cum temeritate defensæ sententiæ.

B *De quadragesima, & quinquagesima. q.81.* Oīs sapientiæ disciplina,quę ad homines
erudiendos pertinet est, creatorē creaturāq;
dignoscere, & illum colere dominantē, istā
subiectam fateri.Est aūt creator deus,ex quo
omnia,per quem oīa, in quo omnia:& ideo
trinus,pater & filius & spiritussanctus.Crea
tura uero partim est inuisibilis,sicut anima:
Deut. 6. partim visibilis,sicut corpus: inuisibili terna
rius numerus tribuit,quare diligere deū tri-
pliciter iubemur: ex toto corde, ex tota ani-
ma, & ex totamente. Corpori quaternarius
numerus, p̄p euidentissimam naturā eius
.i.calidam & frigidam,humidā & siccā. Vni
uersæ ergo creaturæ tribuitur septenarius.
Quap̄p omnis disciplina dignoscens & di-
scernens creatorem atq; creaturam,denario
numero insinuatur. Quæ disciplina quādiu
corporeis motibus tēporaliter significatur,
credendo constat, & rerū gestarū uiuētium
atq; trāseuntiū authoritate quasi lacte paru-
ulos nutrit:vt idoneos faciat contēplationi,
quæ non uenit & transit,sed semper manet:
in qua quisq; narratis sibi reb. diuinitus tem
poraliter pro salute hominū gestis siue gerē-
dis,quæ adhuc futura prædicantur, si p̄man C
serit in fide & promissa sperauerit & quæ di
uina authoritas præcepit infatigabili charita
te implere curauerit, recte agit uitam huius
necessitatis & temporis, quæ numero qua-
dragenario commendatur.Qm̄ denarius nu
merus qui totam insinuat disciplinam, qua-
ter ductus.i.numero q̄ corpori tribuit mul-
tiplicatus, quia per motum corporalis admi
nistratio geritur,quo dictum est uitam con-
stare quadragenarium numerum cōficit. Ita
impetrat etiam stabilem & nullius temporis
indigentem sapientiā, quæ denario numero
commendatur, ut ad quadraginta addantur
decem, quia & partes æquales quadragena-
rii numeri simul ductę ad quinquaginta per
ueniunt.Partes aūt æquales habet quadrage
narius numerus, primo quadraginta in sin-
gulis,deinde uiginti in binis, decē in quater
nis,octo inquinis,quinq; ī octonis,quatuor
in denis,duas in uicenis.Vnū ergo & duo,&
quatuor & quinq; & octo & decē & Vigin-
ti simul ducta efficiunt quinquaginta. Qua-
p̄p sicut quadragenarius numerus æqualib.
suis partib. cōputatus parit amplius denariū
numerū & fit quinquagenarius:sic tēpus fi- D
dei rerū pro salute nostra gestarū,& gerēda-
rū,cū æquitate uitæ actū,impetrat intellectū
stabilis sapientiæ, ut non solū credendo, sed
ēt intelligendo, disciplina firmetur. Et ideo
ea q̄ nunc est ecclesia, quāuis filii dei simus, *1.Ioan.3*
ante tamen q̄ appareat quid erimus in labo *Ab. 3.*
ribus & afflictionibus agit,& in ea iustus ex *Esai. 7.*
fide uiuit. Nisi enim credideritis, inquit,
non intelligetis. Et hoc tempus quo inge-
miscimus, & dolemus, expectantes redem- *1.Ioan. 1*
ptionem corporis nostri, quod quadragesi-
ma celebratur, Scimus aūt qm̄ cum apparue
rit,similes ei erimus: qm̄ uidebimus eū sicu
ti est. Cū addit denarius quadragenario, ut
nō solū credere q̄ p̄tinent ad fidē, sed etiam
perspicuā ueritatem intelligere mereamur
Talis ecclesia in qua nullus erit mœror,nulla
per-

permixtio malorũ hominũ, nulla iniquitas, sed lætitia & pax & gaudiũ, quinquagesimæ celebratione præfiguratur. Propterea postea
Acto. 1. q̃ dñs noster Iesus Xps resurrexit a mortuis, quadraginta dieb. peractis cũ discipulis suis, eadẽ ipsa. s. per hunc numerũ insinuata tẽporali dispensatione quæ ad fidẽ pertinet, ascẽdit in cœlum: & decem alijs diebus peractis misit spiritumsanctum. i. ut non ad humana & temporalia, sed ad diuina & æterna con- E tuenda quodã amoris & charitatis spiramen
Acto. 2. to & incendio quadragenario denarius adderetur. Et ideo hoc iam totũ. i. quinquagenarius numerus dierũ, lætitiæ celebratione signandus est. Hæc aũt duo tempora. i. vnũ laboris & solicitudinis, alterũ gaudij & securitatis, etiam retib. missis in mare dñs noster significat. Nam & ante passionẽ de reticulo
Luc. 5. dr̃ misso in mare, quia tm̃ piscium ceperunt vt vix ad litus trahẽdo perducerent, & ut retia rumperentur. Non. n. missa sunt in dextera partem: habet. n. multos malos ecclesia huius temporis, Neq; in sinistram: habet enim etiam bonos: sed passim, ut permixtionẽ bonorum malorũq; significaret. Quòd autem rupta sunt retia, charitate uiolata, multas hæreses extitisse significat. Post resurrectionem uero, cum uellet ecclesiã futuri temporis p̃monstrare, ubi omnes perfecti atq; sancti fu
Ioan. 21. turi sunt, iussit mitti etiam retia in dexterã F partem: & capti sunt ingentes pisces, cẽtum quinquagintatres, mirantibus discipulis qđ cũ tam magni essent, retia non sunt dirupta. Horum magnitudo imaginem sapientiæ iustitiæq; significat, numerus uero, ipsam disciplinã, & tẽporali dispensatione, & æterna regeneratione ꝑfectã, q̃ diximus quinquagenario numero cõmẽdari. Quia. n. tũc nõ erit opus cꝑalib. adiumẽtis, & animo continebit fides atq; sapiẽtia, qa animo ternariũ nume
De eo quod scriptum est, Quem. n. diligit dominus. rũ tributũ diximus, quinquaginta ducimus ter, & fiũt centũ quinquaginta: cui numero trinitas additur, quia ois illa ꝑfectio in nõie patris & filij & spiritussancti consecrata est: ita fiũt cẽtũ quinquagintatres, qui numerus piscium ad dexterã partem captorũ inuenitur. Multi murmurantes sub disciplina dei, q̃onem, mouent, cum uident iustos sępe graues molestias secundum hanc uitã pati: qua si propterea nihil eis prosit φ deo seruiunt, quia uel communes labores, atq; indifferenter corporum atq; damnorum & contumeliarũ cæterorumq; omnium, quæ mala mortales putant, uel ẽt cæteris ampliores patiuntur ꝑꝑ uerbum dei atq; iustitiam, quæ onerosa peccãtibus in ei us prædicatores tumultuosas seditiones aut insidias aut odia concitat. Quibus respondetur, quia si uita ista sola esset hominum, aut nihil ꝓdesse, aut etiã nocere iustam uitam non vsquequaq; absurde uideretur: quanquam non defuerint, qui iustitiæ suauitatem, & internum eius gaudium, cũ corporalibus molestiis, quas genus humanum pro conditione suæ mortalitatis patitur, cum omnibus etiam quæ ꝑꝑ ipsam iustitiam in eos qui iuste viuunt, iniuriosissime cogitantur, ita cõpensarent, ut sequestrata spe futuræ uitę iocundius & lętius p̃ amore ueritatis torquerẽtur, quam luxuriosi præ cupiditate ebrietatis epulentur. Sed iis tamẽ qui putant iniustum deũ, cum iustos in doloribus & laboribus uident: aut certe si non audent iniustum deum dicere, uel res humanas non curare arbitrantur, uel semel statuisse necessitates fatorum, contra quas nec ipse aliquid facit, ne ordinẽ rerum a se dispositum inconstantia turbare credatur: aut aliquid aliud opinantur, φ deus in aliquo inualidus, non possit a iustis ista mala prohibere: dicendum est, nullam fuisse futurã iustitiam in hominibus, si res humanas non curat deus: quia omnis ista hominum iustitia, H quã & tenere animus humanus recte faciendo põt, & peccando amittere, non imprimeretur animæ, nisi esset aliqua incõmutabilis iustitia, quæ integra inueniretur a iustis, cũ ad eã conuerterentur: integra relinqueretur a peccantib. cũ ab eius lumine auerterẽtur. Quæ iustitia incõmutabilis utiq; dei est, nec eã porrigeret ad illustrandos ad se cõuersos, si res humanas non curaret. Si uero ꝓpterea grauia perpeti iustos non sineret, qa contra ordinẽ rerum a se dispositum nollet uenire, nec ipse iustus esset: non quia dispositionem suã seruare nõ uult, sed quia ita disposuit ipsum ordinẽ rerũ, ut immeritis pœnis iusti affligantur. In aliquo autẽ deũ esse inualidum ad repellenda mala quæ iusti patiuntur, quisquis opinatur, ideo desipit, quia non intelligit, sicut nefas est iniustum deum dicere: ita

corripit, flagellat autem omnem filiũ quẽ recipit. qõ. 82. G

nefas esse omnipotentē negare. Quibus pro tpe susceptę qōnis bī constitutis, quia & esse deū & iustum atq; omnipotentē esse perniciosissimæ iniqtatis est dubitare: nulla causa probabilior occurrit, cur iusti homines laborēt plerunq; in hac uita, nisi quia hoc eis expedit. Alia est.n.quæ nunc est iustitia hominum ad recipiēdā sempiternā salutē: alia tunc in paradiso constituti hominis esse debuit ad retinendā & non amittendam eandē sempiternā salutē. Sicut.n.iustitia dei, est utilia præcipere, & inobedientibus pœnas, obedientibus autem præmia distribuere: ita iustitia est hominis, præceptis utilibus obedire. Sed qm̃ sic est in animo beatitudo, ut in corpore sanitas, quemadmodum in ipso corpore alia præcipitur medicina, ne bona ualetudo amittatur, alia uero ut amissa recuperetur: sic in toto statu hominis, alia tunc præcepta data sunt, ne amitteret immortalitatem, alia nunc præcipiuntur, ut eam recipiat. Et sicut in ualetudine corporis, si quis præceptis medici, quibus eadem bona ualetudo custodienda est, non obtēperando in aliquē morbum inciderit, accipit alia præcepta ut sanari possit: quæ sæpe non sufficiunt, si talis est morbus, nisi adhibeantur a medico quędam adiutoria, plerunq; aspera & dolores importantia, quæ tñ ualent ad recuperandā salutē. Vnde fit vt homo, quamuis iam obtēperans medico, patiatur tñ adhuc dolores, non solū de ipso morbo nondum sanato, uerum etiā de adiutorio medicinæ: Ita hō per peccatū lapsus in huius uitæ morbidam & calamitosam mortalitatem, quia primo præcepto obtemperare noluit, quo sempiternam custodiret ac teneret salutē, secunda præcepta æger accepit: quibus obtemperans iam quidē nō absurde dicitur iuste uiuere, sed tñ molestias quas patitur, uel de ipso morbo nondū sanato patitur, uel de adiutorio medicinæ. Cui adiutorio deputatur qđ scriptum est, Quem .n.diligit dominus corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Qui uero non obtemperantes præceptis saluberrimis iniq; uiuunt, augent et atq; et morbos suos: & aut ex ipsis patiuntur innumerabiles miseriarū labores doloresq; etiam in hac uita: aut pœnis quoq; adhibitis, ut quod sanum non est, tangatur & doleat, in quo malo sunt miseri-

I

K

Heb. 12.

corditer admonentur, ut ad medicinā cōuersi per gratiā dei sani fiant. Quæ oīa si contēpserint.i.pceptauerborū & dolorum, iustam post hanc uitam sempiternā damnationem merebunt. Ideoq; ille pōt dicere iniuste ista fieri, qui solam uitā mortalē q̃ nunc agimus esse existimans, quæ diuinitus prædicta sunt futura non credit, pensurus grauissima supplicia perseuerantiæ peccatorū atq; infidelitatis suę. Si dn̄s dimittendæ coniugis solam cām fornicationis admittit, & paganum cōiugium dimitti prohibet, consequens est ut paganismus fornicationi non deputetur. Solam autem fornicationis causam exceptam facere dominum cum de dimittenda coniuge loquitur in Euangelio manifestū est. Paganum ergo coniugium hinc non prohibetur dimitti, quia cū Apostolus de hac re cōnsilium daret, ut fidelis uolentem secum esse coniugem infidelem, non dimittat, ait, Ego dico, non dominus: ut dominus intelligatur non quidem iubere ut dimittatur, ne contra iustum eius cōsilium dare uideatur Apostolus, sed tñ pmittere, ut nemo in ea re iussionis necessitate teneatur, sed consilii uoluntate libere faciat. Veruntamen si quisquam asserat solā illā fornicationem dn̄m admittere ad cām relinquendæ cōiugis, quæ vulgo dr̄ fornicatio.i.quæ concubitu illicito perpetratur: hoc pōt dicere dn̄m cū de hac re loqueret de utroq; fideli dixisse, & marito & vxore, vt si ambo fideles sint, neutri liceat alterū relinquere nisi causa fornicationis, ubi non potest paganismus intelligi, quia uterq; fidelis est. Sic.n.& Apostolus uidetur distinguere cum ait, His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed dn̄s, uxorē a uiro non discedere: quod si recesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Vbi etiam intelligitur, q̇ si una illa causa qua sola relictio coniugii permittitur, mulier a uiro recesserit, innupta perseuerare debet: aut si se non continet, uiro potius reconciliari uel correcto uel certe tolerando q̃ alteri nubere. Sequitur aūt & dicit, Et uir uxorē non dimittat: bī eandem formam intimans in uiro quam præcipiebat in fœmina. Quib. ex præcepto domini insinuatis ita sequitur, Cæteris aūt ego dico nō dominus, Si quis frater habet uxorē infidelem, & hæc cōsentit habitare

L

Mat. 5. De cōniugio in quod dominus ait, Si quis dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis et qō. 84 fornicatio.

1. Co. 7.

M

tare cum illo, nō dimittat illam: Et mulier si habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum. Vbi datur intelligi dn̄m de his locutum, ut neuter alterū A dimitteret, si fideles ambo essent.

VIGINTIVNIVS sententiarum, siue quęstionum, Liber.



B Omnis qui beate vult uiuere si uiuit, ut vult, beatus ē. Omnis hō beate vult uiuere. Oīs igitur hō q̃ viuit, ut vult, beatus est. Ex quo conficitur neminem uiuere ut vult q̃ uult turpiter uiuere: q̃a nemo beatus est qui turpiter uiuit. Iō aūt non uiuit ut uult quia etsi multa ſm uoluntatē suā faciat, consequuntur tn̄ plura contra ipsius voluntatē. Cū Apostolus dicat. Oīa in figura contigisse Iudæis, vmbras prætereaa fuisse cuncta præterita, nā corpus Xp̄i esse possum cōtendere, Pascha non nisi semel gestū esse, qn̄ figuratū corpus fuit occisus Christus. Nam & si ouis, qualē lex ad Pascha describit, nisi pōt inueniri, ut sit ex ouib. & hędis: discordat.n. horum animalium ad coniunctionē cōis fœtus ipsa natura, qūo potuit Pascha uerū geri, cum defuerit agnus talis, ille qui Pascha est? At si Christus talis ex iustis.i. ouibus, & peccatoribus, id est hœdis ſm carnē nescitur, hic est solus agnus ille qui quæritur quiq; dum nō C amplius, q̃ semel occiditur, non amplius ſm ueritatem quam semel celebratum illud perfectum Pascha monstretur. Figuræ igitur, ut diximus, tunc temporis fuerunt: nam agnus eligitur, ut simplicitas & innocentia designetur: masculus quæritur, utuirtus cōprobetur: immaculatus, ut sine crimine: anniculus, ut exacto prædicationis tempore: perfectus, ut instructus omni uirtutum genere: mense septimo, ut totus annus a primordio ꝓprio cōsequatur: quartadecima die mensis, ut lumine ueritatis impleto, erroris nox operiatur: ad uesperā, ut seculi occasus imminere apꝓbetur: eiecto fermento, ut a corde peruersæ mentis malitia corrupta tollatur: oblitis sanguine liminibus domorum, ut figura dominicæ passionis fronte signetur, igne assus, est enim Euāgelium, & sermo Christi robustus cibus: nec in aqua madidus, non est enim delicatæ interpretationis humido languore soluendus. Nihil prętermittitur, nihil enim in Christo omnino reprobatur. Ossa non conteruntur, quia nec cōminui.i. uinci in quoquā Christus pōt. Quicq̃d superest, diuinis ignibus imponitur: i. quæ quis capere nō potest, Christi diuinæ scientiæ remittit, eorū tm̄, q̃ manifesta sunt, pro uirib. epulatur intentus. Nam & ꝙ stātes edunt, forma est, ne quis cadat, aut ne quis se in Euangelio ad necessitatē prosternat: sed ingentis animi robore contra persecutionum prelia inuictus.i. sublimis & erectus assistat. Nam ꝙ succinctis lumbis Euangelicæ signum est continentiæ, dum locus seminum coercetur, & cōstringitur: additis baculis, spiritussancto quo quis nititur. Pedibus calciatis, id est lubrico erroris eiecto, dum probatione ad fidē cœlestium quasi ferratis præsidiis in Euangelio cuncta sunt fixa, firmissima ueritate solidata. Festinantes etiā, feruentes.n. fide probantur: tepidi & negligētes respuuntur & euomuntur. Cū azymis sumuntur. Christus.n. cum oī simplicis animi pura simplicitate sumitur. Cum picridijs, etenim hoc Pascha in Iudæorū damnationem acerbissimas amaritudines cessit. Nō nisi circuncisis dabatur: purgatis.n. solis, & lauacro indulgentiæ cœlestis expiatis, ꝑcipiendi Xp̄i corporis sacramētis cibi facultas porrigitur. Ita q̃ figurata Israelitis fuerant, in nobis corroborata sunt, & q̃ in illis imagines, in nobis ipsæ sunt ueritates. Imitabantur illi facere Pascha, dum in similitudinibus exercerētur, solis discipulis Christi uerum Pascha facturis. E

Non ij qui pecudū ꝑtractant corq; iecurq;,
Sed quorū emendat prudens ꝑcordia uirtus,
Excludens positam subter labem uitiorum,
Remigio poterunt cœlū penetrare secundo,
Aethera nec uacuū lætis transcurrere pēnis.

Quia tuum animum non leuiter moueri, & cum præsens essem aduerti, & nunc tuis literis gratius certiusq; cognoui, rescriptum tibi non parui uoluminis debeo, quod dominus præstabit, ut ita explicem quemadmodū noui tibi congruere, ac saluti fidei tuæ. Non enim paruum malum est, peruersis optionibus non solum ad cōmittendum blandimento uoluptatis adduci, sed etiam ad defenden-

Marginalia: De Iudeis. 2. — 1. Co. 10. — Exo. 12. — D — emūdat. — De q̃one fati, & fortunæ. 3. 2

dum peccatũ à medicaméto confeſsionis auerti. Illud ſanè q̃ citius ac breuiter noueris, oẽs leges atq; inſtituta oĩa, diſciplinas, laudes, vituperationes, exhortationes, terrores, p̃mia, ſupplicia, cæteraq; oĩa, quib. humanum genus adminiſtratur & regitur, penitus labefactari atq; ſubuerti, nihilq; in eis oĩno iuſti-
F tiæ remanere, niſi voluntas ſit cauſa peccandi. Quanto ergo licentius & æquius Mathematicorũ im ꝓbamus errores, qui diuinas leges, uel ẽt domorũ noſtrarum regendarũ curam damnare atq; abiicere cogimur, qđ nec ipſi Mathematici faciunt. Nam cũ aliquis eorũ nũmatis fatua fata uendiderit, mox ut oculos a tabellis eburneis ad domus ſuæ moderamen ac ſolicitudinẽ reuocauerit non ſolum vocibus, ſed ẽt plagis emendat vxorem, non dico ſi petulantius ioculantẽ, ſed ſi immoderatius per feneſtrã aſpicientem animaduerterit. Quæ tñ ſi ei dicat, quid me cædis? uenerẽ cæde ſi potes, a qua cogor hoc facere: tũc uero ille non curat q̃ vana verba cõponat fallẽdis extraneis, ſed quã iuſta verbera imponat corrigendis ſuis. Qñ ergo quiſq; eorũ reprehendi cœperit, cauſam cõuertit in fatum, & ideo ſeculpari non uult, quia fato ſe dicit coactum fuiſſe ad id quod arguitur. Redeat ad ſeipſum, ſeruet hoc in ſuis, nõ caſtiget ſeruũ furem, non de contumelioſo filio conqueratur, vicino improbo non minetur. Quid.n. horum faciens iuſte facit, ſi omnes a quibus iniurias patitur, non culpa ſua, ſed fato impelluntur ut faciant? Si aũt iure proprio, patrisfamilias diligentia quoſcunq; homines pro tempore in poteſtate habet, hortatur ad bonũ
G deterret a malo, imperat ut ſuę voluntati obtemperent, honorat eos qui ſibi ad nutũ obaudiunt, uindicat in eos qui ſe contemnunt, rependit gratiã beneficiis, odit ingratos, ego ne expectabo ut contra fatum diſputem, cũ tanta eum nõ uerbis, ſed factis eloqui deprehendam, ut prope manibus ſuis omnes Mathematicorum capillos ſupra capita eorum frãgere uideatur? His itaq; paucisſimis ſi auditas tua contenta nõ eſt, & librum aliquem de hac re quem diutius legas deſideras, patiẽter tibi expectandæ ſunt vocationes noſtræ, & rogandus deus qui & otiũ & facultatẽ ſatiando de hac re aĩo tuo tribuere digneť: Ero tñ alacrior ſi & ſæpe cõmemorare me literis tuam non pigeat charitatẽ, & quid de hac epiſtola ſentias, reſcripto edocueris. Nõ.n. oportet moueri cum magicis artib. miracula fiunt plerunq; ſimilia miraculis quæ fiunt per ſanctos dei ſeruos ſicut ſcriptum eſt in Exodo, ꝙ magi Pharaonis fecerunt nonnulla ſimiliter ſicut fecit Moyſes. Non ergo oportet hæc mirari, quia oĩa quæ uiſibiliter fiunt etiã per inferiores poteſtates aeris huius non abſurde fieri poſſe creduntur. Sed hoc intereſt, qđ cũ
H ſancti talia faciant, in nomine dei dñi omniũ rerum de ſublimioribus apparatibus iubetur inferiori creaturæ: Cu aũt mali homines magicis artibus operãtur ſimilia in manus ſuas dantur cum exaudiuntur a dæmonibus. Digni ſunt.n. qui tali exauditione decipiantur, vt pœna illis fiat hoc quod uidẽtur impetrare beneficium, cum eis exhibent quaſi priuatim aereæ poteſtates quædã miracula, ut eos habeant ſubiugatos, permiſſu tñ diuinæ prouidentiæ, ut pro meritis animarũ ſua cuique tribuantur. Põt etiam ſi numerus iſte conſideretur occurrere ad Eccleſiæ ſanctitatem &c. Require in libro octogintatrium queſtionũ, quæſtione quinquageſimaſeptima.

De miraculis magicis Senten. 4. Exo. 7.

De centũ quinquaginta tribus piſcibus.

Hominem ex anima & corpore conſtare nulli dubium eſt, ita ut anima ſit uis quędam qua corpus uiuificatur, & ſint duo, ita ut unũ altero ſit præſtantius, illud dominetur, hoc ſeruiat. Sed rurſus in eadem anima duo quædam videntur: Vnum quod amans diuina intelligit & participat rationi, ac dicatur rationale: alterum quod ſenſibilius fruens, beluis communicat, ac ſit irrationale. Quod rurſus in duobus animaduertendum eſt, quo-
I rum unum eſt quo reſiſtere appetit obſiſtentibus, alterum quod adipiſci congruentia, quod & beluas facere manifeſtum eſt. Quibus collectis, apparebit hominem conſtare ex anima quidem & corpore, ſed officijs hac partitione diuerſis. Hic autem omnibus preſidet illa prima & rationi uicina pars, quę cum ſeſe ſuaque ui, ac potentia ſabricatoris, non per ſe, quia ipſa ex ſe nihil eſt, ſed per benignitatem dei per quam anima eſt, fuerit delectata, natura inferiorem in ſe partem frenando, atque a rebus temporalibus abducendo, liberat dolorum egeſtate, indigentiæ diſficultate, morborum moleſtiis, atque in ſua bona benefica largitione reducit, ut iuſtitiæ

Sentẽ. 5. In quo ſit homo melior beluis. Sentẽ. 6.

In ea firmitas maneat, regnando ſm ſuā naturā & ſeruienti præſtando. Cuius ſeruientis ſi uita fuerit delectata, & hæc tēporalia dilexerit, non dominans, ſed ſeruiens, & non præſtans inferiori, ſed ei obſequens, iudicabitur ad extremū grauiores pœnas expertura, deſerta ijs omnib. quæ aduerſum dei præcepta, dilexit: Recurrendo aūt ad ſuperna, ac ſe totam dei beneficijs reſumendo, erit ſimilis ei a quo facta eſt, & erit btā, habens eius ſimilitudinem ad quā facta eſt. *H* Sic.n. ſcriptū eſt. *Eccl. 17.* Et fecit deus hominē ad imaginē dei: quam nos ipſo intuitu recepturos eſſe ſic dr̄ per Ioannem Apoſtolum, *K* Chariſsimi, filii dei ſumus, *1.Ioan.3* & nondū apparuit quid erimus: ſcimus quia cum apparuerit ſimiles ei erimus, qm̄ videbimus eum ſicuti eſt. De diſtributione aūt animæ dictum eſt, *Deut. 6.* Diliges dn̄m deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Et Apoſtolus Paulus ſic ait, *1.Th. 5.* Saluum faciat dn̄s ſpititum ueſtrum, animam, & corpus. Quapropter nihil beluis hō præſtat, niſi quòd intellectualis anima eſt: ipſis āt hominibus cęteris pręſtat cum intelligit deū neq; temporalia bona peruerſus vanitate ſectatur. Nam & illud ueriſsime dictū eſt, *Pſal. 31.* Nolite eſſe ſicut equus & mulus, non habentes intellectum: Et illud, *Hier. 9.* Qui gloriatur, in domino glorietur, ſi intelligit, quia ego ſum dn̄s: *Eccl. 1.* Et illud, Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Quæ abundantia homini in omni labore ſuo quem ipſe laborat ſub ſole? Excepto eo quod omni fide dignum eſt, nihil deum non poſſe,

De corporis reſurrectione. Sentē. 7.

tali etiā ratiocinatione colligi poteſt, non eſſe contra naturam ut reſurgat hoc corpus. *L* Vniuerſum corpus, quod etiā huius mundi ſenſibilis cœli & terræ nomine ſignificatur, eſt aliquo modo. Oē aūt quod eſt aliquo modo, neq; tn̄ ſummo modo, eius ſpeciei participatione eſt, in quantuncunq; eſt, quæ ſummo modo eſt: qua cum tenetur, ordinatas quaſq; commutationes pati pōt, nō aūt eſſe omnino corpus non pōt. Si.n. omnino corpus non erit, aut nihil erit, aut aliquid melius. Sed nihil eſſe non finitur obtinente ſpecie quæ ſemper manet, & uere ſummeq; eſt: Melius autem aliquid eſſe quam corpus non poteſt: quia & corporis uniuerſi certus eſt modus, & eorum quæ incorporea facta ſunt numerus augeri non indiget, & non eſt opus aliquam nouam naturam fieri, quaſi aut non omnia facta fuerint, aut in locum alicuius q̄ perierit alia ſubſtituenda ſit: cum & perfecte facta ſint omnia, & ea gubernentur prouidētia ſecundum ſpeciem ſemper manentem, ut ordinatæ mutabilitati & per hoc in mutantis quandam manentiam cedat natura ſenſibilis atq; ita in ſuo genere teneatur, modumq́; ꝓprium cuſtodiat. Ex quo fit ut corpus omne aliter atq; aliter ſit, corpus tamen eſſe non deſinat: ita uniuerſæ naturæ ſalua ſunt omnia, quæ ſenſibus noſtris diſcedunt & interire penitus exiſtimantur. *M* Vnde non mirū eſt ſi hoc corpus modum iſtum ſuum quo nunc eſt in quantum eſt recipiat, aut meliorem aliquem ſortiatur, cum is qui uocatur interitus, diſceſſio in alios modos ſit, non oīno peremptio.

De fide ſpe, & charitate. Senten.8.

Fides ſine ſpe & charitate eſt, ſi dicas, credo uera eſſe ad quæ me uocas: ſed ego ea capere non poſſum, nec uolo. Fides ſine ſpe cū charitate eſt, ſi dicas, credo uera eſſe ad quæ me uocas, & uolo ea conſequi, ſed non poſſum, Fides cum ſpe ſine charitate eſt, ſi dicas, credo uera eſſe ad quæ me uocas, & ea poſſū aſſequi ſi uelim, ſed nolo. Charitas ſine ſpe & fide eſt: ſi quis dicat, uehementer ſe uelle ſine illecebris corporis ſui uiuere in ęternum, ſed neque credere eſſe uitam æternam, nec ſi ſit, eā ſe poſſe aſſequi. Cum fide ſine ſpe charitas eſt, ſi & deſiderare ſe uitā æternam, & credere eſſe quis dicat, ſed ſe poſſe aſſeq neget. Spes aūt ſine fide qūo eſſe poſſet, nō, inuenio: Nemo.n. ſperat ſe poſſe aſſequi, quod eſſe nō credit. Oportet ergo ineſſe animo omnia tria fidem ſpem & charitatē: ut credat uera eſſe ad quæ uocatur, & ſperet ſe poſſe aſſequi, & omnino ea diligat.

Quod philoſophia in tres partes diuidatur. Sentē. 9.

Philoſophia in tres partes diuiditur: moralem, naturalem, rationalem. Moralis in duas, ſcientiam, & adminiſtrationem. Scientia in duas, hortationem, & tractationē bonorum & malorum. Adminiſtratio in duas, officium & finem. Officiū quod facere debemus: finem ad quod referimus omnia quæ recte faciamus, ipſum autem ad nihil aliud refertur. Naturalis diſtribuitur in duas partes corporea, & incorporea. Corporeorum diuiſio quinquepertita eſt: In cauſam, quæ aliquid facit: materiam, unde facit: motum, per quod facit: cauſationem, quare facit: effectum, quod facit. Incorpo-

reorũ quadripartita eſt. In locũ, Locus.n.nõ eſt corpus, ſed ſpaciũ quod obtinet a corpore. In tp̃s: In extremitates. Extremitates.n. corporũ non ſunt corpora, quia non hẽt craſsitudinẽ indicibilia. Dicibilia.n. quæ cõcipimus animo ut enunciemus verbis, non ſunt corpora: Sanè tunc dñr dicibilia ſi ex reb. uerbis animo impreſſa ſunt. Rationalis diſtribuitur in tres partes: Dirigentiã, quæ eſt in ꝑceptione ſenſuũ, vel eſſe dr̃. Definientiã, qua definimus, quicquid ſit. Differentiam, qua ratiocinamur argumentumq; concludimus.

In quo ſtatuerat Adã antequam peccaret. Sent. 10. Anteq̃ peccaſſet Adã, anima erat rõnalis, perfecta & beata: corpus habens, non quale nunc habemus fragile atq; mortale, ſed quale cõgruebat tali animæ quæ nondũ in ſe dei ſimilitudinem praua uoluntate corruperat. Quale nos quoq; poſt reſurrectionẽ habituri ſumus, cũ eadẽ anima eandẽ ſimilitudinẽ dei perfecta ſanctitate perceperit. B Poſtea uero q̃ peccauit, facta eſt anima rationalis cupiditate corrupta, corpus habens quale in nobis nunc cernimus. *De caſu peccantis. Sent. 11.* Caſum peccantis ex arbitrio libero uenientẽ, quẽ nulla inopia, neque cupiditas urgebat quærimus. Suſpicari autẽ videor qualitate materiæ factũ. Sed occurrit dei opus, dei ꝑfectio a quo talis ac tantus fieri meruit, & oẽs nobis rationes confundit, ne deus meliore conſilio de illa deſperans materia, ideo liberũ arbitriũ dederit, ut ſi peccatũ obreperet, recte alienus a culpa eſſet. *Quod ſumme eſt. Sent. 12.* Eſt qđ ſumme, cũ ipſo & de ipſo eſt: quod autẽ non ſumme eſt, ab eo qui ſumme eſt, de nihilo accipit ut ſit. In hac ergo natura non põt recte Deo tribui niſi quod in ſe habet eſſe.i. oẽ eius bonũ. Quod aũt ad peccata mortemq; pertinet, ſine dubio uergit ad non eſſe: hoc undecunq; ſit, non eſt certe ab hoc quod ſumme eſt, nec ab eo quod aliquo mõ eſt. C Non eſt ergo nec a Deo nec ab aliquo opere dei. Erit ergo ab eo quod eſt ei contrariũ quod ſumme eſt. Quod ergo quæris unde ſit, non eſt unde ſit. *Quid ſit homini cõmune. Sent. 13.* Prima animalia mortalia, inſenſualia, irrationalia, vt arbores &c. cum quibus eſt homini cõe creſcere, generare, ali, mori. Secunda mortalia, irrationalia, ſenſualia ut pecora, cũ quib. eſt cõe creſcere, generare, ali, mori, ſentire, fugere, appetere: Tertia ſenſualia, rationalia mortalia, ut homines. Quarta immortalia, ſenſualia, rationalia, vt angeli, cũ quib. eſt cõe audire, ſentire intelligere. *Voluntas quid. Sent. 14* Volũtas eſt animi motus cogente nullo ad aliquid vel non admittendũ, uel adipiſcendũ: *Genera virtutum. Sent. 15* Primæ ciuiles politicorũ: Purgatoriæ, quib. exuitur anima a vitiis: Exemplares, q̃ iã contẽplanti menti imprimuntur a Deo, ubi totũ viuit, vbi totum ſemper viuit, vbi totũ ſemper beate uiuit. Intelligibilia, q̃ intelliguntur. Deus intelligibilis dr̃, quia intelligitur. Intellectus, quia ꝑ ſe intelligit. Anima intelligibilis, quia intelligitur: Intellectualis, quia & ipſa intelligit.

Mõ ſi placet, aurib. æquis atq; mẽte pura,
Operũ accipe prima dei: q̃ tu negas bõa eẽ,
Et clamas hæc fieri non debuiſſe cuncta,
Quoniam ut deus omnia, ſummus ſumma,
facta non ſunt.
De perfectione mundi. Sent. 16 Elemẽta bõi bõa mũdi prima quatuor ſunt.
Leuis ignis, acutus, & eſt q̃ mobilis ſuperne.
D Grauis huic obtuſaq; contra eſt atque pigra
tellus.
Inimica igr̃ tria ſummis ſunt trib. quoq; ima.
Duo q̃ medio ueniunt, aer, unda, nectunt,
Extremis rurſus amica quantũ & ipſa ſecũ.
Leuitatẽ & mobilitatẽ cũ igne iungit aer,
Obtuſum pondus & infra iũgit unda terris,
Hebes eſt & mobile uinculum, quo aura &
unda inhærent.
Sed hebes ꝙ loquitur alte debet aura terris:
Qđ mobilis influit unum, dẽt unda flammis.
Media extremis ſibi ſumunt bõa de ꝓpinqs,
Et de longe poſitis hæc ſingula occuparunt
ſibi.
Sic uariis elementis quadratur iſte mundus:
Sic eſt diſcordia concors, ſic remota iuncta.
Ita morib. oĩbus hæc ſunt rite temperata, ut
Imparibus numeris ſit pulchritudo compar,
Quid quæq; ferant elementa, & quod ſibi
apta gignant,
Referã ut ualeo, numeros tu benignus audi:
Vt in his quoque fœdera mundi, firma lege E
ueri,
Vbi uideris, ordine credas iſta facta certo. (ra
In quatuor his elemẽtis, aura, aqua, igne, ter-
Animalia certa creantur, ꝓpriæ apta ſedi, &
Quę hẽant alios alia uſus cõgruosq; motus.
Gradientia fixaq;, duplex ꝙ genus uidemus.
Animalia ſunt elementis vltimis duobus.
Age iam ultima deſpice terræ, confer ima
ſummis:
Fixum radicibus hæret arbuſtũ omne terris.

Fixa ut sublime rotantur sydera alto cęlo firma.
His vestigia fert quod repit omne terris.
Globus est ut cuique, ita firmāt gressum & astra septem.
Natat vndis, & uolat, auras ambiente motu,
Sursum atq; deorsū aīantiū ꝙ petit uicissim,
Medio mediū bene librans hinc & inde nisu
Aliud quoq; côueniens hic quatuor uicissim
Contrarium inesse qualitate duplex,
Paucis aduerte docebo: nanq; parua non sūt.
Ita primū tertio hētur, quartum ut est scd'o.
Côtraria ī his uolo cernas, vimq; singulorū.
Calet ignis & aridus est, ꝙ possidet superna:
Præfrigida & humida serpit tertia unda.
F Contrauenit inter utrunq; locatus, mixtus ex utroq;,
Quarto contrarius aer, ultimo secundus,
Ambobus partim parilis, atq; totus impar.
Nā humor liq̄scit aquarū, feruet ignis æstu.
Capit undis terra rigorem fitq; sicca cœlo.
Vicibus uariis ita totus quatuor sibimet
Per motiua t̄pa nexus temperatur annus.
Pluuialis hyems rigat undis, aqua frigore arctat.
Maturat & oīa torret sicca & ignea æstas.
Ver tēperiē sibi sumit ex hoc utroq; gratiā:
Tepidam igne & aqua tenet auram molliter fluentem.
Autumnus frigore torpet, siccitate hiulcat.
Sic corpora quatuor ex his nr̄a copulantur.
Spacium hæc quoq: noctis, & horas temperant dierum.
Mediū igne qđ ardet & aret t̄ps hinc diei est.
Medium undis frigidum & humidum est tēpus inde noctis.
Sunt extrema humida noctis: primā iā calet.
Hinc atq; illinc tibi blandū mane tēperatur.
Sunt ultima sicca diei, prima friget umbra:
Ex utroq; accipe legem, & tēperare uesper.
Et tot res inuide tales: Fulgida astra cœli,
Cœlum cœliq; figuram perpetesq; motus,
Fixū in medio, ꝙ & unū est pōdus oē terræ.
G Glaucum Oceanum mare & amnes ungulæ orbis almi,
Auras liq̄das, mō densas, inde mox serenas:
Tot corpora pēnipotētū, picta, gratia, blanda.
Variū decus atq; nitores adde tot natantum,
Tot terrigenis decoratum multiforme pulchrum:
Et tot res inuide tales esse, te nolle clama.
Rapidū tardo, rata currēs, hac & hac uagāti.
Statisq; manentia: densis rara, magna paruis:
Obscuris flammiferata, nigra luminosis:
Intercidentia natis, nata nascituris:
Mediū extremis, medio illa, & ima summis,
Concordant lege superna: Lege dico ueri:
Vnum carmē modulant̄ côcinuntq; in unū:
Vnū quoddā appetit, oē quicquid ambit esse:
Et tot res inuide, si audes, te eē nolle clama.

Itē nō eē bona dulcia, si nō paterent̄ aduersa. *Bona malorum ad mixtu dulciora Sent. 17.* Item bonū qđ obtemperando minus diligebat, ardentius diligit côparando. Non erit magnus magnū putans si cadunt ligna, lapides, & moriuntur mortales. Qđ si artifex de tali materia faciat aliquid quod melius illo est, nonne melius seipso aliquid fabricauit? H Nullo mō, quia non solū melior, sed ne par quidem arti potest esse materia. Sic.n. materia est subiecta artifici, si subiecta est, inferior sit necesse est. Mensura unū pōt intelligi. *Pondus & mensura. Sent. 18. Cap. 11.* Numeri .n. ab eo mensurantur: Vt mensura possit pater intelligi, & numerus ipse filius, pōdus spiritussanctus: amor est.n. Nam qui amat dicitur, pendet ab amore, & qui pendet ad aliq̄d venturus est. Erit nanq; numerus de mensura, & inde ipse ordo sequit̄. A pondere dr̄ pēdet, ad ordinē nisus ꝑtinet. Ordo.n. pōt ēt & pondus accipi: pondus conatus eē pōt ad locū, conatus uel conati ad locū appetitus occurrit, pondus ergo ad ordinē pertinet. Lucē istā solis substantiā esse non qualitatē manifestū est. Qualitas.n. in corpore consistens est & vbi est corpus, ibi qualitas. Corpus solis in cœlo, qualitas ergo ibi. K Qualitas.n. ut figura, vt color, vt duritia, vt mollicies. Lux autē ista vsq; ad terras distenditur, & manifestum quia corpus, de loco.n. in locū transit. Et ista sunt duo infinita, lux solis, & terra. Qualitas.n. cū eo mouetur, cuius est qualitas. Lucis ergo solis & aeris substantiæ naturas suas habētes, inuicē sine aliqua angustia, uel sine expulsione alterius manentes, ita sibi cômiscentur vt una alterā non mutet & corpora sunt. Refers nunc ad incorporea coæua, ut lux, & ignis: æqualia, ut homo de homine: melius coæua q̄ non coæua, melius æqualia quā nō æqualia. In illa ergo diuuinitatis natura & coæua & coæqualia. Tecum principium in die uirtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, *Ps. 109.*

ex utero

ex utero ante luciferum genui te. Summum bonum non est infœcundū & sterile. Quod aūt de illo genitum est, æquale illi est, in hoc maxime vt vnū de uno sit. Et ē summus modus de generatione vnū, vñ unigenitū ut magis approbetur æquale Modus, finis cuiusq; rei. Sed ne cuiquā uideatur, quia & filius debuit generare, si ita esset, nullus esset generādi finis. Moderatum aūt immoderato melius est: ꝑ ꝑ æqualitatē magis finis est moderatus, vnū de unigenito. Duo infinita esse possunt, & hæc corpora, ut aer & lux, quæ ꝑ locos distenduntur & non se angustant. Si ita ergo in corporalibus, quanto magis in spiritalibus. In dño nihil debet esse mutabile. Si ex parte genuit, mutabilis est, qualitas in substātia est

Eccl. 1. mutabili. In sapientia Salomonis, Oīs sapien

K

Sapiē. 7. tia a dño deo est & cum illo fuit semꝑ, & est

Eccli. 2. ante æuum. Item in Salomone, Vapor est.n. uirtutis dei & manatio quædam omnipotentis dei synceris. Iterum, Fons sapientiæ uerbū dei in excelsis. De uerbo ratio procedens, recte dicitur uerbum. Vox aliquid est, silentium nihil est. Vnū si solum esset, in se esset, sterile esset, & nihil præstaret: sed quia benignum est, procedens ad aliquid faciendum, ꝓcessit in alterum se. Ipsa est generatio unici, quia qui facit, est, & per quem facit, est, & effecerūt duo: Vnum.n. antecedit duo: & his duobus est aliquis ordo, & fiunt tria, quæ trinitas dicitur. Cardo dicitur rerum omnium, qui accipitur pater. Cardo.n. quanquam sit immobilis, tamen motum qui est ipse filius intellectus, unus dicitur quem omnes digni fruuntur, sed non omnes uniter. Nam homo susceptus a diuina sapientia, quāto diuine susceptus est, tanto diuinius intelligit. Nā quāquam unum sit corpus, tamen non eandem habent omnia membra sanitatem. Aliter dicitur sanitas oculi, aliter capitis, aliter cæteri corporis, Homo enim a peccato euadens conatur intelligere, ille autem susceptus ab eodem intellectu. Nunquam autem erit manus pes, aut pes oculus: sic & homo nunquā erit quod ille qui susceptus est a sapientia dei.

L Deus dicitur finitus forinsecus vsq; ad animam, intrinsecus usq; ad se: Omnia.n. in se continet. Anima autem finita est vsq; ad corpus & vsq; ad deum. Corpus etiam foris finitum est vsq; ad nihil, intrinsecus aūt infinitū est, diuidendo.n. nunquā finitur. Omnis transitus de loco ad locum per lineam fit, quoniā omne latum linea sibi cōiungitur, quæ linea utiq; corpus non est: ita & omnis transitus in anima, id est mutatio uel affectio, qua modo stulta, modo sapiens per quasdā utiq; lineas, id est per quosdam transitus medios fit, quomodo ipsa de nihilo facta est. Homo si uerū sciat, penè deus est: deus si uerum nescit non penè sed bene lapis est. Mens autem hominis quamoptimo motu ferri debet. Quo igitur circuitu mouenda est? Est autem optimus mentis circuitus rationalis cogitatio, quæ ab eo quod quæritur profecta, per succedētium argumentorum circulum certior redit in locum. Ideoque etiam similitudines intelle- M ctui idoneę sunt, ꝙ per ipsum motum quem natura desiderat, animo exhibeantur. Nam quasi auferunt animos ab eo quod agitur, & illo iterum referunt: sed quod efferunt, cōtra pigritiā fit, ꝙ referuntꝰ errorē. Vnde placuit et priscis sapientibus quasdā res imaginibus signare fabularū, ut cū ad eas fertur intētio, referturque ad id quod significant, motu suo mens etiam cum ludit exerceatur in disputatione. Præuidendum nequis mentiatur. Oīs anima affectibus mutatur. Nam & in officijs mutabilis est. Deus enim solus immutabilis, & angeli ergo semper immutabiles sunt cū officia impendunt. Vermis de morte natus, & mortem consumens: de putredine natus, putredinem consumens. Omnia mutabilia etiam puncto temporis mutantur, & maxime corpora quę penitus non manēt, sed ætatibus sine intermissione mouentur. Nam oīs res ætates suas habet, ut ad breuem ætatē ętas omnis maior quasi æternitas sit: cum etiā adhuc uiuentes mortes quasdam patiantur ipsarum ætatum, & ultima mors maior quodam modo mors sit, ut ipsa crementa ætatū mortes patiantur. Et montes cum ruunt, & insulæ cum ruunt & nascuntur, quasi mortes fiūt in uniuersitate, ut ultima mors sit etiam mūdo quæ dicitur conflagratio. Nam tria sunt: unum semper immutabile, ut deus: semper mutabile, ut corpus: medium quoddam, ut anima, ut mutabilis esse possit, possit & immutabilis: sed post cōmutationem corpus non mutatur. Ea demum uera syncera libertas est, qua fit ut ubicunq; sis, A

De idæis Sentē. 19

bene

bene sit tibi. Deus autem est solus, nusquam absens ab eis quibus sola uoluptas est. Pater autem misericors mortalia illis uincula faciebat. Descensus animæ talis est, ut cum putat se aliquid appetere qđ sibi prosit, ad alia huic rei necessaria trahatur: ac si id quod uolebat in multis implicetur, & dicat, Præueni nolēs quod uolebam, redit autem per gratiam dei. Tria sunt genera uirtutum: primæ ciuiles politicorum, Secundæ purgatoriæ, quibus exuitur anima uitijs, Tertiæ exemplares, quæ iam contemplanti menti imprimuntur à Deo, vbi totum viuit, ubi totum semper beatè uiuit. Deus intelligibilis dicitur, quia intelligitur: & intellectus, quia per se intelligit. Anima intelligibilis, quia intelligitur: intellectualis, quia intelligit: intelligibilia enim dicūtur quia intelliguntur. Notitia enim euidentior boni, mali est experimentum ijs quibus potētia interior est, ut per disciplinam malum ante experimentū sciant. Non essent bona dulcia, si non paterentur aduersa. Item bonum quod obseruando minus diligebat, ardentius diligit comparando. Nō erit magnus magnū putans si cadunt ligna, lapides, & moriuntur mortales. Vtrum secundum tempus, an secūdum excellentiam Deus ante tempora: Non enim secundum tempus ante tempora: Alioquin incipit tempore præcedere tempora & non iam præcedit tempora qui tempore illa præcedit. Nos autem Deo iubente ea quæ uolumus agimus, quoniam quæ possumus uolumus, bona duntaxat: Mam mala in potestate sunt quæ in voluntate esse non debent. Idque est & plurimum & solum in libero arbitrio, plenissime uelle omne quod recte agere posis: si quod recte uis agere non potes, fac uelis agere quod recte potes. Manifestum est in spiritum sanctum peccantem ueniam habere non posse, nam uindicatur. Cum enim affligitur, in ipsa pœnitentia punit factum & soluit uindictam. Non ergo dimittitur, quia punitur.

De malo. Sen. 20. B

De libero arbitrio. Sen. 21.

Vigintiunius sententiarum finis.

DOMINO BEATISSIMO C & inenarabiliter sincerissima charitate amplectendo, patri Simpliciano, Augustinus in domino salutem.



PLENAS bonorum gaudiorū literas, quod sis memor mei, meque ut soles diligas magnæq; gratulationi tibi sit quicquid in me donorū suorum dominus conferre dignatus est misericordia sua, nō meritis meis, missas munere sanctitatis tuę accepi, in q̄bus affectum in me paternū de tuo benignissimo corde non repentinum & nouum hausi, sed expertum sanè cognitumq; repperi domine beatissime & uenerabiliter sincerissima charitate amplectende. Vnde autem tanta exorta est fœlicitas literario labori nostro, quo in librorum quorundam conscriptione sudauimus, ut a tua dignatione legerētur: nisi q̄a dominus cui subdita est anima mea cōsolari voluit curas meas, & a timore recreare quo me in talibus operibus necesse est esse solicitum, necubi forte indoctior uel incautior quamuis in planissimo cāpo ueritatis offendam? Cū.n. tibi placet quod scribo, noui cui placeat, quoniam quis te inhabitet noui. Idē quippe omnium * numerum spiritaliū distributor atq; largitor per tuam sententiam confirmabit obedientiam meam. Quicquid.n. habent illa scripta delectatione tua dignum in meo ministerio dixit Deus. Fiat, & factū est: in tua uero approbatione vidit Deus, q̄a bonum est. Quæstiunculas sanè quas mihi enodandas iubere dignatus es, & si mea tarditate implicatus nō intelligerem, tuis meritis adiutus aperirem. Tantum illud quæso, ut ꝑ mea infirmitate depreceris Deū, & siue in ijs quibus me exercere benigne præterneq; uoluisti, siue in aliis quęcunque nostra in tuas sanctas manus forte peruenerint, quia sicut Dei data, sic etiam mea errata cognosco, non solum curam legentis impendas, sed etiam cēsuram corrigentis assumas. Vale.

D

a.l. munerum

D. AV-

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI ad Simplicianum Mediolanēsis ecclesię Episcopum de solutione quarūdam quęstionū ex epistola Pauli ad Romanos, liber I.

E

Præfatio

GRATISSIMAM plane atque suauissimā interrogationū tuarum dignationem mihi pater Simpliciane misisti, quibus nisi respondere conarer, non solum cōtumax, uerum etiam ingratus existerem. Et illa quidem quæ de Paulo Apostolo dissoluēda proposuisti, iam à nobis erant utcunque discussa litterisq; mādata: vt quemadmodū exposita sint: præter libelli huius textū, sicut iam parata erant, misi consideranda prudentiæ tuæ. Sed tñ eadem ipsa uerba Apostolica tenoremque sententiarū, non contentus inquisitione atq; explicatione præterita, ne quid in ea negligētius præterissem, cautius attentiusq; rimatus sum. Non.n.tu ea percontanda censeres, si eorū intellectus facilis atq; expeditus foret. Nā

Qō prima. Rom.7.

ex eo loco ubi scriptum est, Quid ergo dicemus? Lex peccatū est? Absit, vsq; ad eū locū, vbi ait, igitur lex volenti mihi bonum est: &

F

cætera, credo vsq; ad illud, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Xp̄m dñm nostrū: primam nos voluisti enodare qōnem.

2. Retractā.ca.1.

Quo loco vr̄ mihi Apostolus transfigurasse in se hominem sub lege positum: cuius verbis ex ꝑsona sua loquitur.

Rom.7.

Et quia pauloante dixerat, Euacuati sumus à lege mortis i qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus & non in uetustate literæ, atq; ita ꝑ hæc verba quasi reprehendisse legē posset uideri, subiecit statim. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui,

Exo. 20. Deut. 5.

nisi per legē, Nā concupiscentiā nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Hic rursus mouet, Si lex non est peccatū, sed inseminatrix peccati, nihilominus his uerbis reprehēditur: quare intelligendū est legē ad hoc datam esse, non ut peccatum insereretur neq; vt stirparetur, sed tantum ut demonstraretur quo animam humanam quasi de innocentia securā ipsa peccati demonstratione reā faceret, Vt quia peccatū sine gratia dei uinci non posset, ipsa reatus solicitudine ad percipiendam gratiā conuerteretur. Itaq; non ait, Peccatū nō fecit nisi per legem: sed peccatū, nō cognoui nisi per legem. Neque rursus ait, Nam concupiscentiā nō habebam, nisi lex diceret, Non concupisces: sed ait, Concupiscētiā nesciebā, nisi lex diceret, Non cōcupisces.

G

Vñ apparet concupiscentiā per legē non insitā, sed demonstratā. Consequens aūt erat, vt qm̄ nondū accepta gratia concupiscentiæ resisti nō poterat, augeretur ēt: quia maiores vires habet concupiscentia crimine præuaricationis adiuncto, cum ēt contra legē facit, quā si nulla lege prohiberetur. Consequēter itaq; subiungit.

Rom.7.

Occasione aūt accepta peccatum per mandatū, operatū est in me omnem concupiscentiā. Erat.n.& ante legē sed non omnis erat, quando crimen præuaricationis adhuc deerat. Vnde alio loco dicit, Vbi.n. nō est lex, nec præuaricatio.

Rom.4.

Quod autem adiungit, Sine lege.n. peccatum mortuum est: pro eo positum est, ac si diceret, latet: hoc est mortuum putatur, quod paulopost euidentius dicturus est,

Rom.7.

Ego autem, inquit, uiuebā sine lege aliqñ.i. nulla ex peccato morte * terrebar, quia non apparebat, cum lex non esset.

** a.l. tenebar.*

Adueniente autem mādato peccatum reuixit, hoc est, apparuit. Ego autem mortuus sum.i. mortuum me esse cognoui, uel quia reatus præuaricationis certum mortis supplicium comminatur.

H

Gen. 2. & 3.

Sanè quod ait, Peccatum reuixit adueniente mandato: satis significauit hoc modo aliquando vixisse peccatum, id est notum fuisse, sicut arbitror in præuaricatione primi hominis, qui & ipse mandatum acceperat.

1. Ti. 2. Rom. 5.

Nam & alio loco dicit, Mulier autem seducta in præuaricatione facta est. Et iterū, in similitudinem præuaricationis Adæ, q est forma futuri. Non enim potest reuiuiscere nisi quod vixit aliquando. Sed mortuum fuerat, id est occultatum, cū mortales nati sine mandato legis homines uiuerent, sequentes concupiscētiam carnis sine vlla cognitione, quia sine ulla prohibitione. Ego, inquit, uiuebam sine lege aliquando. Vnde manifestat, non ex persona sua proprie, sed generaliter ex persona ueteris hominis se loqui.

Rom.7.

Adueniente aūt mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus

tuus

tuus sum:& inuentum est mihi mandatū qđ
erat in uitā,hoc esse in mortē: Mandato.n.si
obediatur,utiq; uita est. Sed inuentū est esse
mortē,dum fit contra mandatum, ut non so
lum pctm̄ fiat quod ēt ante mandatū fiebat,
sed hoc abundantius & perniciosius,ut iam
I a sciente & præuaricante peccetur. Pctm̄.n.
inquit occasione accepta per mandatū,fefel
lit me,& per illud occidit.Peccatum non le-
gitime utens lege, ex prohibitione aucto de
siderio,dulcius factū est,& ideo fefellit. Fal-
lax.n.dulcedo est,q̄ plures atq; maiores pœ-
narum amaritudines cōsequuntur.Quia ēr-
go ab hominibus nondū spiritalē gratiā per
cipientibus suauius admittitur quod uetat,
fallit peccatū falsa dulcedine.Quia uero etiā
accedit reatus præuaricationis,occidit.Itaq;
lex quidē sancta,& mandatū sanctum,& iu-
stū & bonum. Iubenda.n.iubet & prohiben
da prohibet.Qđ ergo bonum est,mihi factū
est mors? Absit.In male utente quippe uitiū
1.Ti. 1. est,non in mādato ipso quod bonū est: Qm̄
bona est lex,si quis legitime utatur.Male aūt
utitur lege,qui non se subdit deo pia humi-
litate ut per gratiā lex possit impleri. Itaque
ad nihil aliud accipit legē qui non ea legiti-
me utitur, nisi ut peccatū eius quod latebat
ante prohibitionē,apparere incipiat per præ
uaricationem.Et hoc supra modum; quia iā
non solum peccatū fit,sed ēt contra manda-
tum. Sequitur ergo & adiungit, sed pecca-
tum ut appareat peccatum,per bonum mihi
operatū est mortē, ut fiat supra modum pec
K cator,aut peccatum per mandatū. Vñ mani-
festat quo sensu dixerit superius,sine lege.n.
peccatū mortuū est: non quia non erat, sed
quia non apparebat.Et qūo dictum sit, Pec-
catum reuixit:non ut esset quod erat & ante
legē,sed ut appareret qm̄ fiebat contra legē:
Rom.7. quandoquidem hoc loco ait,Sed peccatū ut
appareat peccatū, per bonum mihi operatū
est mortem. Non.n.ait,ut sit peccatū,sed,ut
appareat peccatum. Deinde subiungit cām,
cur ita sit,Scimus.n.inquit,quia lex spiritalis
est,ego autem carnalis sum.In quo satis ostē
dit,non posse impleri legem nisi a spiritalib.
qūm non fiunt nisi per gratiam. Spiritali.n.le
gi quanto fit quisq; similior.i. quanto magis
& ipse in spiritalem surgit affectum, tanto
eam magis implet.Quanto ea magis delecta
tur, iam non sub eius onere afflictus, sed in
eius lumine uegetatus,quia præceptum dñi
lucidum est illuminās oculos,& lex dñi im- Psal. 18.
maculata conuertens animas:Gratia donan
te peccata,& infundente spiritum charitatis
quo & non sit molesta:& sit ēt iucunda iusti
tia.Sanè cū dixisset,Ego aūt carnalis sum:cō
texuit ēt qualis carnales.Appellati sunt.n.ad
quendā modū carnalis,iam ēt sub gratia cō- L
stituti,iam redempti sanguine dñi, & renati
p fidem. Quibus idem Apostolus dicit,ego
fratres non potui loqui uobis quasi spiritali-
bus, sed quasi carnalibus, tanq̄ paruulis in
Christo lac uobis potum dedi, non escam. 1.Co.3.
Quod dicens,utiq; ostendit iam renatos fuis
se per gratiā qui erant paruuli in Xpo & la-
cte potandi,& tñ eos adhuc carnales uocat.
Qui aūt nondū est sub gratia sed sub lege,
ita carnalis est,ut nondum sit renatus a pec-
cato,sed uenundatus sub lege a peccato:qm̄
pretium mortiferæ uoluptatis amplectitur
dulcedinē illam qua fallitur,& delectatur ēt
contra legem facere,cum tanto magis libet,
quanto minus licet. Qua suauitate frui non
pōt quasi pretio cōditionis suæ nisi cogatur
tanq̄ emptum mancipiū seruire libidini. Sē
tit.n.se seruum dominantis cupiditatis, qui
prohibetur,& se recte prohiberi cognoscit,
tamen facit.Quod.n.operor,ait ignoro, Nō
ita dictū est,ignoro:quasi peccare se nesciat.
Nam contrarium erit quod dixit: Sed pecca M
tū ut appareat peccatū per bonū mihi opera
tū est mortē.Et illud superius, sed peccatum
non cognoui nisi per legē. Qūo.n.apparet,
aūt qūo cognouit quod ignorat? Sed ita di-
ctū est,qūo dicturus est dñs impiis,Non no- Matt. 7.
ui uos. Neq;.n.aliquid deū latet,qñ uultus Psal.33.
dñi super facientes mala, ut perdat de terra
memoriā eorum. Sed dicimur aliqñ igno-
rare,quod nō approbamus.Ita ergo ait, Qđ
.n.operor,ignoro,id est non approbo.Quod
consequenter ostendit,dicens, Non.n.quod
uolo hoc ago,sed quod odi illud facio. Qđ Rom.7.
ergo ait, odi: hoc ait,ignoro:quia & quibus
dicturus est dñs. Non noui uos:de his illi di Psal. 5.
citur, Odisti domine omnes qui operantur
iniquitatem, Si autem quod nolo hoc facio,
cōsentio legi,quoniam bona est. Hoc enim
non uult quod & lex: Nā hoc uetat lex. Cō- Rom.7.
sentit ergo legi, non inquantum facit quod
illi

illa prohibet,sed inquantũ nõ vult qđ facit. Vincitur n.nondũ per gratiã liberatus, quãuis iã ꝑ legẽ & nouerit se male facere & nolit. Quod uero sequitur & dicit, Nũc autem iã non ego operor illud,sed id quod inhabitat in me peccatũ:nõ iõ dicit,quia non consentit ad faciendũ peccatũ, quãuis legi consentiat ad hoc cõprobandũ. Loquitur.n.adhuc ex persona hominis sub lege cõstituti,
A nondũ sub gratia,qui ꝓfecto trahit̃ ad male
2. Ret. 1. operandũ,cõcupiscentia dominante atq; fal
Et de prædestinatione sctõrũ. ca. 4 lente dulcedine peccati prohibiti, quamuis ex parte notitia legis hoc improbet.Sed propterea dicit, Nõ ego operor illud, q̃a victus operatur:Cupiditas quippe id operatur, cui superanti ceditur.Vt aũt non cedatur sitque mens hominis aduersus cupiditatem robustior, gratia facit, de qua post dicturus est, Scio.n.inquit,q̃a non habitat in me,hoc est, in carne mea bonũ, Ex eo qđ scit cõsentit legi:ex eo qđ facit,cedit peccato.Qđ si quęrit aliquis, vnde hoc scit quod dicit habitare in carne sua,non utiq; bonũ.i.peccatũ? vñ nisi ex traduce mortalitatis & assiduitate voluptatis. Illud est ex pœna originalis peccati, hoc est ex pœna frequentati peccati.Cũ illo in hanc uitam nascimur, hoc uiuendo addimus.Quę duo.s.natura & consuetudo coniuncta, robustissimã faciunt & inuictissimã cupiditatẽ: q̃ uocat peccatũ, & dicit habitare in carne sua.i. dominatũ quendã & quasi
B regnum obtinere.Vnde est illud in Psalmo,
Psal. 83. Elegi abiici in domo dñi, magis q̃ habitare in tabernaculis pctõrũ: quasi non habitet, quamuis ibi sit,qui abiectus ibi est ubicunq; sit:vñ insinuat habitationẽ cũ quodã principatu intelligendã.Si aũt per gratiã fiat in no
Rom. 6. bis, quod alio loco dicit,Vt non regnet peccatũ in uestro mortali corpore ad obediendũ desideriis eius, iam nec habitare proprie dr̃. Velle.n.inquit,adiacet mihi,perficere au
Rom. 7. tem bonũ non inuenio. His uerbis videtur non recte intelligentibus uelut auferre liberũ arbitriũ.Sed quõ aufert,cum dicat, Velle adiacet mihi? Certe.n.ipsum uelle in potestate est,qm̃ adiacet nobis:sed quod perfice
Concor. 3 sen. di. 15 ca. Tradit. re bonum non est in ptãte,ad meritum pertinet originalis peccati. Non.n.est hæc prima natura hominis, sed delicti pœna,per quam facta est ipsa mortalitas quasi secunda natura,vñ nos gratia liberat cõditoris subditos sibi ꝑ fidẽ. Sed istæ nunc voces sunt sub lege hominis cõstituti,nondũ sub gratia.Non.n. qđ vult facit bonũ, ꝙ nondũ est sub gratia, sed quod nõ vult malũ hoc agit superãte cõ
cupiscentia, nõ solum vinculo mortalitatis, C
sed mole consuetudinis roborata. Si aũt qđ non vult hoc facit,iam nõ ipse operat̃ illud, sed qđ habitat in eo peccatũ: sicut superius dictũ est & expositũ.Inuenio ergo,inquit,legẽ mihi uolenti facere bonũ,qm̃ mihi malũ adiacet.i.inuenio legẽ, bonũ mihi esse cum uolo facere quod lex habet, qm̃ mihi malũ adiacet ad faciendũ: quia superius quod ait: Velle adiacet mihi, ad facilitatẽ dixit. Quid .n. facilius homini sub lege constituto, quã uelle bonum & facere malũ? Nã & illud sine difficultate vult,quãuis nõ tã facile faciat q̃ facile vult: & hoc quod odit facile habet, quãuis id nolit: sicut præcipitatus sine difficultate uenit in profundũ, quãuis id nolit at que oderit.Hoc dixi ꝓꝑ uerbũ quod ait,adiacet. Perhibet igitur testimoniũ legi ꝙ bona sit, nõ sub ea positus & nondũ gratia liberatus, Perhibet oĩno eoipso ꝙ se reprehẽdit facere contra legẽ: & inuenit eã bonã sibi esse,uolens facere quod illa iubet, & concupiscentia superante nõ valens:atq; ita se pręuaricationis reatu implicatum uidet ad hoc ut gratiã liberatoris impleret. Condelector.n. inquit, legi dei secũdum interiorẽ hominẽ. Et utiq; legi,quæ dicit,Non concupisces.Vi *Rom. 7.*
deo aũt, inquit, legem aliam in mẽbris meis D
repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me sub lege peccati quę est in membris *Exo. 20*
meis. Legem appellat in membris suis,onus *1. Co. 5.*
ipsum mortalitatis, ĩ quo ingemiscimus gra *Sapiẽ. 9.*
uati.Corpus enim quod corrumpitur,aggrauat animam.Per quod fit etiam sæpe,ut inuito delectet quod non licet. Quam sarcinam prementem & urgẽtem ideo legẽ appellat, quia iure supplicij diuino iudicio tributa & imposita est ab eo qui præmonuit hominẽ, *Gen. 2. & 3.*
dicens, Qua die manducaueritis,morte moriemini.Hæc lex repugnat legi mentis, dicẽti, Non concupisces: cui condelectatur homo secundum interiorem hominem: & antequam sit quisq; sub gratia, ita repugnat,ut & captiuet eum sub lege peccati.i.sub semetipsa. Cum enim dicit,Quæ est in membris *Rom. 7.*
meis,

meis : hanc ostendit eandē esse de qua superius ait. Video aliā legē in mēbris meis. Hoc aūt totū ideo dr̄, ut demonstretur homini captiuo non esse præsumendū de uiribus suis. Vñ Iudæos arguebat tanq̄ de operibus legis superbe gloriantes, cū traherentur concupiscentia ad quicquid illicitum est, cū lex de
E qua gloriabantur, dicat, Nō concupisces. Humiliter ergo dicendū est homini uicto, damnato, captiuo, & nec saltē accepta lege, victori, sed potius præuaricatori humiliter exclamādū est. Miser ego hō, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Xp̄m dn̄m nostrum. Hoc.n.restat in ista mortali uita libero arbitrio, nō ut ipleat hō iustitiā cū uoluerit, sed ut se supplici pietate cōuertat ad eū cuius dono eam possit imple-
Rom.5. re. In hac ergo tota q̄ tractauimus apostolici
1.Co.3. contextione sermonis, quisquis putat sensis-
1.Co.15. se Apostolū quòd mala sit lex, qm̄ dicit, Lex
Rom.7. subintrauit, ut abūdaret delictū. Et ministratio mortis in literis figurata lapideis: Et, uirtus peccati lex : Et mortui estis legi per corpus Xp̄i, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit: Et, passiones peccatorū quæ per legem sunt, operabantur in mēbris nostris, ut fructū ferrent mortis: Nūc uero & euacuati sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus & nō in ve-
F tustate literæ: Et alia si qua huiusmodi Apostolum dixisse inuenimus, attendat ideo esse ista dicta, quia lex auget concupiscentiā ex prohibitione, & reū obligat ex præuaricatione, iubendo quæ implere homines in infirmitate nō possunt, nisi se ad dei gratiā in pietate conuertant. Et ideo sub illa esse dn̄r quibus dominatur, Eis aūt dominatur quos punit. Punit aūt præuaricationes omnes. Porrò qui acceperunt legē, preuaricant eā, nisi per gratiam consequantur posse quod iubet. Ita
a.l. charitatem. fit, ut non dn̄etur eis qui sub gratia sunt, implentibus eā per * gratiā qui erant sub eius timore * damnati. Nam si illa quæ dicta sūt
a.l. damnandi. mouent, ut putetur Apostolus legē reprehēdere, quid agimus ex eo quod dicit, Condelector.n.legi dei s̄m interiorem hominem? hoc.n.dicēs, legem utiq; laudat. Quod cum illi audiunt, respondent, hoc loco Apostolū de alia lege dicere.i.lege Christi, non de illa quæ data est Iudæis. Quærimus ergo ab eis, de qua lege dicat, Lex aūt sub intrauit ut abūdaret delictū. Respōdēt, de illa proculdubio, quā Iudæi acceperūt. Vide ergo utrū ipsa sit de qua dicitur, Occasione accepta peccatū per mandatū, operatū est in me oēm concupiscentiā. Quid est.n.aliud, operatum est in me omnem concupiscentiā: quā id quod ibi est, Vt abundaret delictum? Vide quoque, G
Vtrum consonet etiam illa sententia, Vt fiat supra modū peccator aut peccatum ꝑ mandatum: hoc est.n. Vt fiat supra modū peccatum, quod est, Vt abundaret peccatum. Si igitur ostenderimus bonum esse mandatū, vnde occasione accepta peccatum operatū est oēm concupiscentiā ut fieret supra modum: simul ostendemus bonā esse legē quæ subintrauit ut abundaret delictum.i. ut operaretur peccatum oēm concupiscentiā, & fieret supra modū. Audiant ergo eundē Apostolū Rom.7.
dicentē, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Hoc inquiunt, de lege Christi dictum est: hoc est, de lege gratiæ. Respondeāt itaq; de qua intelligant illud quod sequitur, Sed ego peccatū non cognoui, nisi per legē: Nā concupiscentiā nesciebam, nisi lex diceret, Nō concupisces. Occasione aūt accepta, peccatū per mandatū operatū est in me oēm concupiscentiā. Ecce uerborū ipsa cōtextio satis indicat de qua lege dixerit, Lex peccatū est. Absit, de illa.s. per cuius mādatū occasio fuit peccato, ut operaretur oēm concupiscētiam. De illa ergo quæ subintrauit ut abundaret delictum, q̄ putant illi malā. Sed quid H
apertius q̄ id quod paulopost ait. Itaque lex q̄dē sancta & mandatū sanctū & iustū & bonū: Hoc rursus dicunt nō de illa lege quæ iudæis data est, sed de Euangelio dictū est Manichæorū, est.n.tam instabiliter cæca ista ꝑuersitas: Non.n.attendunt quod apertissimū & manifestissimū sequit̄: Quod ergo bonū est, mihi factū est mors? Absit. Sed pc̄tm̄, ut appareat peccatū, per bonū mihi operatū est mortē, ut fiat supra modū peccator aut peccatū per mandatū. Hoc est per mandatū sanctum & iustum & bonum, quod tamen subintrauit ut abundaret pecccatum: hoc est, ut 1.Co.3.
fieret supra modum peccatum. Cur ergo ministratio mortis dicitur, si bona est lex? Quia peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Nec mire-

ris cum de ipsa prædicatione Euãgelij dictũ
sit,Xp̃i odor bonus sumus deo,in ijs qui sal-
2.Co.2. ui fiunt,& in ijs q̃ pereunt.Alijs quidẽ odor
uitę in uitã,aliis autẽ odor mortis in mortẽ.
Ad Iudæos .n. dicta est lex ministratio mor-
tis,ad quos & in lapide scripta est ad eorum
duritiã figurandã,nõ ad eos qui legẽ per cha
I ritatẽ implent. Plenitudo.n.legis, charitas.
Ro. 13. Ipsa.n.lex quę in literis est figurata lapideis,
Deut. 5. dicit:Non adulterabis,nõ homicidiũ facies,
non furaberis,nõ concupisces, &c. Quã le-
gẽ dicit Apostolus impleri per charitatẽ, ita
loquens, Qui.n.diligit proximũ,legẽ imple
uit. Nã non adulterabis, non homicidiũ fa-
cies,non furaberis, non cõcupisces: & si qđ
est aliud mandatum,in hoc sermone recapi-
tulatur.Diliges proximũ tuum tanquã teip-
Cor.5. sum:q̃a & hoc in eadẽ lege scriptũ est. Cur
virtus peccati lex,si lex bona est?Quia pc̃m
Rom.7. per bonũ operatũ est mortẽ,ut fiat supra mo
dum,hoc est maiores vires ex præuaricatio-
ne concipiat.Cur mortui sumus legi p̃ cor-
pus Xp̃i,si bona est lex? Quia mortui sumus
a.l. damnanti. legi* dominanti liberati ab eo affectu quem
lex punit & damnat. Vsitatius.n.vocatur lex
qñ * minatur,& terret & vindicat. Itaq; idẽ
a.l.dominatur. præceptũ timentibus lex est,amantib.gratia
est.Inde est illud in Euangelio. Lex p̃ Moy-
sen data est,gratia & veritas per Iesum Chri
Ioan. 1. stũ facta est. Eadẽ quippe lex quæ per Moy-
sen data est,vt forma daretur,gratia & ueri-
tas per Iesum Xp̃m facta est, ut impleretur.
Sic ergo dictum est,Mortui estis legi:ac si di
k ceretur,Mortui estis supplicio legis per cor-
pus Xp̃i, per quod sunt delicta donata, quæ
legitimo supplicio constringebant. Cur pas
siones peccatorũ quę per legẽ sunt,operabã
tur in mẽbris nostris vt fructificarẽt morti,
Rom.7. si lex bona est? Quia illas hic voluit intelligi
peccatorũ passiones,de quib.iam sæpe dictũ
est:Augumentũ concupiscentiæ,de prohibi
tione:& reatum pœnæ, de præuaricatione:
hoc est,quia per bonũ operatũ est mortẽ, vt
fiat supra modum peccator,aut peccatũ per
mandatũ.Cur liberati sumus a lege mortis,
in qua detinebamur,ita ut seruiamus in no-
uitate spiritus & nõ in vetustate literæ, si lex
bona est? Quoniam lex litera est eis qui non
eã implent per spiritũ charitatis,quò p̃tinet
testm̃ nouum. Itaq; mortui peccato liberan
tur a litera, qua detinentur rei qui non im-
plent quod scriptũ est.Lex.n.quid aliud q̃ so
la litera est eis qui eã legere nouerunt,& im
plere non possunt? Non.n.ignoratur ab eis
quibus conscripta est, sed qm̃ intantum no-
ta est,inquantum scripta legitur, non inquã
tum dilecta perficitur, nihil est aliud talibus
nisi litera, quæ litera non est adiutrix legen-
tium,sed testis peccantium. Ab eius ergo do
minatione liberantur, qui per spiritũ inno- L
uantur ut iam non sint obligati literæ ad pę
nam sed intellectui per iustitiã copulati. In-
de est & illud, Litera occidit,spiritus aũt ui-
uificat. Lex.n.tantummodo lecta & non in-
tellecta vel non impleta, vtiq; occidit, tunc *2.Co.3.*
.n.appellatur litera. Spiritus autem uiuificat
quia plenitudo legis est charitas,quę fusa est *Rom. 1*
in cordibus nostris p̃ spiritumsanctum, qui *Rom. 5*
datus est nobis. *Quæst. secunda.*

Sed iã ut arbitror tempus est ad aliã tran-
sire q̃onem,q̃ sic proposuisti,ut ab eo q̃ scri
ptum est: Non solum aũt illa,sed & Rebec-
ca ex uno concubitu habens Isaac patris no *Rom.9.*
stri: Cum.n.nõdum nati essent,neq; aliquid
egissent bonum aut malum: vsq; ad id quod
scriptũ est. Nisi dñs Sabaoth reliquisset no-
bis semen,sicut Sodoma facti essemus, & si-
cut Gomorra similes fuissemus:tota ipsa cõ
textio disseratur,& profecto est latebrosior.
Sed certe qualẽ te erga me noui iubere mihi
ut aperirem,ista nõ possem,nisi a dño depre
careris ut possem. Quo adiutorio fidentior
factus,aggredior.Et primo intentionẽ Apo-
li quæ per totam epistolam uiget, tenebo q̃
consulam.Hęc est aũt,ut de operum meritis
nemo glorietur de quibus audebant Israeli- M
tæ gloriari, quòd datæ sibi legi seruissent, &
ex hoc Euangelicam gratiã tanquã debitam
meritis suis percepissent,quia legi seruiebãt
unde nolebant eandẽ gratiam dari gentibus
tanquam indignis,nisi Iudaica sacramẽta su
sciperent. Quæ orta quæstio, in Apostolorũ
actibus soluitur: Non enim intelligebant, *Act. 15.*
quia eoipso quòd gratia est Euangelica, ope *Ro.11.*
ribus non debetur:Alioquin gratia iam non
est gratia. Et multis locis hoc sæpe testatur fi
des,gratiam præponens operibus,nõ ut ope
ra extinguat, sed ut ostendat non esse ope-
ra præcedentia gratiam, sed consequentia:
ut scilicet non se quis arbitretur ideo perce-
pisse

pisse gratiam,quia bene operatus est,sed be-
ne operari nõ posse , nisi per fidẽ perceperit
gratiã.Incipit ãt hõ percipere gratiã, ex quo
incipit Deo credere , vel interna uel exter-
na admonitione motus ad fidẽ . Sed interest
quib. articulis tẽporũ uel celebratione sacra
mentorũ gratia plenior & euidentior infun
datur.Non.n.catechumeni non credũt , aut
vero Cornelius nõ credebat Deo cum elee-
Act. 10. mosinis & orationibus dignum se præberet
cui angelus mitteretur:sed nullo mõ ista ope
raretur nisi ante credidisset . Nullo mõ autẽ
A credidisset , nisi uel secretis per uisa mentis
aut spũs, vel manifestioribus per sensus cor
poris admonitionibus vocaretur. Sed in qui
busdã tãta est gratia fidei , quãta non sufficit
ad obtinẽdũ regnũ cœlorũ, sicut in catechu
menis,sicut in Cornelio antequã sacramẽto
rũ participatione incorporaretur Ecclesiæ.
In quibusdã uero tãta est ut iã corpori Chri
1. Co. 3. sti & sancto Dei tẽplo deputẽtur . Tẽplũ .n.
Ioan. 3. Dei sanctũ est,inqt Apostolus,qđ estis uos .
Et ipse dñs:Nisi qs renatus fuerit ex aqua &
spũsancto,non intrabit in regnum cœlorũ .
Fiũt ergo inchoationes quædã fidei,cõceptio
nibus similes,non tñ solum concipi,sed etiã
nasci opus est vt ad vitã perueniatur ęternã.
Nihil horũ tñ sine gratia misericordię Dei ,
quia & opera siqua sunt bona , consequũtur
ut dictũ est,illã gratiã,non præcedunt. Quã
rem persuadere Apostolus uolens , qa sicut
Ephe. 2. alio loco dicit , Gratia .n. Dei salui facti su-
mus,& nõ ex nobis, sed Dei donũ est,nõ ex
operib. ne forte quis extollatur.de his q nõ-
dũ nati erãt, documentum dedit. Nemo .n.
posset dicere,q operib. promeruerat Deum
B Iacob nondũ natus, vt diuinitus diceret, Et
Rom. 9. maior seruiet minori.Ergo non solũ,inquit,
Gen.18. Isaac promissus est,cũ dictũ est,Ad hoc tem
pus veniã,& erit Saræ filius: qui utiq; nullis
operib. promeruerat Deũ ut nasciturus pro
mitteretur, ut in Isaac vocaretur semẽ Abra
hæ , idest illi pertinerent ad sortem sanctorũ
quæ in Christo est, qui se intelligerent filios
promissionis , non superbientes de meritis
suis,sed gratiæ vocationis deputantes q co-
hæredes essent Christi. Cum.n.promissũ est
vt essent , nihil vtiq; meruerant qui nõdum
erãt : sed & Rebecca ex vno concubitu ha-
bẽs Isaac patris nñi. Vigilãtissime ait, Ex vno
cõcubitu:gemini.n.cõcepti erant, ne uel pa
ternis meritis tribueretur,si quisquã forte di
ceret,iõ talis natus est filius,qa pater ita erat
affectus illo tp̃e quo eũ seuit ĩ utero matris:
aut ita erat mater affecta cũ eum cõcepit.Si-
mul.n.ambos uno tp̃e ille seuit,eodẽ tp̃e il-
la cõcepit. Ad hoc cõmendandũ ait, Ex vno
cõcubitu: vt nec astrologis daret locum,vel
eis potius quos genethliacos appellauerũt,
qui de natalib. nascẽtiũ mores & euẽta cõie
ctant.Quid.n.dicãt, cur una cõceptione sub C
vno vtiq; tẽporis pũcto,eadem dispositione
cęli & syderum,vt diuersa singulis annotari
oĩno nõ posset , tãta in illis geminis diuersi-
tas fuerit,prorsus nõ inueniunt,& facile ani
maduertunt si volunt,rñsa illa q miseris vẽ-
ditãt,nullius artis expositione sed fortuita su
spitione proferri . Sed vt de re q agitur poti⁹
loquamur,ad frãgendã atq; deijciẽdã super-
biã hominum ingratorũ gratiæ Dei , & au-
dientiũ gloriari de meritis suis ista cõmemo
rantur.Cum.n. nõdum nati fuissent neq; ali Rom. 9.
quid egissent bonũ aut malũ, non ex operi- Gen. 25.
bus,sed ex uocãte dictum est ei , quia maior
seruiet minori. Vocantis est ergo gratia,pci
pientis uero gratiã consequenter sunt opera
bona,non quæ gratiã pariãt,sed q gratia pa-
riãtur. Nõ.n.vt ferueat calefacit ignis,sed qa
feruet.Nec iõ bene currit rota vt rotũda sit ,
sed quia rotunda est: sic nemo propterea bñ
operatur,ut accipiat gratiam, sed quia acce-
pit.Qũo.n.põt iuste viuere qui nõ fuerit iu-
stificatus?Qũo sancte viuere,qui non fuerit
sanctificatus ? Vel omnino viuere,qui non
fuerit uiuificatus ? Iustificat autem gratia,ut D
iustificatus possit uiuere iuste.Prima est igi-
tur gratia,secunda opera bona,sicut alio lo- Ro. 14.
co dicit,Ei autem qui operatur,merces non
imputatur s̃m gratiam,sed secundum debi-
tum : sicut illa immortalitas post opera bo-
na, si tamen uel ipsa ex debito poscitur . Sed 2. Ti. 4
idem ait, Bonum certamen certaui, cursum
cõsummaui,fidẽ seruaui, de cætero superest
mihi corona iustitiæ quam reddet mihi dñs
in illa die iustus iudex . Forte .n. quia dixit , Ephe. 4.
reddet:iam fit ex debito:cum vero ascendẽs
in altum captiuauit captiuitatem,non reddi
dit sed dedit dona hominibus . Vnde enim
ipse Apostolus tanquã debitũ reddi sibi præ
sumeret , nisi prius indebitam gratiam per-

cepisset, qua iustificatus bonū agonē certa-
ret?Fuit.n.blasphemus & ꝑsecutor, & iniu
riosus,sed misericordiā cōsequutus est,ut ip
1. Ti. 1. se testatur : credēs utiq; in eū qui iustificat,
non pium sed impium,ut iustificando pium
faciat.Non ex operibus,inquit,sed ex uocan
Rom. 4. te dictum est ei,Quia maior seruiet minori.
Rom. 9. Ad hoc pertinet,quod ait,Cū.n. necdum na
ti fuissent, neq; aliquid egissent bonum aut
malū,ut posset dici,Non ex operibus,sed ex
vocante.Vñ occurrit animo quærere,cur di
xerit,Vt ẜm electionem propositum dei ma
E neret.Qūo est.n.iusta, aut qualiscūq; omni-
no electio ubi nulla distantia est? Si .n. nullo
merito electus est Iacob nōdum natus & ni
hil operatus, nec omnino eligi potuit nulla
existente dñia qua eligeretur.Itē si nullo me
rito improbatus est Esau,quia & ipse nondū
natus,& nihil operatus erat,cum diceretur,
Et maior seruiet minori: qūo eius improba-
tio iusta dici pōt?Qua ergo discretione,quo
æquitatis examine quod sequitur intelligi-
mus Iacob dilexi, Esau autem odio habui?
Mala. 1. Quod quidem scriptum est in Propheta, q
longe posterior prophetauit quā illi nati &
mortui sunt: sed tñ illa sententia vr̄ comme
morata qua dictum est,Et maior seruiet mi-
nori: antequā nati & aliquid operati essent.
Vñ igitur ista electio,uel qualis electio si nō
dum natis, nondumq; aliquid operatis nul-
la sunt momēta meritorū?An forte sunt ali-
qua naturarū?Quis hoc intelligat,ex uno pa
tre,& ex una matre, & ex uno cōcubitu, &
ex uno creatore? An quēadmodū ex eadem
terra idē creator produxit diuersa animātiū
F atq; gignētium genera, ita ex eodē hominū
cōiugio atq; complexu produxit in geminis
diuersam prolē, unā quā diligeret, alteram
quā odisset? Nulla ergo electio est antequā
esset quod eligeretur. Si .n. bonus factus est
1. Retra Iacob ut placeret, uñ placuit antequam fie-
cta.c. 22. ret ut bonus fieret? Non itaq; electus est ut
&c. fieret bonus, sed bonus factus eligi potuit.
1. sen. di. An ideo ẜm electionem,qua omniū deus ꝑ-
41. cap. scius etiam futuram fidē uidit in Iacob non
opinari. dum nato, ut quāuis nō ex operib. suis iusti
Gala. 3. ficari quisq; mereatur, qñquidē bñ operari
nisi iustificatus nō pōt, tñ quia ex fide iustifi
cat gētes Deus, nec credit aliquis nisi libera
uoluntate, hanc ipsam fidei uoluntatem fu-
turā præuidens Deus, etiam nōdum natum
præscientia * qua iustificaret elegerit? Si igi- a. l. quē
tur electio per præscientiā,præsciuit āt deus iustificet
fidem Iacob,uñ probas quia iam nō ex ope- eligat?
rib. elegit eum?sed propterea quia nondum
nati erāt, & nondum aliquid egerant bonū
seu malum,ita etiam nondum crediderat ali G
quis eorum.Sed sicut præscientia uidit credi
turum,ita præscientia uidere poterat opera-
turum, ut qūo dicitur electus ꝑꝑ fidē futu-
ram quam præsciebat deus,sic alius possit di
cere, ꝑꝑ futura opera potius electum, q̄ ni-
hilominus præsciebat deus.Qua ꝑꝑ uñ ostē
dit Apostolus, non ex operibus dictum esse,
Maior seruiet minori?sed qm̄ nōdū nati erāt
non solum non ex operibus, sed nec ex fide
dictū est,quia utrunq; deerat nōdū natis.Nō
igitur ex præscientia uoluit intelligi factam
electionē minoris ut maior ei seruiret. Vo-
lens.n.ostēdere non ex operibus factam,pro-
pterea intulit dicens.Cum.n.nōdū nati fuis-
sent, neq; aliquid egissent bonum seu malū.
Alioquin poterat ei dici, sed iā sciebat deus,
quis quid esset acturus.Quamobrem uñ illa
electio facta sit quæritur, quia si nō ex operi
bus,quæ nō erant in nōdum natis, nec ex fi
de quia nec ipsa erat.Vñ igitur?An dicendū
est ꝙ nulla electio fuerit, non existente ali-
qua diuersitate in utero matris uel fidei uel
operū, uel quorūlibet omnino meritorum?
Sed dictum est, Vt ẜm electionē propositū Rom. 9.
Dei maneret.Et iō quærimus,quia dictū est:
nisi forte sic est distinguenda sententia, non
ut intelligamus tāquā iō non ex operibus,
sed ex uocāte dictū est,Maior seruiet mino-
ri:ut ẜm electionem propositum dei mane-
ret:sed ita potius, ut hoc de nondū natis &
nondū aliquid operatis exemplum datū ac-
cipiatur, ne aliqua electio hic possit intelli-
gi.Cum.n.nondum nati essent,neq; aliquid
egissent, siue bonum siue malū, ut ẜm ele-
ctionem propositum Dei maneret,id est,ne
que aliquid egissent bonū aut malū, ut ꝑꝑ
ipsam actionem electio aliqua fieret eius q
bene egerat.Cum ergo nulla esset electio be
ne agentis,ẜm quam maneret propositū dei
non ex operibus sed ex uocante,id est,ex eo
qui uocando ad fidē gratia iustificat impiū,
dictum est, & quia maior seruiet minori.
Non ergo secūdū electionem propositū dei
maneret,

manet, ſed ex propoſito electio, i.non quia
inuenit Deus opera bona in hoībus quę eli-
gat: ideo manet propoſitū iuſtificationis ip-
ſius: ſed quia illuc manet vt iuſtificet creden
I tes, ideo inuenit opera, quæ iam eligat ad re-
Rom.8. gnū cęlorū. Nā niſi eſſet electio, nō eſſent ele
cti, nec recte diceret, Quis accuſabit aduer-
ſus electos Dei? Non tñ electio pręcedit iu-
ſtificationē, ſed electionē iuſtificatio. Nemo
enim eligit niſi iam diſtās ab illo qui reijcit.
Ephe.2. Vnde quod dictū eſt, Quia elegit nos Deus
ante mūdi cōſtitutionē: nō video quō ſit di-
Rom.9. ctum, niſi preſcientia. Hic aūt qđ ait, Nō ex
operibus, ſed ex vocāte dictū eſt ei, q̃a maior
ſeruiet minori: non electione meritorū, quæ
poſt iuſtificationē gratiæ proueniunt, ſed li-
Ephe.1. beralitate donorū Dei voluit intelligi, ne q̃s
de operibus extollatur. Gratia.n. Dei ſalui fa
cti ſumus: & hoc nō ex operibus, ſed Dei do
nū eſt: nō ex operibus, ne forte q̃s extollatur.
In lib. de Quęritur aūt, vtrum vel fides mereatur hoīs
perſeuerantia. iuſtificationē, an vero nec fidei merita pręce
dāt miſericordiam Dei, ſed & fides ipſa inter
Ca. 59. dona gratię numeretur: q̃a & hoc loco cū di
& 71. xiſſet, Non ex operib. nō ait, ſed ex fide dictū
eſt ei, quia maior ſeruiet minori: Ait aūt, ſed
k ex vocāte, Nemo.n. credit qui non uocatur.
Miſericors aūt Deus vocat, nullis hoc uel fi-
dei meritis largiens, q̃a merita fidei ſequun-
Ro.10. tur uocationē potius q̃ præcedāt. Qūo.n. cre
dent ei quē nō audierunt? Et qūo audiēt ſine
prędicāte? Niſi ergo uocādo pręcedat miſeri
cordia Dei, nec credere quiſquam pōt, vt ex
hoc incipiat iuſtificari & accipiat facultatem
bene operādi. Ergo ante oē meritū eſt gratia,
Rom.5. Etenim Xp̄s pro impijs mortuus eſt. Ex vo-
cāte igitur minor accepit, nō ex illis meritis
operū ſuorū, ut maior ei ſeruiret, ut ēt quod
ſcriptū eſt, Iacob dilexi: ex uocante ſit Deo,
Rom.9. nō ex operante Iacob. Quid deinde Eſau ꝙ
Mala.1. ſeruit minori, & ꝙ ſcriptū eſt, Eſau aūt odio
habui: quibus malis ſuis hoc meruit, cum &
ipſe nondū natus fuiſſet, neq; aliquid egiſſet
boni aut mali qñ dictū eſt, Et maior ſeruiet
minori? An forte quemadmodū illud de Ia-
cob nullis meritis bonæ actionis dictum eſt,
Ita Eſau nullis meritis malæ actionis odio-
ſus? Si.n. q̃a pręſciebat Deus futura eius ope-
ra mala, propterea eū pręGdeſtinauit vt ſerui-
ret minori, propterea pręGdeſtinauit & Iacob
ut ei maior ſeruiret q̃a futura eius bona opa
pręſciebat, & falſum eſt iā qđ ait, Nō ex ope
ribus. Si aūt uerū eſt, ꝙ nō ex operib. & inde
hoc probat, q̃a de nondū natis nōdumq; ali- L
quid operatis hoc dictū eſt; unde nec ex fide,
quæ in nondū natis ſimiliter nōdū erat, quo
merito Eſau odio haberetur antequā naſce-
retur. Quod.n. fecit deus ea q̃ diligeret, nulla
quæſtio eſt. Si aūt dicamus eū feciſſe q̃ odiſ-
ſet, abſurdū eſt, occurrēte alia ſcriptura & di
cēte, Neq;.n. odio hebēs aliquid cōſtituiſſes, *Sap.11.*
& nihil odiſti horū quę feciſti. Quo.n. me-
rito ſol factus eſt ſol: aut quid offendit luna
ut tanto illo eſſet inferior? vel q̃d promeruit
ut ſyderibus cęteris tanto clarior crearetur?
Sed hæc oīa bona creata ſunt queq; in gene-
re ſuo. Non.n. diceret Deus, Solē dilexi, lunā
aūt odio habui: aut, Lunā dilexi, ſtellas autē
odio habui, ſicut dixit, Iacob dilexi, Eſau aūt *Rom.9.*
odio habui: ſed illa oīa dilexit, quāuis excel- *Mala.1.*
lentiæ diuerſis gradibus ordinata, qm̄ uidit
Deus q̃a bona ſunt, cū dicto eius ſunt inſti-
tuta: ut aūt odiſſet Eſau, niſi iniuſtitiæ meri-
to, iniuſtū eſt. Qđ ſi cōcedimus, incipit & Ia
cob iuſtitiæ merito diligi. Qđ ſi uerū eſt, fal-
ſum eſt, qđ non ex operibus. An forte ex iu-
ſtitia fidei? Quid ergo te adiuuat? Cū.n. non- M
dū nati fuiſſent, quādoquidē in nondū nato
nec iuſtitia fidei poterat eſſe. Vidit itaq; Apo
ſtolus quid ex his verbis poſſet aīo audientis
uel legētis occurrere, ſtatimq; ſubiecit, Quid *Rom.9.*
ergo dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud
Deū? Abſit. Et quaſi docens qūo abſit. Moyſi
enim dicit, inquit, Miſerebor cui miſertus *Exo.33.*
ero, & miſericordiam pręſtabo cui miſertus
fuero. Quibus verbis ſoluit quæſtionē, an po
tius arctius colligauit? Idipſum eſt.n. qđ ma-
xime mouet: ſi miſeret cui miſertus erit, &
miſericordiā præſtabit cui miſericors fuerit,
cur hæc miſericordia defuit Eſau, ut ēt ipſe
per illā eſſet bonus, queadmodū per illā bo-
nus factus eſt Iacob? An ideo dictū eſt Miſe-
rebor, cui miſertus ero, & miſericordiā prę-
ſtabo, cui miſericors fuero, q̃a cui miſertus
erit Deus ut eū uocet, miſericors miſerebi-
tur eius ut credat: & cui miſericors fuerit ut
credat miſericordiā p̄ſtabit, hoc eſt faciet eū
miſericordem ut ēt bene operetur? Vnde ad-
monemur, nec ipſis op̄ib. miſericordię queq̃
oportere gloriari & extolli, ꝙ eis quaſi ſuis

Deum promeruerit: q̃quidem vt haberet ipsam misericordiam ille præstitit qui misericordiam præstabit cui misericors fuerit. Quòd si eã credendo se meruisse quis iactitat, nouerit eum sibi præstitisse vt crederet, qui miseretur inspirãdo fidé, cuius misertus

1. Cor. 4. est, vt adhuc in fideli vocationẽ impertiret. Iam.n.discernitur fidelis ab impio. Quid.n. habes, inquit, qđ nõ accepisti? Si aũt accepi-

A sti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Recte quidé hoc. Sed cur hæc misericordia subtracta est ab Esau vt nõ sic vocaret, vt & vocato inspiraretur fides, & credẽs misericors fieret vt bene operaretur? An forte q̃a noluit? Si ergo Iacob ideo credidit q̃a voluit, non ei Deus donauit fidẽ, sed eam sibijpse volendo prȩstitit, & habuit aliquid qđ nõ accepit. An quia nemo põt credere nisi velit, nemo velle nisi vocet, nemo aũt sibi põt prȩstare vt vocetur, uocando Deus prȩstat & fidem: quia sine vocatione nõ põt quisquã credere q̃uis

Rom. 10. nullus credat inuitus. Q̃uo.n.credent ei quẽ nõ audierũt? Aut q̃uo audient sine p̃dicante? Nemo itaq; credit nõ vocatus, sed nõ oĩs cre

Mat. 20. dit vocatus. Multi.n.sunt vocati, pauci uero electi. Vtiq; ij qui vocantẽ nõ contẽpserunt,

Rom. 9. sed credendo secuti sunt, volẽtes aũt sine dubio crediderunt. Quid est ergo qđ sequitur, Igitur nõ volẽtis neq; currẽtis, sed miserẽtis est Dei? An quia nec velle possumus nisi vocati, & nihil valet velle nostrũ, nisi vt perficiamus adiuuet deus? Opus est ergo velle &

Luc. 2. currere. Non n.frustra diceretur, Et in terra

1. Cor. 9. pax hoĩbus bonæ voluntatis. Et sic currite vt

B cõprehendatis. Non tñ volentis neq; curren tis, sed miserẽtis est Dei, vt qđ volumus adipiscamur, & quò volumus perueniamus. Noluit ergo Esau & nõ cucurrit, sed etsi voluisset & cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset, qui ei ẽt velle & currere vocando præstaret, nisi vocatione contẽpta reprobus fieret. Aliter.n.Deus prȩstat vt velimus, aliter præstat qđ voluerimus. Vt velimus.n.& suũ esse voluit & nostrũ, suũ vocando, nostrũ sequẽdo, Qđ aũt voluerimus solus præstat.i.posse bene agere, & sem p̃ beate viuere. Veruntamẽ Esau nõdum natus, nihil horum posset velle seu nolle. Cur ergo in vtero positus improbatus est? Reditur.n.ad illas difficultates, nõ solũ sua obscuritate, sed ẽt nostra tam multa repetione molestiores. Cur.n.est improbatus Esau nondũ natus, qui nec credere poterat vocãti, nec contẽnere vocationẽ, nec boni vel mali aliquid operari sine præscientia

Dei futuræ malæ voluntatis eius? Cur nõ & *Si præscientia de futuræ malæ volũtatis eius cur &*

Iacob præsciẽtia Dei approbatus est futuræ bonæ volũtatis eius? Qđ si semel cõcesseris, potuisse quẽquã vel approbari vel improbari ex eo qđ nõdũ in illo erat, sed q̃a Deus futurum esse prȩsciebat, conficitur eũ potuisse ẽt ex operibus approbari, q̃ in illo Deus fu-

C tura esse prȩsciebat, q̃uis nõdum esset aliq̃d *Rom. 9.*

operatus: & oĩno te nihil adiuuabit q̃ nõdũ nati erant, cũ dictũ esset, Et maior seruiet minori: ut hinc oñdas nõ ex operib. dictũ, quia nondum quicquã erat operatus. Illa ẽt verba si diligẽter attẽdas, Igitur nõ est uolẽtis neq; currentis, sed miserẽtis est Dei, nõ hoc Apostolus propterea tñ dixisse uidebitur q̃ adiu torio Dei ad id qđ uolumus perueniamus, sed ẽt ex illa intẽtione qua & alio loco dicit, Cũ timore & tremore uestrã ipsorũ salutem operamini, Deus.n.est qui operaẽ in nobis, *Phil. 2.*

& uelle & operari pro bona uolũtate. Vbi satis oñdit etiam ipsam bonã uoluntatẽ in nobis operante Deo fieri, Nam si propterea solum dictũ est, Non uolentis neq; currentis, *2. sen. di. 26. c. uoluntatẽ.*

sed miserẽtis est Dei: quia uoluntas hoĩs sola non sufficit ut iuste recteq; uiuamus, nisi adiuuemur misericordia Dei: põt & hoc modo dici, Igitur nõ miserentis est Dei, sed uolentis est hoĩs: quia misericordia Dei sola nõ sufficit, nisi cõsensus nostrȩ uolũtatis addatur. At illud manifestum est, frustra nos uelle

D nisi Deus misereatur. Illud aũt nescio q̃uo dicatur, frustra Deũ misereri nisi nos uelimus. Si.n.Deus miseretur, ẽt uolumus: ad eãdem quippe misericordiam pertinet ut uelimus. *Phil. 2.*

Deus.n.est qui operatur in nobis & uelle & op̃ari pro bona uolũtate. Nã si q̃ramus, utrũ Dei donũ sit uoluntas bona, mirũ si negare quisquã audeat. At.n.q̃a nõ prȩcedit uoluntas bona uocationẽ, sed uocatio bonã uolun tatẽ, p̃ p̃a uocanti Deo recte tribuiẽ q̃ bene uolumus, nobis uero tribui nõ põt qđ uocamur. Nõ igiẽ ideo dictũ est putandũ, nõ uolentis neq; currẽtis, sed miserẽtis est Dei, q̃a nisi eius adiutorio nõ possumus adipisci qđ uolumus, sed iõ potius, q̃a nisi eius uocatione nõ uolumus. Sed si uocatio ista ita est effe

ctrix

ctrix bonæ uoluntatis, ut omnis eã uocatus
sequatur, quõ uerũ erit, Multi uocati, pauci
Mat. 20. electi? Q̄d si uerũ est, & nõ ꝯñter uocationi
vocatus obtẽperat, atq; ut obtẽperet in eius
est positũ uoluntate, recte ẽt dici põt. Igitur
Rom. 9. nõ miserentis Dei sed uolentis atq; currẽtis
est hoĩs: quia misericordia uocantis nõ suffi
cit, nisi uocati obedientia cõsequatur. An for
E te illi qui hoc mõ uocati nõ cõsentiunt, pos
sent alio mõ uocati accõmodare fidei uolũ
tatẽ, Vt & illud uerũ sit, Multi uocati, pauci
Mat. 10 electi: ut quãuis multi uno mõ uocati sint, ta
mẽ quia non oẽs uno mõ affecti sunt, illi so
li sequãtur uocationẽ, qui ei capiendæ repe-
riũtur idonei, & illud nõ minus uerũ sit, Igi
tur nõ uolẽtis neq; currẽtis sed miserẽtis est
dei, qui hoc mõ uocauit quõ aptũ erat eis q̃
secuti sunt uocationẽ? Ad alios ãt uocatio q̃
dẽ peruenit, sed q̃a talis fuit qua moueri nõ
possent, nec eã capere apti essent, uocati qui
dẽ dici potuerũt sed nõ electi, & nõ iã simi-
liter uerũ est, Igitur nõ miserẽtis dei, sed uo
lẽtis atq; currentis est hominis, q̃m nõ p̄ef
fectus misericordiæ dei esse in hominis po-
testate, ut frustra ille misereatur si hõ nolit,
q̃a si uellet ẽt ipsorũ misereri, posset ita uoca
re, quõ illis aptũ esset, ut & mouerẽtur & in
Mat. 20 telligerẽt & sequerẽtur. Verũ est ergo, Multi
uocati, pauci uero electi. Illi.n. electi qui cõ
gruenter uocati: Illi ãt qui nõ cõgruebãt ne-
que contemperabantur uocationi, nõ electi
Rom. 9. q̃a nõ secuti, quãuis uocati. Itẽ uerũ est, Nõ
F uolentis neq; currẽtis, sed miserentis est dei:
q̃a ẽt si multos vocet, eorũ tñ miseret̃ quos
ita uocat quõ eis uocari aptũ est ut sequant̃.
Rom. 9. Falsũ est ãt si q̃s dicit, Igr̃ nõ miserẽtis Dei,
sed uolẽtis atq; currentis est hoĩs: q̃a nullius
Deus frustra miseretur. Cuius ãt miseretur,
sic eũ vocat quõ scit ei cõgruere, vt vocantẽ
nõ respuat. Hic dicet aliquis, Cur ergo Esau
non sic est vocatus vt vellet obedire? Vide-
mus.n. alios aliter iisdem rebus demõstratis
vel significatis ad credendum moueri, Sicut
exempli gratia. Simeon in dñm nr̃m Iesum
Lucæ. 2. Xp̃m adhuc infantẽ paruulũ credidit, spũ ei
reuelãte cognoscens. Nathanael ad vnã sen
Ioan. 1. tẽtiã quã ab illo audiuit. Prius q̃ te Philippꝰ
vocaret, cũ esses sub arbore fici uidi te, rñdit,
Rabbi, tu es filius dei, tu es rex israel. Quod
tãto post quia cõfessus est Petrus meruit au-
dire, ꝙ beatus esset, ꝙ ei darentur claues re- Mat. 16.
gni cœlorũ, Miraculo facto in Chana Gali-
lææ, quod initium signorũ Iesu Ioãnes Euã Ioan. 2.
gelista cõmemorat, aqua in uinũ conuersa,
crediderunt in eũ discipuli eius: multos lo-
quendo inuitauit ad fidẽ, multi nec suscita-
tis mortuis crediderũt: de cruce atq; morte G
eius cõterriti ẽt discipuli titubarũt, & tñ la- Luc. 20.
tro tũc credidit, cũ eũ nõ præstantiorẽ uide- Ioan. 20.
ret in operibus, sed cõsortio crucis æqualẽ.
Vnus ẽt de numero discipulorũ post eius re
surrectionẽ, non tam uiuentibus membris
q̃ recentibus cicatricibus credidit. Multi ex
eorũ numero a quibus crucifixus est, qui ui Acto. 2.
dentes eum miracula facientẽ cõtemplerãt, & 4.
discipulis eũ prædicantibus & in noĩe eius
talia faciẽtibus crediderũt. Cũ ergo alius sic,
alius ãt sic moueatur ad fidẽ, eadẽq; res sępe
alio mõ dicta moueat, alio mõ dicta nõ mo-
ueat, aliumq; moueat, aliũ nõ moueat, quis
audeat dicere defuisse Deo modũ vocandi,
quo ẽt Esau ad eã fidẽ mẽtẽ applicaret uolũ-
tatemq; cõiũgeret, in qua Iacob iustificatus
est? Q̄d si tanta quoq; põt esse obstinatio uo
luntatis, vt ꝑ omnes modos vocationis ob-
durescat mẽtis auersio, quæritur ẽt utrũ de
diuina pœna sit ipsa duritia. Cũ.n. deus dese
rit, nõ sic uocãdo, quõ ad fidẽ moueri p̃t, q̃s
ẽt dicat modũ, quo ei persuaderetur ut cre-
deret, ẽt omnipotenti defuisse? Sed quid hoc
quærimus, cũ ipse subiungat Apostolus, Di-
cit.n. scriptura Pharaoni, quia ad hoc te ex-
citaui, ut ostendam in te potentiam meã, &
ut annuncietur nomen meũ in uniuersa ter
ra, Hoc autem subiecit Apostolus documen
tũ, quo probaret q̄d supra dixerat, Igit̃ non
volẽtis neq; currẽtis sed miserentis est Dei.
Tanquã.n. ei diceretur, Vñ hoc doces? Dicit Rom. 9.
.n. scriptura, inquit, Pharaoni, q̃a ad hoc te Exod. 9.
excitaui ut ostendã in te potentiã meã, & vt H
annuncietur nomen meũ in uniuersa terra.
Vtiq; hinc ostendit ꝙ non uolentis neq; cur
rentis sed miserentis est Dei: concluditque
ita, Ergo cuius uult miseretur, & quem vult
obdurat:, cũ superius non utrunq; dictũ sit.
Neq;.n. quõ dictũ est, Non uolẽtis neq; cur-
rẽtis, sed miserẽtis est dei: sic ẽt dictum est,
Non nolentis atq; cõtẽnentis, sed obduran-
tis est dei. Vnde datur intelligi q̄d infra utrũ
que posuit, Ergo cuius uult miseret̃, & quẽ

vult obdurat, ita ſentẽtiæ ſuperiori poſſe cõgruere ut obduratio Dei ſit nolle miſereri: ut non ab illo irrogetur aliq̃d quo ſit hõ deterior, ſed tm̃ quo ſit melior nõ eroget. Qđ ſi* ſit nulla diſtinctione meritorum, quis nõ erũpat in eã uocẽ quã ſibi ipſe obiecit Apoſtolus, Dicis itaq; mihi, q̃d adhuc conqueritur? Nã uoluntati eius q̃s reſiſtit? Conqueritᷣ .n. Deus ſæpe de hominibus, ſicut per innumerabiles apparet ſcripturarum locos ꝙ nolint credere & recte uiuere.

1. ſen. di. 41. ca. 1. Al. quod ſi fit vlla.

I

Vñ fideles & facientes uolũtatẽ Dei, cõuerſari dñr ſine querela, ꝙ de illis nõ queratur ſcriptura. Sed q̃d cõqueritur, ait: Nã uoluntati eius q̃s reſiſtit, qñ cuius uult miſeretur, & quẽ vult obdurat? Et tñ intueamur ſuperiora, & inde noſtrã quãtũ ipſe dñs adiuuat, ſentẽtiã dirigamus. Ait .n. pauloante, Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud deum? Abſit. Sit igr̃ hoc fixũ atq; immobile in mente ſobria pietate atq; ſtabili fide, ꝙ nulla eſt iniquitas apud deũ: atq; ita tenaciſsime firmiſsimeq; datur, idipſum ꝙ deus cuius uult miſeretᷣ, & quẽ uult obdurat: hoc eſt cuius uult miſeretur, & cuius uult nõ miſeretur, alicuius occultæ, atq; ab humano modulo inueſtigabilis æq̃tatis, q̃ & in ipſis reb. humanis terreniſq́ue ꝯctibus aĩaduertẽda eſt. In quib. niſi ſuꝑnæ iuſtitiæ q̃dam impreſſa ueſtigia teneremus, nũquã in ipſũ cubile ac penetrale ſanctiſsimũ atq; caſtiſsimũ ſpiritaliũ ꝓceptorũ, nr̃æ infirmitatis ſuſciperet atq; inhiaret intẽtio. Beati q̃ eſuriũt & ſitiũt iuſtitiã, qm̃ ipſi ſaturabũtur. In iſta igr̃ ſiccitate uitæ conditioniſq; mortalis, niſi aſpergeretur deſuper uelut tenuiſsima quædã aura iuſtitiæ, citius areſceremus qua ſitiremus. Quapꝑ cũ dando, & accipiẽdo inter ſe hoĩum ſocietas cõnectatur, dentur ãt & accipiantur debita uel non debita: quis nõ uideat iniquitatis argui neminẽ poſſe, qui qđ ſibi ur̃, exegerit: nec eũ certe, qui qđ ei debetur, donare uoluerit? Hoc ãt nõ eſt in eorũ qui debitores ſunt, ſed in eius cui debetur arbitrio. Hæc imago, vel vt ſupra dixi ueſtigium, negociis hominum de faſtigio ſummo æq̃tatis impreſſum eſt. Sunt igitur oẽs homines, qñquidem ut Apoſtolus ait, In Adã omnes moriuntur, a quo in uniuerſum genus humanum origo ducitᷣ offenſionis Dei, una q̃dã maſſa peccati, ſupplicĩũ debẽs diuinæ ſummæq; iuſtitiæ, qđ ſiue exigatur, ſiue donetur, nulla eſt iniq̃tas. A q̃bus ãt exigendũ, & quib. donãdũ ſit, ſuꝑbe iudicant debitores. Quemadmodũ conducti ad illã uineã iniuſte indignati ſunt, cũ tãtundẽ aliis donaretur, quãtum illis redderetur. Itaq; huius impudentiã q̃ſtionis ita retundit Apoſtolus, Hõ tu quis es, qui rñdeas Deo? Sic .n. rñdet Deo, cũ ei hoc diſplicet qđ de peccatorib. cõqueritur Deus: quaſi quenquã Deus peccare cogat, ſi tm̃modo quibuſdã peccãtibus miſericordiam iuſtificationis ſuæ nõ largiatur, & ob hoc dicatur obdurare peccãtes quoſdã, quia nõ eorũ miſeretur, nõ quia impellit, ut peccẽt: eorũ ãt nõ miſeretur, quibus miſericordiã nõ eſſe præbẽdã, æquitate occultiſsima & ab humanis ſenſib. remotiſsima iudicat. Inſcrutabilia .n. ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ ipſius. Conqueritur aũt iuſte de peccatoribus, tanquam de his quos peccare ipſe nõ cogit. Simul etiã ut hi quorũ miſeretur, hãc quoq; habeãt uocationẽ, ut dũ cõqueritur Deus de peccatoribus, cõpungantur corde, atq; ad eius gratiã cõuertãtur. Iuſte ergo cõqueritur, & miſericorditer. Sed ſi hoc mouet, ꝙ uoluntati eius nullus reſiſtit, quia cui uult, ſubuenit, & quẽ uult, deſerit: cũ & ille cui ſubuenit, & ille quem deſerit ex eadem maſſa ſint peccatorũ, & quãuis debeat vterq; ſuppliciũ, ab uno tñ exigatur, alteri donetur. Si hoc ergo mouet, Hõ tu quis es, qui rñdeas deo? Arbitror .n. ſub eadẽ ſignificatione poſitũ, qđ dictum eſt, hõ, ſub qua & illud dicitur, Nonne homines eſtis, & ſm hominẽ ambulatis? Ibi .n. carnales & animales notantur hoc nomine, quibus dicitur, Nõ potui loqui uobis quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, Et illud, Nõdũ .n. poteratis, ſed neq; adhuc poteſtis. Adhuc .n. eſtis carnales. Et illud, Animalis ãt hõ nõ percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. His ergo dicitur, Hõ tu quis es qui rñdeas Deo? Nunquid dicit figmentũ ei qui ſe finxit, quare me ſic feciſti? Aut nõ habet poteſtatẽ figulus luti, ex eadẽ cõſperſione facere, aliud quidẽ uas in honorem, aliud in contumeliam? Eoipſo fortaſſe ſatis oſtendit ſe homini carnali loq̃, quoniam hoc limus ipſe ſignificat unde primus homo formatus eſt. Et quia oẽs ut iam commemoraui, ſecundum eundem Apoſtolum

Conclusio quæstionis. — *Matt. 5.* (K) — *1. Co. 15.* — *1. ſen. di. 4. ca. his tamen.* — *Mat. 20.* — L — *Rom. 9.* — *1. ſen. 5. ca. cũ que prædestinatio. circa finem.* — *Ro. 11.* — *1. ſen. 41. c. tamen.* — *Rom. 9.* — M — *1. Cor. 3.* — *1. Co. 2.* — *Rom. 9.*

lum

Co.15. lum in Adam moriuntur, vnā dicit esse conspersionē omniū. Et quāuis aliud vas fiat in honorē, aliud in cōtumeliam, tñ & illud qđ fit in honorē, necesse est vt carnale esse incipiat, atq; inde in spiritalē consurgat ætatem. A Qñquidem iam in honorē facti erant, & in Christo iam nati erant. Sed tñ qm̄ paruulos adhuc alloquitur, ēt ipsos carnales appellat, dicens: Nō potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, Quasi paruulis in Cor.3. Christo lac uobis potū dedi, nō escā. Neq;.n. poteratis, sed neq; adhuc quidē potestis. Adhuc.n. estis carnales. Quanuis ergo carnales eos esse dicat, tñ ēt in Christo natos, & in illo paruulos, & lacte potandos. Et qđ adiungit, Nec adhuc quidē potestis: oñdit proficientes futurū esse vt possint, q̄a iam in eis spiritaliter renatis, gratia fuerat inchoata. Ergo iam vasa erant in honorē facta, quibus adhuc tñ recte diceretur, Homo tu quis es qui rñdeas Deo? Et si talibus recte dr̄, multo rectius eis qui vel nondū ita regenerati sunt, vel etiā in contumeliam facti. Illud tantūmodo inconcussa fide teneatur, ꝙ non sit iniquitas apud B Deū: qui siue donet, siue exigat debitū, nec ille à quo exigit, recte pōt de iniquitate eius cōqueri, nec ille cui donat, debet de suis meritis gloriari. Et ille.n. nisi qđ debetur, nō reddit: & ille nō habet, nisi qđ accepit. Sed enitendū est hoc loco si dñs adiuuet videre quēadmodū & illud verū sit qđ scriptū sit, Nihil Sap. 11. odisti eorū quæ fecisti: Et illud. Iacob dilexi, Rom.9. Esau autem odio habui. Si.n. propterea Esau Mala. 1. odio habuit, quia vas factū erat in contumeliam, & aliud vas in honorē, aliud in contumeliam idem figulus facit, qūo nihil odisti horum quæ fecisti? Ecce.n. odit Esau qđ uas 1.Ti. 4. ipse fecit in cōtumeliam. Qui nodus ita soluitur, vt intelligamus oīum creaturarū esse artificem Deum. Oīs aūt creatura Dei bona est, & oīs homo inquantum homo est, creatura est, nō inquantum peccator est. Est ergo creator Deus, & corporis & animi humani, Neutrum horum malū, & neutrū odit Deus. Peccatū. Nihil.n. odit eorū quæ fecit. Est aūt aīus prę-stantior corpore, Deus uero & animo & corpore, utriusq; effector & cōditor: nec odit in hoīe, nisi peccatū. Est aūt peccatū hoīs, inordinatio atq; peruersitas.i. à p̄stantiore conditore auersio, & ad condita inferiora conuersio. Non igit̄ odit Deus Esau hoīem, sed odit Deus Esau peccatorē; Sicut dr̄ de dño, In sua Ioan. 1. propria venit, & sui eū nō receperunt. Quibus item ipse dicit, Vos propterea nō audi- Ioan. 8. stis, quia non estis ex Deo. Qūo sui, qūo non C ex Deo? Nisi quia illud dictū est de hominibus, quos ipse dñs fecerat, illud de peccatoribus quos ipse dñs arguebat, ijdem tñ ipsi & homines peccatores, sed homines de conditione, peccatores propria volūtate. Cur ergo Rom. 5. Iacob dilexit, nūquid peccator non erat? Sed dilexit in eo nō culpam quā delebat, sed gratiam q̄ donabat. Nā & Christus pro impijs mortuus est, non tñ ut impij mortui permanerent, sed ut iustificati ab impietate conuerterentur, credētes in eū qui iustificat impiū. Odit.n. Deus impietatem. Itaq; in alijs eam Rom.4. punit per dānationem, in alijs adimit per iustificationē quēadmodum ipse iudicat esse faciendū illis iudicijs inscrutabilibus. Et ꝙ ex numero impiorū, quos nō iustificat, facit uasa in contumeliam, nō hoc in eis odit quod facit: quippe inquantū impij sunt, execrabiles sunt, inquantū aūt uasa fiunt, ad aliquem usum fiunt, ut per eorū ordinatas pęnas, vasa Sap. 11. quę fiunt in honorē, proficiant. Nō itaq; odit D Deus, nec inquantū hoīes sunt, nec inquantū uasa sunt.i. nec quod in eis fecit creando, nec quod in eis facit ordinādo, Nihil.n. odit eorū quæ fecit. Sed tñ ꝙ uasa eos fecit perditionis, ad vsum correctionis aliorum facit. Odit.n. in eis impietatē, quam ipse nō fecit. Sicut.n. iudex in homine odit furtū, sed non odit, qđ datur ad metallū, illud.n. fur, hoc iudex facit: ita deus ꝙ ex cōspersione impiorū facit uasa perditionis, nō odit qđ facit.i. opus ordinationis suæ, in pœna debita pereuntiū, in qua occasionē salutis illi quorū miseretur, inueniant. Sic Pharaoni dictū est, Adhoc te Rom.9. excitaui, ut oñdam in te potentiā meam, ut Exod.9. annuncietur nomen meū in uniuersa terra. Hęc demōstratio potentiæ Dei, & annunciatio noīs eius in uniuersa terra, prodest eis ut timeant, ut uias suas corrigant, q̄bus uocatio talis cōgruit. Sic cōsequenter dicit, Si aūt uo- Rom.9. lens Deus oñdere irā, & demōstrare potentiā suā, attulit in multa patiētia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionē: subauditur. Tu quis es, qui rñdeas Deo? Vt recurrente sñia ad uerba superiora, iste sit sensus. Si uolens

Deus oñdere iram, attulit vasa iræ, tu quis es
qui rñdeas Deo? Non aũt solum volens oñ-
dere iram, & demonstrare potentiam suam,
E attulit in multa patientia vasa iræ, quæ perfe
cta sunt in perditionẽ: sed ẽt qđ sequitur, vt
notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa mi-
sericordiæ. Quid.n.prodest vasis perfectis in
perditionẽ, ꝙ ea patienter Deus sustinet, vt
ordinanter disperdat, vtaturq; illis ad instrm̃
salutis aliorum quorum miseretur? Sed illis
vtiq; prodest, ad quorum salutẽ istis sic vtiẽ:
Psal. 57. vt sicut scriptũ est, Iustus manus lauet in san
guine peccatoris.i.mundetur ab operib.ma-
lis per timorẽ Dei, cum videt supplicia pec-
catorum. Quòd ergo volens Deus ostendere
iram, attulit vasa iræ, valet ad vtilẽ alijs præ-
standum timorẽ, & vt notas faceret diuitias
gloriæ suæ, in vasa misericordiæ, quę prępa-
rauit in gloriam. Etenim obduratio illa im-
piorum vtrũq; demonstrat: & quid timendũ
sit, vt quisq; pietate cõuertatur ad Deum: &
quantæ agẽdę sint gratiæ misericordiæ Dei,
qui in aliorum pœna quid alijs donet oñdit.
Si aũt illa quã de alijs exigit nõ est iusta poe-
na, nihil donat alijs à quibus eam nõ exigit.
Quia vero illa iusta est, & nulla est iniquitas
F apud vindicãtem Deum, quis sufficiat agere
gratias ei qui hoc remittit, quod si vellet exi
Rom. 5. gere, nemo se recte diceret nõ debere? Quos
& vocauit nos, inquit, nõ solũ ex Iudęis, sed
ẽt ex gentibus.i.vasa misericordiæ quę præ-
parauit in gloriam. Non.n.oẽs Iudęos, sed
ex Iudæis, nec oẽs omnino hoĩes gentiũ, sed
ex gẽtibus. Vna est.n.ex Adam massa pecca-
torum & impiorũ, in qua & Iudęi & gentes
remota gratia Dei ad vnã pertinent cõsper-
sionem. Si.n.figulus luti ex eadẽ cõspersione
facit aliud vas in honorẽ, aliud vas in contu
meliam: manifestũ est aũt ꝙ ex Iudæis sunt
alia vasa in honorẽ, alia in contumeliã, sicut
ex gentibus: sequitur vt ad vnã conspersio-
nem oẽs pertinere intelligãtur. Deinde inci-
pit reddere attestationes * Prophetæ singulis
al. pro- generibus, cõuerso ordine. Prius.n.dixit cõ-
phetiæ. uersos ex Iudęis, posterius ex gẽtibus. Prius
Rom. 9. autẽ reddit testimoniũ pro gentibus, deinde
Osee. 1. pro Iudęis, Etenim sicut Oseæ dicit, Vocabo
1. Pet. 2. nõ plebẽ meã, plebẽ meã, & nõ dilectã meã,
dilectã meã: & erit in loco vbi dictũ est, non
populus meus vos, ibi vocabuntur filij Dei
viui: de gẽtibus intelligitur dictũ, quia nõ ha
bebant destinatũ vnũ sacrificiorũ locũ, sicut
Iudæi in Hierusalẽ. Missi sunt aũt ad gentes
Apostoli, vt in loco suo quiq; crederent, & G
vbicũq; credidissent, ibi sacrificiũ laudis of-
ferrent, quibus dedit ptãtem filios Dei fieri.
Esaias aũt, inquit, clamat pro Israel: Ne rur- Ioan 1.
sus oẽs Israelitę in perditionę isse credantur, Esa. 10.
docet & inde facta alia vasa in honorem, alia
in cõtumeliam, Si fuerit, inquit, numerus fi-
liorũ Israel quasi arena maris, reliquiæ saluæ
fient. Cætera ergo turba, vasa ꝑfecta ad per-
ditionẽ. Verbũ.n.cõsummans & breuiãs, in-
quit, faciet dñs super terrã.i.vt cõpendio fi-
dei per gratiã saluos faciat credentes, nõ per
innumerabiles obseruationes, quib.illa mul-
titudo seruiliter onerata pręmebaẽ. Per gra-
tiã quippe nobis verbũ cõsummans & bre-
uians fecit super terram, dicens. Iugũ meum Mat. 11.
leue est, & sarcina mea suauis est. Qđ & pau Rom. 10.
lopost hic dr̃, Propè est verbũ in ore tuo & Deu. 30.
in corde tuo: hoc est verbũ fidei qđ pręedica-
mus, qa si confitearis in ore tuo, quia dñs est
Iesus, & credideris in corde tuo qa Deus illũ
suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde.n.cre
ditur ad iustitiã, ore aũt cõfessio fit ad salutẽ.
Hoc est verbũ cõsummans & breuiãs qđ fe- H
cit deus super terrã, qua cõsummatione atq;
breuitate, latro iustificatus est, qui defixis in
cruce oĩbus mẽbris, & habẽs libera hęc duo,
corde credidit ad iustitiã, ore cõfessus est ad
salutẽ, statimq; audire meruit, Hodie mecũ
eris in paradiso. Cõsequerentur.n.bona oꝑa Luc. 23.
eius, si percepta gratia diu inter hoĩes viue-
ret. Sed tñ nõ ea præcesserant, vt eandẽ grãm
mereretur, ex latrocinio fixus in cruce, ex
cruce in paradisum translatus. Et sicut præ-
dixit, inquit, Esaias, Nisi dñs sabaoth reliquis Rom. 9.
set nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, Esa. 1.
& sicut Gomora similes fuissemus. Qđ hic
ait, Reliquisset nobis semẽ: hoc ibi. Reliquiæ
saluæ fient. Cæteri aũt tanq̃ perditionis vasa
debito supplicio perierũt. Et vt nõ oẽs peris-
sent sicut Sodoma & Gomora, nõ meritum
eorũ fecit, sed gratia Dei relinquentis semẽ,
vnde alia messis toto orbe consurgeret. Hoc
& paulopost, Sic ergo, inquit, & in hoc tꝑe Rom. 11.
reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ
sunt. Si aũt gratia, iam nõ ex operibus, alio-
quin gratia iam non est gratia: Quid ergo?

Quod

Quod quęrebat Isra.el, hoc nõ est cõsecutus,
electio aũt cõsecu.ta est, cęteri uero excecati
sunt. Consecuta sunt vasa misericordiæ, ex-
cæcata sunt vasa iræ: ex eadẽ tñ cõspersione,
sicut in plenitudine gẽtium. Est locus quidã
I scripturæ ad rẽ de qua nũc agimus maxime
necessarius, eadẽ quę tractata sunt, mira cõte
statione confirmans, in eo libro qui ab alijs
Iesus Sirach, ab alijs Ecclesiasticus dr̃, in quo
Eccl. 33. ita scriptũ est. Et oẽs hoĩes de solo & ex terra
unde Adam creatus est: In multitudine disci
plinæ dñs separauit eos & immutauit vias
eorũ. Et ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex
his sanctificauit & ad se applicauit, & ex ip-
sis maledixit & humiliauit: & cõuertit illos
ad dissensionẽ illorũ, quasi lutũ figuli in ma-
nu ipsius plasmare illud & disponere, Oẽs
viæ eius ſm dispositionẽ eius, sic hõ in ma-
nu illius qui se fecit & reddet illi ſm iudiciũ
suũ. Contrariũ malo bonũ est, & cõtra mor-
tẽ vita est, sic & cõtra virũ iustũ peccator. Et
sic intuere in oĩa opera altissimi. Duo cõtra
duo, vnũ contra vnũ. Primo hic cõmendata
est disciplina dei, In multitudine, inquit, di-
sciplinæ deus separauit eos: vnde, nisi à bea-
titudine paradisi? Et immutauit uias eorũ, ut
iam tanquã mortales uiuerent. Tũc facta est
vna massa oĩum, veniens de traduce peccati
k & pœna mortalitatis, q̃uis deo formante &
creante quæ bona sunt in oĩb. Est.n. species
& cõpago corporis in tãta mẽbrorum cõcor
1.Co.12. dia, ut inde Apostolus ad charitatẽ obtinen-
dã similitudinẽ duceret in oĩbus. Est ẽt spiri-
tus vitalis terrena mẽbra uiuificans, oĩsq; na
tura hoĩs dominatu aĩæ & famulatu corpo-
ris cõditione mirabili tẽperata: sed concupi-
scentia carnalis de peccati pęna iam regnãs,
vniuersum genus humanũ tanq̃ totã & unã
conspersionẽ originali reatu in oĩa perma-
Eccl. 33. nante cõfuderat. Et tñ sequitur, Ex ipsis bene
dixit & exaltauit & ex ipsis sanctificauit &
ex ipsis maledixit & humiliauit & conuertit
Rom. 9. illos in dissensionẽ ipsorũ. Tanquã Apostolo
Esa. 45. dicẽte, An non habet ptãtem figulus luti ex
Hier. 18. eadẽ cõspersione facere aliud vas in honorẽ,
aliud in contumeliã? Ideoq; illud qđ cõtexi-
Eccl. 33. tur, nec ab ea similitudine vacat, Quasi lutũ,
inquit, figuli in manu ipsius plasmare illud
& disponere: & oẽs uiæ eius ſm dispositionẽ
eius, sic homo in manu illius qui se fecit.

Sed quia dicit Apostolus, Nunquid iniquitas
apud Deũ? Vide & hic q̇d adiungat, Reddet
illi, inquit, ſm iudiciũ suũ. Sed cũ dãnatis iu
sta tribuuntur supplicia, tñ q̇a hoc & ipsum
in usum cõuertitur, quo illi proficiant quib. L
præbetur misericordia: intende reliqua, Con
trariũ, inquit, malo bonũ est, & cõtra mortẽ
uita: sic & cõtra virum iustũ peccator: & sic
intuere in oĩa opera altissimi, duo cõtra duo,
vnũ contra unũ. Vtiq; ut ex deteriorũ cõpa-
ratione emineant proficiantq; meliora, quæ
tanq̃ per gratiã meliora sunt. Tanquã dice-
ret, Reliquiæ saluæ fient. Sequitur & dicit ex Rom. 9.
persona reliquiarũ, Et ego nouissimus uigi- Eccl. 33.
laui, & quasi qui racemat post uindemiato-
res. Et unde probat, q̇a nõ ex meritis suis, sed
ex misericordia dei? In benedictione, inquit,
dei & ipse speraui, & quasi qui uindemiat re-
pleui torcular. Quãuis.n. nouissimus uigila- Mat. 20.
uerit, tñ q̇a erunt, vt dictũ est, nouissimi pri-
mi, in benedictione dñi sperans, ex reliquijs
Israel racematus populus impleuit torcular
ex vbertate vindemiæ, q̃ toto orbe terrarum
prouenit. Nulla igitur intentio tenetur Apo-
stoli, & omniũ iustificatorũ per quos nobis
intellectus gratiæ demõstratus est, nisi ut qui
gloriatur, in dño glorietur. Quis.n. discutiat 1.Co.10
opera dñi, ex eadẽ cõspersione vnũ dãnantis,
alterũ iustificantis? Liberũ uolũtatis arbitriũ M
plurimum ualet: immò uero est quidẽ, sed in Rom. 7.
uenundatis sub peccato quid ualet? Caro, in- Gal. 4.
quit, cõcupiscit aduersus spiritũ, spiritus aũt
aduersus carnẽ, ut nõ ea quæ vultis faciatis.
Pręcipitur ut recte uiuamus: hac utiq; mer-
cede proposita, ut in ęternũ beate uiuere me
reamur. Sed q̇s põt recte uiuere & bene ope
rari, nisi iustificatus ex fide? Præcipitur ut cre
damus, ut dono accepto spiritussancti per di
lectionẽ bene operari possimus. Sed quis po
test credere, nisi aliqua uocatione, hoc est, ali
qua rerum testificatione tãgatur? Quis habet
in ptãte tali uiso attingi mentẽ suam, quo eis
uoluntas moueatur ad fidẽ? Quis aũt animo
amplectitur aliq̇d qđ eũ nõ delectat? Aut q̇s
habet ptãtem ut uel occurrat qđ eũ delecta-
re possit, uel delectet cũ occurrerit? Cũ ergo
nos ea delectant q̇bus proficiamus ad Deũ,
inspiratur hoc & præbetur grã Dei, nõ nutu
nostro & industria aut operũ meritis cõpa-
ratur, q̇a vt sit nutus uolũtatis, ut sit industria
studij,

studij, vt sint opera charitate feruentia, ille tribuit, ille largitur: propterea petere iube-
A mur vt accipiamus, & quærere vt inueniamus, & pulsare vt aperiatur nobis. Nonne
Mat. 7. aliqñ ipsa oratio nostra sic tepida est, vel potius frigida, & penè nulla, immo omnino interdum ita nulla, vt neque hoc in nobis cũ dolore aduertamus, qa si vel hoc dolemus, iam oramus: Quid ergo aliud ostenditur nobis, nisi quia & petere & quærere & pulsare ille cõcedit, qui vt hæc fugiamus iubet?
Rom. 9. Igitur nõ volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei: qñquidem nec velle nec cur-
Rom. 12. rere nisi eo mouẽte atq; excitãte poterimus. Quòd si electio hic fuit aliqua, vt sic intelligamus qđ dictũ est, Reliquiæ per electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt: nõ vt iustificatorum electio fiat ad vitam ęternã, sed vt intelligantur qui iustificentur. certe ita occulta est hęc electio, vt in eadẽ cõspersione nobis prorsus apparere nõ possit. Aut si apparet quibusdã, ego in hac re infirmitatẽ meã fateor. Non.n. habeo qđ intuear in eligendis hoĩbus ad gratiam salutarem, si ad examẽ huius electionis aliqua cogitatione permittor, nisi vel maius ingeniũ, vel minora peccata, vel vtrunque,
B addamus etiã si placet honestas vtilesq; doctrinas. Quisquis ergo fuerit q̃ minimis peccatis irretitus atq; maculatus, Nam nullis qs potest? & acer ingenio, & liberalibus artibus
2. Cor. 1. expolitus, eligendus vř ad gratiã. Sed cũ hoc statuero, ita me ridebit ille qui infirma mũdi elegit, vt cõfundat fortia, & stulta mundi vt confundat sapiẽtes, vt eũ intuens & pudore correctus, ego irrideam multos, & præ quibusdã peccatoribus castiores, & præ quibusdam piscatoribus oratores. Nonne aduertimus multos fideles nostros ambulantes viã Dei, ex nulla parte ingenio cõparari, nõ dicã quorundã hæreticorũ, sed ẽt mimorũ? Item non videmus quosdã hoĩes vtriusq; sexus in coniugali castitate viuẽtes sine querela, & tñ vel hęreticos vel paganos, vel ẽt in vera fide & vera ecclesia sic tepidos, vt eos miremur meretricũ & histrionũ subito cõuersorũ, nõ solũ patientia & tẽperantia, sed etiã fide, spe, charitate, superari? Restat ergo vt voluntates eligantur, sed volũtas ipsa nisi aliquid occur-
Acto. 8. & 9. rerit qđ delectet atq; inuitet animũ, moueri nullo modo põt. Hoc autem vt occurrat, nõ est in hoĩs potestate. Quid volebat Saulus nisi vt inuaderet & traheret, vinceret & necaret Christianos? Quàm rabida volũtas, q̃ furiosa, q̃ cæca, qui tñ vna desuper voce prostratus, occurrente vtiq; tali viso, quo mens C
illa & volũtas refracta sęuitia retorqueretur & corrigeretur ad fidẽ, repente ex Euangelij mirabili persecutore mirabilior prædicator effectus est. Et tñ quid dicemus? Nunquid iniquitas est apud Deũ, Exigentẽ à quo pla- Rom. 9.
cet, donantem cui placet: qui nequaquã exigit indebitum, nequaquam donat alienum? Nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. Quare tñ & huic ita, & huic non ita? Homo tu quis es? debitũ si nõ reddis, habes qđ gratuleris: si reddis, nõ habes qđ queraris. Credamus tñ & si capere non ualemus: qm̃ qui vniuersam creaturam & spiritalem & corporalem fecit & condidit, oĩa in numero & pondere & mensura disponit, sed inscruta- Sap. 11.
bilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Dicamus halleluia, & collaudemus canticũ, & nõ dicamus, quid hoc? vel quid hoc? Omnia enim in tempore suo creata sunt. Rom. 11.

Libri primi finis. D

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI ad Simplicianum Mediolanẽsis ecclesię Episcopum de solutione quarundam quęstionum ex libris Regum,

Liber secundus.

Satis de Apostolo me ad proposita rñdisse existimo: nunc ad ea quę de libris Praefatio.
Regnorum requisisti aliud volumẽ aggrediar, quæ sicut multa & propè oĩa veterũ librorũ, figuratiora sunt, & mysteriorũ uelaminibus inuoluta, Quãuis.n. ex eo q̃ transierimus ad Christum, auferatur uelamen, tñ uidemus nunc in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Velamen quippe omnimodo 2. Cor. 3.
intercludit aspectũ, ænigma vero tanquã per 1. Co. 13.
speculũ, sicut idem Apostolus ait, Videmus nunc per speculum & in ænigmate: nec euidentis-

dentissimam detegit speciẽ, nec prorsus obtegit ueritatem. Aggrediar ergo & ista, duce dño, tuis potius subleuatus orationibus q̃ E iussionibus aggrauatus. Præsertim quia ex epistola tua hoc te intellexi q̃rere, quid hæc in prophetia significent: In quo reuera obtẽperarẽ nisi mihi esset difficillimum, quia & de tota eorundẽ contextione librorũ ducenda est intẽtio, etsi esset prõptior intellectus, magnitudo tñ operis impediret: q̃ si subeunda est prolixius ocium tempusq; flagitat: sed nũc ipsas rerum proprietates gestarũ, q̃ his verbis quorũ a te facta commemoratio est significantur, qũo intelligerem nosse dignatus es & meis literis aperiri. Et primũ quidẽ quod de primo Regnorũ libro iussisti ut exponerem qũo dictum sit, Et insiluit spũs dñi in Saul: cum alibi dicat, Et insiluit spũs domini malus in Saul: Ita.n. scriptum est, Et factũ est cũ conuerteret humerum suum ut iret a Samuel, conuertit deus in Saul cor aliud, & uenerunt oĩa signa illa die, & uenit inde in collem, & ecce chorus Prophetarũ in obuiã illi, & insiluit in illũ spiritus dñi, & prophetauit in medio eorum. Prędixerat.n. hæc illi Samuel cum eum iussus unxisset. Et hoc quidem non puto habere aliquid quæstionis. F Spiritus.n. ubi uult spirat, & spiritũ prophetiæ, nullarum animarum potest maculare cõtactus, Attingit.n. ubiq; propter suam munditiam. Afficit.n. omnes, non eodem modo, sed alios per informationem spiritus eorundem hominem, ubi rerũ demonstrãtur imagines: alios per fructum mentis ad intelligẽtiam: alios utraq; inspiratione: alios etiam nescientes. Per informationem spũs duobus modis. Aut per somnium, sicut non solũ pleriq; sancti, & Pharao & Nabuchodonosor; uterque uidit quod nemo eorum intelligere valebat, sed tñ vterq; videre poterat. Aut ꝑ demonstrationem in ecstasi, quod nonnulli Latini stuporem interpretantur, mirum si proprie, sed uicine tamen, cum sit mentis alienatio a sensibus corporis, ut spiritus hominis diuino spiritu assumptus capiendis atque intuendis imaginibus uacet: sicut Danieli demonstratum est quod non intelligebat, & Petro illud uas submissum de cœlo quatuor linteis: nam & ipse quid illa demonstratio figuraret postea cognouit. Per fructum aũt mentis ad intelligẽtiã vno mõ, cũ hæc ipsa quæ demonstrãtur imaginibus, G quid significent & quò pertineant reuelantur, quæ certior Prophetia est, nam magis ipsam uocat Apostolus Prophetiam, sicut Ioseph meruit intelligere, quod Pharao nõ nisi uidere, & Daniel exponit regi, quod ille cernit & nescit. Cũ vero ita mens afficitur ut non rerũ imagines coniecturali examinatione intelligat, sed res ipsas intueatur, sicut intelligitur sapiẽtia & iustitia omnisq; incõmutabilis & diuina species, ad Prophetiã de qua nunc agimus non pertinet. Vtroq; autẽ munere prophetiæ donandi, qui & rerũ imagines in spũ uidẽt, & quid ualeãt simul intelligũt, aut certe manifestis locutionib. in ipsa demõstratione informantur, sicut in Apocalypsi quædã exponũtur. Nescientes ãt afficit prophetiæ spũs, sicut Caiphas cũ esset pontifex prophetauit de dño, ꝙ expediret unum mori pro tota gẽte, cũ aliud in uerbis q̃ dicebat attẽderet, q̃ nõ se a se ipso dicere nesciebat. Abũdãt ĩ sanctis libris exẽpla, & res tuæ prudentię notissimas loquor. Non.n. ista discis a me, sed in eis q̃ percõtando probas, & cognoscere cupiens proficientẽ & corrigere paratus errantẽ. Hoc aũt uerbo quod positũ est. Et insiluit in eũ spũs: tãquã ex abdito H diuinitatis secreto, repẽtinus significat afflatus. Horũ igit modorũ quonã potius affectũ esse intelligamus Saul satis apparet ex eo qđ ibi scriptũ est, Conuertit deus in Saul cor aliud. Sic.n. aliã cordis affectionem significat, q̃a cõuertẽdo fecit Deus ut imaginũ significantiũ & præfigurantiũ capax fieret, ad propheticã diuinationẽ. Tñ ãt distat inter prophetiã Prophetarũ, sicut Esaias, sicut Hieremias, & cæteri hmõi fuerunt, atq; istã transitoriã quæ in Saul apparuit: quantũ distat inter loquelã humanã quã loquuntur hoĩes: & cũ eadẽ loquela humana ꝑ ꝑ necessarium prodigiũ asina locuta est, in qua sedebat Balaam Propheta: accepit.n. hoc ad tempus illud iumentũ, ut deus qđ statuerat demõstraret, nõ ut habitu perpetuo inter homines bestia loqueretur. Aut si hoc exẽplũ maiore differentia remotũ est, multo minus mirandũ est homini reprobo datam fuisse ad momentũ temporis, effectu transitorio prophetiam, qñ ille dederat, qui & asinam cum uoluit loqui

Marginal notes: Rom. 9. — Quæst. 1 — 1. Regno rũ. c. 10. & 16. — Sap. 1. — Rom. 1. — Ioan. 3. — Sapiẽ. 7. — Gen. 41. — Dan. 2. & 4. — Act. 10. — 1. Co. 13. — Ioan. 11. — Nu. 22.

qui ſecit. Magis.n.diſtat pecus ab homine, q̃
I hõ reprobus ab electis, ſed tñ ab hominibus.
Nõ.n.ſi quiſquã dixerit aliquid quod ad ſa-
pientiam pertinet, cõtinuo ſapiẽs exiſtiman
dus eſt: ſicut nec quiſquam ſi aliqñ propheta
uerit iam inter prophetas munerabitur: cũ
Mat. 13. & dñs in Euangelio dicat quoſdã cũ gaudio
uerbũ excipere & radicis altitudinẽ nõ habe
re, ſed eſſe tẽporales. Ideoq; ſicut ꝯñs indi-
cat lectio, factũ eſt in parabolam, Et Saul in-
1. Re. 10 ter Prophetas. Hoc igitur mirari deſinamus,
cũ in hominibus apparet diuinitus aliquid,
quorũ uel meritum vel habitum excedit, cũ
forte vult Deus cuiuſdã ſignificationis gr̃a
tale aliquid demõſtrari. Si aũt hoc mouet ꝙ
poſtea Saul malo ſpiritu inuadente præpho-
1. Re. 16 C batur, qui prius prophetiæ ſpũm accepe-
rat, neq; hoc mirandum eſt. Illud.n. factum
eſt ex diſpenſatione aliquid ſignificãdi, hoc
ex merito uindicandi. Nec mouere nos de-
bent hęc alternãtia in animo humano, hoc
eſt, in creatura mutabili, præſertim eo tẽpo-
re quo caro corruptibilis mortaliſq; portat̃.
Aut non uidemus in ipſo Petro, ut indicat
Euangeliũ, extitiſſe tantam confeſsionẽ ut
K audire meruerit, Beatus es Simon Bar iona,
Mat. 16. quia non reuelauit tibi caro & ſanguis, ſed
pater meus qui in cœlis eſt, Et paulo poſt tã
carnaliter eũ de dñi paſsione ſenſiſſe, ut ſta-
tim audiret, Vade poſt me Satana, ſcãdalum
mihi es: nõ.n. ſapis quę Dei ſunt, ſed q̃ homi
nũ? Et fortaſſe aliquãto interius intelligenti
bus, tm̃ valet ad viſa illa hæc dr̃ia, qua Pe-
trus primo intellexit deo patre reuelãte, qđ
filius Dei eſſet Chriſtus, & poſtea ne more-
retur extimuit, quantũ ualet ad * diſtinguen
a.l.inue-ſtigãda. da uiſa, q̃ in ſpũ hoĩs alienata mente imagi-
narie fiũt, reuelatio prophetiæ, qua primo af
1. Re. 16 flatus eſt Saul, & cõmixtio ſpũs mali quo po
ſtea premebatur. Iã uero illud ꝙ etiã malus
appellatus eſt ſpũs dñi, ſic intelligitur, qũo
Pſ. 23. dictũ eſt, Dñi eſt terra: tanquã creatura, & in
eius poſita poteſtate. Aut ſi ꝓ ꝑea nõ cõgruit
hoc locutionis exẽplũ, qa terra nõ eſt mala,
oĩs.n creatura dei bona eſt: illud cõgruat, ꝙ
1. Ti. 4. ipſe Saul iã reprobus & ſceleratus atq; ingra
tus ſancto Dauid, ꝑſecutor etiã eius, cũ ſæ-
uiſsimæ inuidiæ facib. agitaretur, tñ adhuc
Chriſtus dñi dicebatur, ſicut eũ appellauit
2. Re. 1. ipſe Dauid cũ vindicauit extinctũ. Sed ma-
gis arbitror, malignũ ſpũm a quo ipſe vexa- L
bat̃ Saul, iõ dictũ ſpiritũ dñi, ꝙ occulto dñi
iudicio Saulem uexabat. Vtitur.n.deus mini
ſtris etiam ſpiritibus * malis ad uindictã ma *a.l.immũdi.*
lorum uel ad bonorũ probationem, alio mo
do ad illã rem, alio ad iſtã. Quãuis.n. inde fit
quiſq; malignus ſpũs, quia mala voluntate *2. ſen. di.*
nocere appetit, tñ nocẽdi poteſtatẽ nõ acci- *44. c. ſed*
pit niſi ab illo ſub quo ſunt omnia, certis & *plurib.*
iuſtis meritorũ gradib. ordinata: qa ſicut nõ
eſt mala voluntas a Deo, ſic non eſt poteſtas *Ro. 13*
niſi a Deo. Quanquã.n. ſit in cuiuſq; poteſta *2. Ret.*
te quid uelit, non eſt tñ in cuiuſq; poteſtate
quid poſsit uel facere cuiquã uel a quoquã
pati. Nã & ipſe filius vnicus dei paſſurus ad
tp̃s humiliter, homini ſuperbe loquenti &
dicenti, ꝙ poteſtatẽ haberet occidendi eum
uel dimittendi, Non haberes, inquit, in me *Ioan.*
poteſtatẽ, niſi data tibi eſſet deſuper. Diabo- *In exp*
lus ẽt uolens nocere iuſto uiro Iob, nocẽdi *tione*
quidẽ uoluntate diabolus erat, ſed tñ a Dño *Pſal. 29*
Deo poteſtatẽ petebat dicens, Mitte manum *Iob. 2.*
& tãge carnẽ eius: quãuis hoc eſſet ſi permit
teretur ipſe facturus, ipſam ẽt permiſsionẽ
petebat hoc mõ, & manum dñi appellabat ꝑ M
miſſam a dño manum ſuã, id eſt, ipſam pote
ſtatẽ quam uolebat accipere. Cui cõgruit il-
lud in Euangelio qđ dñs diſcipulis ſuis ait. *Luc. 22*
Hac nocte poſtulauit ſatanas uexare vos ſi-
cut triticũ. Dictus eſt ergo ſpũs Dei malus,
hoc eſt, miniſter dei ad faciendũ malum in
Saul, qđ eũ pati iudex omnipotẽtiſsimus iu
dicabat: qm̃ ſpũs ille quia malus erat, nõ erat
Dei creatura uera qua conditus erat, & pote
ſtas quã nõ ſua, ſed dñi oĩum æquitate acce-
perat, Dei erat. Verba etiã ipſa ſcripturarum
ita ſe habent, Et perrexit, in quit, Samuel &
abiit in Ramatha, & ſpiritus domini receſsit
a Saul, & apprehẽdit eum ſpiritus malignus
a domino, & ſuffocabat eũ. Et dixerũt pueri
Saul, Spiritus dñi malignus ſuffocat te. Hoc *1. Re. 16*
igitur a pueris eius qũo ſit dictũ, Spiritus do
mini malignus: ſuperiora verba indicãt nar-
rãtis ſcripturæ & dicentis. Spiritus malignus
a dño. Secundum.n. hoc inquit, a dño: quia
per ſeipſum uelle necare habebat, id eſt, cõ-
prehendere Saul, poſſe autem non habebat,
niſi ſumma iuſtitia ſineret. Si enim iuſte
uindicat Deus quemadmodũ ipſe dicit Apo *Rom. 1.*
ſtolus cum tradit homines in concupiſcen- A
tias

tias cordis eorum,nō mirum ſi nihilominus
iuſte uindicans tradit eos ēt in concupiſcen
tias aliorum nocere uolentium, ſua ſemper
incōmutabili æquitate ſeruata. Animaduer-
A tendum ſanè cum additamento dici,ſpiritus
Dei malus.Cum aūt tantummodo dr̄, ſpiri-
tus Dei:etiam ſi non addatur,bonus : ex hoc
intelligitur bonus.Vnde apparet bonū ſpiri-
tum ſm̄ ſubſtantiam,malum autem ſm̄ mi-
niſterium dici ſpiritū Dei. Quāquam quæri
adhuc poſsit, utrum cum ſpiritus Dei dr̄, &
ex hoc ipſo iam & ſi nihil addatur intelligi-
Cor.3. tur bonus, ille intelligatur qui eſt in trinita-
Cor.2. te cōſubſtātialis patri & filio ſpiritusſanctus
de quo dr̄, Vbi autem ſpiritus dn̄i,ibi liber-
tas.Et iterum, Nobis aūt reuelauit Deus per
ſpiritum ſuum.Et illud, Sic & quæ Dei ſunt
nemo ſcit niſi ſpiritus Dei. Et multis locis
hoc modo dr̄ ſpiritus Dei, & intelligitur ſpi
ritusſanctus,etiam ſi nō addatur, qm̄ ea quæ
circunſtant,ſatis indicant de quo dicatur,ita
ut aliqn̄ nec Dei addatur & intelligatur tn̄ il
Rom.8. le ſpiritus Dei principaliter ſanctus. Nā quē
alium cōmemorat ubi dicit, Ipſe ſpiritus te-
B ſtimoniū dat ſpiritui noſtro quia ſumus filij
1.Co.12. Dei. Et ipſe ſpiritus adiuuat infirmitatem no
ſtram.Et hæc oīa operatur unus atq; idē ſpi-
ritus,diuidēs ſingulis prout uult. Et diuiſio-
nes donationum ſunt, idem autem ſpiritus?
His.n.oībus ſententijs, nec Dei nec ſanctus
eſt additū, & tn̄ ipſe intelligitur. Sed neſcio
utrum manifeſto aliquo exēplo probari poſ-
ſit, alicubi ſpiritum Dei dictum ſine aliquo
additamento,ubi ſpiritus ille ſanctus non ſi-
Gen. 1. gnificetur,ſed aliquis quāuis bonus, creatus
tn̄ & cōditus.Quæ proferūtur.n.dubia ſunt,
& indigent clariore documento, ſicut illud
qđ ſcriptū eſt, Spiritus Dei ferebatur ſuper
aquas.Nam & ibi ſpiritumſanctum accipere
De Gen. ad literā li.6.c.8. quid impediat nō inuenio.Cum.n.aquarum
noīe illa materies inſinuaretur informis quę
de nihilo facta eſt,unde oīa fierēt, quid pro-
hibet intelligere ſpiritumſanctum cōditoris
ꝙ ſuperferebatur huic materiæ,nō locorum
gradibus interuallisq; ſpatiorum, quod ne-
quaquam de ulla re incorporea recte dr̄, ſed
excellentia & eminētia dominātis ſuper om
nia uoluntatis,ut omnia cōderentur:prȩſer-
tim cum ea locutio, ſicut illarum ſcriptura-
rum mos eſt, etiam propheticum quoddam
ſonet myſterium, quo futuri baptiſmatis ex
aqua & ſpūſancto naſcituri populi prȩfigu-
rarentur.Non ergo cogit qđ dictū eſt.Et ſpi
ritus Dei ferebatur ſuper aquas: illū intelli- C
gere ſpiritū, ſicut nonnulli intelligunt, quo
mūdi moles uniuerſa iſta corporea uelut ani
matur,ad miniſterium quorumq; gignentiū
& in ſua ſpecie cōtinendarum corporalium
creaturarum. Creatura eſt.n.quicquid eſt ta- Sapiē. E
le.Illud etiam quod ſcriptum eſt, Qm̄ ſpiri-
tus dn̄i repleuit orbem terrarum:non deſunt
qui eundem ſpiritum uelint accipere,inuiſi-
bilem.ſ. creaturam cuncta uiſibilia uniuer-
ſali quadam conſpiratione uegetantem atq;
cōtinentem. Sed neq; hic uideo quid impe-
diat intelligere ſpiritumſanctum, cum ipſe
Deus dicat apud Prophetam, Cœlum & ter Hier.23.
ram ego impleo. Non.n.ſine ſuo ſpirituſan-
cto implet Deus & terram. Quid ergo mirū
ſi de ſpirituſancto eius dictum eſt, Repleuit
orbem terrarum? Aliter.n.replet ſanctifican-
do,ſicut de Stephano dr̄, Repletus eſt ſpiri-
tuſancto: & de cæteris talibus. Aliter aūt re- Acto.6.
plet ſanctificāte gratia,ſicut quoſdā ſanctos. D
Aliter atteſtante atq; ordinante * præſentia, al. præ-
ſicut omnia. Quamobrem neſcio utrum cer ſcientia.
to aliquo documēto ſcripturarū poſsit oñdi,
cū ſine ullo additamento dr̄,ſpiritus Dei uel
ſpiritus dn̄i, aliquid aliud ſignificari ꝙ ſpiri-
tumſanctū. Sed etſi eſt forte aliquid quod in
prȩſentiarū nō occurrat, illud certe arbitror
nō temere dici: quotiens in ſanctis eloquijs
cōmemoratur ſpiritus Dei, neq; additur ali-
quid,ſiue ille patri & filio cōſubſtantialis ſpi
ritusſanctus, ſiue aliqua creatura inuiſibilis
intelligatur, malum tn̄ nō poſſe intelligi niſi
addatur etiā malus. Malo.n.quia bene utitur
Deus ad miniſteriū iudicij ſui appellatur ēt
ipſe ſpiritus Dei, ad uindictam malorū & di
ſciplinā & probationē bonorū. Nec illud mo
uere iam nos debet quod poſtea ſcriptū eſt,
eundē Saulē ſpiritu Dei ſuper ſe facto pro-
phetaſſe,qm̄ poſt bonum ſpiritū ſpiritus ma
lus,& rurſum,poſt malum bonus. Hoc.n.fit
nō mutabilitate ſpiritusſancti qui eſt incom
mutabilis cū patre & filio, ſed mutabilitate
animi humani, Deo cūcta diſtribuente,ſiue
malis pro merito dānationis uel emendatio-
nis,ſiue bonis pro largitate gratiæ ſuę. Qua-
quam uideri poſsit ēt idē fuiſſe Dei ſpiritus
ſemper

E semper in Saul: malus aũt illi, ꝙ eius sanctitatis capax nõ esset. Sed nõ recte hoc vr̃. Tutior est.n.ille sensus & verior, vt pro mutabilitate affectionis humanæ spiritus Dei bonus bene afficiat vel ad prophetiã vel ad op⁹ quodlibet aliud in munere diuino, afficiat ãt malus male: qui ꝑꝑ ministeriũ diuinæ pietatis oĩa distribuentis & oĩbus recte vtentis dr̃ & ipse spiritus Dei, præsertim quia dictũ est, Recessit ab eo spiritus Dei, & apprehendit eũ spiritus malignus à dño. Nullo.n.pacto põt idẽ videri recessisse & apprehendisse. Porrò aũt in nonnullis exẽplaribus, & eis maxime quæ de lingua Hebræa ad verbum vñr expressa, inuenitur spũs Dei, sine additamento positus, & intelligitur malus ex eo ꝙ arripiebat Saul, & reficiebat eum Dauid tangendo citharam. Manifestum est tñ, ideo nõ additũ malus, quia paulò superius iam dictũ erat, & de vicinitate scripturæ subaudiri & intelligi poterat. Ita.n.in hmõi exẽplaribus legitur, Igitur qñcunq; spiritus dñi arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam & percu-
F tiebat manu sua, & refocillabatur Saul & leuius habebat: recedebat.n.ab eo spiritus malus. Siue ergo ꝙ hic nõ est dictũ, spũs Dei: sed tantũmodo, spiritus malus: qđ ibi minus dictum erat, tanquã redditũ apparet: siue ꝗa superius ita positũ erat, Et dixerũt serui Saul ad eum, Ecce spiritus Dei malus exagitat te: iubeat dñs noster, & serui tui qui coram te sunt quærant hominẽ scientem psallere cithara, vt qñ arripuerit te spiritus Dei malus, psallat manu sua & leuius feras: nõ opus erat cum rursum diceretur qñcunq; spiritus Dei arripiebat Saul, addere malum, quia notum
1.Re.18. erat de quo nunc diceretur. Veruntamen illa quæstio maior est & nõ transitoria animi intentione rimanda, ꝙ cũ Saul persequeretur Dauid innocentem, plenus inuidia. & liuore vesanus, factus est super eum spiritus Dei & ambulabat ingrediẽs, & prophetabat. Nõ.n. potest hic nisi spiritus bonus intelligi per quem sancti Prophetæ futurarũ rerum imagines & visa cernebant, nõ ex eo tñ quia dictum est, Et prophetabant. nam in exempla-
H ribus quæ sunt ex Hebręo, hoc quoq; inuenitur de spiritu malo dictum ita, Post diem autem alterũ inuasit spiritus Dei malus Saul & prophetabat in medio domus suæ. Et in

alijs diuinæ scripturæ locis sæpe inuenitur, G ꝙ prophetia non tñ bona, sed etiam mala dicatur: & Prophetæ dicti sunt Baalim, & exprobratum est quibusdam quia prophetabãt in Baal. Non ergo necesse est intelligi propterea bonum spiritum qui factus est super Saul postea, quia dictũ est, Et ambulabat in- 1.Re.19.
grediens & prophetabat. Sed quia sine additamẽto positũ est, Factus est spiritus Dei su- 1.Re.16.
per eum. Non.n.sicut in illo loco dictũ erat supra, Spiritus Dei malus: vt ex hoc posset ẽt in consequentibus subaudiri: quinimmo superiora magis attestãtur illum spiritum Dei bonũ fuisse & vere propheticum. Dauid.n. 1.Re.19.
erat cum Samuele, & misit Saul nuncios qui apprehenderunt Dauid. Qñ autem Samuel erat inter Prophetas & cœtum Prophetarũ qui in illo tp̃e prophetabant, nũcij qui missi sunt accepto eodem spiritu prophetauerũt, missisq; alijs hoc cõtingit, & tertijs nihilominus: postea cũ & ipse Saul venisset, factus est ẽt super eum spiritus Dei & prophetabat & ipse, & ambulabat ingrediens & prophetabat. Cum.n.dr̃, Et factus est super ipsos spiritus Dei & prophetabant, & ipse idem utiq; H
erat spiritus qui erat in Prophetis inter quos & Samuel inuẽtus est, & ex hoc vtiq; necesse est intelligi illum bonũ spiritum. Atq; ideo quæstio diligenter discutienda est, q̃uõ & illi qui missi essent ad tenendum hominẽ & ad necẽ adducendum tali spiritu affici meruerunt, & Saul ipse qui miserat veniens & ipse sanguinẽ innocentẽ quęrens effundere, accipere meruit illum spiritũ & prophetare. Hic nimirum occurrit illud quod Apost. Paulus apertissime exponit supereminentem viam demostrans. Si linguis hominum loquar, in- 1.Co.13.
quit, & angelorũ, charitatẽ aũt non habeam, factus sum velut æramentũ sonans aut cymbalum tinniẽs, Et si habuero prophetiã oẽm & sciero omnia sacramenta & oẽm scientiã, & habuero oẽm fidem, ita vt mõtes transferam, charitatem aũt non habeam, nihil sum. Et si distribuero oẽm substantiam meam, & si tradidero corpus meũ ita vt ardeam, charitatem aũt non habeam, nihil mihi prodest. Quo in loco manifestum est eum munera illa commemorasse quę spiritussancti diuisionibus dãtur sicut superius dicit, Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatẽ:

alij

G I alij quidē per spūm datur sermo sapientiæ: alii sermo scientiæ ſm eundē spūm: alteri āt fides in eodem spiritu: alii donatio curationū in uno spiritu: alii operationes virtutū: alii prophetia: alii diiudicatio spirituū. alteri genera linguarū. Omnia āt hæc operatur vnus atq; idem spūs, diuidens singulis prout vult. Satis ergo apparet inter dona sanctispiritus esse prophetiam, quā tñ si quis habeat, & charitatē nō habeat, nihil est. Ex quo intelligitur fieri posse, ut quidem etiam indigni uita æterna regnoq; cœlorum, asperganiur tñ quibusdam spiritussancti muneribus non habentes charitatē, sine qua illa munera nō nihil sunt, sed nihil eis prosunt. Prophetia quippe sine charitate, sicut iā demonstratum est, non perducit ad regnū dei: charitas vero sine prophetia vtiq; perducit ad regnū Dei. Cū.n. loquens de mēbris Christi, ait, Nunquid oēs Apostoli? Nunquid oēs Prophetæ? indubitanter oñdit etiam eum qui prophetiā non habet posse in mēbris Christi numerari. Vbi quē locū non haberet, si charitatē sine qua hō nihil est non haberet? Nullo autē mō ita diceret, qñ de mēbris ageret quibus
H Christi corpus impletur, Nunquid oēs habent charitatē: quemadmodū dixit, Nunqd
K oēs Apostoli? Nunquid oēs Prophetæ? Nunquid oēs uirtutes? Nunquid oēs dona habēt curationum? Et cætera hmōi. Sed dicit aliquis, posse quidē fieri vt prophetiā quisque nō habeat, & tñ habeat charitatē, atque ideo Christo annumeratus inhæreat: sed fieri nō posse, ut prophetiam habeat, & non habeat charitatē: nihil.n. est hō habens prophetiā sine charitate. Ita fortasse quēadmodum possumus dicere, nihil esse hominem habētem animam sine mente: non quia possit inueniri hō qui mentē non habeat habens animā, sed quia nihil esset si inueniri posset sic etiā dici potest, si corpus figuram habeat, colorē non habeat, uideri non potest: non quia sit corpus cui desit color, sed quia si deesset cerni non posset. Ita fortasse dictum est, ꝙ si qs habeat prophetiam, & charitatem non habeat nihil est: non quia potest in quoquā prophetia esse sine charitate, sed quia si esset, prodesse non posset. Opus est igitur ad soluendam istam quæstionem, ut ostendamus aliquē reprobum hoc donum habuisse prophetiæ: qđ si alium neminem inueniremus, hoc iste ipse Saul satis oñderet. Sed tñ ille etiam
L Balaam reprobus apparet: non.n. eum tacet *Nu. 24.*
scriptura diuino iudicio esse damnatum, & tñ prophetiam habebat: & quia charitas ei deerat, inerat uoluntas maledicendi populo Israelitico. quam hostis precio cōparauerat, qui eum ad maledicendum mercede conduxerat, dono tñ illo prophetandi quo aspergebatur benedicebat inuitus. Nec uerba illa pa *Luc. 13.*
rum attestantur huic sententiæ quæ in Euā *Matt. 7.*
gelio scripta sunt, multos dicturos ī illa die, Dñe dñe coram te manducauimus & bibimus, & in nomine tuo prophetauimus, & ī nomine tuo uirtutes multas fecimus: quib: tñ dicturus est, Non noui vos, recedite a me operarii iniquitatis. Nō.n. eos mentiētes putabimus ista dicturos in illo iudicio, ubi nullus erit fallendi locus, aut ullam uocem talium legimus dicentium, dileximus te. Poterunt ergo dicere. In nomine tuo prophetauimus, cum sint improbi & reprobi: non autē poterunt dicere, dilectionem quam mandasti tenuimus. Nam si dicent, non eis rñdebitur, Non noui uos. In hoc.n. cognoscetur, inquit, quia discipuli mei estis, si uos inuicem *Ioan. 13.*
M diligatis. Exēplum huius Saul, resistit superbis nonnullis hæreticis: qui uel aliquid boni de muneribus sanctispiritus negant posse dari eis qui ad sanctorū sortes nō pertinēt: cū eis dicimus habere illos posse sacramētū baptismi, quod cū ad ecclesiā catholicā ueniunt, nō est in eis ullo mō uiolandū, aut quasi nō habeat tradendum: sed tñ eos non iō saluti debere confidere, quia nō improbamus qđ illos accepisse credimus, sed oportere cognoscere unitatis societatem uinculo charitatis ineundam: sine qua omnino quicquid habere potuerint, quanuis per se sanctum ac uenerādū, ipsi tñ nihil sunt, tāto indigniores effecti uitæ æternæ pmio, quāto illis donis nō bene usi sunt q̄ in hac uita q̄ trāsitoria est acceperūt. Nō āt bñ vtitur nisi charitas, & cha *1.Co.13.*
ritas oīa tolerat, atq; iō nō scindit unitatem cuius ipsa est fortissimū uinculū. Non.n. & seruus ille nō accepit talentum, aut aliquid *Mat.25.*
aliud intelligitur talentū quā munus aliqđ diuinum: sed qui habet dabitur ei, qui āt nō habet, & quod habet auferetur ab eo: qđ nō habet auferri non potest, sed aliud nō habet.

A ut merito auferatur qđ habet. Nō habet charitatē utendi, ut auferatur quicquid aliud habet qđ sine charitate non prodest. Nō igitur mirū est, regē Saul & eo tēpe quo primū unctus est accepisse spūm prophetandi, & postea cum esset ꝑp inobedientiam reprobatus, recedente ab eo spiritu dñi, arreptū esse maligno spiritu a dño: qui etiā ipse spiritus dñi appellatus est ꝑp ministeriū, quia omnibus etiā spiritibus malis bene utitur dñs, vel ad damnationē quorūdam, vel ad emendationem, uel ad probationē: & quāuis non sit malignitas a dño, non est tñ potestas nisi a
1.Re.26 Deo. Dictumq; est etiam, Sopor dñi occupauerat milites eiusdem Saul, cum Dauid hastam & cyphū abstulisset a capite dormientis: non quia tunc sopor in dño erat vt ipse dormiret, sed quia ille sopor qui tunc hoīes apprehenderat nutu Dei erat infusus, ne Dauid & seruorū eius in eo loco præsentia sen-
1.Re.19 tiretur. Neq; illud mirū est rursum eundem Saul accepisse spūm prophetiæ cū persequeretur iustū, & eum cōprehēsurus & necaturus venisset in locū vbi erat congregatio ꝓphetarum. Sic.n. satis monstratū est, neminē
B de tali munere iā securum esse debere, tanquā sit acceptissimus Deo, si nō habeat charitatem: qñquidem illud donum & Sauli dari potuit ꝑp arcanum quidē alicuius sacramenti, sed tñ dari potuit reprobato, inuido & ingrato & reddenti mala pro bonis, & ne post ipsam quidem acceptionē spūs corre-
quæst.2. cto in melius atq; mutato. Age iā uideamus
1.Re.15 qūo dictum sit, Pœnitet me qđ cōstituerim regē Saul. Quæris.n. non utiq; in talium uerborum intellectu rudis, sed rudiméta explorās mea paterno studio & benigna cura, qūo pœniteat aliquid dñm, in quo sit omnis præscientia. Ego uero cū hoc de dño dr̄, indignū aliquid dici arbitrarer, si aliquid dignum inueniretur quod de illo diceretur. Cum uero verba omnia quibus humana colloquia conferuntur illius sempiterna uirtus & diuinitas mirabiliter atq; incunctanter excedat, quicquid de illo humanitus dr̄, quod etiam hominibus aspernabile videatur, ipsa humana admonetur infirmitas, etiā illa quæ congruēter ī scripturis sanctis de Deo dicta existimat, humanæ capacitati aptiora eē q̄ diuinæ sublimitati, ac ꝑ hoc ēt ipsa esse trāscēdēda, est sanior intellectus, sicut ista qualiacun C que trāscēsa sunt. Quis est.n. hominū, cui nō occurrat in Deo cūcta ꝑsciente, pœnitentiā esse nō posse? Et certe tñ hæc duo uerba sūt, pœnitentia & præsciētia, quorū quia unum congrue credimus in deo, id est præsciētiā, negamus in eo esse pœnitentiam. Cum uero alius liquidiore consideratione ista ꝑtractās, quæsierit quéadmodū uel ipsa ꝑsciētia Deo cōgruat, & inuenerit huius ēt verbi notionē illius ineffabili diuinitate lōge lateque superari, non miretur utrunq; de illo ꝑp homines dici potuisse, de quo utrunq; ꝑp ipsū incōgrue diceretur. Quid est ꝑscientia, nisi sciētia futurorum? Quid āt futurum est deo, qui omnia supergreditur tpa? Si.n. in sciētia res ipsas habet, non sunt ei futuræ sed ꝑsentes, ac ꝑ hoc non iam præsciētia, sed tñ sciētia dici pōt. Si aūt sicut in ordine temporaliū creaturarū, ita & apud eū nōdum sunt q̄ futura sunt, sed ea ꝑuenit sciendo, Bis ergo ea sentit, vno quidem mō ſm futurorum præscientiam, altero uero mō ſm præsentium scientiam. Aliquid ergo temporaliter * accedit scientiæ Dei, quod absurdissimum atq; falsissimum est. Nec.n. pōt quæ uentura præ D noscit nosse cū venerint, nisi bis innotescāt, & prænoscendo antequā sint, & cognoscendo cum iam sunt. Ita fit, vt quod longe a veritate seclusum est, temporaliter aliquid accedat scientiæ Dei, cum temporaliter q̄ præsciuntur etiā præsentia sentiuntur, quæ non sentiebantur antequam fierent, sed tantummodo præsciebantur. Si vero etiam cum venerint quæ præsciebantur esse futura, nihil noui * accedit scientię Dei, sed manebit illa præscientia sicut erat etiam priusquam venirent quæ præsciebantur, quomodo iam præscientia dicetur, quando non est rerum futurarum? Iam enim præsentia sunt quæ futura cernebat, & paulopost erunt præterita, Præteritarum autem rerum sicut præsentiū nullo modo potest dici præscientia. Reditur ergo ad id ut fiat rebus iam præsentibus sciētia, quæ eisdem rebus futuris erat præscientia, & cum ea quæ præscientia erat prius, postea scientia fiat in Deo, admittat mutabilitatem & temporalis sit, cum Dei qui uere summe est, nec ulla ex parte sit mutabilis, nec ullo motu notio tēporalis. Placet ergo ut nō dicamus

a.l. accedit.

a.l. accedet.

E dicamus præſcientiam dei, ſed tm̄ mō ſcien-
tiā: quæramus & hoc qūo. Nō.n. ſcientiā ſo-
lemus dicere in nobis, niſi cū ſenſa & intel-
lecta memoria retinemus, id eſt, cū memini
mus aliquid ſenſiſſe nos uel intellexiſſe, ut
id cum uolumus recolamus. Qđ ſi ita ī deo
eſt, ut poſsit proprie dici, intelligi & intelle-
xit: ſentit & ſenſit: admittit tp̄s, & ſubrepit:
nihilominus illa mutabilitas quæ lōge a dei
ſubſtantia remouenda eſt, & tn̄ & ſcit deus
& præſcit deus ineffabili mō, & ſic eū pœni
tet ineffabili mō. Cum.n. ſcientia dei lōge di
ſtet ab humana ſcientia, ita ut irridēda ſit cō
paratio: utraq; tn̄ ſcientia vocatur: & hęc q-
dē humana talis eſt, ut dicat de illa Apoſto-
lus, ēt ſcientia deſtruetur: qđ nullo mō recte
1.Co.13 de ſciētia dei dici pōt. Sic & ira hominis tur
bida eſt & non ſine cruciatu animi: ira uero
dei de qua dr̄ in Euangelio. Sed ira dei ma-
Ioan.3. net ſuper eū, Et Apoſtolus, Reuelabitur em̄
Rom.1. ira dei de cœlo ſuper oēm impietatē: illo in
tranquillitate iugiter manente, in creatura
ſubdita exercet admirabili æqtate uindictā.
Miſericordia quoq; hominis habet nōnullā
cordis miſeriam, vnde etiā in Latina lingua
F nomen accepit. Nā inde eſt etiā, quod nō ſo
lum gaudere cum gaudentibus, ſed etiā fle-
re flentibus hortatur Apoſtolus, Quis āt ſa-
Rom.12. no capite dixerit ulla miſeria tangi deū, quē
Pſal.85. tn̄ ubiq; ſcriptura multæ miſericordiæ eſſe
teſtatur? Ita & zelum humanum non ſine pe
ſte liuoris intelligimus: zelantem uero deū
nō ita, ſed eodē uerbo, non eodem mō. Lon-
gum eſt percurrere cætera, & ſunt innume-
rabilia, quibus oñditur multa diuina iiſdem
nominibus appellari quibus humana cū in-
comparabili diuerſitate ſeiuncta ſint: nec tn̄
fruſtra eadem ſunt rebus utriſq; indita uoca
bula, niſi quia hæc cognita quæ in quotidia-
na conſuetudine uerſantur, & experimentis
uſitatioribus innoteſcunt nomina ad intelli
genda illa ſublimia præbent uiam. Cum.n.
deſero de humana ſcientia mutabilitatē, &
trāſitus quoſdam a cogitatione in cogitatio-
nē, cum recolimus ut cernamus animo qđ
in contuitu eius pauloante nō erat, atque ita
de parte in partē crebris recordationibus trā
1.Co.13. ſilimus: vnde etiam ex parte dicit eſſe Apo-
ſtolus noſtram ſcientiam, Cū ergo hæc cun
cta detraxero, & reliquero ſolam uiuacitatē
certæ atq; inconcuſſæ veritatis vna atq; æter
na contemplatione cuncta colluſtrantis: im
mo non reliquero. non.n. habet hoc huma- G
na ſcientia, ſed pro viribus cogitauero, inſi-
nuatur mihi vtcunq; ſciētia dei: quod tamē
nomen ex eo quod ſciendo aliquid nō latet
hominem, potuit eſſe rei utriq; commune:
quāquam & in ipſis hominibus ſolet diſcer
ni a ſapientia ſcientia, ut etiam Apoſtolus di
cit, Alij quidem per ſpūm datur ſermo ſapiē 1.Co.12.
tiæ, alij ſermo ſcientiæ ſm̄ eundē ſpiritū. In
deo autem nimirum non ſunt hæc duo, ſed
vnum: & in hominibus quidem hæc ita di-
ſcerni probabiliter ſolet, ut ſapientia perti-
neat ad intellectū æternorum, ſcientia vero 3 ſer. di.
ad ea quæ ſenſibus corporis experimur. Sed 35.ca.1.
licet alius aliam differentiam proferat, niſi
tn̄ diuerſa eſſent, non ſic ab Apoſtolo diſtin-
guerentur. Quod ſanè ſi ita eſt, ut nomē ſciē
tiæ rebus quas per ſenſum corporis experi-
mur deputatū ſit, nulla eſt omnino ſcientia
dei. Non.n. deus per ſeipſum ex corpore &
anima cōſtat, ſicut homo. Sed melius dicitur
aliā eſſe ſcientiā dei, & nō eiuſdē generis, cu
ius iſta eſt quæ hominū dicitur: ſicut etiam
idipſum qđ deus dr̄, lōge aliud eſt q̄ quēad-
modū dictū eſt, quia ſtetit in ſynagoga deo-
rum. Tn̄ ad nō latere quoquo modo pertinet
cōmunicatio ipſa uocabuli. Sic etiam de ira H
hominis detraho turbulentum motū, ut re-
maneat uindictæ uigor, atq; ita utcunque aſ Pſ.81.
ſurgo in notitiam illius quæ appellatur ira
dei. Item de miſericordia ſi auferas compaſ
ſionem, cū eius quē miſerearis participatus
es miſeriæ, ut remaneat trāquilla bonitas ſub
ueniendi & a miſeria liberādi, inſinuatur di
uinæ miſericordiæ qualiſcunq; cognitio. Ze
lum quoq; dei non repudiemur & aſperne-
mur, cum ſcriptū inuenimus: ſed auferamus
de humano Zelo pallidam tabem doloris &
morbidam perturbationē animi: remaneat-
que illud ſolum iudicium, quo corruptio ca
ſtitatis impunita eſſe non ſinitur, & aſſurgi- 1.Re.15
mus ut incipiamus aliquo mō capere Zelū
dei. Quapropter cum legimus etiam dn̄m di
centem. Pęnitet me: cōſideremus, quid id eſ
ſe ſoleat, In hominibus opus pœnitendi eſt,
cū proculdubio reperitur uoluntas mutādi:
ſed in homine cū dolore animi eſt: reprehē-
dit enim in ſe quod temere fecit. Auferamus

ergo iſta quæ de humana infirmitate atque
ignorãtia ueniunt,& remaneat ſolum uelle,
I ut nõ ita ſit aliquid quẽadmodũ erat, ſic põt
aliquantulum intimari menti noſtræ,qua re
gula intelligatur ꝙ pœnitet deum. Cum .n.
pœnitere dicitur, vult non eſſe aliquid ſicut
fecerat ut eſſet,ſed tñ & cum ita eſſet, ita eſ-
ſe debebat:& cũ ita eſſe iã non ſinitur, iã nõ
dẽt ita eſſe,perpetuo quodã & trãquillo æq-
tatis iudicio, quo deus cuncta mutabilia in-
comutabili uoluntate diſponit. Sed qm̃ præ-
ſcientiam & ſcientiam cum laude ſolemus
dicere in hominibus, iramq; ipſam ſolet hu
manum genus in magnis poteſtatibus time-
re potius q̃ reprehendere, cõgruenter puta-
mus talia dici de deo. Qui autẽ zelat, & quẽ
aliquid pœnitet, qm̃ uel culpari ſolet uel in
ſe culpam corrigere:atq; ideo cum reprehẽ-
ſione iſta dici de hominibus, propterea mo-
uet cũ legimus eſſe aliquid in Deo eiuſmo-
di. Sed illa ſcriptura omnibus conſulens pro
pterea magis & iſta ponit, ne illa quæ placẽt
ſic intelligantur in deo, qũo conſueuerunt,
in hominibus intelligi. Per hęc.n. quæ diſpli
cent cum ea non audeamus ſic intelligere in
deo ut inueniuntur in homine, diſcimus ẽt
illa ſic quærere quę apta eſſe atq; conuenien
K tia putabamus. Nã ſi propterea non eſt illud
de Deo dicẽdum, quia in homine diſplicet,
non dicamus incommutabilẽ deum, quia de
hominibus cũ reprehenſione dictũ eſt: non
.n. eſt illi cõmutatio. Item quædã in homine
ſunt laudabilia, in deo aũt eſſe non poſſunt,
ſicut pudor, quod ętatum uiridiorũ magnũ
eſt ornamentum: ſicut timor dei non eſt tm̃
in ueteribus libris laudatus, ſed Apoſtolus
ẽt dicit, Perficientes ſanctificationẽ in timo
2.Cor.7. re Dei: qui utiq; in Deo nullus eſt. Sicut er-
go quædam laudabilia hominum non recte
dñr in Deo: ſic quædam culpabilia hominũ
recte intelliguntur in Deo: non ita ut in ho-
minibus, ſed uocabulis tm̃modo communi
bus, longè alia rõne & mõ. Nam paulopoſt
idẽ Samuel cui dixerat dñs, Pœnitet me qđ
cõſtituerim regẽ Saul, ipſi Sauli ait de Deo,
1.Re.15. Qm̃ nõ eſt ſicut hõ ut pęniteat eum: ubi ui-
delicet ſatis oñdit etiam cum deus dicit, Pœ
nitet me: non humano more accipiendũ eſ-
ſe, ſicut iam quãtũ ualuimus diſputauimus.
Itẽ quæris, utrũ ſpũs immundus qui erat
in phythoniſſa, potuerit agere ut Samuel a q.3.
Saule uiderẽ & loqueretur cũ eo. Sed mul- 1.Re.28
to maioris miraculi eſt, ꝙ ipſe ſatanas prin- L
ceps omnium immundorũ ſpirituũ potuit
loqui cum deo, & petere ad tentandum Iob
iuſtiſsimum uirum, qui etiam tentãdos Apo Iob.1.
ſtolos petiit. Aut ſi hoc non ideo habet diffi-
cilẽ quæſtionẽ, quia per quam uoluerit crea
turam, cui uoluerit creaturæ ubiq; præſens
ueritas loquitur, nec propterea magni meri-
ti eſt cui loquitur Deus. Intereſt .n. quid lo- Luc. 22
quatur, quia & Imperator cum multis inno-
centibus non loquitur, quibus prouidentiſsi
me cõſulit ad ſalutẽ, & cũ multis nocentib.
loquitur, quos iubet interfici. Si ergo hinc ꝓ
pterea nulla q̃ſtio eſt, nulla ſit qõ, qũo etiam
immundus ſpũs cum anima ſancti uiri loq
potuerit. Omnibus .n. ſanctis, Deus creator
& ſanctificator longe utiq; maior eſt. Quòd
ſi hoc mouet, quod licuerit maligno ſpũi ex
citare animam iuſti, & tanquam de abditis
mortuorũ receptaculis reuocare, nõne ma-
gis mirandũ eſt, ꝙ ſatanas ipſum dñm aſsũ-
pſit & cõſtituit ſuper pinnã tẽpli? Quolibet
.n. modo fecerit, ille etiã modus quo Samue Matt. 4.
li factũ eſt ut excitaretur, ſimiliter latet. Niſi
forte quis dixerit, faciliorem diabolo fuiſſe
licentiam ad deum uiuum, unde uoluit aſſu M
mendum, & ubi uoluit conſtituendũ, q̃ ad
Samuelis defuncti ſpiritũ a ſuis ſedibus exci
tandũ. Quòd ſi illud in Euãgelio nos iõ non
perturbat, quia dñs voluit atq; permiſit, nul Mat.26.
la diminutione ſuæ poteſtatis & diuinitatis & 27.
id fieri: ſicut ab ipſis Iudæis, quãquã peruer-
ſis atq; immundis & facta diaboli facienti-
bus, & teneri ſe & uinciri & illudi & crucifi
gi atq; interfici paſſus eſt: non eſt abſurdum
credere ex aliqua diſpenſatione diuinæ uolũ
tatis permiſſum fuiſſe, ut nõ inuitus nec do
minãte aut ſubiugante magica potentia, ſed
uolens atq; obtemperans occultæ diſpenſa-
tioni dei, q̃ & pythoniſſam illã & Saulẽ late
bat, conſentiret * ſpiritus Prophetæ ſancti ſe
oñdi aſpectibus regis, diuina eum ſententia Al' San-
percuſſurus. Cur.n. anima boni hominis, a ctus Pro
malis uiuis euocata ſi venerit, amittere ui- pheta.
deaẽ dignitatẽ ſuã, cũ & uiui plerunq; boni
uocati ad malos ueniant & agãt cum eis qđ
officium poſtulat æquitatis, ſeruato atq; in-
concuſſo decore uirtutis ſuæ, & illorũ uitiis
pro

pro rerum pręsentium vel vsu vel necessi-
tate tractatis? Quanquam in hoc facto po-
test esse alius facilior intellectus & expedi-
A tior exitus, vt non vere spiritum Samuelis
excitatū à requie sua credamus, sed aliquod
phantasma, & imaginariam illusionem dia-
boli machinationibus factam, quam propte-
rea scriptura nomine Samuelis appellat, q̄a
solent imagines rerum earum nominibus
appellari quarum imagines sunt. Sicut om-
nia quæ pinguntur atque finguntur ex ali-
qua parte materiæ, metalli aut ligni, vel cu-
iuscunq; rei aptæ ad opera huiusmodi, quæ-
que etiam videntur in somnis, & oēs ferè
imagines, earum rerum quarum imagines
sunt appellari nominibus solent. Quis est
enim qui hominem pictum dubitet vocare
hominem, quandoquidem & singulorum
quorūq; picturam cum aspicimus, propria
quæq; nomina incunctanter adhibemus, ve-
lut cū intuentes tabulā aut parietē, dicimus,
Ille Cicero est, ille Salustius, ille Achilles, ille
Exod. 25. Hector, hoc flumen Simois, illa Roma, cum
aliq̄d nihil sint q̄ pictæ imagines? Vnde che-
rubin cū sint cęlestes ptātes, facta tñ ex me-
tallo, qđ imperauit deus, super arcā testamē-
ti, magnæ rei significandæ gratia, nō aliud q̄
B cherubin illæ quoq; effigies vocitanť. Item
si quis videt somniū, non dicit, Vidi imaginē
Augustini aut Simpliciani, sed vidi Augu-
stinū aut Simplicianū, cū eo tpe quo tale ali
quid uidit nos ignoraremus. Vsqueadeo ma
nifestū est, nō ipsos homines, sed imagines
Gen. 41. eorū uideri. Et Pharao spicas se dixit uidisse
in somnis & boues, nō spicarū aut boū ima-
gines. Si igitur liquido cōstat nominibus ea-
rū rerum quarū imagines sunt, easdē imagi-
nes appellari, non mirū est ꝙ scriptura dicit
Samuelē visum, etiā si forte imago Samuelis
1.Re.28. visa apparuit, machinamēto eius qui transfi-
2.Co.11. gurat se velut in angelum lucis, & ministros
suos velut ministros iustitiæ. Iā vero si illud
mouet, qūo à maligno spiritu Sauli uera prę
dicta sunt: pōt & illud mirū uideri, qūo dæ-
mones agnouerint Christum quē Iudæi nō
agnoscebant. Cum.n. vult Deus ēt per infi-
Matt. 8. mos & infernos spūs aliquē vera agnoscere,
tpali duntaxat atq; ad istā mortalitatē perti-
nentia, facile est & nō incongruū: ut omni-
potas & iustus ad eorū pęnā quib. ista prędi
cuntur, ut malum quod eis impendet ante-
quam veniat prænoscendo patiantur, occul-
to apparatu mysteriorū suorum ēt spiritibus C
talibus aliquid diuinationis impertiat, vt qđ
audiuńt ab angelis pręnuncient hominibus. Act. 16
Tantum aūt audiunt, quātum omnium dñs
atq; moderator vel iubet uel sinit. Vnde etiā
spiritus Pythonicus in Actibus Apostolorū
attestatur Paulo Apostolo, & Euāgelista esse
conatur. Miscent tñ isti fallacias suas, & uerū
quod nosse potuerint, non docendi magis q̄
decipiendi fine pręnunciant. Et forte hoc ꝙ 1.Re.28
cum illa imago Samuelis Saulem prędiceret
moriturum, dixit ēt secuum futurum, quod
utique falsum est. Magno quippe interuallo
post mortem separari bonos à malis in Euan Luc. 16.
gelio legimus, cum dñs inter superbū illum
diuitem, cum iam apud inferos tormenta pa
teretur, & illum qui ad eius ianuam vlcero-
sus iacebat, iam in requie constitutum, ma-
gnum chaos interiectum esse testetur. Aut si 1.Re.28.
propterea Samuel Sauli dixit, Mecum eris,
vt non ad æqualitatē fœlicitatis, sed ad parē
conditionem mortis referatur, ꝙ uterq; ho-
mo fuerit, & uterque mori potuerit, iamq́ue
mortuus mortem viuo prænūciabat. Perspi- D
cit quantum opinor prudentia tua, secūdum
vtrunq; intellectum habere exitum illam le
ctionē, quę non sit contra fidē: nisi forte pro- al. proli-
fundiore & * perplexiore inquisitione, quæ xiore.
vel viriū mearū uel tpis excedit angustias,
inueniatur ad liquidū, uel posse, vel nō posse
animā humanā cum ex hac vita migrauerit
magicis carminib⁹ euocatā uiuorū apparere
cōspectibus, ēt corporis liniamēta gestantē,
vt nō solū uideri ualeat, sed & agnosci. Et si
pōt, vtrū ēt iusti anima, nō quidē cogať ma-
gicis sacris, sed digneť ostendi occultioribus
imperijs summæ legis obtēperans: vt si fieri
nō posse claruerit, nō uterq; sensus in huius
scripturæ tractatione atq; expositione admit
tatur, sed illo excluso, imaginaria simulatio
Samuelis diabolico ritu facta intelligať. Sed
qm̄ siue illud fieri posit siue nō posit, tñ fal
lacia satanæ atq; imaginum simulandarum
callida operatio, decipiendis humanis sensi-
bus multiformis inuigilat, hæc diximus pe-
detētim quidem ne inquisitionibus diligen-
tioribus pręscribamus: sed tñ potius existi-
memus tale aliquid factū maligno Phyrho-

nissæ illius ministerio, quãdiu nobis aliquid amplius excogitare atq; explicare nõ datur.
Quæst.4. Quòd aũt queris, quid sit quod scriptum sit,
2. Re.7. Intrauit rex Dauid & sedit ante dñum: quid aliud intelligendũ est nisi quia sedit in conspectu dñi: siue vbi erat arca testamenti per quam sacratior & cõmendatior quędã præsentia dñi accipi potest: siue oraturus sedit, quod non fit rectè nisi in cõspectu Dei, hoc est, in intimo cordis? Potest.n.sic accipi qđ dictum est, Ante dñm: ut nullus esset hoĩum qui audiret orantem. Siue ergo ꝓꝓ arcam testamenti, siue ꝓꝓ secretum remotius ab arbitris, siue ꝓꝓ intimum vbi erat orantis affectus, conuenienter dictum est, Sedit ante
&c. dominũ. Nisi forte ꝙ sedens orauit, hoc mo-
3.Re.18. uet cum & S. Helias hoc fecerit, qñ pluuiam orãdo impetrauit. Quibus admonemur exẽplis, non esse præscriptum qũo corpus constituatur ad orandum, dummodo aĩus Deo præsens peragat intentionem suam. Nam & stantes oramus, sicut scriptũ est, Publicanus
Luc. 18. autem de longinquo stabat, Et fixis genibus,
Act. 7. sicut in Actibus Apostolorũ legimus, Et se-
& 20. dentes: sicut ecce Dauid & Helias. Nisi autẽ
2. Re. 7. iacentes oraremus, non scriptum esset in
3.Re.18. Psalmis, Lauabo per singulas noctes lectum
Psal.6. meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Cum enim quisquis orationem quærit, collocat membra sicut ei occurrerit, accommodata pro tẽpe positi corporis ad mouendum aĩum. Cum aũt non quęritur, sed infertur appetitus orandi: hoc est cum aliquid repente venit in mentem quo supplicandi moueatur affectus gemitibus inenarrabilibus, quocunq; modo inueniret hoĩem, non est
al. sece- vtiq; differẽda oratio, vt quæramus quò * se-
damus. deamus aut vbi stemus aut vbi prosternamur. Gignit.n.sibi mentis intentio solicitudinem, & sæpe etiã obliuiscitur se vel ad qua cœli partem, vel in qua positione corporis
Quæst.5. membra illud tp̃s inuenerit. In verbis autem
3.Re.17. beati Heliæ quibus ait. O dñe testis huius viduæ, cum qua ego inhabito apud ipsam, tu male fecisti vt occideres filiũ eius: nihil moueret si vera pronũciatio seruaretur. Vox est.n. non credentis ꝙ tam male faceret dñs cum ea vidua, quę tam piè Prophetã susceperat, eo pręsertim tp̃e quo ibi erat, cui protulerat totum victum suum tam exiguum in tam magna & summa inopia. Ita ergo dictũ est, ac si diceret, O dñe testis huius viduæ, cum qua ego inhabito apud ipsam, tu male fecisti vt occideres filium eius? vt intelligatur quòd vtique dominus testis cordis illius mulieris, videbat quanta esset pietas, vnde ẽt Heliam ipse ad eam miserat, non malefaciendi causa mortificauerit filium eius, sed exhibendi miraculi ad gloriam noĩs sui, quo tñ Prophetã & tunc viuentibus & posteris cõmendaret, Sicut dicit dñs, non ad mortem mortuum fuisse Lazarum, sed vt glorificaretur Deus in filio suo. Et ideo cõsequentia probant & ipsa etiam fiducia qua credidit Helias, nõ ad hoc illud contigisse vt acerbo luctu hospita eius affligeretur, sed potius ad hoc factum esse ut Deus magnificentius ostenderet viduæ qualem Dei famulum suscepisset. Sequitur scriptura & dicit, Et insufflauit puero ter, & inuocauit dominum & dixit, Dñe Deus meus reuertatur nunc aĩa pueri huius in eum. Et factũ est sic. Hęc ergo deprecatio qua petijt Helias tam breuiter & tam fideliter vt resurgat puer, satis indicat quo affectu dicta sunt superiora. Et ipsa mulier ostẽdit ad hoc mortificatum filium suum fuisse, ad qđ Helias factum esse pręsumpserat, cum illa verba non confirmando, sed renuendo enunciauerat. Cum.n. viuũ recepisset filiũ suum, ait, Ecce nunc cognoui, qñ homo Dei es tu, & uerbum dñi in ore tuo certissimum. Multa sunt aũt in scripturis quę nisi illo modo pronuncientur, in contrariam sñiam recidant: sicuti est, Quis accusabit aduersus electos Dei? Rom.8.
Deus qui iustificat, Si quasi confirmans respondeas, vides quanta peruersitas oriatur. Sic ergo pronunciandum est, ac si dicatur, Deúsne qui iustificat? vt subaudiat, nõ vtiq; Ac per hoc apertã puto esse illã Helię sententiam, q̃ nõ seruata pronũciatio faciebat obscurã. De spiritu mendacij per quẽ deceptus 3.Re.22.
est Achab, hoc intelligamus, quod iam superius aperte tractatũ arbitror: Deũ.s. omnipotentem & iustum distributorem pœnarũ præmiorumq; pro meritis, nõ solũ bonis & sanctis ministris vti ad opera congrua, sed ẽt malis ad opera digna: cum illi pro sua * per- al.peruer
uersitate nocere appetãt, sinantur autem tñ sa cupidi
quantum ille iudicat, qui omnia in mensura tate.
& põdere & numero disponit. Dixit aũt hoc Sap. 11.

Micheas

Micheas propheta qũo sibi fuerit demõstra-
tũ. Occulta.n.res & nimis secreta ita demon
stratur Prophetis, sicut põt capere sensus hu
manus, cum etiam rerum imaginibus in re-
uelationibus tanquam uerbis instruitur. Nã
qũo Deus hæc agit ubiq; præsens & ubique
I totus ac semper præsens, & qũo eius simpli-
cem & incommutabilem æternãq; veritatẽ
cõsulãt sancti angeli omnesq; ab eodẽ crea
ti sublimes & mundissimi spiritus, atque id
quod in eo sempiterne iustũ uident, pro con
gruentia rerum inferiorum temporaliter pe
Ioan. 8. ragant: qũo etiam lapsi spiritus, qui in ueri-
tate non steterunt, ꝑ ꝑ immundiciã & infir-
mitatem concupiscentiarum & pœnarũ sua
rum, non ualentes præsentẽ intrinsecus con
tueri & cõsulere ueritatẽ, signa forinsecus ꝑ
creaturã expectẽt, eisq; moueãtur siue ad fa
ciendũ aliquid siue ad non faciendũ: quoue
mõ cogãtur ęterna lege qua uniuersitas regi
tur uincti atq; cõstricti, uel sinẽte deo ope-
Al. credere. rari, uel * cedere iubẽti & cõpellenti, arduũ
& explicare longissimum est. Vereor autem
ne ista quæ sunt a me dicta, & non satisfece-
rint expectationi, & tædio fuerint grauitati
tuæ: qñquidẽ cũ tu ex oib. q̃ iterrogasti vnũ
a me libellũ mitti uelles, ego duos libros eos
dẽq; lõgissimos misi, & fortasse qõnib. tuis
K nequaquã diligenter expediteq; rñdi. Qua-
mobrẽ preces tuas ꝑ erratis meis multas &
assiduas peto fieri: sentẽtiã vero de hoc ope-
re tuã breuissimã, sed grauissimã flagito, &
dum sit uerissima, seuerissimam nõ recuso.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de octo Dulcitij quæstionibus Liber.

PRAEFATIO.

QVantum mihi vr̃ dilectissime fi
li Dulciti, non tardaui rñdere
interrogationibus tuis. Per Pa-
scha quippe hoc anno quo
Dominicus eius fuit tertio
Kal. Aprilis, a Cartagine mihi missas literas
tuæ dilectionis accepi. Post eos autẽ dies san
ctos cõfestim Carthaginẽ sum profectus. In
qua ciuitate nihil me dictare permisit occu-
pationũ quæ ibi non põt deesse nimia multi L
tudo. Sed posteaquã inde regressus sum pe-
ractis apud nostros quindecim diebus, qui
me post absentiam diuturnã curare alia cõ-
pulerunt, Nam post tres mẽses vbi redire ꝑ-
missus sum, rescribere ista non distuli, & abs
te missis quæstionibus, quæ a me per diuer-
sa opuscula mea iam fuerant pertractata, ex
eisdem opusculis reddere, uel solutionẽ uel
certe disceptationem meam. Deniq; illud tã
tummodo vbi quæris quare dixerit dñs ni-
mirũ præscius futurorum, Elegi Dauid ſm
cor meũ, quum ille talia & tanta cõmiserit,
vbi tractauerim, & qũo id exposuerim, non
potui reperire, & utrũ sit i aliquo libro meo
vel Epistola nescio. Ac per hoc qm̃ mihi de
hoc intulisti nouę disputationis necessitatẽ,
in hac mea rescriptione id ultimũ feci, prius
uolens ea ponere, quæ habebã in aliis meis
uoluminib. præparata: vt nec studio tuæ san
ctitatis deessem, quod mihi est gratissimũ,
nec alio mõ eadem dicere cogerer, qđ mihi M
esset laboriosissimũ, nec te aliquo amplius
adiuuaret. Prima itaq; propõ tua est, utrum *Quæst. 1*
aliqñ q̧ sunt post baptismũ peccatores, exeãt
de gehenna. Aliquantorum nanq; suꝑ hoc,
inquis, diuersa sententia est, rñdentiũ, sicut
est iustorum præmium, ita pctõrum finẽ nõ
habere tormenta. Asseuerare etenim cupiũt
tam perpetim uindictam manere q̃ ꝓmiũ.
Quibus ꝯ̃ præscribitur Euangelica illa sentẽ
tia quę ait, Non inde exies donec reddas no *Matt. 5.*
uissimum quadrantẽ. Superest ergo ut hoc
reddito possit exire. Credimus hoc ẽt Apo-
stoli definitione scribẽtis. Ipse autem saluus *1.Cor.3.*
erit, sic tñ quasi per ignem. Sed qm̃ alibi legi *Matt. 1.*
mus inquis, Et non cognouit eam donec pe
perit: quod ita interpretari non possumus, id
circo de hoc cupimus fieri certiores. Hucus
que est propositio tua. Cui respondeo ex li-
bro meo qui inscribitur de fide & operibus,
vbi de hac re ita locutus sum: Iacobus autẽ
intm̃ uehementer infestus est eis qui sapiũt
fidẽ sine operibus ualere ad salutem, ut illos
etiam dæmonibus comparet dicens, Tu cre *cap. 14.*
dis qm̃ vnus est Deus? bene facis, & dæmo-
nes credunt & contremiscũt. Quid breuius, A
verius, vehementiusque dici potuit, cum in *Iaco.2.*

Euangelio legamus hoc dixisse dæmonia,
Marc. 1. quum Christum filium dei confiterentur,&
Mat. 16. ab illo corriperentur, quod in Petri confes-
Iaco. 2. sione laudatum est? Quid proderit ait Iacobus, fratres mei, si fidem dicat se quis habere, opera aũt non habet: Nunquid poterit fides saluare eũ? Dicit ẽt, Quia fides sine operibus mortua est, Quousq; ergo falluntur, q de fide mortua sibi vitam perpetuam pollicentur? Quapropter diligenter oportet attẽdere quõ accipiẽda sit Pauli Apostoli illa sententia, planè ad intelligendũ difficilis, quum
1. Cor. 3. ait, Fundamentũ aũt aliud nemo põt ponere, prẹter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis aũt superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulã, uniuscuiusq; opus manifestabitur. Dies.n. declarabit, quia in igne reuelabitur, & uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, Si cuius opus permãserit, quod superædificauit, mercedem accipiet, Si cuius aũt opus arserit, dãnum patietur: ipse autem saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Quam quidã sententiã ita intelligendam putant, ut illi uideantur ædifi-
B care super hoc fundamentum, aurum, argẽtum & lapides preciosos, qui fidei q̃ in Xpo est, bona opera adijciunt: illi autẽ fœnum, ligna, stipulam, qui cum eandem fidẽ habeãt, male operantur. Vnde arbitrantur per quasdam pœnas ignis eos posse purgari ad salutem percipiendam merito fundamẽti. Hoc si ita est, fateamur istos laudabili charitate conari, ut oẽs indiscrete admittantur ad baptismum, non solũ adulteri & adulteræ contra sententiam dñi falsas nuptias prætendentes, verumetiã publicæ meretrices in turpissima professione perseuerantes, quas certe nulla etiã negligentissima Ecclesia consueuit admittere, nisi ab illa primitus ꝓstitutione liberatas. Sed ista rõne cur non omnimõ admittantur, omnino non video. Quis.n. nõ malit eas posito fundamento, licet ligna, fœnum & stipulam congerant, aliquanto certe diuturniore igne purgari, q̃ in æternum perire? Sed falsa erunt illa quæ obscuritatem ambiguitatemq; non habent. Si habeã oẽm fidẽ, ita ut montes transferam, charitatẽ aũt non habeam, nihil sum. Et quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera aũt non habeat? Nunquid poterit fides salua C
re eum? Falsum erit & illud, Nolite errare, *1. Co. 13.*
neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, ne- *Iaco. 2.*
que fures, neq; auari, neque adulteri, neque *1. Co. 6.*
molles, neq; masculorum concubitores, neque ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei possidebunt: Falsum est & illud, Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt forni-
cationes, immundiciæ, impudicitia, luxuria, *Gala.*
idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico uobis sicut prædixi, qm̃ qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Falsa erunt hæc, Si.n. tm̃modo credant & baptizentur, quãuis in malis talibus perseuerant, salui erunt per ignẽ, atq; ideo in Christo baptizati etiã qui talia agunt, regnum Dei possidebunt. Frustra aũt
dicitur, Et hæc quidẽ fuistis, sed abluti estis, *1. Co. 6.*
qñ & abluti hæc sunt. Inaniter etiam illud a *1. Pet.*
Petro dictum uidebitur, Sic & uos simili forma baptisma saluos fecit, non carnis deposi-
tio sordium, sed conscientiæ bonæ interro- D
gatio: siquidem & habentes pessimas cõsciẽtias omnium flagitiorum & scelerũ plenas, nec eorum malorum pęnitentia mutatas, tñ baptisma saluos facit: ꝑ ꝑ fundamentũ.n. qđ in eodẽ baptismate ponitur, licet ꝑ ignẽ, salui erunt. Illud quoq; non uideo cur dñs di-
xerit. Si uis uenire ad uitã, serua mandata, & *Mat. 19*
cõmemorauit ea quæ ad bonos mores pertinent, si etiam his non seruatis ad uitam ueni re potest per solam fidem, quæ sine operibus mortua est. Illud deinde quomodo uerum
erit quod eis quos ad sinistram positurus est, *Iaco. 2.*
dicet, Ite in ignem æternum, qui paratus est *Mat. 25*
diabolo & angelis eius? Quos non increpabit quia in eum non crediderunt, sed quia bona opera non fecerunt. Nam profecto ne sibi quisquam de fide, quæ sine operibus mortua est, uitam promittat æternam, propterea omnes gentes segregaturum se dixit, quæ permixtæ eisdem pascuis utebantur, ut appareat eos illi dicturos, Domine quando te uidimus illa & illa patientem, & nõ ministrauimus tibi, qui in eum crediderãt, sed bona operari non curauerant, tanquam de ipsa fide mortua ad uitam perueniretur ęternam. An forte ibunt in ignẽ æternũ q opera E

mise-

misericordiæ non fecerũt, & non ibunt qui
aliena rapuerunt, vel corrumpendo in se tẽ-
plum dei, in seipsos immisericordes fuerũt?
E quasi opera misericordiæ prosint aliquid si-
1. Co. 13. ne dilectione, dicente Apostlo, Si distribuã
omnia mea pauperibus, charitatem aũt non
Psal. 10. habeam, nihil mihi prodest? Aut diligat
quisquam proximum sicut seipsum, qui nõ
diligit seipsum? Qui.n.diligit iniquitatem,
odit animam suam. Neq; illud dici hic po-
terit, in quo nonnulli seipsos seducunt di-
centes, ignem æternum dictum, non ipsam
pœnam æternam. Per ignem quippe qui
æternus erit, transituros arbitrantur eos qui
bus propter fidem mortuam per ignem pro-
mittunt salutem: vt videlicet ipse ignis æter
nus sit: combustio vero eorum, hoc est ope-
ratio ignis, non sit in eis æterna, cnm & hoc
prævidens dominus, sententiam suam ita
Mat. 26. concluserit dicens, Sic ibunt illi in combu-
stionem æternam, iusti autem in vitam æter
nam. Erit ergo ęterna combustio sicut ignis,
& in illam ituros veritas dixit, quorum non
fidem, sed bona opera defuisse declarauit. Si
ergo hæc oĩa & cętera quæ innumerabilia
F per oẽs scripturas sine vlla ambiguitate dicta
reperiri pñt. falsa erunt, poterit verus esse ille
intellectus de lignis, fęno, & stipula, ꝙ hi sal
ui erunt per ignem, qui solã in Christo fidẽ
tenentes, bona opera neglexerunt. Si aũt ista
& vera & clara sunt, proculdubio in illa Apo
stoli snĩa alius requirẽdus est intellectus atq.
in his deputandum est, quę Petrus dicit esse
in scriptis eius quædam difficilia intellectu:
quæ nõ habent hoĩes peruertere ad propriũ
suum interitũ, vt contra euidentissima testi-
monia scripturarũ securos faciant de perci-
pienda salute nequissimos, nequitiæ suę per-
tinacissimè cohærentes, nec emendando aut
Gal. 5. pœnitendo mutatos. Hic à me fortasse quæ-
ratur de ipsa Pauli Apost. snĩa, quid ego sen-
tiam, & quonam modo intelligendam putẽ.
Fateor malle me hinc audire intelligentiores
atq; doctiores, qui sic eam exponant, ut illa
oĩa vera & incõcussa permaneant quæ supra
cõmemoraui, & quęcunq; alia nõ cõmemo-
raui: quibus apertissime scriptura testat̃, nihil
Iacob. 2. prodesse fidẽ nisi eam qua definiuit Aposto-
lus, i. quæ per dilectionẽ operatur: sine ope-
ribus aũt saluare nõ posse, neq; præter ignẽ,
neq; per ignem: quia si per ignem saluat, ipsa
vtiq; saluat. Absolute aũt dictũ est & aperte,
Quid prodest si dicat quis se fidẽ habere, ope G
ra aũt non habeat? nunq̃d poterit fides salua-
re eũ? Dicam tñ q̃ breuissime potero ẽt ipse,
quid sentiã de illa snĩa Pauli Apostoli ad in-
telligendum difficili, dummodo illud qđ ad
meã professionẽ attinet præcipue teneat̃, ꝙ
de hac me malle dixi audire meliores. Fun- 1. Cor. 3.
damentum Xp̃s est in structurã architecti sa-
piẽtis, hoc expositione nõ indiget: Aperte. n.
dictũ est, Fundamentũ.n.aliud nemo põt po
nere pręter id qđ positũ est qđ est Xp̃s Iesus.
Si aũt Xp̃s, proculdubio fides Christi. Per fi- Ephe. 3
dẽ quippe habitat Xp̃s in cordibus nostris,
sicut idẽ Apostolus dicit. Porrò si fides Chri-
sti, illa vtiq; quam definiuit Apostolus, quę
per dilectionẽ operatur. Non.n. fides illa dę-
monũ, cum & ipsi credant & cõtremiscant,
& filiũ Dei confiteantur Iesum, põt accipi in
fundamentum. Quare? nisi quia nõ est fides
quæ per dilectionẽ operatur, sed quæ expri-
mitur per timorem. Fides itaq; Christi fides
gratiæ Christianæ, i. ea fides q̃ per dilectionẽ
operatur, posita in fundamento, neminẽ pe-
rire permittit. Sed q̃d sit ædificare super hoc H
fundamentũ, aurũ, argentũ, lapides precio-
sos: & lignũ, fœnũ, & stipulã, si subtilius dis-
serere coner, vereor ne ad intelligendũ dif-
ficilior sit ipsa expositio: enitar tñ, quantum Mat. 19.
dñs adiuuat, & breuiter & quantũ potero di-
lucide expedire qđ sentio. Ecce ille, qui quę-
siuit a magistro bono, q̃d boni faceret, ut ha-
beret vitam æternam: & audiuit, si ad vitã ve
nire vellet, seruanda sibi esse mandata, Dictũ
est ei, Non occides, Non mœcaberis, Non Exo. 20.
furtum facies, Non falsum testimoniũ dices,
Honora patrem tuum & matrem tuam, Et di
liges proximum tuũ tanquam teipsum: Hæc
faciens in fide Christi, teneret proculdubio
fidem quæ per dilectionẽ operatur. Neq;.n.
diligeret proximum tanquam seipsum, nisi
recepta dilectione Dei, sine qua nõ diligeret
seipsum. Porrò si faceret etiam quod dñs ad-
didit, dicens, Si vis perfectus esse, uade uen-
de oĩa quæ habes, & da pauperibus, & habe-
bis thesaurũ in cęlo, & veni sequere me: ædi
ficaret super illud fundamentum, aurum, ar-
gentum, lapides preciosos: non.n.cogitaret,
nisi quõ placeret Deo. Et hæ cogitationes

sunt,quantum æstimo,aurum,argentum,la-
pides preciosi. Porrò si circa diuitias suas car
nali quodam teneretur affectu,quāuis ex eis
multas eleemosynas faceret, nec ad eas au-
I gendas fraudis aliquid rapinæq; moliretur,
aut earum minuendarum uel amittendarum
metu in aliquod facinus flagitiumve labere-
tur, alioquin iam se isto modo ab illius fun-
damenti stabilitate subtraheret, sed ꝑꝑ car-
nalem, vt dixi, quem in eis habebat affectū,
quo talibus bonis sine dolore carere nō pos-
set, ædificaret super fundamentum illud, li-
gnum,fœnum,stipulam: maxime si & vxo-
rem sic haberet,vt etiam ꝑꝑ ipsam cogitaret
ea quæ sunt mundi,quō placeret vxori. Hæc
igitur qm̄ affectu dilecta carnali,non sine do
lore amittuntur,propterea qui sic ea habent,
vt habeant in fundamento fidē, quæ per di-
lectionem operatur, nec huic ista vlla rōne
vel cupiditate præponant,in eorū amissione
passi detrimentum,per ignem quendam do-
loris perueniunt ad salutē. A quo dolore atq;
detrimento tanto est quisq; securior,quanto
ea uel minus amauerit, vel tanquam nō ha-
bens habuerit: qui vero ꝑꝑ illa, vel tenēda,
K vel adipiscenda,homicidium,adulteriū,for-
nicationē,idolatriam, & similia quęq; com-
miserit, non ꝑꝑ fundamentum per ignem
saluabitur, sed amisso fundamento, æterno
igne torquebitur. Quamobrem & illud qđ
dicunt, veluti probare cupientes, quantum
1.Cor.7. valeat sola fides,ubi Apostolus dicit,Quòd si
infidelis discedit, discedat: nō est.n.seruituti
subiectus frater vel soror in hmōi.i.vt ꝑꝑ fi-
dem Christi etiam ipsa uxor legitima socie-
tate coniuncta, sine vlla culpa relinquatur si
cum viro Christiano, ꝑꝑ hoc quia Christia-
nus est, permanere noluerit: non attendunt
eo modo illam rectissime dimitti,si viro suo
dicat,Non ero vxor tua,nisi mihi de latroci-
nio diuitias cōgeras:aut nisi solita lenocinia,
quibus nostram domū transigebas, ēt Chri-
stianus exerceas:aut si quid aliud vel facino-
rosum vel flagitiosum in viro nouerat, quo
delectata vel libidinē explebat, vel facilē vi-
ctum habebat, vel etiam incedebat ornatior.
Tunc.n.ille, cui hoc vxor dicit, si veraciter
egit pœnitentiam ab operibus mortuis, qm̄
Gal.5. accessit ad baptismum habetq; in fundamen
to fidē quæ per dilectionē operatur, procul-
dubio plus tenebitur amore diuinæ gratię,q̄
carnis luxuriæ,& mēbrum,quod eum scan- Mat.5.
dalizat,fortiter amputat. Quemcunq; autem
in hac direptione dolorem cordis ꝑꝑ carna-
lem affectum coniugis sustinebit,hoc est de- L.
trimentum qđ patietur,hic est ignis per quē
fœno ardente ipse saluabitur. Si aūt iam sic
habebat vxorē tanq̄ nō habens, non ꝑꝑ con
cupiscentiam,sed ꝑꝑ misericordiam,ne for
te eam saluam faceret,reddens potius quàm
exigens debitum coniugale,profecto nec do
lebit carnaliter, cum ab illo tale connubium
separabitur: neq; enim in ea cogitabat, nisi
quæ sunt Dei,quō placeret Deo. Ac per hoc 1.Cor.7.
inquantum aurum,argētum, & lapides pre-
ciosos illis cogitationibus super ædificabat,
intantum nullum detrimentum patietur,in-
tantum eius structura, quæ non erat fœnea,
nullo incendio cremabitur. Siue ergo in hac
tm̄ vita ista hoīes patiuntur, siue ēt post hāc
vitam talia quędam iudicia subsequunť,non
abhorret,quantū arbitror,à ratione veritatis
iste intellectus huius snīæ: veruntamen etiā
si est alius,qui mihi non occurrit, potius eli-
gendus, istum quādiu tenemus nō cogimur
dicere iniustis, non subditis,scelestis,conta- M.
minatis,parricidis,matricidis,homicidis,for 1.Tim.1.
nicatoribus,masculorū concubitoribus, pla
giarijs,mendacibus,periuris, & si quid aliud
sanæ doctrinæ aduersatur,quæ est ſm Euan-
gelium gloriæ beati Dei: si tantummodo in
Christū credatis, & sacrm̄ baptismi eius acci
piatis, ēt si vitā istā pessimā nō mutaueritis,
salui eritis. Vnde nec illa nobis mulier Cha-
nanæa præscribit,quia dn̄s,qđ petebat ei de-
dir,cū ante dixisset,Nō est bonū tollere panē Mat.15.
filiorū, & mittere canibus: q̄a ille cordis in-
spector mutatā vidit qn̄ laudauit: & ideo nō
ait, O canis magna est fides tua: sed, O mu-
lier magna est fides tua. Mutauit vocabulū,
quia mutatum vidit affectū,atq; illam corre-
ptionē ad fructū peruenisse cognouit. Miror
aūt si laudaret in ea fidē sine operibus.i.fidē
nō talem, quę per dilectionē posset operari:
mortuam,& qđ Iacobus dicere minime du- Ioac.2.
bitauit,fidē nō Christianorum,sed dęmonū.
Postremo si istā Chananęam nolunt intelli-
gere mutasse perditos mores, qn̄ eam Chri-
stus contemnendo & corripiendo redarguit:
quoscunque inuenerint tantummodo cre-

dere, uitam uero inquinatissimam nec saltem occultare, sed etiam libere profiteri, ac nolle mutare: sanent filios eorum, si possunt sicut sanata est filia Chananææ mulieris: non tamen eos faciant membra Christi, cum ipsi esse non desinant membra meretricis.

A

Augustinus de fide, spe, et charitate.

Item in eo libro, cuius titulus est de fide, spe, & charitate, quem scripsi ad filium meum, fratrē tuum Laurentium, ista de hac re verba mea sunt: Creduntur inquā, à quibusdam, et hi qui nomen Christi non relinquunt, & eius lauacro in Ecclesia baptizantur, nec ab ea vllo schismate vel hęresi pręciduntur, in quātislibet sceleribus viuant, quę nec diluant pœnitendo, nec eleemosinis redimant, sed in eis vsq; ad huius vitę vltimum diem pertinacissime perseuerēt, salui futuri per ignē: licet pro magnitudine facinorum flagitiorumq; diuturno, non tñ æterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, & tñ catholici sunt, humana quadā beneuolentia mihi falli vñr nam scriptura diuina aliud consulta rñdet. Librum aūt de hac quæstione conscripsi, cuius titulus est de fide & operibus, ubi ſm scripturas sanctas, quantū Deo adiuuante potui, demonstraui eam fidem saluos facere, quam satis euidenter expressit Paulus Apostolus dicēs. *Gal. 5.* In Christo enim Iesu neq; circuncisio quicquam valet, neq; pręputiū,

B

sed fides quæ per dilectionē operatur. Nam fides quæ per dilectionem nō operatur, *Iacob. 3.* proculdubio ſm Apostolum Iacobum, mortua est in semetipsa. Qui rursus ait, Si fidem dicat se quis habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Porrò autem si homo sceleratus pp̄ fidem solā per ignem saluabitur, & sic est accipiendū, quod ait beatus Paulus Apostolus, *I. Cor. 3.* Ipse aūt saluus erit, sic tñ quasi per ignē: poterit ergo saluare sine operibus fides, & falsum erit quod dixit eius coapostolus Iacobus. *I. Cor. 6.* Falsum erit & illud quod idem ipse Paulus dixit, Nolite, inquit errare: neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neque masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; maledici, neq; ebriosi, neq; rapaces, regnum Dei possidebunt. Si.n. etiam in istis perseuerantes criminibus, tñ pp̄ fidem Christi salui erunt, quō in regno Dei non erunt? Sed quia hæc Apostolica manifestissima & apertissima testimonia falsa esse non possunt, Illud quod obscure dictū est de his qui ędificant super fundamentum, quod est Christus, non aurum, nō argentum, non lapides preciosos, sed ligna, fęnum, stipulam: his.n. dictum est, ꝙ per ignem salui erunt,

C

qm̄ fundamenti merito non peribunt: sic intelligendum est, vt his manifestis, non inueniatur contrarium esse. Ligna quippe, & foenum, & stipula nō absurde accipi pñt rerum secularium, quāuis licite concessarum, tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore non possint. Cum autem iste dolor vrit, si Christus in fundamento locum habet: id est, vt ei nihil anteponatnr, & malit homo, qui tali dolore vritur, rebus, quas ita diligit, magis carere q̃ Christo, per ignem fit saluus. Si autem res hmōi temporales ac seculares tꝑe tentationis maluerit tenere q̃ Christum, eum in fundamento non habuit: quia hæc priore loco habuit, cum in ædificio non sit aliquid prius fundamento. Ignis.n. de quo eo l co locutus est Apostolus Paulus, talis debet intelligi, vt ambo per eum transeant, id est, & qui ædificat super hoc fundamētum, aurum, argentum, lapides preciosus: & qui ædificat lignum, fœnū, stipulam. Cum.n. hoc dixisset: adiunxit, Vniuscuiusq; opus quale sit ignis,

D

probabit. *I. Cor. 3.* Si cuius opus permanserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus autem exustum fuerit, damna patietur: ipse autē saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Non ergo vnius eorum, sed utriusque opus ignis probabit. Est quidē ignis tentatio tribulationis, de quo aperte alio loco scriptū est, *Eccl. 17.* Vasa figuli probat fornax, & hoīes iustos tentatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit qđ Apostolus dixit, *I. Cor. 7.* si accidat duobus fidelibus, uni.s. cogitanti quæ Dei sunt, quō placeat Deo: hoc est, ædificanti super Christum fundamentum, aurum, argētum, lapides preciosos: alteri autem cogitanti ea quæ mundi sunt, quō placeat uxori.i. ædificanti super idem fundamentum, ligna, fęnū, stipulā: illius.n. opus non exuritur, quia non ea dilexit, quorū amissione crucietur. Exuritur autem opus huius, quoniam sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra cōditione proposita, eis potius carere malit, quàm Christo, nec ti-

more

more amittendi talia deserit Christū, quãuis doleat dum amittit, saluus est quidem, sic tñ quasi per ignem: quia vrit eum rerum dolor. quas dilexerat, amissarum, sed non subuertit neq; consumit, fundamenti stabilitate atque

E incorruptione munitum. Tale aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile non est, &

Purgatorium. vtrum ita sit quæri potest, Et aut inueniri, aut latere, nōnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusq; saluari: non tñ tales, de quibus dictum est, ꝙ regnum Dei nō possidebunt, nisi cōuenienter poenitentibus eadem crimina remittant. Conuenienter aūt dixi, vt steriles in eleemosynis nō sint, quibus tñ tribuit scriptura diuina, vt earum tantummodo fructum se imputaturū prænunciet dn̄s dextris, & earum tantummodo sterilitatem sinistris, qñ his dicturus est, Venite benedicti patris mei perci-

Mat. 25. pite regnum Dei: illis autem, Ite in ignē ęternum. Hęc de duobus opusculis meis satis puto quęstioni tuæ fuisse responsa. De illa vero

Matt. 5. sententia Dñi, Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem, rn̄dere mihi necesse non fuit, cum iam tuipse, quæstionem similem ex Euangelij lectione soluisti, vbi

F scriptum est, Non cognouit eam donec peperit. Sanè vt nō te cęlem de hac re cogitationem meam vellem, si fieri posset, immo vero volo, si fieri potest, in hac quęstione ve-

Matt. 1. ritate superari. Illud.n. quod dr̄, qñque, & si plurimi tp̄is, eos qui in catholica communione moriuntur, quãuis vsq; in finem uitæ huius flagitiosissime & sceleratissime vixerint de pęnis vltricibus exituros, familiarius meum tangit affectū, quem habemus circa eos, qui nobiscū corporis & sanguinis Christi sacra cōicant: quãuis eorum mores perditos oderimus, quos disciplina Ecclesiastica emendare non possumus, aut à mensa dn̄ica separare: sed à veritate vinci volo, quæ sacris literis apertissime nō resistit. Non.n. quę resistit, dicenda est vlla ratione veritas, vel putanda. Sed interim donec audiamus tale aliquid aut legamus, auscultemus ei qui dicit,

1. Cor. 6. Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruientes: & cętera, regnū Dei possidebunt, quia si talia sunt, quæ cōtradicunt, vt horum verborum Apostolicorum manifestationem in alios sensus ducere nequeant, profecto aduersus ea nos instruxit, & paratos esse uoluit idē Apostolus dicens, Hoc aūt scitote intelli- *Ephe. 5.* gentes qm̄ oīs fornicator, aut immūdus, aut auarus, quod est idolorū seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo G vos seducat inanibus verbis. Cum ergo audierimus quosdam fornicatores, & immundos, & auaros per ignem saluari, vt habeant hereditatem in regno Christi & Dei, nō obsurdescamus cōtra istum reclamantem & dicentem, Oīs fornicator, aut immundus, aut auarus, nō hēt hęreditatē in regno Christi & Dei: & ne acquiescamus illius verbis cōtinuo subijcientem. Nemo vos seducat inani- *Quæst. 2.* bus verbis. Vtrum oblatio, quæ fit pro quiescentibus, aliquid eorum cōferat animabus, cū euidēter nostris aut subleuemur actibus, aut grauemur: cum siquidem legamus, ꝙ in inferno nemo possit iam confiteri. Ad quod multi dicunt, ꝙ si aliquis beneficij in hoc locus possit esse post mortem, quãto magis sibi aīa ferret ipsa refrigeria, sua per se illuc cōfitendo peccata, quam in eorum refrigerium ab alijs oblatio procuratur. Dixi aliquid de hac re in eo libro, quē nuper ad S. Paulinum Nolanum Ep̄m scripsi, cum me cōsuluisset. H

Vtrum sepultura, quæ fit in memorijs marty- *De cura pro mortuis. c. 1* rū, prosit aliquid spiritibus mortuorū. Inde est hoc quod his ad te literis insero, Diu, inquam, sanctitatis tuæ coepiscope venerande Pauline scriptorum debitor fui, ex quo mihi scripsisti per hoīes filiæ nostræ religiosissimę Floræ, quærens à me, vtrū prosit cuiq; post mortem, ꝙ corpus eius apud sancti alicuius memoriā sepeliatur. Hoc.n. abs te vidua memorata petierat, pro defuncto in eis partibus filio suo, & rescripseras cōsolans eam, idq; ēt nuncians de cadauere fidelis iuuenis Cynegij, quod materno & pio affectu desiderauit esse cōpletum, vt. s. in beatissimi Fęlicis confessoris Basilica poneretur. Qua occasione factum est, vt per eosdem perlatores literarum tuarū ingereres huiuscemodi quæstionem: atq; vt rn̄derem quid mihi exinde videretur exposcens, nec tacens ipse quid sentias: nam dicis videri tibi, non esse inanes motus animorum religiosorum atq; fidelium pro suis ita curantiū. Adiungis ēt vacare non posse ꝙ vniuersa pro defunctis Ecclesia supplicare

consue-

consueuit: vt hinc & illud conijci posſit, homini prodeſſe poſt mortẽ, ſi fide ſuorum humãdo eius corpori, talis prouideatur locus, in quo appareat opitulatio etiam iſto modo quæſita ſanctorum. Sed cũ hæc ita ſint, quõ huic opinioni contrariũ non ſit, qđ ait Apoſtolus, Oẽs.n.aſtabimus ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſq; ſm ea q̃ ꝑ corpus geſſit, ſiue bonum, ſiue malum: non te ſatis uidere ſignificas. Hęc quippe Apoſtolica ſententia ante mortẽ admonet fieri, quod posſit prodeſſe poſt mortem: non tunc qñ iã recipiendũ eſt, quod quiſq; geſſerit ante mortẽ. Verum hæc ita ſoluitur qõ, qm̃ quodã uitæ genere acquiritur, dum in hoc corpore viuitur, ut ali quid adiuuent iſta defunctos: ac ꝑ hoc ſm ea quæ per corpus geſſerunt, eis quę poſt corpus religioſe pro illis facta fuerint, adiuuantur. Sunt.n.quos omnino nihil adiuuant iſta, ſiue pro eis fiant, quorum tã mala ſunt merita, vt neq; talibus digni ſint adiuuari: ſiue pro eis, quorũ tam bona ſunt, ut talibus nõ indigeant adiumentis. Genere igr̃ uitæ, quod geſsit quiſq; ꝑ corpus, efficitur, ut proſint uel nõ proſint, quæcũq; pro illo pie fiunt, cũ reliquerit corpus. nã meritum, per qđ iſta proſint, ſi nullum comparatũ eſt in hac uita, fruſtra quæritur poſt hanc uitã. Ita fit ut neq; inaniter Eccleſia, uel ſuorũ cura pro defunctis, quod potuerit religionis impẽdat: & tñ ferat unuſquiſq; ſm ea quæ geſſit ꝑ corpus, ſiue bonũ, ſiue malũ, reddente dño unicuiq; ſm opera eius. Vt.n.hoc quod impẽditur, posſit ei prodeſſe poſt corpus, in ea uita eſt acquiſitum, quam geſsit in corpore. Dixi etiã tale aliquid ad Laurẽtiũ, qđ ita ſe habet. Tẽpus aũt, inq̃, quod inter hominis mortẽ & ultimam reſurrectionẽ poſitũ eſt, animas abditis receptaculis ↄtinet: ſicut una quæq; digna eſt vel requie, uel erũna, pro eo quod ſortita eſt in carne, dũ uiueret. Neque negandũ eſt defunctorũ animas pietate ſuorum uiuentiũ releuari, cũ pro illis ſacrificiũ mediatoris offertur, uel eleemoſinæ in Eccleſia fiũt. Sed eis hæc proſunt, qui cum uiuerẽt, ut hęc ſibi poſtea poſſent ꝓdeſſe, meruerunt. Eſt.n. quidam uiuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ita poſt mortẽ: nec tã malus, ut ei non proſint iſta poſt mortẽ. Eſt uero talis in bono, ut hæc non requirat: eſt & rurſus talis in malo, vt nec his ualeat, cũ hæc vita tranſierit, adiuuari. Quocirca hic oẽ meritum cõparatur, quo poſt hãc & vitã posſit releuari quiſpiã, uel grauari. Nemo ãt ſe ſperet, qđ hic neglexit, cum obierit, apud deũ promereri. Nõ igitur iſtas, quæ pro defunctis, cõmendandis frequentat Eccleſia, illi Apoſtolicæ ſunt aduerſa ſententiæ, qua dictũ eſt, Oẽs.n.aſtabimus ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſq; ſm ea, quæ ꝑ corpus geſsit, ſiue bonum, ſiue malũ, quia etiã hoc meritum ſibi quiſque, cũ in corpore uiueret, cõparauit, ut ei poſſent iſta prodeſſe: non.n.omnibus proſunt. Et quare nõ omnibus proſunt, niſi ꝓꝑ differentiam uitę, quã quiſq; geſsit in corpore? Cum ergo ſacrificia, ſiue altaris, ſiue quarumcunq; eleemoſinarum baptizatis defunctis omnibus offerũtur, ꝓ ualde bonis gratiarum actiones ſunt, pro ualde malis etiam ſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunq; uiuorum cõſolationes ſunt. Quib. aũt proſunt, aut adhuc proſunt, ut ſit plena remisſio: aut certe ut tolerabilior fiat ipſa damnatio. Tertia tua quæſtio eſt, Vtrum ſtatim in aduentu dñi credendum ſit futurum eſſe iudicium, an ſpatio interpoſito temporis? In cuius diebus aduentus, qñ legimus, inquis, ꝙ qui ſupererunt, rapientur in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum dño futuri ſunt: noſſe deſidero, utrũ mox iudicium comitetur aduentum, & ij qui rapientur in nubes, an ſoluantur in mortem? niſi forte ad uicẽ mortis ipſam immutationẽ debeamꝰ accipere. Huic interrogationi tuæ, qua quæris, utrum in aduentu domini mox credendum ſit futurum eſſe iudicium, puto quod ſufficiat fides ſymboli, qua confitemur Chriſtum a patris dextera eſſe uenturum ad uiuos & mortuos iudicandos. Cum ergo ipſa ſit ei cauſa ueniendi, quid aliud acturus eſt mox ut uenerit, niſi propter quod ueniet? De illis autem qui rapientur in nubibus, in quadam epiſtola, quam ſcripſi ad filium meum nomine Mercatorẽ, quæ incipit, Proculdubio nociſsimum uobis, cum me cõſuluiſſet, de quibuſdam quæſtionibus Pelagianorum, qui negãt mortem eſſe peccato retributam, quatenus diſputauerim in ſubdictis, Lege. Illi autem, inquam, de quibus dixit Apoſtolus, cum

Marginalia: G; 2. Cor. 5.; K; Quæſt. 2.; H; L; In Enchiridio. ca. 109. & ſeq. 13.; q. 2. cap. Tẽpus. 4. ſent. diſt. 45. cap. Neq; negandum.; Quibus proſint oratiões & eleemoſine & ſacrificium & hmõi.; 2. Cor. 5.; M; Quæſt. 3.; 1. Theſſ. 4.; A; Nõ eſt inter epiſtolas.

cũ loqueretur de resurrectione mortuorũ, Et nos viuentes, qui reliqui sumus simul cũ illis rapiemur in nubib. obuiam Christo in aera, & ita semꝑ cum dño erimus: afferunt quidẽ aliquid qõnis, sed ꝓꝓ seipsos, non ꝓꝓ istos: nam & si nõ sunt etiam ipsi morituri, quid istos adiuuet, omnino nõ video, cum talia de his dici possint, qualia de illis dicta sũt duobus, Enoch. s. & Helia. Sed reuera quãtũ ad verba beati Apostoli pertinet, vr̃ asserere

B quosdam in fine seculi adueniente dño, cũ futura est resurrectio mortuorum, non mortuos, sed viuos repertos, in illam immortalitatẽ, quæ sanctis ẽt cæteris datur, repente mutandos, & simul cum illis rapiendos, sicut dicit, in nubibus. Nec aliquid aliud mihi uisũ est, quotiẽs de his verbis volui cogitare. Sed vellem hinc potius audire doctiores: ne illis etiam qui putant aliquos morte non præcedente viuificatos, ad vitam trãsituros perpe-

1. Co. 15 tuam dicere inueniatur Apostolus, Stulte tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. Nã & illud qđ in plerisq; codicib. legitur, Oẽs resurgemus: vñ fieri poterit, nisi oẽs moriamur? Resurrectio qppe, nisi mors præcesserit, nulla est. Et qđ nõnulli codices habẽt, oẽs dormiemus: multo facilius & aꝑtius id cogit intelligi: & si quid aliud tale in sanctis libris inuenitur, ad id vr̃ impellere, ut nullos hominum existimemus immortalitatem, nisi mors præcesserit, adepturos: Pro

1. Thes. 4 inde ubi dixit Apostolus, Et nos uiuentes q̃ reliqui sumus, in aduentu dñi nõ præueniemus eos qui ante dormierunt: ipse.n. dñs in

C iussu & in voce archãgeli & in tuba Dei descendet de cęlo, & mortui in Christo resurgent primi: deinde nos viuentes, qui reliqui sumus, simul cũ illis rapiemur in nubib. obuiã Xp̃o in aera, & ita semꝑ cũ dño erimus. Vellẽ de his verbis, vt dixi, audire doctiores: & si mihi potuerint hæc ita exponi ut in eis possit intelligi, oẽs homines qui viuunt, vel post nos victuri sunt, esse morituros, corrigere quod hinc aliqñ aliter sensi. Neq;.n. debemus esse indociles doctores, & certe melius hõ corrigitur prauus, q̃ frãgitur durus: cum ijs quæ descripsimus, ita nostra vel aliorum exerceatur vel erudiatur infirmitas, ut tñ in eis nulla velut canonica constituatur authoritas. Si autem in his uerbis Apostoli nullus alius sensus poterit reperiri, & hoc eũ intelligi uoluisse claruerit, quod uñr ipsa verba clamare: id est, q̃ futuri sint in fine secu- 2. Cor. 5

li, & secũdo aduentu dñi, qui nõ expolient corpore, sed superinduantur immortalitate, vt absorbeatur mortale a uita: huic sentẽtiæ proculdubio conuenit, quod in regula fidei cõfitemur, venturum dñm, iudicaturum uiuos & mortuos: vt non hic intelligamus uiuos iustos, mortuos aũt iniustos, quãuis iudicãdi sint & iusti & iniusti: sed viuos, quos nondũ exijsse, mortuos ãt, quos iã exijsse de D

corporibus, aduentus eius inueniet. Quæ si ita esse constiterit, illa verba excutiẽda erũt qũo sic accipiamus, Tu quod seminas nõ vi 1. Cor.

uificatur, nisi prius moriatur: & illud, Oẽs resurgemus: siue, oẽs dormiemus: ut nõ aduersentur huic sententiæ, qua quidã creduntur ẽt cũ suis corporibus in æternũ non gustata morte uicturi. Sed utrũlibet horũ veracior & perspicacior intellectus inueniatur, quid ad cãm ꝑtinebit istorũ, siue oẽs debita morte plectãtur, siue aliquib. ab hac exceptis cõditione parcatur: cũ tñ cõstet nõ solũ mortẽ animæ, verũetiã corporis secuturã non fuisse, si peccatũ nõ præcessisset: & gratiæ mirabiliore uirtute iustos a morte ad æternã beatitudinẽ reuiuiscere, q̃ in mortis experiẽtiã non uenire. Hæc ꝑꝑ illos, de quib. mihi scripsisti, satis dicta sint: quãuis eos iã nõ existimẽ dicere, ẽt si non peccasset Adã, fuisse vel corpore moriturũ. Cæterum quod attinet ad quæstionem resurrectionis, ꝑꝑ illos qui credũtur non esse morituri, sed ex hac mortalitate ad immortalitatẽ sine morte media transituri, inquisitio diligentior adhibẽda est, & E

si quid hinc absolutũ ac definitũ disputatione rõnabili atq; perfecta uel audisti, uel legisti, uel etiã ipse adhuc audire, aut legere, aut excogitare potueris, peto mihi mittere non graueris. Ego enim, quod confitendũ est charitati tuæ, plus amo discere q̃ docere. nã hoc admonemur ẽt dicẽte Apostolo Iacobo, Sit Iaco. 1.

aũt omnis homo velox ad audiendũ, tardus aũt ad loquendum. Vt ergo discamus, inuitare nos dẽt suauitas veritatis: vt ãt doceamus, cogere necessitas charitatis: vbi potius orandum est, vt transeat ista necessitas qua hominẽ docet aliquid hõ, & simus oẽs docibiles Esa. 54.

dei: quãuis & hoc simus, cum ea quæ ad ue- Ioan. 6.

ram pietatem pertinent, discimus, eriam qñ illa docere videtur homo quia neque qui *1.Cor.3.* plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Cum itaque si Deus incrementnm non daret, non essent E Apostoli plantatores & rigatores: quanto magis ego vel tu vel quilibet huius temporis homines, quando nobis videmur esse doctores? Quarta tua quæstio est, quare di- *Quæst.4.* xerit Dauid, Potens interra erit semẽ eius, *Psal.3.* generatio rectorum benedicetur, cum sciamus iustorum filios & fuisse & esse maledictos:& iniustorũ,&fuisse & esse benedictos. Huic quæstioni de Psalmo ipsius expositione respõdeo, quẽ cum in populo tractarem, dixi, Beatus.n.uir qui timet dominũ,in mandatis eius volet nimis. Viderit deus qui solus & ueraciter & misericorditer iudicat, quãta iste proficiat in mãdatis eius qm̃ tentatio est vita humana super terram, sicut sanctus Iob *Iob.7.* dicit. Et iterũ scriptũ est, Qm̃ corpus,quod *Sap.9.* corrumpitur, aggrauat aĩam:& deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Qui aũt iudicat nos,dñs est. Nec ante tp̃s iu- *1.Co.14.* dicare debemus, donec ueniat dñs,& illuminet abscondita tenebrarũ,& manifestabit cogitationes cordis,& tunc laus erit vnicuiq; à F Deo. Viderit ergo ille quantũ quisq; proficiat, in mandatis eius tñ uolet nimis,qui pacẽ illius coædificationis adamauerit:nec iam desperare debet, qm̃ in mandatis eius volet nimis, pax in terra hoĩbus bonæ voluntatis. *Lucæ 2.* Vnde, Potens in terra erit semen eius. Et se- *Gal.6.* men futurę messis, opera esse misericordiæ, *1.Cor.9.* Apostolus testis est qui dicit, Bonum aũt facientes nõ deficiamus. Tp̃e.n.proprio metemus non deficientes. Et iterum, Hoc aũt,inquit,qui parce seminat,parce & metet.Quid *Luc. 19.* aũt fratres potentius, q̃ ut regnũ cęlorũ non *Luc. 21.* solum Zachæus emat dimidio rerum suarũ, sed & uidua duobus minutis: & tantundem ibi uterq; possideat? Quid potẽtius,q̃ vt idẽ idẽ regnũ & thesauris diuitis,& calice aquæ frigidæ pauperis valeat? Sunt aũt qui ista faciunt dũ terrena cõquirunt,aut hic mercedẽ *Psal. 74.* sperantes à domino, aut hoĩbus placere cupiẽtes. Sed generatio rectorũ benedicetur,i. opera eorũ quorũ bonus deus Israel, qui recto sunt corde. Rectum aũt cor est,nõ resistere patri emendanti, & credere policenti, non eorũ quibus cõmouentur pedes, & effunduntur gressus atq; labuntur,sicut in alio *Psal.27.* Psalmo canitur, dũ zelant in peccatoribus, pacẽ peccatorum uidentes, & putant perire opera sua, quia nõ eis merces redditur peri- G tura. At iste uir qui timet dominũ,& in templũ sanctũ Dei cõuersione recti cordis aptatur,nec gloriã hominum quærit,nec terenas diuitias cõcupiscit, & tñ gloria & diuitiæ in domo eius. Domus.n.eius cor eius est, vbi Deo habitante opulentius habitat,cũ spe uitæ æternæ,q̃ hominibus habitãtibus in marmoratis laqueatisq; tectis,cum timore mortis æternæ. Huius.n.iustitia manet in seculũ seculi.Ipsa eius gloria,ipsa diuitiæ.Illius aũt purpura & byssus & epulæ splendidæ, & cũ præsto sunt, trãseunt, & cũ ad finẽ venerint, aquæ guttam ex digito stillantem desiderãs, ardẽs lingua clamabit.Hęc sunt quę in dicto Psalmo exposuisse me memini, & ad quæstionis tuæ quarto loco propositæ solutionẽ satis esse nunc existimo. Quinto aũt loco id posuisti, vnde post omnia disputaturum me esse promisi. Sexta tua proposita est, Vtrum *Qõ. 6.* iuxta historiam libri Regnorum, Pythonissa *1.Re.28.* ipsum prophetam Samuelẽ de inferno euocauerit: Hoc à me beatæ memoriæ Simplicianus Mediolanensis Ep̃s aliquando quæsiuit. Quid ergo ei respõderim,subditũ lege, H Item quæris inquam, vtrũ spiritus immundus qui erat in Pythonissa,potuerit agere,ut *q. 3. li. 2* Samuel à Saule videretur, & loqueretur cũ *q. ad Sim* eo? Sed multo maioris miraculi est, ꝙ ipse *plit.* Satanas princeps omniũ immũdorũ spirituũ potuit loqui cũ Deo, & petere tentandũ Iob iustissimũ virũ, qui ẽt Apostolos tentandos *Iob.1.* petijt. Aut si hoc ideo nõ habet difficilẽ quęstionẽ,quia per quã voluerit creaturã,cui voluerit creaturæ vbiq; præsens veritas loquiť, nec propterea magni meriti est cui loquitur, deus. Interest.n.quid ipse loquatur, quia & *Luc.2.* imperator cum multis innocentibus non loquitur,quibus prouidentissime cõsulit ad salutem, & cum multis nocentibus loquitur, quos iubet interfici. Si ergo hinc propterea nulla quæstio est,nulla sit quęstio,qũo etiam immundus spiritus, cũ anima sancti uiri loqui potuerit.Omnibus.n.sanctis Deus creator & sanctificator longe vtique maior est. Quod si hoc mouet, quòd licuerit maligno

spiritu

ſpiritui citare animā iuſti, & tanq̄ de abditis mortuorum receptaculis euocare: nōne magis mirandum eſt, ꝙ Satanas ipſum dominū aſſumpſit, & cōſtituit ſuper pinnam templi?
I Quolibet.n.modo id fecerit, ille etiā modus
Matt.4. quo Samueli factū eſt vt excitaretur, ſimiliter latet. Niſi ſorte quis dixerit, faciliorē diabolo fuiſſe licentiā ad dn̄m viuum vnde uoluit aſſumendū, & vbi voluit cōſtituendum, q̄ ad Samuelis defuncti ſpiritum à ſuis ſedibus excitandum. Quòd ſi illud in Euangelio nos ideo non perturbat, quia dn̄s uoluit atq; permiſit nulla diminutione ſuę poteſtatis & diuinitatis id fieri: ſicut ab ipſis Iudæis quāquam peruerſis atq; immundis, & facta dia-
Mat.26. & 27. boli facientibus, & teneri ſe & vinciri, & illudi, & crucifigi, atq; interfici paſſus eſt: non eſt abſurdum credere, ex aliqua diſpenſatione diuinæ voluntatis permiſſum fuiſſe, vt nō inuitus, nec dominante aut ſubiugante magica potentia, ſed volens atq; obtemperans occultæ diſpēſationi Dei, quæ Phytoniſſam illam & Saulem latebat, conſentiret ſpiritus Prophetæ ſancti ſe oñdi aſpectibus regis, diuina eum ſn̄ia percuſſurus. Cur.n.aīa boni hoīs à malis viuis euocata ſi venerit, amittere videatur dignitatē ſuam, cum & viui plerunq; boni vocati ad malos veniāt, & agant cū eis quod officium poſtulat æquitatis, ſer-
K uato atq; inconcuſſo decore virtutis ſuæ, & illorū vitijs pro rerum præſentiū, uel uſu uel neceſsitate tractatis? Quāquam in hoc facto poteſt eſſe alius facilior exitus, & expeditior intellectus, vt nō uere ſpiritū Samuelis excitatū à requie ſua credamus, ſed aliquod phātaſma, & imaginariam illuſionē diaboli machinationibus factā: quā propterea ſcriptura noīe Samuelis appellat, quia ſolēt imagines earum rerū noībus appellari, quarum imagines ſunt: ſicut oīa quæ pingunt atq; fingunt ex aliqua materia metalli, aut ligni, vel cuiuſq; rei aptæ ad opera hmōi: quæ etiā vn̄r in ſomnis, & oēs ferè imagines earū rerū, quarum imagines ſunt, appellari ſolent noībus. Quis.n.eſt qui hoīem pictū dubitet vocare hoīem, quandoquidem & ſingulorum quorumque picturam cum aſpicimus, propria quæq; nomina incunctanter adhibemus: velut intuētes tabulam aut parietem, dicimus, Ille Cicero eſt, ille Saluſtius, ille Achilles, ille Hector: hoc flumen Simoïs, illa Roma, cum aliud nihil ſint q̄ pictæ imagines? Vnde cherubin cum ſint cœleſtes virtutes facta tn̄ ex metallo, quod imperauit Deus, ſuper arcā teſtamenti magnæ rei ſignificandæ gratia, nō L
aliud q̄ cherubin illa quoq; figmēta vocitan *Exod.25.*
tur. Item quiſquis vidit ſomnium, non dicit, Vidi imaginem Auguſtini, aut Simpliciani: ſed uidi Auguſtinum, aut Simplicianū, cum eo tp̄e quo tale aliquid vidit, nos ignorare-
mus: vſqueadeo manifeſtum eſt, non ipſos
hoīes, ſed imagines eorum uideri. Et Pharao *1.Co.*
ſpicas ſe dixit vidiſſe in ſomnis, & boues, nō *1.Re.*
ſpicarū aut boum imagines. Si igitur liquido *Gen.4*
conſtat noībus earum rerum, quarum imagines ſunt, eaſdem imagines appellari: non mirū eſt ꝙ ſcriptura dicit Samuelem viſum, ēt ſi forte imago Samuelis apparuit machinamento eius, qui tranſfigurat ſe uelut angelum lucis, & miniſtros ſuos velut miniſtros iuſtitię. Iam vero ſi illud mouet, qūo & à maligno ſpiritu Sauli vera prædicta ſint, poteſt
& illud mirum uideri, qūo dęmones agno- *Matt.*
uerint Chriſtum, quem Iudæi non agnoſcebant. Cum.n.vult Deus etiam per infimos infernoſq; ſpiritus aliquem uera cognoſcere. tp̄alia duntaxat, atq; ad iſtam mortalitatē pertinentia: facile eſt & non incongruum, vt omnipotens & iuſtus ad eorum pœnā quibus iſta prædicuntur, vt malū qđ eis impen-
det ante quam veniat pręnoſcendo patiātur M
occulto apparatu myſteriorum ſuorū etiam ſpiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat, vt qđ audiunt ab angelis, prænuncient hoībus. Tantum autē audiunt, quantū oīum dn̄s atq; moderator, uel iubet, vel ſinit: vnde
etiam ſpiritus Phythonicus in Actibus Apo- *Act.1*
ſtolorum atteſtatur Paulo Apoſtolo, & Euangeliſta eſſe conatur. Miſcent tn̄ iſti fallacias, & verum quod noſſe potuerint, nō docendi magis q̄ decipiendi fine prænunciant. Et for
te hoc eſt, ꝙ cum illa imago Samuelis Saulē *1.Re.28*
prędiceret moriturum, dixit ēt ſecū futurū, quod vtiq; falſum eſt. Magno quippe interuallo poſt mortem ſeparari bonos à malis in Euangelio legimus, cum dn̄s inter ſuperbū
illum diuitem, cum iam apud inferos tor- *Luc.16.*
menta pateretur: & illum qui ad eius ianuam vlceroſus iacebat, iam in requie conſtitutum, magnum chaos interiectum eſſe teſtetur.

testetur. Aut si propterea Samuel Sauli dixit,
1.Re.28 Mecum eris, ut non ad æqualitatem fœlicita
tis, sed ad parem conditionem mortis refera
tur, eo ꝙ uterq; hõ fuerit, & uterq; mori po
tuerit, iamq; mortuus, mortẽ viuo prænun-
tiabat. Perspicit, quantum opinor, prudẽtia
tua, ẜm utrunq; intellectũ habere exitum il
lam lectionẽ, quæ non sit ꝯ fidem: nisi forte
B profundiore & perplexiore inquisitione, q̄
vel viriũ mearũ, vel temporis excedit angu
stias, inueniatur ad liquidũ, vel posse vel nõ
posse animam humanam, cũ ex hac vita mi
grauerit, magicis carminibus euocatã, viuo
rũ apparere conspectibus, ẽt corporis linea-
menta gestantẽ, ut non solũ videri valeat,
sed & agnosci. Et si p̃t, utrũ etiã iusti anima,
non quidẽ cogatur magicis sacris, sed digne
tur oñdi occultioribus mysterijs summæ le
gis obtẽperans, ut si fieri nõ posse claruerit,
nõ uterq; sensus in huius scripturę tractatio
ne atq; expositione admittat, sed illo exclu-
so imaginaria similitudo Samuelis diaboli-
co ritu facta intelligatur. Sed qm̃ siue illud
fieri posit, siue nõ posit, tñ fallacia satanæ
atq; imaginũ simulandarũ callida operatio
decipiendis humanis sensib. multiformis in
uigilat: hæc diximus pedetentim quidem, ne
inquisitionib. diligentiorib. præscribamus,
sed tñ potius existimemus tale aliquid factũ
a maligno spũ phythonissę illi⁹ ministerio,
quãdiu nobis aliquid amplius excogitare at
C que explicare nõ datur. Hæc sunt quæ tũc de
Quæst.7 Phythonissa & samuele scripsi. Septima tua
propositio est, Qualiter satisfaciendũ sit eis,
qui dñt Saram stuprum non effugisse, cũ di-
cant Abimelech ab eius cõuẽtione somnio
esse reuocatum, & immissum in eius copulã
Gen.12. Pharaonem. Non uideo, cur ad hoc creden-
dũ scriptura nos cogat. Accepit. n. eã quidẽ
uxorem, continuoq; ditatus est Abrahã mul
tis Aegyptiorum muneribus p p illã: sed nõ
scriptum est, ꝙ cum ea Pharao dormierit,
eiq; permixtus sit, quoniam deus eũ multis
magnisq; cladibus affligendo id facere non
permisit. Non .n. placitæ regibus ad coniu-
gium fœminæ mox etiam carne copulaban
tur. Sed sicut legimus in libro qui prænotat
Hest. 2. Hester, per aliquot menses immo per totum
annum, unguentis pigmentis & aromatibus
accurabantur earum corpora, priusquã cor-
pori regio miscerentur. Hoc ergo spatio fa-
cta sunt illa quæ scripta sunt donec Pharao
contritus & exterritus, marito restituisset v-
xorem. Abimelech aũt quoniam somnio est
ab eius commixtione prohibitus, ideoq; Sa
ram nouisse stuprum contendunt: putãt uti-
que regẽ ut somniaret, nõ nisi post eius con-
cubitũ dormire potuisse. Quasi vero vt omit D
tam tp̃s quo accurabantur ut supra dixi ad
uoluptatem regiam corpora fęminarũ, non
potuerit Deus priusquam conuenirẽt eum
mergere in somno, & admonere per som-
nium. Dicam quod factũ est in Mauritania
Sicifensi. Neq;.n. Deus sanctorũ, non ipse est
etiã Deus? Viduã in proposito continentiæ
constitutã Celticchius quidam cathecume-
nus iuuenis rapuit, ut haberet uxorem. Ante
quã concumberet pressus somno, & territus
somnio, Sitifensi Episcopo eandem uehemẽ
tissime requirẽti, reuocauit intactã. Viuunt
adhuc de quibus loquor. Ille baptizatus, &
ipso in se facto miraculo cõuersus ad dñm, lib.22.c.
ad Episcopatum mirabili probitate perue- 33.
nit, illa in sancta uiduate persistit. Quid aũt
dixerim ꝯ Faustũ Manichæũ, cũ calũniaret
patriarchæ Abrahæ. s. ꝙ uxorem suam duo-
bus regibus ad concubitum uẽditasset, indi-
gnansq; subieci. Quod ãt iustum & fidelem
uirũ matrimonij sui infamosissimum nun-
dinatorẽ appellans, auaritiæ ac ventris causa
duobus regibus, Abimelech ac Pharaoni di Gen. 12.
uersis temporibus Saram coniugem suã so- & 20.
rorẽ mẽtitũ, quia erat pulcherrima, in cõcu
bitũ asserit uenditasse, nõ ore ueridico a tur-
pitudine separat honestatẽ, sed ore maledico E
totũ uertit in crimẽ. Hoc.n. Abrahæ factum
lenocinio simile vr̃, sed nõ ualentibus ex il-
lius æternæ legis lumine a peccatis recte fa-
cta discernere: quibus & constantia, pertina
cia uideri põt, & uirtus fiduciæ, uitiũ putat
audaciæ, & quæcunque similiter obijciun-
tur quasi non recte agentib. a non recte cer
nentibus. Neq;.n. Abraham flagitio consen-
sit uxoris, eiusq; uendidit adulterium: sed si
cut illa famulam suam non libidine mariti
permisit, sed officio generandi ultro obtu-
lit, nequaquam turbato ordine naturali, ubi
eius potestas erat iubens potius obedienti, q̃
cedens concupiscenti: sic & ipse coniugem
castam, & casto corde sibi coherẽtẽ, de cuius

animo ubi pudicitiæ uirt⁹ habitat, nullo mõ dubitabat, tacuit uxorem, dixit sororem: ne se occiso ab alienigenis atq; impijs captiua possideretur, certus de deo suo ꝙ nihil eam turpe ac flagitiosum perpeti sineret. Nec eũ fides aut spes fefellit. Namq; Pharao territus monstris, multisq; ꝑ ꝑ eã malis afflictus, vbi eius esse vxorem diuinitus didicit, illæsam cũ honore restituit. Abimelech autẽ somnio cõmonitus, & edoctus, similiter fecit. Nouis

F sime exponendũ poscis de spiritu dei qui su

Quæst.8. perferebatur super aquã. Quidã.n. asseuerãt, inquis, spũm sanctũ, alij mundanũ spũm dicũt, dicẽtes, quia nõ potuit historiographus cũ creaturis enumerare creatorem, nec huic locũ aliquem deputare, qui ubique sit totus,

Cap.4.et sequ. cũ patre uidelicet atq; filio. Quid ergo istorũ senserim, ex primo libro eorũ quos de Genesi duodecim, sicut potui, non ẽm allegorias, sed ẽm rerũ gestarũ fidem scripsi, & in hoc opusculũ trãstuli. Inest, inquã, deo benignitas summa & sancta, & iusta: & quidam nõ ex indigentia, sed ex beneficẽtia ueniens amor in opera sua. Propterea priusquã scri-

G bereẽ dixit Deus, Fiat lux, ꝓcessit scriptura dicẽs, Et spũs Dei superferebatur suꝑ aquã: qa siue aquæ noĩe appellare uoluit totã corporalẽ materiã, vt eo mõ insinuaret, vnde facta & formata sint omnia, quæ in suis generibus iã dignoscere possum⁹: appellãs aquã, quia ex humida natura uidemus omnia in terra per species uarias formari atq; concrescere: siue spiritalem uitam quandã ante for

Gene. 1. mam conuersionis, quasi fluitantem, superferebatur utiq; spiritus dei: quia subiacebat .s. bonæ uoluntati creatoris, q̃cquid illud erat, quod formandum perficiendumq; inchoauerat: ut dicente Deo in uerbo suo, Fiat lux, in bona uoluntate: hoc est, in beneplacito eius, pro mõ sui generis maneret quod factũ est. Et ideo rectũ est quod placuerit deo, scriptura dicẽte, Et facta est lux, Et uidit deus lucem quia bona est, ut quemadmodũ in ipso exordio inchoatæ creaturæ, quæ ex cœli & terræ nomine, propter hoc quod de illa perficiẽdum erat, commemorata est, trinitas insinuatur creatoris: nam dicente scriptura, In principio fecit Deus cœlum & terram: intelligimus patrem in Dei nomine, & filium in principij noĩe, qui nõ patris, sed per seipsum creaturæ primitus, ac potissimum spiritalis creaturæ, & cõsequenter etiã uniuersæ creaturæ principiũ est, Dicente ãt scriptura, Spiritus Dei superferebatur super aquam: com pletam commemorationẽ trinitatis agnoscimus: Ita & in conuersione atq; perfectione creaturæ, ut rerũ spẽs digerantur, eadẽ trinitas insinuatur, uerbum dei, s. & verbi generator, cum dicitur, Dixit deus: & sancta bonitas in qua deo placet quicquid ei pro suæ na

H turæ modulo perfectum placet, cum dr̃, Vidit Deus quia bonũ est. Sed cur cõmemorata prius, quãuis imperfecta creatura, postea cõmemoratur spũs Dei, prius dicẽte scriptura, Terra aũt erat inuisibilis & incõposita, & tenebræ erãt super abyssum: ac deinde inferente, Et spũs Dei superferebatur suꝑ aquã? An qm̃ egenus atq; indigus amor ita diligit, ut rebus quas diligit subijciatur: propterea cum memoraretur spiritus Dei in quo sancta eius beneuolẽtia dilectioq; intelligitur, superferri dictus est: ne faciendo opera sua, ꝑ indigentiæ necessitatẽ potius, q̃ per abundantiam beneficentiæ deus amare putareẽ? Cuius rei memor Apostolus dictur⁹ de charitate, supereminentẽ viam demonstraturũ 1.Co.1

se ait. Et alio loco, Supereminentẽ, inq̃t, sciẽtiæ charitatem Christi. Cum ergo sic oporte Ephe.3

ret insinuare spiritum dei, ut superferri diceretur, commodius factum est, ut prius insinuaretur aliquid inchoatũ, cui superferri diceretur: non.n. loco, sed omnia superãte ac ꝓcellente potentia. Iam nunc illud quod red- Quæst. Act.1

I dendum distuleram, paulisper intẽde. Quæris.n. quare dixerit dominus nimirũ præsci⁹ futurorum, Elegi Dauid ẽm cor meũ, cũ talia tantaq; ipse hõ cõmiserit. Quod quidẽ, si de ipso Dauid, qui reprobato Saule & extincto, fuit rex Israel, dictum intelligamus, magis quia Deus præscius futurorum est, præuidit in eo tantam pietatem, tamque ueracem pœnitentiam, ut esset in eorum nu- Psal.31

mero, de quibus ipse dicit, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatum. Cum ergo præsciret eum Deus peccaturum, & peccata sua pia humilitate & sincera pœnitentia deleturum, cur non diceret, Inueni Dauid secundum cor meum, cui non erat imputaturus pecca

tum

tum tã multa bona facienti, & cũ tanta pieta te viuẽti, & ipsa pietate ꝑ peccatis suis sacrificiũ contriti spiritus offerenti? Propter hæc oĩa uerissime dictũ est, Inueni Dauid ſcd̃m cor meũ: quia licet ſm cor dei nõ esset, qđ ille peccauit: tñ ſm cor dei fuit ꝙ pro peccatis suis congrua pœnitentia satisfecit. Hoc
K solũ ergo in illo ſm cor dei nõ fuit, quod illi deus non imputauit. Hoc itaq; ablato. i. non imputato, quid remansit nisi vñ uerissime diceretur, Inueni Dauid ſm cor meũ? Si autẽ hoc prophetice dictum de Christo uelimus accipere, nullus nodus quæstiones occurret, nisi forte ut quæratur a nobis qũo Christum recte isto nomine vocare potuerit. Sed respõ
Christus Dauid appellatus est. demus ꝑ ꝑ semen Dauid, ex quo carnẽ Xp̃s assumpsit, nec sine exemplo rationem huius in Xp̃o nominis reddimus. Inuenimus quippe apertissime Iesum Christum apud ꝓphe
Ezec. 34. tam Ezechielem Dauid esse appellatum, vbi legitur ex persona dei patris, Et suscitabo super pecora mea pastorẽ vnum qui pascat ea, seruum meum Dauid, & ipse pascet ea, & ipse erit his in pastorem, Ego autem dominus ero eis in deũ, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum, ego dñs locutus sum. Et
Ezec. 37. alio loco, Et rex, inquit, unus erit omnib. imperans, & non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna, neq; polluẽtur ultra in idolis suis, & abominationibus suis, & in cũctis iniquitatibus suis: & saluos eos faciam de uniuersis sedibus suis in q̃bus peccauerunt, & mundabo eos, Et erunt mihi populus, & ero eis deus, & seruus meus.
L Dauid rex super eos & pastor vnus erit oĩum eorum. Osee quoq; Propheta, cum prænunciaret tempus Iudæorũ, quale nunc habent, & in Christum eos postea credituros, eundem Christum Dauid nomine prophetauit dicens, Qm̃ diebus multis sedebunt filii
Osee. 3. Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. Sic nunc esse Iudæos ambigit nemo.
Ro. 11. Sed quod ait Apostolus Paulus gentibus loquens, Sicut. n. uos aliquando nõ credidistis deo, nunc autem misericordiã cõsecuti estis ꝑ ꝑ incredulitatem illorum: ita, & isti nunc nõ crediderunt in uestra misericordia, vt & ipsi misericordiam consequantur. Hoc Propheta iste tanto ante prædicens secutus adiũxit, Et postea reuertentur filii Israel, & inquirent dominum deum suum, & Dauid regẽ suũ, & stupescent in domino, & in bonis ipsius in nouissimis diebus. Ecce & hic ꝑ Dauid non ne prophetatus est Christus, quoniã quando ista prophetabantur, ille Dauid rex Israel iam olim ante dormierat: dominus autem Iesus ex eius semine fuerat in carne uẽturus, propter quod prophetico loquẽdi mõ M
appellabatur Dauid. Videtur autem Aposto Act. 12.
lus hoc testimonium ita posuisse in Actibus Apostolorum, ut non nisi de illo rege Dauid q̃ Sauli successit possit intelligi, Nam inter cætera, Exinde, inquit, postulauerunt regem & dedit illis deus Saul filium Cis, uirum de tribu Beniamin annis quadraginta, Et amoto illo suscitauit illis Dauid regem, cui & testimonium perhibens dixit, Inueni Dauid filium Iesse, uirum secundum cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas. Sed quando secutus adiunxit & dixit, Huius Deus ex semine, secundum promissionem, adduxit Israel saluatorem Iesum: altius significauit in domino Iesu potius esse intelligendũ illud testimonium, qui vere facit omnes uoluntates dei patris, quam in illo rege Dauid, qui licet secundum superiorem disputationẽ remissis peccatis propter ipsam quoq; piã pœnitentiam non immerito dici possit inuentus secundum cor dei, tamen omnes uoluntates dei quomodo fecit? Qui cum excellentissime laudaretur, quando eius tempora, & facta enarrantur: notatus est tamen quod nõ destruxit excelsa, ubi sacrificabat populus dei cõtra pręceptũ dei, qui tm̃modo in tabernaculo testimonij sibi sacrificari iusserat, quanuis etiam in eisdem excelsis eidem sacrificaretur deo. Quæ postmodum excelsa ex ipsius Dauid semine propagatus rex Ezechias, cũ testimonio magnæ suæ laudis euertit. Sicut potui respondi inquisitionib. tuis. Si q̃d de istis rebus inuenisti melius, siue inuenire potueris, gratissimum habebimus, si nos feceris nosse. Ego enim, quod & supra de me cõmemoraui, magis amo discere q̃ docere.

Finis.

B SEXAGINTAQVINQVE
Quæſtionum Dialogus ſub titulo Oroſij percontantis,
& Auguſtini reſpondentis.

PRAEFATIO.

C

Icet multi & probatiſsimi
viri diuerſo quidem ſtylo,
ſed non diuerſa fide innu-
merabilia opuſcula edide-
rint, ita ut difficile ſit eorũ
oĩa legere:ea tñ quę legun
tur,ꝑꝑ eloquij uenuſtatẽ,& difficillimas q̃-
ſtionũ perplexitates minime intelliguntur:
a.l.cogũtur. Reuera.n.dũ * nituntur ꝑꝑ altitudinẽ ſcri-
pturæ diuinę occultã viam carpere, paruita
ti noſtræ ambiguitatẽ non minimã reliquerunt.
runt.Sunt ẽt planè ſpiritales viri,qui eorum
aſſequuntur eloquium,& penetrant intelle-
ctum.Quorum nos dum cõcupiſcentiis ſa-
tisfacimus,præclaræ eorũ ſcientiæ nõ æqua-
mur, vt eas ſicut illi intelligere valeamus.
Oroſii Quaꝑꝑ quæſo te,ut percontanti mihi reſpõ
quæſtio. deas,& quæ obſcuritatem faciunt,elucidare
Auguſ. digneris.In primis igitur quæro abs te, vtrũ
reſponſio. deus Trinitas ſit, & quib. teſtimoniis appro
Gene. 1. bes,noſſe deſidero.Principiũ Geneſeos eui-
denter oſtendit. Ait.n.In principio fecit de⁹
cœlum & terrã.Quid aũt principium intel-
D ligendũ putabimus,niſi filium?Ipſe.n.de ſe-
Ioan. 8. ipſo interrogantib.Iudæis quis eſſet,reſpon
Ioan. 1. dit, Principium qui & loquor vobis. Ergo
principiũ filius. Per filium fecit deus cęlum
& terrã,Oĩa per ipſum facta ſunt, ſicut Euã
geliſta Ioannes narrat, & ſine ipſo factũ eſt
nihil. Proculdubio in dei nomine pater,in
principii nomine filius intelligẽdus eſt. Pro
fecto cũ dixiſſet, In principio fecit deus coe
lũ & terrã: ſecutus adiunxit, Et ſpiritus dei
ferebatur ſuper aquas: qui tertia eſt in Trini
tate perſona.Igitur ſi Trinitas non eſſet,nun
quã dñs noſter Ieſus Xp̃s diceret diſcipulis
ſuis, Ite baptizate oẽs gentes in nomine pa-
Mat.28. tris, & filii, & ſpirituſſancti: nec baptizato
dño in Iordane a Ioanne,vox de cœlo dixiſ
ſet, Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi
bene cõplacui:nec ſpirituſſanctus in colum
Mat. 3. bæ ſpecie deſcendiſſet ſuper eum, & manſiſ
ſe diceretur. Miror infœlicẽ Sabellianorum
hæreſim,hoc eſt Patripaſſianorũ, ꝙ ſic cæci
ſunt mente,vt tã præclara,tã aperta teſtimo
nia non attendant.Ipſi nanq; aſſerunt vnam
eſſe perſonã.i.ipſum filiũ eſſe qui pater eſt,
& ipſum & ſpm̃ſanctum.Sed nos cęcitatem
ipſorum relinquentes, tres perſonas ſ̃m ſcri
pturas ſanctas intelligamus.i.alium eſſe pa-
trẽ qui genuit, aliũ filiũ qui genitus eſt a pa- E
tre,aliũ ſpiritumſanctum:non aliud,q̃a ſub-
ſtantia unũ ſunt.Perſonas diſtinguimus, nõ
deitatẽ ſeparamus.Igitur filius dei natura eſt
filius,nõ adoptione.Sic.n.ſcriptũ eſt,Ex ute
ro,inquit,ante luciferũ genui te.Non ꝙ de⁹
pater uterũ habeat ſicut nos, aut corporeus
eſſe crèdendus ſit,ſed per uterũ ſubſtantiam *Pſ. 1*
intelligi voluit,de qua natus eſt filius.Quod
eſt pater,hoc genuit:deus deũ,lux lucẽ. Igi
tur ſicut hõ hominem,& canis canẽ gignit.
Nunquã aũt uiſum eſt ut hõ genuerit canẽ.
Ac per hoc nõ de nihilo, neq; de aliqua alia
ſubſtantia,ſed de ſeipſo filiũ genuit. De ꝑſo *q.2.*
narũ diſtinctione, vel de geniti filii perſona
ſatisfactũ mihi eſſe arbitror. Nunc quæro a
te quid credas de ſpũſancto, utrũ & ipſe in-
genitus ſit,an genitus. Spiritumſanctũ neq; *Reſpon*
ingenitum, neq; genitum fides certa decla-
rat.Quia ſi dixerimus,ingenitũ,duos patres
affirmare uidebimur.Si aũt genitũ,tũc duos
filios credere culpabimur. Sed quod certa fi
des tenet, nec ingenitus eſt nec genitus, ſed
ab utroq; ꝓcedẽs.i.a patre & filio.Et ut hæc F
teſtimoniis approbẽ,ipſum dñm noſtrum Ie
ſum Xp̃m diſcipulos ſuos audi docentẽ,Cũ *Ioan. 1*
aũt uenerit, inquit,paracletus quẽ ego mit-
tam uobis a patre ſpiritũ veritatis, qui a pa-
tre ꝓcedit, ille teſtimoniũ ꝑhibebit de me.
Et rurſus ipſe dñs noſter Ieſus Xp̃s, poſt re-
ſurrectionẽ ſuam,ut oñderet a ſe procedere
ſpiritumſanctũ ſicut a patre, inſufflans in di
ſcipulos ſuos, ait,Accipite ſpiritumſanctũ.
Itẽ,Ego mittã ꝓmiſſum patris meis in uos. *Ioan. 2*
Vnus ergo ſpiritus eſt patris,& filii,vnus am *Luc. 2*
borũ ſpiritus.Igitur ꝙ patris ſit ſpiritus,ipſe
dñs & ſaluator noſter Ieſus Xp̃s diſcipulis
ſuis ait, Non.n.uos eſtis qui loquimini, ſed
ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. *Mat. 10.*
Et quod idẽ,& filii ſit ſpiritus, Paulus Apo-
ſtolus teſtis eſt, Si quis autem, inquit, ſpi- *Rom. 8.*
ritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.

Quæstio. De singulis ꝑsonis, quòd alius sit pater, alius filius, alius spiritussanctus, uel ꝙ filius sit genitus, & spiritussanctus procedens ẜm scripturas sanctas aduertimus: Nunc uero illud scire cupio, si Deus sit filius, aut spiritussanctus, uel vtrũ una sit substantia uel essentia, quam Græci ὁμουσίαν uocant.

filios Israel, missus à Deo Abrahæ, & signū
iustitię Abrahæ non ferebat, in quo gloriari
sciebat Iudęos: vt aut ipse solicitator dicere-
tur, aut nō ab eodē deo missus, qui Abraham
elegerat. In Madian.n.habitās filios suos mi-
nime circuncidit: quos aut ducere secum ad
Aegyptum nō debuit, qui cæteros ibat inde
educere: aut certe circuncisos assumere, ꝑꝑ
quæ supra diximus. Sephora ergo vxor Moy
si, quod compendio loquitur scriptura, non
ignorās qua causa uiro suo infestus angelus
videbatur, accipiēs petram, circuncidit filiū
suū, & recessit angelus. Ea.n.rōne mitigata
est ira, qua fuerat accēsa. Nam aliqñ compen
Mat. 15. dio loquitur scriptura, quæ subintelligi vult
Exo. 20. exposita rōne: sicut & illud qđ saluator dicit
inter cætera ad Iudęos, Quare & uos præte-
ritis mandatū Dei, vt traditionē vestram sta-
tuatis? Nam dixit dñs, Honora patrē tuum &
matrē, & qui maledixerit patri aut matri mor
te moriatur. Vos aūt dicitis, Quicunq; dixe-
rit patri aut matri, omne munus quodcunq;
G fuerit ex me, tibi proderit? & nō honorifica
bit patrē aut matrem suam. Sine dubio per
compendium dixit saluator, vt subintelligan
tur sacerdotes Iudęorum, dum auaritiæ stu-
derent, Dei legē spreuisse. Impia.n.cōspira-
tione cōsilium dederunt filijs, vt maledicen-
tes patrē aut matrē quodcunq; offerrēt quasi
donū Deo, per quod data sententia in male-
dictos solueretur. Vnde securi facti filij, con-
tra dei pręceptū contēnebant parentes: ita &
Moyses cū infestū sibi uideret angelum, in-
telligēs causam, q̄d fieri deberet oñdit vxori,
ut recederet ab eo angelus, qui eū quęrebat
occidere. Hoc subintelligitur in hac cā, sicut
& illud quod supra diximus in sacerdotes.
Quid est vt maledictos dicat lex, q̄ semē nō 17
reliquerint in Israel: per Esaiam aūt nihil ob Exo. 23.
esse dicatur spadonibus, q̄a generare nō pñt? Deut. 7.
Qm̄ aliter q̄ dictū erat, intelligi cœperat: Esa. 56.
idcirco Esaias Propheta ostendit postea, quo
sensu dictū esset. Cum.n.hoc ex causa offen-
si Dei sententiæ loco positū esset, q̄a deseren-
tes deum in eo percutiebantur, ne ducentes
vxores semen relinquerēt, sic hoc arripuit er
ror humanus, vt putarēt reos esse apud Deū, H
si q̄ aut uxores res nollēt, aut accipiētes, ut as
solet, generare nō possent: quasi nihil aliud q̄
semē quæreret Deus, sicut arguūtur per Ma-
lachiā Prophetā. Esaias ergo vt consolaretur
eos quos mala intelligentia cōtristauerat, do
cuit nihil obesse, si quis aut nō posset habere
filios, aut nollet, dūmodo legē Dei seruaret.
Maledictum.n.illis competebat, qui cū pos-
sent ac uellent, diuino obstante iudicio, ste-
riles erant, ne fructū haberēt creationis Dei,
quē spernebāt. Vnde cū viderēt aut generare
se nō posse, aut genitos minime possidere, co
gnoscerēt indignantis Dei iram esse, & con-
uersi satisfacerēt. Nā & sancti viri cū cupidi
essent filiorū, & nō id obtinerent, æstimabāt
peccata obstare & dolebant, ignorantes Dei
esse prouidentiā, cui seruabantur. Deniq; ad 1. Re. 1.
Dei procurationē, & Anna cōcepit, & pepe- Luc. 1.
rit Samuelē, & Elisabeth Ioannem, & uxor Iudi. 13.
Manue Sampsonē. Spiritalis.n.intelligētia in
hac cā ista est, vt maledicti habeant qui non I
reliquerint semē, qđ uideat Deū, i. qui nō ha
buerint, aut filiū, aut seruū, aut proximū, qui 18
Dei timorē doceat super terrā. Quare Saul
peccans petit orari pro se vt ignosceret sibi,
& impetrare non potuit: Dauid aūt peccans
postulauit, & veniam cōsecutus est? Dei iu-
dicium retractari nō conuenit: nam huma-
na imbecillitas atq; imperitia, dei se debet iu
dicio tradere, in quo non sapit: vt ex senten-
tia dei intelligat ueritatem, & nihil aliud fie-
ri debuisse, q̄ quod uidet fecisse Deum, quē
scit acceptorem personarū non esse. Si enim Act. 10.
Dauid

Dauid precem suscepit, & Saul refutauit ni-
hil aduersum sentiendum est Deum fecisse.
Sciens.n.qua mente vterq; locutus est, eius
petitionem accepit, quẽ vidit tribulato cor-
de veniam postulare. Illum autem despexit,
quia animam eius pœnitentiæ non tetigerat
dolor, quia Deus cordis audior estmagis q̃
1.Re.16 vocis.Hinc dictum est,Homo uidet in facie,
deus aũt in corde. Ideo ẽt fallimur,q̱a simili-
tudo in verbis & vultu,circumuenit nos, In
corde.n.q̱d sit,videre nõ possumus. Quam-
obrẽ dei iudicium sequi nos oportet,qui ſm
cor in quo vniuscuiusque inĩa est,examinat
Matt. 8. singulos. Hoc ẽt & saluatorẽ fecisse inueni-
Marc.2. mus.Scribã.n.se offerentẽ,nõ suscepit,seden
tem aũt Leui ad telonium suscepit: q̱a verba
K scribæ nõ secutũ est cor,Leui aũt tacens hoc
in corde habebat, qđ scriba in uerbis. Iesus
Ioan.2. autẽ,qui iuxta quod scriptũ est, sciebat quid
esset in hoĩe, Leui elegit. Propterea Dauid
nõ aliũ pro se voluit humiliari sicut Saul,sed
ipse supplex tribulato corde veniã precabat̃.
19 Querendum est, si Adã factus,corpus im
mortale habuit,an mortale.Deus hoĩem fe-
cit,qui quandiu nõ peccaret, immortalitate
vigeret:vt ipse sibi author esset ad uitam,aut
ad mortẽ: vt custodiens se à peccato, labore
suo gauderet, & esse se immortalẽ,Negligẽs
vero factus ipse sibi imputaret, quia cęperat
esse mortalis. Quãdiu.n.in creatoris lege du
rauit,dignus fuit edere de arbore vitę, vt mo
ri non posset.Nec.n.corpus tale erat qđ dis-
solui impossibile videret̃. sed gustus arboris
vitę,corruptionẽ corporis inhibebat.Deniq;
ẽt post peccatũ potuit indissolubilis manere,
si à dño permissum esset illi edere de arbore
vitæ. Nam qũo immortale corpus habebat,
qđ cibo substentabat̃? Immortalis.n.nõ eget
cibo neq; potu.Cibus.n.vires præstabat,vitę
autem arbor medicinæ modo corruptionẽ
omnem prohibebat.Sic.n.homini erat quasi
20 inexpugnabilis murus. Quid est quod dr̃,
Psal.77. Panẽ angelorum manducauit homo, cũ an-
L geli nõ egeant cibo, quippe cum sint natura
simplices,& potentia spiritali vigentes? Pa-
nem quẽ angelorũ appellat,mãna est. Mãna
Exo. 16. aũt interpretatur, quid est hoc. Videntes aũt
filij Israel, quasi semen coriandri cadere su-
per terrã candidum:dixerũt adinuicẽ. Quid
est hoc quod in Hebræa lingua dr̃ manhu.

Hic ergo panis aut cibus, nõ mũdi lege crea
tus est cõmixtione elementorũ, sed desuper
venit spiritali rõne prouisus.Nec quidem in
supernis habebatur,q̱a corporibus alẽdis ad
momentum dei virtute creatus est. Ideo aũt
angelorũ panis dictus est,q̱a ea virtute crea-
tus est, qua angelica natura subsistit & viuit.
Sine Deo.n.nulla uita est. Per id ꝙ de cœlo
venisse dr̃,angelorum dictus est panis. Vt.n.
quanta & qualia beneficia Dei circa hoĩem
sunt memoraret,sic locutus est:ut gratias re-
ferrent agnoscẽtes Deo, qui tãta cura seruos
suos gubernat, ut eis hæc in carne adhuc po
sitis,si necesse fuerit,exhibeat,per quę viuũt
angeli. Dixit Apostolus inter cætera, Petra 1.Co.10
aũt erat Christus: ut q̱a Christi virtute aqua Exo. 17
fluxit de petra,petra appellatus sit Xp̃s.Simi- M
li modo,&q̱a mãna ptãte eius venit de cęlo,
manna.i.Xp̃s,panis dicatur, vt qđ tunc factũ
est eius rei,q̃ nunc in ecclesia offertur,figura
fuisse existimetur,ut Christiani populi,quos
in angelis significauit scriptura, panẽ man-
ducarent hoĩes.i.Iudæi.Et quia maior gratia
est nunc, q̃ in Prophetis, & libertas data per
Christũ: quia ubi spiritus dñi,& ibi libertas: 1. Cor.3.
ad cõparationem tẽporum & gratiarũ, Chri
stiani angeli dicti sunt:quorũ pane,qui Chri
stus est, satiati sunt Iudæi, quos hoĩes dixit.
Horum.n.magis Xp̃s est,quibus & reuelatus
est,& qui hoc noĩe uocari cẽsentur. Duplici
ergo genere põt intelligi supradicta q̃stio,vt
& panes angelorum cęlestium dici possit &
Christianorũ,ſm ea quę dicta sunt. Quid sit
ad imaginẽ & similitudinem Dei fecisse ho-
minẽ,& an mulier imago Dei dicatur. Hoc 21
est ad imaginẽ dei factũ esse hoĩem, q̱a vnus Gen.1.
vnum fecit:ut sicut ab uno deo sunt oĩa, ita
& ab uno hoĩe omne genus humanũ. Simi-
litudo aũt hæc est,ut quemadmodũ de patre
est filius,sic & de uiro mulier,ut unius prin-
cipij authoritas cõseruetur. Sed filius ineffa- A
biliter & incomprehensibiliter natus est de
Deo patre: mulier aũt corporaliter,sicut le-
gimus,facta est de viro, ut per eam natiuitas Gen.1.
oriretur.Filius uero dei ideo natus est,ut per
ipsum fieret creatura. In hoc ergo dissimile
est. Nã & de deo deus natus est,de uiro autẽ
fęmina:q̱a illic simplicitas est, & non potuit
nisi simplex de simplici nasci,spũs de spiritu,
deus de deo: Igit̃ uir imago dei est.Sic.n.scri
ptum

Gen. 1. ptū est, Fecit deus hoīem, ad imaginē dei fe
1.Co. 11 cit eū. Vñ & Apostolus, Vir quidē, inq̄t, non
dēt uelare caput, cū sit imago & gloria dei,
Mulier, āt, inquit, velet caput, Quare? Quia
nō est imago dei. Vñ denuo dicit Apostolꝰ,
1.Ti.2. Mulieri āt docere nō ꝑmittitur, neq; dñari
22 in uirū. Quid est, ut dicat Salomon, Iustifica
Eccl.4. animā tuā ante obitum tuum. Et in Psalmo,
Ps.142. Nō iustificabitur ait, in cōspectu tuo oīs ui-
uens? Hic iustificat animā suā ante mortē, q̄
spe uitæ futuræ cōsequitur fidē ne moriatur
impius. Sed Salomō de eo dicit qui sub lege
viuit & nō conuersatur iuste. Hmōi ergo si
B corrigat animū vt iustitiæ uias ambulet, iu-
stificat animā suā ante mortē. Salomō.n. ꝓ
iudiciū futurū cōsilium dedit, ne quis indi-
ligēs circa se in peccatis moriaṫ. Dauid ve-
ro de ꝑfectione iustitiæ locutus est, quia ne
mo iustificabitur apud deū vt dignus ꝓmis
sione sit, nisi fuerit mortuus cū iustitia. Quā
diu.n. viuit, futurorū meritum nō habet ad-
huc plenū. Vñ dicit saluator, Qui ꝑseuerau e
rit usq; in finē, hic saluus erit. An ex traduce
Matt. 10 sint animæ sicut & corpora. Inhonestū puto
23 si dicātur animæ cū corporib. gñari, ut aīa
nascatur ex anima, qđ nec animæ ipsi cōpe-
tit: aut si certe singulæ cœlestes ptātes factæ
sunt, & ex ipsis cæteræ natæ sunt, p̄t ex una
Adæ anima credibile uideri ceteras nasci.
Sed nō cōuenit, quia soli deo hoc possibile
fuit, ut simplex generaret, nec cæteris conce
deretur. Qđ tā mysticū est in cā saluatoris,
ut nō solum a solis gentilibus uel iudæis, ve
rumetiā ab ipsis qui Christianos se dicūt in
credibile reputetur. Photiniani.n. & Arriani
hāc fidē spernunt, nec credunt deū generas-
se. Nā si eo tp̄e quo seminatur corpus, etiam
anima generatur ex anima, de Adā costā su-
blatā legimus non tñ animā natam ex ani-
ma: sed si costa secū habuit animam, iā non
C nata est, sed detracta in partem. Sed nec hoc
Zach. 12 scriptū est. Propheta.n. Zacharias inter cęte
Esa. 44. ra, Qui plasmauit, inquit, animā hominis in
eū. Nec Esaias ab his dissentiens ait, Sic di-
cit dñs deus qui fecit te, & finxit te in utero.
Si ergo in utero fingitur, iā formato corpo-
ri tribuitur. Cū.n. omnia mēbra implet cor-
poris, figurata dicitur in corpore. Vt sicut
aqua cū sit sine effigie, missa tñ in vas figura
ta uidetur; Ita & anima cum sit natura incor
porea & simplex quasi formatur in corpus,
singula mēbra viuificās. Qđ quidē Moyses Exo. 21.
manifestius tradidit dicens. Si quis percusse
rit mulierē in vtero habētē, & abortiuerit: si
formatū fuerit, det animā pro anima: si āt in
formatū fuerit, mulctetur pecunia, ut proba
ret nō esse animā ante formā. Itaq; si iā for-
mato corpori datur, nō in cōceptu corporis
nascitur cū semine deriuata. Nā si cum semi
ne & anima existit ex anima, multæ animæ
quotidie pereunt, cū semen fluxu quodā nō
proficit natiuitati. Sed si ꝓpius respiciamꝰ, D
videbimus quid sequi debeamus. Cōtemple
mur facturā Adæ. In Adam.n. exēplum da-
tū est, ut ex eo intelligatur, quia iā formatū
corpus accepit animā. Nā potuerat animā li
mo terræ admiscere, & sic formare corpus.
Sed rōne informabatur, quia primū oporte-
bat domū cōpaginari, & sic habitatorē indu
ci. Anima certe quia spūs est, in sicco habita-
re non pōt, iō in sanguine fertur. Cum ergo
corporis liniamēta cōpacta non fuerint, ubi
erit anima? An foris uagatur quādiu immit-
tatur: cū rō tradat sic dari eā ut animet cor-
pus, nō ut ociosa uagetur? Sed ex quo detur
dicāt qui aliud putāt: ex mare, an ex fœmi-
na? Si ex fœmina, nō cōuenit, quia aliud in
exēplo est. Proponunt.n. ex uiro cū costa da
tā & animam. Qđ multis rōnibus infirmari
docuimus. Vñ forte uideatur dari ex fœmi-
na, maxime ꝓ saluatorē quem scimus sine
cōplexu carnis de spū sancto natū ex fœmi-
na. Qđ si arbitrātur, plus dāt fęminis: autho
ritatem.n. viri immutant in fœminā. Cū.n.
tam corporis q̄ animæ originem ex uiro di-
cant, cōuertunt se, ut id qđ potius est, ex mu
liere dicāt, id est, animā: qđ vero minus, ex
masculo, idest corpus: cum manifestū sit or-
dinē exēpli a Deo traditi immutari nō pos-
se. Quid est, ut cum uir & mulier vna sint ca 24
ro, uir imago dei sit, & non fœmina. Vnius E
substantiæ quidem sunt uir & mulier, & in
anima, & in carne. Sed gradu maior est vir,
quia ex eo est fęmina, sicut dicit Apostolus,
Caput mulieris uir. Causa.n. maiorē fecit ui Ephe. 5.
rū, non substantia. Nā & in uno corpore ma 1.Co. 11
iora mēbra sunt & minora, non natura, sed
ordinatione. Vt quid ioseph post ꝓphetiam 25
adiurat filios israel, ut cū a deo liberarent, ci Gen. 50.
neres eius de Aegypto trāsferrēt. Nō ociose
istud

istud mandasse Ioseph filiis Israel, in absolu
to est: quia.n. prophetare potuit, non impro-
uide locutus esse credendus est. Cum.n. esset
in dei creatoris deuotione propensior: sciēs
autem ab Aegyptiis se coli causa administra
tionis, qua in magna egestate Aegyptum gu
bernauit, post exitū suum errorē petiuit au-
ferre. Certus uanitatē vulgi mortuos magis
vt deos venerari q̄ viuos, ne ei deferretur de
bitus creatori honor. Hic ergo ostēdit se libe-
rū fuisse a uana superstitione Aegyptiorū,
qn̄ ne ad dei iniuriā proficeret, cineres suos
Acto.14 transferri mandauit. Quod quidē & Aposto
F los inuenimus secutos. Paulus.n. & Barna-
bas cū sacrificari sibi uelle uidissent: sciētes
exosum hoc Deo, sciderunt uestimenta sua
dicētes, Quid facitis? & nos hoīes sumus uo
bis similes, & sic cōpescuerūt turbas. Requi-
26 rendū de Helisæo, an id qđ dure petisse ab
Helia dictus est, cōsecutus sit. Cupidus spū
Helisæus faciendarū virtutū, illectus exēplo
magistri, accepta facultate poscēdi quodcū-
que uoluisset, auarus ad bonū, dupliciter spi
ritū sibi inesse, q̄ ī magistro erat postulauit.
4.Reg.2. Cui hō dei Helias ait, Dure petisti. Auidita-
Mat.10. te.n. non considerauit discipulū non esse su-
per magistrum. Helias tñ sciens illū nō ambi
tione præsentis gloriæ hoc postulasse, rñdit,
Attamen si uideris me assumi abs te, erit tibi
sic. Sensus hic ponderandus est. Subindigna
tus aūt cum dixisset, Dure petisti: subiecit, Si
videris me tñ absumi, erit tibi sic. Neque ne
gasse illi uisus fuerat, ostēdit sic illi futurum si
cut dignū erat, non sicut ipse postulauerat.
Multa.n. subintelligi uult scriptura, vt colle
ctus sensus ex uerbis, non sit rōni religionis
aduersus. Nā utiq; dura petitio, etiam meri-
ta debebat amittere. Sed quia sic cupidus bo
ni sic postulauit, deus qui scit quid unicuiq;
dandū sit doni, priuari illū non passus est me
G ritis suis. Videamus itaq; si Heliæ meritū ad
mitteret, ut Helisæus duplum donū eius me
reretur accipere. Dictum nanq; est a spiritu-
Luc.1. sancto per Zachariam, cuius meriti futurus
Matt.11 esset Ioānes, Veniet, inquit, in spiritu & uir-
tute Heliæ. Parem ergo Ioannem Heliæ ostē
dit: & dñs dicit, Nemo maior inter natos
mulierum propheta Ioanne Baptista. Nō di
xit omnibus maior est: sed, nemo illo maior
est: hoc est æqualem habet, maiorē non ha-
bet. Helias ergo par illi est, nullo utique mi-
nor: quō Helisæus maior illo est, cū Ioannes
quo nemo maior est par Heliæ sit? Nam ve-
niens ad aquarū transitū, non accepit hono *4.Reg.2.*
rē ab eis ut potuisset transire, nisi nominas-
set deum Heliæ, ut p̄ hoc dura petitio corre
pta uideretur, dū non nisi noīe Heliæ audit⁹
est, ne id qđ dure petierat, accepisse putaret
qđ non sufficeret pro tēporis merito dispen
satio spūs cōcessa Heliæ. Et hæc de qōne ha-
ctenus dicta. An Phythonissa Samuelem ex- 27
citauerit, & ipse ab ea visus sit, & locutus sit *1.Re.*
ad Saul quæ historia refert in libro Regno-
rū. Indignū facinus æstimo si s̄m uerba hi-
storiæ commendetur assensus. Quō.n. fieri
poterat, ut arte magica attraheret vir, & na- H
tiuitate sanctus, & uitæ operibus iustus? Aut
si non attractus est, consensit: quod utrunq;
de uiro iusto credere absurdum est. Si.n. in-
uitus adductus est, nullum suffragiū habet
iustitia. Si autem voluntarius, amisit meritū
spiritale, quod positus in carne quæsiuerat:
quod valde absurdum est, quia hinc qui iu-
stus recedit, permanet iustus. Porrò aūt hoc
est præstigium Satanę, quo ut plurimos fal-
lat, etiam bonos in potestate se habere cōfin
git. Quod Apostolus inter cætera ait, Ipse Sa
tanas transfigurat se in angelum lucis. Vt.n. *2.Co.11.*
errorem faceret in quo & ipse gloriaretur,
in habitu uiri iusti & noīe se subornauit. vt
nihil proficere spē quā prædicabant dei cul-
toribus mentiretur, qn̄ hinc exeuntes iustos
finxit in sua esse potestate. Sed hoc quosdam
fallit, ꝙ de morte Saul & filiorum eius non
sit mentitus: quasi magnum sit diabolo, ante
diem occasum corporis præuidere, cū signa I
quædam soleant apparere morituris: quippe
a quibus Dei protectio amota uidetur: quan
to magis diabolus quem angelica maiestate
sublimem prophetica oracula fuisse testan-
tur, de cuius magnitudine Apostolus ait. An *2.Cor.2*
ignoratis altitudinem Satanæ? quid mirū er-
go si imminentem prope mortē potuit præ
uidere, cū hoc sit unde fallit, & se in dei po-
testate vult adorari? Nam tanta hebetudine
demens effectus est Saul, ut ad Phythonissā
confugeret. Deprauatus.n. causa peccati, ad
hæc se contulit quæ damnauerat. Sed si quis
p̄p historiam, & ea quæ verbis expressa sūt
putet non prætermittenda, ne ratio historiæ

inanis si: : recte faciet quidem, si tñ minime
istud ad veri rapiat rationem, sed ad visum
& intellectum. Saul nanq; reprobus factus,
non poterat bonum intellectum habere. Hi-
storicus.n.mentem Saul & habitum Samue
lis descripsit, ea quæ dicta & visa sunt expri
mens: prætermittens si vera an falsa sint.
Re. 28 Quid.n.ait? Audiens in quo habitu esset
excitatus, intellexit, inquit, hunc esse Samue
lem. Quid intellexerit retulit, & quia non
bene intellexit, cõtra scripturã alium adora-
uit q̃. Deũ, & putans Samuelem, adorauit dia
bolũ, ut fructũ fallaciæ suæ haberet Satanas.
Hoc.n.nititur ut adoretur quasi Deus. Si.n.
vere Samuel illi apparuisset, nõ utiq; vir iu-
stus permisisset se adorari, qui prædicauerat
K Deũ solum esse adorandum. Et qũo hõ Dei,
qui cum Abraham in refrigerio erat, dicebat
ad virũ pestilentiæ, dignũ ardore gehennæ,
Cras mecũ eris? His duobus titulis subtilita-
tẽ fallaciç suæ prodidit improuidus Satanas,
quia & adorari se ꝑmisit sub habitu & noĩe
Samuelis cõtra legẽ: & virũ peccatis ꝑssum,
cũ magna distantia peccatorũ & iustorũ sit,
cũ Samuele iustissimo futurum mẽtitus est.
Verũ põt uideri si de Samuelis noĩe taceat,
qa Saul cũ diabolo futurus erat. Ad eum.n.
trãsmigrauit, quẽ adorauit. Sẽper.n.diabolus
sub velamine latens prodit se dũ ea cõfingit
q̃ abhorreant à ꝑsonis, per quas fallere nitit̃.
28 Quid cõtradicendum ijs sit qui mũdum istũ
ab æterno naturaliter moueri inquiunt neq;
initio, neq; abolitioni obnoxiũ. Mundum ab
æterno cõstare, & nulli debere subiectionẽ,
improbabile & impossibile est, quem vide-
mus tãta diuersitate extare corporũ: cũ nihil
diuinũ & æternũ possit esse nisi simplex in
quo nulla diuersitas videatur, sed sit unitas.
Nã & vices ipsas tẽporum nõ bene seruat, vt
nõ solum in tẽporibus uarijs, sic & cõtrarijs
L cõstet substantijs, sed in ipsis vicibus tẽpo-
rũ: cũ res ęterna diuersitatẽ abhorreat, & sic
nec tactu nec uisu capiẽda vtpote incorpo-
ralis: hic aũt passionis obnoxius est, quia &
aqua repugnat igni, & ignis si amplia tus fue
rit superat aquã, & terra cũ sit natura arida
& frigida patit̃ incendiũ, quasi res corpota-
lis. Itaq; incõueniens est mundũ ęternũ di-
cere, quẽ cũ videmus passioni subiectũ, &
per seculasenectute deficere credimus, & fi-
niri. Quid cẽset de hoĩe qui mundũ æternũ
putat? Certe hõ cepit in mũdo. sine hoĩe er-
go cui proficiebat annua fœcunditas mũdi?
an sine aliqua prouidentia generabat? Et qũo
ęternus corruptibilia & mortalia generabat,
cum de æterno debeat æternũ existere? Et qđ
uisibile est & sentitur & tangitur, qua auda-
cia uocetur æternũ? Et qđ vicibus tẽporum
ministratur, ita vt ipsa tp̃a aliqñ nõ seruent
officia sua, qũo appellatur æternũ? Aeterni-
tas.n.nõ corrũpitur, nec immutatur. Quare 29
octauo die mandatũ est circuncidi? Octauo M
die à natiuitate idcirco præceptũ est circun-
cidi, quia iuxta numerũ & curricula dierum
post septẽ ipse rursum primus inuenit̃ quasi
post sabbatum, ut iam nõ octauus habeatur,
sed primus. Quia.n.salus futura per Christũ *al. pri-*
in primo die erat ꝓdestinata, qui dñicus ideo *mordio.*
dr̃, quia in eo resurrexit dñs, qui est post sab-
batũ. Propterea salutis huius figura in circun
cisione data est, vt quasi renouatio futura in
circũcisionis lege dignosceret̃. Et q̃a ꝑ fidẽ *al. resur-*
saluari haberẽt hoĩes, quæ primo die * resur *rectione.*
rectionis dñi firmata est: figura huius rei in
circũcisione primo die data est, quæ ẽt esset
signum fidei Abrahæ. Integra ergo causa est,
qa signũ præteritæ fidei primo die signatæ,
figura fuit futuræ fidei primo die constabili-
tæ. In prouerbijs, iustus, ait, accusator est sui 30
in primordio sermonis. qũo iustus, si pecca- *Pro. 18.*
tor? Oĩs veritas iustitia est, qui.n.confitetur
qđ est, iustus est, veritatem.n.loquitur. Pec-
catores aũt vindicantes sua delicta, iustifica-
ri non possunt. Vnde hmõi digne iustus dr̃,
qui pronuncians peccatum suum, remitti si-
bi vtiq; postulat, misericordiam Dei implo-
rans: Scit.n.dictum in lege. Cõfitere peccata
tua, ut iustificeris. Quid est aũt in primordio
sermonis cõfiteri, nisi nõ coactum fateri, sed *Esa. 43.*
voluntarium? Quis.n.etiam timens Deum
sine peccato est, cum & in cogitatione ad-
misceantur delicta, & aliquotiens peccemus
inuiti? Potest tñ & de eo dici vel sentiri qui
catechumenus dr̃, vt accedens ad fidẽ iustifi-
cetur. Cum.n.petit immutari, se sine dubio V
peccatorẽ confitetur vt iustificetur. An cum 31
muliere, natura serpens locutus sit, an actu *Gen. 3.*
dictus serpẽs diabolus eã seduxerit? Quantũ
ad historiã pertinet, serpẽs natura dictus est,
quia sapientior esset cæteri s bestijs quas fe-
derat

cerat dominus Deus super terram. Denique
& sententiam dominus in serpentem dedit.
Nam quid mirum si diabolus sapiētior erat
Vbi? bestijs, De quo dicit Apostolus inter cætera,
An ignoratis altitudinem Satanæ? Vsq; adeo
aũt natura serpēs fuit, ut diceretur illi, Supra
pectus & uentrem tuum repes, & terrā edes
Gen. 2. oībus diebus uitę tuæ. Hoc longe fuit à con-
ditione satanæ, quia neq; mortalis. Et si pro-
pius aspiciatur, uidebitur sñia data nihil ob-
fuisse serpēti, sed in eo quo factus est, iussus
est permanere. Quia.n.minister factus est sa-
tanæ ad hoīem subiugandum, cui oīa Deus
B subiecerat: idcirco Deus in ea subiectione
qua oīa homini subiecerat, repressit elatio-
nē serpētis, quia cęperat minister esse super-
biæ. Videbatur.n.homo factus sub serpente,
per quē accepto cōsilio legē datā cōtempsit.
Mat. 10. Q̃m aũt serpentes prudentes sunt, cōfirmat
in Euangelio dñs dicens, Estote astuti ut ser-
pentes. Igitur quia claruit vere serpentē lo-
cutũ esse cũ Eua: illud superest vt discerna-
tur, an potuerit tā prudens esse & astutus, vt
dolo falleret eam. Si.n.cæteris bestijs pruden
tior erat, non tñ hoībus: quippe cũ nullum
animal rationale sit nisi homo. Itaq; serpen-
tē subtilitatē istā cōposuisse impossibile est:
quāuis.n.prudens dicatur, sed nō ultra natu-
ram suā, Nec.n.deliberat aut excogitat, aut
consilium capit: idcirco diabolum fuisse qui
per serpentē mulierem circumuenit, dubiũ
nō est, admiscens.n.se serpēti, egit per illum
quasi per organũ, ut nec mulier occulti dia-
boli intelligeret dolum, sciens prudentē esse
serpētem. Ac per hoc corporaliter data sñia,
spiritaliter in satanam cecidit, quia sñia reũ
tenet. Non.n.ab homine data sententia est, ut
innocētem forte perimeret per errorem aut
maleuolentiam: sed à Deo qui falli utiq; nō
potest, ut sentētia eius eum solum teneat qui
C reus est. Quia.n.cum sit inuisibilis satanas do
lum corporaliter egit, corporalis vr̃ data sen
tentia, ut illum spiritaliter teneat, cuius factũ
elicuit dari sententiam. Nam proiectus de sa
cratissimis cœlorum sedibus impudentissi-
mus satanas in terram volutatur gemēs sem
per. Sed forte dicatur, In qua putas lingua
serpens locutus est ad mulierem? Serpentis
utiq; ore. Si.n.hodie non desinunt qui latra-
tus canum intelligant, & luporũ ululatum,
& barritum elephantorum, & cantum gal-
lorum: quare non magis rudis adhuc mulier
scire potuit, & intelligere sibilum serpētum,
cũ multos sciamus auium voces discernere?
Nam & cōstat diabolum eius lingua uti cu-
ius corpus intrauerit: nec aliter falleret mu-
lierem. Ac per hoc serpentis ore locutus est
per serpētem. Cum legamus apud Salomo-
nem, Diues & pauper obuiauerunt sibi: fecit 32 *Pro. 22.*
aũt ambos dñs: qũo ergo personarum acce-
ptio nō est apud Deum? Longe absit à fideliũ
mentibus hæc impietatis assertio. Nam scri-
ptura ne pauperem cōtemnendum doceret,
& diuitem honorificandũ, ostidit amborum
opificem esse Deum. Non vtiq; in pauperta-
te & diuitijs, sed in eo quod sunt. Si.n.facul D
tatibus ab inuicem discrepant, nō tñ naturæ
substantia. Nec.n.quia occasiones prouētus
quosdam faciunt in mũdo, aut prosperos in
diuitijs, aut infaustos in paupertate, idcirco
despiciendi sunt quos Deus nō illuminauit,
aut suscipiendi, quibus veritas non dedit te-
stimoniũ. Contemnendi plane sunt, sed corru
ptores morũ & sacrilegi in lege Dei: hono-
randi vero diligentes Deũ & disciplinę cul-
tores. Hi.n.diuites apud Deum habētur, qui
bonæ cōuersationis sunt: & quāto in mũdo
contēptibiliores sunt, tanto magis honorifi-
centiores sunt in cęlo. Nam qui beneficium
tp̃is habent in ampliandis facultatibus, si re-
cognoscant, & Dei intelligant voluntatem, *Mat. 5.*
qui terrā oībus dedit, & solē suum cunctis
oriri iubet, & pluuias indiscretas effundit,
Iniquitas autem tp̃is, aut fortuitæ occasio-
nis, aut indigentia quibusdam abnegat quæ
Deus oībus dedit: ipsi ministrant eis, ut per-
spicientes Dei voluntatem, nō solũ in mun-
do sed & in cęlo diuites sint, ne pauci tp̃is di
uitiæ excludant æternas. Illi vero quos pau- E
pertatis cā despiciendos putāt, si futurũ Dei
iudiciũ contemplentur, illic semper diuites
erũt, vbi diuites seculi egebunt, pœnitētes se
pauperes non fuisse. Cũ Salomon dicat, anni
impiorũ minuentur, qũo ergo est ꝙ videa-
mus impios aliquātos lōgæuos? Dignũ erat 33 *Pro. 22.*
quidē oēs impios, nō solũ citius hac luce ca
rere, verũetiā nec unius momenti tp̃is vita
frui, ꝗ cōditoris sui immemores, vitæ totius
authoritatē imputāt creaturæ. Sed scriptura
hos impios alloquitur, ꝗ cũ sub dei lege age
rent,

tẽt propẽsiores i idolis erãt. Peiores.n.sũt cę
teris impiis: sciẽtes.n.deũ & cõtẽnentes eũ,
m. 3. obtemperant seruis. Et ꝙ de his dictũ sit, ꝑ-
bat Apostolus dicens, Scimus aũt qm̃ quæ-
cunq; lex loquitur, his qui in lege sunt loq-
34 tur, gentiles aũt non habẽtur in numero vi-
uorum. Qũo idem Salomon, Deus, inquit,
ien. 1 mortẽ non fecit: cũ alio loco dicat, Bona &
l. 11. mala, uita & mors, paupertas & honestas a
Pro. Deo sunt. Nulli dubiũ est bona omnia a deo
esse, Mala aũt quæ dixit, nobis mala sunt, dũ
vindicatur de nobis. Pœna.n.quãuis iuste in-
feratur, patienti tñ mala uidetur. Nam & per
Prophetã ad peccatores loquitur deus dicẽs,
F Faciã uobis mala, idest pœnis uos agã. Vita
ãt & mors sic a deo est, quia legẽ dedit, q̃ ser
uãtibus se uitã promittit, contẽptorib. uero
mortem, sed illam quæ secũda dr̃. Dũ.n. vnũ
quẽq; adiudicat quid mereatur, ab ipso est,
siue absolutio ad uitam, siue reatus ad mor-
tem. Nõ ergo inuentor mortis est, sed iudex,
quia mortis author pct̃m est. Qũo ergo deus
poterat facere mortẽ qui nescit peccare? Sed
eum peccatis retribuit, ab ipso dicta est esse
mors, cũ non ex ipso sit, sed ex hoc qui pec-
cauit. Eadem rõne paupertas & diuitię a deo
sunt. Quidam.n.habentes timorẽ Dei, luxu-
riã spernunt, uitã prodigã fugiunt, ab egeno
& paupere oculum non auertunt. hm̃oi cre-
mẽtum faciunt bonorũ. Scriptum est.n. in
rou. 13 Prouerbijs, Paupertatem & ignobilitatẽ au-
fert disciplina. At hi qui timorẽ dei non ha-
bẽt, solutius uiuentes & egenũ despiciẽtes,
sicut scriptum est, In inopia erunt, non solũ
negligentes & improuidi circa se, uerum ẽt
contemptores datæ legis. Hoc mõ fecit deus
pauperes ac diuites. Quia dum offensio legis
parit egestatem, a deo fieri dicitur authore
G legis. Et cũ aliqui terrore disciplinam legis
35 custodiunt, a deo authore legis diuites fiunt.
1.Re.26 Qua rõne Dauid saul, postquã deus ab eo re
cessit, Christum uocat & honorẽ defert ei.
Non nescius Dauid diuinam esse traditionẽ
in officio ordinis regalis, idcirco saul in ea-
dem adhuc traditione positum honorificat,
ne deo iniuriam facere uideretur, qui his or
dinibus honorem decreuit, Dei.n. imaginẽ
habet rex, sicut & Episcopus Christi. Quan-
diu ergo in ea traditione est, honorãdus est,
si non ꝑꝑ se, uel ꝑꝑ ordinẽ. Vnde Aposto-
lus, inquit, potestatibus sublimioribus subdi Rom. 13.
ti estote. Non est potestas, nisi a deo. Quæ.n.
sunt, a deo ordinata sunt. Hinc est ut gentilẽ
in potestate tñ positum honorificamus, licet
ipse indignus sit, qui dei ordinẽ tenens grãs
agit diabolo, Potestas.n.exigit, quia meretur
honorem. Nam ideo Pharaoni futuræ famis
somnium reuelatum est: & Nabuchodono- Gen. 41.
sor aliis secũ assistentibus solum filium dei Dan. 3.
uidit in camino ignis, non utiq; merito suo,
qui in idolo se adorari uoluit, sed merito or 36
dinis regalis. Si anima quæ peccauerit, ipsa Iosue. 7.
morietur, quid est ut Achar filius Charmi H
peccauerit, & triginta uiri occisi sunt in cau-
sa eius. Alio sensu scriptura locuta est q̃ pro
positum est. Non.n. de hac morte quæ cõis
utiq; omnibus est, dixit, sed de illa quę appel
latur secunda. Hæc.n.peccatores suscipit: il-
lis ãt qui in pugna mortui sunt non peccatũ
Achar redditum est, sed obfuit illis ne in pro
tectione diuina adiuti inualescerẽt hostibꝰ.
Nec.n.causa Achar infirmitati sunt, sed Dei
auxilio minime muniti, ut dum fortiter fa-
cere nequeũt, occiderentur. Nam pauci fue-
runt ꝯ multos, vñ & superari noscũtur. Nul
la ergo iniustitia in uolũtate dei est: in pote-
state.n.habet si adiuuare uult, ut si affuerit,
misericors sit, si noluerit iustus: nec.n.in tali
bus debitor est, ut teneatur obnoxius. Hinc
est ꝙ Iesus Naue contristatus scidit uestimẽ Iosue. 7.
ta sua, intelligẽs nõ sine cã deũ auxiliũ suum
subtraxisse. Quid est ut missa mors in Iacob 37
uenerit in Israel, cum Iacob ipse dictus sit
Israel. Vnius populi duo nomina posuit, ut Gen. 32.
ex nominibus merita eorũ possint intelligi.
Nam utiq; qui Israel cognominatus est, priꝰ
Iacob dicebatur. Colluctans.n.cũ saluatore,
intellexit deũ esse, quẽ specie corporis uide-
bat: ĩoq; appellatus est hõ vidẽs deũ. Populũ I
ergo, quẽ Iacob nũcupat, hoc loco & in hac
cã carnalẽ significat, qũo noĩa q̃ a parentib.
imponuntur. Sed hi.i.Iudæi, ꝑꝑ mala opera
non Israelitæ dicti sunt, quia uaccis & lucis
sacrificabant in Samaria, studio & imperio
Hieroboã regis. Ille ãt populus qui in Hie-
rosolymis in tẽplo dñi hostias offerebat per
sacerdotes dei, Israel appellatus est. Samaria
ergo ꝑꝑ impietatẽ suã tradita est captiuitati
& morti: Hierosolyma aũt reseruata est, ꝑꝑ
q̃d habuit reges diligẽtes deũ. At ubi ãt & ip-
sa

sa Hierusalē impietatē secuta est Samariæ,
sententia illā cōprehendit data in Samariā.
Iō ergo dictū est, Misit de⁹ mortē ī Iacob .i.
in populū Samariæ, qui carnaliter cōuersat⁹
est, sicut supra dixim⁹. Et uenit in israel, hoc
est in populū Hierusalē, quia idolatriā secu-
ta est, imitata Samariā: ut simili mō abduce-
retur in captiuitatē a Nabuchodonosor, si-
cut & Samaria a Salmanasar rege Assyriorū.
Hæc est aperta sententia data malis, & inue
nit bonos, dū desierint esse iusti. Missa enim
K mors in Iacob, sicut supra ōnsum est, perue-
nit in Israel, non prætermittens Samariam.
Sed dū cā, qua missa est in Samariā, inuenta
est in Hierusalē, missa illuc venit & in eū lo
cū, quo eadē res erat: quia uindicta cām seq
tur, non discernens personā. Si equus & mu
lus non habent intellectū, quāto magis terra
38 res sine sensu? quid ergo est ut dicatur terra
bñdicere dñm? Non est sic intelligēdū ut so
nant uerba: opus est enim, quod licet mutū
sit, clamare dr̃ laudē creatoris: hortatur eñ
aspicientes se, benedicere opificem: sicut &
Psal. 29. omne vas bene compositum, laudat artificē.
Quippe cum legatur in Psalmis, Nunquid
confitebitur tibi puluis, aut annunciabit ue-
ritatem tuam? In omni ergo insensata substā
tia, nō uoluntas, quæ vtiq; nulla est, sed ope-
ra benedicunt authorem. Si autē spiritaliter
uis hoc accipere, per terram hominē signifi-
catum intellige, s̃m dictum Prophetæ, Me-
mento.n.ait, dñe, qm̃ terra sumus, quē ope-
ra creaturæ in laudem conditoris sui prorū-
39 pere exhortantur. Quid est quod legitur in
Eccl. 9. Salomone, Spes est, inquit, in tenebris, Me-
lior est canis uiuus leone mortuo? Tenebræ
gentilitatem in ignorantia significant. Spem
L ergo maiorem in gentili populo esse q̃ in
apostata, vult intelligi per id, quod subiecit,
dicēs, Melior est canis uiuus leone mortuo:
quia sicut leo omnibus feris fortior est, ita
Christianitas omnib. sectis. Si quis ergo ab
hac distiterit, amittit salutem: ita ut deterior
gentili sit. Potest.n.fieri vt credat gentilis, &
acquirat salutem quam perdidit apostata. At
si non credat, adhuc peior est apostata: quia
deterius est amisisse salutem, q̃ non habuis-
se. Canem aūt gentilem significatum salua-
tor ostendit, dicens, Non licet accipere panē
Mat. 15. filiorum, & mittere canibus. Quid est qđ di

cit Propheta, Lętare sterilis quæ non paris,
erūpe & exclama quæ nō parturis: q̄a multi
filij desertæ magis, q̃ eius q̄ habet uirū? Qm̃
filij Hierusalē terrenæ apostatauerūt a deo, 4
non pōt hinc gaudiū describi, sed mœror.
Ad opprobriū ergo huius Hierusalē Prophe
ta illā superiorē Hierusalē lætari debere di-
cit, quā Apostolus nostrā appellat: q̄a sine ge
mitu & dolorib. multo plures filios habet, q̃ Gal. 4.
hæc quæ cum lachrymis generat carnaliter.
Iudæos utiq;: illa aūt Christianos ꝑ fidē spi-
ritaliter. Quā iō desertā dicit, quia est uita,
quā deseruit Adā primus, & secutus est mor
tē. Cū regenerantur ergo homines, reuertun
tur ad eā quā deseruerant uitam. Hæc uita
Christus est, quia ipse dicit, Ego sum uita. M
Est & deus pater uita, q̄a ait dñs. Sicut habet Ioan. 1.
pr̃ uitā, ita dedit filio uitā. Sine dubio & spi- Ioan. 5.
ritussanctus uita est, dicente dño, Quia de
meo, inquit, accipiet. De vita vtiq; qui acci-
pit, uita est. Tres ergo sunt vna vita, Hæc est
vita, per cuius fidē regeneramur. Ipsa est ma Ioan. 16.
ter nostra, sicut in Genesi legimus. quia ipsa
.i. uita, est mater omnium uiuorum. Qui sūt
qui viuunt, nisi qui credunt? An spūs qui su-
per aquas ferebatur, spiritussanctus intelliga Gen. 2.
tur, quia dictū est, Spūs Dei ferebatur super- 41
aquas? Si vr̃ hic errasse in ista sentētia, nō est Gen. 1.
accipiendū quod dixit, Ideo & a quibusdam
spiritussanctus esse putatur, quia dei spūs le
gitur esse, Inualida āt & inanis assertio est,
non solum.n.ordo hoc nō patitur, & rō ab-
nuit, sed & uerba ipsa infirma probantur ad
cām istam astruendam, Nam his uerbis fre-
quenter aliud inuenimus significatum in le
ge. Inter cætera āt ait dñs deus dicens, Non
permanebit spūs meus in hominibus istis,
q̄a sunt caro. Et in subiectis, sed deleā, inq̄t,
omnia ab homine usq; ad pecus. Propterea Gen. 6.
quia diluuium facturus erat super terrā, nū- A
quid spūssanctus pōt intelligi? Nōne de ani
mabus locutus est? Nā non solū nostræ aīæ
spiritus dñr, sed & pecorum. Sic.n.scriptum
est, Et mortua est omnis caro in aqua in qua
erat spūs vitæ. Et in Ezechiele propheta sic Gen. 7.
dictū est, dū de reformatione hominum pro
mittit deus dicens, Hæc dicit dominus deus Ezec. 37.
ossibus istis, Extendam super uos cutem &
dabo in uobis spūm meū & viuetis, Nun-
q̄d de spiritusancto locutus est & nō de aīa? Ioan. 4.
Omnia

quidẽ cęlestia ſpũs ſunt,ſed differunt ab in-
Cor.3. uicem,& deus ſpũs eſt, ſed lõge aliter. Oĩs
itaq; ſpũs dei eſt, nõ tñ deus eſt,niſi ſpũs qui
de ipſo eſt.Cuius ſignificatio hæc eſt ut ſan-
ctus dicatur,Nã & hoies filij Dei uocantur,
& Chriſtus dr̃ filius dei,ſed interuallum eſt,
quia hic verus eſt,illi adoptiui. Sic quoq; &
inter ſpm̃ dei diuerſitas eſt : ſpũs .n. ſanctus
al. de deo eſt & cõſubſtantialis ei, reliqui uero
ſpũs dei eſſe dñr,ſed creatura ſunt.Cũ ſuper
aquas ſpiritalẽ creaturã eſſe tradat rõ,& quę
ſuper ſe habeat potiorem creaturã alteram,
B quia creatura a creatura differt in claritate:
Co.15. quicquid.n. prope ſedẽ dei acceditur,clario
Iob.12. ra ſunt miniſteria. Vñ dicit Raphael angel⁹
Al. acce- inter cætera,Ego ſum, inquit, unus ex ſeptẽ
it. angelis ſanctis, qui aſtamus & cõuerſamur
ante maieſtatẽ dei. Cur angelus miſſus loq̃
ad Moſen in igne & in rubo apparuit in mõ
42 te.Deus excelſus eſt, dignũ ergo fuit ut in al
Exo.3. to appareret.ſ. in loco qui vicinus eſt cœlo.
Et quia ignis ſemper ſuperiora appetit ſur-
ſum creſcẽdo ad cœlũ, in eo debuit cęlorũ
dñs apparere,qui de humo ad ſuperna cõtẽ-
dit. In rubo cã fec t ut appareret delictorũ,
quia.n.pctõrum cã legem deſcenderat dare.
Spinæ autem in peccatis ſignificantur, quia
ſuſtinui,inquit,vt faceret vuam,fecit autem
Eſai. 5. ſpinas. Et lex ſtatim vindicare non venerat,
ſed prius oñdere, iõ ignis rubum non com-
buſſit,id eſt, data lex non fecit reos de præte
rito peccatores. Nam & quia peccata non
ſunt de natura, ſed ex accidenti : rubi,id eſt
ſpinarum materia non habet radicem ſpinis
42 armatam. Rõne ergo factum eſt, ut ita dñs
appareret Moyſi. Cur Abraham filiũ immo
Gen.22. lare prohibitus. Iepte filiæ ſacrificiũ ꝑſoluit.
Iudi.11. C Multum interuallum eſt inter cãm Abrahæ
Gen 22. & Iepte.Primo quidem Abrahã legitime na
Eſt ad he tus eſt,Iepte vero ſpurius,erat.n. filius mere
bræ. tricis.Deinde Abraham conuerſationis opti
mæ,Iepte autem princeps latronum. Abra-
ham uir iuſtus & in tentatione probatus, in
Iepte autem nullum iuſtitiæ teſtm̃. Abrahæ
itaq; pręceptum eſt, vt filium ſuũ Deo offer
ret, ut oñderetur hominibus quantum Deo
crederet Abraham, qui nec filium ſuum iu-
bente eo dubitauit occidere.Qui .n. ꝯ mũdi
ſpem naſci eũ potuit facere de ſterili & ani-
cula, nõ fuit ambiguum,quod ꝯ mũdi rõnẽ
poſſet eũ ſuſcitare à mortuis. Hoc facto cu-
mulatus eſt iuſtitia Abraham.Oñdit.n.deus,
quia non ſanguinẽ pueri popoſcerat, ſed vt
famulus ſuus Abraham hoc facto auctior fie
ret:diligentes.n. ſe aliquid pati vult, vt iuſte
illos promouere videatur.Nam Iepte hõ fa- Iudi. 11.
cinoroſus & improuidus, ſtulta deuotione
munus deo promiſit,dicens.Quicquid mihi
redeunti a cede occurrerit ante oſtia domus
meæ,hoc offeram deo. Nunquid coactus de
uouit? aut nũquid intellexit qũo deberet vo
tum facere?Quid.n. ſi canis illi aut aſinus oc
curriſſet,quod dñs offerri prohibuit, aut ſi fi D
lius alienus, aut ſi vxor vt in dolore alieno
exultans redderet uotũ? Idcirco improuidæ
menti quod in alienam perniciem deuoue-
rat,in illũ ipſum iudicio diuino extortũ eſt,
& vſqueadeo inſenſatus fuit Iepte,ut nec po
ſtea ſtulte ſe deuouiſſe cognoſceret, ut error
eius qui ab ipſo cęperat,per ipſum emẽdare
tur.Intelligere.n.debuit deũ non tali ſacrifi-
cio delectari, & rogare pro ſtultitia ſua, &
aliud offerre quod ꝯ legem non eſſet: ſed fi-
delẽ ſe præſtitit * factus patricida,cũ conſtet A.l.fa-
fidem ſtultam non ſolum minime prodeſſe, tuus pa-
ſed obeſſe.In cauſa itaq; filiæ ſuæ ipſe * ma- tricida.
ctatus eſt,vnde & deus a tali ſacrificio diſſi- Al.mul-
mulauit.Si.n.hoc prohibuiſſet, aliud offerre ctatus.
ſibi illum voluiſſe videretur, cum ſciret ut
indignum non debere illum offerre. Filia ãt
eius lucrum fecit, quia.n. innocens in malis
patris mortua eſt,pœna caruit inferi, quod
diu forte viuendo adipiſci nequiſſet. Vt aũt
triumphus victoriæ Iepte proſequeretur,nõ
meritũ eius fecit,neq; populi: nec.n.legitur
ſupplices illos fuiſſe deo vt daret eis defen-
ſorem. Aut nunquid ipſum Iepte dñs miſit,
aut allocutus eſt? Sed quia Allophyli Deos
ſuos laudabant,quaſi qui ſubiectos illi fece-
rant filios iſrael, uituperantes Deum Abra- E
hæ, idcirco propter honorem nominis ſui
deus uindicauit in Allophylos ſi non pro-
pter iſtos uel ꝑ ꝑ meritũ Abrahæ & ſuũ cul-
men. Aut nunquid quia ſpũs dñi inſilijt in Iudi. 15.
Sampſonem meretricãtẽ, dignus dr̃ cũ hoc
factũ intelligatur ad Allophylorũ perniciẽ?
Quomodo oſtendi poſſet ex Prophetarum 44
teſtimonio iam in nouo teſtamento a genti
bus recepto, promiſsionẽ quã deus Abrahæ
fecerat ꝑ Chriſti adnentũ eſſe completam? Eſai. 56.

Scriptũ est in Esaia ꝓpheta, Domus mea domus orationis uocabit omnib. gentib. Sed forte dicant Iudæi domus dei.i.synagoga oĩbus patet. Nec renitimur, ita tñ ut, sicut semper, circuncisi applicentur ad legẽ. Lex eorũ est qua iussi sunt more Abrahæ circuncidi. Nihil ergo nouum hoc exẽplo Prophetę poterit videri, quia ex quacunq; gente quis veniens nõ est prohibitus adiungere se legi ab exordio Iudaismi. Nihil nouum a Propheta dictũ poterit æstimari, immo superflue, si sẽper admissi sunt seruire gẽtiles deo Abrahę, nec aliquando prohibiti inueniuntur. Et uerum est, quia subiicientes se legi nunquam

F non suscepti probabantur. Si igitur hæc ita sunt superflue vř admonuisse propheta qđ semel traditũ custoditũ est semper. Et an qs tam hebes poterit inueniri, qui dicat tm̃ Prophetam rem superfluã & inanem locutũ, nescio, cui tutũ sit uel audire & nõ prohibere. Nam cum Iudaicus utiq; populus ꝑ ꝑ peccata quæ in deũ delinquebant, ab idolis suffragia requirẽtes, a Prophetis sæpe correpti, pœnitentię iter ingredi nollent ut reuerterẽtur ad deum, ad exprobrationem illorũ domũ suam deus aperturũ se omnibus gentib. ad orandum significauit, ut abdicatis Iudæis alios in loco illorum positurũ se ostenderet. Nam si semper admissæ sunt gentes ad legẽ, sicut supra dictũ est, qui hoc Propheta dicebat futurũ, nisi quia aliud significauit quam præceptũ erat prius? Non.n.posset dicere de re quæ quotidie fiebat, quia futura erat. Vnde manifestũ est istud ad necẽ proficere Iudæorum, quibus Propheta ꝙ alii his amotis vocandi essent ac recepturi donũ gratiæ dei

G quod promissum fuerat Iudæis. Quid sit aũt ꝓmissum Esaias propheta docet dicens, Veniet ex Sion qui eripiet & auertet impietatẽ ab Iacob, & hoc illis a me dictũ testm̃. Igitur hoc testamentum est abolitio peccatorum. Hoc est testamẽtum nouũ quod promissum est per Hieremiã dicẽtem, Ecce ueniet dies, dicit dominus, & consummabo domui Israel, & domui Iuda testamẽtum nouum, nõ ꝟm testamentum quod dispo sui patrib. illorum in die qua apprehendi manum illorum ut educerem illos de terra Aegypti, quia ipsi non ꝑmanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Hæc est p̄uaricatio illorum quãdo simulachrum uituli fecerunt, tunc testamentum eius corruperũt. *Ge. 32.* Vnde & tabulæ in quib. data lex fuerat, sub monte confractæ sunt, ex eo ꝙ grauiora præcepta meruerunt accipere. Sed quia clemens & misericors deus est, promisit per Prophetas mutare se legẽ, ut aliud testm̃ daret quod differret ab eo ꝙ dederat prius: non solũ qđ graue erat mutaret, sed & illa quæ in figura data erant.i.sabbatũ & circuncisio: vt qa diu pressi erant, ꝑ oĩa releuati supplices deo gratias agerent. Et quia in præuaricatione pater-

H na durantes animos ab idolis auertere noluerunt, gentes cũ residuis qui fidẽ seruauerũt, testõ frui quod futurum dixerat cõtestatur: vt duplici modo grauati excruciarentur perfidi Iudæi: & ad tempus.n.grauati sunt præceptis, & in futurum congruas pœnas exoluent, quia neq; in ueteri, neq; in nouo testõ fideles inuenti sunt. Nouũ ergo testm̃ dare se dixit ut cessaret vetus quod datũ erat patribus. Ac ꝑ hoc qui in hoc testõ seruit deo, neq; sabbatũ neq; neomenias, neq; circuncisionẽ custodit, neq; escarũ discretiones, sed tm̃ dei habet timorem in fide: quia nõ ex lege iustificabitur, sed ex fide, dicente Abacuc propheta, Quia iustus ex fide uiuet. Et non *Abac.* utiq; iam multis utatur præceptis ad deũ ꝓmerendum, sed paucis, Esaia iterum de hoc sensu eadem dicente, Ait.n. Si fuerit nume- *Esai.* rus filiorũ Israel tanq̃ arena maris, reliquiæ eorũ saluæ fient. Verbũ.n.consummans breuians in æquitate, quia uerbum breuiatũ faciet dñs in uniuerso orbe. Reliquis q̃ in fide promissionis ꝑseuerauerint, cæteris diffidẽtibus, breuiatũ legis uerbũ ostendit: hoc est, nouum testm̃ quod promisit. Quod non aliter testm̃ diceretur, nisi simili modo etiã hoc

I sanguinis testimonio firmaretur, sicut & testamentũ uetus, ut nomẽ unũ sit utrisq;: sed in ueteri multa in nouo aũt pauca sint præcepta, sicut promisit. Vt quia Abrahã patrem multarum gentium futurũ dixerit, eodẽ modo iustificarẽtur & filii, sicut fuerat iustificatus & pater: ut cessantibus quæ post fidem Abrahæ cœperant, suscipientes fidẽ per quã iustificatus est idem Abrahã, filii essent Abrahæ, sicut dictum est a domino. Quod quidem nec mirum nec inauditum est, ut sine cura sabbati & circuncisione & reliquis huiusmodi

n.5. iusmodi mandatis iustificentur homines. Ge. n.6. Nec.n. per hoc placuit deo Enoch, vt trans- n.17. ferretur, neq; Noe hoc seruando in diluuio solus inuentus est iustus: neq; ipse Abraham postq̃ circuncisus est, iustificatus est. Credidit, inquit, Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Tunc circũcisus est, ut signũ l.3. esset in eo, quia credidit cum senior esset filium se habiturũ. Non ergo circuncisio commendat Abraham, sed fides. Ideoq; credentibus sufficit fides ad iustificationem, ut filij sint Abrahæ in fide, non in circuncisione, q̃a his non est opus circuncisione. Non.n. hoc creditur quod credidit Abraham. Iudęi autẽ K idcirco iussi sunt circuncidi, vt fidei Abrahæ signũ haberent, non suæ fidei, sed vt filij eius secundum carnem scirentur: si autẽ credant erunt filij eius & in iustificatione. Quid.n. prodest dici filium potentis eum qui impotens sit, nisi quia magis obest? Dedecus est.n. inclyti & gloriosi filiũ esse sine honore. Nã intantum circuncisio carnis nullius meriti est, vt vindicaturũ se dicat Deus per Hiere- Hier.4. miam Prophetam in oẽs circuncisos pręputio, si non fuerint circuncisi corde. Illis aũt nõ indignatur qui circuncisi corde præputiati sunt carne, q̃a nemo sine cordis circũcisione placuit Deo. Quicunq; ergo circuncisi sunt carne, genus significãt Abrahæ iuxta carnẽ: nã qui circuncisi sunt corde, significant genus Dei s̃m fidẽ, quia circuncisi omni mũdano errore Deũ profitentur parentẽ. Quid ergo prodest carnis circũcisio, si cum fides defuerit in Iudæo, ad meritum Abrahę peruenire nõ poterit? Aut quid obest præputium, cũ nemo nisi qui æmulus fuerit fidei Abrahæ, peruenit ad iustitiã eius? Superflue igitur gloriantur de carnis circuncisione, cũ videant illã apud Deũ meritũ nõ habere. Et si, sicut est ostẽsum, melius est fidẽ habere q̃ circuncisionẽ, meliores sunt Gẽtiles Iudęis, L quia isti fidẽ habent, Iudæi circuncisionẽ. Et quos putas magis agnoscat filios Abraham, qui iuxta carnẽ similes illis sunt, an qui in fide? Sed Abrahæ fides testimonium perhibet. Ac per hoc non in carne, sed in fide gloriatᷣ. Ideoq; istos filios suscepit, quos videt imitatores esse gloriæ suæ. Qũo.n. illos põt appellare filios, à quibus videt abhorrere vnde placuit Deo & iustificatus est? Non ergo filios suos, sed inimicos poterit uẽdicare. Inuidi.n. eius vñr spernẽtes fidẽ per quã glorificatus est. Nec mirũ si Iudæi diffidentes deprehendantur minime suscipientes nouum testm̃, cum sciamus illos nec in ueteri fuisse fideles. Semper.n. cõtra Deũ rebelles & contumeliosi fuerunt, unde talia præcepta acceperũt per quę ceruices illorũ quæ inflexibiles erant premerẽtur. Nunq̃.n. bona de Deo sperare uoluerũt, cuius tãta beneficia & uirtutes tam mirãdas agnouerunt. Hinc est unde inter cætera dicit Ezech. propheta. Leuaui Eze. 24. manũ meam in deserto inter eos, ut dispergerẽtur inter gẽtes, & disseminarẽtur in regionibus, eo ꝙ iustificationes meas nõ fecerunt, M & præcepta mea repulerũt. Et in subiectis, Ego dedi illis præcepta non bona, & iustificationes, in quib. nõ uiuẽt in eis. Ostendit qua causa data sint illis præcepta tanta & tam aspera, ut q̃a ingrati tantis bonis extiterunt, dictante iustitia, pręceptis seuerioribus premerẽtur. Idcirco nõ bona ea dixit, cũ iusta sint: q̃a nõ illis ad iustificationẽ proficiebant, sed ad exitũ: & pęna licet digne illata, patienti tñ bona nõ est. Post hæc tñ, q̃a pius est deus, nouum testm̃ daturũ se promisit, in quo abbreuiatio facta legis, iustificaret credẽtes, sicut iustificatus est Abrahã: ut cessantibus neomenijs, & sabbato & circũcisione & cæteris præceptis, non quę naturalis legis sunt. i. homicidium, adulteriũ, & talia, ita iustificarentᷣ ut Abrahã. Renouata.n. fide Abrahæ, oĩa uoluit cessare, ut tale tp̃s esset, quale fuerat qñ credidit Abraham. Sed forte dicãt Iudæi. Si ea quæ à Moyse data sunt, cessare dicta sunt per abbreuiationẽ legis, nunquid circũcisio à Moyse data est ut cesset? Ac per hoc signũ patris nostri habemus, q̃a sumus filij Abrahæ, quod ꝑꝑ testimonium generis cessare nõ debet. Tp̃e quidem suo seruanda fuit circuncisio: i. antequam nouum testm̃ daretur, quod promissum erat. At ubi Dei gratia pręstãte, onera legis cessare iussa sunt, A quid opus est circuncidi? Idcirco aũt noua lex data est, i. spiritalis, ut cessarent carnalia, & suscipientes eam, signum eius acciperent ut sicut in ueteri testamẽto Abrahæ signum habuerunt, ex quo cœpit testamentum uetussita & in nouo signum habeãt saluatoris qui noui testamenti constitutor est. Quem-

admodum.n.ex Abraham Hebręi dicti sunt,
sic & ex Christo Christiani dñr. Quicunque
ergo adhuc Hebræi dñr, nouum testm̃ quod
promisit deus, nõ receperunt, beneficium &
misericordiam Dei in irritum deducentes:
qui populum suum iam non hoĩs, noĩe vo-
lens censeri, sub filij sui noĩe cõstituere illos
dignatus est. Qua igitur audacia dñt Iudæi
nõ nostra nos lege uti, sed sua, cũ dicat Da-
Psal. 17. uid, Confitebor tibi in gentibus: & iterum,
& 56. Epulamini gentes cum populo eius? Et ad
Hiere. 1. Hieremiam Prophetam dicit dñs, Priusquã
te formarem in vtero, noui te: & antequam
exires de vulua, sanctificaui te: & Prophetã
B in gẽtibus posui te. Iudaismus certe proprias
habet significationes: aut.n.populus iste in
Iacob significatur, aut in Samaria, aut in Hie
rusalem, aut in Iudęa, aut in Israel. De gen-
mō sibi uendicat spiritussanctus dicendo,ad
opus ad quod uocaui eos,Nam nemo igno-
rat Episcopos saluatorem Ecclesijs instituis-
se.Ipse.n. priusquam in cęlos ascenderet,im
ponens manum Apostolis ordinauit eos Epi
scopos. Hoc Apostolus spirituisancto depu- Acto.20
tat cum dicit, Attendite vobis & omni gre-
gi,in quo vos spiritussanctus posuit Episco-
pos regere Ecclesiam dñi Iesu.Et inter cæte-
ra dicit Petrus ad Ananiam, Anania,cur re- Acto. 5.
pleuit satanas cor tuũ vt mentireris spiritui-
sancto?Et infra,Non es.n. inquit, hominib. C
sed Deo mentitus. Apertum est spiritumsan
ctũ dictum Deum, cui mentitus Ananias,
Deo mentitus dr̃.Quòd si spūmsanctũ mini
me voluisset Deũ intelligere,dixisset,non es
mentitus hominibus, sed spirituisancto, ut
neq; Deũ hunc neq; hoĩem significaret. Et
quid mirum?Apostolus.n. aliqñ templũ Dei
hominem appellat, aliqñ vero tēplũ spūsan
cti,propterea quia vnũ sunt natura. Si.n.de⁹
minime intelligeretur spiritussanct⁹, qua au
dacia diceret infra, Templum dei sanctũ est,
quod estis uos: qm̃ vnus Deus in omnibus 1.Cor.3.
scripturis prædicatur: mysterium autē eius
in trinitate adoratur.Idcirco sic ait scriptura
vt sub vnius Dei professione ea quæ de ipso
sunt,id est,filius & spiritussanctus eius,in eo
dem honore intelligatur, in quo Deus est,
Quia ideo sacramentum reuelatum est dei,
ut gloria eius in trinitate significaretur.Quā
obrem non plena autoritate Deus vocatur
quod de Deo est,ne alterũ absq; eo qui vnus
est facere credatur.Sed intellectũ dat ut cre-
damus ea ratione in trinitate creaturæ salutē D
consistere, quia vna est eorum diuinitas.Ne
que.n. possent simul iungi, & in ordine po-
ni creator,& creaturę,dominus & serui ęter
nitas,& quæ sub initio sunt.Quippe cum si-
ne vno eorum,salus nulli sit.Ad iniuriam.n.
vocatur omne quod Deus est,siue filius,siue
spiritussanctus, si extra vnius Dei honorem
deputetur,& gloriam.Scripturæ igitur osten
dunt Christũ Deum,oñdunt spiritumsanctũ
Deum, vt videntes sciant quid sic ostēditur.
Tale est si quis gemmam ostendat non cla-
mās quia gemma est: nunquid quia ille non
clamat, non erit gemma quæ vr̃? Ita & scri-
pturæ ostendunt per ea, quæ supra tractata

ſunt, quid credere debeamus intra unius Dei fidem ſenſum noſtrũ concludentes my ſterio trinitatis.

QVAESTIONES EX utroque mixtim.

98 Quomodo in Euangelio Ioannis diabolus dicatur habere patrem, ſicut ſupra ſecunda parte quæſtione nonageſima diſquiſitum eſt.

E *Ioan.1.*



Vdiſtis, quæ conteſtetur ſacroſanctum Euangeliũ, dicente dño ad Iudæos, Vos de patre diabolo nati eſtis, & deſideria pr̃is ueſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non ſtetit, quia ueritas non eſt in illo. Cũ loquitur mendaciũ, ex ſuis proprijs loquitur, quia mendax eſt ſicut & pater eius. Nemo fidelium dubitet diabolum apoſtaſiæ ſuæ authorem non habere. Ipſe.n.totius erroris eſt princeps. Qui uidẽs a Deo factum ſe non mediocris potẽtiæ, auſus eſt præſumere diuinitatem, ut quia cæteros uidit inferiores, ſeipſum p̃ferret ut deũ. Deniq; nomina quibus appellatur diabolus, & Satanas, ab actu eius compoſita ſunt, non ex natura. Omne.n. malum opere probatur, ut non ſubſtantia, in crimine ſit, ſed uoluntas concepta ex cauſis. Dum.n.ſe vidit potiorem cæteris, inflatus eſt ad exercendum dominationem. Qũo patrem habere dicitur, q̃ F author ſceleris eius habeatur? Aut vnde probatur ab initio homicidia fuiſſe? Sed ſcriptura illum qui eius fuerit imitator, nomine ei9 appellat. Vt quia ab opere nomen accepit, omnis qui malum opus fecerit, non immerito diabolus nominetur. Saluator ergo hoc loco Cain diabolum appellauit, quia operum eius æmulus, dum inuidit fratri, homini facto ad imaginem Dei, malignitatem operis ſui cumulauit, typum præbens erroris. Hinc itaq; extitit etiam mendax Cain, dicente ſibi Deo, Vbi eſt Abel frater tuus? Qui patris ſui imbutus malitia, in mendacium prorũpens, Neſcio, inquit, ut cui uitam extorſerat, ubi eſſet neſcire ſe ſimularet, ſic furore cæcatus, *Gen.4.* ut Deo ſic reſponderet quaſi homini, quem putaret ſe poſſe celare. Igitur hmõi imitatores facti Iudæi, ẽt ipsũ dñm occiderũt, Cain potius fratricidã patrem uolentes habere q̃ Deum, vt totius ſanguinis effuſi rei fierent. Authorem.n.vitę perimentes, totius ſceleris principes extiterunt. Ita ut huic malo etiã ſilios ſuos obligarent dicentes, Sãguis eius ſuper filios noſtros. Vt.n.Pilato ſuaderẽt, nihil mali eſſe quod petebant, in filios ſuos retorqueri dixerũt ſi eſſet iniuſtũ: quia ut furori ſuo ſatisfacerent, nec filijs quidem ſuis parcere voluerunt. Nã quia diabolus non natura malus eſt, hinc facilius diſcitur, quia pœna non promitteretur ei qui non fecerat qđ neſcierat, Iniquum eſt.n.punire eum qui nõ facit aliud q̃ quod ſuæ eſt naturæ, Et magis iſtud malum eſt, ſi hoc exigas ab aliquo qđ ſcias illum non poſſe. Quamobrem iuſte plectendus eſt, quem cum conſtet ſcire ac facere poſſe bonum, agit malum. Hoc etiã ex verbis ſaluatoris poterit aduerti. Ait.n. ſicut ſupra memoratum eſt, Pater veſter homicida fuit ab initio, & in ueritate nõ ſtetit. Igitur ſi per naturam mendax eſt, qũo dicitur in ueritate non ſtetiſſe? Hic.n.in veritate nõ ſtat, qui in ueritate nõ permanet. Cõſtat ergo diabolum in ueritate fuiſſe, ſed non perſeueraſſe. Deniq; legimus in Propheta ſic dicẽtem dñm, Si ſtetiſſent, inquit, in ſubſtantia mea, id eſt in lege mea. Et Apoſtolus ad Galatas, State, inquit, & nolite iterũ ſeruitutis iugo cohiberi. Quid tã apertũ? Hic.n.mãdat vt de cętero permaneant in mandatis eius. Quod ſi diabolus ſeruaſſet, ſteterat in ſubſtãtia, & in lege Dei, Fũdamentũ eſt.n. lex ſeruãtibus eam. Qũo ergo quibuſdam vr̃, diabolum aut malum a deo factũ, aut propriam habere originẽ, id eſt, ex nullo ortum, quod utrunque Deo ur̃ contrarium? Qui.n.ad hoc illum dicit factũ vt eſſet mal9, imperfectæ putat deũ eſſe bonitatis, quia perfecte bonus non facit malum, Qui vero originis eius Deum authorem eſſe non credit, eius dominium deo abnegat. Per hoc.n.cum omnia Dei ſint, aliqđ eſſe arbitratur quod minime ad Deum pertineat: quos oportet pœnas perpeti, cum uiderint cuncta a Deo iudicari per Chriſtũ.

Mat.27. G *Gala.5.* H

99 Quid ſit illud Apoſtoli, Tentatio uos non apprehendat niſi humana. Non ſine prouidentia, *1.Co.10.*

Incipit concionati. dentia, ut arbitror, magister gentium Apo-
stolus, non ut tẽtatio nos apprehendat exo-
ptat, sed ut humana duntaxat, q̃a diuina ten
Hanc.n. Iudæi apprehendentes. tatio perniciẽ parit.* Hac.n. Iudæi apprehen
si à serpentibus perierunt. Agẽtes.n. sub Dei
lege, de prouidentia eius dubitabant: ac per
hoc ne diuina nos, sed humana tentatio ap-
prehendat, hortatur. Hic.n tentari à deo dr̃,
qui sub noĩe eius agens, ab idolis sperat sa-
lutẽ, quia non habet deũ probatũ. Omne.n.
quod probatum nõ est, tentatur, & in dubiũ
venit. Ac per hoc diuina tẽtatio mortalis est,
humana uero tentatio salutaris est: q̃a sicut
de deo dubitare perniciosum est, ita de hoĩe
desperare p̃p dei legem saluberrimum est.
I Quamobrem prouidenter Apost. Tentatio,
1.Co.10. inquit, uos non apprehendat nisi humana:
ut p̃p dei legẽ ab hoĩbus tentati, fortes inue
niamur, dubitantibus de nobis hoĩbus car-
nalibus: deo aũt probati simus, q̃a qui pro-
bati deo nõ sunt, tentantur ut emendentur,
Duplex ergo tentatio est, aliqñ.n. quasi fide-
les, aliqñ quasi diffidentes tentamur: ut fide-
lium tentatio humana sit: p̃p fidem.n. ab ho
Tentatio duplex. minibus tribulamur. Tentat.n. nos si possint
abducere à fide. Propter diffidentiã aũt ten-
tantur, ut angustiati pœnitentes redeant in
uiam, sicut factum est etiam Iudæis: cum.n.
diffiderent de prouidentia dei, tentat isunt à
serpẽtibus, ut dolore correpti emẽdarentur.
Gen. 22. Deus.n. sic tẽtat, ut corrigat hmõi hoĩes. Est
& alia tentatio qua tentatus est Abraham &
Io.1.et 2 Iob, nec nõ & Tobias famuli dei: ut Abrahã
K per tribulationẽ oblati unici & dilectissimi
Tob.2. filij uberiorem fructum iustitiæ haberet ad
æternam gloriam. Iob aũt amissione totius
substantiæ augmẽtaretũ diuitijs locupletatus
in cœlis & in terra. Tobias uero cæcitatem
luminum passus sic prouectior extitit, ut ad
presens gloriosus fieret receptis oculis, & in
futurum seruaretur ei claritas perpetua, q̃a
ad hoc probantur iusti, ut proficiant. Ideoq;
in tẽtatione robusto aĩo esse debemus, scien
tes nõ ad diminutionem nostram hoc profi
cere, sed augmẽtum, si modo æquo aĩo tole
Mat.11. remus per Christum dñm nostrum. Qũo in
Euangelio Matthæi dictum sit, Confiteor ti-
bi pater dñe cœli, &c. Audistis fratres cha-
rissimi quid contestetur Euangeliũ dicente
dño, Confiteor tibi dñe cœli & terræ, qui
abscondisti hęc à sapiẽtibus & prudentibus,
& reuelasti ea paruulis, Ita pater qm̃ sic fuit
placitum ante te. Igitur si dictorum sensum
inspiciamus, uidebimus ea quæ ad exhorta-
tionem credentium à dño dicta sunt, eorum
qui propterea q̃ mundanam sapientiã sper-
nunt, paruuli vñr sapientibus mundi, qui
nullo testimonio commendati sapientes vo
lunt dici. Idcirco indignũ uisum est deo his
ostendere ueritatem: humilibus autem qui
nihil de se præsumentes diuinæ se uolunta-
ti inclinant, æquitate cogente salutaria reue
landa sunt. Hic.n. prudens deo est & salutis L
suæ memor, qui scientiæ suæ anteponit dei
legem, quam utiq; uidet non uerborum stre
pitu fulciri, sed rerum virtutibus. Et sine du
bio hic stultus & uanus est, qui huic rei se
cõmendat quæ nulla munitur prærogatiua
signorum. Vnde non literatis seculi regnum
deus promisit, sed fidelibus: neq; scrutatori-
bus syderum æternitatẽ pollicetur, sed recte
agentibus: non dialecticis, qui fraude & mi-
nutis quibusdam ratiunculis uerũ excudere
nituntur, gloriam dat, sed bonæ uoluntatis
hoĩbus, qui accurati magis uita sunt q̃ ser-
mone. Istos.n. reprobat deus, qui oratione
clari sermonis magis uti uolũt q̃ bonis acti-
bus. Nam & gloriam dei in se vult cõuerte-
re, qui rẽ dei uerbis exornare se putat. Res.n.
ipsæ per se placere debent, ut nõ sermo, sed
sensus laudetur. Si.n. sensus author est lite-
ræ, & uerba p̃p res significandas inuenta
sunt, cur nõ magis res ipsæ puro sensu pro-
mendæ sunt, ut fœlicius mentem incitẽt ad
salutem? Ideoq; piscatores eligit dñs noster
Apostolos, hoĩes simplices & sine literis, qui
sine aliqua uersutia fidem seruando, & bene M
uiuendo, dei in se ostẽderent ueritatẽ. Vnde
& Apost. Paulus, Et ego ueniens, inquit, ad 191
uos fratres, nõ ueni in sublimitate sermonis *1.Cor.2.*
aut sapientiæ. Et inter cætera, Quia nõ ait in *1.Cor.4.*
sermone est regnũ dei, sed in uirtute: ut quia
uerba contradictioni obnoxia sunt, dei legi
uirtus testis existeret, cui oĩs cedit sermonũ
sublimitas. Itaq; hæc idcirco præmissa sunt
fratres charissimi, ut consuleretur simpli-
cioribus: ne forte indignos se putarent gra-
tia q̃a Dei minime sunt literis forẽsib. erudi
ti, cum magis ad laudẽ proficiat simplicitas
eorum: qm̃ q̃d prudentes mundi non uidẽt

superbia literarum, hoc reddunt non uerbis sed cōsilio prudentes. Sciunt.n.in bonis operibus requiescere deum & fidē quærere, non
Esa.46. cultum sermonem. Legunt.n.dicētem dñm in quo requiescam, nisi in humili & mansueto & tremente uerba mea? Quamobrem ut digni efficiamur ad præmissa præmia, ea quę à dño iubentur facere debemus, securi quia
Ioan.14. hos diligit dñs qui uerba eius custodiunt. Sic enim dicit discipulis suis, Si diligitis me, pręcepta mea seruate: ut in dño seruiētes regni eius hæredes esse possimus per Iesum Christum dñm nostrum.
A Qūo contra Leuitas Romanos disceptandum sit, qui contendunt Leuitas sacerdotibus, & diaconos presbyteris coæquare. Dum iussis charitatis parere nolumus, in uituperationem forte cademus qui de re quæ nulli aliqñ in dubium uenit, scribimus: quia cum amicitiam offendere nolumus, studium quod ad aliquam rem occultā reuelandam proficere debuit, intricamus: quāuis ꝑꝑ nimiam stultitiam cuiusdam hoc asseuerātis, qđ in subiectis pandemus, istud nobis iniunxerit charitas memorata, ne cum nemo diu ad hoc rñderit, in peius proficeret, vt diu in uano exercitatus emēdari non possit. Hoc.n.charitatis studiū est, quę non quęrit quæ sua sunt: Quidam igitur qui nomen habet Falcidij, duce stultitia & ciuitatis Romanæ iactantia, Leuitas sacerdotibus, & diaconos pręsbyteris coæquare cōtendit, nō dicam præferre, quia stultius est, & forte incredibile vr̄, & nos nō emendatores, sed calumniatores habeamur. Qua igitur lege quave cōsuetudine, quonam exemplo hoc aggredi audeat, nullum scire arbitror, ut istos quibus confessus in Ecclesia datus est, minime ijs
B coæquet, qui ꝑꝑ ꝙ Antistites dei sunt, in domo dei & in honore Christi cū dignitate cōsistit. Quæ audacia est presbyteris ministros ipsorum pares facere? Quæ temeritatis præsumptio, sacerdotibus baiulos tabernaculi & oīum uasorum eius & lignorū cōcisores & portiores aquæ conferre? Hoc.n.officiū fuit Leuitarū. Tale est, si pręfectis officiales, dñis serui ęquentur. Hoc.n.scriptū est dicēte dño
Num. 8. ad Moysen. Accipe tribum Leui de medio filiorū Israel & statue illos ante Aaron sacerdotē, & deseruient ei. Quid hoc exēplo apertius, quod etiam nunc in ecclesia custoditur?

Quāquā Romanæ ecclesiæ diaconi modico inuerecūdiores uideantur, sedendi tñ dignitatem in ecclesia non præsumunt. Vt autem non oīa ministeria obsequiorum per ordinē agant, multitudo facit clericorū. Nam utiq; & altare portarent & vasa eius, & aquam in manus funderent sacerdoti, sicut uidemus per oēs ecclesias, & sicut constitutum est a dño per Moysen. nunquid aut meliores Helisæo sunt, qui aquā fundebat in manus Helię? Sic autē diaconos aduersus presbyteros defendit, quasi ex presbyteris diaconi, & nō ex diaconis presbyteri ordinentur. Sed quia C
Romanæ ecclesiæ ministri sunt, idcirco honorabiliores putantur q̄ apud cæteras ecclesias, ꝑꝑ magnificētiam vrbis Romanæ, quæ caput esse vr̄ oīum ciuitatum. Si itaq; sic est, hoc debent & sacerdotibus suis uendicare: quia si ij qui inferiores sunt, crescūt ꝑꝑ magnificentiam ciuitatis, quāto magis qui potiores, sublimandi sunt? Quicquid.n.officialibus præstatur, augmentū fit potestati, Sicut honor serui ad laudē proficit dñi: quāquam apud iustum iudicē deum unicuiq; hic honor maneat qui decretus est singulis ecclesiarū officiis, ut qui diaconus est diaconi honorem per oēs ecclesias habeat. Non.n.qualiscunq; honor est antistiti dei seruire in ecclesia duntaxat, ut sacerdos totius honoris ecclesiastici dignus habeatur. Maior.n.ordo intra se & apud se habet & minorē, presbyter.n.& diaconi agit officium & exorcistę & lectoris. Presbyterum aūt intelligi Epm, probat Paulus Apostolus, quando Timotheum 1.Ti.3.
quē ordinauit presbyterum, instruit qualem debeat creare epm. Quid est.n.eps, nisi primus presbyter, hoc est summus sacerdos? Deniq; non aliter q̄ compresbyteros hic uocat & cōsacerdotes suos. Nunquid & mini- D
stros condiaconos suos dicit eps? Nō vtique, quia multo inferiores sunt. Et turpe est iudicem dicere primicerium. Nam in Alexādria & per totam Aegyptum si desit eps, consecrat presbyter. Quanta aūt sit dignitas ordinis sacerdotalis, causa ostendit Caiphæ, qui cum esset hō pessimus, prophetauit. Quare? Ioan.11.
Quia princeps, inquit, erat sacerdotum. Et iterum multum distare inter diaconum & sacerdotē liber approbat quē dicimus Actus Apostolorum. Cum.n.ex Samaria credidissent Act.8.

sent Philippo prædicanti diacono ab Apostolo ordinato, miserunt, inquit, ad Petrum & Ioannem ut uenirent & his qui crederẽt darent spiritũsanctum per manusimpositionẽ. Sed inscij credo scripturarum aut immemores legis hæc defendunt. Recordari ergo debet qui ista putat asserenda, quid Leuitis acciderit cum taliter saperet. Cum.n. nihil inter

Nu. 16. sacerdotes & Leuitas interesse præsumerẽt, deo iudice, hiatu terræ absorpti sunt Chore & consentientes ei, & ducentos quinquaginta uiros torrens ignis simul cõsumpsit. Ozias

2. Paralip. 26. rex cum opus sacerdotale præsumeret, lepra

E perfusus est, ut hoc utiq; exẽplo ceteri territi non audeant quod sibi concessum non est præsumere. Nũc.n. uidemus diaconos temere quod sacerdotum est agere per cõuiuia, & in oratione id uelle, ut respondeatur illis, cũ istud solis liceat sacerdotibus. Diaconi ergo

Diaconi officium. ordo est, accipere à sacerdote, & sic dare plebi. Vides quid pariat vana præsumptio. Immemores.n. elatione mentis, eo ꝙ uideant Romanæ ecclesiæ se esse ministros, nõ considerant quid illis à Deo decretum sit, & quid debeant custodire: sed tollunt hæc de memoria assiduę stationes domesticæ & officiales, quæ per suggestiones malas seu bonas nunc plurimum põt. Aut timentur.n. ne male fugerant, aut emuntur ut præstent. Hi sunt qui faciunt eos ordinis sui non cõsiderare rationem. Dum.n. per adulationem obsequuntur illis illicite, præcipites illos faciunt, ut plus sibi putent licere: quippe cum uideant non sic deferri sacerdotibus, ac per hoc anteferri se putant. Sed testimonio, inquit, diaconi fit presbyter, quasi istud ad prærogatiuam pertineat magnitudinis. Legimus.n. ad plebem

F Act. 6. dixisse Petrum Apostolum, Eligite, inquit, ex uobis quos constituamus deseruire ministris ecclesiæ, Nolo dicere, mensis. Ecce laicorũ testimonio creati sunt diaconi. Et Apostolus eum qui ordinandus dr̃ eps etiã testimonium vult habere gentilium. Sic.n. ait,

1. Ti. 3. Oportet.n. hunc & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. Omnium ergo est testimonium dare, & non tamẽ oẽs hoc honore digni sunt. Iudicare.n. oẽs possunt, & non tamen oẽs possunt esse quod iudicant. Potest.n. pictor iudicari bonus, & præferri alteri ab illo qui pingere nesciat; & choraula melior alio choraula approbari, ab eo qui alterius est artis, Ita & testis potest esse creãdi presbyteri qui inferior ordine est. Et iterum quo inflentur & putent sibi multum deberi à nobis, Perducuntur.n. inquiunt, qui ordinandi sunt, ut dum lateri illorum septi sunt, honore digni uideantur. Fateor facti eorum esse, sed quasi officialis, Ab epõ.n. mittitur vt obsequiũ præbeat ordinando. Nam & imperator ut imperator appareat, ordinat obsequio militari, non tamen melior nec par est exercitus imperatori. Nam & Aman cũ esset clarus in honore militari à rege missus est vt Mardocheo in obsequium iret, ut quantũ Hest. 6. G

dignus esset Mardocheus ex hmõi obsequiis nosceretur: Ita & diaconi creandis presbyteris in obsequium mittuntur, ut dignos eos fieri sacerdotes oẽs intelligant. Exceptis.n. sacerdotibus, quibus obsequium debẽt, oĩb. præponuntur diaconi.

Quõ cõtra Nouatianos contendendum sit, qui pœnitentiam salutarem negant. 102

Dicunt discipuli sui ad Iesum, Domine uis ut dicamus, descẽdat ignis Luc. 9.

de cœlo & consumat eos sicut fecit Helias? Et rñdit illis dñs dicens, Nescitis cuius spiritus estis, Filius.n. hominis nõ uenit animas perdere, sed saluare. Cum dignum vtiq; esset uindicare in Samaritanos non excipientes eum, dñs tñ qui ad misericordiam dandam aduenit, sñiam amouit, ut de cætero corrigentes emendarentur. Et propheta Helisæus 4. Re. 2.

indignatus pueris qui ei contumeliam faciebant, deo iudice uindicauit in eos, ut eo loco ab ursis comederentur ubi sylua esse negatur. Dñs autem oblatæ sibi meretrici pe- Ioan. 8.

percit, ei uidelicet quam in adulterio se deprehendisse maiores Iudæorum dixerunt, ut quia pia prædicatio incęperat, non condemnandum, sed ignoscendũ doceret. Nam per Nu. 15. H

Moysen data est lex, quia iustum fuit uindictã in primordiis suis cũ seueritate exerceri, quia & in illũ qui sabbatis exijt ligna colligere funebriter uindicauit; & in filiũ Aegyptiæ qui blasphemauerat in deũ, similiter ultionẽ dedit: & in causa fusilis uituli percussit filios Israel. Vnaquæq; ergo lex inter ipsa Leu. 24.

primordia sensum suum plenum ostẽdit, ut uetus lex, quia ad uindicandum promptior Exo. 34.

erat, inter initia sua asperior uideretur, ut metu incusso diligẽtes & solicitos faceret auditores

ctores ſuos. Noua ergo propterea, ꝙ pia &
ad miſericordiam facilis eſt, primordia ſua
mitiſsima & clemẽtiſsima demonſtrauit, ut
ipſa oblectatione ac dilectione oẽs ad indul
gentiam prouocaret, Poſtea aũt & illa quæ
aſperior uiſa eſt ꝑꝑ fragilitatem humani ge
neris, nõ ſolum rigorem ſuum molliuit, ſed
& humanam & piam ſe pręſtitit, & hęc quę
clemens uiſa eſt ꝑꝑ fragilitatẽ humani ge-
neris aliquando uindicauit. Ananias.n.cum
Act.4. Saphira uxore ſua diuinitus cęſi ſunt, Et Eli-
Act. 15. mas magus incredulus & dei legi repugnãs,
dñi iudicio & uirtute cæcatus eſt, Et Hero-
Act.12. des rex propterea ꝙ honorem nõ dedit deo
I coeli, ab angelo dei percuſſus ſcatẽs vermi-
bus expirauit. Ne quia miſericordia prædi-
catur, inultũ omnino putarẽt hoĩes & impu
ne peccarent, timorẽ poſuit, oñdens ad hoc
dari ueniam delictorũ, ut quaſi ex mortuis
uiuificati, poſtea abſtinerẽt ſe à cõtrarijs, ut
id elaborẽt, ne quis hinc cũ crimine exeat,
quia ad iudicium uenietur. Hæc.n. unicuiq;
ſnĩa imputatur in qua definitur. Qm̃ igitur
noua lex plenitudinem habet miſericordiæ,
ne contẽptui duceretur ab amatoribus pec-
catorum, in ſupradictos vindicauit. Vetus
uero lex q̃q̃ ad uindictam data ſit, quibuſdã
tñ ignouit, ne omnino crudelis diceret: ſed
in plures uindicauit, quia ſenſus eius ad ul-
ciſcendum prõptus eſt. Sine dubio ergo ma-
ior gratia nouæ legis eſt q̃ fuit ueteris. Si er-
go maior gratia eſt, q̃uo negatur hoc p̃ſtare
poſſe qđ pręſtitit illa quę minorem gratiam
habuit? Erat.n. propenſior in ſeueritatem.
Itaq; ſi iſta poenitẽtibus ignouiſſe probatur,
quid fieri poteſt, ut iſta quæ clemens eſt, nõ
recipiat poenitentes? Nam & Iudæi filij Dei
appellati ſunt, qui per Moyſen in nube & in
2.Co.10. mari baptizati, Apoſtoli Pauli authoritate le
K guntur: legem.n. accepturi proculdubio pu
rificati noſcuntur, vt de cætero acceptæ le-
gis redderent rõnem, ut ſi quid peccarẽt per
pęnitentiam ſe reformarent, dicẽte dño per
Eſaiam prophetam, Poenitentiam agite qui
Eſa.45. erratis & conuertimini. Sed forte econtra-
rio dr̃, poenitentia quidem prædicata eſt,
non tñ remiſsio. Si ergo poenitentia à Deo
prædicata eſt, fructus erit agentibus poeni-
tentiam. Nec.n. ſuperuacue hoc dñs cõmo-
neret. Porrò autem ſciens dñs conuerſis dari
debere peccatorum remiſsionem, hoc præ-
cepit: quippe cum dixerit, Nolo mortẽ pec-
catoris, tm̃ ut conuertatur & viuat. Itaq; &
eſt fructus poenitentiæ, ſicut claruit, conuer Eze. 18.
ſis ad deum. Excluſa eſt ergo Nouatiani im-
pie cõpoſita aſſertio, qua verborum dñi ſen
ſum inuertit dicens, Ait dñs, Qui me nega- Mat. 10.
uerit, & ego negabo ipſum: ut ſi quis alius
Chriſtianus quacunq; ex cauſa negauerit,
iam redire nõ poſsit, aut certe reuertens, mi
nime recipiatur. Et ubi erit demandata poe-
nitentia cum ſaluator poſt datam hãc ſnĩam Mat.26.
negantem Apoſtolũ Petrum non negauerit. L
Quare? Quia poenitẽtia ſubſequẽte erratum
ſuum amariſsime fleuit, ſciens utiq; conuer
ſis ignoſci & reformari eos per poenitentiã.
Sed Nouatianus fingit agendam poeniten-
tiam. Quia.n. aperte non audet negare pęni
tentiam dandã aſtrictus lege, ſubtiliter hanc
fruſtare contendit. Qñ.n. dicit, quia qui ne-
gauerit, nullo modo veniam habebit, ſed ne
gabitur & ipſe in cõſpectu angelorum dei,
q̃uo non cum dolo agendam poenitentiam
profitetur? Hinc aũt manifeſte fraus eius ap-
paret, cum ſubiungit dicẽs, Quicunq; pec- Mat.12.
cauerit in ſpiritumſanctum, non remittetur
ei, neq; hic neq; in futurũ. Quãuis alia cau-
ſa ſit qua peccatum eſt in ſpiritũſanctum, &
alia negare dñum Ieſum, Nouatianus tñ ut
huic peccato veniam deneget, vnũ ſenſum
vult eſſe, & negantis dñum, & peccantis in
ſpiritumſanctum, ut hac tergiuerſatione fru
ctum amputet pęnitentiæ. Si.n. idem eſt ne-
gare dñm quod peccaſſe in ſpiritumſanctũ,
nulla uenia ſperãda eſt negantibus, neq; fru
ctus aliquis poenitẽtiæ, quia hoc peccatum,
neq; hic, neq; in futuro remitti dñica oracu
la promiſerũt. Hinc ergo apparet Nouatia-
num cum dolo dicere agendam pęnitentiã.
Vt quid.n. pęniteret, ſi delictum aboleri ne- M
gatur? Pęnitentię.n. gemitus, fletus & lamẽ-
tatio hoc acquirit, ut & ueniam mereatur &
reformationem. Deniq; Dauid poenitens &
confitens peccatum ſuũ & ueniam meruit,
& ad priſtinum ſtatum redditus eſt, quia &
rex permanſit, & poſtea prophetauit. Quod
liquido probatur: in quinquageſimo enim
Pſalmo pęnituit, & poſtea perſecutionem à
filio ſuo paſſus prophetauit. Tertius enim
Pſalmus iuxta hiſtoriam poſt quinquageſi-
mum

mūm est. Sed forte regi ignosci oportuit, hu
milibus autem ignosci non debet, cū magis
potentioribus difficilius ignoscēdum uidea
Rom.9. tur. Deus.n.personam hominis non accipit.
Quanto.n.quis sublimior, tanto magis, licet
leue pctm̄ eius, graue est crimen. Sicut.n. hu
militas in potente sublimis & magnifica est,
ita & culpa eius pro crimine habenda est. Ex
ceptis.n. peccatis quæ constat omnibus esse
illicita, non oīa licent potentibus quę sunt
concessa humilibus, Dignitatis.n. homini ne
gociari deforme est, & popinam ingredi no-
tabile est. Senatorib. quoq; fœnus diffamia
est. Si ergo in his leuibus inuenti notādi sūt,
tanto magis rei constituendi sunt si peccaue
A rint. Per hoc ergo apparet Dauid grauissime
peccasse, & quidem duplici modo. cōuersus
tñ & homicidij & adulterij ueniā consecu-
tus est, & quod est amplius, deflens reforma
tus est. Cum.n. a Propheta Nathan arguere-
tur, pctm̄ celare non ausus est, sed confessus
1.Re.12 est dicens, Peccaui dño. Tunc rñdit Prophe-
ta & dixit, Abstulit dñs pctm̄ tuum, & non
morieris, qm̄ pœnituisti. Et quia inuenit po
stea prophetasse, dubium non est hūc refor-
matum. Nam & Achab correptus a Prophe-
ta ꝑ ꝑ mortē Nabuthe ibat plorans, & cōsci
dit vestimenta sua, & præcinxit se cilicio, &
factum est verbū dñi in manu serui eius He
3.Re.21. liæ de Achab, & dixit dñs, Audisti qm̄ mo-
Ionæ.3. tus est Achab a facie mea, non inducā ei ma
la in diebus eius. Et Niniuitis peccata deflen
tibus, imminente morte reparata est uita. Ec
ce quātus profectus est penitentiæ. Sed for-
te dicatur ecōtra, Concessa quidē est, sed nō
de crimine idololatriæ: quamuis.n. hæc gra-
uia sint, maius est tñ crimen idololatriæ. Re-
cte tñ explosa est non ex modica parte No-
uatiani assertio, qua duo crimina grauia con
cessa penitentiæ uidentur, quia si fornicatio
ni ignosci non debet, sicut Nouatio vr̄, quā-
B to magis homicidio: aut adulterio. Sed hinc
vanitas eius apparet, qñ hęc quæ grauia sunt
concessa probantur: quamobrem nunc, an
idololatris concedi posse promiserit Deus,
requirendum est. Omne.n. quod iure hic cō
cessum non fuerit, nec in futurum poterit cō
cedi. Hic.n. sicut dixit dñs, aut ligantur, aut
Mat.16. soluuntur peccata. In futuro autem nihil a-
liud erit, nisi remuneratio aut condemnatio,
Omnis.n. qui hic iure reprobatur, non pote
rit eligi, aut dignus in futurum iudicari. Au
diamus igitur quę dicat dñs de idololatris ad
Hieremiam prophetam, Vade & dic inquit, Hier.3.
reuertere ad me commemoratio israel, dicit
dñs, & non firmabo faciem meam in uos, qa
misericors ego sum dicit dñs, & non irascar
uobis in æuum, ueruntñ cognosce delictum
tuum, Impie egisti & posuisti vias tuas in a-
lienos subtus oē lignum nemorosum. Ecce
quid promittit eis qui post lapsum ad se con
uertūtur, ut post apostasiam regressis remit- Baru.4.
tat peccata. Et iterum dicit Deus per Hiere-
miam, Delicati mei ambulauerunt uias aspe
ras, ducti sunt ut grex direptus ab inimicis.
Constātes estote filij, & proclamate ad deū, C
erit vestra in abductione memoria. Nā sicut
fuit mens vestra vt erraretis à Deo, duplica-
bitis decies tm̄ conuersi quærentes eū. Qui
.n. induxit in uos mala, inducet in uos æter-
nam iocunditatem cum salute uestra. O cle-
mentia Dei, quemadmodum lapsos prouo-
cat ut se erigant, qūo hortatur ut post errorē
idolorum reuertantur ad eū: quasi pater be-
neuolus filijs suis iocunditatem perennem
promittit salutis, si se corrigant. Item apud
eūdem inter cætera, Et restituam illos in ter Hie.24.
ram istam & reædificabo eos & nō destituā,
& replantabo eos & non reuellam, Vt quia
comminatus dixerat. Sacrificans dijs, eradica
bitur: ne peccantes in Deum desperarent de
se, ꝙ iam quia sacrificauerant idolis eradica-
ti, replantari non possent, hortetur eos, quia
si pœniteant poterunt ad statum suum pristi
nū reformari. Sententia.n. tunc manet si non
emendetur delictum. Deniq; Niniuitis ꝑdi- Ionæ.3.
catū est, quia post triduum euerteretur ciui-
tas eorum. Quare post triduū, nisi ut aut pœ
niterent & auferretur sententia, aut in eo ꝑ
manentes iustius deperirēt? Hoc est quod di
xit per Prophetam, Nolo mortem morietis, Eze.18.
tm̄ ut reuertatur & viuat. Ita factum est ut D
morituris peccatorum causa Niniuitis, igno
sceretur penitentia subsequente. Vt quid.n.
centū annis sub Noe arcā inuenimus fabri- Gen.6.
catā, nisi ut uidentes & audiētes quid immi-
neret, emendarent se? Neminem.n. deus uult
perire. Hinc est vnde in Salomone legimus, Ecclesiæ-
Qm̄, inquit, altissimus misertus est pœniten sti.12.
tibus, Et iterū, Misereris omniū quia omnia
potes,

Sapiē.11 potes, & dissimulas peccata hominum ꝑꝑ
poenitentiam. Hoc sensu & dn̄s dolēs super
perfidiam iudæorum, ait, Hierusalem Hieru
Mat.23. salem q̄ interficis Prophetas, & lapidas mis-
sos ad te, quoties volui ꝯgregare filios tuos,
quemadmodū gallina cōgregat pullos suos
sub alis suis, & noluisti. Igitur semper dn̄s ꝑ
totam legem pc̄tores ad se cōuerti hortatur,
nolens opus suum perditioni esse obnoxiū,
cum nec alia cā lex esset, q̄ vt ex errore ho-
mines conuertantur ad veritatē, Ita tn̄, vt in
nouo testamento author legis clementior vi
deatur, quia tp̄e quo sacramentum filij sui
dn̄i nostri manifestare dignatus est, largior
& vberior ī misericordia esse voluit, vt plus
gratiæ prædicāte filio esset q̄ fuerat prædicā
E tibus seruis. Nec immerito. Sic.n. fuit dignū
vt maiora dona per filium q̄ per famulos lar
giretur. Deniq; ad se conuersis credentibus
omnia simul peccantibus concedit, nulla in-
teruueniente lamentatione penitentiæ. Vn̄ di
Ro.11. cit Paulus Apostolus, Sine penitentia.n. sunt
dona & vocatio dei. Post āt si peccauerint, ꝑ
penitentiam poterunt mereri veniā. Et quia
post acceptā gratuitam misericordiā pecca-
uerunt, non iam gratis, sed interueniēte ge-
1.Ioan.2 mitu & fletu possint ad indulgentiā perueni
re, Impossibile est.n. homini, vt non peccet.
Vn̄ Ioannes Apostolus, Si dixerimus, inquit,
quia pc̄tm̄ non habemus, nosipsos seducim⁹
& veritas in nobis non est. Si cōfitemur pec-
cata nostra, fidelis & iustus est vt remittat no
bis peccata, & mūdet nos ab omni iniustitia,
Sicut Dauid meruit veniam & reformatio-
nem cum confiteretur peccatū. Certe Chri-
stianis loquitur Ioannes Apostolus. Ait.n. in
1.Ioan.2 subiectis, Filioli mei hæc scribo vobis, vt nō
peccetis: & siquis peccauerit, aduocatū habe
mus apud patrem Iesum Christum. Hoc di-
cit, vt si post baptismū peccauerimus, aduo-
F catū supplices deprecemur vt exoret pro nō
bis patrem. Si.n. apud veteres nostros penitē
tia habuit locum, qūo fieri potest, ut hoc tē-
pore locum non habeat qn̄ maior clementia
prędicationis est: & qui inimicis misertus est
vocando illos ad gratiam amicis factis non
miserebitur cum mercede? Tribulatio.n. cor
dis, merces est poenitentis. Si lapsis poeniten
tibus, qui ante lapsum amici fuerant, non
ignosceretur, quod dictum Nouatiani si eēt
uerum, dolerent homines ex inimicis factos
se amicos. Aut qualis ęstimandus erat ille si
inimicis non poenitentibus misericordiam
daret, amicis vero & poenitentibus non da-
ret? Pręterea cum sciat dn̄s diabolū aduersus
amicos & seruos Dei plus se extollere & sę-
uire, Vn̄ dicit Petrus Apostolus, Vigilate & 1.Pet.5
sobrij estote, quia aduersarius vester diabo-
lus fremens sicut leo circumit quęrēs quem
deuoret; Qm̄ ergo noluit dn̄s aduersariū nos
habere horrendū & validum, si victi ab eo
fuerimus, vult nos ad auxilium suū cōfuge-
re, dolens elisos nos, vt uirtute eius reparati Mat.2
fortiter repugnem⁹. Sicut.n. nisi breuiati fue
rint dies illi quos dicit dn̄s, nulla fiet salua ca
ro: ita etsi negetur hominibus poenitētia, ne
mo poterit saluus fieri. Si.n. nemo, inq̄t, glo-
riabitur mundū se habere cor: Et alibi, Ne- G
mo, ait, sine sorde, nec infans unius diei: q̄s Pro.2
poterit euadere si penitentia denegetur? Et Iob.2
vbi est quod dicit dn̄s, quia gaudiū erit in cę Luc.15
lo super vno peccatore penitentiā agente?
Sed si maiora crimina, inquit, ignosci nō de-
bent, fornicatio & idololatria, vbi est dictū
dominicum, quo omnia peccata, & blasphe
mias promittit remitti hominibus, spūs autē
sancti blasphemia non remittetur homini-
bus? Omnia.n. peccata dicit posse remitti, ex
cepto uno; Nunc elige Nouatiane de quib.
vis dictum, De adhuc non credentibus, aut
de iam credentibus? Si de credentibus, qūo
dat remissionem peccatorum: cum constet
omnes antequam credant in Deum peccas-
se, & in spiritumsanctum? Nam nonnulli ge
sta dominica magicas artes appellant, opus
sancti spūs demonijs assignantes. Si aūt de
credentibus uis dictum, exclusa est asseuera
tio tua, quia omnia peccata remittentur ei, Mat.1
& qui dixerit, inquit, verbum contra filiū ho
minis, remittetur ei. Ergo siue in Deum, siue
in Christum peccetur, remittetur homini-
bus. Omnia.n. peccata complexus est, pręter
in spiritumsanctū. Itaq; non hoc peccatum H
uult intelligi, quod peccatur in Deū, hoc eē
& in spūmsanctum: si.n. hoc esset, non vtiq;
istud exciperet. Qm̄ ergo aliud peccatum si-
gnificat, cū blasphematur in spūmsanctū: ad
personam.n. pertinet hoc dictum, non ad na
turam spiritussancti, siue iam credentibus ꝑ
poenitentiam, siue futuris credentibus ꝑ ba

ptismum

ptiſmum oĩa remittentur peccata; Quòd aũt in ſpiritumſanctum peccauerunt Iudæi alia cauſa eſt, & quæ ad tp̃s illud pertinuit, Vnde nõ illis hoc remitti, neq; hic, neq; in futurũ oſtendit. Non.n. errore peccauerunt in ſpiritumſanctum, ſed maleuolẽtia. Scientes.n. prudentesq; opera quę uiderũt in geſtis ſaluatoris dei eſſe, ut populum à fide eius auerterent, hæc ſimulabant eſſe principis dęmoniorum. Hinc eſt unde dicit dñs, Vos habe-

Luc. 11. tis clauem ſcientiæ, & nec vos intratis, nec alios ſinitis intrare. Hęc ergo ſnĩa cõtra maleuolos prolata eſt, quibus remedium inueniri non poteſt vt ſaluentur. Nihil eſt.n. hoc crimine grauius, fingit.n. falſum eſſe, ꝙ ſcit eſſe uerum. Iudæi.n. qui ſub lege eſſe vide-

I bãtur, quibuſq; facta promiſsio Chriſti eſt, videntes magnalia, & intelligentes hoc eſſe qđ promiſerat Deus, inuidia cęcati ſunt vt hoc eſſe negarent, & nõ ſolum negarẽt, ſed & perſequerentur vſq; ad mortẽ. Non ergo dignũ eſt, iſtis peccatum hoc unquã debere remitit, qui conſcientia ſua teſte, deo cui ſe deuotos dicebant, auſi ſunt repugnare. Vt aũt in Deum vel in Chriſtũ peccetur, diuerſæ ſunt cauſæ. Aut.n. aliquis dum fœlicitati alterius inuidet, dolore humilitatis ſuę inſurgit in creatorẽ: aut aliquid repentinũ paſſus quod ſit aduerſum, in iracundiã excitatus, in parentẽ iniurioſus exiſtit. Chriſti aũt incarnatio ẽt ad iniuriam prouocat. Dum.n. ignorant hoĩes ſacrm̃ incarnati Chriſti, blaſphemant, indignũ ducẽtes ſi filius dei qui incorporalis & ſimplicis naturæ eſt, hoĩum more natus dicat̃. Blaſphemant ergo qui ignorant myſterium. Quamobrẽ conuerſis his porrigenda eſt manus, q̃a ſic contra uerũ exiſtũt, dum pro uero ſe facere arbitrantur. Tortus hmõi & exungulatus hoc uerum eſſe dicit

al. ſequitur. quod * perſequebatur. Supramemorati aũt Iudæi aliud ſenſerunt & aliud egerunt, qui ſine iudice & carnifice conſcientia ſua teſte

K ſemper torquentur. Qui.n. per errorem inimicus exiſtit uero, cum cõuerſus fuerit, gaudet cognouiſſe ſe ueritatem: maleuolus aũt non habet quod emẽdet, ſi.n. conuerterit ſe, incipiet verũ dicere quod prius falſum eſſe non neſciebat. Spiritui aũt ſancto ut fiat iniuria, cauſa nulla extitit: officium.n. eius offenſionem non parit, quia in uirtute ſignorum & prodigiorum apparet. Quis.n. * inſibilare contra eum audeat, uidens mortuos excitatos? Aut quis iraſcatur ei cuius effectu videat currentes paralyticos, cæcum lumen accipere, ſurdum audire? Aut q̃uo non amabit eum, quẽ uideat ſpiritus immundos eijcere, leproſos mũdare, & ſimul oẽs infirmitates curare? Huic Iudæi maluerũt iniuriam facere, opus eius dicentes opus eſſe dęmoniorum, dummodo inuidiam atque odium * contra ſaluatorẽ exercẽtes explerent: idcirco neq; hic neq; in futurum hoc peccatum remitti eis oſtẽdit. Sed Nouatianus maiora, inquit, crimina nominatim nõ remitti probantur. i. idololatria & fornicatio poſt lauacrum, Idcirco.n. in baptiſmo ait, ſimul oĩa

al. inſibire.

al. quod circa ſaluatorem exercebant.

L remittuntur peccata, ut de cęteris ſi quid graue cõmiſerint, nullo modo ueniam conſequantur: quia poſt acceptũ ſpiritũſanctum, quod contra ſpiritũſanctum eſt admitti non debet. Quis neget peccari nũquam debere, ſi eſſet poſsibile? Porrò aũt ſciens deus fragile genus humanum, ſemper remedijs ſalutaribus proſecutus eſt eos, ut poſt peccata haberent q̃uo ſe repararent. Si aũt ſpũs datus prohibet peccantibus dari pœnitentiã, nulla prouidentia eſt in nouo teſtõ, & melius uidebitur ueteribus prouiſum, quibus medicina iſta minime eſt denegata. Et q̃uo maior gratia eſt in nouo q̃ in ueteri? Nam hoc inimici eſt, qui ſciẽs hoĩbus aliter prouideri nõ poſſe ut perueniant ad ſalutem q̃ interuentu pœnitentiæ ſpiritumſanctum dari, cui ſi iniuria facta fuerit metu aliquo, aut per aliquẽ errorem, iam ſatisfactio locum non habeat reformãdi hoĩem. Hoc eſt occaſionem quęſiſſe perdendi hoĩes non ſaluandi. Sed abſit,

Luc. 9. quia dñs ait, Filius hoĩs non uenit aĩas perdere, ſed ſaluare. Nam ſi nobis peccata quæ in nos peccamus inuicem, ſi conuertamur

Mat. 18. ſeptuagieſſepties remitti a nobis alterutrum præcepit deus, quanto magis ipſe ſi in illum

M peccetur ignoſcit conuerſis? Omnem.n. pec-

2. Co. 12. cato em conuerti vult. Vnde Apoſtolus fornicarijs & immũdis remiſſum probat dicens, Ne forte ueniẽs lugeam multos ex his qui ante peccauerunt & non egerunt pęnitentiam ſuper immunditia & fornicatione quam geſſerunt. Probat quoſdã egiſſe pœnitentiam, de quibus non dolet, ſed gaudet.

Aliquos

Aliquos autem significat nō egisse fornicationis suæ pœnitentiam, ꝑ ꝑ quod & lugere se eos dicit, non pertinentes ad vitam, quia non egerunt pęnitentiam. Si.n.hmōi criminis in hac vita semper agēda pęnitētia esset, non diceret lugere se eos, quia nō egerunt, sed quia non agunt. Sciētes aūt hæc, incipiēt peragere pœnitentiam, quia non egerunt. Hoc.n.uolebat vt ueniens ad eos pacem haberet cum communione eorum. Ecce probatum est, fornicarijs post actam pœnitentiam communicandum esse. Non.n.potest illis cōicari quandiu agunt. Tunc aūt communicandum est cū desinunt agere iudicio Ecclesiæ. Nunc superest videre an specialiter idololatris posse remitti probemus. Legimus.n.in Apocalypsi beati Ioannis Apostoli pœnitentiam super idololatriam prædicari.
A Commonentur.n.Epi, quos angelos vocat.i. nuncios, sicut beatus Paulus Apost.ait, Sicut angelum dei accepistis me, vt peccantibus dent pœnitentiam, nec eos patiantur minime cōmoneri qui scandala faciunt in Ecclesia, cum sint & ipsi de Ecclesia. Dicit ergo, & angelo Pergami Ecclesiæ scribe, Hæc dicit, qui habet gladium ex utraq; parte acutum, Scio ubi habitas, ubi sedes est satanæ. Et tenes nomen meum, & nō negasti fidē meam, in diebus quibus Antipas testis meus fidelissimus occisus est apud vos ubi satanas habitat: sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenētes doctrinam Balaam qui docebat Balaac mittere scādalum sub oculis filiorum Israel, māducare delibata & fornicari: ita & tu habes tenentes doctrinam Nicolaitarum, Similiter age pœnitentiam. Hanc dicit esse doctrinā Nicolaitarū quæ fuit in Balaam.i. idololatriam & fornicationem, de qua iubet agi pęnitentiam. Et quia hoībus Ecclesiæ loquitur, ostendit dicēs, Hæc dicit spiritus Ecclesijs. Quis autē fructus est pœnitentiæ ita significat, Vincenti, inquit, dabo manducare
B manna quod est absconditum, vt per pœnitentiam quisquis vincat peccata. Quid est.n. pœnitere, nisi dolere præterita, & de cętero temperare ab his quæ admiserat? Et angelo Thiatyræ Ecclesię scribe, Hęc dicit filius dei qui habet oculos sicut flammam ignis, & pedes eius similes æramento Tyrino, Scio opera tua & dilectionem & fidem & ministeriū & patientiam & opera tua nouissima meliora prioribus, Sed habeo aduersum te, ꝙ finis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetam & docet & seducit seruos meos fornicari & manducare immolata idolis: & dedi ei tpsad pœnitendum, & noluit agere pœnitentiam de fornicatione sua. Ecce mittam illam in lectum, & adulteros eius cum illa in tribulatione magna, nisi egerint pęnitentiā factorū suorum, & natos eius occidā morte: & sciēt oēs Ecclesiæ, quia ego sum qui scrutor renes & corda, & dabo vnicuiq; vestrum ƒm opera sua. Vobis aūt dico & cæteris qui Thiatyræ estis, qui hanc doctrinam nō habetis, & ignoratis altitudinē satanæ, sicut dicunt non mitto in uos aliud pōdus, Verum tenete qđ habetis donec ueniā, Vincenti aūt & seruanti opera mea usq; in finē, dabo ei potestatem
C super gētes. Sub una epistola data ad Ecclesiam Thiatyram, duplicē Nouatianæ hęresis cōfundit & explodit errorem, & pęnitentibus.n.idololatriæ causa fructū promittit, & in una Ecclesia malos non contaminare bonos ostendit, cum vnius vtiq; essent cōmunionis: nec.n.extra Ecclesiam positis scribebat dicēs. Qui habet aures, inquit, audiat qđ dicit spiritus Ecclesijs. Simili etenim modo Apostolus Paulus, Scimus.n.inquit, q̄a quęcunq; lex loquitur, his qui sub lege sunt loquitur. Et alio loco. Quid.n.inquit, mihi de his qui foris sunt iudicare? Vnius ergo Ecclesiæ hoīes, partim ad pœnitentiam prouocat, partim collaudat dicens, Vobis aūt dico cæteris qui Thiatyræ estis, quicunq; nō habetis doctrinā istā.i.idololatriæ, tenete qđ habetis donec ueniā: hoc est perseuerate vsq; ad finē, quia qui perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Similiter & qui perseuerauerit in malo, dānabitur. Ac per hoc sicut iustitia iusti nō liberabit eum in die qua errauerit, sic & iniquitas iniusti nō nocebit ei cū cōuerterit se. Ideo dixit, Sacrificās diis eradicabiē: Si aūt cōuerterit, uita uiuet. Sicut est & illud qđ ait dn̄s, Qui me negauerit, negabo eum.
D Si autē conuerterit se, non poterit negari ab eo quē confitetur. Hinc est ut diceret in Psal. Non iustificabitur in conspectu tuo oīs homo uiuens. Hæc.n.sententia imputatur homini in qua moritur. Nam quia in Ecclesia mali cum bonis futuri essent usq; ad iudicium

Gal. 4. Apoc. 2. Nu. 24. Hie. 17. Rom. 3. 1. Cor. 5. Apoc. 2. Mat. 10. Ibidem. Ps. 142.

cium Dei, ipse Deus significauit, dicēs, Simi
Mat.13. le est regnum cœlorum reti misso in mare,
qđ ex omni genere piscium collegit. Cū āt
venissent ad littus, bonos segregauerūt in va
sa sua, malos autem foras miserunt: Sic erit
in cōsummatione seculi, exibunt angeli &
segregabunt de regno Dei omnia scandala,
Mat.22. & eos qui iniquitatem faciunt. Hęc cā signi
ficatur etiam in illo qui inter discūbentes in
uentus est, non habēs vestimentū nuptiale,
Hie. quem solum proiectū de cœtu oñdit Eccle-
się, quia crimen indignitatis eius nō polluit
cęteros: & quia hæc indignitas eius designa
ta est, eo q̄ vestimentum non habuerit nu-
ptiale, manifestus fuit cæteris, Videbant.n.
eū inter se aliud esse vestitū. Hinc est vnde
2.Ro.2. Paulus Apostolus, In magna aūt, inquit, do-
mo, non solū sunt vasa aurea & argētea, sed
lignea & fictilia. Istud p̄p̄ Hymeneū & Phi-
letū posuit, qui cū essent ex Ecclesia, puersa
E de resurrectione sentiebant: sicut aliqui de
Corinthiorū Ecclesia resurrectionem nega
bant. Sed hanc domū magnam Nouatianus
mūdū significat intelligendum, non Eccle-
siam, ne in vna Ecclesia malos cum bonis,
mūdos cū immūdis cogatur asserere. Qđ fa
cile puto conuelli. In vna.n. domo oēs sub
vno sunt nomine: quamuis.n. moribus diuer
si sunt, vno tñ dñi sui nomine censentur &
professione. Mundus aūt hic diuersæ profes
sionis continet homines, ita vt dispares pro-
fiteantur se habere, & Deos & dominos. Vi-
des ergo non hoc potuisse dici de mūdo, sed
de Ecclesia, in qua sub vno degentes noīe di
uersi sunt actu. Quod quidē Nouatianū non
ignorasse aduerto, sed quia abscessionis suæ
iustas querimonias non habebat, ne aperte
erubesceret, argumēta quædā sibi conflauit
per malam legis interpretationem, quibus
excusare niteretur & tegere liuoris sui inui-
dam uoluntatem. Deniq; rñdet ad hæc q̄ di-
ximus dicens, Nec ego renuo agēdā pœnitē
tiam admissæ idololatriæ, sed ego remittere
non audeo, quia crimen hoc ab eo remitten
dum est in quem admissum est. Hęc aūt cū
F dolo respondet. Interpretationibus.n. suis
detegitur, quibus fraus eius apparet. Qñ.n.
dicit scriptum est, Qui me negauerit, & ego
Mat.12. negabo eum: & mentiri non pōt cuius uer-
ba sunt: pœnitentiam quam agendam dicit,
inanem & infructuosam ostendit. Si.n. sentē
tia data est, & nō fallit qui dedit, quid excru-
ciare compellis hominem lamentationibus
& gemitibus, qui huius rei effectum, aut de-
negas, aut scire te minime profiteris? Omnis
.n. qui consilium alicui dat, ad hoc vtiq; dat,
vt quid ex eo proficere possit prædicet. Sed
quia tu Nouatiane dolose hoc profiteris, ad
illudendas mentes hominū agendā pœnitē-
tiā dicis, Sciens.n. aperte hoc negari nō pos-
se, subtiliter facis, quia non uoce, sed effe-
ctu pœnitētiā amputas. Oēm certe qui ido-
lis sacrificauerit, in spūmsanctū dicis pecca-
re, cui neq; hic, neq; in futurum pctm̄ hoc
remitti per legis verba contendis. Qūo ergo
huius delicti agendam pœnitentiā dicis, ni-
si quia fallis, sicut supra oñdi? Sed soles alio
dolo fraudem hāc uelle contegere, dicens eo
dem sensu etiam Petrū Apostolū dixisse Si-
moni, Age pœnitentiam ab hac malitia tua, Acto.8.
si forte remittatur tibi. Sed cōtuens Aposto- G
lus Petrus veterem & venenatam malitiam
hominis & peramarā, idcirco dubium dedit
rñsum. Quis.n. mortaliū sic peccauit, ut do-
num Dei pecunia vellet mercari? Maleuolē
tię ergo rñsum istud datū est, nō errori. Hæc
est.n. quæ remedium non habet, quia nec er
ror est, nec per q̄ excusetur necessitas, ut pos
sit per fletū ad veniā peruenire, Si in tali ita-
que cā aliqui fuerint inuenti, hoc audiāt qđ
audiuit & Simō. Nā ideo dubie rñdit ei Apo
stolus Petrus dicens. In felle.n. amaritudinis
& in obligatione iniquitatis uideo te esse. Si
ergo in tā graui causa, & quæ sine remedio
videatur, dubie responsum est, ambiguū nō
est, eis qui errore aut necessitate aliqua in
Deum peccant posse remitti, si congruā pœ
nitentiam agant. Hoc.n. concessum est iuri
ecclesiastico ab authore, vt & pœnitentiam
det & post pœnitentiam recipiat. Et ad huc
est aliquid quod deprehendit Nouatianus,
Cur, inquit, corpus dñi tradunt eis quos no-
uerūt peccatores? Quasi possint ipsi accusa- Ioan.12.
tores esse, qui sunt iudices. Si autem accusa- H
ti fuerint & manifestati, poterunt abijci. Nā
quis iudex accusantis sumat personam? Nā
si ipse dominus Iudam passus est quem scie
bat furem esse, & ea quæ mittebantur expor
tare, nec eum qui accusatus non est, abiecit:
hoc exēplo uti oportet, ut eum abiicere non
liceat.

liceat qui publice detectus nō fuerit. Nā nec
Matt. 1. iusto viro competit aliquem accusare. Vnde
Matthæus, Ioseph cum esset, inquit, hō iu-
stus & nollet eam traducere, voluit eā occul
te dimittere. Iudas ergo cū esset inter disci-
pulos, contagione sua non eos maculauit,
dissentientes vtique a furtis eius, & euchari
stiam inter eos accipiens non polluit inno-
1.*Co*.11. centes. Nec dn̄s ei quem latronē sciebat cor
pus suū denegabat, quia s̄m Apostolū, Qui
indigne sumit, gladiū sibi sumit. Vn̄ nec ab
oculis eius se auertit. Peccatores etenim eos
Psal.49. polluunt qui consentiunt malis eorum. Vn̄
1.*Cor*.5. dictum est. Videbas furem & cōcurrebas cū
eo. Hinc est vn̄ Apostolus plebē Corinthio-
rum arguit, propterea ꝙ illum qui publice
vxorem patris habebat, non corriperēt aut
euitarent, vt se emendaret, dicēs: Nescitis q̄a
modicū fermentū totam massam corrūpit?
Cum.n. non esset dux aliquis aut præpositus
I Ecclesiæ, plebis erat corripere eū quem vide
bant tam turpiter & obscœne inter eos con
uersari. Ac per hoc quasi consentientes eos
crimini eius Apostolus arguit. Nec.n. in hac
re accusatore opus erat, aut testibus. Publice
.n. nouercam suam loco uxoris habebat. Ita-
que quantum ad causam nostram pertinet,
exposuimus rōnem, non alios criminantes,
sed nos defendentes. Nouatiani aūt obtestor
conscientiā qui nos sem p accusat, si sanctos
scit esse oēs quos secum habet. Intm̄ aūt ira-
scitur nobis, vt & Christianos nos neget, cū
sciat nos ea fide initiatos de qua ipse p̄sumit
Christianū certe professio facit & vita. Si er
go vides hominē ea profiteri quæ tu, & non
dissimilem esse in vita, quare negas esse eum
1.*Co*.12 quod tu es? Certe q̄ dicit dn̄m Iesum in spi-
ritu sancto dicit, verum.n. dicit, Omnis.n. ve
ritas de Deo est. Cur non assentis uera dicē-
ti, sed negas fatenti? Deinde contradicis non
ratione sed furore. Nunquid non inimicus
Dei uideris, qui vera de dn̄o Deo profitenti
resistis? Nunquid paganus, audiens aliquem
idola dicentē esse Deos, negat paganū esse?
Cur tu negas Christianum quem audis ver-
K ba integrę fidei profitentem, cū legas, Corde
Ro.10. creditur ad iustitiā, ore aūt confessio fit ad sa
lutem? At tu vt inimicus, quod per iracūdiā
nō vides, Deo repugnas, negans hoc confi-
Luc.12. tentem habere salutem, cum dn̄s dicat. Qui-
cunq; me cōfessus fuerit, & ego eū. Nūquid
ait, si Nouatianus me fuerit confessus? sed tu
hoc sic astruis, vt tibi hoc defendere videa-
ris, vt is saluetur qui nō Christianus tm̄, sed
qui fuerit & Nouatianus. Sed si in Christo
facta confessio dat salutem, vbicunq; apud
quoscunq; integra fuerit hęc cōfessio, habet
salutem. Itaq; si confessionis huius traditio
corrupta est apud nos, aut sensus immutat⁹,
recte accusas. Si.n. hæc manet in nobis sicut
& in te, nos negando, & te negare videris.
Sed fidei ministros accusas, Fac verum esse,
quanuis probare nō possis. Qui tn̄ ab his au
dierunt, uerū est, quod audierunt, an falsum?
Nec.n. si vitiosus verum dixerit, nō erit ve-
rū, quia a vitioso dictū est, Cū alia cā sit con
uersationis & alia professionis. Nōne perse-
cutor odio Christiani nominis professionē
persequitur, nō conuersationē? Primo in il-
lo sciens hoc proficere religioni, cum confi-
temur esse nos Christianos, sacrilegus confi L
tētibus nobis credit quod non vult audire,
quia odit. Tu aūt cū eiusdē professionis sis
& signaculi, non credis cōfitentibus nobis q̄
ipse cōfiteris. Si aliter nos renatos scires q̄ tu
renatus es, recte non crederes hoc nos esse
quod tu es. Vt quid à sacrilego persecutionē
patior, si non hoc sum quod tu es? Nā si hoc
de me profiterer qd' tu de me dicis, persecu
tionē non paterer: Ac postremum mihi cre-
dendū est de me, nō tibi, Meā.n. professionē
quærit iudex, non tuā de me. Quid ergo me
confitentem tu negas, cum verum sit, in hac
cā non alienū testm̄, sed meam professionē
requiri, aut pro me, aut cōtra me? Nolebam
pro nomine torquere te cōtra me, vt appare
ret si vera confitentem, & tu negares contra
me, aut cui crederetur. Dolo.n. hoc propo-
nis, ut iustam causam uidearis habere schis-
matis. Nam non ignoras in hac re meam de
me testificationem requiri, non alienam, &
hoc uerum haberi quod ego fuero confes-
sus, non quod alter negauerit. Manifestū, est
vtiq; liberos esse eos, qui amore Xp̄i non dis
quirentes hominū actus, ad fidē eius conse-
quendā concurrunt: hoc eorū probantes qd' M
sibi utile norūt, id est, vt traditionē fidei, quæ
de Xp̄o est, consequantur. Nam qui præter
mysterium aliquid aliud in hac re putat hoī
necessarium, traditioni facit iniuriā. Minus
enim

enim sentit de gratia Dei. Qñ .n. nisi meritũ hominis affuerit, negat donũ Dei proficere posse deuoto sibi, aut potiorem, aut parẽ facit hominẽ ipsi traditioni, cũ longe sit meritũ hominis ab hoc officio. Sicut de hac eadẽ re dicit Apostolus Paulus, Ego plãtaui, Apol lo rigauit, sed Deus incrementũ dedit. Itaq; nec qui plãtat est aliqd, neq; qui rigat, sed q incrementum dat deus. Qũo in hac re aliqd de homine sperãdũ est, cũ vera data sint quæ tradãtur? Videamus itaq; qd proderit si boni meriti fuerit, aut qd oberit si mali fuerit meriti. Accedens verba dei audire desiderat, qui bus fidem cõmendans salutẽ se credit accipere. Quid facit in hac re, si bonæ aut malæ vitæ sit q verba solẽnia tradit, cũ fides deuota quæratur pcipiẽtis, ut ea quæ audit toto aĩo credat? Nunqd si malæ uitæ sit q tradit, impedimentũ faciet percipienti, ut non credat q̃ audit credẽda, vt pctm̃ eius intret in cor ei⁹ ne credat? aut Deus qui iustus est despicere habet deuotũ sibi pp pctm̃ eius, quẽ ipse patitur esse in ordine? Nec hõ sic iudicat quem cõstat falli frequenter, aut esse gratiosum. si ita esset, & hõ causam suam ageret, nonne diceret Deo, Quis sit iste cuius cã me despicis, nescio, Ego ad eum tui causa accessi, qa tuus dicebatur antistes: te q̃siui, te desideraui, tibi credidi, de homine nihil speraui. Quare ergo mala eius mihi obsint, quẽ nescirẽ nisi te q̃sissem? Si bona eius mihi possent proficere, iustũ videret̃ fortè, vt & mala eius obessent mihi. Si sicut bona eius si dubie credidissem, nihil proderãt mihi, ita & mala eius nihil obesse mihi debent bene credenti: Ego.n. verbis eius fidẽ dedi, quæ a te data dñr. Quicunque te inspirante loquuntur, de te promittunt: huic de se nihil credidi, nec gestis eius, sed si dei quæ ex te est, me copulaui. Secundũ hæc integra est causa credentis. Aduocatorũ em̃ more accepi antistites. Nũquid si malæ vitæ sit aduocatus, contra susceptum eius pronũciabitur? hoc est officium aduocati, ut ſm iuris ordinem, suscepti sui causam peroret. Nũquid poterit uita eius, si turpis est obesse causæ suscepti? Persona .n. aduocati nec obesse nec prodesse poterit: qualis.n. fuerit cã, sic & rñdebitur ei. Sic sunt, & q uolunt Christiani fieri accedunt ad antistitẽ, dicũt ei uota sua. Ille facit uerba iuris Ecclesiastici: si vera vota sunt, suscipiuntur a iudice. in quo ille aut obesse poterit, aut prodesse? quippe cum nec causam suscepti sui norit. Deo.n. iudici soli cognitum est, quis, qua mente accedat. Antistitis ergo est, delegato sibi fungi officio: iudicis aũt, aut susciperẽ, aut renuere cãm suscepti. Ipse .n. inuenit̃ dixisse, Filia fides tua te saluam fecit. Vides itaq; nullius adiutorio, sed vnumquẽq; fide sua saluari. Hoc.n. deus decreuit fidei, vt si non dubitet, oẽ quod uoluerit consequatur. Tu tñ non ut amicus, sed quasi inimicus Xp̃i, populũ sub tuo noĩe cõgregasti, ut nõ sint Christiani, nisi fuerint & Nouatiani, cum Apostolus condẽnet, si quis dicat se Paulianũ, aut alterius alicuius: sed tu potiorem te iudicans, sup Christi nomẽ tuũ posuisti, quasi ille nõ sufficeret ad tuendã ecclesiam suam. Qũo in Leuitico dñs sacrificia & libamina offerenda præcepit, quę alibi respuit? Cum constet in Leuitico de sacrificijs offerendus dñm mandasse patribus, ut offerrent libamina vel sacrificia, siue holocausta, Deniq; sic dicit p Hieremiã prophetã, Hæc dicit dñs, Holocausta vestra cõgregate cum sacrificiis vestris, & manducate carnes: quia non sum locutus ad patres vestros, neq; mãdaui illis qua die eduxi illos de terra Aegypti. De holocaustis & sacrificiis si penitus ad uertas, non est de hac re facere quæstionem: nec mentitum dñm aut immutatum putes, ut mandaret, & postea denegaret. De hmõi .n. sacrificiis & libaminibus seu holocaustis nihil inuenit̃ mandasse, de quibus nũc se locutum testatur. Duo etenim genera sacrificiorũ aduerte, vnum quod p singula genera offerri mandatum est, & aliud quod uoluntarium dictum est. Illud ergo quod per diuersa genera, siue pro peccatis, siue pro primogenitis offerri præceptũ est, quid & quale & qũo offerendũ esset, mandatũ est. Sacrificiũ aũt uoluntarium non utiq; mandatũ est, qa arbitrio remissum est: ut si aliquis uoluisset offerre, quod illi uisum fuisset offerret: uolũtaria.n. erant hæc sacrificia. Et quia negligenter & improuide hæc offerebant, non delibe rantes, quia qui offerret potentiori, munera electa offerret: idcirco dr̃ eis, Non mandaui vobis de his: sed si uultis, debetis quæ digna sunt offerre. Sic & enim inuenit̃ & Cain peccasse, cum non considerat deo hęc deberi offerri,

[Margin notes: 1.Co.3. — A — B — Matt. 9. — 1.Co.1. — 103 C — Leut. 1. — Hier. 7 — Duo genera sacrificiorum. — D — Gene. 4.]

ferri,quæ potiora sunt. Cum.n.ad propitian
dum deum hæc offerre se dicerent,in eo ip-
so prouocabant deũ ad indignationem,ut in
id quod dicerent se bene facere,peccarẽt of-
ferrentes Deo holocausta indigna. Vñ dicit
Mala. 1. in Malachia propheta, Si adducatis ad uicti-
mã cæcũ aut claudũ aut ægrũ, nõ est bonũ.
Offer ãt ea duci aut ꝓposito tuo, si suscipiet
te,dicit dñs omnipotens Hinc est ut ꝑ Esaiã
de eadẽ re queratur Deus,dicens, Quo mihi
Esa. 1. oues holocausti tui? Neq; in sacrificiis tuis
honorasti me.Non.n. ad hoc te feci,ut labo-
rares in thure, aut ut mercareris mihi argẽto
incensum, nec adipem sacrificiorum tuorũ
cõcupiui:in peccatis autem tuis & iniquita-
tibus astitisti mihi. Manifestũ est itaq; ortas
esse querelas: quia cum uoluntaria sacrificia
offerrent,nõ in his Deũ honorabãt,offerẽtes
indigna, cũ hæc utiq; nõ essent necessitatis.
Si.n.mãdata fuissent, necessitate uidebantur
E qualiacũq; offerre. Qñ aũt arbitrio suo hæc
offerebãt,talia debebãt offerre,ex quibus ob
sequiũ in se dei oñderet.Sed q̃a animus illo-
rũ cupiditate idolorũ errabat, inconsiderate
hæc agebãt.Igitur duplici genere exprobrã-
tur,quia & inique agentes, deo audebant of
Psal. 50. ferre:& quæ indigna erãt,offerebãt.Cũ iniq;
actus nõ sacrificijs redimãtur, sed lamenta-
tione & misericordia. Vñ dicit Dauid cũ pec
casset,Si uoluisses,sacrificia dedissem, utiq;
holocaustis nõ delectaberis.Sacrificium deo
spiritus contribulatus, & cor contritũ & hu
miliatum Deus non spernit. Deniq; dicit Sa
muel ad Saul, qui cũ contẽpsisset præceptũ
dñi,sacrificio Deũ putabat posse placari. Nõ
1. Re. 1. .n.inquit,uult Deus sacrificium magis, q̃ au
Osee. 6. diri uocem suam. Et scriptura dicit,Miseri-
cordiam uolo plus q̃ sacrificium. Iudæi cũ
iniusti essent & immisericordes,oblationib.
propiciũ Deum fieri arbitrabantur: sicut &
nunc quidam spernentes iustitiam,oblatio-
F nibus laudari se putant. Bona est ergo obla-
tio,si seruetur iustitia,& nõ negligatur mise
ricordia: quia quod nobis petimus, & aliis
104 præstare debemus.Si in euangelio Lucæ dñs
nuncians bellum Iudaicum aduersum se fu
turũ dixit discipulis suis, ut gladios sibi para
rent:qũo postquam incoeptum esse bellũ du
ce Scariothe,& uidens Petrus Apostolus in-
surgentes hostes,protulit gladiũ,& amputa-
uit auriculam serui sacerdotum, dñs idẽ ue-
tuit? Sciens dñs bellum Iudaicũ aduersus se
futurum, dixit discipulis suis ut gladios sibi
pararent: quo facto, cũ cœptum esset bellũ
duce Simone Scariothe,videns Petrus Apo-
stolus insurgentes hostes, protulit gladiũ,&
amputauit auriculam serui sacerdotũ. Tunc
dñs iussit Petro,ut reconderet gladiũ in the-
cam suam.Omnis.n.inquit,q̃ accipit gladiũ, *Mat. 2.*
gladio peribit.Vt quid parari iussit, qui pro-
hibuit percutere: reũ etiã mortis designans
eum,qui percussit gladio,cũ non vtiq; iniu-
ste uideatur Apostolus percussisse? Quãtum
.n.pertinet ad Petrum percussit eũ quẽ con-
tra se armatũ uidebat.Resistere.n. debuit in-
gratis seruis, & ad dñm necandum armatis.
Si singula membra inspicias caute,cuius uis
patefieri rationem,inuenies & alia quæ req-
res his dictis.Quid.n.opus erat, ut hic q̃ spi-
ritali fretus erat uirtute, gladios iuberet pa- G
rari carnales:& qui prius iussit,in uia nec pe
ram ferri,nec pecuniam, nec uirgam,nũc iu
beret habere,quæ prius prohibuit? Incipia-
mus ergo cur gladios iusserit parari, & occi
di prohibuerit,explanare. Nõ solum.n. ini-
micorũ,uerũetiam ipsorum discipulorũ suo
rum cã,ad superuẽturum bellum arma pro-
curari præcepit.Noua.n. & mirabilis res fu-
tura erat, ut is qui noua & inaudita signa fa-
ciebat,sic subito humiliaretur,vt & verberi-
bus subiiceretur & morti. Ne ergo uelut im
præscius hæc pati uideretur, & a quo forte
virtus recessisset, hæc omnia sic prædixit, ut
non dubitaret de his, sed præscius cõtra hęc
se pararet: & quia voluntate humiliatus est,
non resistere acrius inimicis iuberet: intũ
seipsum esse qui fuerat oñdẽs, vt iã detẽtus,
aurẽ,quæ abscisa fuerat,restitueret, ut quod
gladio operante deciderct,redderet:nõ quasi
carnalis utiq; medicus, sed quasi corporum *Luc. 22.*
conditor opus suũ truncatũ refinxit. Nec.n.
possunt medici abscisa corporis mẽbra repa
rare. Vt ãt dei uirtus in illo nõ diminuta,sed
ita ut fuerat inesse uideretur, & illud firma-
ret quod dixerat. Potestatem habeo ponẽdi H
animam meã,& potestatẽ habeo iterum su- *Ioan. 10.*
mendi eam: hac ergo causa gladios parari,
non tñ occidi iussit.Nunc illud oñdere supe
rest, quare contuens factũ Apostoli Petri,eũ
qui gladio usus fuerit, gladio dixit perire,
cum

cum non iniuste percussisse uideatur. Nam
sicut significatur in Luca, ipso dño permit-
Luc. 22. tente percussit, & sic prohibitus hæc audi-
uit. Ideo etenim permissum est, & ut uindi-
care se posse uideretur, sed nolle: & vt uirtus
ostenderetur in eo manere, in quo fuerat, ut
in utroq; uindicare se posse non ambigere-
tur: inimici uero pro certo haberent datam
sibi ab eo potestatem, ut hoc facerēt. Non.n.
Mat. uictus apparebat, sed tradēs se uoluntati eo-
rum. Quare ergo sñia data est, ut qui gladiū
accipit, gladio pereat: nisi ꝙ nulli licet, exce
pto iudice, quēquam gladio occidere? Apo-
stolo autē Petro usq; ad hoc permissum est,
ut dolorē faceret, nō ꝙ occideret. Ob hoc.n.
I audiuit, ne iterū ꝑcuteret. Didicit prȩterea,
q̃a Christianis iam factis occidere non licet.
In misericordia.n. positis, lege iuris mundo
crediti vti nō licet aspere. Illud aūt qđ ante
euntibus in uia discipulis, mandasse uř, ut
nihil tollerēt in uia, pacis est causa, & gratia
virtutū, & affabilitas doctrinæ. Quid.n. opus
erat tollere aliq̄d in uia, quibus signorū cau
sa oīa offerēda erant? At ubi tp̄s, quo se pati
permisit, aduenit, ꝑ ꝑ qđ rixa magis quā bel
lum imminebat, armatos iubet esse discipu-
los: non ut repugnaret qui pati uolebat, sed,
Mat. 10. ut dixi, ut præscium se huius rei, & in ptāte
habere possessionē suā oñderet: humiliare t
aūt se humanæ salutis cā, qđ suo loco dicet.

105 Qūo prophetia quadret cum Euangelio,
de obscuratione solis, & quibusdam alijs.

Cum in primo aduētu dñi prædictum sit, q̃a
contenebraretur sol in passione eius, eadem
hora qua factum probatur, i. meridie. Sic.n.
Amo. 8. scriptum est in Amos propheta, Et erit in il-
la die, dicit dñs accidet sol in meridie, & cō-
tenebrescet super terram dies lucis. Illo er-
go die à sexta hora cōtenebratus est sol vsq;
K ad horam nonam, & ita cōpleta est prophe-
tia supradicti prophetæ. Imago huius rei, q̃
futura est in aduētu dñi secundo, in passione
dñi est ostensa: q̃a in fine, cum cœperit dñs
aduenire ut iudicet mundum, soluentur lu-
minaria ab officio suo, dicente dño, In illis
diebus sol contenebrabitur, & luna nō dabit
Mat. 24. lumē suum. Quod quidē, & Iohel propheta
non prætermisit, ut cum à multis significa-
tur, sine dubio impleri credatur. Ita.n. dixit,
Iohel. 2. Sol conuertetur in tenebras, & luna in san-
guinē, priusquam ueniat dies dñi magnus,
& manifestus. Hoc quātum apparet, secun-
do aduētui magis congruit: tunc.n. oībus sic
aperte manifestabitur, dicēte scriptura. Tūc
uidebit illum oīs oculus, & plangent se su-
per illum oēs tribus terræ, & qui illum cru- *Apoc. 1.*
cifixerunt. itaq; si in utroq; aduentu hoc con
tinetur, q̃a sol contenebrabitur illis diebus,
qui dies ille, quo ampliari solē & lunam ce-
cinit scriptura? Ait.n. inter cȩtera Esaias di-
cens: Eritq; super oēm montē excelsum, &
in omni loco excelso aqua perambulans in *Esa. 30.*
die illa, cum perierint multi, & cum cecide-
rint turres: & erit lumē lunæ, & lumē solis,
& lux solis erit septies tm̄ in die, cum sana-
bit contritionē populi sui: &c. Qui dies po-
test intelligi, quo promisit se dñs sanare con L
tritionem populi sui. Hunc opinor esse diē,
quem pater Ioannis Zacharias ostendit di- *Luc. 1.*
cens, Benedictus dñs Deus Israel, quia uisi-
tauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et
erexit cornu salutis nobis in domo Dauid
pueri sui, Sicut locutus est per os sanctorum
Prophetarum suorum, qui à seculo sunt. Et
liberabit nos de inimicis nostris, & de manu
oīum qui oderunt nos. Ad faciendam mise-
ricordiam cū patribus nostris. Et Simeon in-
ter cætera, Hic positus est, inquit, in ruinam,
& in resurrectionē multorum in Israel: Hȩc *Assutū.*
ruina est Scribarum & Pharisæorū & prin- *Luc. 2.*
cipum Iudæorū, quos propheta significauit
per turres. His ergo per incredulitatē ruēti-
bus, alij surrexerunt credendo, qui prius ui-
debantur infirmi, & ægri per negligentiam.
Vnde saluator in iudicio ait, Ego ueni in *Ioan. 9.*
hunc mundū, ut qui non uident, uideant: &
qui uidēt, cæci fiant: vt qui per legis culturā
& peritiam lumina vñr, per incredulitatem
cæcarētur: cæci uero, i. imperiti uel publica-
ni uiderēt, dum crederēt, Quorum infirmi- *Esa. 53.*
tates propheta saluatorē portaturū prȩdixit. M
Itaq; hoc tp̄e saluatoris factum est, sicut le-
gitur in Euangelio, q̃a ipse infirmitates no-
stras accepit, & vulnera nostra curauit. Quæ
quidē oīa in passione saluatoris cōsummata
& adimpleta sunt: sic.n. salus humani gene-
ris, tam apud superos q̃ apud inferos & re-
dempta est & firmata, quia prophetia Zacha
riæ supradicti utrunq; comprehendit. Et hic
enim apud superos liberati sunt à contritio-

ne inimicorum interuentu misericordię: & illic apud inferos, cũ erepti sunt de tartaro. Cuncti enim qui sperauerũt in promissum Christum expectabãt aduẽtum eius, ut deuicta morte liberarẽtur de inferno. Vnde dixit, Ad faciendã misericordiam cũ patribus nostris. Si quis aũt salutẽ hanc & in secundo aduẽtu contineri intelligat, in utroq; tñ aduentu, maxime in secũdo, Sol cõuertetur in tenebras, & luna non dabit fulgorem suum. qũo ergo augebit solẽ & lunam die, quo visitabit dñs populum suum, aduertemus, qñ vtroq; in tpe, quo cępta liberatio populi & adimpleta est, solem & lunam nõ minui, sed A conteneḃrari legamus: nisi planè solẽ & lunam sanctis comparatos intelligamus: sicut in alio loco legimus sanctos luminarib. adæquatos, & Paulo Apost. prædicãte, quia inter hos hoĩes sancti in hoc mũdum uelut lu- *Mat. 13.* minaria uideantur. Et in Euang. Tunc iusti, *Mat. 5.* inquit, fulgebũt sicut sol. Dñs.n.opera iusta lumen appellat, Sic.n.ait, Luceat lumen uestrum coram hoĩbus, ut uidẽtes opera uestra bona, magnificẽt patrẽ vestrum qui est in cęlis. Hi ergo, qui omnibus suis relictis, dñm sequũtur iustitiæ & sanctitatis causa, soli & lunæ comparantur septies honorati, sicut di- *Luc. 18.* cit dñs, Nemo est qui relinquat domum, aut uxorem, aut filios, aut agros, qui nõ recipiet septies tñ in hoc sęculo. Qui ergo ad præsens septies honorantur, põt intelligi, qui ẽt in futuro septẽ partibus clariores cæteris futuri credantur, ut resurrectio eorum soli cõparetur ac lunæ, cæterorum uero sicut stellæ sint. Claritas ergo sanctorũ, quæ hic septies honoratur, in resurrectione aliud septies cõsequitur, ut qui hic claritatem lunę habet in futuro solis accipiat claritatem: & qui hic soli cõparatur, septies tñ futuris credatur acci- B pere. Propheta ergo Esaias solis & lunæ comparatione sanctorũ merita augeri prædixit: nec immerito: si enim ipse dñs sol iustitiæ dictus est, sancti autem similes ei erunt, Ioãne *1. Ioan. 3.* Apostolo dicẽte, Cum.n.apparuerit, inquit, similes ei erimus: conuenienter sanctos in sole esse significatos, septem tñ partibus maiorem solem q̃ lunam Propheta supradictus ostendit. Qñ.n.lunam sicut lumen solis futuram ostendit, solem aũt septies tñ, ad modũ utiq; solis septies luna augeri significat, vt talis sit tunc luna, qualis nunc est sol: q̃uis sanctorum ratio hic vertatur, sub hæc tñ causa luminarium ex parte prodidit quantitatẽ, ut post crementum solis & lunæ tñ iterum maior sit, quãtum est sol: & quãtum in præsenti distat sanctus à sancto, tñ distet in futuro post remunerationem? Qũo intelligen- 106 da sunt quæ habẽtur in Genesi, pręcipue de *Gen. 1.* opere sex dierum. In principio fecit deus cęlum & terram, Si cœlum in principio fecit, & terram, Cęlum aũt firmamẽtum est, sicut in subiectis apparet: nõ est verum, q̃a prior lux facta est, & sic firmamẽtum: aliud.n.cęlum significare non poterat, quia facturam mũdi describit, Deo operante perfectã. Pro- C pterea.n.q̃ diuersis opinionibus hoĩes fallebantur in causa mũdi, Moyses deo se inspirante ostẽdit quæ esset ratio mũdi. Quibusdam.n.uidebatur initium non habere, alijs initium quidem habere, sed ab angelis quibusdam fabricatum esse. Nonnullis vero factus similiter, sed à spiritu quodã, qui est & deus potestatis aduersę. Pauci aũt de origine veritatis traducem sequẽtes, deum opificem eius asserebãt. Horũ ergo causa diuersitatis, qui falsa opinione trahebantur, coactus est Moyses quæ esset causa huius uera ostẽdere, ne filij Israel erepti de ptãte Aegyptiorum, à falsa tñ intelligẽtia eorum liberati nõ essent. Ipsi.n.inter cęteros magni erroris studiũ sequebantur: hi.n.antiquitus præ cęteris uanæ philosophiæ operam dabãt. Deniq; Moyses *Exo. 2.* per id, q̃ à filia Pharaonis adoptatus uidebatur, eruditus est oĩ sapientia Aegyptiorum. *Act. 7.* Quid est ergo quod dicit, In principio fecit deus cęlum & terrã: si.n.firmamẽtum significat, ẽm quod supra ostendimus, uideamus quid dicat. Arbitramur, q̃a Moyses ut oẽm errorem inferioris creaturæ auferret, impensarum facti mũdi in principio substãtias ipsas, ex quibus mũdus cõstat, factas esse signi- D ficauit, quia si hoc tacuisset, coæternæ forte putarẽtur esse substantiæ deo iugabiles æstimatæ: ut qui huius rei testimonium recipit, ambigere nõ possit factum esse mũdum, qñ substantias, quæ ad impensas mundi profecerũt, initio subiectas fatetur. Igitur in principio fecit Deus cœlum & terram.i.supernam & infernam substantiam. Superna est, qua constat cœlum. inferna autem concre-

tio

tio est quędã feculẽta, quæ profecit in aridã
Esa. 45. quæ dr̃ terra,& tenebras. Vnde dicit in Esaia
Propheta, Ego Deus, q̃ feci lucẽ,& creaui te
nebras. His ergo creatis, fecit simul substan-
tiã: hoc est aquã, tenebras, & terrã ante tp̃a:
tp̃a.n. sub firmamento sunt. Firmamentũ.n.
sicut quibusdam vr̃, glacies est aquarũ. Et iõ
firmamentum dr̃, quia concretis diuinitus
aquis firmatũ est, quod ab occulẽdo vel celã
do appellatum est cœlum. Itaq; propterea q̃
aqua maius sit elementum, prior est significa
ta,& quia pars eius profecit in camerã mun
di, terra aũt pauimentum. Quæ quidẽ & Da
uid a spiritusancto creata fatetur. Ait enim.
Et aquæ quę super cœlos sunt, laudẽt nomẽ
Ps. 148. dñi, Quia ipse dixit,& facta sunt: ipse mãda-
E uit,& creata sunt. Post hæc ergo elemẽta an
te compaginationem mundi fecit Deus lu-
cem, ut opera eius in lucem procederẽt, quæ
lux modo disposita, cursum diei expleuit. Fa
cta est nox iuxta diei modũ, quæ similiter im
pleto mõ spatij, illuminata est aduẽtu lumi-
nis matutini,& sic impletus est primus dies,
cũ cœpit secũdus: nox.n. diei deputata est, ut
simul dicãtur vnus dies: propterea.n. q̃ subie
ctæ sunt tenebræ lumini, authoritate carent,
nec possunt numerum facere. Triginta etẽ
dies vna luna appellantur cũ secum habeãt
noctes. Itaq; lucis ministerium, quo spatiũ
consumit sibi decretum, dies nũcupatur. Te-
nebrarum autem substantia antequam illu-
minetur, nox appellatur. Spatium aũt illud,
quod inter occasum & ortum est, nox est: nõ
.n. tenebræ faciunt noctem sicut & lux diẽ,
quia tenebræ manent in sui natura. Lucis ãt
accessus facit diem, & discessus noctẽ: non
immerito ergo subiecta est nox diei. Luce er
go facta,& cursu duodecim horarum imple
F to, totidẽq; & noctis spatio peracto, ęquino
ctium fuit in primo die:& exinde cępit dies
increscere super noctẽ tribus.s. mensibus, q̃
sunt tempus Veris: ex eo deinde augmento
suo minuitur dies aliis mensibus tribus, qui
sunt tempus Aestatis. Et iterum fit æquino-
ctium, ita ut ex eo nox increscat supra diem
aliis mẽsibus tribus, qui sunt tp̃s Autumni.
Et incipit iterũ nox de magnitudine sua, qua
supergreditur diẽ, minorari vsq; ad finẽ quar
ti tẽporis, qđ est Hyems,& fit æquinoctium
primi temporis, qñ Deus mũdũ creauit, qui
dies intelligitur esse undecimo calẽdas Apri
lis, qñ primus dies Paschæ est, id est, primus
Quo die creauerit deus mundum.
dies primi mensis. In lege.n. mandatũ est, vt
vndecima die primi mensis vespere præpara
rent se ad Pascha faciendum quartadecima
mẽsis die, id est, ab undecimo. Iam.n. vesper
decimi diei in vndecimum lucet, vt ab vnde
cimo calendas Aprilis initiũ esset primi mẽ-
sis. In principio etenim facta luna fuit quar-
tadecima, quia omnia plena sunt facta, adde
triduum a decimo vespere, & hi sunt tres
dies ante luminaria quæ fuerunt, vt vndeci-
mo calendas Aprilis factus sit mũdus: q̃a nu
merus lunæ ab vndecimo venit ad tertiũ de
cimum, cui Paschæ primus mensis integer
est attributus, ut in Pascha die solenni neque G
extra vndecimũ mũdus factus est, quartade-
cima aũt luna maiori lumine clarior factus
est. Inter principium ergo & claritatẽ, quia
illuminatus est mundus, saluator noster &
passus est & resurrexit: quia quartadecima lu
na passus est, primo die resurrexit: qui iõ do-
minicus dr̃, quia ipsum dñs fecit, qui multi-
plicatos mẽses fecit,& tẽpora, & annos. Vt
autem vno atq; eodẽ mõ minime celebret,
cursus facit lunæ in decremẽtis & cremẽtis.
Terra autẽ erat inuisibilis & incõposita, Ma-
nifestũ est q̃a terra, postquã facta est, inuisibi
lis erat & incõposita: tegebatur.n. aquis, ideo
erat inuisibilis: incõposita ãt ideo, q̃a cũ esset
fluxa, nõ erat apta ad culturã. Et tenebræ erãt
sup̃ abyssum. Tenebras dicit fuisse sup̃ abys
sum, id est, sup̃ immẽsam ex oĩ parte aquã.
Et spũs Dei superferebatur super aquã. Hãc
aquã quasi summitatẽ significat, sup̃ quã spi
ritus Dei quia superferebatur, oñdit, ut tene
bras super infinitã profunditatẽ fuisse signifi
cet. Spũm aũt Dei sup̃ aquas, quia vbi spũs
Dei erat, obscuritas non erat: quantum.n. po
terat illuminabat aquam. Abyssum autem, H
id est, immensam profunditatem illuminare
non poterat, hoc est superiores aquas illumi
nabat,& subter erant tenebræ, & super abys
sum. Idcirco autem hũc Dei spiritum dicit,
non quia sanctum hunc intelligi vult spũm,
sed eum super creaturam hylicã spiritaliter
vult intelligi: totum aũt Dei esse significans,
dei hũc, qui sup̃ aquas ferebatur, spm̃ vocat,
vt prauã asseuerationẽ couellat, quia quidã
vtuntur, dicẽtes aliquid esse quod nõ sit dei:

nam nec ordinis, nec rõnis est, ut sup aquas spiritussanctus fuisse dicatur, quia sup oẽm creaturam est. Quod.n. de Deo est, sup oẽs potestates & principatus, & similiter super oẽs potentias spiritales est. Nõ moueat autẽ
Gene.6 mentẽ alicuius, quia dei spũs dr̃, cũ constat omnia dei esse. Ait.n. Deus inter cętera factu rus diluuium, Nõ permanebit spũs meus in
Eze.37 hominib. istis, quia sunt caro. Et in Ezechiele inter alia, Hæc dicit dñs ossibus istis, Extẽdã super vos cutẽ, & dabo spiritũ meum in vos, & viuetis. Nunqd hæc ad officiũ spiritussancti pertinent, & nõ ad animam? Spũs ergo hic Dei est quidẽ, sicut cętera, hylicarũ tñ moderatus est substantiarum: ipsius.n. ordo est his præesse. Luce ergo facta, & cursu
I diei moderato, & peracto secundo die, fecit firmamentum, id est, cœlũ, vt lux in terra firmamẽti moderaretur diem, ut esset quasi lucerna in domo. Hoc inquã firmamentum factum est ex supradicta aquæ substantia. Nũc .n. compaginatur in specie mundus, vt de cõfusione rerum discretis substantijs, singulæ partes aptarẽtur, quæ ab mẽbra mundi proficerent. Substantiæ .n. quas primũ factas esse diximus, impensæ sunt mũdo. Et iõ mundus dr̃, quia res ab inuicem separatæ quæ erant cõfusæ, & in speciẽ productæ, mũdũ fecerũt vocari, cuius in fabricã profecerunt. Firmamẽtum ergo, id est, cœlũ factũ est in medio aquarũ, vt diuideret inter aquã, quæ erat supra firmamentũ, & inter aquã, quæ erat sub firmamento: ut Dei uirtute in medio aquarũ cõsisteret firmamentũ, sub se & intra se & supra se & circa se habens aquam: vt esset concauum de foris, & intra munitũ, ne aquæ siue interiores siue exteriores penetrarẽt concauum eius, vt esset quasi domus munita atque firmata, ut securi essent habitantes in eo.
K Tertio die iussit cõgregari aquam, quæ erat sub cœlo, hoc est intra capacitatem firmamẽti, in cõgregationem unam, vt appareret arida, quæ est terra, & factũ est sic. Exhausta .n. latitudine terræ factum est velut alueum, in quo demergeretur omnis aqua, quæ erat intra firmamentum, & apparuit arida. Recedente .n. aqua, necesse erat terram apparere visibilem, quæ prius erat inuisibilis. Tũc arida appellata est terra, & cõgregationes aquarum maria. Et iussit producere terrã herbam pabuli, & ligna fructifera ad semen super terram. Quarto item die iussit Deus fieri luminaria in firmamento cęli, vt luceant sup terram: luminare maius, in inchoationem diei: & luminare minus, in inchoationẽ noctis, & stellas. Hæc ad conceptum & natiuitatem & ad nutrimenta pertinẽt eorum, quæ gignuntur in mundo, & ad signa temporum certis curriculis necessaria, necnon, & ad ornatum totius mundi. Sicut.n. ad ornamentũ domus pertinet, si camera eius habeat auro distincta laquearia, ita & mundo ornatũ præstant stellæ diuersa luce fulgentes. Luci itaque, quæ facta est, prior est additus splendor solis, ita ut connexa sint hæc & indiuidua. Nocti ãt, L
quæ erat tenebrosa, datum est luminare, & quia quartadecima fuit luna qñ facta est, sit, ait, luminare minus, in inchoationẽ noctis, facta etenim tota nocte luxit, A parte ergo ad totum dictũ est, ad inchoationẽ noctis: quia non semper vespere lucet. Luminare ãt maius, quod solem dicimus, manet in initio diei, quia simul cũ luce priore cõcretus est. Tribus ergo dieb. sine luminaribus his fuit mundus: non.n. erãt adhuc quibus proficerent officia eorum. At vbi autẽ produxit terra herbam pabuli, & ligna fructifera, necessaria fuerũt, quæ enutrirẽt uel cõseruarẽt q̃ erãt producta. Quia ergo generatio omnis horũ interuẽtu perficitur, nõ oportuit prius hæc fieri eorũ effectu quæ producta de terra sunt, ne p hoc orta putarentur: sed illa ante faceret, ut hæc sine his facta esse nõ ambigantur. Quinta deinde die, aquas iussit producere reptilia animarũ viuarũ, & volatilia volantia super terrã ẽm firmamentum cœli, & factum est sic. Et inter cætera, Et uidit, inquit, Deus quia bona sunt, & dixit: Crescite & Gene.
multiplicamini. Ideo ãt adiecit, & uidit deus M
q̃a bona sunt, quia a quibusdam dñr mala esse, vt vel sic erubescant. Qñ.n. Deo, & cõditori suo placent, nulli utiq; debent displicere. Nam solent dicere stulti, Iõ inquiunt, uidit, & placuerunt ei, quia ante nesciebat. O hebetes, qũo nesciuit? Quicquid uoluit, productũ est. An quis vult quod nescit? Et qui põt facere, põt dici, quia nescit quod faciat? Et qđ amplius est, non ipse fecit, sed iussit ut fierẽt: & qui iussit, nõ est huiusmodi uirtutis ut faceret? Sed quia huic oĩa possibilia sunt,

iubente

iubente hoc quæ non poterat, cœpit esse, ut ad huius laudẽ proficeret. Duplex ergo uirtus est, ut insensibilẽ iuberet sensibilia ꝑducere. Sexto uero die præcepit, ut produceret terra aĩam uiuẽtem, quadrupedia, & bestias terræ, & factũ est, & producta sunt. Et uidit deus, quia bona sunt, & valde bona, quia oĩa necessaria sunt. Supradicta ergo die dixit deus, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, & habeat, inquit, ꝑtãtem super omnia quæ facta sunt super terram. Primum quidẽ fecit deus substãtias, ex quibus mundum compaginaret, quo compacto, & omnibus ornatibus decorato, & necessarijs honestato, post hominem fecit, qui frueretur eo, & omnibus quæ in illo sunt. Nam cum omnia super terram ex aquis & terra produci iussisset, hominem tamen ut faceret, limum terræ manibus apprehendisse describitur, ut multũ differre hoĩem ab his quæ fecerat edoceret. Ad honorem.n.hoĩs pertinere vult, qñ eum dei manibus factum describit, & factum ad imaginẽ & similitudinem dei, i.patris & filij. Quid sit autem ad imaginem & similitudinẽ dei, quanuis alibi dixerimus, hic tñ locus & causa postulat, ut iterum dicamus. Patris.n.ad filiũ uerba sunt dicentis, Faciamus hoĩem ad imaginem & similitudinem nostram: quãquam in opere vtriusq; intelligatur persona, dicẽtis & obaudientis. Hæc ergo imago dei est in hoĩe, ut unus factus sit quasi dñs, ex quo cęteri orirẽtur, habẽs imperium dei quasi uicarius eius, quia oĩs rex dei habet imaginẽ. Ideoq; mulier non est facta ad dei imaginẽ. Sic etenim dicit, Et fecit deus hoĩem, ad imaginem dei fecit eũ. Hinc est unde Apost. Vir quidẽ, ait, nõ debet uelare caput suum, quia imago & gloria dei est. Mulier aũt ideo uelat, quia nõ est gloria aut imago dei. Similitudo autẽ dei hæc est in hoĩe, vt sicut ex patre filius, sic ex hoĩe mulier. In hoc plane dispar, quia hęc facta, ille uero natus est: Quibusdam tñ vř omnia simul deum fecisse. Si.n.uerbo, inquiũt, fecit quare nõ omnia simul fecisse dicatur? Nã hic hominũ mos est, ut per partes fecisse dicatur. Ad potẽtiam ergo dei magis facere vř si uno die omnia ab eo facta dicatur. Per rõ autẽ magnã prouidentiã in hoc opere & ordine contuemur. Nã potuit utiq; simul facere cũcta, sed rõ multiformis prohibuit, & sepositis his oĩbus, scripturę diuinę fides adhibenda est, quæ dicit & sæpe dicit, Quia in sex, inquit, diebus fecit dñs deus tuus cęlum & terram, mare & oĩa quæ in eis sunt. Primo.n.in loco sic debuerunt fieri, ut sentirẽt ac scirẽt quia facta sunt: qñ.n.non se oĩa simul viderũt, sed unum hodie, cras alterũ, cognouerunt initio se cõtineri, & nullo modo posse æternitatẽ suspicari, ubi se partibus inuicem recognoscunt. Nam si oĩa simul extitissent, nõ esset eis sensus infirmitatis, sed putarent se nõ cępisse. Quę.n.verbo dei subito simul existunt, non se fieri sentiũt, nisi aliud ante se, aliud post se uidẽdo. Et ne forte illud qđ primum factum est putet se infectũ, maiora post se facta cernendo, hoc credit de se qđ uidit in altero potiore. Deniq; lumen qđ dies appellatur, ante se habet cœlum & terram. i. aquã & aridam. Cum aũt ipsa aqua & arida & tenebræ confusa facta, æternitatem sibi uẽdicare non poterãt, quia nihil horum statũ & proprietatẽ sibi ausum est uẽdicare, Sol iterum & luna cum sint clarissima, ante se habẽt multa. Ita ergo factũ est, ut potiora posteriora, anteriora aũt inferiora cum se uidẽt, nihil horũ sibi uendicet ęternitatẽ. Præterea q; sex dieb. opus cõsummatum, totius mũdi ætatẽ in se cõtinet, ut sex dierũ opera, sex milium annorũ haberẽt figurã, quia qđ unoquoq; seculo futurũ erat, sex dierũ per ordinẽ operibus cõtinetur: utpote q̃a prioribus seculis tanta cognitio dei in terris non erant futura, sine splẽdore anteriores dies vi dentur. Vt aũt ante hoĩem pecora fierent, q̃a ueteres nostri inculti & agrestes pecorũ more uicturi erant: sexto aũt die hõ fieret, hæc res fecit, q̃a in sexto millenario annorũ aduẽtus Xp̃i hoĩem fecit, ne morti esset obnoxius. Vt aũt imago dei esset hõ, q̃a dono dei coimaginari haberet filio dei, dicẽte Ioanne Apost. Scimus aũt, inquit, q̃a cũ apparuerit similes ei erimus. Et uas electionis, coimaginati, ait, filio dei. Arbor aũt uitæ q̃ posita est in paradiso, imago fuit futuræ grãe dei, quæ est corpus dñi, qđ qui edit, uiuet in æternũ. Nam arbor scientiæ boni & mali significat qđ lex data est per Moysen, qui cũ cognitũ fecisset peccatũ qđ prius latebat, dedit scientiã boni & mali. Ostendit.n.q̃d esset bonum

[Margin notes: A; Gen. 11.; 1.Co.11.; B; C; D; 1. Ioã.3]

quidue malum. Illud vero, ꝙ septimo die requieuit ab operibus suis, hoc significat, quia impleto sexto millenario annorum, in septimo millenario requiescet, cessante iam mũdo ab omni opere seculari. Hæc diximus pauca de multis, ut uiam panderemus intelligendi ẜm ea quæ supra ostendimus.

107 *Gen. 1.* De ordine diei & noctis, utra sit prior.

E Quantum ad orationem pertinet, tenebras ante legimus q̃ lucem. Ea.n. quæ ad mũdi fabricam profecerunt, quæq; simul facta vñr, lumine priuata fuisse considerantur, i. aqua, terra, tenebræ: ex quibus compaginatus est mũdus, sicut continetur in sapiẽtia, quæ dr̃ *Sap. 11.* Salomonis, ex materia inuisa, hoc est tenebrosa. *Esa. 45.* Et tenebras.n. & aquam factam sacra volumina ipsius dñi uoce testãtur per Esaiã Prophetam, Ego, inquit deus, feci lucem, & creaui tenebras. Similiter & per Dauid, & aquas factas, & terrã firmatam super aquas *Psal. 32.* spiritussanctus ostendit. Quod conuenit & *Ioan. 1.* Euangelicæ authoritati, & Apostolicæ traditioni, in quibus oĩa facta legũtur: & ut nihil exciperet, siue q̃ in cœlis sunt, ait, siue quæ *Colo. 1.* in terris. In hac ergo parte, quę ad terras pertinet, ante tenebras legimus q̃ lucẽ: hoc aũt est quantum ad ordinem lectionis pertinet, nõ quantum ad dignitatẽ: nam utiq; multo melior lux q̃ tenebræ: in mundi tñ rõne lux accipit nomẽ vt appelletur dies, & tenebræ nox: sed hac.s. rõne, quia dum illuminantur tenebræ & præterit lux, illud tp̃s, quãdiu redeat lux, dr̃ nox: & illud tp̃s quo illuminantur tenebræ, appellatur dies. Nox ergo cum dr̃, speratur futurus dies: & cum dies dr̃, spe F ratur futura nox. Cum verò officia hęc cessauerint, transeunte mundo, tenebræ tm̃ dicentur & lumẽ. Non.n. potest dici nox, cum perpetuo sint tenebræ: neq; dies, cum occidere cessauerit lumẽ. Vbi æternitas est, cessent hęc nomina, quia cum mũdo cœperũt. Denique antequam lux fieret, quæ appellata est dies, non nox legitur fuisse, sed tenebræ: quæ postq̃ illuminatæ sunt, & præteriit lux, uesperæ appellatæ sunt & nox. Igitur quantum apparet subiecta est nox diei. Non.n. q̃a ante tenebræ leguntur q̃ lux, idcirco anteponendæ debent uideri: & cœlum ante solem est, & tamen claritate maior est sol: & terra ante hominem & pecora & cætera animantia, & tñ subiecta sunt homini. Non ergo idcirco nox præferri debet dici, quia ante leguntur & tenebræ, cũ appareat & dignitate lumẽ tenebris, & tp̃e diem nocti anteponi. Sicut.n. supra ostensum est, cũ essent tenebrę, facta est lux, Et appellauit deus lucẽ diẽ, *Gen. 1.* & tenebras appellauit noctẽ, & factũ est vespere & mane dies unus. Nam nisi dies fuisset, nec nox esset: tenebræ.n. erant, quæ cum illuminatæ sunt, & præterijt dies cursu suo G peracto, factus est uesper: Et cũ post vesperũ illuxisset, factus est dies primus, nocte transacta, ut diẽ sequeretur nox. Hoc & dignum est & rõne cõmendatum, ut inferior natura per oĩa subiecta sit potiori. Q̃uo ergo nox ante diem dr̃, cuius nomen post diem legis? Nõ.n. appellata fuisset nox, neq; uesper, nisi facta lux diẽ egisset, quo transacto factus est uesper, qui est nox: dies utiq; factus est uesper, vt scias noctẽ partem esse diei. Tunc.n. cõsummatur dies, cum trãsit & nox. Deniq; sic dicimus, annus dies habet trecẽtos sexagintaquinq;, nõ utiq; sine noctibus: cum.n. dies dicimus, ibidẽ computamus & noctes. Sub authoritate.n. diei significamus & noctẽ: nam & si nox præiret diẽ, sub uocabulo noctis computaretur & dies. Quis etenim hoĩum dicat, post quinq; noctes videbo te, & nõ Post quinq; dies? Nec legisse nos meminimus alicubi noctẽ ante diẽ significatã. *Ps.* Nam fuit, inquit, Moyses in monte quadra- *Exo.* ginta diebus & quadraginta noctibus. Et in Psal. Sol, inquit, nõ uret te per diẽ, neq; luna per noctem. Et ut de ipsis primordiis demus *Gen. 1.* exẽplũ, Fiat, inquit, luminaria in firmamẽto H cęli, & luceant super terrã: luminare maius, in inchoationem diei: & luminare minus in inchoationẽ noctis, sed luna nõ põt præponi soli, sicut nec nox diei, sed sicut luna sub sole est, ita nox sub die. Et in Euangelio habemus sub authoritate & numero dierũ significatas & noctes. Ait inter cætera dñs. *Luc. 9.* Sunt quidã circunstantium, qui nõ gustabũt mortẽ, donec videant filium hoĩs in regno suo. Et subiecit, Factũ est post dies octo, &c. Nunquid non in hoc numero continẽtur & noctes? Et alio loco, Hęc, inquit, in Bethania *Ioan. 1.* gesta sunt trans Iordanẽ, ubi erat Ioãnes baptizans. Postera die uidit Iesum uenientem: *Ioan. 1.* Nũquid dixit, Postera nocte? Iterũ sequitur,

Sequenti

Sequenti die uoluit proficiſci in Galilæam.
Et in ſubiectis.Et die tertio nuptię factęſunt
in Chana Galileæ.Ecce ubiq; dies in autho-
ritate probatur,noctē habēs ſubiectam.Si.n.
noctis noīe cōtineretur,præiret nox dié : nā
quia Romani regnū habēt Hiſpani & Galli
& Aphri, & cæteri ſubiecti eis, ſub eorum
noīe Romani vocant:ita & nox, quia ſubie
cta eſt diei,ſub eius noīe cōtinetur. Sed inde
quidā falluntur, qa Iudæi in ſabbatū veſpe-
re iubētur intrare, non conſiderantes cur ita
I mandatū ſit. Nam utiq; pridie neceſſe habēt
emere eſcas & pręparare in ſabbatū, & lotū
ire . Nunquid pnt hæc nocte facere,ut orto
die intrarēt in ſabbatū? Dñs certe ueſpere re
ſurrexit,& diei deputatur, In die.n.reſurre-
ctio celebratur qui dies dñicus appellatur,
Sic.n.legis,Hęc dies quā fecit dñs:nō tñ nox
dñica, quia principatum dies habet. Siue.n.
præterito die ſiue futuro,ſemper nox ſubie-
cta eſt,quia & ordine inferior eſt & natura,
Dicente Apoſtolo,Filij diei eſtis & luminis,
1.The. 5 nō noctis neq; tenebrarū. Et ſi de cōſulibus
coniiciamus,videmus illum primum noīari
qui primo eligitur . Deniq; ſolet dici,cū illo
quis erit cōſul? Si ergo & nox ante diē eſſet,
prior noīaretur. Nā uſqueadeo à die incipit
numeru ,ut puta ſi dicamus,cras ſexto calē-
das eſt . A mane vtiq; eſt vſq; dum veniatur
ad aliud mane, vt trāſacto die & nocte com
putetur. Nā & Luna utiq; in initio mane fa-
cta eſt quartadecima : facta.n.lucere debuit
tota nocte, & in aliud mane cœpit quintade
cima. Quid ergo ambigitur,ut nō à die prin
cipia teneant?Propter quorundā contentio-
K nes de re manifeſta coacti ſumus latius lo-
qui,cū ipſa ſe lectio explanet,in qua dies an
te noctē aperta rōne ſignificatur.Hæc oīa ſu
pra memorata ſm mundi originē diximus,
Verū ſi altius loqui uelimus,intellectum no
ſtrum ſpiritali erigētes uigore,incongruum
deprehendimus tenebras ante lucem creatas
aſſerere.Si.n.lux cœleſtis naturæ eſt,& tene
bræ terrenæ,ineptū utiq; eſt poſt tenebras lu
cē factam putare, quia Moyſes lucē quidē fa
ctam,ſed in qua nūc mūdus eſt parte,nō qa
tunc creata eſt dicit , quia oīa ſpiritalia ante
creata ſunt q̃ carnalia,ut lux quę in ſupernis
erat fieret in ſubiectis vt lāpas in domo Qua
aūt rōne ante lucem tenebræ dñr,cum ſem-
per poſt lucē uideantur? Deniq; cœleſtia &
ſpiritalia lumen natura eſſe credunt,terrena
& carnalia tenebræ, vt tenebrarum nulla po
tentia luminis ſubſiſtere uideatur, qa omne
primū ſummitatis eſt . Nā ſi requiramus,in
ipſo ſole tēnebras deprehēdimus. Qñ.n.iux
ta illū fueris , tā clariſsimus vt proſpici non
poſsit . Si uero interuallo, clariſsimus quidē
ſed ut poſsit aſpici.Si aūt lōge,minus clarus,
quāto longius tāto minus clarus. Vnde deſe
ctus quidā apparet, qui tenebras nunciat,& L
ita peruenitur ut tenebræ ex lumine ortū ca
pere uideantur.Itaq; qui fecit lucē,hoc mo-
do creauit & tenebras. quo faciēs aquam ſi-
mul creauit & terrā,vt ſicut infimū aquę ter
ra eſt,ita tenebræ defectus luminis.Deus aūt
ſolus eſt qui defectum non patitur,qui cum
vbiq; ſit,immò oīa intra ſe habeat,tam præ-
clarus eſt, ut à nullo videatur, niſi ſe uolue-
rit tēperare.Deniq; ſaluator cum eſſet in cor
pore & non eſſet clauſus, minime videbatur
niſi uoluiſſet.Nam utiq; qđ in monte trāſfi- *Mat.* 17.
guratus eſt , & in claritate magna apparuit,
hoc ueluti latebat in corpore , qđ cū uoluit
manifeſtauit . Quo ergo latebat qui clauſus
non erat? Nam ſi cum corpore clauſis oſtijs *Ioan.* 20.
intrauit ad diſcipulos, quēadmodum diuini
tas eius non omnia penetrat? Hoc eſt claudi
non pōt,quia defectum,nō patitur,Cū ergo
nuſquā deſit deus,illic tñ dr̃ eſſe ubi apparet
& vult uideri.Cum ergo omnia in deo ſint,
quia excedit cuncta,dicēte Apoſt.In ipſo.n. *Act.* 17.
uiuimus,mouemur & ſumus: ipſe tñ in nul
lo eſt niſi in quo voluerit.Miniſterio.n.quo- M
dam in omnibus eſt,& prouidētia quadā in
quo vult apparet. De lingua Hebraica unde
nomē accepit,an ab Heber,an ab Abraham?

Omne quod à Deo eſt,rōnale eſt,& uni- 208
cuiq; rei exordiū cā dat q̃ ſit origo ipſius, ut
non abſurde noīari aut ſubſiſtere videat̃,ſed
ut nuncupationē oñderet, quæ caput intelli
gitur eſſe ipſius noīs . Igitur rō hoīs eſt,qua
conſtat, Conſtat aūt ex quatuor elementis.ſ.
terra,aere,aqua, & igne,deo authore dunta-
xat quintus eſt aīus quaſi auriga,ut concre-
tum & figuratū corpus agat,& quaſi impe-
rator ipſius . Et ab humo initiū ſumpſimus,
& eius noīe nuncupamur.Homines.n.uoca
mur ꝑ ꝑ humum, unde pr̃ nr̃ forinſecus ori
ginē habet. Igitur cā & rō facit,ut ex nomi-
ne

ne alicuius cęterī subsistentes sub eodē noīe appellentur, ipsum significātes in se. Quamobrē uideamus si cōgruit, sicut quidam putant ex Heber dictos Hebræos: ur̄.n.quantū ad nomē pertinet, inde huius noīs origo descendere: anterior est etenim Heber quàm
A Abraham. Quod si esset uerum, deberent hi, qui de tribu Heber sunt, post ipsum eodem noīe nuncupari: ab Heber.n.septima generatione natus est Abrahā. Si ergo super Abraham uel ipse Abraham Hebræus dictus est, sine dubio Hebræi ab Heber nūcupantur: si aūt non legitur super Abraham dictos Hebræos, sed post Abraham, non iam utiq; ex Heber, sed ab Abraham dn̄r Hebræi: quippe
Retr.li.8 c.16. cum filii Abraham primo hoc nomine appellari noscātur: in Genesi.n. Ioseph & fratres eius Hebræi sunt appellati. Scientes aūt Abraham fuisse, qui de Syria descendisset in
Gen. 12. Chanaan, & multiplicatus fuisset, fidei cau-
Gen. 14. sa oībus copiis refertus, rex & propheta appellatus, & pr̄ multarum gentiū, qui cū trecētis decē & octo viris vernaculis suis q̄nq; reges cōfoderit: quia nō in angulo hæc gesta & dicta sunt ut laterent, eos qui ex semine eius erāt, Hebræos nuncupauerunt. Ordinis ergo & meriti eius fuit Abrahā, ut caput fieret his qui ex eo traducē habēt. Dei.n.iudicio princeps & origo positus est in terra Chanaan, ut ex eo geniti, alterius essent & professionis & cōuersationis, quàm fuerat ipse
B priusquā descēderet in terrā Chanaan. Inno-
Phil.3. uatus.n.ipse, nouū cōstitueret populū in dei deuotione. Hinc est vnde Apost. Paulus Hebræū se ex Hebræis fatetur: hoc.n.dignitatis videbatur esse cognomē: Testimonium.n.& nobilitas generis erat, ut ex noīe eius cognominarētur, qui multis modis deo placuerat, quiq; eis erat origo. Abiiciatur, si nō cōuenit rōni: spernatur, si dispar est: conuellatur, si alienū est à meritis Abrahæ: & nos refellamur quasi adulatores eius. Quæ est hęc inimicitia aduersus Abraham: quæ æmulatio, qua ei obtrectant inimici? & qui sunt hi, nisi qui filij eius dn̄r? Quid est in quo displicet Abrahā, ut gloria hæc aliena ab eo putet̄? Et quid est q̄d placeat in Heber, vt primatum istū habere dicatur? Cuius si cōuersatio posset inquiri, inueniretur forte idola coluisse:
Iosue 24. sicut Thare & Nachor, & pr̄ Nachor, quos cōstat nō lōge ab eo fuisse, sicut testat̄ Iesus Naue, qui idola coluerunt. Aut certe qui ex diuerso sunt, oñdant qua rōne vēdicandum est hoc Heber, nē forte à nobis supprimatur meritum eius: sed nullum est, quia cōes sunt nobis scripturæ: & quid unicuiq; debeatur, in propatulo est. Si.n.ex solo nomine putant C
hoc debere defendi, infirmū & improbabile est. Tūc etenim rite nomini eius uendicarentur, si causæ aliquę testes existerent, quæ hoc confirmarēt: possent.n.aliqui eiusdē nominis rē sibi non suam vēdicare. Ideoq; hoc est verū, q̄d nō solo noīe, sed & perspicua rōne firmatur, nā q̄m dignatione dei factū est, ut in Abrahā * viuificaretur genus humanū, & *al. uisitaretur.* forma fieret salutaris hoībus, nulli est ambiguum idcirco in ipso reparatū esse, q̄d fuerat amissum uitio fragilitatis humanæ. Hic .n.imago quædā positus est, ut ad eius similitudinē genus hoīum reuerteretur ad deū, ut & dei culturam, & sermonem qui datus prius fuerat in usum hominū, recuperaret hoībus: quia sicut in principio in Adam dei fuit imago, ut cognitio eius esset in terris, ita post ruinas humani generis, & obliuionem ueri dei, in Abrahā reformatū est, ut ab ipso fides in deū cœpta, iterū germinaret in fructum. Vnde nō est absurdū, ut ex noīe eius, plebs ab eo cępta vocabulum sortiretur. Sed ne forte p̄p nomē Heber scrupulū patiātur, q̄a magis cū Hebræis Heber sonat nomen, q̄a Hebręi dn̄r, nō Abrahęi: recognoscāt iterum quia Hebræi, nō Heberai dn̄r. Heber.n. D
dictus est, nō Hebrer aut Hebre. Si ergo huic impugnādum putāt, patiantur q̄d faciūt, & neuter nostrū habebit ex hac parte victoriā, nisi is, qui per ordinē reddita ratione oñdit verum esse quod asserit: qui.n.in una re par est, perdidisse dicēdus est, si in altera inęqualis fuerit inuētus: nam p̄p sonum immutata est litera, ut Hebræi pro Hebraei dicerentur, quia melius sonat. Q̄m & ex Iuda non Iudai dn̄r, sed Iudæi. Vbicunque.n.absurdū visum est, immutata est litera, ut vox sonum compositum haberet: nam pro medio die meridie dicimus, & multa sunt alia. Igitur cōuenit, vt est ostēsum, ut noīe Abrahæ, tam lingua q̄ populus nuncuparetur. Hæc ergo lingua est, quam dicimus primitus datam Adæ & cæteris, quam propter præsum- Gen. 11.
ptionem

ptionem turris ædificatæ credimus in multas diſperſam & cōfuſam, ut non iā hæc,ſed multæ ex hac,immutatione habita quorundam dictorū,exiſterēt : vt vnā haberent ſpeciē,nec tñ deperiret,ſed tota confuſa eſſet cę- E teris linguis. Ita .n. tunc actū eſt,ne ſe hoīes intelligerent & maiora auderent. Tātæ ergo tunc linguæ intelliguntur extitiſſe, quāti & homines fuerūt, qui diſperſi locis in quibus habitarunt, unuſquiſq; linguā ſuā inſtituit. Si āt ipſa eſſe minime putabitur quæ ſcripta eſt tūc vna fuiſſe, hęc ſupererat,ut de cæteris linguis collecta ſit particulatim,& cōpaginata in ſpeciē linguæ unius qua uteretur Abrahā,ut quia pater multarū gentium erat, ex multis linguis ſermonē haberet ꝯpoſitū, & eſſet per omnia innouatus. Sed qa ij quos memorat liber Geneſeos vnius uocis & ſermonis,ab Oriēte migraſſe leguntur,& inde iterū diſperſi a Deo ſuꝑ faciem totius terrę, non utiq; illic remāſit,quin primitus lingua data remaneret. Deniq; neq; terrā aliquā habet inter homines,ut cæteræ linguæ,neq; gētē exceptis Iudæis,qa primo homini data eſt in paradiſo. Et poſtquā cōfuſæ ſunt linguæ, nuſquā reperta hæc quæ nūc dr̄ Hebręa. Si ergo nuſquā habet locū uel gētē, Abrahā āt natione Syrus erat,unde hanc linguā Abrahæ uel cæteris ſeminis eius, niſi quia aut illa prima eſt,aut certe de multis aptata? Videm⁹ .n. aliquantas linguas nōnulla uerba ſimilia eius habere. Sed hoc nō ſic conuenit rationi quō illud,ſi prima ipſa eſſe dicatur : non eñ F ocioſe hoc factū rō probat. Ipſam .n. linguā debuit Abraham habere quā habuit primus hō,ut Moyſes veniens,& creaturā & hominē a deo factū deſcribēs,hac uoce vteret qua Deus locutus eſt,& hominē appellauit Adā, & Adæ mulier vocata eſt Eua: ut hæc uox eſſet in libro Moyſi, quę fuerit & in ijs quos deſcribit, vt vere in omnibus reformatā doceret primā cām,& bñficiū diuinū in Abrahā. De Melchiſedech, quō Abrahā benedixerit, & qd de eo ſenſerit Apoſtolus. De Mel- *Gen.14.* chiſedech legimus ī libro Geneſeos.de Mel- *Hebr.7.* chiſedech ēt ſimili mō eſt & in epiſtola data ad Hebręos:qa obuiauit,inqt,Melchiſedech ſacerdos dei ſummi Abrahæ reuertēti a cęde regū,& protulit panes & uinū, & obtulit ei, & benedixit eum dicēs, Bñdictus es Abrahā a Deo excelſo, qui fecit cœlū & terram, qui tradidit inimicos tuos ſub manus tuas. Et ut Apoſtolus ſignificaret qs intelligendus eſſet per Melchiſedech, adiecit,Sine dubio.n.ait, qđ minimū eſt,a meliore benedicitur. Qđ quidē non vtiq; ad traditionē retulit officij Eccleſiaſtici. Quis .n. ambigeret regulā traditionis dominicæ, qua benedicuntur ſubiecti a dño meliorem eſſe ijs qui benedicūtur ab ea? Dñi.n.myſteriū in ijs vernis quæ ipſū complectuntur ac memorant operatur. Perſonæ āt eius proprium meritum & potentiā voluit demonſtrare. Quis ergo hic & quan- G tus eſt, ad cuius cōparationē minor dicitur Abraham,quem conſtat in omnibus fidelib. ſignum habere teſtimonij nobilitatis ac fidei? Igitur hic Melchiſedech nō vtiq; ſic benedixiſſe intelligitur Abraham,ſicut faciunt homines ſacerdotes,ut ex legatione daret benedictionē verbis ſolēnibus, ſed quaſi propriā, quam nō per uerba,ſed per naturā acceperit ſubſtantialiter, vt ſit ei propria. Sacerdotes aūt quos antiſtites dicimus, regulā habent uerbis ſolennibus ordinatā & traditam ſibi, quā ſuppon ētes hominibus bñdicunt: nō tñ quos uolunt, ſed etiam aliqñ quos nolunt, quia dator regulæ ipſe ſcit cui dari debeat uel infundi ſacratiſſima benedictio. Ille vero qui natura habet benedictionē ſubſtantialiter, quē dicit ſummi dei ſacerdotē, ꝑ uolūtatē dat benedictionē. Verba.n.benedictionis,& natura eius cū uolūtate cōcordāt. Nec errat ut ibi uelit vbi non dēt, neq; nolit ubi dēt,ſed cui dederit verba,dat & effectū. Noſtri aūt ſacerdotes ſuꝑ multos quotidie no- H men dñi, & verba benedictionis imponunt, ſed in paucis effectus eſt. Et iterum qñ meliores ſe benedicūt. Quāuis.n. quis ſanctus ſit, curuat tñ caput ad benedictionē ſumendā, quia non propriū ſacerdotis eſt,ſed dei inuētum. Heli .n. ſacerdos Annam benedixit, & *1.Reg.1.* proſecutus effectus eſt: non utiq; merito ſacerdotis, ſed ipſius Annæ, cuius mundū cor inſpexit Deus. Igitur Melchiſedech nō ideo melior Abrahæ dicitur propter ſolum officium ſacerdotij : ſed & natura anteponitur illi, vt vltra homines intelligatur. Nullo eñ modo fieri poteſt, vt qui tanto amico dei pręponitur, & fideli vſqueadeo, vt amore & timore eius nec filium ſuum chariſſimū dubi-

taret:

taret occidere, hõ putetur. Qua.n.iustitia, q̃-bus operibus plus posſit mereri, q̃ meruit Abraham? Nec .n. erat plus quod faceret ad commendationem meritorum, q̃ fecit Abra- *Gen.* 12.
I ham. Primũ.n.cũ nesciret deũ, nec signũ uidisset quo ei suaderetur, dicẽti sibi Deo, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: nec distulit, sed statim obediuit, non solũ præsentis Dei, sed & futuri dñi *Mat.* 10. implens uoluntatem. Dicit.n.dñs, Quicunq; plus fecerit domũ, aut parentes, aut fratres, aut cognatos, q̃ me, non est me dignus. Qualis ergo Abrahã, & cuius meriti est, qui ante mandata saluatoris impleuit, q̃ prædicarent? *Heb.* 13. Apostolus hospitalitatem sectãdã, magnopere docet: hanc Abrahã sic & tã deuote excoluit, ut uideatur ab hoc didicisse Apostolus hãc prædicãdã. Deinde prouectus annis, sic multiplicari credidit semen suum, qđ prudẽtibus mundi stultum uṝ, quemadmodũ sunt *Gen.* 22. stellæ cœli, ut antequã sentẽtia decerneretur prudentibus seculi, ab hoc damnati uideantur. Postea.n.dictũ est, Perdã prudentiã prudentum. Iussu Dei circunciditur, quod non vtiq; sine dolore fit, & non ægre fert, vt postea formam daret patientiæ. Ex Sara illi uxore sua iam anicula filius promittitur, & non dubitat: vt futuris oñderet intm̃ Dei authoritati credendum, ut etiam si quę irrationabilia uidentur, præcipiat aũt promittat: nõ ambigatur: q̃a magis persona eius respiciẽda est q̃ verba, vt qđ in verbis infirmũ aut impossibile uṝ, persona eius cõfirmet, & faciat uideri possibile. Deus est.n. qui promittit, de quo credendum est, quia põt quod hominib. impossibile uṝ. Quæ.n.offensio põt iudicari, cũ plus de Deo opinatur, q̃ de se sentit humanitas? Propter quod datũ sibi a Deo Abrahã filium eodem iubente occidere illũ non ambigit, nec tp̃s differt: nec admiratur ad Dei uoluntatem, ut filiũ quẽ magnopere beneficij & admirationis dederat gratia, hunc iuberet occidi: certus Dei uoluntatẽ non debere ab homine retractari, neq; iussionẽ aut factum Dei sine prouidentia esse. Quod ut omni deuotione festinãter impleret, matri eius, cõiugi suæ non indicat: non ignarus fragiliores esse circa filios fœminas, & posse huic deuotioni lachrymarũ miseratione impedimẽtũ afferre: nec non & ipsum puerum latet usq;

Abdiæ 1
Esa. 19.
2. *Co.* 1.
Gen. 17.

K

Gen. 22.

ad horã necis, ut iussioni dei toto mentis obsequio obediret: nõ parricidiũ hoc deputãs, sed holocaustũ, qđ iusto iudice authore fiebat. Quæ ergo his maiora posset gerere Melchisedech, quibus præcederet Abrahã, quẽ sicut videmus, in nullo constat inobedientem fuisse? Moyses etenĩ, cui legitur facie ad faciem dñs esse locutus, missus ad gentẽ & ad fratres suos, ire nolebat. Ionas Propheta præceptum sibi vt Niniuitis prædicaret, irrupit, ut ad alium locum pergeret, quò missus nõ fuerat. Iob planè egregius in omnibus, tamẽ motus amissione filiorum, uestimenta scidit sua, & totondit comã capitis sui. Abrahã aũt nec contristatus legitur de morte charissimi filij, & quem iussus fuerat ipse occidere, nec alicubi Deo sibi iubente legitur trepidasse. Igitur p̱ hoc apparet Melchisedech vltra hominẽ esse, quia non erat unde melior esset q̃ Abrahã, nisi sola p̃cedat illũ natura. Natura .n. impassibilis, beatitudinẽ per substãtiã habet: humana aũt necessitas beatitudinẽ acq̃rit per gesta. Quia .n. perfectionẽ diuinitatis nõ habet, per exercitiũ & colluctationẽ proficit ut melior fiat, cum plus vincit q̃ vincit̃. Si.n.sic ageret, quod impossibile est, ut nunquam peccaret, melior Deo fieret. Qđ absit, quia natura quæ potest peccare, sicut & non peccare, si semper vinceret, illi naturæ præponenda erat quæ ideo non peccat quia impassibilis est. Non .n. magnũ videretur non peccare, quia non põt: magnificũ aũt, si cum posset peccare, non peccaret. Hoc ergo interest inter substantiam Dei & hominis, quia Dei substantia beata semper est securitate inuincibilis æternitatis suæ, hominis aũt substantialiter beata fit per laborẽ. Et alia necesse est beatitudo sit impassibilis alia illius qui tribulationibus conficitur, ut possit aliquando gaudere. Beatitudo.n. impassibilis in eo est semper ut beata sit, passibilis aũt post magna exitia gaudet euasisse mortem. Contristatur ergo ut possit gaudere, nec perpetuo securus passibilitate naturæ: Impassibilis autem semper beatus est, quia neque nouit tristitiam, neq; suspicatur posse se contristari. Nam & natura hominum, quãuis per laborem beatitudinem consequitur, non erit tñ intacta, neq; deerunt ei cicatrices. Qũo.n.fieri potest, ut sæpe congressa & aliquotiens victa

L *Exo.* 3. *Exod.* 4. *Ionæ* 1. *Iob* 1.

M

ćta nõ sit vulnerata? Impaßibilis aũt semper intacta, illæsa, inuiolabilis manet. Igitur nõ minimus diceret Abrahã ad Melchisedech, nisi potior esset natura Melchisedech quàm Abraham. Nam hæc quę diximus, ingenij esse forte vñr. *Exod. 14.* Si aũt legẽ respiciamus, plurima adhuc & potiora dicẽtur. A Hic.n. Melchisedech rex Salẽ, *Hebr. 7.* sacerdos dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cęde regum, qui & benedixit eum, primum quidẽ interpretatur rex iustitię, deinde rex Salẽ, qđ est rex pacis, sine patre, sine matre & sine genealogia, neque initiũ dierum, nec finẽ uitæ habẽs, similatus autẽ filio dei manet sacerdos in perpetuum. Et ut hęc locis quib. significauerat cõmẽdaret deo, adiecit, Videtis ait, quantus sit hic cui decimas dedit Abrahã de primitiis princeps patrũ. Vt.n. qua potentia & quanta Melchisedech sit, oñdat, laudat Abraham dicẽs, Quia princeps patrũ est, hoc est, cæteris oĩbus melior Abrahã, sed minimus ad Melchisedech. Nõne manifestum est hũc hoĩem non esse sed meliorẽ? Quid est.n. qđ dicit de eo, quia rex pacis est, & rex iustitiæ? Propius accedite & uidete. De longe.n. solẽ videntes lucernã putatis, & argẽtum aspiciẽtes, æstimatis stãnum. Potest aliquis hoĩum dici rex pacis atq; iustitiæ? Pax.n. hoĩbus prędicatur, similiter & iustitia: Hic aũt ideo rex pacis & iustitiæ dr̃, ut ab eo iustitia & pax originem habere noscatur. Non.n. super ipsum esse dici B põt quod ab ipso regitur. Nã homines iustitia magistra & pace, erudiũtur ad deũ promerendũ, Hæc ergo quæ hominũ magistra est, Melchisedech habet regẽ. Quãtum ergo melior est homine Melchisedech, qñ gubernatrix hominũ sub ipso est, hoc est regẽ esse regũ. Itaq; cũ rex iustitiæ & pacis dr̃, author eorũ esse significat, ut qũo dñs Iesus author uitæ est, ita & Melchisedech author iustitiæ sit & pacis: q̃a qui per Christũ viuunt, hi dispensante iustitia & pace regũtur. Cordibus .n. seruorũ dei iustitiam infundit & pacẽ, ad *Psal. 84.* exornandã disciplinã dñicam. Scriptũ legimus in Psal. 84. Quia iustitia & pax cõpletæ sunt se, & ueritas de terra orta est. Et ut de qua iustitia diceret, oñderet, ait, Quia iustitia de cęlo prospexit. Hoc de t̃pe saluatoris scriptura oñdit, quo iustitia dei data est mundo per Christum, in cognitione mysterij Dei unius q̄ ante promiserat. Iustum est.n. scire creaturã veritatẽ creatoris sui, q̃ iustitia manifestata in terris sublata discordia q̃ de iniustitia fuerat generata incogniti dei pacificos fecit discordes, dũ diuersos dudũ, in una fide constituit: Sic se cõplexæ sunt iustitia & pax & ueritas unius. De terra orta est magistra iu- C stitia: incarnatio.n. Christi oñdit, q̃ esset de ipso deo ueritas cognoscẽda. Igitur hęc certa iustitia dei est, similiter & pax, dicẽte Apostolo, Ipse aũt deus pacis cõterat satan. *Rom. 16.* Qũo hoc possit discernere, nõ aduerto, ut cũ deus pacis, pr̃ sit dñi nostri Iesu Christi, nec nõ & ipse dicit Xp̃s: dicit.n. Pacẽ meam do uobis: *Ioan. 14.* de Melchisedech dicatur: quia rex iustitiæ & pacis est. Qua rõne secernatur, nõ intelligo. Puto.n. nihil differre quãtum ad rẽ pertinet, regem pacis à deo pacis. Quia.n. in mundo quisquam deus dici nõ debuit, ut uni soli ex quo sunt oĩa, reseruaretur hoc tm̃ nomẽ, regẽ qui imaginẽ eius haberet instituit, q̃ excepto dei noĩe oẽm p̃tatem eius haberet: Sed q̃a terrenus est, hoĩum rex est, nõ tñ pacis & iustitiæ: Quia ẽt ipse ducẽ habet iustitiã, quã nõ illi licet contẽnere. Iustitia.n. deus illi est: Res.n. dei est iustitia, & qui pręuaricatur eã, reus fit dei iudicio. Melchisedech ãt sicut datur intelligi, non more hoĩum rex appellat̃, q̃a sub se habet iustitiã quæ regibus dñatur. Nemo etenim põt habere sub se iustitiã, nisi eius naturæ sit ut peccare nõ possit. Sub ipso aũt esse ideo dr̃, q̃a ab eo inuẽta est modo legis, per quam gubernẽtur qui pñt peccare. D Igitur rex iustitiæ moderator est uerborũ à se inuentorũ, quib. bene beateq; & uiui possit & credi. Diu multumq; laboramus, & adhuc minus de Melchisedech dicimus, nisi reuertamur ad scripturã, q̃ & ipsa diu pulsat & clamitat, vt pressos graui somno excitet ad intellectũ, nõ noctis, sed diei. Dicit ergo, q̃a sine patre, sine matre, sine genealogia est Melchisedech. Et ne aliter intelligeretur q̃ dignũ est, adiecit, Nec initiũ dierũ, nec finẽ uitæ habens. Per qđ oñdit neq; natũ neq; mortuum esse Melchisedech. Quid ad hæc tã manifesta humana argumẽtatur subtilitas? Quæ est tã uersuta ingenij calliditas, quæ audet resistere manifestis, ut non sensum capiat ex lectione, sed sensum tribulat lectionis? Vis infertur scripturis dñicis, ita ut ẽt hos inimi-

cos

cos sentiat, qui authoritati eius se inclinare vñr. Dñt.n.quidam nõ ita de Melchisedech debere credi,ut relatum est scripturis,ac per hoc ad sensum suum scripturas conuertunt. Quibus melius esset aperte nõ recipere scripturas,q̃ dolose agere cõtra illas vt sub noïe pacis paretur bellũ,& sub tegmine amicitiæ
E lateat hostis. Dñt ergo nõ ad generositatem pertinere Melchisedech,sed ad humilitatem generis eiusdẽ,quia sine patre,& matre legit̃ fuisse. Hoc.n.ideo aiunt sic scriptum esse,ut oñderetur ex alienigenis fuisse,non ex tribu qua ortus est Abrahã,q̱a genus eius non inuenitur in lege.Vnde & adiecit,inquiunt,& sine genealogia,ut intelligeretur penitus origo eius in lege descripta nõ esse,ut ex parẽtibus qualibuscunq; per seipsum vir bonus factus credatur.Porrò aũt iam tãta est scriptura,ut oïa per ordinẽ digesta causę necessaria ponat. Primũ.n.dicit,sine patre,sine matre: videamus si cæterorũ matres significãtur in lege, quæ fuerit uxor Nachor auia Abrahæ, mr̃ Thare,nõ legitur quę fuerit mr̃ Abrahę, vt de cæteris taceã. Nunquid hi sine matrib. fuisse dicẽdi sunt? Si dixisset,sine patre,sine fuerat color,q̱a oïum qui fuerũt, patres hñr in lege. Addit,& sine genealogia. Si iõ hęc dixit,vt oñderet generationẽ eius in lege nõ esse,suffecerat dixisse, sine patre: quia illius patrẽ nemo nouit. Multo magis iterũ ad manifestationẽ dicit, Neq; initium dierũ,neq;
F finem vitę habẽs.Dic quisquis es uiolentus, qũo istud interpretaris?Quid est initiũ dierũ non habere neq; finẽ vitæ? Suffecerat certe dixisse,generationẽ eius in lege scriptam nõ esse,ac ꝑ hoc origo eius ex allophylis est credenda.Põt dici translatum hũc sicut Enoch, ideo nõ mortuum esse, Esto. Quid est initiũ dierum uitæ nõ habere? Forte dicas,q̱a dies natalis eius scriptus nõ est. Cuius.n.scriptus est in lege?& hæc rõ est,ut cuius natalis dies scriptus nõ est initium dierum uitæ negetur habere.Poterit ergo & de cæteris idem dici. Et si ut homo translatus fuisset,nõ tñ sine uitæ erat fine,quia quicquid sub spe mortis est finem habet. Desine quisquis contẽtioni studes, expedit.n.veris vinci, q̃ vincere vera per falsa. Perdere est.n.non uincere, quia si in hoïe perdere uideretur ueritas,apud Deũ tñ uincit,quia rõ eius inuincibilis est. Itaq; aĩus à lege uinci debet, vt hoc sentiat qđ à lege significatur, nõ ut ipse legi sensum det suo arbitrio,ut legem se violenter legi exhibeat. Et audi Zorobabel, quia super oïa,ait, 3.Esd.4.
uincit ueritas.Iam Melchisedech futurũ mysteriũ incarnationis, & paßionis dñi oñdit, G
dũ Abraæ primũ quasi patri fideliũ tradidit Eucharistiã & corporis & sanguinis dñi, ut pręfiguraretur in patre, q̃ in filiis futura erat ueritas.Qui si hõ putat̃ & sacerdos,eo more quo fuit Aaron,aut nũc sunt, oñdatur aut legatur locus habitationis eius.Aut si fuit templum aliqđ aut synagoga in qua cõgregabat populũ, & offerebat eorũ sacrificia, vel qui populus cõueniebat ad illũ. Si.n.sacerdos in terris erat,sine dubio habuit populũ, & ante Abrahã vtiq;, uel tꝑe eius erat populus qui seruiret deo. Et qũo Abrahã quasi caput factus est fidei,ut ex eo populus haberet notitiã dei? Similiter.n.si Melchisedech erat qui doceret vnius dei timorẽ in terris,frustra electus est Abrahã, ut ex eo plebs dei nũcuparet̃. Potuerant.n.inter eos esse,qui cõueniebant ad Melchisedech.Et ubi est illud qđ legit̃ in cantico Deuter.Quia cũ diuideret,in- Deu.32.
quit,altißimus gẽtes, queadmodũ seperauit filios Adæ,statuit fines gẽtium, ꝯm numerũ angelorum dei?Et facta est pars dñi populus eius Iacob. Igitur si in mũdo plebs non erat dei exceptis filijs Abrahæ, qua ratione alia plebs putatur fuisse, q̃ ex doctrina descẽde- H
rat Melchisedech,negante propheta? Qñ.n. noïat oẽs gẽtes q̃ in mũdo sunt, & non dicit populũ dei esse nisi filios Abrahæ,q̱d superest nisi ut exceptis his negetur cæteros Dei habuisse notitiam, q̱a notus in Iudæa deus. Psal.7
Melchisedech aũt sacerdos dei summi,ad benedicendũ Abrahã apparuit ad præsagiũ futurorũ sanctorũ. Quia benedictio dãda erat in futurũ plebi dei ꝑ antistitẽ fere dei,quẽ dicimus sacerdotẽ. Hic ergo Melchisedech p̃cursor apparuit sacrati futuri filij dei,q̱a p̃cedit ad obsequiũ qui ordine sequẽs. Nõ ergo admirãda sunt q̃ diximus de Melchisedech, qñ scriptura ad cõfusionẽ obstrepentiũ plus addat & dicat.Post oïa.n.laude digna,ut cõfundat maleuolos ait, Similatus aũt filio dei manet sacerdos in perpetuũ.Iã uide,de quo male sentire cõtẽdit, & si hũc nõ ueteris,uel Xp̃m metue,cui similis scripturę authorita-

te

te refertur. Per ordinē.n.paulatim ad natura
le eius meritū venit, vt si quos dicta superio
ra mouerent, quibus rex iustitiæ & pacis si-
gnificatus est, & quia in carne uisus neq; pa
I trē neq; matrē habuit, hoc est, ingenitus ap-
paruit, neq; ortum, neq; occasum habēs, ex
G ijs quæ vltima subiecit, superiora credibilia
demōstraret. Quis.n.audeat dicere nisi uesa-
nus hęc omnia quæ sublimia dicta sunt, in-
cōgrua esse illi qui dei filio similis designa-
tus est, manēs sacerdos in ꝑpetuū? Similis āt
Dei filio nō pōt esse, nisi sit eiusdem naturæ.
Et q̄d incredibile uī, si Melchisedech ut hō
apparuit, cū intelligat̄ tertia esse ꝑsona? Si.n.
Christus qui secūda ꝑsona est, frequēter vi-
sus est in habitu hominis, quid ambigitur de
ijs quę dicta sunt? Legimus .n. in Psalmo,
109. Quia tu es, inq̄t, sacerdos in ęternū ſm ordi
nē Melchisedech. Hoc nemo nostrū dubitat
ad Xp̄i pertinere ꝑsonā, q̄a eodē gn̄e sacer-
dos est Christus in ęternū quo & Melchise-
dech. Sed summus sacerdos Xp̄s est, Melchi-
sedech secūdus. Nā si hō est Melchisedech,
qūo conuenit vt ſm ordinē eius Xp̄s sacer-
dos sit in æternū? Iam ambo similes esse legū
tur, & unius esse dispensationis, quia unius
sunt & naturæ. Qm̄ aūt omnimodo unius
K Dei authoritas cōseruanda est, idcirco & ter
tia ꝑsona subijcitur paterno nomini. Chri-
stus aūt uicarius patris est & antistes, ac per
hoc dr̄ & sacerdos. Similiter & spiritussan-
H ctus quasi antistes sacerdos appellatus est ex
celsi dei, non summus, sicut nostri in oblatio
ne præsumunt. Quia quamuis unius sit sub-
stantiæ Xp̄s & spiritussanctus, uniuscuiusq;
tn̄ ordo obseruandus est. Sacerdotes igit̄ uel
Psal. 7. legati ideo dn̄r, quia illū in se oñdunt cuius
legati sunt, sunt etem̄ eius imago. Ac ꝑ hoc
Christus & spiritussanctus naturaliter habē
tes Dei imaginem, sacerdotes eius dn̄r. In ip
sis vr̄ Deus, sicut dicit dn̄s. Qui me videt, vi-
Ioan. 14. det & patrē. Et si in gestis Dei uisus est dn̄s
gesta aūt spiritussancti sunt opera, significan
Mat. 18. te dn̄o. Quia ego in spiritu Dei eijcio dæmo
110 nia, & ī spiritusancto uisus est deus. De Psal
mo primo, qūo exponendum & intelligen-
dum est illud, Beatus uir qui in uia peccato-
Psal. 1. rum non stetit: & reliqua. Beatus vir qui in
uia peccatorum non stetit. Si autem steterit,
non iam beatus, sed reus dignus plagis. Ad
emendationē.n.aliquam uī habere spē, quia
nō impius, sed peccator est. Si aūt unus fue-
rit qui nō abijt in cōsilio impiorū, & in uia
peccatorum nō stetit, duplici gn̄e beatus est.
Nec.n.pōt esse beatus, si in cōsilio pc̄tōrum L
nō eat, & in uia pc̄tōrum stet, quia si nō ꝑdi
tioni, pœnæ tn̄ obnoxius est. Dehinc adie-
cit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Hāc
dicit beatitudinē esse, quæ his tribus gradi-
bus cōstat, & triplici rōne munitur, idest ut
neq; in cōsilio impiorum eatur, neq; in uia
pc̄tōrum stetur, neq; in cathedra pestilentiæ
sedeatur. Sed cū duo genera tm̄ habeantur,
impiorum & pc̄tōrum, in cōprehensione eo
rum quæ supra memorata sunt, hoc tertium
cui generi ascribi voluit, quod adiecit, dicēs.
Et in cathedra pestilentiæ non sedit: impiorū
ne, an peccatorum? Sed uideamus q̄d sit in
cathedra pestilentiæ sedere, & tunc cui gene
ri hoc ascribat intelligemus. Hanc dicimus
cathedram pestilentiæ, quæ extra Dei ordina
tionē est, ad hoc utiq; inuēta, ut iniqua inde
exeant iudicia: Propterea pestilentiæ cathe-
dra dicta est, q̄a est corruptio quæ parit mor
tem, sicut & iniquitas damnationē. Non est
ergo a deo quæ est cathedra mortis: Nā Moy Mat. 13.
ses accepit cathedrā uitæ. Ad hoc.n.data est, Rom. 13.
vt authoritas in ea sit iusti iudicis uel creato
ris. Vn̄ dicit dn̄s. Super cathedrā Moysi sede-
runt Scribæ & Pharisæi. Et Apostolus, Non M
est, inquit, potestas nisi a deo: Quæ.n.sunt, a Act. 23.
Deo ordinata sunt. Vn̄ dicit ad principē ple-
bis, Tu quidē sedes iudicans ſm legē, & con
tra legem iubes me percuti. Quod dixit, ſm
legē: iustā & salutarē cathedrę authoritatē si
gnificauit. Illud aūt quod ait, Cōtra legē iu-
bes me percuti, illū ipsum iniustū iudicem
oñdit, vt in dei cathedra sedēs iudicaret iniu
ste. Hinc est vnde & Daniel, Dei est, ait, re-
gnum, & cui vult dabit illud: sicut.n.terreni
imperatoris authoritas sic currit per oēs, vt
in omnibus eius sit reuerentia: ita Deus insti
tuit, ut ab ipso rege Dei authoritas incipiat, Dan. 4.
& currat per cunctos. Quamuis frequenter
mundus hoc non intelligat, & aliis se subij-
ciat in potestate positis q̄ debet, & tamen in-
stitutio est, vt vnus sit qui timeatur. Vbi ergo
hæc institutio nō est, ibi cathedra pestilentię
reperit̄. Nusquā unius dei authoritas abnui-
tur, nisi apud eos q̄ multorū deorū ꝑdicant

meritum & reuerētiam. Hi ergo sunt qui in
cathedra pestilentiæ sedent, quia quod pōtifi
ces eorū prædicāt, mors est. Hoc .n. docēt, ut
cultores unius Dei quasi stulti & inimici,
aut opprobrio sint, aut de hac vita tollantur.
A Hæc materia impietatis est, q̄ etiā in cęteras
3. Re. 21. partes extēditur, p quas impietatis suæ leges
ōndat. Nam iussu Iezabel antistites iniquita-
tis in cathedra pestilentię sederūt, qui aduer
sus innocētē Naboth, cū iudices non essent,
praua meditantes subornatis falsis testibus,
Psal. 25. mortis tulerūt sententiā. Vñ & in alio Psal-
mo dicit, Et cū impijs nō sedebo. Hoc .n. iudi
ciū eius est, cuius & cathedra pestilētiæ. Itaq;
si in Dei cathedra sedētes, innocētes oppri-
māt, iniustū erit iudiciū, non cathedra. Vbi
.n. cathedra pestilentiæ est, non pōt iudicium
nō esse iniquū: quāuis quædā sibi applicent
velut velamina quibus impietatē cōtegāt, vt
videntes fallantur. Non pōt .n. sola impietas
proponi, q̄a nō inuenit emptorē, & ubi lex
diaboli est, si ipse nominetur, horretur. Sed si
cut mel ueneno admiscetur p quod lateat,
ita & legi diaboli quædā iusta admiscent, &
nomen applicant veritatis: sed uniuscuiusq;
sensus est iudicādus, quia ideo aliqñ aliquid
uerum ōndit, vt fallat, ut cū maligna pdicat,
bona putentur. Qm̄ cathedrā pestilētiæ non
esse de Dei ordinatione asseuerauimus, etiā
B eorū qui extra Ecclesiam vel cōtra Ecclesiā
sedes sibi instituerūt, cathedrā pestilētiæ dici
mus. Qui .n. incōcessa pręsumit, reus est, quā
to magis si & corrūpat traditionē eius cuius
sedē vsurpat? Nam & ordinē ab Apostolo Pe
tro cœptū, & vsq; ad hoc tp̄s per traducem
succedētium episcoporū seruatū perturbāt,
ordinē sibi sine origine uendicantes, hoc est
corpus sine capite profitentes, vñ cōgruit ēt
eorū sedē cathedrā pestilētiæ appellare. Nec
.n. ideo impune erit, q̄a sub dei nomine hoc
agunt. Constat .n. suas illos causas sub dei no
mine agere. Non .n. zelo dei hoc agunt, sed si
Nu. 16. bi locum volentes defendere: Cum sciamus
Chore & ducentos quinquaginta uiros per
præsumptionem deo offerentes, hiatu terræ
2. Par. 26. absorptos esse, & Oziam regem cum deo il-
licite obtulisset, lepra in fronte percussum.
Qm̄ claruit cathedram pestilentiæ ad impie
tatem supradictam pertinere, reliqua prose-
quamur. Adiecit enim, Sed in lege domini
fuit uoluntas eius. Eius uoluntatē in lege do
mini dicit esse, qui spretis impiis, & desertis
peccatoribus, abnuens pestilentiæ cathedrā,
uoluntatē suā in dei lege statuit. Quamobrē
beatū hunc dixit. Et sequitur, Et in lege eius
meditabitur die ac nocte. Manifestū est, quia C
liber ab omnibus illecebris, & immunis ab
ijs quæ dei legi aduersa sunt, nihil aliud q̄ in
Dei lege exercitium facit, sacramentis filij
Dei confirmatus, in die bonis operibus insi-
stit, & nocte orationibus. Hic est .n. de quo di
cit in canticis canticorū, quia dormit, & cor
eius vigilat. Vñ ait, Et erit tāquā lignū quod Cant.
plātatū est iuxta decursus aquarū. Quis am-
bigit eum qui in lege Dei meditat̄, spē habe-
re ad pmium capiēdū? Quia sicut lignū iux-
ta aquā plantatū sterile esse nō pōt, ita & qui
frequenti usu legi Dei studet, nō pt eius ope
ris minime habere effectū. Et adiecit, Qđ fru
ctū suū dabit in tp̄e suo. Oīs plātatio bñ gu-
bernata fructū dat tp̄e cōpetenti: Sic & hic
q̄ legi dei obtemperat, fructū habebit tp̄e p
finito. Tunc .n. huius deuotionis mercedē ac
cipiet, cū cœperit dñs Iesus Christus sedere
adiudicandū viuos & mortuos. De hinc su-
biecit, Et foliū eius non defluet. Manifestum
est in arbore cuius folia non decidūt vitā si-
gnificasse, Humore .n. decurrātis aquæ vege
tatū lignū folia cōtinet sua. Nā & dñs Iesus Luc.
si in humido ait ligno hæc faciunt, in arido
q̄d fiet? In ligno humido vitā significauit &
fructū. Sicut lignū ergo auxilio decurrentis D
aquę siccitatē nō sentit, ita & hic q̄ legi Dei
studet, accedēte tētatione, præsidio Dei tutus
nō admittit, sed acq̄rit salutē, dicēte Aposto-
lo, Quia p multas tribulationes oportet nos
intrare in regnū Dei. Et seq̄tur, Et oīa q̄cūq;
fecerit prosperabūtur. Apertū est quod dicit, Act.
q̄a qui legi Dei fidem seruat, cupidus māda-
torū eius, fœlix fit in omnibus suis factis: si-
cut & ioseph, q̄ propterea q̄ timorē dei pñti
vitæ pposuit, omnia quæ agebat psp̄era fa-
ciebat Deus in manibus eius. Et subiecit, Nō
sic impij, nō sic. Iteratio sermonis, non aliter
omnino futurū significat q̄ promittit: q̄a im
pijs nihil prosperū erit in futuro, sed oīa ad-
uersa vsq; ad interitū eorū. Vñ ait, Sed tāquā
puluis, quē proijcit ventus a facie terræ. Eo-
dē modo dicit impios interire sicut puluerē
quē spiritus proijcit a facie terræ, vt pereat.

Sublatus.n.a substãtia sua,per aerẽ dispersus
paulatim deperit:ita & impij,ministris ange-
lis,proiecti a facie authoris Dei,sine quo nõ
põt viui,interibũt.Et sequit, Ideo nõ resurgẽt
E impij in iudicio. Dignũ est qđ dicit, Vt q.d
.n.in iudicio resurgãt qui nullũ negociũ dei
credi sibi maluerũt cuius redderẽt rõnem?
Spernẽtes.n.Dei legẽ & negãtes, nõ est vñ ꝑ
stẽt rõnẽ,vt in iudicio interrogati iuxta legẽ
sibi creditã præstẽt curas. Arrogãtes ergo &
rebelles in deũ inuẽti ad hoc resurgũt,vt vi-
deãt verũ esse qđ credere noluerunt, vt pe-
reãt,quia Deũ mendacẽ iudicauerũt.Et adie
cit,Neq; pctõres in cõsilio iustorum.In hoc
Psalmo, Psalmista trium hominũ genera si-
gnificat,impiorũ,pctõrũ,& iustorũ,quo or-
dine cœptus est error. Sed impij ab his alie-
ni sunt,q.a sub Dei decreto,sicut dixi,viuere
noluerunt. Pctõres aũt sub Dei lege agẽtes,
ante tribunal Xpi sistẽdi sunt, segregati a iu-
stis,ut accepte legis præstent rõnẽ mandato
rũ,in quibus operã nõ dederũt ut plus habe
rẽt laudis q̃ vituperationis. Iusti vero valde
propẽsiores in exercitio implẽdæ legis inuẽ
ti,remunerãdi sunt.Et subiecit, Qm̃ scit dñs
viã iustorũ.Hos scire dr̃ Deus,q. memores ꝑ
ceptorũ eius bonis operibus insistũt,vt iusti
habiti coronentur. His aũt qui immemores
eius circa curã animę negligẽtes sunt,sic di-
F cet,Recedite a me,nescio vos operarij iniq-
Luc. 11. tatis.Et sequit,Et iter impiorũ peribit.Et Vñ
Psalmus cœptus est,& terminatus, ut cã im
piorũ tractata, nulli alij q̃ perditioni docerẽ
tur obnoxij. Sicut.n.dixi,idcirco dr̃ deus sci
re uiã iustorũ, quia in lege eius ambulant:
Pro. 4. iter ãt impiorũ, quia extra legẽ Dei est,peri-
bit:q.a oẽs viæ impiorum tenebrosæ, sicut di
cit Salomon,piorũ aũt clarissimæ,duce Xpo
III dño nostro.De Psalmo vicesimotertio,quid
significationis mysticæ habeat etiam titulus
eius. Titulus Psalmi rõnem eius insinuat, de
Christi .n. dñi nostri sacramento locuturus
dominicum diem signauit dicens, Hinc Da
uid prima sabbati. Cum.n.dr̃, hinc Dauid:
ad eum pertinet cuius hic Dauid habet ima
ginem,de quo dicit Propheta,Et puer meus
Dauid pascet illos. Prima aũt sabbati,prima
feria est. Post sabbatum.n.primus dies domi
nicus est, affirmante Euangelio & dicente.
Mat. 28. Prima aũt sabbati uenit Maria Magdalena &
altera Maria ad sepulchrum &c.In domini-
co aũt die Saluatoris sacramentum significa
uit. Sed ut per rõnem ordinis Psalmus expo
neret,a persona Dei patris initium fecit, ut
diuinitatis sacramentum nõ sine ordine ma
nifestaret hominibus.Qui.n. causam aliquã
insinuare uult,nisi eius caput & originem te
neat, non poterit proprietatẽ eius ostẽdere,
neq; quæ sit eius veritas edocere. Itaque sic G
orsus est propheta & ait, Dñi est terra & ple
nitudo eius. Fidem rerũ tenuit dicens, Dñi
est terra & plenitudo eius. Authoritatẽ.n. ve
terum sanctorũ secutus est, qui terrã & quæ
sunt in ea ad dñm deum pertinere dixerũt.
Et adiecit. Orbis terrarũ & oẽs qui habitant
in eo.Ne forte minus aliquid significasse pu
taret,quia dixerat, Domini est terra & pleni
tudo eius:sensum suum aperuit dicẽs,Orbis
terrarum & vniuersi qui habitant in eo: ut
doceret omnem omnino terram domini es-
se,& q̃ sunt in ea,vt nihil esset exceptũ quod
nõ sit Dei, Sicut putant quidam hæretici, q.
ẽm dictum Apostoli Petri dominum Deum
abnegãt, quorũ ad condemnationem cũcta
Dei esse prophetica oracula docuerũt.Et se-
quit, Ipse super Maria fundauit eã. Hoc est
qđ in alio psalmo significauit dicens. Terrã Ps. 135.
super aquas tu formasti: ut fidem testm̃ se-
queret ostendit qũo fecerit.Dum.n. cõfusio
esset rerũ,& neq; terra, neq; aqua propriam
haberet speciem, iussu dei adunata est terra, H
& firmata super aquas,vt & terra & aqua ha
berent originis suæ proprietatẽ.Vñ in regno
rum libro,vox est Dei dicentis, Nõne aquas
ego feci?Et subiecit, Et super flumina ꝑpara
uit illũ. Sic super flumina præparata est, dũ
intra se aquas conditas habet, quæ quasi per
uenarũ fistulas fluitantes, præstãt ei dẽsitatẽ,
ne penitus sicca fragilis esset, & inutilis ad
culturam.Radicibus.n.nascentiũ uitalẽ præ
stant effectum, simulq; locis aridis siti auxi-
lio sunt. Et ut professionẽ sine bona vita nõ
valde proficere ostenderet, ait, Quis ascẽdet
in montem domini, aut quis stabit in loco
sancto eius? Proponit qualis debeat esse qui
deũ creatorẽ profitet:Neq; puniendos ostẽ-
dit,qui sicut dixi, dñm deũ abnegant, ij qui
confitent immunes se à pœna scirent non
esse,si recte minime versarent: montem er-
go dñi dicẽs,cœlum significauit. Vñ in alio

Pſ. 120. Pſalmo dicit, Leuaui oculos meos ad mon-
tes,vñ veniet auxiliũ mihi. Locus ãt dñi eſt
vbi apparet. Dr̃ aũt ad Ieſum Naue cũ domi
nus ei apparuiſſet, Locus in quo ſtas, terra
ſancta eſt. Et Iacob vbi Deũ uidit, Hæc eſt,
Ioſue. 5. ait,domus Dei. Et ſequitur, Innocẽs manib.
Gen. 28. & mũdo corde. Hunc dicit dignũ aſcendere
I in montem dñi .i. in cœlũ, aut ſtare in loco
ſancto eius, ſi ꝗs fuerit innocens operibus,
& mundum cor habeat in cã dei.i.fidei. Hu-
iuſmodi.n.põt in cœlum aſcendere, & ſtare
in loco ſancto eius. Defunctus .n. hac uita
aſcendit in cœlum. Deinde dum ciuitas Hie
ruſalem in aduentu dñi deſcendit de cœlo,
dignus erit ſtare vbi iudicaturus eſt dñs de
viuis & mortuis quaſi innocens: Impij autẽ
& peccatores indigni erunt ſtare in loco
ſancto iudicij Dei,ꝗa reſurgũt impij ad per
ditionẽ, pctõres ad pœnam. Nam ſi vultum
Exo. 34. Moyſi glorificatum deſcendentis de monte
filij Iſrael peccati cã videre nõ poterãt,quã-
to magis ipſum gloriæ dñm in throno maie
ſtatis ſuæ ſedentẽ, conſcientia delictis obno
xia formidabit aſpicere, Audient eñ, Nõ no
Matt. 7. ui uos operarij iniꝗtatis. Et adiecit. Qui non
accepit in vano animã ſuã. Nũc ipſa genera
pctõrũ tãgit. Primo.n. in loco, hic eſt inno-
cẽs & mũdũ cor habet,ꝗ a fornicatione ido
lolatriæ immunis eſt. Ipſa eſt.n.uanitas,cui
ꝗ ſe inclinat,animã ſuã ſubiugat corruptio-
ni. Et ſeꝗtur. Nec iurauit in proximo ſuo do
k lũ. Duas cãs memorauit, quæ ſunt principa-
les,Dei & ꝓximi, quia ꝗ in his idoneus fue
rit, ſine dubio & in cæteris probatus habebi
tur,dicẽte dño, Diliges dñm deũ tuũ ex toto
corde tuo,& omni virtute tua. Hoc eſt pri-
Matt. 2. mũ mãdatũ. Et ſm eſt ſimile illi, Diliges pro
ximũ tuũ ſicut teipſum. In his duob. mãda-
tis tota lex pẽdet & Prophetæ. Quis ergo ex
toto corde deũ diligens,legẽ eius nõ ſeruet?
Aut ꝗs habẽs proximi charitatẽ,peccatis ſtu
deat? Quippe cũ cã timoris Dei,diligat pro-
ximũ. Et ſubiecit, Hic accipiet benedictionẽ
a dño,& miſericordiam a Deo ſalutari ſuo.
Nunc qđ meritum eſt eius qui in cã Dei &
hominis,creatoris & proximi, fidẽ habuerit
& dilectionẽ,oñdit, Quia benedicetur a do-
mino,ut cõmendatus appareat,& in his mi-
ſericordiã conſequatur,quæ de toto implere
non potuit. Nec enim tam circunſpectus po
teſt aliquis eſſe vt nuſquam erret,ſed quia in
magnis ſolicitus & fidelis inuentus eſt,& in
minimis miſericordiam accipiat a Deo ſuo.
Qui ideo ſalutaris dicitur,quia non uult mo
rientis mortem,ſed ut conuertatur & viuat. *Eze. 18.*
Et ſequitur, Hæc eſt generatio quærentium
dñm,quærentium faciẽ Dei Iacob. Vnam di
cit eſſe generationẽ requirẽtiũ Deũ,& quæ-
rentium faciem Dei Iacob, qđ nõ eſt ocio- L
ſum. Quanuis.n. vtrunq; bonum ſit, duos tñ
gradus his dictis ſignificauit. Bonũ eſt requi
rere deũ, plenũ eſt autem bonum, quærere
faciem Dei Iacob. Digniores.n.ſunt,qui an-
te faciem iudicis ſunt. Horũ ergo meritorũ
hæc eſt generatio. Quia uero ut ad hæc ue-
niatur,innocentia facit & puritas cordis, ſi-
cut iterũ, vt ad malũ poſſit ueniri præcurrit
iniuſtitia atq; iniquitas. Quia duæ generatio
nes ſunt: Vna eſt ex parte iniquitatis, quæ eſt
mater Cain: Altera ex parte iuſtitiæ, quæ eſt
mate Abel: hæc in fide conſiſtit & bona con
uerſatione,illa in perfidia & obliquis operi-
bus. Iſtæ ſunt duæ leges,boni & mali, dei &
diaboli,& quã ſecutus quiſq; fuerit,eius ap-
pellabitur filius: ac per hoc requirentiũ Deũ
generatio hæc eſt,fides in Deũ,& dilectio in
proximum,ſicut ſupra diximus. Qui .n. fidẽ
habet in Deũ,ſemper eius quærit auxilium:
nec hominibus iniuſtũ ſe præbet,qui Deum
vult habere propitium. Cuius ſignũ hoc eſt
cum dr̃, Deus Iacob,ꝗa notus in Iudæa de⁹. *Pſal. 75.*
Sed quare eius faciẽ quærere dicantur, cũ au M
dierit Moyſes. Quia non,inquit,uidebitur ti
bi facies mea. Si ergo & Moyſes faciem Dei
quæſiuit,& videre non potuit,fruſtra hi quæ
rere dñr,quia meliores Moyſe non ſunt. Sed *Exo. 33.*
nemo fruſtra faciẽ dei quærere dicẽdus eſt,
quia ideo faciem dei dñr quærere, vt ſciatur
quem quærunt, quia digni ſunt & uidere.
Omnis.n. qui quæritur, tunc cognoſcitur ſi
facies eius videatur. Sed qm̃ a mortalibus fa
cies Dei videri non poteſt, ſignificatio hæc
pro facie eſt,cũ dicitur, Deus Iacob. Diapſal
ma. Diapſalma hoc in loco perſonę ſignifi-
cat mutationẽ. Poſt.n. illa quæ ad patris Dei
perſonam pertinent,ſubiungit ea quæ ad fi-
lij Dei pertinent ſacramentum, ut ordo inte
ger conſeruetur patris & filij. Nã data eſt lex
ꝑ Moyſen,ut quaſi pædagogus eſſet homini
bus, erudiẽs & ꝓparãs eos magiſtra iuſtitia,

vt digni fierent ad expiandum annum dñi,
& diem retributionis : ut qui sub spe futuri
Christi fideles fuissent,susciperẽt eũ,& pos-
sent Adæ peccatũ fugere securi, q̃a aduẽtus
eius quẽ sperauerant, daturus esset illis mise
ricordiam, de ijs in quib. subreptum est illis
vt delinquerẽt. Hoc est q̃d superius memo-
A rauit dicẽs, Accipiat misericordiam à deo sa
lutari suo. Dicit ergo,Tollite portas princi-
Matt. 4. pes vestras. Hæc uox sanctorũ est angelorũ,
de quibus dicit in Euang. Quia accesserunt,
inquit, angeli & ministrabant ei. Hi ergo di-
cũt ad principes & p̃tãtes, aduersus quos no
2.Cor.2. bis colluctationẽ dicit esse Apost. ut tollant
portas principes sui.i.diaboli,q̃ est princeps
principũ in errore constitutorum per quos
itur in gehennã. Hæ portæ perfidia est & fal-
lacia idololatriæ. Et sequit̃,Et eleuamini por
tæ æternales. Fides & spes cũ charitate portę
sunt æternales, quia non põt aboleri q̃d per
ueritatẽ prædicatur, Illæ aũt portæ,quas di-
xi perfidiam esse & fallaciã idolorũ, t̃pales
sunt, q̃a oẽ mendaciũ nõ permanet: Manife-
sta.n. ueritate interibit. Docẽtur ergo vt tol-
lant portas principis tenebrarũ. i. ut amoto
multorũ deorũ errore, vnius dei fides intro-
ducat̃ in Christo. Hoc est q̃d se Apost. edo-
cere missum testatur, ut nõ solũ oñdat hoĩb.
sed principibus & potestatibus in cęlestibus
mysteriũ dei unius in Christo. Et subiecit,
Et introibit rex gloriæ. Tollendas dicit falla-
ces portas diaboli subtilitate cõpositas, quæ
sunt præsumptio, per quã deũ se existima-
uit, ut introeat rex gloriæ, qui est Xp̃s Iesus
B dñs nr̃. Nullius.n. mẽtem dei fides ingredit̃,
nisi tulerit à se errorẽ diaboli pręuaricatio-
ne inuentum. Et principes supra memorati
non p̃nt in unius dei fidẽ Christum regẽ re-
cipere, nisi proiecerint à se traditionem, per
quã uni deo importatur calumnia: non solũ
terrena, sed & ea quæ in cęlestibus usurpata
est à principe principũ satana: q̃a illic erro-
rem quẽ inter se conspirauerunt, ut authore
diabolo deos se dicerẽt,& hoc in terra dispo
suerunt, ut hic error illius imago sit. Et se-
quitur, Quis est iste rex gloriæ? Ne superua-
cue forte Christũ regem gloriæ dicere pu-
taretur, interrogantis ponit personam & di-
centis, Quis est iste rex gloriæ? Quasi admi-
retur aut doceri se uelit, an uerũ est & cõdi-
gnum dicere Christum regẽ gloriæ. Et ideo
r̃nderunt ei, Dñs fortis & potens in prælio.
Vt hoc subiecto non nudis uerbis, sed cum
testimonio regẽ gloriæ Christũ addisceret.
Virtus.n.& potentia qua subegit & pressit
diabolum cum satellitibus eius, hęc ostẽdit
illum regẽ esse gloriæ. Et adiecit, Tollite por C
tas principes vestras:& eleuamini portę æter
nales: Hoc est uirtutis testimonio, cui con-
tradici nefariũ est, didicistis dignũ esse Chri
stum dici regẽ gloriæ. ergo auferte errorem
de mentibus uestris. Et q̃d ait, Introibit rex
gloriæ, ostenditur quia non p̃nt participare
cum fide Christi, nisi ab oĩ immundicia ido
lolatriæ emundauerint corda eorũ. Nisi.n.
innouatus fuerit hõ, non intrabit spiritus san
ctus in eum. Et sequitur. Quis est iste rex glo
riæ? Iteratio ista confirmationem facit. Om-
ne.n. quod nouum auditur, non concipitur
corde, nisi iteretur. Admirationem aũt & stu
porem facit, cum dr̃ quod auditũ est nunq̃.
Et adiecit, Dñs uirtutum, ipse est rex glorię.
Eadẽ repetendo docet rite dici hunc regem
gloriæ, qui sit dñs uirtutũ. Non immerito.n.
rex gloriæ qui sit dñs uirtutum appellatur, Ephe.6.
qui uirtutibus dominatur. Vnde Apostolus, 112
Si.n. intellexissent, ait, nunq̃ dñm maiestatis
crucifixissent. De Psal. 50. q̃uo quinquagesi-
mus positus sit non pro t̃pis ordine, sed ra-
tione,& quid mysterij habeat. Quinquage-
simus psalmus hic positus est, non pro t̃pis
ordine, sed ratione. Titulus.n. eius nõ nume-
ro, sed rationi subiectus est. Quantum.n. ad
historiã pertinet, anterior est q̃ tertius. Prius D
enim à Propheta Nathan delicti causa cor-
reptus est, q̃ insurgeret contra illum filius
eius Absalon, ut eum uellet & uita & regno
priuare. Hęc ergo causa est, vt quinquagesi-
mus poneretur, qm̃ constat ex lege descen-
dere. Illic.n. cautum est quinquagesimum
habere numerum remissionem. Est.n. per
septem septimanas primum typum habens
dominici diei: quia sicut post septẽ dies pri-
mus dies ipse est qui initio factus est, q̃ sem
per finita septimana dies primus est, ita &
post septem septimanas quinquagesimus nu
meratur. In mysterio primus est, qui duplici
genere dominicus dies appellatur. Primum,
quia initio factus à domino est, qui semper
in se conuersus per curricula impleta se-

primana primus eſt: Deinde, quia in eo reſurrexit dñs, triumphata morte, dominicus ẽt dies nuncupatur. Non immerito ergo in quinquageſimo numero in myſterio quem
Exo. 19. primum ſignificatum aduertimus, remisſio continetur. Deniq; lex quinquageſimo die
E data eſt. A profectione.n.filiorum Iſrael ex Aegypto, quadrageſimo & octauo die ablui iubentur, ut biduo purificati, tertia die parati eſſent ad legem accipiẽdam. Quæ ablutio quid aliud indicat, q̃ remiſsionẽ factam in quinquageſimo die ut purificati legem acciperent? Ex quo de cæteris præteritis oblite-
Leu. 15. ratis, Actus ſui redderent rõnem ſm creditã ſibi legem. Hac ẽt ratione poſſeſsionem emptam quinquageſimo anno remitti debere præcepit lex. Hinc eſt ergo vnde & pſal. 50 intitulatus. In hoc.n.rex Dauid remiſsionẽ poſtulat ſm prædictum ſenſum, vnde ait, Miſerere mei Deus ſm magnam miſericordiam tuam. Sciens rex Dauid grauiter ſe pec-
Pſal. 5. caſſe, ſic poſtulat, dicens, Miſerere mei deus, ſm magnam miſericordiã tuam. Magna.n. miſericordia tunc eſt, cum grandia ignoſcit peccata. Et adiecit, Et ſm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatẽ meam:
Iniquitas. Vt manifeſtaret acerbe ſe deliquiſſe, peccatum ſuum iniquitatẽ appellat: q̃a iniquitas non leue peccatum eſt, & qui delet iniquitatem, hoc eſt nõ imputat, miſeratione abundat. Nihil ergo in cauſa ſua excuſare nititur, ut non ſolum animum ſibi iudicis mitiget,
F ſed & faciat condolere. Commouetur.n.animus ad miſericordiã, qñ uidet reum ſic ſua confiteri peccata, ut oſtẽdat dolere ſibi quia peccauit. Quĩ.n.non dolet, irridere vr̃ iudicẽ: quia ideo precatur, ut euadat iterum poſtea eadẽ facturus. Et ſequitur poſtea, Vſquequaq;, inquit, laua me ab iniuſtitia mea, & à peccato meo munda me. Qm̃ multam miſerationem dei prædicat, penitus ſe mundari precatur, ut nihil maneat delicti aut iniuſtitiæ in eo, vnde ſuſpectus ſit. Et ut hoc ipſum obtinere poſsit vel impetrare, adiecit, Qm̃ iniquitatem meam ego cognoſco, & delictũ meum coram me eſt ſemper. Qm̃ grauiter ſcit ſe peccaſſe, ſolicitus eſt ne non totum ei remittatur: Conſiderans.n.magnitudinem peccatorum ſuorum, timet, ſciens grauia peccata non facile ignoſci: ac per hoc cum fletibus cõfitetur, peccatum ſuum ante oculos habens, ut ex omni parte propitium ſibi faciat iudicẽ. Scit.n.ſcriptum eſſe, Dic prior Eſa. 43.
iniquitates tuas ut iuſtificeris. Et ſequitur, Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Nunc ex alia parte culpę ſuæ medelam proſpicit, ut ad effectum poſtulationẽ deducat. G
Hac.n.proſecutione in prima cauſa nocentem ſe dicit: Nam qui alteri ã deo peccat, inimicus eſt authoris dei: In locum.n.eius alterum eligit, cui authoritatem eius aſcribat. Vnde hic ab hac ſe iniquitate alienũ oñdens: Tibi, ait, ſoli peccaui, & malum corã te feci. Hoc eſt, quia tibi, & nulli alii quẽ deum per errorem dicerẽ, peccaui, minor mea eſt q̃ cęterorum, qui ſunt perditioni obnoxij: Nõ.n. impius ſum ſed peccator, quia non in te ſed in legẽ tuam peccaui. Nec te negaui, ſed ut deũ & dñm confitens, in hoĩem peccaui. Ergo q̃a in illa quæ tua propria cauſa eſt, reus non ſum, ignoſce qđ in conſeruũ peccaui. Sic.n.peccaui ut honorificentiã noĩs tui nec negarẽ nec alteri darẽ. Fuit itaq; vnde commoueretur ad miſericordiã iudex. Cum.n. multi in illum peccent, quos ẽt hortatur ad ſe cõuerti, dum ij qui non in illum peccant, ex aliis tñ cauſis ueniam poſtulant, libenter admittit. Sẽper.n.dñs ad auxiliũ ſuum vult confugere ſeruos ſuos: Vnde adiecit, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris: Miſericordiam poſtulans, deũ iuſtitiam ſuã non immutare precatur, cũ ſoleat media eſſe iuſtitia, ut nõ peccantibus & pec- H
cantibus ęqua ſit, unicuiq; reddat ſm opera ſua: ſed nõ ignorat quid poſtulet vir innocẽs in dei ſacro. Sciens.n.deum frequenter in lege dixiſſe, Quia miſericors, inquit, ſum ego Exo. 2
dñs deus ueſter: inde rogat ut hæc fides maneat, & in ſermonibus ſuis deus iuſtificetur, dum in eo permanet qđ locutus eſt, nec peccatis hominum uincitur, ut nõ miſereatur. Scientes.n.qui peccãt quę promiſit deus bene uiuentibus, & q̃a in eo perdurãt, iudicãt illum mendacẽ. Non.n.credunt male uiuendo vera eſſe quæ promiſit: Idcirco petit rex Dauid, ut uincat hoc deus qđ putant hoĩes, & det quæ promiſit: ut erubeſcant, qui dum nõ ſeruant mandata, iudicant illum non daturum. Et ſequiť, Ecce.n.in iniquitatibus cõceptus ſũ. Nũc hoc adiecto cãm infirmitatis

humani generis memorat, qa facile est hoi
peccare, ut examen circa se iudicis mitiget.
Primæ.n.culpæ facit mentionē, ex qua præ-
uaricando Adā genus humanū obnoxiū fe-
cit pctō.Suasu.n. & fallacia inimici iniqtatē
concipiendo, oē semen suum iniquitati su-
G biecit,vt ex eo oēs per traducē geniti pecca-
I to essent obnoxij.Propterea adiecit, Et in de
lictis cōcepit me mater mea:vt ab Adā deri-
uatio facta peccati,conceptis & natis impe-
dimento esset ad bonam uitam agendā:ac p
hoc supplici nō negandam misericordiam,
quia infestū habet hostem, qui ei suadet ut
peccet.Per pctm.n.diabolus subiecto sibi pri
mo homine, potestatē accepit carni eius se
immiscere,& delictorū quadā subtilitate ob
lectamēta suggerere, p quod captū hominē
Rom.7. spoliat uita.Quam rem magister gentiū me
morans.Video aūt, inqt, aliā legē in mēbris
meis,repugnantē legi mētis meæ,ut hoc cō
tuēs iudex, dolēti circunuento porrigat ma-
nū.Et seqtur,Ecce.n.veritatē dilexisti. Quia
ergo veritatē diligis,inqt, subueni roganti,
quē scis uera pectoris sui impedimēta ex po
nere,cuiq; reo olim motus misericordia,sub
uenire decreuisti,vt errorē admissum in ter-
ra:cœlestis prouidētia emēdaret.Propter qđ
subiecit,Incerta & occulta cordis manifesta
sti mihi.Incerta & occulta cordis hæc signi-
ficat,quæ Deus ad præsidium humani gene-
1. Cor.2. ris procreauit:sicut & Apostolus,Quod ocu
lus,inquit, non vidit, nec auris audiuit, nec
in cor hominis ascēdit,quę præparauit deus
K diligentibus se.Qui sunt, qui diligunt Deū,
nisi qui legi eius consentiunt, nō celādo uel
excusando peccata?Hęc ergo occulta cordis
manifesta sunt diligentibus Deū, ut qa dole
bāt se delictis circunueniri, correpti non ne
garent sibi & origini suæ imputantes, in au-
thorē Deū non transferentes, quę peccabāt:
corda illorum illuminata sunt spiritali coru
sco,vt viderēt Dei prouidentiā in Xpo, quia
venturus erat ad damnandū pctm, qđ ex p-
uaricatiōe Adæ humano generi imperabat.
Hoc ergo orat rex Dauid, ut qđ decreuerat
Deus,in futurū uidens genus humanū labo
rare,sibi prius subueniret in eadē necessitate
constricto qua omnibus se decreuerat sub-
uenturū:ut donū quod gratuitū futurum erat,
& ante tēpus dari non poterat,huic pro pre-
ce & lachrymis cōcederetur. Quod qūo fiat
nō tacet,dicens,Asperges me hysopo,& mū
dabor.Recte aspersione hysopi petit se mun
dari.De hoc.n.filij Israel postes suos sangui-
ne linierunt,ut tuti præstarentur a morte:Ita Exo. 12.
& hic aspersione hysopi orat mundari se a
peccatis, ne tangatur a morte. Et seqtur,La-
uabis me, & super niuē dealbabor. Manife-
stū est,quia factū dei distat à facto hominis.
Ideo sup niuem, inqt,dealbabor,quia quod L
deus fecit,multo melius est q̄ quod fecit hō:
Propterea aspersione hysopi petit se munda
ri, ut sicut carnale corpus aqua abluitur, ita
& p hysopi significationē, spiritali rōne ani
marū maculæ abluātur.Aspersio.n.hysopi,il
lustratio quædā est, vt p id quod uisibile est,
inuisibiliter emūdetur.Et sequitur. Auditui
meo dabis gaudiū & lętitiā.Dubiū non est,
qa uox prædicantis remissionē,gaudiū pstat
pctōribus.Quis.n. non lætetur cū audit dari
indulgentiam?Cū.n.Deus remittit,& in præ
senti & in futuro securus est.Propterea exul
tabunt ossa humiliata. Duplici gn̄e sunt ossa
humiliata, quia & ut peccaret, humiliatus
est, nemo.n. peccans exaltatur,& vt postea
supplex veniam imploraret.Nam utiq; in ci
licio & cinere volutatus,misericordiā preca
batur,quam obtinēs eleuatus est mētis exul-
tatione & corporis refectione. Et subiecit,
Auerte faciē tuam à peccatis meis,& oēs ini
quitates meas dele. Hac forma remissionem
postulat, sicut constitutū erat in futurū per
fidē Christi, ut Saluator qui ei spiritaliter est
promissus,ab ipso inciperet cuncta cōuersis
donare peccata.Cuius.n. nō respiciūtur pec M
cata,& oēs delentur iniquitates,nō habet vn̄
reus cōstituatur,& inimicorū eius ora clau-
duntur.Qui.n. non respicit peccata,non illa
imputat.Hoc est.n.auertere faciē a peccatis,
alicuius accusationē contra eū nō accipere.
Et quid est hoc, ut cum de duobus peccatis
correptus sit,hic addat de multis se accusan-
do? Et cū audierit a Propheta Nathan, quia
ignotū erat ei, quare sic postulat sedula pre-
ce, vt possit ad veniam peruenire: nisi quia
nō suā solius cām agit,sed sub * accusatione *l. occa-
peccati sui,totius populi miserias narrat? sione.
Si.n.reformationē præcatur, quia cui igno-
scitur,nō est sine rubore, nisi loco suo fuerit
redditꝰ,ut dignitas loci,ruborē excuset: cęte

ris aūt beneficiū diei, quod ad cuncta pecca-
ta abluenda futurum erat, in Christo signifi
cauit. Et sequitur, Cor mundum crea in me
Deus, & spūm iustū innoua ī viscerib. meis.
Hoc est bona mēte misericordiā deprecari.
A Non solū aūt de p̄teritis rogat, sed ēt de futu
ris solicitus est, ut peccator intendens odisse
peccare, ne peccet, adiuuetur a Deo p̄ spūm
iustitiæ, quē orat dedicari in uisceribus suis.
id est, ut nouus ad hoc ponatur in eo ut cu-
stodiat eū a peccatis, ne cogatur facere quod
scitur nolle. Cor aūt mundū sic pōt habere,
si neq; intus, neq; foris delinquat: hoc est ne
que in opere, neq; in cogitatione. At q̄a pro
pè impossibile est, ut in omnib. seruetur, vel
in Dei cā seruādum est, quæ principalis est.
Etiam mundū cor in sacramēto Dei & Xp̄i
custodiatur, dum fides inuiolata seruatur, q̄a
& in alio loco dr̄, Quis gloriabitur mūdum
Pro. 20. se habere cor, aut immunem esse a peccatis?
Deniq; rex Dauid mundū cor habuit in cau
sa Dei, quia neq; auxilium aliq̄n in vanitate
quæsiuit, quæ est idololatria, neq; aliq̄d a deo
sibi præceptum non impleuit. Iō de cæteris
adiecit, Ne proiicias me a facie tua, & spūm
sanctum tuum ne auferas a me. Hic sensus
est quē supra memoraui, quia securus de ue
nia, solicitus ē de reformatione. Cui.n. igno-
scitur solum, solet a facie dn̄i secerni. Quan-
uis.n. nō in illum vindicetur, in animo tamē
dn̄i vel iudicis facinus eius deletū nō est. Iō
orat, ut penitus pctm̄ eius deleatur, & dign⁹
sit accedere ad faciem dn̄i, & iterū propheta
re, qđ & factū est. Hoc est.n. quod dicit, Et
spūmsanctum tuum ne auferas a me. Hic est
spiritus Prophetarum. Et sequitur, Redde mi
B hi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali
confirma me. Lætitiam dari sibi postulat, q̄
promissa erat in Christo, ut omnibus macu-
lis ablutus & reparatus lætus esset in salute
quæsita, nec amotus, sed confirmatus in re-
gno a spiritusancto. Quem ideo principalē
dixit, quia super omnem creaturā est, p̄ quē
reges regnent. Et subdit, Doceā iniquos vias
tuas, & impij ad te conuertentur. Hoc dicit,
ut in eo discant iniqui pietatem Dei, qui cō-
fitētes sibi suscipit peccatores, & promouet:
nec impios conuersos negligit, sed hortatur
dum aliis miseretur. Et sequitur, Libera me
de sanguinibus Deus Deus salutis meę. Hoc
dicto on̄dit pctm̄ suum morte dignū, ut dei
misericordia quanta sit, prædicet: Per hoc.n.
etiam alios prouocat confugere ad Dei cle-
mentiam. Vn̄ subiecit, Exaltabit lingua mea
iustitiā tuam dn̄e. Gaudere se dicit in iustitia
dn̄i, quia in eo permanet quod promisit di-
cens, Misericordiam autem meam non mo- Psal. 88
uebo ab eis. Lætus ergo Dauid rex & secu-
rus in hac parte, Dei sui iustitiā prędicat. Et
sequitur, Labia mea aperies, & os meū annū C
ciabit laudē tuā. Sic labia eius aperit, dū clau
sa fuerint sine cā peccati: liberati.n. os patet,
peccatoris aūt clausum est os: pudore.n. &
metu correptus loqui non audet, absolutus
aūt, & liberatus tripudians prædicat laudem
iudicis. Nam & Apostolus sicut ipse testatur,
p̄p̄ quod ab omnibus liber esset. Os nostrū, 2. Cor.
ait, patet ad vos ò Corinthij. Et adiecit, Qm̄
si uoluisses, sacrificiū dedissem utiq;. Hoc de
cōperto loquitur, sciens sanctū Samuel dixis
se ad Saul regē, qui cum pctm̄ suum nō dolo
re mentis, neq; lachrymarū miseratione, sed
sacrificij oblatione obliterari putaret, Non
vult, inquit, Deus sacrificium magis q̄ audi-
ri uocem suam, quia hmōi sacrificia damnū 1. Re 15
possunt facere, non tn̄ Deū placare. Deus.n.
sic placatur, si anima peccati sui memor in
tribulatione, & mœrore cordis, defleat q̄
peccauit. Et seq̄tur, Holocaustis non delecta
beris. Nec delectatur holocaustis Deus, sed
in hmōi causis: Ipse.n. animus pro se satisfa-
cere debet, nō se de foris redimere. Nam ista
adiutoriū præstare possunt. Animus.n. sicut
oblectatus est in peccatis, sic tribulari dēt in
pœnitentia, & tunc delectabit Deum delere
eius peccata. Vn̄ subiecit, Sacrificiū Deo, spi
ritus contribulatus: cor contritū & humilia-
tū, Deus nō spernit. On̄dit quale sacrificium
pro peccatis Deus suscipit: quia non poterit D
Deū placare, nisi qui lætatus est circa salutē,
& cōtribulatus fuerit corde, & sic reparetur
ad uitā. Deniq; omnis inquietus, uel indisci-
plinatus frequenter incurrit, ut mēbra cor-
poris lædat, quæ vtiq; non sine dolore pos-
sunt sanitatis recipere medicinā: sic & pec-
catores non possunt peccata sua redimere,
nisi dolorem senserit animus qui peccauerit.
Hoc.n. iustum est, ut quia contra rōnem ga-
uisus est, s̄m rationem patiatur merorem. Et
sequitur, Benigne fac domine in bona uo-

luntate

luntate tua Sion. Sion dicens, Ecclesiam si-
gnificat, ut perseueratio nostra nō improba-
bilis uideatur, cui ut impleat deus promis-
sum suum, suggerit, sciēs se tunc plenam re-
missionē accepturam, cum quod decreuerit
deus in Christo impleuerit. i. ut ab oī pecca-
to liberētur sperantes in salute promissa, q̃a
nō solum à proprijs, sed ab Adæ peccato qđ
E per traducem in oēs peruenit, liberabuntur
per Christū. Et adiecit, Et ędificabuntur mu
ri Hierusalē. Nunquid destructi fuerant? Sed
muros Hierusalē dicēs, Ecclesiam significat:
quę per fidem in Christo disposita erat con-
struenda. Cuius muri esse sancti hoīes intel-
liguntur: docēte nos Apoc. Ioānis Apostoli,
quia & Hierusalē ciuitas & muri eius serui
dei sunt intelligendi. Sciens ēt per Christum
rex Dauid promissum, quod futurū erat im-
plendum ad liberationē seruorum dei, orat
ut impleatur. i. vt per fidem ædificetur eccle
sia, & liberentur sperantes de hac fide salu-
tā. Et sequitur, Tunc acceptabis sacrificiū iu-
stitiæ, oblationes & holocausta. Hoc dicit,
quia oblationes & holocausta, tunc accepta
sibi haberet cum esset ecclesia ædificata &
non passim aut ſm oēm consuetudinē, sed
sacrificium, inquit, iustitiæ acceptabis. Iustū
est sacrificium, cum condignum munus of
Rom. 4. fertur. Porrò aūt nihil est tam iustum sacri-
ficium & condignū, nisi ut nosipsos offera-
mus deo. Quia. n. deus spūs est, spiritalia illi
offerenda sunt sacrificia, ut uiuo uiua hostia
offeratur. Quia. n. dixerat, in causa peccati sa
crificiis carnalibus deum minime delectari,
oñdit futurū, quia spiritaliter deo offerendū
F erat ut hoc acceptaret: quia hæc deo digna
sunt sacrificia: hoc est, in præterito minora
fuerunt, quia carnalia, nunc maiora, q̃a spiri
talia. Et adiecit, Tunc imponent super altare
tuum uitulos. Si cessantibus pristinis sacrifi-
ciis, spiritalia successiua sacrificia significa-
uit, q̃d est ut diceret, Tū imponēt super alta-
re tuū uitulos? nisi q̃a per hæc corporalia spi
ritalia significat, quippe cū dixerit, q̃a carna
libus nō delectatur? Vitulos ergo dicēs, po-
pulum nouellū significauit, Christi fide re-
natum, cuius deuotio quotidie super altare
dñi delibatur. Qui. n. de ecclesia intelligitur
locutus, sacrificia quoq; eius spiritalia signi-
ficasse dēt intelligi. Cur filius dei missus sit
& nō alius. Quanq̃ omne quod facit deus, 113
rōnabiliter & prouidēter factū credendū sit,
melius tñ puto, si post fidem etiā causa facti
possit aduerti, ut qđ creditur, nō ignoretur.
Vnde dñs ait, Hæc est aūt uita æterna, ut co *Ioan. 17.*
gnoscant te solum uerum deū & quē misisti
Iesum Christū. Primum. n. credi debet, sicut
a propheta dictū est, deinde sciri qđ credi-
tur: q̃a iam fidelē & in hac re diligentē adiu G
uat spiritussanctus, ut cognoscens intelligat
fidei rōnem: tunc. n. plenum habet gaudium
credulitatis suæ, si qđ credit intelligat. Hoc
est. n. fidei robur, hoc immobile fundamen-
tum credulitatis addiscere sacr̄m. Vbi. n. so-
la fides est, non est tam mera deuotio, & pōt
aditum habere surreptio. Vnde uas electio-
nis ideo laborat, vt credētes fidei suæ rōnem
edificant. Cum. n. cognouerint quātus sit cui
se crediderint, & quæ sit eius potentia, nullo
pacto, nullaq; rōne ab eius spe traduci se pa *Psal. 33.*
tiētur. Vnde dictū legimus, Gustate & uide-
te qm̄ suauis est dñs: ut data opera cogno-
scant diuinitatis eius saporem, intelligentes
nihil sapientius esse q̃ in Christum credere.
Quamobrē ipse magister gentium inter cę-
tera ait, In quo sunt oēs thesauri sapiētiæ & *Col. 2.*
& sciæ dei absconditi. Et iterū, Scio, inquit,
cui credidi, q̃a potens est depositū custodire.
Igitur hic scit fidei suæ rōnem & non dubi- *2. Ti. 1.*
tat de potentia eius, cum intelligit oēs the-
sauros sapiētiæ & sciæ in sacro natiuitatis &
passionis & resurrectiouis Christi esse ab-
sconditos. Manēte ergo fide, diu mecū con-
tuli, ut scirem cur dñs nr̄ de sacris & de cœ-
lestibus sedibus ad terrā incarnatus uenisset,
& non alius ex ijs quos ipse dñs sanctos an-
gelos vocat. Incōgruum. n. vr̄ personæ eius H
hoc opus subiisse, nisi causa facti noscatur.
Deniq; hoc est, quod mouet multos. Num
potuerit dei patris prouisio per alteram per-
sonam hoc negocium gerere, ut & hoībus
in errore cōstitutis oñderet ueritatē, & dia-
bolum præsumptorē & salutis inuidū cum
satellitibus eius comprimeret & expoliaret
deuictum. Quia peruicacia & irreuerentia
nequissimorum seruorum, ministris famu-
lis fuerat cōpescenda, ut non dñs oīum rem
sibi indignam experiretur. Neq;. n. tanta uis
& potētia est satanæ, ut per potestatem eius
conditionis superari minime potuisset cum

constet Dei auxilio ipsum ab hoībus uinci. Nam q̃uis impar sit si ex terrenis sumamus exempla, tñ ex aliqua parte conuenient rationi. Seruum.n.contra Dauid regē rebellantē, Ioab cōseruus eius missus est persequi, & trucidare: & contra Absalon in patrē impiū seruis iniuncta res est, quāto magis ad tyrannidē diaboli vincendam vnius sancti angeli ministerium sufficeret, cum unius de multis suffecerat efficacia; Quippe cum legamus, quia repugnans contra Michaelē Archang. perdurare non potuit, sed subiectus in terrā est. Hoc ergo mecum sæpe reputans, hoc solum sciebā, quia ideo ipse à patre missus est, ne ad iniuriam eius pertineret, si opus per eum factum, per alterum reformaretur: sed hoc scire minimum erat. Non.n. satisfaciebat ad tam magnam & admirabilē causam, nisi & aliud cōprehenderetur qđ proficeret ad arcanū intellectū. Si factū est, vt animaduerterē causam hoc poposcisse vt sic veniret qui uenerit. Ipsum.n.rō tangebat vt ad eum cōprimendum ueniret qui dignitatē eius & meritū vsurpasset. Post deū.n.patrē diabolus deus dici uoluit, qđ & nunc vsq; contēdit, cum utiq; non illum res cōtingeret, sed esset hoc filij dei qui post patrē deū secundus est, non natura, sed ordine. Ad hāc ergo causam agendam nō aliū oportuit venire, nisi Christum dñm nostrum: quia non tñ ad comprimendum diabolū venit, sed & manifestare seipsum omni creaturæ: vt reprobata persona diaboli, hūc esse cognosceret, cuius principatum & maiestatē præsumpserat satanas: de cætero cognita veritate relinquerent er-

K rorē, pro certo habētes Christū esse dei filiū, qui solus deus de deo sit, & caput siue principium eorum oīum, siue quæ in cęlo sunt, siue quæ in terra, quia uirtute & potētia qua superauit tyrannum satanam, manifestatus est ipse esse, cuius imperium præsumpserat

Esa. 14. impius diabolus qui est satanas. Dum.n.uoluit iniq; deus dici vt dñaretur potentijs spiritalibus, unde increpatur à propheta dicente, Tu.n.dixisti in corde tuo, Ponā sedē meā in nubibus, & ero similis altissimo: multos decepit, quorū cōspiratione princeps erroris est factus. Qui in psalmo commonentur, ut reijcientes mendaciū, suscipiant ueritatem. Dicitur.n.eis, Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ ęternales, & introibit rex gloriæ. Nisi.n.tollatur error de mentibus incredulorum, nō poterunt suscipere fidē unius dei in Christo. Hoc.n.edocētur ut sublatis portis per quas itur ad mortem, ꝑm perfidiam à diabolo cęptam, suscipiant fidei sacra per quæ itur ad uitam. Ista sunt.n.quæ significat in æternalibus portis, quia ueritas fidei æternitas est: perfidia autē tpalis est, q̃a mendaciū adinuētio diaboli est. Diabolus.n. cœptam præuaricationē in cęlis, seminauit in terris, multorū deorum suadēs culturam, inter quos principatum haberet. Caput.n.& L

principiū uoluit esse cæterorū, qđ nō ei debebatur, sed saluatori. Vnde persequitur eū usq; ad terrā, ut cōprimens eum oñdat erroris eius præuaricationē manifestata in se ueritate. Vnde dictum est, Veritas de terra orta *Psal. 84.*

est. Proiectus.n.de cœlis, confugit ad terras, ut meditatā diuinitatē in supernis, expleret in inferioribus. Vnde dicit Apost. Ita ut in *2. Th. 2.*

tēplo dei sedeat oñdens sese quasi sit Deus. Quoquo.n.modo desiderium suum implere vult & damnari: furore.n.plenus minus putat damnari esse q̃ non explere auiditatē erroris. Aduersus Paganos qūo temere au-

114 deant aduersus nos congredi, aut fidē nostrā impugnare, & suā commendare. Qua rōne Pagani aduersus non audeant congredi, aut fidē nostram impugnare, se aūt putēt absolutos esse non uideo. Quippe cum nulla habeant assertionum suarū documēta superstitionis suæ magis dicā q̃ religionis. Nam quę cauta non habēt proferunt, ut ipsi potius nouarum rerū authores & defensores habeanť. Primo.n.in loco deos se asserūt colere: quorum nulla insignia, nulla dant testimonia. Il M

los enim deos appellant, qui se ausi non sunt *al. hoc nomine.* *deos nūcupare, ut hoīes authores deorum habeantur, cum deus author debeat esse hominibus: ac per hoc uana & inanis assertio est, quicquid.n.sine deo est, stabile esse non potest. Manifesta.n.esse quę dico probant libri eorum, in quibus nihil diuinū, nihil deo iubente legitur constitutum, sed singulos viros ꝑꝑ quasdam causas diuersa asserūt instituisse numinū sacrificia, & ij qui nullius meriti uñr, ea ipsa quæ statuerant digne statuisse probarentur. Quando ergo quos deos appellant, nihil horū madasse legūtur, qua au-

thoritate

thoritate hi faciūt, aut acceptum ſibi putāt, qđ non probant mandatum, cum ſi ēt mandatum probaretur, examinādum prius fuerat, ſi dignum eſſet aut debitum his obedire, quorū nulla ſigna, aut prodigia aut cōmendationes diuinitatis in rebus geſtis exiſterēt? Sed ſolent ab his excluſi ad elemēta confugere, dicētes hæc ſe colere quorū gubernaculis regitur uita humana. A quib. vt ſupra requirimus, ſi mādatū eſt, aut iuſſum à deo, quē ēt ipſi magnū & ſummum fatenť & negligunt. Si.n.fieri debet, ab illo mādari opor
A tuit qui author eorum dř. Si aūt ab illo non eſt mādatum, præſumptio eſt, & ad pœnam proficiet, nō ad præmium, quia ad contumeliam pertinet cōditoris, ut contēpto dño colantur ſerui, & ſpreto imperatore adorentur comites. Qūo iſtud impunitum erit quod ēt in hac vita uindicari, & quidē acerbius, uideamus? Sed ſi forte ab ipſis elemētis dicant mandatum, oñdant alicubi præceptū, legant aliqñ aliquid illa locuta. Quod ſi nō oñdunt qua pœna digni ſunt, qui authores præſumptæ & cōfictæ religionis deteguntur? Libera ſunt ex hac impietate elemēta. Ipſa.n.luminaria mundi accuſabunt illos apud iudicem deum, quia in hac cōſilij uanitate minime ſe authores oñdunt. Similiter & illos quos conſtat hoīes fuiſſe, deos nūcupant, cum cœperint pro peccatis ſuis cruciari, in hac parte minime ſe reos defendent, in hos crimē hoc retorquētes, quib. cum hoc nō mandaſſent, ut deos illos colere cœperint. Igitur quo pudore fidē noſtram reprehendant aut irridendam putant, quorum legē uirtutum teſtimonijs fultam, necnon & ipſius dñi ac dei no-
Esa. 44. ſtri relegunt uocē dicentis, Ego ſum deus, & nō eſt alius præter me. Qđ ſi nudis uerbis di
B ceret, non erat ei credendū, ne ſimiles Paganis videremur qui nulla deorū ſuorū ſigna maieſtatis uidētes, colere eos cœperūt, & qđ peius eſt, inhoneſta. Turpia.n.illic aguntur, quæ pudoris eſt reuelare, & prudentes ſe appellant. Porrò aūt deus nř teſte uirtute coli ſe mādauit, & ut nihil ſuſpitionis relinqueret, legē ipſam honeſtā & ſanctam ut & deo dignū eſt tradidit. Nos uero qui ſtulti à paganis dicimur, deo noſtro non crediſſemus niſi nobis ſatisfeciſſet ēt teſtimonijs uirtutū: nec legē eius ſuſcepiſſemus, ſi non illā purā & ipſa profeſsione dignam cognouiſſemus. Hinc eſt unde nihil apud nos in tenebris vel occulte geriť. Omne.n.qđ honeſtum ſcitur, publicani nō timetur. Illud aūt qđ turpe eſt & inhoneſtum, prohibēte pudore nō poteſt publicari. Quamobrem pagani myſteria ſua in tenebris celebrant, uel in eo pudētes. Erubeſcunt.n.palàm illudi: piacula.n.q̄ illic uice legis aguntur, nolunt manifeſtare, ne qui prudētes ſe dñt, hebetes his uideantur quos ſtultos iudicant. Sed ne forte hinc illis ſtulti videamur, q̱a lex noſtra caſtitatē, miſericordiam, pietatē, continentiā, prædicat: apud illos.n.hæc ſtulta ſunt, q̱a oīs bonus malo ma-
lus eſt, & prudens ſtulto inſenſatus eſt. Nam C
intantum caſtitatē execrantur vt ēt cinædis delectentur, magiſterio eorum ſubiecti, qui niſi tales fuerint, idonei nō erūt ipſi, ſi dicendū eſt, religioni. Propterea.n.abſcindūtur & habitū immutant, ut de uiris quaſi fœminæ fiant, & citra naturā ſubiecti muliebria patiantur, & tūc demū apti & digni ſint miniſtri ſuperſtitionis illorū. Nunquid accuſari pōt hmōi quem lex facit talē? Ideo.n.amiſſo uiri & actu & habitu in mulierē trāsformantur, ut muliebria libenter patiantur. Quæ ergo putanť eſſe myſteria, ubi de honeſto inhoneſtū fit, & de incorrupto corruptū, cum hic ſit vere cultus religionis, qui de turpibus honeſtos facit, de indiſciplinatis modeſtos? Qūo cultores eius æmuli pñt eſſe bonę vitæ, qñ myſteria legis eorū ſine cinædis celebrari non pñt? Si ergo lex eorū his delectatur, peccator erit & ſtultus quiſquis non fuerit talis. Ideoq; ſtultos nos appellant. Colētes.n.hæc turpia, prudentes ab his iudicātur, euitantes
aūt & fugiētes, ſtulti. Quod quidē callide & D
aſtute ab ipſis vř aptatū. Idcirco.n.legi ſuæ applicant nomen prudētiæ, ut contegant reprehenſibilia eius, q̱a vbi prudētia, reprehenſio nulla eſt. Noſtram aūt legē ſtultam dñt, ut prohibeant ab ea. Sed ſublatis noībus prudētiæ & ſtultitiæ, & ſubmota oī inuidia, quā parit defenſio ambarum partium, ipſæ leges inter ſe cōfligant, ut appareat ubi ſit prudentia & vbi ſtultitia. Sed præſente ſigno crucis, obmuteſcit Paganitas. Et ſi adeſt, quam uocant ſtultam, prudētia illa, ſacra illorum reſpondere non audent. Reprimuntur.n.extra illorum, reſpondere non audent, & occul-

tantur

rantur ob reuerentiam Christianæ maiestatis. Magna res est ut illa quam vocant prudentiam, metuat illam quam appellant stultitiam. Conferamus nunc tenorē legum. Pagani deos deasq; colere se ēt literis profitentur, & uerū est qđ dicunt, quia & masculos colūt & fœminas. Ianus.n. & Saturnus, Iouis & Mercurius, & Apollo & cæteri, Itē & Minerua & Isis, & Fruxilla & Venus & Flora meretrix cū cæteris, dij deæq; sunt sicut historiæ tā Græcorum q̃ Romanorū testātur. Christiani aūt, utpote pauperes quos stultos vocant, vnū deum colūt in mysterio, ex quo sunt oīa, nec aliquid qđ ab eo conditū est venerant. Ipsum.n. solū sufficere sibi & abundare sciunt ad salutē, nō ignorātes, q̃a si gloriam & nomē eius aliis deputauerint, offendant eum, q̃a nullus imperator permittit ut eum noīe eius tribuni & comites adorētur. Conferātur nunc leges vt uideatur, utra sit prudētia, quæ creatorē colit an quæ creaturam: quæ dn̄m an quæ seruos? Potest fieri in aliqua domo ut præter vnū alius dn̄s appelletur, ut paganì literis forēsibus instituti qui sibi prudētes vn̄r, in uno mūdo ab uno deo condito multos deos deasq; venerātur. Procuratores.n. & authores mundi deos & dei noīe nuncupant, cum improuidi deneganť: Illud autē asserere quod perniciē pariat, improuidi est & stulti. Q̄m necesse est deū iniuriam suam uindicare in eos qui cōseruis suis deum & dei nomen & gloriā impertierunt. Dehinc considerentur præcepta. Lex nostra quos stultos vocant, antistites & ministros, idoneos, sine crimine, sanctos & irreprehensibiles præcipit ordinari. Ecōtra aūt paganorum traditio antistites & ministros idoneos sibi esse nō posse, nisi ex viris transfigurētur in fœminas, ut licēter & publice muliebria patiātur, & discussis in aqua inhoneste crinibus, mollē quassatamq; uocē & turpē emittant. Qđ si publice facerēt, ab omni populo lapidarētur, & Cynocephalus ille, qui mutabundus per oīa se circūferri loca quærens mēbra adulteri Osiris uiri Isidis. Ecce q̃bus ministris siue magistris pagani prudētiæ sibi nomē asciscant, cum nō solum nō prudētiæ sit, sed ēt criminis. Obscœna.n. & probrosa diligere funestum est. Illud aūt quale est qđ in spelæo velatis oculis illuduntur? Ne.n. horreant turpiter dehonestari se, oculis illic velantur: alij aūt sicut ales alas percutiunt, vocē coracis imitātes, alij vero leonū more fremunt: alij aūt ligatis manibus, intestinis pullinis proijciuntur super foueas aqua plenas, accedēte quodā cū gladio, & irrumpēte intestina supradicta, qui se liberatorē appellet: sunt & cętera inhonestiores. Ecce quātis modis turpiter illuduntur q̃ se sapiētes appellāt. Sed quia hæc in tenebris patiunť, putant posse nesciri. Ista.n. oīa quę à malis turpibus inuēta sunt in occulto, sancta fides Christiana prodit & detexit. Prædicata.n. fide, considerātes qui audiebāt quid boni & sanctitatis publice promitterer, contulerū: se ad fidem, occulta illa inhonesta & turpia relinquētes, & qūo per ignorātiam illusi sint confitētes. Tunc.n. iam pridem oēs prope in hoc vertebātur errore, & idcirco sibi prudentes videbantur, quia qui reprehēderet nō erat. Nam quāquam oēs errarent sub uno fallacis noīe idololatriæ, vnusquisq; tn̄ iuxta mores suos ordinauit & conuersationē & culturam, ut unus error diuersitatē haberet ex turpitudine & cōuersatione aut horum. Deniq; sacra quæ sacra liberi vocāt, inhonesta & uanissima sunt, & plena furoris. Difficile.n. impurus nō iracūdus est. Deniq; ubiq; cū Priapo depictus inuenitur, cū quo inhoneste uiuebat. Hoc modo sunt & cætera sacra eorū, sed ut posteri his inuētionibus caperētur, subtilitate & astutia factū est satanæ, q̃q̃ non sine illius cōsilio ista inuēta sunt. Inuentis tn̄ singulis, aspersit quædā præstigia per quę illiceret hoīes ad errorē. Et sic factū est, ut per traducem antiquitatis commēdaretur fallacia, & excusaretnr turpis inuētio. Per cōsuetudinē.n. cœpit non turpe videri, qđ turpe erat. Nam cum dehonestantur aliqui, primo erubescunt, postea blandiente cōsuetudine, recedit pudor mutata frōte, præcipue si multos uideant tales. Nam quæstus turpitudinis tunc est, q̄n ij qui nobiles dn̄r, dehonestari vn̄r: facile.n. imitatores inuenit honestata nobilitas. Si ergo iam porro pridē p̄p hoc prudētes sibi uidebantur, quia cui fœda inuentio hæc displiceret non erat: nunc quia dei misericordia illustratū est genus humanū, & declaratum crimē esse quod pro lege credebatur, stultum autē quod putabatur prudentia

dentia

dentia inuētum, uel ab hac appellatione cessare deberent, permanere nolentes in detecto crimine cognoscentes nomen sapientiæ a se alienum esse. Sed ut addant ad cumulū cōfessionis suæ stultitiā, in stultitia deprehēsi uocant fatuos a quibus conuincuntur. Sed fidem nostram & posteritatem accusant, in preceptis aūt non negant nihil posse reprehendi. Qui fidē nostrā accusant, non magis ꝯ nos, q̄ contra authorem nostrū suscipiūt. Nos.n. stultos, q quasi rei fatuæ fidem dederimus, illū aūt mendacem & circumuentorē, necnon & malitiosum pronūciāt, qui fidem I traderet per quā deciperemur. Credentes ergo prius nō nos stulte credidisse probemus, deinde cām authoris, cū in errore degerem⁹ in quo nunc manent pagani: si nullis virtutum signis attracti, si nudis verbis quæ sacra vocant, perciperemus, prodesse putantes, nō quod diuinitas commendauerat, sed quod * vetus cōsuetudo tradiderat. In qua, qđ non latet, diuersis illusi vanitatibus, nullā spē salutis cognouimus. Quid.n. poterat prodesse res ab hominibus inuēta? Vt āt ad fidē dei accederemus, & filiū eius incarnatū & crucifixum crederemus, non uerbis suasum est nobis, sed rebus. Vidimus.n. mortuos suscitatos, leprosos mūdatos, cæco nato oculos restitutos, dæmonia eiecta, & simul oēs infirmitates curatas. Nūc qn̄ stulti fuisse iudicemur, cū nudis verbis credidimus, aut cum rebus? Sine dubio.n. res ante verba sunt. Quippe cū ad res significādas inuēta sint. Si ergo traditioni humanæ, nulla suadēte uirtute, q̄ ad illudendas mentes hominū inuēta est, fidē dedimus, quāto magis huic quā diuinam & deificā omnia signa quæ Deū inuocant, K cōtestantur? Nōne digne stulti iudicaremur si uirtutibus non crederemus, qui sermonib. credideramus? Nonne rōnabiliter improuidi & inconsulti uocaremur, si aduocantem spē nō sequeremur, qui desperationi fueramus obnoxij? Si aūt econtra, stultū est quod creditur. Non.n. rōni subsistit, deū habere filiū, neq; emortua & dissoluta corpora rursus reparari posse ad uitam probauerint oēs philosophi & sectarū inuētores: et si diuersis disputationibus seinuicē cōfunderēt, nullus ad alterū trāsiens, quia unusquisq; ī quo imbutus fuerat, ꝑmanebat. Per id.n. ꝙ uerba contradictioni obnoxia sunt, nullus alterum superabat. Non.n. erat vn̄ se quisq; uictorem oñderet, sed inuicem contradictioni bus se fatigantes, minime alter alteri persuadebat. Hinc factum est, ut Dei prouidentia, cuius sensus inuestigari non pōt, prædicationi suæ virtutem adiungeret, vt veritas prædicationis uirtutis testimonio probaretur, ut q verbis contradicerent, virtutibus non auderent. Quę.n. maior poterit esse testificatio veritatis, q̄ est operatio virtutis? Si quis āt opera uirtutū deneget, accusans scripturas, qūo poterit stultam fidē nostrā dicere denegans scripturas? Vbi.n. scriptum est de Christo, ꝙ filius Dei credendus est, eodem loco virtus testis inuenitur. Et si cui absurdū vr̄ legenti L. Christum Dei filium crucifixum, reuoluat, & inueniet resurrexisse eum a mortuis & intelligat non ociose eum mortuum esse, neq; inuitum qui potuit resurgere, sed esse mysterium. Quicunq; ergo est ille, aut tacebit de cruce: quia si dixerit stultam crucē, nō poterit stultam dicere resurrectionē, excusat em̄ resurrectio crucem. Aut si locutus fuerit de cruce, non poterit negare prouidentiā esse in ea, quā uidet testimonio resurrectionis firmari. Aut utrunq;.n. accipitur, aut utrunque refellitur, ut qui non defendet, nec audeat accusare. Quare aūt crucifigi se permiserit, cognatis mysterium reseruandū est. Mortē hanc intm̄ commendauit, ut clarificari se ꝑ eā testatus sit. Nā & ait, Ptātem habeo ponēdi animam, & ptātem habeo iterum sumēdi eā. Non ergo coactus est mori, quia potestatem habuit & mori & resurgere. Hanc qui abnuit, non poterit dicere uiolenter illi mortem illatam. Si.n. istam negat, nec mortuum illum poterit asseuerare, quia hoc illic continetur ubi morti traditus legitur. Nemo.n. ex superioribus postrema aut ex postremis superiora condemnat, quia contrarium nō est quod vnius corporis est. De mortuis autem, quòd resurgant, dolo dicunt stultum credere. Vident enim exempla quibus credibile iudicetur. Omnia enim semina usibus necessaria, nisi resoluta fuerint, renasci rursus nō poterunt. Si hoc in mundo hominum causa Deus decreuit, cur illorū ipsorū corporibus si hoc præstaturus credatur, stultum putatur? Nisi qa ipsi stulti sunt, q Deo nō dant

Al. inuēta. | Ioan. 10. | M

quam

quam pōt mundus uirtutem, cum gestarum nunc vsq; appareat vmbra, quia iam tps nō est faciēdarum virtutum. Initio.n.fieri oportuit vt semen fidei per hanc crementum faceret. Tamen & modo dæmonia nominata cruce Christi terrentur, & si impēsius fiat, fugantur. & dij paganorum formidine & metu nominatæ crucis responsa dare non possunt. Si opprobrium est mors Xpi, quare terrori est? Res.n. quę ex crimine venit, non timeri debet, sed contemni. Quis.n.timeat hominem pro crimine suo occisum? At si innocens fuerit, timeri tñ non potest, sed doleri. Itaq; nisi sentirent dæmonia, vel dij Pagano-
[A] rum sacramento esse crucē Christi, nominata ea non terrerētur: & ut expressius dicā, nisi rei essent, non timerent. Hi etenim omnes qui ex parte diaboli sunt, cōsenserūt in mortem Christi. Vñ cuncta dęmonia siue dij gētium, nominata cruce Christi, terrore concutiuntur. Omnis.n.qui in alicuius innocentis morte reus est, cum nomen eius fuerit memoratum, timor apprehendit cor eius. Recordatione.n. habita delicti reum se uidet. Quanto magis dæmonia, vel dij gentium q̃ rei sunt necis domini & saluatoris mundi? Sed Pagani antiquitatis causa uerum se tenere cōtendunt, quia quod anterius est, inquiunt falsum esse non potest. Quasi antiquitas aut vetus consuetudo præiudicet ueritati. Possent.n.homicidæ, aut molles, aut adulteri vel cæteri criminosi per hoc illicita sua defendere, quia antiqua sunt, & ab ipso mūdi initio cœpta: cum hinc magis intelligere deberēt errorem suum, quia quod reprehensibile est & turpe est, male cœptum probatur: qđ aūt honestum & sanctum est, digne colitur. Nec posset turpe & reprehēsibile ante factum, esse honestum & irreprehensibile. Et ad extremum, Paganorum traditio esse ab homine inuenta, negari non potest, quia autem nostra lex à Deo data est, euidens res est. In
[B] monte enim apparuit maiestas Dei ad dandam legem hominibus, vt & hinc fides possit haberi. Primo misit signa multa & prodigia facta in Aegypto, quod hodie quoq; libri testantur a Ptolæmeo reconditi in bibliotheca Alexandrina. Sic ergo legem dignatus est dare, vt nemo ambigeret Deum esse qui tradidit. Palàm.n. & manifeste visa est omnibus maiestas Dei, tanto fulgore & terrore, vt etiam præter eum nemo alius Deus crederetur, & quod iubebat omni obseruatione dignum haberetur. Et ut omnia deificæ rationi conueniant, inspiciatur tradita lex, si quid in ipsa iniustum, si quid inhonestum, si quid ridiculosum, sic oportuit innotescere: non ut in angulo per imposturam appareret quæ claudi non potest, neque in speculo ubi aliud est quàm cernitur operante illecebrosa fallacia, neque ea seruanda celaret, quæ propterea ꝙ inhonesta essent in tenebris gererentur. Cum.n. vnius dei notitia obliterata esset in mundo consuetudine delinquendi, quia mendacium velamen præstiterat ueritati, clemens & misericors Deus, nolēs opus suum perditioni obnoxium fieri, uisitare dignatus est genus humanum. Non sic apparens sicut hi qui falsò dij appellari uoluerūt, [C]
sed sicut est ueritas Dei, ita se manifestauit, ut errorem adimeret, qui falsorum deorum prędicatione mundi sensum corruperat. Deniq; supra sexcenta milia hominum egressa de Aegypto, uidentes & cognoscentes dñm hunc esse supra omnes ex apparētia ineffabilis gloriæ proximare ad eum timuerant, sed longe curuato genu eū adorauerunt. Postea [Exo. 20.]
prosequentibus aliis signis, tam illis quæ fecit in deserto, q̃ quæ fecerat in Aegypto, in omnibus mirabilibus manifestatus est vnus esse Deus. Hæc omnibus propè innotuerunt linguis, hæc uicinis gentibus terrori fuerūt. Quid tale in diis gentium? Cui genti, cui populo gloriam suam ostenderunt? Quæ signa aut uirtutes ad diuinitatis suæ testimoñ fecerūt? Vbi uel qñ locuti probantur? Sed irrationale vulgus, aut apparētes vmbras, aut dæmonia, aut simulachra mortuorum ut Deos colere [D]
cœperunt: quæ res in consuetudinē vetustatis deducta, arbitrantur rationis sibi ueritatē posse defendi: cum ueritatis ratio non ex cōsuetudine, quæ est ex uetustate, sed ex Deo sit, qui nō vetustate Deus probatur, sed æternitate. Quamobrem fides non cœpta res, sed sine initio est. In Deū.n.credere, nostrū incipere est, Nā quod creditur, ęternū est. Qūo ergo anteriores se putant Pagani, qñ quod colunt, post Deum est? Nunquid non opus post opificem est? Pagani colunt opera, nos opificem. Illi creaturam, nos creatorem.

Certe

Certe deus fecit mundum, & à se facto noti tiam suam non ostendit? Aut fecit hoīem, & noluit se ab eo coli quē fecit? Sed absurdum est. Factus ergo homo cœpit uenerari suum conditorem, quia dignum est, & causa hoc exegit. Quod cum per desidiam hoīum abo leuisset, reparauit istud deus in Abraham, ut cognitio dei quæ fuerat in Adam, inciperet rursum in Abraham: vt ab eo geniti, sub eius cognitione educarentur, & per traducē non deficeret, neq; deesset qui coleret deū: aduo catis ēt exteræ gentis hoībus ad istam dei co gnitionē. Qui ergo cognouit, sub initio est: qui aūt cognoscitur, supra initium est. Qua igitur rōne Pagani legem suam ante dicunt fuisse q̄ nostram? Si mundus ante deum est, quod absit, sic poterit & Paganitas anteponi Christianitati. Nemo miretur de noīe Chri-
E stianitatis, Est.n. colere vnum deum in mysterio trinitatis. Quòd si nomen Christi putatur ex chrismate, noīs tñ ratio ante chrisma est. Apud maiores.n. nostros, qui in reges vngebantur, Christi uocabantur, haben tes imaginem Christi uenturi: qui natus de Deo patre in regem non immerito Christus appellabatur, quia quod istis chrisma, illi dedit natiuitas, quem quandiu ignorant Pagani, reprobant. Cum aūt cognouerint, diligentius excolunt, gaudentes quia de malo transierunt ad bonum. Qui.n. in re tam friuola & inepta pertinaces fuerunt: quanto fortiores & uehementiores erunt cognita veritate? Qualis ergo Christus noster est, qui cum nascitur, oditur: cum cognoscitur, amatur? Nam omnis malus cum nescitur, amatur: cognitus, oditur. Quanti retro oderunt Christum, qui nunc amant? Quot qui dolent odisse, quod nescierant? Imprudentis.n. est odisse quod nescias, quia probandum est, an odio digna sit res. Deniq; qui hodie aduersantur, in crastino defendent, pœnitentiam agētes, tarde se cognouisse quod verum est. Quòd si odio digna res sic esset, aut aliquid haberet fallaciæ, quotidie ex Christianis fierent Pagani. Porrò autem, quoniam hæc veritas est, quotidie omni hora sine intermissione deserentes Iouem, inter quos sophistæ & nobiles mundi qui eum Deum confessi
F erant, confugiunt ad Christum, cui est honor & gloria in seculorum secula.

De fato, quomodo perniciosissima sit Christianis artis Matheseos obseruatio & cura.

Nihil tā contra Christianos, q̄ si arti Ma- 115
theseos adhibeant curam. Hæc.n. inimica di gnoscitur dei legi. Si.n. nascuntur qui mali sint, & econtra qui boni sint, frustra lex data dr̄, & non solū hæc, sed & iniustus habebit legislator. Qui.n. lege data cogit hoīes contra id qđ nati sunt facere, sciens non posse mutare naturā, ad hoc utiq; legē ur̄ dedisse, vt haberet occasionē, qua crudelitatē suam de nece hoīs satiaret. Vt quid.n. prohibet, qđ scit auerti nō posse? Aut quēadmodum dam nat hoīem, qui non fecit qđ facere non potuit? Si autem iniustum ur̄, vt est, quia istud de deo sentire nefarium est, recte & salutari rōne legē dedit, sciens posse hoīem cōtinere se ab eo quod prohibet lex. Ergo quia iuste legē dedit, non est utiq; iniquus cū vindicat. Itaq; si legi dei fides cōmodanda est, qa iuste G
probatur data, ars Matheseos euitanda & fugienda est. Hanc.n. astutia & subtilitas inuenit diaboli. Quia.n. aperte repugnare nō audet authori, tergiuersatione id agit, ut & deo iniuriā faciat, & hoīem legi inimicum cōstituens, morte mulctet secūda. Qui ergo authoritati cedit, & factū eius retractari nefarium ducit, legi ab illo datæ obtēperat, die noctéq; studiis eius insistēs, nec aliquid aduersum respicit, nō dubitans, quia potēs est homo præcepta eius seruare. Nā hi qui peccare gestiunt, occasiones quęrunt qūo peccata sua à se faciant aliena, ut dum naturæ quasi imputanda peccata sint, immunis esse à pęna uideatur peccator. Hoc propositum horū est, qui desperatione promissæ futuræ uitæ, præsenti desiderant frui uoluptate. At hi qui freti fiducia fidei, spem futurorū expectant, hoc implere contēdunt, qđ in primordio renascibilitatis polliciti sunt, ut abrenunciarent pōpis & uoluptatibus satanæ. Quāta ergo subtilitate usus est satanas, ut prōptiorē hoīem ad peccandum faceret, per quod inuidiæ suæ expleret nequitiā? Dum.n. audit sic se natū esse ut peccet, & deū non ignorat esse iustissimū, credit se impune peccare: qa qui iustus est iudex, non dānat eū qui imperante natura peccauit. Nec quidē eius pecca H
tū dicendū est, qđ alius egit per illū. Sic deceptus

ceptus est hō, peccatis.n.pressus, factus est morti obnoxius. Igitur tollit oē hoīs bonū, qui tollit & malum. Si.n.peccator nō habet pœnā, nec iustus coronā, vt quid laudantur boni & reprehenduntur mali? Si.n.huius naturæ est vt peccare nō possit, quid laudas in illo qđ non est eius? Et ut quid cōdemnas in peccatore delictū, cum scias nō eius esse ꝙ peccat? Quid nisi iniustus erit qui bonū laudat & malum accusat? Si forte dicat̄ ecōtra, Bonam naturam in hoīe laudo, & malā condēno: quia & vinum bonū laudatur, cū per naturā bonum sit, & malū recusatur cum illud æque natura & hoc præstet. Si ita esset, nihil erit reprehensionis causa, ut sic laudaretur iustus, nec corona dignus iudicaretur. Neq; ita accusaret̄ iniustus, vt pœna dignus diceret̄. Porrò aūt & in pręsenti & in futuro iustos remunerari scimus & legimus, & iniustos pęnis subditos cōcremari: qđ iniu-
I stū utiq; videretur, si iste qui naturæ suæ rē gesserat, igne ultore pęnas pateret̄, aut alius qui ęque naturæ suæ rē exequit̄, præmijs afficeretur. Si aūt laudandus est bonus, q̄a qđ naturæ suæ erat fecit, laudari debet & malus q̄a & ipse similiter qđ naturæ suæ erat gessit, vt unusquisq; permanens in eo qđ factus est, laudet̄. Quia si in quo factus est manens vituperabilis hr̄, authorē tangit uituperatio, qui talem nasci fecit qui displiceret. Quòd si iure remunerandus est iustus & condēnandus iniustus, iam nō naturæ rn̄detur, sed uoluntati: q̄a natura libera est, uoluntas aūt in cā est, quę sensibus accessus patitur & recessus: vt iniustus videns coronari iustū, se aūt dānari, sibi imputet, qui cōtra legē sensibus credens, malū fecit cū potuit facere bonum. Nunquid poterit accusari sol, quia vrit: aut aqua, q̄a infrigidat? Aut nunq̄d remuneranda est aqua, q̄a siti affectos hoīes recreat: uel pręmiis afficietur sol, q̄a reficit hoīes calore suo post frigus? Qđ.n.naturæ suæ est faciūt, unde nec damnant̄ nec laudantur. Aliud.n. facere nesciunt. Sed qm̄ ita nō est ut æstimāt stellarū speculatores, rō actuum probat. Nemo.n.inueniri pōt qui bene faciat semper, aut male. Tūc.n.uideretur sic natus ut bene ageret, si irreprehensibilis permaneret: & ita
K digne ęstimaret̄ sic esset malus si in eo duraret ut male faceret semꝑ. At cū & illū quem bonū putas natū, aliquoties videas male agere, & hunc quē malū natum dicis, nonnunq̄ cernas facere bonum, qūo hoc verū probas, vt malus malus sit, & bonus bonus, nisi quia hoc magis certissimū est, quia ubi animum quis dederit, in eo proficit? Nā & causæ sunt quæ generant peccata, ut aut inuidia quis litiget aut inimicus existat. Illa aūt quæ à lege prohibentur non palam neq; manifeste, sed occulte admittunt. Quare? nisi q̄a reuerētur legē. Sin uero ita vt asserūt ad hoc nati essent vt male facerent, non quęrerēt latibula neq; aliquā legi reuerētiam exhiberēt, sed passim ea facerēt quæ cogeret natura. Sed cū uideas procurari peccata, & excogitari vt possint latenter admitti: & loca.n.& personas & t̄pa eligunt, vt mali propositi impleant uoluntatē: Simili modo ēt boni iudicio quodam & bona opera sua discernūt, vt pro t̄pe & causa alicuius bonum suum distribuant. Quod utiq; nō iam naturæ imputandū est, sed quę L
in natura est uoluptati. Si aūt naturale esset, *Iacob. 2.*
cessaret iudiciū. Nā si rem plenius discutiamus, qui nunc iusti sunt, iniustos illos prius fuisse ońdemus, data aūto ꝑa immutati sunt. Ipse etenim Abraham per fidē iūstificatus legit: Ante ergo nō fuit, Quippe cū patre suo duce idola coluisse intelligatur. Et Zachæus utiq; cui post vulgarē uitā testimoniū perhibet dn̄s. Et uas electionis, qui istud ēt fatetur *Luc. 19.*
dicēs, Eramus & nos natura filij iræ sicut & *Eph. 2.*
cęteri, q̄a cedit volūtas pro natura. Ex uoluntate.n.quis iudicatur, nō ex natura. Sine dubio & oēs martyres, & iustificati sunt boni, quia nō fideles nati, sed renati sunt. Et quantos scimus turpis uitæ fuisse & prodigos cultores luxuriæ, qui nunc continētes & sancti sunt? Accedente.n.timore dei, uincuntur uitia quæ prius dominabantur. Quantum aūt possit timor legis, hinc aduertamus. Ante Iuliani edictum, mulieres uiros suos dimittere nequibant. Accepta aūt ptāte, cœperunt facere qđ prius facere nō poterāt. Cęperūt.n. quotidie viros suos licēter dimittere. Vbi latuit fatum tantis t̄pibus? Timore credo legis occultabat se. Illud autē qūo subintrauit qđ tradidit Moyses? Dormientibus credo fatis. Tanta enim tradita sunt illis seruanda, & talia qualia nulla gens habet præcepta. Et ne hoc aliquis ad plagam cœli referendum M

putet

putet, in oẽ prope orbem dispersi mãdata legis suæ custodiunt. Hæc præcepta contra fata sunt. Non.n.forte fuerũt trib.milib.annis & supra a cõstitutione mundi, Postea aũt data, permanent ũsq; ad finẽ. Quod ergo tot milib.annis non fuit, qũo cœpit? Stellarũ.n. cursus a constitutione mundi est. Et quid illud est, ut cũ tanta multitudo Iudæorũ sit ꝑ totũ mundũ nemo immutetur ex his ut fiat gẽtilis, cum uideamus ex Paganis, licet raro, fieri Iudæos? Ecce quantũ pertinet ad ritum Iudæorũ, exclusum est fatũ, quia & extra fatũ esse cœperunt, & in eo permanent. Quid

Gen. 19. vr̃ de Sodoma & Gomorra, quorum qualis fuerit exitus, vindicta obtutibus adiacet? Sic fuit ut oẽs spurcitiæ infamia aspersi, diuino igne consumerentur. In cataclysmo omnes vnius fati fuerant, ut oẽs vna morte & eodẽ

Gen. 7. tpe cuncti perirẽt excepta domo. Noe. Et oĩs

Exo. 14. exercitus Pharaonis uno decreto damnatus dr̃, ut ineptus error Matheseos uindicet, qa demersi sunt in rubro mari cum suo rege. Et

A alia quãta exempla sunt quæ ꝑtermittimus, qa ad satisfactionẽ sufficiunt duo exempla, quãto magis tot mysteria? Nã & cunctę gentes diuersa habẽt instituta. Et qđ alibi licet, hic non licet. Et iterũ. Qđ hic licet, alibi non

Matt. 5. licet. Hic.n.in vrbe Roma & finibus eius, q̃ sacratissima appellatur, licet mulieribus uiros suos dimittere, cũ cautũ sit in lege diuina, vt ne viri quidẽ hac potestate vterentur, excepta fornicationis causa. Ecce in hac re meliores sunt Barbari, ꝙ & hoc seruari posse non impossibile est, quia prius seruatũ docetur. Mutatum est ergo fatum, quia cœpit licere qđ ante ꝓhibitũ erat. Et eunuchos in regno Romano fieri non licet, apud alios licet: quia aũt & hic possent fieri in abscõso licitũ est. Nã fatũ licet occulte probatur. si aũt cessaret timor, publice fieret. Metus ergo prohibet fatũ, vincitur.n.si qđ vult facere nõ facit. Et Persę mulierũ more inaures habẽt, qđ hic inhonestũ & illicitũ est. Quia aũt & hic fieri possit attestãtur antistites matris quę appellatur magna. Et reuera magna fuit, sed meretrix: sed in eo distat, quia isti cinedi sũt, illi viri. Et quid dicemus? In omni orbe terrarum hi soli hoc fato nascuntur, ut abscisi in mulieres transformentur, & toto mundo isti pauculi inueniantur quos constat minis circũueniri, & promissis ꝑmijs ad hũc dolorẽ & dedecus cogi. Si aũt ad hoc nati essent, non cogerentur. Persæ licitũ habent cũ filiabus suis cõuenire, qđ & hic fieri posse oñditur per id qđ a quibusdam factum probatur. Sed quia vindicta interuenit, metu correpti sunt ne facerẽt quod põt fieri, sed non licet. Omne .n. qđ prohibetur, ideo prohibetur, ne quia põt fieri fiat. Si ãt fati esset, nõ posset fieri neq; prohiberetur. Nã si nõ esset fati & prohiberetur, posse fieri qđ fati nõ est significaretur. Et quæ prudentia est prohibere qđ nõ põt fieri? ac si aliq̃s prohibeat, ne quis de vrbe Romana transuolet in Hispaniã, aut ne quis humeris montẽ transferat. Illa aũt quæ possunt fieri cũ non debeant, prohibentur. Mos Maurorũ est vt inaures etiã in naribus habeant fœminæ, Nunquid fati est? Si fati esset, huc translati sic manerent, quia si fatum est, vnusquisq; secũ habet fatum suum. Sed quia nõ est fati, oẽs inde veniẽtes, hic immutãtur, uidẽtes turpe istic uideri qđ illic decorũ putatur. Certe apud oẽs gentes numerus, C
numerus est: terra, terra est: & aqua, aqua est: & aer, aer est: & ignis, ignis est. Nunquid põt alicubi reperiri terra quę nõ arida sit, aut aer qui palpabilis sit, aut aqua quæ nõ fluxa & frigida sit, vel ignis qui frigidus sit? Sic vbiq; Iupiter, Iupiter est: & Saturnus Saturnus est: & Venus, Venus est. Eodem mõ & cætera signa. Ars.n. ista vna rõne tractatur vbiq;. Sed quia apud oẽs gentes instituta manent, non fatorũ rõne, quæ vbiq; vna est sicut tractant, sed hominũ excogitatione, quilibet qui primus habitus est apud suos, quod rõne dignũ visum est, & aptũ decori, statuit quibus pararet. Inde vnaquæq; regio vel gẽs propria habet quæ seruet. Sicut Solõ & Lycurgus multa statuerũt, quę a Græcis legis more seruarẽtur, quæ paulatim deficiente regno eorum obliterata sunt. Nã regibus Iudæorũ mulæ placuerunt ad sessum. Romanorum aũt non mulæ, sed equi. Garamantum aũt, qui supra Tripolim Afrorũ sunt, regibus, tauri placuerũt ad sessum: Persarũ vero reges vehiculis ferũtur. Nã veteres reges Persarũ, nec videbãtur a populis. Et reges Madian camelis delectabantur ad sessum, ita ut & colla eorum aureis exornentur torquibus. Et per Africã asinis magis volũt insidere q̃ equis. Cũ omnia D

nia ubiq; sint, non tñ omnia omnibus gratiosa sunt, quia vnusquisq; eligit qđ magis apud illũ habeat gratiam. Nã & nobipsis diuersa voluntas est, & in uestibus, & in cibis, & in cætero vsu, & in ipsa sententia. Quod ne fati dicant qui multorũ diuersa asserunt fata, hęc res probat, quia frequẽter mutatur in nobis voluntas. Quod.n. diu amauimus, postea displicet: & diligere incipimus quod prius libenter non habuimus, & factą cõsuetudine immutati manemus. Ordinẽ autẽ sic dicunt esse fatorũ, vt sit, quid quibus efficiãt tẽporibus per interualla recurrentia ad pristina, vt puta qđ hodie faciunt, iterũ faciant post tp̃s, Non.n. in vno dñr manere. Nã per disciplinam & consuetudinẽ vincũtur. Mulierib. etem Romanorũ multis tp̃oribus vini vsus incognitus fuit. Disciplina.n. facta cõsuetudine confirmauit sensum suũ, vt retineret qđ prodesse didicerat. Nunquid illis tp̃oribus hæc fata fuerũt, & postea mortua sunt ut cessaret res bene inuenta? Sed non fata hęc, sed disciplina inuenerat. At ubi recessum est a cõsuetudine, perijt disciplina. Et
E
veteres Romanorũ tãtæ cõtinentiæ fuerũt, ut ẽt oblata munera refutarent, bonã famã diuitias arbitrãtes, & virtutem uoluptatibus præponentes, & his fatis successum est, aut obierunt: sed nõ fati fuit, sed disciplinæ q̃ etiã ipsius fati pędagogus est. Qũo.n. põt fati esse quod neq; ante tp̃s habuit, neq; nunc habet? Et quidẽ nescio ut quid tantã inuidiã fato faciant, vt in omnibus gestis ipsum dicant authorẽ, cũ sit & non sit. Vbi.n. disciplina est, nõ est: & vbi cõsuetudo est, non est: & vbi casus est, nõ est: vbi ãt vr̃ esse, timore legis vincitur, & libido.n. metu ꝯpescitur, & quęstus pecuniæ ꝑꝑ Deum promerendum repudiatur. In hac ergo parte negari non põt, quia non põt non esse quod uincitur, & tñ recte põt dici & in eoipso non esse, quia caret authoritate qđ vincitur. Itaq; Dei legẽ qui sequitur, & consuetudinem tenet bonæ uitę, huic cedunt omnia quæ dñr fata. Tantum.n. potest consuetudo vt etiam bestias mitiget, Nã male viuere uolentes, ipsi sibi fata constituunt. Per luxuriam.n. & voluptatem fit intẽperantia & inquietudo, quæ parit incontinẽtiam & iracundiam. Et scientes istud pœna
F
dignum, ut immunes se faciant, pudorẽ passi fatis ascribunt, cum de hac re cogitantibus adiutorium faciũt dęmones: quia & hoc statuunt, ut male cogitãtibus tribuant effectũ: istos fata appellant, nõ intelligentes q̃a sunt hominis inimici. Nã si per sensus non subintrarent peccata ad animã, sed deintus nascerentur, recte oẽ quod delinquitur, fatorũ esse videretur. Cũ aũt videãt, ꝑ visum & auditum & ꝑ reliquos sensus nasci concupiscentiam pc̃torum, adiuuantibus inimicis q̃ suggesserunt faciendũ quod contrariũ est, & no putatur quãdiu fiat. Dulce.n. vr̃ cũ fit, aut antequam fiat: perfectum aũt apparet esse amarum quod fatis imputant. Quia aũt põt vinci hinc aduertimus, Cogitãtibus etenim nobis & de aliqua re solicitis, silent inimici & cõquiescit libido, Non.n. possunt suggerere occupatis nobis. Nunquid aliq̃s ad aliquã rẽ alicui dedito aliud suggerit? Nõ facit, sciens aut se nõ audiri aut aporiari quasi importune suggerentem. Ita & inimici quos constat esse dœmones: ij sunt.n. dij Paganorũ, qui si viderint diuinis rebus nos occupatos, nõ se ingerũt ad contraria suggerenda, sed in insidijs sunt, quęrẽtes occasionẽ qua se ingerãt. G
Munimẽta ergo sunt animorũ, meditatio assidua legis Dei & operatio: q̃a si ociosos nos viderint à rebus diuinis, excitãtur ad solicitãdos nos. Ipsi.n. sunt qui per carnẽ & sãguinẽ seminãt cõcupiscẽtias. Quãuis.n. habeat caro propriũ motũ originis suæ, q̃a non est ociosa carnalis natiuitas, tñ in hac re accedit ad necẽ hominũ adiutoriũ dæmonũ. Diuersa.n. sunt dęmonia, & disparẽ habẽtia uolũtatem. Quædã.n. sunt, quæ cũ perturbãt aĩos, elidũt corpora, Quædã vero admiscentia se sanguini, generãt animis desideria, Alia aũt cordi hominis se copulãtia, suggerũt cũ blãditijs cõtraria. Nõnulla aũt sunt, q̃ sola corpora obligãt infirmitatibus, Sicut & illã filiã Abrahę, quam dominus curauit. Hęc omnia ignorãtes Pagani, fatum appellant: cum diuersæ sint causæ, & ista ab inimicis procurẽtur, ut quacunq; ex causa irritetur homo & subijciatur passionibus. Sed fatum bonum appellant, cum bene temperata sint corpora aut affabilitate cõmendãtur, habẽtia gratiam quandam. Malum autem fatũ esse, si plus caloris habeant, aut humoris: aut si quis non sit aspersus gr̃a, sed magis ad detrimẽta parat', H
quos

Dæmonia diuersa.

Luc. 1

quos infortunatos vocant. Fac uera esse. Vi-
demus.n. hæc ēt in animalib. ut plus habeāt
caloris: sed animalia non sunt rōnalia sicut
hō, ut possint adhibita cura corpus suū tēpe
rare. Iō.n. imperator est corporis animus, ut
gubernet illud retinaculis legis diuinæ. Ea
.n. quæ siue impulsu carnis, siue ab inimico
suggeruntur, non esse ulilia, lex ostendit di-
uina. Quā ideo adiutorio dedit deus, ut di-
ctantem inimicū mala, quasi bona respiciē-
tes legis præcepta, illum intelligamus esse se
ductorē, quia aliud suadet q̄ docet lex. Si er-
go frenatur corpus, ut quia seruet, minus illi
detur & a delitijs retineatur. Sicut.n. corpus
febricitans si accipit escā aut potum, incre-
scit illi calor: ita & hmōi corpora quæ san-
guinis feruore utuntur, vehementius exar-
descent, nisi fuerint gubernata. Igni.n. si de
est esca sopitur. Animi est ducere corpus. Si
aūt dimiserit illud ut eat quò vult præcipita
bit ipsum, sicut equus furiosus negligentem
sessorē Et quia corporis feruor plus exarde-
scit, agentib. inimicis ad deceptionē animæ,
quia non corpus desiderat, sed calore suo ge
I nerat animæ desideria, dei nostri assistentia
imploranda est ad tutelam ut prohibeat eos:
quia non est nobis colluctatio aduersus car-
Ephe. 6. nē & sanguinē, sed aduersus principes & po
testates, quibus amotis, facile erit carnis, &
sanguinis motū cōprimere. Extinguitur.n.
incendium si desit materia per q̄ utar. Illis āt
eueniunt quæ à Mathematicis dn̄r, qui cre-
dunt futurū quod dicunt. Illud.n. agitur sub
tilitate dęmoniorū, ut ea efficiant quæ anti-
stites illorū dixerūt futura, ne falsi detecti cre
dantur. Circa uiuos uero qui respōsioni illo-
rū non cōmodant fidē non preualet effectus
eorū: quia neq; ipsi tm̄ inuenti sunt vt satis-
faciant eis qui illis non credunt: neq; patitur
in principio erat cœlũ & terra: quia cũ non essent, & disponeret deus facere mundũ in principio, hoc est inter cætera quæ ad mũdi fabricã profecerunt, primũ fecit deus cœlũ & terrã, quia principium initiũ est inchoantis aliquid quod sit primũ in ordine. Illud ãt quod dr̃, quia in principio erat.i.uerbũ, ante inchoationẽ creaturæ supernæ & infernæ significat̃ fuisse: ut non utiq; inter hęc q̃ creata sunt prius factũ intelligeretur, q̃a in principio erat cũ deus disponeret facere creaturã. Ergo si in principio erat.i.ante oĩa erat, semper erat. Ideoque & uerbum erat. Vbi? Apud deũ, inquit, ut nõ indigne initio subiectum minime æstimaretur, quod semp̱ erat apud deum. Cõuenit.n.ut quod ante omnia apud deũ erat, nulli subijciatur initio. Vnde adiecit, Et deus erat uerbũ. Nunc ostendit aperte, quia quæ supradicta sunt congruunt uerbo: quia deus est, inquit, uerbũ & de deo aliter non oportet sentiri q̃ ut semper dicat̃ fuisse. Si.n.cœpit esse, creatura est: si creatura est, deus nõ est. Quicquid.n.est, aut deus est aut creatura est: ac per hoc dei nomen non cõpetit creaturæ, sed quia cũ non cœpit esse erat, digne dicitur esse deus apud deum. Aut ideo dicitur semper fuisse, quia nõ ex se, sed ex deo deus est. Quamobrẽ & nomẽ eius dr̃ uerbum dei, sicut fides eiusdem Euangelistæ in reuelatione sua demõstrat. Ait.n.inter cętera, Et nomen eius est uerbũ dei. Vt.n.non ipse ex quo sunt omnia significaretur, sed p̱ quẽ sunt oĩa.i.nõ pater, sed filius, verbũ dei appellatus est. Vt q̃a deus sine uerbo esse nõ põt, hic qui verbũ dei dr̃, semper apud deũ fuisse credatur. Et quia verbũ non est extra eũ cuius uerbum est, hoc uerbum qđ apud deum erat non aliunde, sed deo esse significatum, intelligatur. Et quia de deo est, nõ ab surde deus dr̃. Itaque non duos deos facit deum fuisse apud deum. Si.n.essent duo, diuersi essent natura, nec vnius volũtatis. Si.n. nos homines cũ unius sumus naturæ, diuersæ tñ sumus voluntatis, quanto magis vbi diuersitas non est naturę neq; voluntatis, deus apud deũ dicetur? Deus.n.qui apud deũ erat & est, non ex se hẽt ꝙ deus est: si quo minus nec apud deũ deus esse diceret̃, neq; dei uerbum deus uerbũ appellaret̃: sed q̃a quod de deo est, non aliud significat esse q̃ deus est, verbũ dei deus est nuncupatus, ut quia uerbũ dei dr̃, ad alterũ deũ non refertur. Quod aũt deus uocatur ideo fit, ne ad iniuriam dei proficeret, si quod de deo erat, deus minime diceretur. Igitur & vnitas dei seruata est & debita honorificentia reddita: qñ nõ in propriam gloriã exceptus est hic q̃ de deo deus est, sed in eius de quo deus est. Propterea de uerbo incipit loqui Euangelium prius q̃ loquatur de deo patre, quia q̃ões non de deo fiunt, sed de uerbo dei. Nemo.n.dubitat de deo, sed de deo qui est de deo deus. Oĩs.n.lingua cęlestium & terrestriũ fatetur unũ deũ, sed in sacramento vnius dei turbatur. Trepidat.n.audiens deum dici uerbũ dei: corporalibus.n.modis pulsatur, quia uerbũ hominis hõ dici non põt: cũ utiq; deus natura sit simplex, non membris cõpositus, neq; qui intus habeat & foris, neq; ante & post, aut summũ & imum, sed si põt dici totus per oĩa.i.nusquam uarius uel absimilis, Vna aũt claritas eius est immensa. Nam si ignis non hẽt anteriora & posteriora, aut intus & foris, quanto magis creator eius? Itaq; quia oẽ quod deus est, totũ unũ est, & nõ discrepat cũ quod de deo est dr̃ deus. Ex parte ergo humano exemp'o, & ex parte non humano, dei filius q̃ est uerbum dei, deus est. Ea.n.ratione qua filij hominũ homines sunt, dei filius deus est: sed quia ex commixtione filij hominum homines sunt, nõ hoc exemplo filius dei deus est: quia ex simplici deo simpliciter natus est. Et queadmodum uerbũ nostrum ex nobis est, hoc exẽplo intelligit̃ uerbũ dei esse de deo, Sed q̃a uerbũ nostrũ nõ est hoc quod nos sumus, nõ hac ratione uerbũ deus de deo est, quia uerbum dei res est, non sonus qui deperit. Nec.n.quia cõmunia uocabula nobis & deo sunt, una ratio erit nobis & deo in rerũ effectu. Nam legimus, In principio fecit de⁹ cœlũ & terrã, Qũo fecit? Nunquid sicut nos manu facimus opera? Et in subiectis. Et dixit, inquit, deus, Fiat lux & facta est lux. Cui putamus locutum esse deum? Quia nõ vtiq; homini locutus est, sed ei q̃ possit facere, q̃ etiam hominem facturus erat sicut & fecit. Sed quomodo locutus est? Nunq̃d sicut nos loquimur organo corporali? Absit. Vides ergo qđ vocabula quidem nobis & deo communia sunt, sed discrepant in effectu. Aliter enim

Principiũ quid sit. E *Apoc.19* F G *Gen.1.*

.n. deus facit q̃ faciamus nos, & loqui dr̃, sed non more nostro. Sic & verbũ dei non tale verbũ sicut nostrũ, quia nostrũ postq̃ fit, nõ est, illud aũt manet. Quod aũt tale verbũ est quod audit & loquitur & operatur? Non solum aũt uerbũ dei est, sed & virtus & sapĩa dei, hoc est filius dei: qui quãtũ ad effectũ ꝑtinet, filius dr̃ dei: quantũ aũt ad locutionẽ qua nos alloquit deus ꝑ ipsũ, uerbũ dr̃ dei: quãtũ uero ad sapĩam qua nos deus docet ꝑ ipsũ sacr̃m suũ, sapĩa dr̃ dei: quãtũ ãt ad operationẽ qua ꝑ ipsũ oĩa fecit & facit deus, virtus dr̃ dei. Hoc nulli alij posset cõpetere nisi filio dei. Propterea n. qđ ex deo deus est, oĩa dei hr̃e dr̃, Nascẽdo.n. oĩa cõsecutus est dei. Nec.n. cõueniẽs erat degener dici verbũ dei & uirtutẽ & sapĩam dei, hoc est.n. deus uerbũ, uirtus & sapientia. Christus aũt qa totus de toto est de deo deus, & sapiẽtia dicitur dei & virtus & uerbum, hoc est deũ esse de deo
Ioan. I. & apud deum. Propter quod ait, Hoc erat in principio apud deum. Ad euincendas.n. incredulorum mentes coacta scriptura erupit, vt ostenderet Christum esse deum cũ omni loco ꝑ ꝑ unitatem dei, intelligi vult Xp̃m es
I se deum. Nunc aũt aperta voce dicit eũ esse deũ & semper fuisse apud deũ, sacramẽtum patefaciens dei, Ne deus omnino solitarius putaretur, declarauit non propterea unũ dici deum ut solitarius æstimaretur, sed licet duæ uel tres personæ essent, tñ non præiudicaretur vnitati, quia quod deus est, ad illum ipsum refertur quia unus est, quanuis oĩa dicantur ex deo. Sed aliud est quod proprie extitit de deo, & aliud quod nutu de foris creatum est dei, hoc est aliud est quod de substãtia eius processit, & aliud quod nullo mõ esset nisi uoluntate eius creatum esset, quia ꝙ de substantia dei est, nunquã fuit preter eius substantiam, quod uero creatũ est, tunc cœpit esse substãtia cum creatum est, Ac ꝑ hoc initium non hẽt trinitas sola. Declaratio igitur mysterij merita fidei minorauit, qa quãto occultius est quod creditur, tanto magis propensior credẽtis est merces & minor pęna diffidentis. Declaratio aũt mysterij sicut minora fecit merita credentibus, ita maiores excitauit diffidentibus pœnas. Manifestior .n. lex plus facit reum, Nam suffecerat testimonium Saluatoris quo sibi propriũ patrẽ dixerat deum. Quis.n. credentium dubitaret nihil à patre differre in substãtia filium? Sed K
quia hæreticorum ꝑuersitas infidelitatis cõmentis fidei iura pulsare cœperat aliter accipiendo filium dei q̃ prædicatur, additum est & ad faciẽdam manifestationẽ, hunc ante oĩa apud deum fuisse, & deum esse, ut declararet quod filij veri ratio mystice continebat: per quod diuina clementia humanæ infirmitati prouidisse vr̃, ut aperiret qđ clausum potioris fidei meritis reseruauerat. Vnde adiecit dicens, Oĩa ꝑ ipsum facta sunt, ut si quis ex superioribus in aliquo ambigeret, Ioan. I.
quia angusta est intelligentia hominũ ad diuinas res capiendas, ex his capax fieret cum audit, Oĩa per ipsum facta sunt: ut non utiq; facturã ipsam putaret, quia oĩa per ipsum audit facta a deo: si aũt & ipse esset factura, nõ oĩa per ipsum facta a deo dixisset. Nec.n. ipse ꝑ se fiebat. Quod ut adhuc absolutius traderet, adiecit. Et sine ipso, inquit, factum est nihil: hoc dicens, excludit oẽm controuersiã & argumenta terrena: quanuis non desint q̃, diffidant, tñ quia sine ipso nihil factum oñdit, nullo mõ illum facturã esse suspicari debere edocuit. Qũo.n. dici põt ipse esse factura, cum nihil dicatur deus sine ipso fecisse? L
Si.n. fecit, mentitur scriptura. Sed absit. Fidelis.n. est scriptura: quæ ut errorem amputet, quanta põt vtitur manifestatione ad salutem hominũ redimendã. Deniq; subiecit, Quod factum est in ipso uita est, in ipso. i. in uerbo Ioan. I.
quod factũ est uitã esse significat, Sicut & ipse dñs ait, Sicut hẽt pater vitam in semetipso ita dedit & filio vitam habere in semetipso. Non quia verbũ sine uita erat, & postea aut data aut facta est in illo uita, sed ipsum verbũ vitã vult intelligi esse. Si de patre deo põt dici ꝙ aliud ipse, & aliud in se habet, ita etiã de filio eius, Quia sicut habet pater uitam in semetipso, ita dedit filio uitã habere in semetipso. Humana.n. eloquia non sunt idonea ad res explicandas diuinas, Ideo uitiosum videtur quod dicitur, vt cũ factura non sit dei filius, in ipso dicat factum quod est. Et si dixisset, quod genitũ est in ipso ẽt sic uitiosum videbatur. Sed ut substantiam generationis eius oñderet, opus ĩ ea factũ quali vti potuit sermone, ꝑ ꝙ existeret demonstrauit, q̃a generatio eius in uitam in se habet. Nos n. ui- M

uimus quidē,sed nō possumus alijs dare uitā: quippe cū nec in potestate nostra sit eadē vita. Ille aūt ideo dr̄ vitam in se habere,quia pōt uiuificare & creare quę vult ut sint & uiuant. Ad hoc.n.natus dr̄,ut omnia posit facere quę facit pater,quia sic hēt uitā in se sicut habet & pater. Hoc.n.est,oīa per ipsum & in ipso fecisse, sic eum genuisse, ut haberet in se uitam per q̄ omnia posit facere:nō quia ipse aliud est q̄ vita,sed dum hoc potest uita eius ut & uiuat,& alia posit creare quę uiuant,uitam dr̄ habere in semetipso. Nos
Col.1. .n.viuimus,sed nō habemus sic in nobis uitam ipsam,ut ēt alijs demus uitam. Quē sensum & Apostolus Paulus memorat inter cætera dicens,Qui est imago inuisibilis dei primogenitus ante oēm creaturam, qm̄ in ipso condita sunt oīa in cęlis & in terra,visibilia, & inuisibilia,siue sedes,siue dominationes, siue principatus, siue potestates, oīa per ipsum,& in ipso creata sunt. Conueniunt aūt Euangelia in hoc duorū Apostolorū Ioannis & Pauli,eadē.n.dicunt:quia filius dei ante oēm creaturam genitus est ut crearet po-
A tētias spiritales, & mundū & quæ in eo sunt visibilia. Quod.n.dixit Ioannes. Quia qđ factum est,in ipso uita est, hoc idē significauit & Paulus dicens, Quia in ipso condita sunt oīa in cœlis & in terra. Et in subiectis, Oīa per ipsum & in ipso creata sunt. Per ipsum creauit, quia in substātia idem deus est, hoc est pater in filio in ipso verbo,qm̄ sic generauit filium ut haberet potētiā faciendi oīa uisibilia & inuisibilia. Hoc fuit fecisse in illo uitam, vt & uiueret, & uitam alijs præstaret viuendi,intelligendi, agendi:& cæteris animantibus s̄m quod uoluit quasi imago dei. Dum.n.imago dr̄ dei, ad vtrunque refertur, quia & per expressam natiuitatem plenā hēt in se similitudinē patris, & pōt quicquid potest & pater, & uerum sit patrem uideri in filio,qui est imago inuisibilis dei. Nunquid quia patrē inuisibilem dixit, filium uisibilē fecit, cū hoc utiq; sit filius per naturā quod & pater? Et cū creatura cœlestis sit inuisibilis,quanto magis creator eius? Sed hoc significauit qđ in cœlis est,non quod in terra,qa quanuis filius inuisibilis sit,illic tn̄.i.in cœle-
Ioan.17. stibus uidetur ab Apostolis uel cæteris talib.
Matt.5. de quibus dixit. Pater uolo ut ubi ego sum isti sint mecū,& uideant claritatē meam. Et B
alibi, Beati,inquit,mundo corde,qm̄ & ipsi deū uidebunt. Hoc est patrē in filio,deum in imagine,quod est deū in deo. Sicut corporalis rei corpus imago est, ita & dei deus imago est, qa exēplum est pater,filius uero exēplum de exēplo,quod cōmunicat spiritui sācto,quia de meo,inquit,accipiet. Ideoq; in
filio vr̄ deus quasi sua imagine. Sicut.n.ne- Ioan.16.
mo dignus inuētus est aperire l brū,& signa- Apoc.5.
cula eius nisi verbū dei:ita & deū patrem nemo uidere dignus est,neq; natura,neq; meritis,nisi uerus filius. Nihil etenim medium est quod obstet inter patrem & filiū,ipso nobis teste qui ait,Neq;.n.patrē uidit quisquā,
nisi qui est a deo, hic uidit deū. Sed si in filio Ioan.6.
vr̄ pater, quare nemo dignus dr̄ uidere deū, cū uideatur in filio, quia nihil differt a patre filius? Nihil planè differt in substantia,qa uerus filius est, Differt aūt in causalitatis gradu quia oīs potētia a patre in filio est,& in substantia minor nō est filius:authoritate tn̄ maior est pater ipso dn̄o testante & dicēte, Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia vado ad
patrē quia pater maior me est. Quē ēt modū Ioan.14.
custodiens Apostolus Paulus, Vnus,inquit, C
deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & Rom.11.
unus dn̄s Iesus, per quem omnia & nos per ipsū: Vt primus gradus sit, ex quo sunt oīa, secundus, per quem omnia: tertius, in quo omnia. Et quia nullus ex his degener est, in vnitate dei significati sunt, dicente Apostolo, Qm̄ ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia,ipsi gloria in secula seculorū. Vtrum Adam spm̄ sanctum habuerit. Cōperi quos-
dam ex fratrib. nostris, non plene discussisse 123
scripturas, sed simplicitate animi asseuerare quod Adam factus sanctum accepit spiritū quē peccans amisit, sicut nunc datur credendentibus,Hac ducti rōne, qua solet asseuerari a plurimis,quia per fidē instauratus est hō ita ut ad pristinū redditus statum,hoc oē acciperet quod inter initia Adā fuerat cōsecutus,Et quia perfectus hō factus dicebatur, q̄ si non habuit,inquiunt spiritum sanctum,imperfectus fuit, Ego aūt non solum hominē, sed & cuncta quæ fecit deus,quæ non pn̄t dici accepisse spiritumsanctum,dico perfecta. Oīa.n.genera animaliū in suo perfecta sunt ut impleant id ad qđ sunt facta,ita & homo

in

in suo gñe perfectus est vt potens sit discer-
D nere mala à bonis, praua a rectis. Est.n.ani-
mal intelligibile, perfectũ ad id ad quod fa-
ctũ est. Capax est.n.dicendi, excogitandi &
faciendi, ut quę virtute non põt, impleat sen
su. Et qũo ausi sunt dicere, hominẽ perfectũ
nasci debere, & totũ scire, quẽ uident nihil,
vltra nosse q̃ hic discat? Quod.n.discit, ne-
scit. Deniq; qm̃ qui hic non discit qualis sit
nescit. Qui se ergo nescit qualis sit, qũo oĩa
nouit, cũ minus sit se nosse q̃ cætera? Sed qa
de cæteris discit, de se aũt non discit, de alijs
nouit, de se nescit, neq; qualis sit, neq; an an
te corpus, an post corpus sit. Nã si sic perfe-
ctus factus esset vt nullius egeret, nõ fuerat
hõ, sed deus, neq; circumuentus præuaricas-
set, Spiritũ aũt sanctũ habere ultra naturã &
perfectionẽ hominis est, ut possit q̃ dei sunt.
Nunquid nã quia asina locuta est ad Balaã,
ultra perfectionẽ eius est? Accepit.n.ut pos-
set quod naturæ suæ non erat, sed nostræ. Ita
que quia præstantior est hõ cęteris animali-
bus, idcirco illa imperfecta dicẽda sunt? Aut
quia sancti angeli nõ sunt quod est deus, im-
perfecti sunt? Vel quia luminaria & stellæ
imperfectiores sunt supernis angelis, uel qa
E nubila uelamine suo obscurant solẽ & lunã
minus perfecta sunt? Et qa membra inuicẽ
egent, nõ.n.possunt pedes quod possunt ma
nus, imperfecta dicentur? Absit. Oĩa.n.pro
locis & gradib. suis firma & perfecta sunt, ut
impleãt id ad quod facta sunt. Igitur omnia
perfecta sunt, quia & creator eorum perfe-
ctus est, sed ad comparationẽ eius imperfe-
cta sunt. Deus.n.per oĩa perfectus est, quasi
fons & origo omniũ. Nam quæ facta sunt,
perfecta quidẽ sunt, sed ad id ad quod facta
sunt, ut in alia parte non sint perfecta, quia
alter alterius eget: & in eis quæ non egent,
perfecta sunt in quo non egent, ideoq; per-
fecta & imperfecta sunt oĩa. Manus indigẽt
pedibus, quia nisi ambulauerint pedes ocio-
sæ erunt manus. Iterum pedes indigent ma-
nibus, calceare.n.se nõ possunt, neq; curare.
Cũ ergo corpus perfectũ sit mẽbris, volare
tñ non põt, neq; ferre tñ quantũ põt burdo.
Cumq; hi perfecti sint, gubernare tñ se ne-
sciunt, nec adhibere sibi possunt medicinã.
Psal. 51. Vñ dictũ est, Nolite fieri sicut equus & mu-
lus in quibus nõ est intellectus. Et aqua & i-
gnis cũ repugnant inuicẽ, suo gñe perfecta
sunt: Implent.n.id ad quod facta sunt. Coqt
.n.ignis & consumit, purgat & calefacit. A- F
qua uero abluit & refrigerat, sitiẽtes recreat.
Itaq; cũ oĩa in suo genere perfecta sint, sine
homine tñ nihil possunt, neq; hõ quãuis ꝑ-
fectior sit, sine his. Hinc Apostolus imperfe-
ctos & perfectos nos dicit. Ad cõparationẽ
.n.infideliũ nos perfecti sumus, quia deũ co
gnoscimus: Sed quia quæ promissa sunt mi-
nus scimus q̃ debemus, quia in hac uita nõ
tñ possumus cõpræhendere quantũ est qd̃
creditur, imperfecti sumus. Igitur qm̃ putãt
perfectionẽ Adæ instaurari credentib. uidea
mus si hæc instauratio nihil vltra doni ha-
beat diuini q̃ fuerat consecutus Adã. Factus
.n. Adã positus est in paradiso, ut operaretur
ibi & custodiret eum: hoc est ut coleret ter-
rã & custodiret pceptũ dei, per quę sciret sic
se dñiũ cunctorũ accepisse, ut ipse tñ sub le-
ge uiueret creatoris, ne dñatio extolleret eũ,
& inflatus superbia immemor fieret sui con
ditoris. Positus ergo est ut cibis sustẽtaretur
uita eius: Per Xp̃m aũt hoc cõcessum est, ut
resurgentes nõ egeant cibo uel potu: quia ꝙ
mortale est hominis, conuertitur in uitã. Fa-
ctus est Adam ut habitaret in terra, fides aũt G
largiri dignata est, ut in cęlis sit habitatio no 1.Co.15.
stra: scriptura ipsa testatur, Quia factus est,
inquit, primus hõ Adã in animã uiuentẽ, se
cundus aũt hõ in spũ uiuificantem. Primus
aũt hõ de terra terrenus, secundus aũt hõ de
cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales & terre
ni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Quid
tam apertũ q̃ quod Adã non habuit spiritũ-
sanctũ? Factus est.n.in animã uiuentem, per
Xp̃m aũt in spũ viuificantẽ, ut hõ in aliquo
similis sit creatori quẽ credit: quia.n.myste-
riũ fidei quod ad salutẽ datũ est, trinum est:
trinus fit, corpore, anima, & spiritu sancto, p
quẽ dicimur filij dei: Quod minime Adã ꝓ
batur uocatus, & terrenus.n.factus est: Filij
aũt dei non carnaliter, sed spiritaliter nati,
cœlestes dñr esse. Ecce absolutum est, donũ
dei multo plus gratiæ concessisse homini tẽ
pore Saluatoris, q̃ acceperat Adam, qa non
solum est instauratus, sed & melioratus. In
eo instauratus, quia in peccatis ablutus & in
stauratus est, in cęteris melioratus. Hoc.n.&
iustitia & ratio exigebat, vt tũc uberior esset
de

H clementia dei in dandis beneficijs, qñ mysteriū diuinitatis suæ innotescere voluit creturæ: ut cognoscentes quod incognitū fuit a seculis & generationib. dei vnius sacr̄m in trinitate consistere, ꝓ ipsa nouitatis quasi dedicatione peccatis abluti insuper iustificentur, & adoptati a deo spm̄sanctū acciperent per quē signū adoptionis habere uideantur. Adoptio.n.a deo signū habere debet dei patris, ut non immerito filij dei appellent̄. Hoc donū ēt ꝑ Prophetas promissum est, ut tunc daretur qñ mysteriū dei declarari deberet in triūpho deuicta morte, ut sciret creatura patrē, & filiū & spiritumsanctū unū esse deū. Vnde Euangelista, Spiritus, inquit, nondum erat datus, quia Iesus non erat clarificatus. (*Ioan.6.*) Clarificatio.n. hæc est cū per uirtutē suā cognoscitur esse quod testificatus est de se, qa clarificatio hoc donū dedit quod per Iohelē Prophetā fuerat promissum, Ait.n.deus, In nouissimis diebus effundā de spū meo super oēm carnē & cætera. Et Apostolus inter alia, Cū aūt apparuit, inquit, benignitas & humanitas Saluatoris dei nostri, non ex operib. iustitiæ quæ fecimus nos, sed ſm suā misericordiā saluos nos fecit per lauacrū regenerationis & renouationis per spm̄sanctum quē effudit in nos abunde per Iesum Xp̄m saluatorē nostrum, vt iustificati gratia ipsius hæredes efficeremur ſm spem vitæ æternæ. Cōfirmauit Apostolus qđ per Iohelē fuerat ꝓmissum, quia hoc postq̄ clarificatus est Iesus impleuit deus, ut spm̄sanctum effunderet in illos qui credunt in Xp̄m: & hoc est hæredē fieri uitæ ęternæ, spiritumsanctum accipere, ut quia spiritus æternus est, æternā habeat uitam qui accipit eū. Pignus est.n. imortalitatis. Qui.n. accipit eum & manet in eius dilectione transacta hac vita pergit in cœlos ad eū cuius spiritum hēt. Incongruum est.n. vt qui hinc exit habens spiritumsanctum apud inferos teneatur. Signum est.n. in homine victorię Christi, qua uicit mortē, spiritus eius, vt in quo fuerit spiritus eius ab inferis teneri nō possit. Ac per hoc in ueteribus sanctis non ita fuit spiritussanctus, sicut nunc est in fidelibus, quia exeuntes de seculo, apud inferos erant: Et nō pōt dici, quia spiritussanctus cā peccati Adæ, quod per traducē eeneris oē semen eius subiectū fecit inferis, simili tenebatur sentētia data Adę. Cū Prophetis ergo & iustis viris sanctū fuisse spm̄ non est ambiguū: cum Prophetis, ꝓ ꝑ dispensationē, cum iustis uero causa sanctitatis, Sicut legitur de sancto Simeone, Quia spūssanctus, inq̄t, erat cum eo, non vt signū esset adoptionis in eo, sed meritorū ejus gratia: Nā filij dei credentes tunc esse cęperunt, qñ manifestatus est filius dei, uicta morte, cunctæ creaturæ. Si aūt in Adam vel in cæteris sic dicatur fuisse spiritussanctus sicut nunc est in fidelibus, q̄ noua dona dedit deus cum regnū filij sui dedicauit in nobis? Et qūo fœlix & beatū tēpus præ cæteris dr̄ Saluatoris aduentus, si ea præstitit q̄ iam fuerant præstita? Et vbi est illud qđ dicit Saluator ad discipulos, Multi, inq̄t, Prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uidetis, & audire quæ auditis, & nō audierūt? Qua ratione ergo poterit dici, quod beatitudo temporis huius nihil amplius cōtulit domini quàm ueteribus est collatum? Quod quidem ad iniuriam proficit Saluatoris, ut nihil habuerit nouum quod in ortu imperij sui suscipientibus se donaret, cum tñ laborare soleant diuites, ut in die festo natalis sui exquisita inuitatis dent apophoreta. Quanta ergo iniuria est, vt deus ijs quos ad nouum & inauditū diem festum & omni laude dignum inuitauit, nō dicatur habuisse inexperta quę donaret? Et ubi est illud Euangelistę Ioannis quod dicit, In sua uenit, & sui eū non receperunt: Quotquot aūt receperunt eū, dedit eis potestatem filios dei fieri ijs qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguine, neque ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Igitur qūo non inusitatū est quod donauit credētibus deus in Xp̄o qñ dedit eis potestatē filios dei fieri .i. fratres filij sui proprij, non ex uoluntate carnis & viri, sed ex deo, ut spiritaliter nascerentur? Aut si prius gratia ista concessa ꝓbatur, tūc nihil nouū aduentus Xp̄i contulisse dicatur. Adę certe terrena & carnalis fuit factura, nō spiritalis. Non.n. ex deo sine carne & sanguine natus est, sed de terra a deo factus est: lōque non potuit spiritumsanctum accipere, q̄ non erat spiritalis, & cui concessum non erat patrē deū uocare in oratione. Qui.n. spiritūsanctū accipiunt his dat̄ potestas vt per id q̄ spiritūsanctū habent, patrem illū Christianorum

Marginal notes: *Ioan.6.*; *Iohel. 2.*; *Titū.3.*; *Iohel. 2.*; *Luc. 2*; *Matt. 13*; *Ioan. 1*. Section letters: H, I, K, L.

M stianorum in oratione appellent. Quod quia ante concessum non fuit, non possunt dici priores spiritumsanctum habuisse. Ij ergo q̄ putāt Adā uel cæteros habuisse spiritumsanctū, nesciunt quale donum habeāt dei: nec gratias congruas possunt ei agere q̄ plus cæteris accipientes, nihil se dicūt amplius consecutos. Quibus argumentationibus & exē-
124 plis oñdi posset, vnū ideq; opus differre ſm p̄sonas in laudē siue cōdemnationem. Vna est misericordia in diuite & paupere, sed aliter imputatur diuiti, aliter pauperi, q̄a plus laudanda est in paupere q̄ in diuite. Pauper .n. qui exiguitate sua largiri non timuit, spe-
Prou. 28 rans a Deo sibi retribui & in præsenti & in
Marc. 21 futuro. Credit .n. scripturæ dicenti, quia qui tribuit pauperibus, nō egebit. Vñ & paupercula illa diuitibus multa mittētibus sola meruit a Deo collaudari, quia penuria sua largiri non timuit. Diuites uero securi de diuitijs suis largiūtur, pau p̄ aūt securus de dño. Bene igitur faciūt diuites dū largiūtur egenis, sed multo melius pauperes. Ac per hoc alia remuneratio pauperis & alia diuitis. Diues .n. si hoc nō fecerit, vapulabit. A paupere .n. nō exigitur tm̄. Iōq; laudabilis est pau p̄ misericors. Furtū in paupere & diuite vnū peccatū est, sed diuitē plus facit reū. q̄a pauper
A p̄ inopiā facit furtū, diues āt cū abūdet non cōtētus suo, tollit aliena, & qđ peius est, solet pauperes expoliare: ac p̄ hoc differt pęna vtriusq; Et iustitia pauperis, & diuitis vna ē, sed laudabilis est in paupere magis: In egestate .n. cōseruare iustitiā, magnifica res est. Diues āt iō seruare vī iustitiā, quia alienus est ab inopia. Ergo uterq; iustus est, sed maius ē in necessitate seruare iustitiā. Superbia vna est, sed plus dānanda in paupere est q̄ in diuite: q̄a diues copia elatus est, pau p̄ aūt in egestate su p̄bus, quod ad insaniā pertinet ac p̄ hoc plus reus est pauper. Humilitas una est, sed magis laudanda in diuite est. Quid .n. magnū est si pauper humilis videatur, quē ipsa inopia humilē facit? Magnificū aūt si hic qui dignitate & copijs cōmendatur, inclinet se, nō sibi vēdicans quę mereri se nouit. Ergo in omnib. humilitas bona est, sed multo magis in diuite. Doctrina studij vna est causa, sed laudabilior in diuite est. Pau p̄ .n. cū nulla prærogatiua cōmēdaretur, operā dedit ut haberet uñ posset reqri. Diues āt cū esset vñ B cōmēdaretur adhibito labore auxit se, ut duplici gñe necessarius esset: Non .n. aduocatus copijs retraxit animū quo minus p̄ se floreret. Et ideo hic magis laude dignus est q̄ pauper. Qui si studiis operam minime dedisset, per omnia remanserat uilis. Illum ergo uoluntas, hunc necessitas fecit cupidum. Libido in paupere & diuite eadē est, & dānabilior in paupere q̄ in diuite est, Pauperē .n. ipsa egestas reuocare debet a cupiditate luxuriæ: Cogitare .n. debet, quia unde hoc impleat nō habet, & dum hoc festinat adimplere, alia multa mala admittat necesse est quib. forte nec ad p̄sens euadat, aut certe hoc ipsum qđ habet insumens mendicus remanebit cū nota. Diuitem autem delitiarum copiæ lacessunt ad uoluptatem libidinis. Præterea q̄a diuites securi sunt de impunitate sciētes venalia esse iudicia, & nec redargui se ab aliquo. Quis .n. dignitate fultū virū & diuitē arguere audeat? Vñ magis accenduntur, vt & violenter hoc agāt. Nō solū .n. minime rep̄hendūtur, sed in magno honore sunt, & gloriari possunt, q̄a tales sunt. Quòd si vterq;, id est pauper & diues pudicus sit multū differt pudicitia diuitis a pudicitia pauperis. Pauperem .n. p̄t humilias reuocare ne qđ vult possit implere, aut timor legū: Diues āt cū multis suffragātibus causis ad uoluptatē possit allici, C laudabilis est, si auertat hinc animū. Alia ergo remuneratione dignus ē diues pudicus, & alia pau p̄ pudicus. Qđ si rex sit pudicus, multū est & gloriosum, ut omnia in potestate habēs non contingat qđ scit impune a se posse fieri. Hic uere deū timet, hic vere p̄cepta eius custodit. q̄ in potestate habēs leges, futurū Dei iudiciū cōtēplat. Itaq; grādis res est, vt q̄ in pręsenti non habet quem timeat, vincat qđ delectat, cū delectatio tm̄ possit, vt non solū futura, sed & præsentia minime vereatur. Vnde multum merentur quicūq; hāc superāt, sed maxime ij qui in præsenti legibus & hominibus dominātur. Cæteri .n. & hoīes & leges verētur, quare & propositū custodiunt. Ne .n. apud hoīes erubescāt seruant qđ diu tenuerūt, & ne condemnentur, a prohibitis se abstinent: hic āt qui dominatione nec leges timet nec hoīes erubescit, magnæ gloriæ est si se abstinet. Cōtra Euse- 125
bium

D biū, vtrū ſpirituſſanctus ſciuit myſteriū natiuitatis dn̄icæ. Memini in quodā libello Euſebij quondam egregij in reliquis uiri, legiſſe, quia nec ſpirituſſanctus ſciat myſteriū natiuitatis dn̄i nr̄i Ieſu Chriſti, & admiror tātæ doctrinæ virū hanc maculā ſpirituiſancto inflixiſſe: Hoc.n. dicens degenerem illum ſignificauit. Neq;.n. pōt dici de Deo eſſe, ſi neſcit quæ Dei ſunt, q̄a inferior natura q̄d in potiore ſit, neſcit. Sin uero ſubſtātiæ eſt eiuſdē & diuinitatis, q̄uo poteſt neſcire quæ ſua
Ioan. 10 ſunt? Deniq; filius dei, q̄a, Ego, inq̄t, & pater
Ioan. 16 vnum ſumus, p̄p unitatē ſubſtātiæ, non immerito adiecit dicēs, Omnia quæ patris ſūt, mea ſunt. & quæ mea ſunt, patris ſunt. Quā obrē ſi ſpūſſanctus eiuſdē diuinitatis ē, qua rōne ſegregatur ne ſit eiuſdē ſciētiæ, cū eiuſdē nō neget̄ eſſe ſubſtātiæ? Q̄d plus eſt conceſsit, q̄d minus ē renuēs. Creatura.n. diſcit & incipit aliqua ſcire de authore, & erūt ei q̄ didicerit cū authore ſuo cōmunia: Subſtātia aūt & diuinitas nō pōt Deo eſſe & creaturæ cōmunis. Nā Dei ſubſtantia non habet quod diſcat, q̄a nihil eſt q̄d ignoret: Subſtātia uero hominū nō habet in natura ut ſciat, ſed ut diſcat. Itaq; naturæ hominū accidit ſciētia,
E non tn̄ immutatur ſubſtantia, q̄a hoīs natura Dei habet ſcientiā: ſic.n. cōdita eſt, ut per exercitiū acq̄rat ſciētiā. Igitur maior eſt ſubſtātia q̄ ſcientia: q̄a nō ſciētia acq̄rit ſubſtantiā, ſed ſubſtātia ſciētiā, & ſubſtantia eſt ſine ſciētia, nō tn̄ ſcientia pōt eſſe ſine ſubſtātia. In Deo aūt ſicut eſt ſubſtantia, ita & ſciētia, q̄a ipſe nihil habet q̄d diſcat: ipſa.n. ſubſtantia eſt ſibi ſcientia. Quamobrē omnia in deo ſubſtantia dr̄: Subſtantia.n. cui nihil deeſt, omnia ſubſtantialiter habet q̄a nihil ei acceſſit per ſtudium. Q̄uo ergo dici poteſt de ſpirituſancto, quia neſcit natiuitatē filij Dei, ſi conſubſtantiuus eſt ei? Nūquid pōt una eadēque ſubſtantia, & ſcire, & neſcire? Certe filius Dei myſterium natiuitatis ſuæ non didicit, ſcit ſubſtantialiter, non per doctrinam. Qua ergo rōne ſpirituſſanctus dr̄ neſcire, cū ſimiliter ipſe nihil habeat quod diſcat, quia omnia nouit per ſubſtantiam? Sicut.n. dei filius, ita & ſpirituſſanctus dei ſubſtantia eſt, dicente dn̄o, Omnia quæ patris ſunt, mea ſunt. Per q̄d ſignificauit ſubſtātiā Dei patris ſuā eſſe ſubſtantiā, & ſpiritumſanctum a patre dicit procedere, & de ſuo accipere. Et iō,
F inq̄t, dixi de meo accipiet, q̄a omnia q̄ patris ſunt, mea ſunt. Si a patre procedit & de filio accipit, q̄uo filii neſciat natiuitatē, qn̄ ſubſtātia eius ſubſtantia filii eſt? Omnia.n. quæ patris ſunt filii ſunt. Sine dubio ergo patris ſubſtantia & in ſpirituſancto eſt. Adiecit.n. filiꝰ, dicēs, Et omnia quæ mea ſunt, patris ſunt. Quid ergo ambigit̄ de ſpirituſancto, an eiuſdē diuinitatis ſit, cū ſit eiuſdē ſubſtantię? Nā ſicut de ſe dixit dn̄s, qui a Deo proceſsit, ita & de ſpūſancto teſtatur. Et ne hoc aliter poſſit interpretari: A patre, inquit, procedit, & de meo accipiet: ut a patre procedere hoc ſit, de Xp̄o accipere. Cum.n. dicitur de filio dei accipere, nō ambigitur etiā ipſē eſſe de deo, ut in ſancto ſpū patris eſſe ſubſtātia & diuinitas non ambigatur. Itaq; qui hūc dicit neſcire filij Dei natiuitatē ipſi derogat cuius dr̄ accepiſſe. Nec.n. aliud accipit, q̄ ipſe eſt, de quo accepit: q̄a accepiſſe de Xp̄o, de Deo proceſsiſſe ſignificauit, ideoq; non pōt neſcire quod hic de cuius accepit: neq; ignorare dicēdus eſt dn̄m, quia a Deo proceſsit. Certe filius Dei, q̄a de patre eſt, iō ſcit oīa Dei.
G Quare ergo ſpirituſſanctus negetur ſcire q̄cūq; Chriſti ſunt, cū de deo acceperit? Itaq; ſi ſcit filius dei quæ in deo ſunt, dubium nō eſt ēt ſpūmſanctum nō ignorare quæ in filio dei ſunt: & per id quod nouit quæ ſunt in filio, nō neſcire dicēdus eſt quæ in deo ſunt. De eo.n. de quo accepit, dei habet notitiam. Et q̄d laboramus cū teſtis ſit in hac re Apoſtolus, dicens, Nemo ſcit q̄ ſunt in Deo, niſi *1. Cor.*
ſpūs Dei? Ecce in quo diu ſudauimus, Apoſtolo adiuuāte impleuimus, & nunq̄d p̄iudicauit filio dei, q̄a neminē dixit ſcire quæ in deo ſunt, niſi ſpūm dei. Abſit. Sic nec p̄iudicauit ſpūiſancto filius, cū dixit, Nemo nouit patrē, niſi filius. Neminē.n. dixit ſcire quę in *Matt. 11*
Deo ſunt, p̄ter eū qui de deo eſt: q̄a oē quod de deo eſt, nouit deum & quæ in deo ſunt. Natura.n. dei, ipſa ſe nouit. Quam cū intelligas eſſe etiam in ſpirituſancto, per id quod a patre proceſsit & de filio accepit, tutum nō eſt iſtum dicere neſcire patrem deum, cuius naturam agnoſcis in eo, & tn̄ ſaluator ſic dixit, neminem ſcire deum Patrem niſi filiū, ut reſeruaret alij perſonæ huius cognitionē: ſtatim.n. ſubiecit, dicēs, Et cui uoluerit filius

lius

ſius reuelare. Cui putas vult reuelare filius?
Nulli.n.charior eſſe poteſt,q̃ ſpiritui ſancto,
H quia ſi quis,inquit,ſpiritũ Chriſti nõ habet,
Rom.8. hic non eſt eius. Qũo ergo putas reuelatum
deum patrem à filio ſpiritui ſancto, niſi qũo
ipſe dñs,ait, De meo accipiet. Creaturæ.n.
non põt reuelare pr̃ deus, q̃a dei naturã fer
1.Ti.6. re non põt,niſi fuerit eiuſdẽ ſubſtantiæ:Lu-
cem etenim habitat inacceſsibilẽ, creaturæ
duntaxat. Sed quibuſdam ur̃ ideo recte ne-
ſcire dici myſteriũ natiuitatis filij dei ſpũſ-
ſanctus, quia oĩa dr̃ ſcrutari, & qui ſcrutat̃,
Rom.8. inquiunt, neſcit utique. Quod ex alio loco
debet intelligi. Dei.n. verba ſunt inter cęte-
ra,dicẽtis, Ego deus qui ſcrutor renes & cor
da.Et in pſalmo, Scrutans,ait,corda & renes
deus.Et Apoſt. Qui ſcrutatur,inquit,corda,
Hie.17. ſcit quid deſideret ſpiritus: quia ſm̃ dei uo-
Pſal.7. luntatẽ poſtulat pro ſanctis.His exẽplis cum
Rom.8. ſcrutari dr̃ dei ſpiritus non ignorare ſignifi-
catur.Etiam alta dei dr̃ ſcrutari. Et,quæ ſunt
alta dei quæ dicitur præuidere? Scrutari.n.
occulta ſignificat penetrare, ut per id nihil
eſſe occultũ ei credatur.Alta.n.myſteria dei
ſunt interiora quæ ſcrutari a creatura non
I pñt.Nam & ſm̃ dei uoluntatẽ & pro ſanctis
dicitur poſtulare, qđ ſancti utiq; neſciunt,
Rom.8. dicente Apoſtolo, Nam quid oremus ſicut
oportet neſcimus. Ergo alta dei ſcire,& uo-
luntatem dei nõ ignorare, unum ſignificat.
Quid.n.tam altum myſteriũ q̃ uoluntas eſt
dei,quod cognitum eſt ſpiritui ſancto, cęte-
ris uero incognitum eſt? Oĩbus etenim con
tuendum eſt,qũo dictum ſit, Qñ nemo ſcit
1.Cor.2. quid ſit in homine, niſi ſpiritus hoĩs, qui in
eo eſt:ſpiritum aĩam ſignificauit,quia nemo
ſcit quid ſit in aĩo hominis,niſi aĩus eius qui
eſt ſpiritus: Sic & in deo nemo ſcit quę ſunt
dei niſi ſpiritus dei,hoc eſt ipſe deus.Qui.n.
in deo eſt, non aliud intelligitur eſſe q̃ deus
eſt.Ideo ſpiritus dei ſcit quid in deo eſt,quia
de deo eſt. Nam ſi cogitationes hoĩum ne-
mo nouit,niſi deus, quãto magis dei ſecreta
& uolũtatem nullus põt cognoſcere niſi ſit
de deo:hoc eſt idem ipſe deus? ipſe eſt enim
ſibi ſoli cognitus: Nam utiq; in deo nõ ſunt
cogitationes. Nec.n.deus tractat apud ſe q̃d
faciat,aut quid non faciat,deliberans an ex-
pediat, quia oĩa, quæ in deo ſunt ſine dubi-
tatione ſunt, nõ per accidentia, ſed per ſub-
ſtantiam, nec per ſtudiũ, ſed naturam, quia
non immutatur. Ac per hoc nõ aliter nouit
ſpiritusſanctus myſteria dei, niſi per ſubſtan K
tiam: una.n.ſubſtantia unum habet ſenſum
& uolũtatem. De Deo loquitur qui ſemper
unus & immutabilis eſt, ſiue in filio, ſiue in
ſpũſancto. Qđ.n.vult pr̃,hoc vult & filius,
& qđ vult filius, eadem vult & ſpũſſanctus.
Quamobrem aliqñ dr̃ ſpiritus dei, aliqñ &
ſpũs Chriſti, quia à deo, inquit, procedit,&
de meo accipiet. Hinc eſt unde Ioan. Apoſt. 1.Ioã.3.
ait, Et hoc ſcimus, q̃a deus in nobis manet,
de ſpiritu ſuo quẽ dedit in nobis.Ergo ſi ſpũ
dei in nobis manẽte,manere dr̃ nobis deus,
ſignificatur eſſe ſpũs dei. Denique, hoc eſt
ſignum credentiũ ꝙ ſint filij dei,ut cũ hunc
accipiunt,dei ſe filios audeant appellare.Ni-
ſi.n.ſignum diuinitatis habuerint,dei filij di
ci non poterunt. Quanq̃ aliquis uerus dei
filius nõ eſt, ut ſit totus de toto ſicut & Xp̃s:
Per adoptionẽ aũt fiunt filij dei, ut accipien
tes ſpiritũ Chriſti per ipſum filij dei dicant̃,
per id qđ de deo eſt, quẽ in ſe habent ſpũm.
In filijs.n.quanuis adoptiui ſint patris, tñ ex
aliqua parte debet uideri ſubſtantia. In mun
do.n.quia res imperfectæ ſunt adoptati ab
hoĩbus filij, nullum pignus,ſed ſolũ nomen L
accipiunt: Deus aũt quia perfectus eſt,plus
facit, ut adoptatis ſpiritũ ſuum det, per quẽ
aliquã ueritatẽ adoptiui ab eo uideãtur ha-
bere, quia uocabula ſine rebus inania ſunt.
Apoſtolus noſter hanc aſſertionem noſtram
adiuuat,dicens,O altitudo diuitiarũ ſapien-
tiæ & ſcientiæ dei, q̃ inſcrutabilia ſunt iudi- Rom.11.
cia eius,& inueſtigabiles uiæ eius. Quid tñ
ſibi uult,ꝙ cũ alibi dicat,ſcrutabilia eſſe alta
dei,i.ſecreta,hoc in loco deneget,dicens in-
ſcrutabilia eſſe? Sed in hoc loco de creatura
dixit quia inſcrutabilia ſunt ei ſecreta vel iu
dicia dei:ſpiritui aũt ſancto,eo ꝙ omnia dei
nouerit, ſcrutabilia dixit eſſe cuncta quæ in
deo ſunt, ut qđ creaturæ incognitũ eſt, dei
ſpiritũ aſſerat nõ ignorare. Dei ergo natura
negari non põt, quæ cognitum habet quod
a creatura non põt comprehendi.Qui dege-
nerẽ dñt ſpiritum dei ſanctum, pulſant pro-
poſitũ qui totius creaturæ ſalutẽ in trinita-
tis diuinitate cõſiſtere declarauit, q̃a ſi con-
ſubſtãtiuus nõ eſt deo & Chriſto, ineptũ eſt
ponere iſtũ in numero patris & filij, ut ſine

hoc non ſalus alicui ſit, neq; dignitas. Si.n.
M non eſt eiuſdẽ diuinitatis, aut ſtulte, aut gra-
tis effectum eſt, qđ abſit. Quis.n. prudẽtium
deneget creatorẽ cum creatura cõnumerari
non poſſe, neque æternum cum eo qui ſub
initio ſit cõparari, neq; dñm cũ ſeruo ęqua-
ri, neq; potentẽ cũ impotente conferri, neq;
ſcium cũ inſcio deputari? Sed iam ceſſet ca-
lumnia. Tertius.n. ordine eſt, nõ natura: gra-
du, non diuinitate: perſona, non ignorantia.
Sicut.n. filius dei ſecũdus à patre eſt, & diui-
nitate minor nõ eſt: ita & ſpirituſſanctus ſe-
quens a filio eſt, non impar, ſed ęqualis diui
Ioan. 14. nitate ſubſtantiæ. Deniq; quæ legimus de fi-
lio Dei, eadẽ legimus & de ſpũſancto, ipſo
nobis teſtante. Ait.n. Rogabo patrẽ & alium
paracletum dabit uobis ſpm̃ ueritatis. Aliũ
cum dixit, ſe paracletũ ſignificauit. Qđ Ioã-
1. Ioã. 2. nes declarat, dicens, Quia ſpũs dei poſtulat
Rom. 8. pro peccatis noſtris. Et Paulus Apoſt. inquit,
Ipſe ſpũs dei poſtulat pro nobis. Ecce ſcri-
ptura ambos aduocatos eſſe oñdit. Et cũ ue-
ritatis illum dixit ſpiritum, nihil illũ ueritate
à ſe differre, oñdit, quia dixit, Ego ſum veri-
Ioan. 14. tas. Miſſum ſe a patre dixit, & ipſe mittere
ſpm̃ ſanctũ promiſit. Si ipſe a mittẽte impar
non eſt, neq; a mittẽte impar ab illo ſpũſſan-
ctus eſt. Neque.n. quia tres ſunt ſinguli, alter
A alterius membra ſunt ut diuerſa poſsit. Vna
eſt.n. potentia trium, ut nihil deſit ſingulis.
Hic finis ſit. Iam.n. in libello aduerſus Arria-
nam impietatẽ digeſto, reliqua plenius tra-
ctata ſunt, quæ trinitatis complexa ſunt indi
126 ſcretam unitatẽ. De eo qui fidẽ Chriſti per-
cepit, quid præminẽtiæ ſeu prærogatiuæ ha
beat ad gratiã conſequendã pluſq̃ infideles.
Scriptũ eſt, Quia iuſto nihil proderit iuſtitia
eius in qua die errauerit: & q̃a iniuſto nihil
oberit iniuſtitia ſua cum ſe conuertit. Et dñs
in Euang. Qui nõ crediderit, inquit, jam iu-
dicatus eſt: ut per hoc eũ qui crediderit, non
iudicio ſubiectũ ad ſñiam excipiendã ſigni-
ficaret, ſed fidei merito laude dignũ futurũ.
Ergo cognitio dei hãc habet prerogatiuam,
vt pecccatorũ conſequatur remiſsionẽ. Cre
dens.n. dei eſſe filium Ieſum, dignus exiſtit
ab oĩbus liberari peccatis, Diu.n. errore de-
uius cum per diuerſa ignorãtiæ fluctibus ia-
ctaretur, illuminatus ueritatis coruſcationẽ
nactus eſt, in qua poſt nimias tẽpeſtates re-
quieſcat ſecurus: cui congruit vt poſt cogni
tionẽ temperet ſe ab ijs quæ iam pridem in B
ignorãtia poſitus agebat. Quid.n. prodeſt co
gnitio, ſi manet priſtina conuerſatio? Hinc
etenim quis ur̃ cognouiſſe deũ, ſi uitã mu-
tet, & conuerſationẽ ſuam corrigat. Cogni-
tus.n. deus timeri debet, q̃a iudicaturus prę-
dicatur, ut & fideles iuſtitiæ ſuæ percipiant
fructũ, & impij, i. increduli perfidiæ ſuæ con
gruas pęnas exoluant. Conuenit.n. iuſtos in
futuro gaudere, ubi regnabit Xp̃s cum ſuis:
Vt ſicut in ſeculo ſunt opprobrio, & iniurijs
ſubiacent, in quo princeps eſt diabolus: ita
& in regno glorioſi appareant, ꝑꝑ qđ con-
temptibiles iudicati ſunt a mũdanis: iniuſtos
aũt quia falſo florere vñr, per mendaciũ re-
pugnantes veritati, in pęna tribulari: ut qui
per fucũ glorioſi uiſi ſunt, per verũ deſpecti
& humiliati nimis appareant. Tũc.n. iuſti ſe
crediſſe gaudebunt, cum perfidos uiderint
cruciari: & nec pęnitebit perfidos nõ credi-
diſſe, niſi uiderint gloriã eorũ & ſuã poenã,
quos q̃a crediderunt ſtultos & contẽptibiles
arbitrati ſunt. Ergo ex eo ꝙ profiteť ſe quis
Chriſtianũ eſſe, id ſtudere debet ne peccet,
& armare ſe cõtra uitia. Et quia impoſsibile
eſt ſꝑ uincere, ſi uictus fuerit, dolere ne ite-
rum uincať: quia qui ſe dolet uictũ, reparat
ſe. Qui ergo repugnat, hẽt unde ſe excuſet ſi C
uictus fuerit. Oñdit.n. ſe uotũ habuiſſe uin-
cendi, ſed minime præualuiſſe. De hoc ſpes
eſt, quia põt ſe reparare, ut aſsidua medita-
tione in cõgreſsione peritior & fortior inue
niať. Nam qui ad hoc ſurgit, ut peccet, inex-
cuſabilis effectus per grauẽ habet cauſam.
Peius eſt.n. ſub dei uiuere profeſsione, & vo
luntatẽ habere peccandi, q̃ ſi ignoret q̃s deũ
& turpiter & contaminate uerſeť. Hic.n. ne-
ſcit q̃ timere debeat, Ille ſciẽs contẽnit. Cre
dẽtes ergo accipiunt remiſsionẽ peccatorũ,
non tñ glorioſi erũt, niſi poſt acceptã fidẽ vi
xerint ſub dei noĩs timore, ut colluctati con
tra hoſtes Chriſtiani noĩs victoriã faciãt, ut
poſsint præmiũ mereri dũ plus uincũt q̃ uin
cunť. Nã qui intelligit deũ & nõ accedit ad
fidẽ eius ne uiuat Xp̃ianus, ſed in fine vult fi-
dẽ accipere, ut moriať Xp̃ianus aut erubeſcit
Xp̃ianus uiuere, aut peccatis operã dat, quæ
arbitrať poſſe ſibi remitti cũ crediderit: iſtũ
puto nõ bonã cauſam hr̃e: q̃a ut quandiu in

ſeculo eſt, peccet, non uult fieri, nec uiuere Chriſtianus aut cõfunditur fieri Chriſtian⁹. Qualẽ ſperat deũ, cui cũ militare erubeſcit, uult ab eo ſtipendiũ accipere. Hmõi irriſor
D eſt: Sciens.n.ſe iam nõ tp̃s habere vt peccet, morte imminente, tũc uult fieri Chriſtian⁹, & quia iã non põt peccare credere ſe dicit in Chriſtũ, quaſi q̃ execrator peccati eſt: nõ ut iã ſe nolit peccare, ſed ut non poſſit præueniente morte. Iſtis debet legi, q̃a deus non
Gala.6. irridetur. Nam & ſolent hmõi talia dare mã data, ut iã defectis & alienis, tñ anhelãtibus detur fides, timentes ne euadant, & confundãtur quia facti ſunt Chriſtiani. Quibus reci
Luc.9. tãda ſunt Euangelij verba, Qui, inquit, dñs, erubuerit me confiteri in hac generatione, & filius hominis cõfundet eũ cũ venerit in regno patris ſui. Sed forte dicãt, ſciẽtes fragile eſſe genus humanũ, idcirco in fine vitę volumus fidẽ accipere, ne iã peccemus. Sed fides ſic accipi dẽt, ut ſciat q̃d accipitur. Tũc .n. bñficium eius habebit, ſi cognoſcat, & ſi
Rom. 10. profiteatur eã. Corde.n. creditur ad iuſtitiã, ore aũt cõfeſsio fit ad ſalutẽ. At ꝑ hoc, qui iã neſcit ubi ſit, qũo põt dici accipere? Ille.n. accipit, q̃ profitetur ſe accepiſſe, ſciens qui accepit. Si enim credũt, quia datur credenti
E bus remiſsio pc̃õrũ, ſcire debẽt, q̃a hic credit, q̃ corde ſuo teſte credit. Quia deus q̃ promiſit, cordis inſpector eſt: ipſum .n. ſuſcipit quẽ corde uidet credere. Itaq; cuius cor verba fidei non aduertit, qũo beneficiũ eius habebit? Ergo hic põt videri temere Chriſtianus accepta fide, q̃ id agere cernitur, ne facile peccet. Nã qui peccare feſtinat, idcirco nõ vult accipere fidem, ne cogatur bene uiuere quod vr̃ nolle: ſed in morte uult cõſeq̃ impunitatem ſperans, & remiſsionẽ præteritorum malorum, ut & de præteritis ſecurus ſit & de futuro, quia iã utiq; nõ poterit peccare moriturus. Sed hoc non bono fit conſilio, neque munda conſcientia, ut tunc uelit accipere fidẽ, cum iam non poſſit, ẽt ſi uelit pecca-
Rom.5. re. His conuenit dictũ illud, Faciamus mala, vt ueniant bona: hoc eſt, mõ peccemus, & in nouiſsimo credam⁹, & remittetur nobis. Iõ ſubiecit, Quorũ dãnatio iuſta eſt. Nõ eſt enĩ dignũ ut his detur remiſsio pc̃õrũ, q̃ ſcientes deũ ꝙ noluit quẽquam peccare, & odio habeat pc̃õres, peccare geſtiunt: nolẽtes aduertere, donũ dei his proficere, q̃ ignorantes Deũ ſic peccãt, vt neſciãt iudicaturũ deum. Qui ãt audiuit & tractauit apud ſe, & uotũ
F habet peccãdi, nõ ut vincatur aliqua cogẽte cã, ſed uelit peccare, durũ eſt ignoſci ei. Nã duæ cauſæ ſunt q̃ habẽt pc̃õrum remiſſam. Vna doni, alia pęnitentiæ, ut qui poſt donũ peccauerit, per pœnitentiã reformetur. Qui .n. in accepta gr̃a non permanſit, ut in libertate duraret, ſed iterum ſe ſubiecit peccato, lamentatione & gemitu impetrat obliterari pc̃m̃, ſciens .n. prudenſq; peccauit: non ꝙ aliquis ignoret pc̃m̃, ſed qui neſcit deũ iudicaturũ impune putat futurũ q̃d peccat. Ac ꝑ hoc gẽtilis ſi cœperit infirmari, & in ipſa uitæ deſperatione tractet apud ſe de fide & ſpe promiſſa integrã habet cãm: ut huic credẽti remittãtur pc̃ã, nec teneatur ĩ inferis, ſignũ ferens ſecum euictæ mortis ac ſpoliatę, licet nõ habeat dignitatẽ uel remunerationem. Quia dẽt aliq̃d intereſſe inter eũ, q̃ prouocatus amore ſui dñi ꝯ hoſtes eius dimicare nõ timuit, armans ſe cõtinẽtia & obſeruatione omniũ uitiorũ, ut poſſit reſiſtere malo ſemper ſolicitus qũo imperiũ dñi ſui defendat: & inter eũ qui cũ inimicis dñi ſui cõueniẽs & eis aſsiſtens: in fine uitæ ad dñm ſuum regreſſus eſt: non ut regnũ dñi ſui vindicaret, ſed vt ipſi ſoli prodeſſet eſſe ciuis antequam miles. Ille .n. qui uiuere uult Chriſtianus ut Rom. 8.
poſt mortẽ remuneretur, ſcit, q̃a nõ ſunt cõ G
dignæ paſsiones huius tẽporis ad futurã gloriã, quę reuelabitur in nobis. Ac ꝑ hoc ſuſcepta armatura fidei non dubitat congredi cõtra principes & poteſtates, vt in ſeculo exiſtens victor poſt ſeculum coronetur. Dignũ eſt enim, ut qui inter perfidos & rebelles domini ſui regnũ ad præſens teſtatur, huius rei in futuro mercedẽ habeat: ubi uidentes inimici Dei teſtem Chriſti ꝑ ꝑ cõfeſsionis ſuæ ueritatem ſublimen apparere in regno Dei, doleant cõfuſi ſalſum æſtimaſſe q̃d uerũ eſſe declaratum eſt: nec nõ & hi qui tarde crediderunt, non in uita, ſed in morte confitentes Deum, uidentes quãta eorũ gloria eſt, q̃ ſub armatura Dei militantes bella imperatoris ſui deuote & fideliter geſſerũt, pœniteãt nõ ſe uixiſſe, ſed mortuos eſſe Chriſtianos. Põt.n. uideri minime idoneus mori Chriſtianus qui uotũ nõ habuit uiuere Chriſtianus,

sed forte iam moriturus idcirco uoluit dici Christianus, quia iã tps peccandi non erat. Ne forte, inquit, verum sit quod creditur, uolo fieri Christianus, nihil amittens si falsum est qđ creditur: & quia iam in morte nõ est voluptas peccandi: sed pctm̃ fieri desinit, tentat si prodesse poterit fides post mortẽ, cum
H hoc utiq; fuerit vtile, ut in hac uita & peccata emendarentur ubi fuerunt admissa. Tũc .n. aliquis condemnasse se præterita probat, qñ fides lineã sequens, conuersationẽ, & uitam uŕ mutare. Si .n. prius ideo peccabat, q̃a nesciebat deũ, cũ cognoscit eum, ultra non debet peccare ne frustra sit cognouisse illũ. Dẽt .n. aliquis perfectus esse ex cognitione Dei. Christianus .n. ante professionẽ dẽt intelligere operibus magis se probandũ q̃ nomine. Nã propterea mandata data sunt cęteris legibus potiora, & ad sanctitatẽ pertinentia, ut ex his dei cultura appareat: si quomin⁹
Luc. 6. audient. Quid me uocatis, dñe, & non facitis quæ dico? Per quod tunc significauit, prodesse cognouisse deũ, si mandata eius seruentur. Irrisor .n. vŕ, qui dominum uocat eũ, cuius pręcepta contemnit. Huic uerba legis re
Gal. 6. citanda sunt, quæ dicũt, Deus non irridetur. Itaq; uerbis suis condẽnabitur, quia dominũ uocat, quẽ minime se timere operib. suis
127 ondit. De pctõ Adam & Euę, & de eorũ cõditione seu creatione & donis gratuitis. Nulli dubiũ arbitror, mũdũ istũ hoĩs cã esse fabricatum. Qui cũ diuersis constet substantiis,
I vnus est tñ multis mẽbris aptatus, ut ex his inuicem mutuis operibus, quę necessaria homini futura erant gignerentur. Domus .n. facta est homini cum annona, ita ut singula eorum sm̃ genus fierent super terram: id est, ut facta hinc haberent infinitam potentiam in propagine uniuscuiusq; generis eorum, quę crearentur in terris. Origines .n. institutæ sunt, quarum semen proficeret ad procrea-
Gene. 1. tionem multiplicandorum generum super terram. Vnde scriptura testatur. Et benedixit illa Deus, dicens, Crescite, & multiplicamini super terram. Simili mõ etiam hominum genus benedictum est. Quem sensum contuemur in lege: Cernimus .n. scriptũ esse, Creuit populus, & multiplicatus est in
Exo. 1. Aegypto. Qua benedictione enim benedicta sunt, quæ ad utilitatem creata sunt hoĩs, ea benedictione, & homo est benedictus: ut similiter ex mare, & foemina propago generis humani cresceret, & multiplicaretur sup terram: & sicut per culturam melioranda erant semina, ita & hominum genus adhibita cura illud studeret, ut creatoris cognitione percepta uitam suam frenaret ad promerendũ eũ, vt simul omnia proficerent ad laudẽ & gloriam creatoris. Et qñ nõ aliud hæc K
dicta significant, res ipsæ testantur: Omnia .n. quæ facta sunt, Dei nutu multiplicata & meliorata sunt super terrã. Nec .n. aliter posset accidere q̃ Dei uoluntas & bñdictio decreuit seminibus. Quomodo ergo dici põt male fieri, aut non licere quod ex Dei benedictione & ipso fauente augmentum facit? Cuius rei traditio etiam in synagoga mansit, & nunc in Ecclesia celebratur, ut dei creatura sub dei benedictione iungatur. Non utique per præsumptionem, quia ab authore ipso data est forma. Sed si cessare debere putatur, tunc cessare debebit, qñ cessatura & illa sunt quæ similiter bñdicta sunt ut multiplicarentur: quia si generatio hominum cessat ad quam utilitatem nascuntur quæ bñdicta sunt super terram? Non potest enim mũdus ex parte agere, & ex parte cessare. Aut totus enim operatur, aut totus pausat in ocio. Nunquid utile corpus est, cuius quædam mẽbra uigent, quædam torpescũt? Quod ergo a domino benedictum est, cur sordidum & contaminatum opus a quibusdam asseritur, nisi quia ipsi Deo manus quodammodo inferũt? Non enim hoc reprehenderent nisi de Deo huius operis authore male sentirent. Quia L.
enim aperte Deo detrahere uerentur, per opus tamen ab eo inuentum accusant eum. Qñ enim displicet opus, reprehenditur author. Si huiusmodi homines legerent, aut potius acciperent scripturas, memores essent Balaam, dicentis, Quid maledicam quem benedixit Deus? Frustra enim accusatur, qui à Nu. 23
iudice laudatur: immo ipse sui accusator est, qui reum dicit quem leges defendunt. Quis ergo tu es qui damnari censes quod a Deo benedictum legis, nisi quia aut Deũ hũc negas esse, aut scripturã falsam accusas? Sunt enim qui quasi noua accipientes, uetera repudianda putant: Sed non discrepant ab his noua, quæ per Christum Iesum præcepta

sunt

sunt & populis intimata. Ipse.n.rogatus ad
Ioan. 2. nuptias ire non dedignatus est, & nō solum
præsentia sua illustrauit eas, uerumetiā contulit quod deerat ad lætitiam. Scriptū est.n.
Psal. 103. quia uinum lætificat cor hoīs. Et ut hoc ꝑm
Eccl. 40. dei patris sui uoluntatem fecisse se demonstraret, Iudęis interrogantibus, an liceat homini dimittere vxorem suam, rñdit inter cętera, dicens, Qm̄ ab initio fecit deus masculum & fęminam: & dixit, Propter hoc relinquet hō patrē & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne una: Itaq; iā non sunt duo, sed una caro. Qđ ergo deus cōiunxit, hō nō separet. Hinc est, unde rogatus ad nuptias iret libēter, ne factū dei patris sui infirmare uideretur: Magis aūt legis ueteris & nouæ doctrinam concordare ondens, nuptias nō solū non prohibuit, sed & interesse dignatus est, testimonium eis tribuens, qm̄ deus author earū est: & quod à deo iunctum est, neq; prohiberi, neq; separari debere salutari præcepto monstrauit. Et quia natiuitas prodest, cum iam relinqueret mūdum, matrem suam Ioanni discipulo suo commendauit. Quamobrē & nos per oīa legis veteris & nouæ mandata seruantes, parentes honorare docemur: quod nisi fecerimus, maledictum nos incursuros cautum est lege. Itaq; quæ nam est hæc præsumptio, aut ex qua lege descēdit, nuptiarum aditus intercludere, qn̄ tam noua q̄ uetus lex per oīa istis fauere uideatur? Sed illud est quod legimus, q̄a qđ extra est, a malo est. Vnde Apostolus hm̄oi hoīes cauteriatam dicit habere conscientiā, qui prohibētes nubere, & a cibis quos deus creauit abstinendum docent. Hoc.n.in hypocrisi inimicitiarum causa facere denotātur vt legem a deo traditam criminentur. Alij ideo studētes præceptis salutaribus obuias manus tēdunt, ut prauæ doctrinæ mandata cōmendent. Ac per hoc cauteriatam habere dñr conscientiam. Corrupta.n.mente aliud sciētes, aliud profitentur. Sicut & Iudæi, qui nō ignorantes gesta saluatoris opera esse spūssancti, inuidētes dicebant, q̄a in Belzebub eijcit dæmonia, ut populum a fide eius auerteret. Talis est ēt supra memoratorū uersutia, q̄a ut sanctitatis & castimoniæ amatores esse se simulent nuptias esse dñt dānandas, vt per hoc cōmendentur, & populum à ueritate auertant: & ut abstinentiæ se studere fingant, temperandū à cibis tradunt, ut per hoc se alienos à mūdo ad cęlestia regna festinare ondant, per qđ mentes hoīum illicientes, deinceps illicita doceant licere, & licita quasi inconcessa damnare. Hæc sunt præstigia satanæ, ut causas inuertat: quasi nouum insinuans aliquid, excludat ueritatē, in qua nihil nouum est, quia totum æternum. Quis non aduertat sensum istum ab aduersarijs esse aptatum? Quis.n. audeat dei inuētum reprobare, & qđ nunq̄ alicui obfuit, nisi aduersario ueritatis? Qui ut impuritatē suam tegat, sanctimoniā prædicat, quam non amat, ut dum ex eo se quasi bonæ uoluntatis ostenderet, illicita suadeat quasi licita. Commendat.n.se ut promptius fallat, ac per hoc captis imprudentibus suggerat, per quæ plus eos faciat peccatores: qui ut causæ suæ aliquam conferat medicinam, grauiter suadet hoīes peccare, magnū ex eo quærens solatium, dum criminis sui socios multos ostendit leuem pœnam esse existimans, ac si minus grauis sit, si secum multos videat in gehenna. Cæci hoīes, dum uincuntur uitijs, aut per infirmitatem, aut per ignorantiam sese defendunt, nō uindicando hæc quæ contraria decipit concupiscentia. Aut quæ obstat caligo, ut non quod uerum est, uideatur? Nam solent literæ aliud uideri significare, dum aut non bene pronunciātur, aut improprie distinguuntur. Cum aūt legitur, Fecit deus: & benedixit quod fecit, quis hinc disputet? quis dubitet? quis quod benedictum est, maledictum putet, nisi alio spiritu animetur? Quod quidem si hoīs uox esse diceretur, forte aliqua fallacia crederetur. Deus dr̄ loqui, & dubitat? deus benedixit, & reprobas? Sed forte sub dei noīe Moyses errorem induxit, Satis tibi faciāt signa & prodigia per Moysen facta in Aegypto, suadeāt tibi mirabilia quæ in rubro mari gesta sunt Exo. 14.
ad liberationē filiorum Israel. Audi magos Exod. 8.
confitentes, quia digitus dei est hic. Cōsenti 1. Co. 10.
Apostolo dicenti, Nolo uos ignorare fratres, qm̄ patres nostri oēs sub nube fuerūt, & oēs per mare transierunt, & oēs per Moysen baptizati sunt in nube & in mari, & oēs eandē escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant

Marginal notes, left column: Ioan. 2.; Psal. 103.; Eccl. 40.; Mat. 16.; Gen. 2.; Mat. 10.; Ioan. 19.; Exo. 20.; Deut. 5.; Mat. 15.; 1. Tim. 4; Mat. 12.

bant autem de potu spiritali consequēte eos petra, Petra aūt erat Christus. Et unde Apostolus locutus est? Pręsto est scriptura in qua legimus Christum dn̄m nostrum, dicentem Iudæis, Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, q̄a de me scripsit Moyses. Quis huic concordiæ fidē deneget? *Ioan. 5.* Quis audeat dicere, q̄d unum est discrepare? Quis tam malæ mentis est, ut indiuiduam charitatem contendat uideri inimicitiam? Ecce habes & verborum testimonia, & exempla uirtutum quæ aīum tuum subiugent ueritati, ut non aliud putes uerum q̄ ꝙ Ecclesiæ catholicæ D continent libri. Qm̄ igitur probatū est eundem deum fuisse in ueteri testō qui nūc noster est, & hunc multis uirtutum indicijs uerum esse, intantū eius authoritas debet præferri, ut ēt id ꝙ a spiritu, & si forte absurdū à nobis æstimatur, acceptū est ferri debeat, & aliter sentiri q̄ à nobis putatur, si dei iudicio cōmendetur, q̄a magis deo credere debemus q̄ nobis. Infirmitas.n.nostra & imperitia, utilia solet iudicare quę nociua sunt, & æstimare falsa pro ueris, quod de deo uel suspicari nefas est. Non est.n.natura quę possit falli: quanto magis de coniugiis dubitari nō debet, deo dicēte: *Mat. 19.* Quod deus coniunxit, homo non separet? Est.n.res aperta & simplex. Certe oīs homo gaudet cū fuerit dei dignationem adeptus, & meliorari se credit dum sacr̄m creatoris addiscit, quod utiq; nō assequeretur, nisi natus. Cur ergo plangit quod gaudet, & q̄d gloriatur se didicisse, condemnat? Si.n.gaudet quia didicit, nō aūt didicisset, nisi natus fuisset, sine dubio bonū est nasci, q̄a fructus natiuitatis cognitio est ueritatis. Si aūt malum est nasci, non erat bona cognitio. Cui.n.rei proderit cognitio, si dānatur E natiuitas? Quia si non expedit, nec nasci debet, ut dicit, inane est ut discat dānandus. Sed q̄a nemo tam hebes est ut neget cognitionē dei prodesse hoībus, & bona & utilis est. Per ipsam.n.melioratur natiuitas, ut meliorata natiuitas plus mereat̄ q̄ fuerat collatū Adæ, q̄a in cęlo, nō in terra regnabūt credentes: in paradiso dei patris, nō in quo Adā corporaliter iussus fuerat operari. Nā si encęnia celebrātur Hierosolymis.i.dedicationis tēpli dei agebatur festiuitas: quāto magis ipsius hoīs celebrandus natalis est, qui magis templum dei est, cuius ēt, ad agendum Deo gratias, manibus tēplum est fabricatum, Melius est.n.tēplum, corpus nostrum: quia hoc dei opere, illud uero humano labore cōstructum est: & hoc sub spe æternitatis est, illud perditionis. Itaq; qui deo instituente natum se nouit, vt ei gratias agat, cognitum habens mysterium eius, debet in natali suo gaudere uidens profectum esse natiuitatis suæ. Vere aūt illi nasci nō debuerunt, qui creatorē suū relinquentes, gloriā eius aliis deputant: horum.n.natiuitas proficit ad pęnam, sed non natiuitas crimen incurrit, sed voluntas. Sed quis es tu qui nuptias prohibes? Forte Mar- F cion, quia corpus non à deo fabricatū putas, sed à diabolo: aīam vero errore quodam lapsum passam, ut ad tenebrarū partes in q̄bus mūdus est ueniret, cōtēdis. Qūo ergo posset hinc liberari, si prohibet̄ generari? Natus.n. cognouisti casum tuū, & data opera id egesti ut remeares ad patriā sedē, redditus sorti tuæ. Deniq; gratias agere te dicis Christo, ꝑ quē hanc cognitionē assecutū te gratularis. Age uero, Si natus non esses, cessaret cognitio, nec prosequeretur liberatio. Itaq; si gaudes aīam liberari, faue natiuitati. Nam si natiuitati resistis, inimicus es animarum. Aut si Manichæus es, qui nuptias quasi cōtrarias renuis, quęro à te, si corpora minime gignerentur, qūo aīa hinc, quā fusam in tenebrarum partē & hærētem hylicis rebus asseris, eriperetur? Nascēdo.n.liberari eam in libris uestris scriptum habetis, ut à luna susceptæ aīæ exeuntes de corporibus soli tradantur, quē deum aīarum uestrarum asseritis. Nam gaudetis cū Manichæi uocamini. Per hoc.n. nomen liberationem animarum uestrarum flagitatis, q̄d utiq; nesciretis, nisi nati essetis. Longe itaq; apparet per hypocrisim uos nuptias G condēnare. Sanctimoniam.n.profitentes, latenter immunditiæ studetis, quod non solum priuatum, sed ēt edictis proditum est imperatorum. Audi nunc catholice, & ex Euangelio disce, prodesse hoīs natiuitatem. Cum Simeon enim uir iustus vellet exire de seculo, sufficere sibi putās creatoris sine mysterij eius cognitione notitiam, nō permissum est ei nisi cremētum faceret in dei perceptione, ut plenam haberet fidei suæ mercedem. Deniq; natum saluatorem accipiens

in

Luc. 2. in manibus benedixit deum, & dixit, Dñe, nunc dimitte seruum tuum ſm uerbũ tuum in pace, q̃a uiderunt oculi mei salutare tuũ. Manifeste ostensum est Dei beneficium esse in hoīs natiuitate, qñ uiro iusto de morte co gitanti responsum est, ꝙ non ante moreretur q̃ Christum dñi uidisset: intãtum.n. proficiebat in uita, ut dignus fieret etiam in pręsenti uidere, quē liberatorem sperabat post mortē. Qui ergo reseruatus in uita non permissus est mori, nisi spei suæ fructũ vidisset, vt securus esset, quia de uita ad vitam transiret, q̃uo potest dici non huic profuisse natiuitas? Si.n. malum est ꝙ nascimur, non paradisus promitteretur, non uita æterna, non H regnum cęlorum, sed pœna & gehēnæ perditio: ut timeret alterum generare, qui se sciret natum ad perditionem: ut ille qui se illicite natũ sciret, non affectaret generare. Sed forte dicatur, Regnum quidē cœlorũ promissum est; sed fidelibus & bene agentibus. Recte uides. Itaq; nō uideo reos fieri hoīes, quia nati sunt, sed quia male cõuersati sunt. Neq;.n. non natis promissum est regnũ cœlorum, ut natiuitati imputent quibus nō dabitur. Promissum est aũt natis bene agentibus, vt neq; natiuitas prosit male agēti, neq; obesse possit bene agēti. A fidelibus.n. & bene agentibus melioratur natiuitas, ab infidelibus aũt & male agentibus deterioratur. Sic etenim est natiuitas, quasi arbor quę inseritur: q̃a si bono surculo inseritur, melior fiet & bona dicetur: si uero malo surculo inseratur, deterior erit, & non bona, sed mala vocabitur. Ita & natiuitati si bona accedat doctrina, bonos faciet fructus si autē mala, malos faciet fructus. Itaque sicut necessaria est arbor vt sit vbi inseratur: ita ēt necessaria est natiuitas ut sit ubi proficiat. Sed rñdetur econtra, Si utilis est natiuitas, cur renascimur? Non renasceremur nisi utilis esset natiuitas. Renasci.n. renouari est, & qui renouantur instaurantur. Non ergo accusat renascibilitas natiuitatē, sed reformat. I Et qđ reformatur, bene ab initio institutũ probatur. Igitur ꝙ renascimur, cõsilio mutamur, corporis expiatione suscepta, ut reddamur ad pristinum statũ Adæ: aīæ aũt peccato maculatum est corpus, quo reparato & meliorato per fidē, consilio abluimur: ut sicut per contemptum dei fuerat pollutum, ita per obedientiam abluatur, ut effugiat sñiam datam Adæ & possit resurgere. Itaq; si ab aīa cępit peccatum, cur nō à corpore accusatur cum in causa peccati Adæ non fuerit desiderium corporale, sed spe deitatis illecta aīa transgressa sit dei præceptum, ut corpus suũ subiugaret peccato & nascerent hoīes sub peccato? Quod quidem nihil obest homini, si tñ legi dei obediat, nisi ꝙ moritur, cui rei beneuolentia dei promisit mercedē, ut qui in creatoris deuotione fideles inueniantur, saluentur. Per præuaricationem aũt, quia Adæ corruptioni subiecti sunt & morti, pro hac re suscipiant à iudice deo ultra q̃ fuerat con cessum Adæ, ut in futuro & gloriosi sint, & K æternam habeant uitam, & adoptati filij dei vocentur, ut lucrũ sit, quia nati sunt. Ex hoc iam reuertar ad reliquam partē lectionis. Cũ positus esset hō in paradiso hęc accepit man data. Gen. 2. Ex omni, inquit, ligno qđ est in paradiso, ad escam edes. De ligno aũt vnde dignoscitur bonũ & malum nō edetis ex eo. Oīa ligna quæ cõmemorat, fructus sunt ad esum creaturarũ. Deniq; uno nomine ligna dñr, sed varia intelliguntur in fructibus. Omnia tñ ligna sunt, & edendi unũ est genus, q̃uis diuersa sunt quæ edantur. Cum.n. multa fructuum ligna creasset homini ad edendum, sicut dixi, de uno ligno edi prohibuit: ut reuerentiã creatoris ex aliqua parte haberent, qui omnia in potestae acceperant, dum una reseruata est arbor, cuius licentiam non haberent, ut memores esset conditionis legis. Q̃uo autem ex sententia peccati genus intel ligebat? Et homicidæ.n. & malefico & adultero & infami congruit hæc sentētia. Iosue 7. Achar quoq; filius Charmi cum peccasset, cõsumi cum omnibus suis adiudicatus est. Q̃uo ergo potest hæc sententia peccati genus intelligi? Grāde delictum fuisse potest cognosci. non tñ genus delicti intelligi. Scimus.n. alios hac damnatos sententia, cum sciantur deliquisse. Gen. 19. Et Amorrei & Sodomitæ cum omnibus suis perisse noscuntur. L Ita enim fit, ut & vnius peccati rei diuersa feriantur sentētia, & diuersi criminis peccatores vno atq; eodē genere puniantur. Quamobrem Adæ & Euę non ex data sententia peccati genus potest intelligi. Q̃uāuis enim unum eorum peccatum

tum

tum sit, sed ſm personam suam uir & mulier sniam acceperunt, nec non & serpẽs, ut non solum in eo ꝙ facti sunt non manerẽt, uerumetiam adderetur eis labor ad pœnam, Cum.n.omnia pecora & animantia homini fuissent sicut legimus, subiecta, serpens contra hanc constitutionem erexit se, & dolo & fallacia circunuentum hoiem sibi subiecit. Sine dubio.n.qui aliquem capit, intra se vim facit. Propter qđ serpens ne astutiæ suæ esse ctũ haberet snia Dei reuocatur & reprimit vltra q̃ fuerat factus, ne supra hoiem esset, vt calliditate sua non solũ ad nihil se profecisse doleat, sed & deteriorasse. Cum.n.prudentior legatur fuisse cæteris bestiis, postq̃ decepit hoiem, maledictus factus est ab oib. bestijs terræ. Post sniam datam in hoiem, datam in fœminam, datam in serpentẽ, sequit ut & mulier quam sibi sociauerat ad contẽnendam dei legẽ, excipiat sniam. Ait.n.Re-
M plens replebo erũnas tuas & gemitũ tuum,
Gen.3. in tristitia paries filios: & ad virum tuũ conuersio tua, & ipse tui dñabitur. Nemo quod reprehendit, ipse confirmat. Si ideo concessi sunt filij, quia usupauerat coitum, ergo plus vsurpatio præstitit. Sed quia dixit, In tristitia paries filios: si inde putas generationẽ sumpsisse principium, ubi erat qđ dictũ est, Crescite & multiplicamini? Intelligite ergo hoc ad pœnam tm̃ additum, ut cum per lætitiã fuerat ante cõcessum, tristitia subderetur ad pœnam, & ut durior & multiplicata pœna mulierẽ semper urgeret, addit conuersio ad virũ, ut esset unde dolor iterũ innouaretur. Si coitũ dñs dãnabat, cur in subiectis addebat, & ad uirũ cõuersio tua? Nemo qđ damnat, hoc pro pœna cõstituit, cũ utiq; pęna sit dãnationi cõtraria, nec unq̃ ex uno, sed ecõtra prouenirent. Quòd si in vno essent, dãnationẽ nemo metueret. Deniq; aliquis in hoc
A addisceret, ex quo in lege cõmissum videret esse: hoc est cõfirmasse, nõ punisse peccatũ: sed ideo conuersio fœminæ ad uirũ & ex eo ꝙ colit, & non qđ verum est, conuersio simpliciter ante concessa cum ultima seruitute, ꝑꝑ pœnam eidẽ credatur imposita, qm̃ per mulierem cõcessam subiectus factus fuerat uir. Et sine dubio superior uidebatur, cuius consilio vsus putauit prodesse qđ suasit, ut factũ de subtilitate serpentis destrui uidere-

tur: instauratur per sniam dei institutam, ut reuertatur mulier ad cõditionis subiectionẽ humiliata uiro sicut fuerat constitutum: & additum ei qđ additur ad pœnã, cum audit. Replens replebo mœrores tuos, & gemitũ tuũ, In tristitia paries filios, & ad virũ tuum conuersio tua, & ipse tui dñabitur. Nunquid fuerat aliter decretũ, q̃ ut mulier dñio uiri esset subiecta? Hinc ergo apparet mulierem reuocatam esse ad id qđ fuerat cum additamento. Vnde ait, Replens replebo mœrores tuos & gemitum tuũ. Quod replet, in eo qđ minus est addit, nõ in eo qđ non est uř operari. Hac ergo snia, q̃ ante processerat, Cre- Gen.1
B scite & multiplicamini: nõ incipit ad creandũ, sed ad creaturæ, q̃ fuerat concessa, perniciẽ. Mulieri ad pariedũ filios, dolor additur, difficultas imponitur, nõ procreationis noua forma cõponitur: nam si ex hoc recte generatio speratur, magis intelligi põt arbitrio serpentis generationẽ extitisse, q̃ dñi: & est verũ, ut ait ille, Progenies uiperarũ. Si quis Matt.
aũt se existimat ita natum, qd mereatur, aduertat, ut ꝑꝑ peccatũ amplificaretur ei dolor partu, ut quę modicum doloris habitura erat filiorũ cresceret ei cã delicti: qa & cum gemitu & mœrore pariuntur, nati aũt sine tristitia non hñr. Nunc tertio promitur in uirũ snia talis. Qm̃ audisti, inquit, vocẽ mulie- Gen.3.
ris tuæ, & edisti de ligno, de quo præceperã tibi ne ederes ex eo, maledicta terra in operibus tuis, & in mœroribus tuis edes ex ea oib.diebus uitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi. Et hinc idẽ Adã ad hoc reuocatur, ad qđ fuerat factus, sed cũ decremento. Ante.n.positus erat, ut operaretur terrã simpliciter, ut sequeretur eũ laboris effectus: at vbi aũt spreuit pręceptũ dei, melius sibi procurari credẽs cõsilio serpẽtis q̃ fecerat deus, ad institutum pristinũ reuocatur cũ laboris dispendio: ut terra ei ſm laborẽ minime rñ- C
deret maledicta nõ sibi, sed operibus eius, ut oñderetur propositũ dei subuerti nõ posse, neq; melius posse quẽquã prouidere q̃ deũ. Nemo.n.põt alterius opus plusdiligere, q̃ ip- Ephe. 5.
se qui fecit, dicẽte Apostolo, Quia nemo, inquit, carnẽ suam odio habet, sed nutrit & fouet eã, sicut & Christus Ecclesiã. Videamus nunc sequentia legis, an concordent cum initiis eius. Abrahã cũ placuisset deo, inter Gen. 18.

cætera

cætera quæ ad remunerationem fidei eius ꝑtinent, cum senior esset, vnū filium generare dignus est iudicatus. Qūo ergo accusari pōt, quod pro merito concessum videtur, ut qui ipsius Dei voluntatem fecerat, deus uoluntatem eius impleret: quę minime fuisset impleta, nisi innoxia esset: nec deus impleret quod male uel imperire posci uidebat, maxime ab eo qui sibi placeret, hoc.n. nec homini cōuenit? *1. Reg. 1.* Et Anna cū sterilis esset, & Deum diligeret, petijt ut haberet filium, & accepit: quod si contrarium esset, moneri potuit ab eo quē diligebat, ne rem postularet aduersam. Et natus ex ea sanctissimus Samuel, filios genuit, non tñ iustitiæ suæ merita minuit. Prima.n. ætate sua semꝑ auctus est, ut in senectute ꝓpensiori Dei testimonio commendaretur. D Et Zacharias sacerdos uir iustus, in senectute sua Dei nutu genuit filiū: *Luc. 1.* quo nōdū nato, meruit prophetare. Qua ergo rōne accusat, qđ minime obesse probatur? Et qs neget bonū debere dici, quod neminē lędit? Et ut hoc loco aliqđ de Apostolis dicat, qđ ad robur ꝑtinet causæ, certe sanctus Ioānes castimonię fuit custos: cōdiscipulus āt eius .i. sanctus Petrus, vxorē habuisse cognoscit, & primatum ut acciperet inter Apostolos, non ei obstitit generatio filiorū. Qūo ergo condemnādum putatur, quod nō impedit meritū? *Hoc licuit tantū in primitiua nascente Ecclesia.* Hinc Apostolus eū, qui vxorē habeat, si in cæteris seruet mandata, sacerdotē fieri posse ac debere oñdit. Qđ si illicitū esset, non poterat utiq; peccatorē dicere debere fieri sacerdotem. Et quid tam apertum? Eiusdem.n. Apostoli uox est dicentis, *1. Cor. 7.* De uirginibus autē imperiū dñi non habeo. Cum.n. Corinthij exagitarentur ab hæreticis, qui in hypocrisi nuptias dānandas docebant, consuluerunt Apostolum literis, an liceret nubere, an uxorem remittere. Tunc pręcepit Apostolus, non debere uxorē a uiro recedere, cū habuerit occasionem dicendi, si scisset, sic docendū, non licere nubere: qūo quod sibi non sit traditum, docere se non posse ostendit. E Quis audet discipulorū docere, quod a magistro traditum non est? Vel quis non audiat prædicantem, *1. Tim. 5* Volo adolescentulas nubere, filios procreare? *De matrimonio sacerdotū.* Sed forte dicatur, Si licet, & bonum est nubere, cur sacerdotibus non licet vxores habere .i. vt ordinatis iam non liceat conuenire? Quis nesciat unumquodq; suam legem habere? Est .n. quod omnino generaliter omnibus non liceat: est item quod alijs licet, & alijs nō licet: & est quod aliqñ licet, & aliquando non licet. Fornicari omnibus semper non licet: negotiari uero aliquando licet, aliquādo nō licet. Antequam enim Ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari: facto iam, non licet. Et Christiano cum uxore sua conuenire aliqñ licet, aliqñ uero non licet. Propter dies.n. ꝓcessionis aliqñ non licet conuenire: qa etiā a licitis abstinendum est, ut facilius impetrari possit quod postulatur. Vñ Apostolus, *1. Cor. 7.* Ex consensu, ait, abstinendum ad tempus, ut vacetur orationi. Nam secundum legē in ieiunio cędi & iurgari non licet, postea licet: qa maior reuerentia debetur Dei causis. F Nunquid omne, quod ante cęteros licet, ante imperatorem licet? Quanto magis in Dei causis? Ac per hoc antistitem eius puriorē cæteris esse oportet, ipsius.n. personam habere videtur: est.n. vicarius eius, vt quod cæteris licet, illi non liceat: quia necesse habet quotidie Christi uicem agere, aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere. Et non solū huic concubitus non licet, verumetiam ministro eius: quia ipse mundior debet esse, quia sancta sunt quæ ministrat. Nam sicut ad comparationem lucernæ tenebræ non tñ obscurę, sed etiam sordidæ sunt, ad comparationē autem stellarum lucerna caligo est, ad solis vero comparationem stellæ nebulosæ sunt, ad Dei autem claritatem sol nox est. Ita & quæ ad nos licita & munda sunt, ad Dei āt dignitatē quasi illicita & immunda sunt: quāquā .n. bona sunt, Dei tñ personæ non cōpetunt. Nunquid non tunica mediocris hominis, quanuis munda, imperatori tamen sordida & illicita est? Similiter & Saxonicia senatori: ac per hoc antistites Dei puriores esse debent quam cæteri, quia & Christi habent ꝑsonam & ministros dei mūdiores esse oportet. Nemo, enī imperatori ministrat, nisi uestimentis claris & mūdis indutus: Deus aūt qa natura clarissimus est, G ministros eius natura magis q̄ vestibus mundos esse oportet, Cui laus & gloria in secula seculorū. Amen.

FINIS.

ADMONITIO LECTORI.


Nter alia nanq; incidimus in vetustissimũ exẽplar diui Victoris ad muros Parisienses, in quo mirũ dictu q̃ variarent omnia ab exẽplaribus alijs & scriptis & typis expressis, Conueniebat alicubi a capite vsq; in medium, a medio nihil cõsonabat quęstioni. Alibi in fine pulchre congruebat, sed erat sine capite fabula, Interrogationi subinde responsio accinebat vt tibię tuba. Mul
I tæ insuper erant non spernendæ, hactenus nunquam formis excusæ, quod diligenti collatione animaduertere licet.

QVAESTIONES EX VETERI Testamento.


Duersum eos qui negant ad Deum aliquid ꝑtinere. Multis, quos secularis ista caligo cæcauit, plurimum displicemus, si soliciti Dei præcepta seruemus, si occasiones delinquendi fugiamus, si bona omnia salutari studio implere conemur, si illecebrarũ, vitiorũq; blãdimẽta seductoria negligam⁹, si nulla nos seculari dulcedine capi patiamur, si spõte ꝓ Dei noĩe cruciatus pœnasq; subeamus, si mortẽ ipsam virtute spũs contemnamus. Illis nimiũ quibus oẽ quod geritur, sensus iste mortalis nec laude, nec uituperatione dignum esse persuasit. Nolunt.n. ad Deũ horũ aliq̃d pertinere. Nonnulli adeo scelera sua criminaq; defendere cupientes, nihil, inquiunt, ꝓdest bene an male uiuas. Neq; enĩ ista nũc Deo cura est, ut te diuersa pro insti-
K tuto proprio morboq; gerẽtem solicite festinet aspicere, & fœdis aliqñ tuis actibus oculos permiscere. Vana sunt omnia, quæ ut libitũ fuerit celebrãtur: is q̃ ad deũ ꝑtinet, secretus est & remotus ab istis rebus humanis, & ideo nec irascitur, nec mouetur, nulla illi humanarũ rerũ, nulla nostri actus est contẽplatio, totus rotati seculi cursus, & q̃dã mũdani orbis inexplicabilis uolutatio, ita correptum rapit & ꝓijcit, ut stultus credatur, quisq̃s se ad curã Dei reuocare posse putaret. Nec martyrũ quidẽ probãdus est animus q̃ deus suũ quem misericordẽ esse pronunciãt, effusione sui sanguinis æstimãt delectari. Nihil illi charũ in nobis, nihil est odiosum: nulla mortis nostræ cõditione nulla sanitatis integritate lætatur: nec q̃d vbi geratur scire desiderat, non ꝙ impossibile sit maiestati diuinæ omniũ ferè q̃ gesta sunt uel gerũtur habere notitiã, sed ꝙ scire nolit miserias hominũ, vanitatesq; mũdanas. Sic deniq; scriptum est, Vanitas uanitatũ vniuersa vanitas. Quorum sententia desperatione firmata, ut Dei iussus authoritate dissoluitur, sic ipsorũ sacro ser- *Ecclesiastes 1.* L
mone vulgari, q̃ maximus habetur in vsu, cõuincitur expugnata. Nã cũ inter negocia diuersorũq; cõtractus fides ꝑfidiaq; contendũt, ut testis diuinitatis adhibetur: quę aliqñ q̃d agamus scire negatur. Testis est, inq̃unt, Deus, Deus videat, Deus iudicet, Deus faciat, Deus reddat. Et cũ ad necessitatẽ iurisiurãdi uenitur, & iurãtis animus metuit ne sibi aliq̃d obueniat peierãti, & iusiurãdũ exigit, & reddi ei posse cõfidit, q̃ sibi male iurauit. Et cũ sanitas exoptata & bona valetudo fuerit cõsecuta, diuinitati grãe referuntur. Et cũ aliqua decidẽte materia casu ꝓximus illę sus euaserit, Deus bonus dr̃ ꝑstitisse. Et cum aduerso vẽtorũ flatu cõmoti ęquoris fluctus insurgũt, & nauis vndiq; cæsa quassatur, nauigãtiũ turbę ad cęlũ manus extẽdũt, deum voce supplici deprecãtur, & exaudiri se & liberari posse cõfidũt. Vñ hæc si deo nulla nr̃i est cura, si q̃d agamus ignorat? Inanis est igr̃ ista ꝑsuasio. Omnia Deo sunt cognita. Nullus sibi de impunitate cõmissorũ scelerũ blãdiatur. Bonæ uitæ maximus fructus est, ma-
læ ꝑpetua pœna & æterni cruciatus. Igr̃ no M
bis qui deũ omnia nosse credimus, q̃ deuote ad martyrium festinamus, inæstimabilis fructus, perpetua vita præstabitur: impijs vero, qui Deum scelera sua, criminumq; nescire docuerunt arcana, ignis flamma consumẽs, incendiumq; semper indeficiẽs ministrabitur. An spũs qui super aquas ferebatur, spiritussanctus intelligatur, quia dictũ est, Spiritus dñi ferebatur super aquas. Si id a quibusdã spiritussanctus putatur, quia Dei esse spiritus legitur, inualida & inanis assertio est. *z Gen. 1. Supra in mixtis. q. 106.*
Non solum enim ordo hoc nõ patitur, & ratio abnuit, sed & verba ipsa infirma probant

ad

ad hanc assertionẽ astruendam. His.n.uerbis
aliud dictum significatur frequẽter in lege,
Gen. 6. Ait autẽ dñs deus, Non permanebit spiritus
meus in hoĩbus istis, propterea ꝙ sint caro.
Et in subiectis, Sed deleam, inquit, oĩa, ab
hoĩe usq; ad pecus. Hoc utiq; dicit, quia di-
luuium inducere habuit sup terram. Nunq̃
Gen. 7. hic spũssanctus põt intelligi. De aĩabus.n.di
xit, Nam non solũ nostræ aĩæ spũs dñr, sed
& pecorũ. Sic.n.scriptum est, Et mortua est
oĩs caro in aqua, in qua erat spiritus uitæ. Et
A in Ezech. Propheta sic dictum est, cum de re
Eze. 37. formatione hominũ promittit deus dicens,
hæc dicit dñs ossibus istis, Extendam super
vos cutẽ, & dabo in vos spiritum meum &
viuetis. Non utiq; ex eo spiritussanctus de-
bet intelligi quia dictum est a dño. Dabo spi
ritum meum uos: cum manifeste de anima
dixerit deus. Cõe est.n.de hoc omni spiritui
cum sancto spiritui ut similiter dicatur, om-
nis spiritus, dei spiritus. Intelligentia.n.hic
necessaria est quæ discernat res unius nomi
nis. Nam dei utiq; spiritus dr̃, & anima ho-
minis spiritus dr̃, & uentus similiter, & aer,
& anima pecoris, & angeli, & quæcunq; ac-
ceperunt ut uiuãt per substantiã propriam.
Sed iã per intelligentiã discernis aliter deũ
spiritum dici, & aliter creaturam sicut aliter
intelligis Christum dici filium dei, & aliter
hoĩes uocari filios dei. Quotienscunq; autẽ
spiritũ qui proprie de deo est vult scriptura
significare, addit dicens, spm̃sanctum: ut per
hoc non creatura intelligatur. Sed q̃a de deo
est, non aliud esse q̃ est deus creator. Moyses
aũt cum creaturã hysicam.i.confusionẽ re-
rum describeret, quæ utiq; sensu bruta est, su
per terram & abyssum & tenebras spiritum
dei superferri interlocutus est, ut ex eo spiri
tu & loco in quo ferebat̃, superior creatura,
quam spiritalẽ dicimus, cognoscatur? Nam
B & ex eo ꝙ superferri illum, dixit, creaturam
illum significauit, quia oĩs creatura dei fert̃
virtute à quo accepit ut sit. Nam quis ordo
est ut spũssanctus super aquas ferret̃, quem
constat utiq; super oẽm esse creaturam? Si.n.
Col. 3. Christus in dextera dei est super oẽs coelos,
illic est & spiritussanctus. Res.n.unius natu-
ræ unitæ simul sint oportet, quãquam ubiq;
deus esse non negetur. Hoc est trinitatis po-
testas, tñ debita honorificentia etiam reser-
uatur, ut super oẽm creaturã esse dicatur, ut
proprium illi hoc sit. Quare & dicimus, ut Matt. 6.
Pater nr̃ qui es in coelis. Et, Qui lucem ha- 1. Ti. 6.
bitas inaccessibilẽ. Si Adam factus à deo &
animatus, spiritumsanctum accepit: q̃a scri-
ptũ est, Inspirauit deus in faciẽ eius spiritũ
vitæ. Non erat ordinis ut acciperet spm̃san-
ctum, quia hoc imposterum reseruatũ est à
deo, ut in nouissimis diebus cũ mysterium
unius dei manifestum est daret̃ credentibus.
A principio quidẽ prædicata est trinitas, sed C
quasi sub uelamine erat intelligẽtia eius. dei
enim patris primũ persona sine cunctatione
& figura prędicata & manifestata est, q̃a ab
ipso sunt oĩa. Filij autẽ eius dñi nostri Iesu
Christi, & spiritussancti personæ non tace-
bantur, sed neq; manifestabantur. Deniq; de
dño fit a perfidis quęstio, & de spiritusancto.
Quidam.n.dementes spiritũsanctum ipsum
patrem dñt, sicut & Sabellius ipsum dicit pa
trem quẽ & filium. De dei aũt patris ꝑsona
nemo dubitat. Cum ergo trinitatis sit mani-
festatio, tũc demũ spũssanctus datur creden-
tibus, vt & persona eius manifesta sit, & acci
pientes illũ, signũ habeant, q̃a filij sunt dei,
per id qđ spiritũ dei, qui de deo utiq; est, ha-
bẽt in se. Profectionis.n.significatio hęc est
cum scitur & pr̃ esse & filius & spiritussan-
ctus. Hæc perfectio hoc tribuit donũ. Adue-
niens.n.filius dei, & hæc adaperiens ac ma-
nifestans, plus aliquid habuit dare, & dignũ
fuit tribuere perfectionẽ hanc credentibus,
q̃a nec in filio, nec in patre solo perfectio est
vel salus, Sed in noĩe patris & filij, & spũssan
cti. Vnde dicit Ioannes Euang. quia de ple- Ioan. 1.
nitudine eius nos oẽs accepimus, gratiã pro
gratia: q̃a lex per Moysen data est, gratia aũt
& ueritas per Iesum Xp̃m facta est, Apertũ D
est aduenĩete saluatore plenitudinẽ factã ue
ritatis. Quæ.n.latebant, & quod promissum
est dũ reuelatur & manifestatur, plenitudo
fit ueritatis, tunc credentes accepto spiritu-
sancto fiunt filij dei. Nam inspirato quæ dr̃
facta a deo in Adam, aĩæ traditio est. Spũs.n.
frequenter pro aĩa ponitur, dicẽte Euange-
lio inter cætera, Et reuersus est, inquit, spũs
eius ad illã. Et in psalmo, Spiritum, ait, con- Luc. 8.
tribulatum, & cor contritum deus non sper- Psal. 50.
nit. Frequenter tamen aliqui codices non li. u. con-
sic habent, quia inspirauit deus: sed, insuf- tra adue-
flauit

leg.et pro phe.c. 14 flauit deus in faciē eius ſpiritum uitæ, & fa-
Gen. 7. ctus eſt hō in aīam viuentem. Non q̄a dixit,
ſpiritū vitæ ideo ſpm̄ ſanctū ſignificauit. Nā
& de aīalibus ita ait, In q̄bus erat ſpūs uitę.
Spiritus uitæ dr̄, qui aīat corpora ad uitam.
4 Cur Adā in mundo poſitus mandatū vel le-
gē accepit, cū ipſe dn̄ium cæterorū haberet?
Quāuis in mundo dn̄s poſitus ſit Adā, tn̄ q̄a
nō utiq; ex ſe, ſed à deo id accepit, debuit hu
ius rei ſignificationē ex legē accipere, vt ipſe
qui dn̄s vr̄, per legē ſubiectus ei eſſet qui illi
hanc dederat ptātem, ut authoritas creatoris
reuerentiam illi faceret per legē, ne dn̄atio
tanta extolleret illū, & immemor fieret Dei
5 cōditoris ſui. Cur deus dicat, Non perma-
E nebit ſpiritus meus in hoībus iſtis quia ſunt
caro: anni illorū centū uiginti, &c. Cum gi-
gātes eſſent illis diebus ſuper terrā, peſtiferi
& ſuperbi a magnitudinis ſtatura elati, poſt
deſideria carnis euntes, nati Apoſtatæ. Tunc
cū diſpliceret deo, promiſit genus humanū
diluuio deleturum & tēpus ſtatuit, ut ſi q̄s
forte ira dei audita & indignatione ſup̄ hoc
vellet ſe corrigere, haberet ſpatiū emēdandi
ſe. Deniq; centū annis arca hac rōne vr̄ fa-
bricata. Ante arcæ aūt inchoationem viginti
anni fuiſſe perhibētur. Sed narratio iſtud qđ
poſtq̄ de numero annorū Noe dixit, ſubie-
cit, obſcurare ur̄. Nam hæc ſn̄ia antequam
quingētorum annorum eſſet Noe, dinoſcit̄
Gen. 6. lata. Quod.n.dicit, Non permanebit ſpiritus
meus in hoībus iſtis: Propterea & ſubiecit,
quia malitia increuit ſuper terram, Delebo
hoīem à facie terræ vſq; ad pecus: qđ utiq;
diluuio facto impletum eſt. Nam & poſt di-
Nu.20. luuium multis annis hoīes vixiſſe memini-
F mus: & Aarō frater Moyſi centū viginti tres
Nu.27. annis uixiſſe memorat̄. Ipſe autē Moyſes ut
centū & uiginti annos trāſire nō poſſet, fecit
qđ deum in contradictione aquæ nō clarifi-
cauit. Nā intraturus erat in terrā promiſsio-
nis, ſi nō obſtitiſſet peccatum. Vr̄.n.hoc qui
buſdam dictū ad tp̄s Moyſi pertinere cū in-
2.Pa.24 ueniatur Ioiada ſacerdos centū triginta an-
6 nos vixiſſe. Quid cōtineat benedictio Iacob
Gen. 48. quā dedit filijs ſuis. Non ſolū ex pręſentibus
cauſis futura vniuſcuiuſq; tribus prædixit,
ſed & de futuris futura, quorū adhuc umbra
nō erat, in populo Iudaico ſignificauit. Qua
les.n.futuræ eſſent ſingulæ tribus moribus,

fide, diſciplina, luxuria, petulantia, contēptu
fidei, ut cum de uno erant, & tn̄ vnū nō ſer-
uarent, oſtendit. Aliqui.n.profecerunt in me
lius, alij deteriorauerunt, alij permanſerunt,
ut per hoc nō ſibi prærogatiuā generis uen-
dicarent, cum ab eoipſo prædictū eſſet, quoſ
dam ex his, qui utiq; ex eius eſſent origine,
reprobos futuros, immo multos perituros,
ita ut alij ſignificarent̄ ſubintrare qui ad eo-
rū dedecus, & damnationē inſerentur in na
turā ex qua illi exciderūt. Promiſcuum ergo
populū in oībus tribubus futurū declarauit.
Qua varietate tā boni ſed pauci, q̄ mali ſed
multi intelligerent̄. Et quāuis ſceptrum de-
derit filio ſuo Ioſeph ad tp̄s, Iudam tn̄ pręfe
cit oībus. Non ꝙ oēs ex Iuda idonei eſſent G
futuri. Sed quia ſaluator, qui uere rex eſt, ex
ea tribu oriundus erat ſm̄ carnem. Cur an- 7
gelus miſſus loqui ad Moyſen, in igne & ru *Hæc*
bo apparuit. Natura angelica ſm̄ ſe ſimplex *40.q.*
eſt, cuius ſubſtantia ſuperiora appetit nō in- *te. &*
feriora. Ideoq; dn̄s in igne apparuit, cuius *ui &*
natura ſemper ad ſuperiora tendit, ubi Xp̄s *ſuperi*
eſt. In rubo aūt idcirco quia & ſpinas habet, *alijs ue-*
quæ noceant, & facilis eſt ad cōbuſtionē, & *bis & ſe*
tn̄ ab igne non cōbuſtus eſt. Ignē fac eſſe le- *tentijs h*
gem q̄a peccatoribus ignis eſt. Rubus aūt in *bentur.*
peccatis ſignificat̄ quia a ſaluatore ad cōpa-
rationē cæterorū rubus mala arbor ſignifi-
cata eſt: Et peccata nihil aliud q̄ malitia. Igit̄
ignis cum in perſona legis apparuit, non tn̄
exuſſit rubū, ſicut lex data præteriti peccati
cauſa, id nō utiq; vindicauit, ſed magis abſti
nuit uim iuſtitiæ ſuæ, ut poſtea iam data ſi
contēpta fuiſſet, uindicaret. Hac ergo cauſa
dn̄s in igne & rubo apparuit, quia in rubo 8
ignis legē ſignificauit. Non fuit aliud ſignū
qđ fieret a Moyſe palam Pharaoni, niſi ſer- H
pens. Qui hoc reprehenſibile putat, dicat q̄d
aliud fieri debuit. Nam utiq; ſerpentē fecit,
qui & terrorē incuteret, nō tn̄ obeſſet, per id
qđ ſtupore quodam ad nocendū tardior eſt.
Si n.leonem feciſſet, aut urſum, aut aliud ta
le, qūo euaderent qui aderant? Nec.n.occi-
dere uoluit quēquam, ſed ſolum timorē po-
nere, & oſ̄dere virtutē, ut quia prima pręua
ricatio per ſerpentē cępit, ſimiliter & recor
datio cognitionis dei & morum emendatio
ſerpētis ſigno proueniret, ut qūo peccatum
eſt, ſic & emēdaretur: ſicut & per mulierem

pecca-

peccatũ factum,per mulierẽ sublatũ est, Ma riam matrem .s. dñi , ex qua Christus natus damnauit pctm̃. Eua uirgo adhuc pręuarica uit,sicut & Maria virgo erat. Hoc ergo mõ ad statum pristinũ reuocata sunt, quæ perierant. Quia & regnum per ligni gustũ amissum erat,& iterũ per lignũ quæsitũ est. Dñs .n.ait,regnauit a ligno. Simili mõ & mũdus in quo factus est,in eo & reformandus est.i. in principio mensis primi, quod est Pascha. Nulla ergo mala erit natura nisi sola præuaricatio quando pctm̃ per id emendatum est,
I per qđ & admissum est. Si vnus deus est, cur in tribus spes salutis est & non in duob. aut quatuor,aut certe in eo vno: & quare nõ est
9 trinitas prius prędicata. Vnus quidẽ est deus,
Deu. 6. sed non singularis est. Habet ex æternis in
Supra in mysterio alterum qui sit cũ altero. Et quoniã
nu. noui te Deus pr̃ in se habet alterũ cum altero, sicut
.uelis. num. dixi, dignum fuit unum prędicare prius nõ
& 17. manifestato mysterio qđ erat in ipso. Qm̃ caput filij pr̃ est,& caput spiritussãncti filius, qa de ipso accepit: & sicut pr̃ misit filiũ, ita & filius misit spiritumsanctum. Postq̃ ãt cognitus est Deus ex quo sunt omnia, tunc sciẽtibus se manifestauit filium suum quẽ ex ęterno habuit apud se. Manifestatus ãt filius oñdit patrẽ esse qui prius unus Deus prędicabatur esse. Quo cognito palàm fecit esse etiam spũmsanctum qui tertius sit a patre, secundus autem a Christo sm̃ numeri ordinationẽ,iuxta substantiã aũt non esse & nõ differre alterũ ab altero:& hoc ex æternis fuisse in mysterio Dei, qui in trinitate est adorandus. In eodẽ .n. honore uult recipi qđ ex ipso est in quo recipitur ipse a quo est. Dignũ .n.est quia in ipso fuerunt, & omnia p̱ filiũ
k facta,& p̱ spũm sanctum sunt illuminata,in trinitate salus p̃dicet,seruato ordine p̱sonarum vnius diuinitatis indiscreta adoretur potestas,vt ergo tres sint non plus aut infra, ratio facit,quia omnis numerus vsq; ad tres peruenit. Tres enim quia inuicem in se sunt, vndiq; trinitas annunciatur,quia in vno tres sunt,& tres vnum sunt: vnũ qui videt, videt tres, dũ nihil differt alterũ ab altero. Tres ergo unũ,& vnũ tres. Hæc est trinitas undiq; p̱fecta. Et hæc est trinitatis intelligẽtia, quæ tũc p̱fecta est si vnũ dicãtur. Vt q̱d circũcisio & p̃cepta data sunt populo, q̃ prius non erat,neq; nũc in authoritate habetur? Circũcisio signum est fidei Abrahæ, ut cũ in filiis eius hoc signũ uideret,sciretur eius filij esse q̱ deo credens hoc signũ acceperit. Pręcepta ãt sabbatorũ, & pteritorũ testõ data sunt, &
futurorũ quæ haberẽt figurã. Futuri.n.sabba *Gen. 17.*
ti, qđ in æternis dabit requiẽ, figura est hoc sabbatũ qđ in hebdomadã impletũ factum est. Escarũ ãt lex nõ primordio legis data est, sed cũ duce p̱fidia de uerbis & promissis fidem nollent dare,ad duritiã cordis sui acceperunt pręcepta nõ bona sicut dicit Prophe *Eze. 20.*
ta. Id.n.actũ est, vt ceruix eorũ premeret,ad profectũ illorũ. Superbis.n.hominibus & cõtumacibus,non debuit tota creatura subijci.
Postea aũt misericordia dei ueniente, reddi- L
ta est libertas edendi. Vnde dicit Petrus Apostolus, Quid imponitis iugũ super ceruicem
fratrũ,qđ neq; nos neq; patres nostri porta- *Act. 15.*
re potuimus? Si p̱ p̱ diffidẽtiam & detractiones dũ acceperant Iudæi mandata, q̱a pecca
uerant filij eorum * ut etiam ipsi his manda- 11 *Videtur deesse, quid meruerunt?*
tis astringerentur, Patribus data lex est, quæ filijs similibus oneri esset. Nam postea non minus, sed forte amplius in deum peccauerunt,q̃ patres illorum. Præscius.n.deus,filiis
magis hanc legem dedit, quia illi omnes in 12
eremo obierunt. Cur in lege etiam ipsi Aarõ dictũ est, vt pro peccatis suis holocausta offerret,cũ dicat Dauid, Pro delictis holocau- *Psa. 39.*
stum nõ postulasti. Et in subiectis, Holocau- *Psal. 50.*
stis non delectaberis: quomodo offerri pręcepit quo non delectatur? Manifestũ est holocaustis Deum non delectari, sed pro satisfactione peccati gemitu & dolore cordis ueniam posse mereri. Sacrificium autem testm̃ peccati uoluit esse,ut se peccator per oblationem sacrificij confiteretur peccasse. Remissio aũt quomodo obtineretur, ipse alio loco oñdit dicens, Frange esurienti panem tuum.
Si uideris nudum vesti,& domesticos semi- *Esa. 58.*
nis tui ne despicias: aut certe cor contritum M
& humiliatum Deus non spernit. Primũ ergo confitendum delictũ monuit,deinde qũo ignosci possit,oñdit. Nam nunq̃ pro manifesto delicto sacrificiũ mandauit,sed p̱ ignoratis,quia etiam cum nescit homo peccat,& cum se putat recte agere, intẽtione quadam delinquit. Tale peccatum dixit per sacrificium posse purgari. Quid est ut missa mors. 13

In

in Iacob, venerit in israel: cum Iacob sit ip-
se israel? Vnius populi duo nomina posuit.
Esa. 9. Nam vtiq; qui prius Iacob dicebatur, postea
Sap. in q. accepit nomen israel, cū colluctatus est cum
vete. test. filio dei, & uidit eū per intellectū hō videns
nu. 37. Deū. Populus ergo quem Iacob nuncupat,
hoc in loco, & in hac causa nō uidens Deū
Mala. intelligitur, sed quasi carnalis habetur, ꝑꝑ
opera * bona: vt sicut Iacob prius quā uide-
ret Deū Christū, non dicebatur Israelita, &
hi dū populus dn̄r Iacob, nō vidētes deū de-
signentur. Israel aūt populū dicit, q̄ operib.
Dei factus dignus habetur uidere deū. Itaq;
A populus Iacob, quia carnali fretus erat auxi-
lio desperans de adiutorio Dei, idola. n. dili-
gebat, traditur morti, dū excitatur aduersus
eos rex Assyriorum. De Samaria aūt hoc di-
ctum intelligitur ab Esaia Propheta, q̄ prius
malū fecit coram Deo, vaccas instituēs qui-
bus sacrificarēt noua sacerdotia, adueniente
Hieroboā, mors ad eos missa est. Primi. n. ip-
si capti sunt, & trāsmigrati à Salmanasar re-
ge Assyriorū, vt illorū exēplo populus Iuda
& Beniamin & Leui, q̄ duæ tribus remanse-
rūt, & dimidia in Hierusalē Roboā filio Sa-
lomonis, quæ in templo dn̄i per sacerdotes
dn̄i sacrificabāt, Hos ergo dicit populū israel
ꝑꝑ tribum Iuda & Leui, qui & ipsi cum
exemplo Samariæ territi recte agere debue-
rūt, maligne fecerūt idolis seruiētes: tn̄ fue-
rūt aliquanti reges in Hierusalē, q̄ post exces
sum Salomonis, & filij eius Roboā, uiā secu
ti sunt Dauid, recte ambulantes in cōspectu
Dei. Omnes aūt reges Samariæ maligne ege
runt in conspectu dn̄i usq; ad transmigratio
nem suam. Ideoq; carnali nomine nuncupa
ti sunt. Et quia Hierusalem eorum impieta-
B tem secuta est, traditur etiā ipsa in captiuita
tē Nabuchodonosor regi Babylonię, & hoc
est misisse mortē in Iacob, & venisse ī israel.
Missa est. n. in Samariam, sed dum causa per
quam missa est in Samariam inuenta est in
Hierusalē, missa illuc uenit etiā in locū quo
eadē res erat. Non. n. locū sequitur uindicta,
14 sed causam. Si anima quæ peccat, ipsa morie
Sap. in. q. tur, quid est ut Charmi peccāte triginta sex
vete. test. viri occisi videantur causa eius? Charmi qui
nu. 36. dem peccauit, & mortuus est lapidibus. Illi
Iosue. 7. aūt triginta sex uiri q̄ in pugna mortui sunt,
non utique pressi a Deo sunt, sed nō adiuti.
Imbecillitate. n. sua, dum fortiter facere ne-
quiuerunt, occisi sunt. Charmi ergo cā hæc
præstitit vel obfuit, quia qui adiuuari habue
rant, neglecti a Deo sunt. Hinc ergo est, ꝙ Ie
sus filius Naue contristatus exscidit uestimē
ta sua, quia intellexit Deum adiutorē suum
auxilium subtraxisse in hoc loco. Quid est
ꝙ dicit Propheta, Lætare sterilis quæ nō pa- 15
ris, erumpe, & clama quæ non parturis: quia Esa.
multi filij desertæ magis q̄ eius quæ habet Sup.
uirū. Duas matres hoc in loco intelligimus vete.
cœlestem & terrestrem .i. Hierusalē liberā, nu.
de qua dicit Apostolus, quæ est mater nr̄a, & Gal.
Hierusalem istam quā seruire dicit cū filijs C
suis, hoc est Iudæis. Propheta. n. aduentū dn̄i
prædicans, & tp̄s gratiæ plenū in exultatio-
ne uocis obtestans, Hierusalem cœlestem, q̄
ideo deserta dicta est, quia inhabitātes filios
per fidem generatos non habebat, lætari de-
bere hortatur. Tempus. n. venerat, ut haberet
filios olim prædictos & multo plures q̄ fue-
rant huius Hierusalem: quia Christiani su-
pergressi sunt numerum Iudæorum. Sterilis
ergo dicta est, quia uirgo est, quę non ꝑ cō-
mixtionem & complexum generat filium,
sed per solam fidem spiritaliter. Vn̄ nec par-
turire dicitur, Quę enim parturit, dolores pa
titur. Hæc enim exclamat in lætitiam salutis
humanæ. Hierusalem vero terrena ideo ui-
rum habuisse dicta est, quia carnaliter gene-
rabat. Ciuitas enim quasi in matrem est signi
ficata, sicut & habitatio cœlestis illa ad quā
uocamur, mater nostra dicit̄. Benedicat ter- 16
ra dn̄m, ait, hoc est laudet, & confiteatur uir Dan.
tutem tuam: qūo ergo in Psalmis, Nunquid Psal.
confitebitur tibi, inquit, puluis, aut annun- Sup.
ciabit uirtutem tuam? Non est sic intelligen vete.
dum vt legitur, & sonant verba. Neq;. n. sen- nu. 3
sum habet terra ut gratias agat creatori. Si āt D
spiritaliter hoc acceperis, terram hominem Ps. 1
intellige, secundum dictum Prophetæ, Me-
mento domine quoniam terra sumus: quam
operam facti mundi in laudē creatoris pro-
rumpere exhortatur, vt confessionē verita-
tis eius acquirat illis, quæ licet taceat, clama-
re dicit̄ laude creatoris cuius opus est. Hæc
ergo causa est quòd in creatione terra Deū
dr̄ benedicere. In sole, inquit posuit taberna 17
culū suum, id est, corpus suū in quo habita- Psal. 1
uit Christus, qui a Pilato flagellis cæsus est,
quo-

Psal.90. qũo ergo dicit in Psalmo de Xpo, Flagellum
nō appropinquabit tabernaculo suo: quippe
cũ tẽplum corpus suũ dixerit? Et filij homi-
nis, & dei filij corpus tẽplum esse intelligit̃.
Deus tñ.i.dei filius, quanuis in carne vene-
rit, in animo tñ habitauit Ergo tam anima q̃
corpus tabernaculũ est filij dei, licet vnus sit
deus, & hō filius dei, & filius hominis. Ergo
ex hac parte, flagellum nō appropinquasse
dr̃ tabernaculo eius.i.anima eius, in qua ha-
E bitat diuinitas eius, immunis fuit a pœna in
ferni uel principum eius. Ne quia hic quasi
peccator, cum sit innocens crucifixus est, &
passa est caro, aliquid mœstitię apud inferos
anima eius passa putaretur, ostendit scriptu-
ra nō potuisse animam eius turbari apud in-
feros, quia ad hoc descendit, hoc est pati se
permisit, ut confunderet tenebras, & princi-
Mat.26. pes earum remitteret hebetes. Vñ & ipse do
Mar.14. minus ait, Tristis est anima mea vsq; ad mor
tẽ. Permissa est.n.quod naturæ suæ erat, ut
tristaretur, trophæũ protinus referens & spo
lia eorum a quib. contristata fuerat vsque ad
mortẽ, post mortem iam in æterno gaudio,
constituta. Potest & de toto homine intelli-
gi: quia qui peccatũ nescit, à lege flagellari
18 non potuit. Cur Salomon spiritum sapiẽtiæ
3.Reg.3 habuit, cum uitã mundam nō habuit? valde
3.Reg.11 .n. mulieribus delectabatur, ac per hoc pec-
cabat. Primũ merito suo accepit spm̃ prudẽ-
tiæ, postea uero q̃ mulieribus nimium cœ-
pit vti, & per hoc peccare, si habuit spm̃ sa-
pientiæ, regni merito habuit: sicut & Nabu-
Dan.3. chodonosor regni merito in camino Chri-
19 stum uidit. In Salomone, Spes est, inquit, in
Ecclesiastes. tenebris: melior est canis viuus leone mor-
tuo. Tenebræ ignorantiam significant & gẽ-
F tilitatẽ: quia spes est in gentili potius, q̃ in a-
postata. Hunc.n.dicit leonẽ mortuum, hoc
est Christianum apostatam: qm̃ quandiu in
fide durauit, leo erat: At vbi recessit, mor-
tuus dr̃. Canẽ uero gentilẽ dixit, de quo spes
est ut credat. Quandiu viuit.n. speratur de il-
lo. Illius aũt spes peribit, Nam canẽ, gentilẽ
Mat.15. significari saluator oñdit dicens, Nō licet pa
20 nẽ accipere filiorũ, & mittere canib. In sa-
pienta, Qui creauit, inquit, orbẽ ex materia
inuisa: & contra, quia ex nihilo facti sumus.
Sapiẽ.1. Deum simul confusas substantias creasse
scripturarum sensus declarat, permixtus vti
que tenebris, hanc confusionẽ rerũ.i.aera, i-
gnem, aquam, terrã, tenebras, materiam di-
xit inuisam, sicut in Genesi legitur, Terra ãt,
inquit, inuisibilis & incõposita. Ex hac ergo Gen.1.
confusione creauit orbẽ instituto firmamen
to, ut intra ipsum aquis congregatis in vnũ,
habitatio fieret generi humano. Distinctis
.n.& discretis substantijs, in concauo domũ
habitabilem fecit.

QVAESTIONVM SECVNDA pars ex nouo Testamento. G



Vr facta & dicta dñica qua
tuor uoluminibus a qua-
tuor scriptoribus sunt in
scripturam digesta. Con-
gruum fuit annũ dñi ac-
ceptabilẽ, sicut dixit Pro-
pheta, a quatuor uoluminib. ueluti quatuor Esa.61.
uicib. contineri. Sicut.n. annus quatuor tem
porib. euoluitur, ita ut inuicem sui egeant,
ita & gesta & dicta dñi quatuor libris defini
ta sunt, ita ut alter alterius indigeat. Simul ãt
plenitudine perfecta sunt. Vt aũt a quatuor
scriptorib. ordinarentur, hæc fuit cã ut quia
tẽporum diuersa sunt nomina, Euangeliorũ
quoq; essent diuersa uocabula. Et si qua vidẽ
tur in verbis contraria, sensu tñ non discre-
pant, per interpretationẽ aptam causæ, sicut
tẽpora cum videantur vtiq; diuersa nomi-
ne, aere, & cursu syderũ, in effectu tñ eorum
quæ gignuntur non discrepant. Qm̃ constat 2
quatuor libros rite conscriptos gestorum & H
dictorum dñi, sciendum quis ordo eorũ sit.
Euangelium ordinatione colligitur magis
q̃ tempore. Matthæus ergo primus ponen-
dus est, qa ab ipsa promissione sumpsit ini-
tium .i. ab Abraham cui facta promissio est
incarnationis dñi nostri Iesu Christi. Post
hunc Lucas, quia incarnationem hanc qũo
facta est narrat. Tertius Marcus, qui Euange
lium quod prædicatum est a Christo, testat̃
in lege promissum. Quartus aũt Ioannes, qa
hunc qui promissus est Abrahæ incarnãdus,
& a Luca quemadmodum incarnatus est di-
ctum est, & a Marco Euangelium eius iuxta
Esaiam Prophetam prædicatũ ostensum est,
aperta uoce ostendit deum dicens, In princi
pio erat uerbum, & uerbum erat apud deũ, Ioan.1.

& deus erat uerbũ. Quare Matthæus Euan-
3 gelium Christi describens dicit, Liber gene-
Matt. 1. rationis Iesu Christi filij Dauid: cũ prior sit
Abrahã. Propterea sic cœpit ut prius de ipso
diceret a promissione incarnationis eius ge
nealogiam describens, sicut dicit Apostolus,
Quorum patres & ex quib. Christus ꝭm car
Rom. 9. nẽ: Ideo dixit, Liber generationis: q̃a ex mul
tis & diuersis incarnatio Christi consistit, ut
I quia ex uno diuersi esse cœperunt, de omni-
bus corpulentiam traheret. De Iudæis & gẽ
tibus, & de dignis & indignis, q̃a Ruth Moa
bitida fuit, & Bersabeæ ex mœcha facta u-
xor est, ut oĩum carnẽ ad se trahens, ad unita
tẽ illos geminã reuocaret. Idcirco, Iesu Xp̃i
filij, ait, Dauid, cũ prior sit Abrahã: quia spe-
cialiter Xp̃s dr̃ filius Dauid ꝓ ꝓ regnũ: ut si-
cut deus de deo, ita & rex de rege ortũ cape-
ret iuxta carnẽ. Sicut. n. dictũ est ad Dauid,
Ps. 131. De fructu uentris tui ponã super sedẽ tuam,
4 Matt. 1. Quid est ut generationes oẽs in tres par-
tes diuideret supradictus Matthæus Aposto-
& horam futuri iudicij, sed ut nobis prodes-
set, negauit se scire quod scit. Ignorantibus
ergo nobis, quid profit nobis, scire omnino
uolumus. Quod si scierimus, oberit nobis.

Chriſtus autē prouiſor ſalutis noſtræ ne au-
diremus qđ cōtra nos eſſet, dixit ſe neſcire.
Nunquid ſi alicui in dolore poſito gladiū po
ſcenti ut ſe perimat, qui habet rñdeat ſe nō
habere, mendacij arguēdus erit negans? Qđ
62 ſi non neget, ſciat contrarium. Quid eſt ut
cū Apoſtoli oēs curas ſibi oblatas ſanaſſent,
proprijs tñ infirmis medelam non dederint?
Phil.2. Nam utiq; Epaphroditus vſq; ad mortē non
B ægrotaſſet, ſi interceſsio Apoſtoli fuiſſet au-
dita. Quis.n.dubitet oraſſe hoc ſæpe Apoſto
lum & non impetraſſe? Si.n.auditus fuiſſet,
ſtatim infirmitas fuiſſet adempta. Signa &
virtutes idcirco ab Apoſtolis facta ſunt, ut
infidelitas cogeret ad fidem, ut uidentes fa-
cta quę hoībus impoſsibilia ſunt, dei ex hoc
eſſe prædicationem agnoſcerent, & rōnem
eſſe in fide, uirtute probarent: ut qm̄ uerbis
ſemper contrahit, teſtis uirtus poſita eſt, cui
cum verba cedunt, rōnem eſſe in fide ſignifi
cat, quæ verbis exprimi non pōt. Inter fide-
les igitur non ſigna & prodigia ſunt neceſ-
ſaria, ſed ſpes firma. Poſtq̄.n.diſcit uera eſſe
quæ promiſſa ſunt, ad hoc ſe armat aīus ut
ſpretis præſentib. futuris dignus exiſtat, me-
Eccl. 2. ritum ſibi collocans per laborē, hoc Salomo
ne teſtante qui ait, Fili accedens ad ſeruitutē
dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara aīam
Act.14. tuam ad tentationē, qm̄ tentationibus pro-
ficit hō, hæc data ſunt monita. Vnde Apoſt.
per tribulationes, inquit, oportet nos intrare
C in regnum dei. Hæ tribulationum tentatio-
nes diuerſis modis accidunt, ut perſeuerātis
aīus, in accepta fide poſsit coronari. Non ſo
lum.n.in fide tentatur hō, ſed & in ægritu-
dine, & in damno, & in perſecutione, & in
morte charorum, ut ſi in his paſsionibus ad
auxilium dęmoniorum nō fuerit adductus,
ſine ſanguinis precio mercetur martyrium.
Non ergo ad diſpendium Epaphroditi non
2.Cor.12. impetrauit Apoſtolus qđ petiit, ſed ad pro-
fectū, q̄a & in ſua cū poſtulaſſet audiuit, Suf
63 ficit tibi gratia mea, uera uirtus in infirmita-
1.Pet.3. te perficit. Petrus Apoſt. dicit, Xp̄s mortuus
Phil.2. eſt pro nobis. Paulus uero Apoſt. aſſerit quia
& pro ſe mortuus eſt, Factus, inquit, obe-
diens vſq; ad mortem: ꝑꝑ quod donauit illi
deus nomē qđ eſt ſuper oē nomē. Qđ ſi ita
eſt, imperfectus videbitur fuiſſe qui per oꝑa
ſua fecit augmentum. Filium dei perfectum
natum eſſe de deo nemo fidelium ambigit,
Oīa.n.diuinitatis paternæ accepit naſcendo
de deo patre, Tunc ergo accepit nomē quod
eſt ſuper omne nomen.i. vt hoc dicat̄ quod
pr̄, deus. Nam nihil apud eum futurum ūr̄:
Oīa.n.ante ſe habet, Ideo ad hæc oīa crean-
da & reſtauranda natus eſt. Nam utiq; ordo
& ratio hoc habet, vt patri non homini om-
ne genuflectat̄. Hoc pater donauit filio, ꝑꝑ
ea quæ erat acturus. Donauit aūt qñ genuit:
Sic.n.illum genuit, ut in eodē honore eſſet
quod ipſe pr̄ eſt. Quid eſt quod dictum eſt D
Ioāni, ſicut in Apocalypſi ſcriptum legitur, 64 *Apo.10*
Vade & accipe librum & deuora illum, &
amaricabit uentrē tuum, ſed in ore tuo erit
dulce tanq̄ mel? Quis eſt hic liber? Vel qūo
amarum facit uentrem, cum ſit dulcis? Fre-
quenter qui cōpendium quærit ſolet errare.
Quid eſt ut non oīa ad cauſam dicta propo-
nas, ſed aliqua reprimas vt obſcurior fiat ſen
ſus? Nam dictum eſt Ioanni, Vade & accipe
librum qui eſt in manu angeli, & deuora il-
lum, & erit in ore tuo dulce tanquā mel, ſed
amaricabit ventrē tuum: & ait, Me oportet
prophetare iterū populis & linguis & gen-
tibus multis. Quātum ergo ad ueri pertinet
rōnem poſt exilium Euangelium ſcripſiſſe
probatur, In exilio.n.poſitus in inſula Pa-
thmos, in quā fuerat a Domitiano Impera-
tore relegatus, uidit reuelationem ſicut dicit
in die Dn̄ico: pòſt ſicut dixit ſcripſit Euāge- E
lium, qđ hæreticis amarū eſt, quos in uentre
ſignificauit. Sunt.n.carnales qui male intel-
ligant Chriſtum. In ore aūt tuo, qđ dicit, erit
dulce tanq̄ mel: quaſi oīum Chriſtianorum
unum facit corpus, ut ſinguli membra ſint
alter alterius, ita ut in ore, quod utiq; capitis
pars eſt, honorabiliores & fideliores ſignifi-
cet, quibus ueritas quæ de Chriſto eſt, dulcis
eſt. In uentre hęreticos ſignificat, quia car-
nales ſunt, Veritas.n.ijs qui Chriſtū verum
deum loquitur, amara eſt. Totum.n.Euange
lium Ioannis contra hæreticos eſt, contra Fo
tinum.n.qui Chriſtum ante Mariam negat,
probat de cœlis deſcendiſſe Saluatorē. Con
tra Arrium aūt oſ̄dit Chriſtum initium non
habere: q̄a in initio erat deus Chriſtus filius
dei apud deum patrem, & quia nihil ſine illo
factum eſt, ipſum non poſſe dici facturam,
Si.n.factura erat, factum eſſet aliquid ſine
illo.



illo.Sed quia nihil ſine illo erat,ſemper fuit.
Sabellium aũt qui unionẽ accepit patrem &
F filiũ,ut unus ſingularis duobus noĩbus nun
Ioan.14. cupetur ſic cõfutat ut dicat,Si me diligeretis
gauderetis utiq; quia uado ad patrem , quia
pr̃ maior me eſt : ubi manifeſtauit duorum
perſonas , qñ filius patrẽ maiorem appellat .
Nec.n.ſingularis ipſe ſibi maior eſt.Necnon
conuincit & Marcionẽ qui carnem Chriſti
Ioan.1. denegat , Dixit.n. Et uerbũ caro factũ eſt,&
habitauit in nobis . Hoc ſenſu ẽt Manichæũ
arguit , qui & Chriſtũ in carne uenisse neſcit,& nuptiarum aditus intercludit,ignarus
ſaluatorẽ nuptiarũ cõuiuium remuneraſſe .
Simili modo & prophetæ Ezechiel dictũ eſt
ab angelo ut acciperet uolumen & deuoraret illud , & dulce eſſet in ore eius, ventrem
aũt eius repleret. Hoc dictũ prophetę cum
miſſus eſt arguere populum perfidũ & indiſciplinatum , qui ſimiliter in uentre ſignificati ſunt,qui erãt carnales. Ex his ſunt quos
ſcriptura in Eſaia propheta licet mali ſint,
fratres appellat, Dicit enim,Vos qui timetis
deum , dicite illis qui uos oderunt , nec audierunt præcepta mea, Fratres noſtri eſtis.

G QVAESTIONES Ex utroque mixtim.



QVid ſit ad imaginem & ſimilitudinem dei feciſſe hominẽ &
1 an mulier imago Dei ſit. Hoc
Gen.1. eſt ad imaginem dei factũ eſſe
Su.in.q. net.teſt. hoĩem,quia vnus unum fecit,
num.45. Vt ſicut ab uno deo ſunt oĩa , ita & ab uno
hoĩe omne genus humanũ. Similitudo autẽ
hæc eſt, quẽadmodum de patre & filius , ſic
& de uiro mulier: ut unius principij authoritas conſeruet. Sed filius ineffabiliter,incõprehenſibiliter natus eſt de deo patre , Mulier autẽ corporaliter, ſicut legimus facta de
uiro eſt,ut per eam natiuitas oriretur . Filius
uero dei ideo natus eſt ut per ipſum fieret
creatura . In eo ergo diſsimilis eſt, Nam &
de deo deus natus eſt , de uiro aũt fœmina :
quia illic ſimplicitas eſt , & nõ potuit niſi de
ſimplici ſimplex naſci , ſpiritus de ſpiritu,
deus de deo:igitur uir imago dei eſt.Sic etenim ſcriptum eſt , Et fecit Deus hominem
ad imaginẽ dei fecit eum . Vnde Apoſtolus,
uir quidem, inquit non debet uelare caput,
cum ſit imago & gloria dei : Mulier aũt uelet caput.quare?quia nõ eſt imago dei.Vnde Gen.9. H
& denuo dicit Apoſt.Mulier aũt docere non 1.Co.11.
permittitur,neq; dñari in uirum. Euangeliũ 1.Tim.2
teſtatur quia nemo uidit deũ. Contra,Iacob 2
& Moyſes & Eſaias aſſerũt deum ſe uidiſſe . Ioan.6.
Sed dicit quis.Patrẽ nemo uidit.Quid ad rẽ? 1.Ti.6.
Si filius uiſus eſt,uiſus & pr̃ eſt: quippe cum Ioan.1.
pater & filius uterq; ſit unus deus,& in ſub- Gen 32.
ſtantia & in imagine,quia duorũ imago eſt, Exo.9.
& ſicut ipſe dicit,Qui me uidet,uidet & pa- Eſa.6.
trẽ. Qũo ergo nemo uidit patrẽ deum, cum Ioan.14.
filius dicat uideri patrẽ cum ipſe uĩ: q̃a neq;
alter deus.Si ergo alter non eſt, ipſe idẽ quia
unus eſt,uiſus eſt deus. Quantũ ad Euange- Ioan.1.
liſtam pertinet, de patre deo hoc dixit , quia
nemo uidit deũ niſi filius unigenitus qui eſt
in ſinu patris,ipſe enarrauit.Credamus filio,
ipſe enarrauit.n.q̃a nemo niſi ipſe vidit deũ.
Hoc aũt ideo dixit, ut doceret ſe ſemper apparuiſſe patriarchis & prophetis. Non ergo
hoc ad unũ deũ pertinet, ſed ad perſonã patris,de quo non põt dici aliter q̃ deus pater,
Filius aũt ſic ſe uiſum dicit , ut inuiſibilis ſit
tñ in eoipſo cũ uideri putatur . Viſus.n.hic
intellectus eſt, q̃a non utiq; oculis uiſus eſt,
ſed mente intellectus: Et hoc fuit uidiſſe,in- I
tellexiſſe , in eo ꝙ apparuit ibi ineſſe deum :
Cũ aũt dicit Saluator, Qui me uidit,uidit & Ioan.14.
patrẽ:non utiq; ad oculorum uiſum hoc retulit, ſed ad mentis, & ut nihil inter patrẽ &
filium diuerſum eſſe putaretur. Neuter ergo
eorũ viſus eſt iuxta ſubſtantiã Circumapparentia aũt ſolus filius uiſus eſt mente,nõ carnalibus oculis , quia inuiſibilis eſt ſicut pr̃.
Vetus lex deũ iuraſſe allegat,Si.n.dicit . Per 3
metipſum iuraui dicit dñs . Saluator iurare Gen.22.
prohibuit,qũo non deſtruxit vetera ? Anteq̃ Exo.33.
notitia dei eſſet in terris, non aliter oportuit Mat.5.
prouocare hoĩes ad ſpem inauditã, q̃ iureiurando promiſsio illis fieret ab eo utiq; quem
non ut dignũ erat,ſciebant. At ubi aũt cœpit
ſciri,non utiq; iurare oportuit , quẽ mentiri
fas non eſſet arbitrari . Ideoq; ergo dñs nec
ſeruos iam iurare præcepit, ſed tales ſe inſtituere , ut ſermonibus illorũ fides habeatur .
Sacramẽtum enim iuriſiurandi aut perfidia
exegit, aut fallacia inconſtantis, ut quia fallere hoĩes ſolent,timore forte dei reuereant:

aut certe satis erit, & qui fallitur q̃a ex hoc
K offensam acquirit. Quid est q̄ in cruce po-
Luc. 23. situs Saluator, ait, Pater ignosce illis, non.n.
sciunt quid faciunt. Si nesciunt, quid est q̄
ignoscitur, maxime cũ dicat Abimelech ad
Gen. 20. deum, Nunquid ignorantes perdes? Non oĩs
Su. in.q. ignorans immunis a pęna est. Hic.n. qui po-
nou. test. tuit discere, & nõ dedit operã, reum se fecit.
nu. 67. Erat.n. ut disceret, & à quo disceret, sed ne-
Ioã. 15. gligentior luxuria aut maleuolentia factus,
inexcusabilis est à crimine. Vnde dicit Sal-
uator, Si nõ uenissem & locutus eis nõ fuis-
sem, peccatum nõ haberẽt. Ille aũt qui non
suo uitio ignorat, ideo.n. ignorat, quia non
fuit a quo disceret, nec rumore comperit do
ctrinæ opinionẽ, oĩ genere immunis à con-
demnatione est. Ideo his si conuertant̃, dñs
ueniã postulat a patre, qui cum prædicaret̃
ueritas, ut eam addiscerent, operã non dede-
runt, sed per ignorantiã authorem eius occi
Act. 3. derunt. Vnde Petrus Apost. in Actibus ait,
5 Conuertimini ut deleant̃ peccata uestra. Si
Deu. 21. in lege nemo iustificatur apud deum, quare
scriptũ est, Maledictus oĩs qui nõ permãserit
in oĩbus quæ scripta sunt in libro legis, vt fa
ciat ea? si ex fide iustificant̃ hoĩes, & non per
legẽ, ut quid maledictus est qui nõ impleuit
Gal. 2. legẽ, cum non proficiat ad iustitiã. Lex data
L per Moysen iustitiam habebat quidẽ, sed ter
renã, ut seruãtes legẽ iusti essent ad pręsens,
vt nõ rei fierẽt. Iustus est.n. ex lege, qui nul-
Leui. 18. li nocet. Vnde Apost. Lex, inquit, non est ex
Deut. 4. fide, sed qui fecerit ea uiuet in eis: Hoc est fa
Gal. 3. ciens legẽ nõ morietur, sed viuit ad pręsens:
Iustitia autẽ quæ ex fide est, iustificat hoĩes
apud deũ vt remunerẽtur in futuro seculo.
Addiderunt.n. tẽpali iustitiæ iustitiã fidei. Iu-
stum est.n. nosse ex quo & per quẽ sumus ut
patris & filij uera cõfessio ad cœlestia regna
nos perducat. Nã & ueteres qui non solũ le-
gis præcepta seruauerunt, sed & deũ dilexe-
runt, spem habẽtes in promissione, iustifica
ti sunt apud Deũ. Solam.n. legẽ dicit nõ iu-
stificare hoĩes apud deũ, sicut nec sola fides
exceptis his bonis operibus cõmendat apud
deum, sed seruata iustitia terrena & diuina,
perfectos facit. Hinc dicit dñs, Nisi abunda-
uerit iustitia uestra plusq̃ Scribarũ & Phari-
sæorũ, non introibitis in regnum cęlorum.
Matt. 5. Quid est vt Dauid dicat, Confundant̃ & eru
bescant qui dñt mihi, euge euge, Dñs autẽ,
Euge, inquit, serue bone & fidelis &c. Quod 6
Dauid pro malo accepit, hoc saluator bonis M
meritis dignũ oñdit. Non ualde istud discre Psal. 69.
pat a superiore quæstione. Vnum.n. uerbum Mat. 25.
diuersas habet significationes sicut supra me Sup. pro-
moraui. Obtrectatores.n. Dauid cũ exitijs xime in
eius fauerẽt gratulabant̃ malis eius. Dum.n. q. noui
ille pressuras & angustias pateret̃ à Saul & test. de
filio suo Absalon, illi recte & bene fieri dice 54.
bant: tale est si aliquis dicat, de eo qui iniu-
rias patit̃, Bene illi, hoc est gaudere in malis:
hoc est dicere, recte illi fit, sic.n. meretur. Si
modo & saluator lętus in bonis operib. me-
ritũ hoĩs pronũciat, dicẽs, Euge serue bone
& fidelis: Exultat.n. quia seruus digniorẽ se
fecit, dicẽs; Bene, hoc est, recte egisti, utinam
maius meritũ collocares. Vnũ igitur uerbũ
duabus cõtrarijs causis aptatur. Nã solemus
de aliquo dicere, Adiudicatus est: Sed qũo di
catur, causa aut subsequens aut prædicatio
declarat. Aliqñ.n. ad bonũ dr̃, aliqñ ad malũ:
sicut & concupiscentia aliqñ ad bonũ, aliqñ
ad malum aptatur. Quid est qđ in psalmo, A
Hoĩes, inquit, & iumẽta saluos facies. Et ad 7
Ionã prophetã, Nõ parcã, ait, ciuitati in qua Psal. 35.
habitant cẽtum triginta milia hoĩum & pe- Ionæ. 4.
cora multa? Contra aũt Apost. Nunquid, ait, 1. Cor. 9.
de bobus cura est deo? Quantum ad uerba
pertinet, vr̃ contrarium. Si causa aũt hoĩs &
pecorũ inspiciatur, manifestabit̃ esse nõ di-
spar. Oĩum curã gerit deus, quasi oĩum opi-
fex. Sed non seruat pecora p̄ p̄ ipsa, sed p̄ p̄
hoĩes seruat pecora, non hoĩes p̄ p̄ pecora.
Itaq; qui hoĩum curã gerit, custodit pecora,
ut non illi cura sit de bobus, sed de hoĩbus. 8
Quæ.n. spes in pecoribus? In Tobia, Opera, Tob. 12.
inquit, dei reuelare & cõfiteri honorificum Marc. 8.
est: Saluator aũt opus dei faciens, Nulli, ait, Mar. 15
dixeris. Non saluator opera dei celare debe-
re dixit: Nã alio loco, Vade, inquit, & narra
quanta tibi fecerit deus. Sed illorũ testimo-
nium refutauit aliqñ & iactantiam pressit:
ne uideretur, quod prudentibus absurdum
est, ipse sibi, ut seductor, testimonium per-
hibere. De æternitate filij. Quoniam sunt 9
quidam qui nondum adhuc discussa erroris
caligine, nec purgata vel detersa ueternosæ
uitiæ carie terreno sensu existimantes dubi-
tant, uel de Dei filio, uel duos unum esse.

B Perfida .n. quoq; & contumax natio iudæo-
rũ,quibus fons legis & sacramẽtorũ thesau-
ri hoc monstrare potuerunt,nõ ambigit,sed
nepharijs pernegat uocibus, breuiter quan-
tum tractus contractior patitur edisseram .
Spes.n. ignorantibus intra si uelint discere ,
dimittitur, pœna dissimulantibus perpetua
destinatur.Deus omnipotens,cum magnitu
dine ac bonitate prestantior sit , magnũ ali-
quid & maxime bonũ ędere exeat,quæ exhi
bere debuerat,sed si quid ædidisset, quod cõ
tra modum excellentiæ suæ foret, aut nõ po
tuisset amplius, qđ in omnipotentẽ non ca-
dit,aut noluisset, quod imbenignissimũ ui-
deretur.Certe in summo Deo grãde nõ fue-
rat fecisse qđ infra se positũ vim plenæ sum-
mitatis nõ esset habiturũ . Suꝑ se ergo nihil
erat.Nihil est.n.qđ deũ vincat: infra se parũ
fuerat,quia minus maximo nõ congruebat .
Simillimum itaq; suum filiũ creãs, edidit ex
C se quasi alterũ se a se, illud summũ & maxi-
mũ bonũ,qđ nobis ex Deo suppetit, ꝑ eius
ad nos propaginẽ redũdauit . Quinetiã hæc
simul intelligenda rõ est,deũ qui hũc mũdũ
cõdidit,ei q inter cętera pulchritudinis ordi
nationisq; miracula , creãdi quoq; naturam
sufficiẽdis sui cuiuslibet generis fœtibus tri
buit,ipsum prius utiq; habuisse qđ dederit.
Nullus.n.dat qđ ipse nõ habet. Qui habuit
ergo filium totis sibi similitudinis partib. cõ
gruẽtẽ , hoc est vnus vnicũ, probus probũ ,
bonus benignũ,beatus beatũ , maximus ma
ximum,sempiternus æternum , habuit utiq;
ante mundũ creatæ sobolis principatum, de
quo rebus oriundis impertiebat exẽplum,ut
gignentiũ germina suis rñdere seminib. co-
gerentur . Nec sane aliter sinebat ordo legiti
mus,q̃ ut pater rerum futurus, ante esse de-
buerit pr̃ proprius,hoc est proprij sui fętus .
Sed ꝙ æditum filium diximus, non sic est ac
cipiendũ tãquã nostri similẽ habeat ortum ,
natusq; ita sit,ut mortales nasci uidemus,cũ
prorũpente fœtu existant q̃ ante nõ fuerãt .
Illa .n. aliunde insitis concepta seminibus ,
elementorum subiectorum cœtu in generis
sui speciem coalescunt.Hæc aũt nullo auxi-
lio adiunctionis externæ ex se id quod in se
ac secum semper habuit,induxit & protulit.
Vt.n.si lucem nasci ex sole dicamus,ꝙ ab eo
D ꝓcedat & profluat,nõ utiq; sic dicimus,qua
si aliqñ sine luce sol aut eẽ possit, aut fuerit,
ut eã tꝑe aliquo a se posteriorẽ generauerit.
Sed vt ꝙ secũ semper obtinuit , eam de se .s.
genitam sine cœpti aliqua distinctione prin
cipij , qua semꝑ fulgeat , semper ex se velut
munere reparante collustret,sic Dei filius ab
æterno omnipotenti patri cohærens. Hanc
quoq; eius similitudinẽ tenuit,ut nec ortum
habeat,nec occasum, & ut deus sine origine
sempiternus,ita & filius sempiternus . Et ut
deus unus est simplex, ideq; sic cũ patre per
mixtus ut nominibus & affectibus quidẽ di
stincti,sed idẽ sint.In ambobus vnus,& vter
que in uno inseparabili maiestate cõtinuus .
Deus itaq; filium non ex materiis discordan
tibus tractũ:sed ex simplici ac singulari natu
ræ suæ stirpe ac seminario æditum , semper
in se habitum nec a se ulla unquam separa-
tione dimissum, ita secũ continet & ample-
ctitur, ut nihil in ambob. de illa unitate mu
tetur.Quid est quod Apostolus dicit Galatis, 10
Miror ꝙ sic tam cito trãsferemini ab eo qui
vocauit uos in gratia , in aliud Euãgeliũ qđ
nõ est &c.?Iõ aliud dicit Euangeliũ ad quod
uocati fuerãt , qa nõ hoc est qđ postea sequi
cœperant Galatæ. Ab Euãgelio.n.Christi ad
ducti,in Iudaismũ fuerãt attracti sub nomi- E
ne Xpi,quasi hoc esset sequẽdũ. Aliud ãt, in-
qt,Apostolus p̃dicabat affirmabãt, Vñ suble
gitur,sicut uobis suadẽt Apostoli,aut circun
ueniũt gẽtiles credẽtes,hoc dicebant a Salua
tore traditũ, qđ ipsi dicebãt,sicut cõtinet in Act. 15.
Actibus Apostolorũ,quia nisi circuncidami
ni more Moysi,nõ poteritis salui esse . Hinc
Apostolus dolore euersionis illorũ commo
tus, scribit ad eos dicens, Miror ꝙ sic tã cito
transferimini ab eo qui vocauit vos in grã ,
in aliud Euangeliũ,qđ non est aliud . Mirat̃
ergo quia post rem leuem & minus graue ,
asperitati studerent & oneri: hoc est, ut post
Dei simplicitatem circuncidi se, pro elemen
tis mitterent, neomenias colerẽt & sabbatũ,
elementis subiecti ac prouocati erant,id est,
gratiæ non legis factorũ.Et ne pseudo Apo-
stolis occasionẽ dedisse videretur , dicẽtibus
aliud esse qđ acceperãt Galatę q̃ veritatis ha
bet traditio, statim subiecit qđ nõ est aliud ,
nisi sunt aliqui q vos conturbẽt, & uolũt cõ
uertere Euangelium Christi. Aliud ergo erat
ad quod ab Apostolo uocati erant Euan-

gelium

F geliū,q̄ quod seq. cœperūt impulsu pseudo Apostolorum, non tñ aliud erat q̄ Christus tradiderat, vt per id in errorem se inductos cognoscerent, & solam fidem sequerentur, profitentes Christū deū & hunc sufficere ad salutem tribuendam, per quem fuerant remissionem peccatorū adepti, nō per legem, qa sine lege gratia dei donat delicta. Nō esse
2 contristandū de mortuis Paulus Apostolus significat, Nam desperantiū est contristari. Et ipse, Infirmus, inquit de Epaphrodito, fuit pro
Philip.2 pe mortē, sed deus misertus est illi. Non solū aūt illi, sed & mihi, nē tristitiam super tristitiam haberem. Qūo cōtristandum uetat, cū ipse contristandum si mortuus fuisset, declarat? Aliter de morte Epaphroditi si prouenisset contristandum significauit, & aliter prohibet contristandum. Nam hoc ꝑ ꝑ solatiū adiutorij eius quo utebatur in Euangelio, si mortuus fuisset, contristandum se dixit, Nos autem sic contristari prohibet, ne obitos qua si extinctos & perditos lugeamus, desperantes de resurrectione. Aliud est igitur solatiū inquirere, quasi absentis, & aliud dolere inte
G ritum iam non futuri. Hic cessat consolatio,
12 illic excluditur desperatio. Quid est quia oc
Supra in cisis filiis Liæ, qui sunt ex tribu Iuda, Rachel
q no. te- filios suos plangere dicatur. Rachel filij, quā
sta.n. 62 tum ad historiam pertinet, olim pro malefico suo opere Sodomitarum & spurcitia quā in cōcubinam hominis Leuitæ operati sunt, extincti fuerunt & erasi sunt a reliquis tribubus. Filij autem Liæ in primæuis annis ętatis in causa saluatoris occisi sunt, quorū causas ideo planctui non ascribi uult, quia & innocentes occisi sunt, & in Dei causa, a quo mercedis uice æterna uita donati sunt. Hac igitur causa planctum Rachel filiis competere, qui & in præsenti & in futuro perisse noscuntur, Vnde consolationem non recipere dicta est, sciens eorum qui perierunt nullam spem esse consolationis. Nam ideo filiis Liæ passis & occisis in Dei causa, planctum adimpletum Rachel Euangelista testatur, quia tunc plus plangere filios suos cœpit, quando filios sororis suæ in tali causa vidit occisos, vt ad vitam pertineant, quia cui ad-
H uersum aliquid euenit, ex fœlicitate alterius infausta sua miserius luget.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOpi, de Cura pro mortuis gerenda, ad Paulinum, Liber vnus.



Diu sanctitati tuę coepiscope venerande Pauline rescriptorum debitor fui, ex quo mihi scripsisti ꝑ homines filiæ nostræ religiosissimæ Floræ, quærēs a me, utrum prosit cuiq; post mortē, ꝙ corpus eius apud sancti alicuius memoriā sepelitur. Hoc eñ abs te vidua memorata petiuerat pro defuncto in eis partibus filio suo, & rescripseras cōsolās eā: idq; ēt nunciās de cadauere fidelis iuuenis Cynegij, qđ materno & pio affectu desiderauit, esse completum, ut. s. in beatissimi Felicis cōfessoris Basilica poneretur. Qua occasione factū est, & ꝑ eosdē ꝑlatores literarū tuarū ēt mihi scriberes, ingerēs huiuscemodi qōnē: atq; ut rńderē qd inde mihi uideret, exposcēs, nec tacēs ipse quid sentias. Nā dicis uideri tibi nō esse inanes mot⁹ animorū religiosorū atq; fideliū pro suis ista curātiū. Adiūgis ēt vacare nō posse, ꝙ vniuersa ꝑ defunctis ecclesia supplicare cōsueuit: ut hinc & illud conijci possit, hoī ꝓdesse post mortē, si fide suorū humādo eius corpori talis ꝓuideat locus, ī quo appareat opitulatio ēt isto mō q̄sita sanctorū. Sed cū hæc ita sint, qūo huic opinioni ꝯriū nō sit, quod dicit Apostolus, Omnes .n. astabimus ante tribunal Xp̄i, ut ferat unusquisq; ſm ea, quæ per corpus gessit, siue bonū siue malum: nō te satis videre significas. Hæc quidē Apostoli ca sentētia ante mortē admonet fieri, quod possit prodesse post mortē: non tunc quādo iam recipiendum est quod quisq; gesserit ante mortem. Verum hęc ita soluitur quęstio, qm̄ quodam uitæ genere acquiritur, dum in hoc corpore viuitur, ut aliquid adiuuēt ista defunctos: ac ꝑ hoc ſm ea quæ ꝑ corpus gesserunt, eis quæ post corpus religiose pro illis facta fuerint, adiuuantur: Sunt. n. quos nihil omnino adiuuāt ista: siue pro eis fiant, quorum tam mala sunt merita, vt neq; talib. digni sunt adiuuari: siue pro eis, quorū tā bona, ut talibus nō indigeant adiumētis. Genere

Vnde ... utprosint aut ... prosint quæ ... pro ... functis Cap. I

I

2. Co.5

K

ræ igitur uitæ,qđ gessit quisque per corpus,
efficit ut prosint vel nō prosint, q̄cunq; pro
illo pie fiunt,cū reliquerit corpus. Nā meri-
tū , perqđ ista prosint, si nullū cōparatū est
in hac uita,frustra quęrit post hanc uitā. Ita
fit,ut neq; inaniter ecclesia uel suorum cura
pro defunctis,qđ potuerit religionis impen
dat:& tñ ferat vnusquisq; ſm ea quæ ꝑ cor-
pus gessit,siue bonū siue malū, reddēte dño
L vnicuiq; ſm opera eius.Vt.n.hoc qđ impen
ditur,possit ei prodesse post corpus, in ea vi
ta acquisitū est, quā gessit in corpore. Pote-
rat inquisitioni tuæ sufficere mea breuis ista
rñsio:sed * quia alia mouent,quibus rñden-
al. quæ alia moueant.
dum existimo , parūper attende. In Macha-
bæorū libris legimus oblatū pro mortuis sa-
2.Ma.12
crificium . Sed & si nusquā in scripturis ue-
teribus oīno legeret , nō parua est uniuersæ
ecclesiæ quæ in hac consuetudine claret au-
thoritas:ubi in precibus sacerdotis,quæ dño
deo ad eius altare fundunt, locum suum ha
bet ēt cōmendatio mortuorum . Sed utrum
aliquid prosit aīæ mortui locus corporis sui,
Quid cōferat homos sepulturæ.c.2.
operosius inquirendū est.Ac primū utrū in-
tersit aliquid ad inferendā vel augendā mi-
seriā post hāc uitā spiritibus hominū , si eo-
rum corpora sepulta nō fuerint:nō ſm opi-
nionē utcunq; vulgatam,sed potius ſm reli
gionis nr̄æ sacras literas est uidēdū. Neq;.n.
credendū est, sicut apud Maronē legit,inse-
pultos à nauigando atq; transeundo inferni
amne prohiberi:quia.s.Nec ripas datur hor-
renda, nec rauca fluenta Transportare prius
M q̄ sedibus ossa quierunt. Quis cor Christia-
nū inclinet his poeticis fabulosisq; figmen-
tis,cùm dñs Iesus, ut inter inimicorum ma-
nus , qui eorū corpora in ptāte haberent,se-
Am.6.
curi occumberent Christiani, nec capillum
capitis eorū asserat periturum ,exhortans ne
timeant eos , qui cū corpus occiderint, am-
plius non habēt qđ faciant.Vnde in 1.lib.de
ciui.dei,satis quantū existimo,sum locutus,
ut eorū dentē retunderē , qui Barbaricā ua-
stitatem , præcipuè q̄ nuper Roma perpessa
est,christianis tꝑibus imputando,ēt id obij-
De ci. dei li.1.c.12
ciūt, ꝙ suis illic nō subuenerit Xp̄s. Quibus
cum rñsum fuerit , aīas fideliū pro fidei suæ
Mat.10.
meritis ab illo fuisse susceptas , insultant de
cadaueribus insepultis.Totū itaq; istū de se-
pultura locū verbis talibus explicaui. Ait.n.

in tanta, inquā, strage cadauerū nec sepeliri
potuerunt. Neq; istud pia fides nimiū refor-
midat tenens prædictū, neq; absumentes be
stias resurrecturis corporib. obfuturas,quo-
rum capillus capitis non peribit.Nullo mo-
Luc.12. Mat.10.
do.n.diceret ueritas , Nolite timere eos, qui
corpus occidunt,animā aūt non pñt occide
re: si quicquā obesset uitæ futuræ, quicquid A
inimici de corporibus* sanctorū facere uo-
al. occisorum.
luissent , Nisi fortè quispiā sic absurdus est,
ut contēdat eos, qui corpus occidūt, nō de-
bere timeri ante mortē,ne corpus occidant.
& timeri debere post mortē, ne corpus occi
sum sepeliri non sinant. Falsum est ergo qđ
ait Christus.Qui corpus occidunt,& postea
non habēt quid faciant,si habent tanta quæ
de cadaueribus faciant ? Absit ut falsum sit
qđ ueritas dixit . Dictū est.n.aliquid eos fa-
cere cum occidunt, q̄a in corpore sensus est
occidendo : postea uero nihil habere qđ fa-
ciant,q̄a nullus sensus est in corpore occiso.
Multa itaq; corpora Christianorū terra non
texit, sed nullū eorū quisquā à cęlo & à ter-
ra separauit,quā totam implet præsentia sui,
Psal.78.
qui nouit unde resuscitet quod creauit . Dī
quidē in psalmo,Posuerunt mortalia seruo-
rum tuorum escam uolatilibus cœli,carnes
sanctorū tuorū bestiis terræ: Effuderunt san
guinē eorum tanq̄ aquā in circuitu Hieru-
salem,& nō erat qui sepeliret, Sed magis ad
exaggerandū crudelitatē eorū,qui ista fece-
runt,nō ad eorū infęlicitatē,qui ista perpes-
si sunt. Quāuis.n.hæc in conspectu hominū B
dura & dira uideantur , sed preciosa in con-
spectu dñi mors sanctorū eius . Proinde ista
omnia.i.curatio funeris , cōditio sepulturæ,
pompa exequiarum,magis uiuorum solatia
13. q. 2. c. aīæ. 4. sen. dist. 45.ca. de pompis.
sunt, q̄ subsidia mortuorū.Si aliquid prodest
impio sepultura preciosa , oberit pio uilis
aut nulla. Præclaras exequias in cōspectu ho
minū purpurato illi diuiti turba exhibuit fa
mulorū:sed multo clariores in cōspectu dñi
ulceroso illi pauperi ministeriū præbuit an-
gelorū,qui eum non extulerunt in marmo-
reum tumulum,sed in Abrahæ sinū sustule-
runt. Rident hæc illi,contra quos defenden
dam suscepimus ciuitatem dei : uerūtamen
sepulturæ curam etiam eorum Philosophi
contempserunt : & sepæ uniuersi exercitus,
dū pro terrena patria morerētur , ubi postea
iace-

Lucanus in 7. iacerent, uel quib.bestijs esca fierent, nō curauerunt. Licuitq; poetis de hac re plausibiliter dicere, Cęlo tegit̄ qui nō habet urnam: quāto minus debēt de corporibus insepultis insultare Christianis, q̄bus & ipsius carnis, mēbrorūq; oīum reformatio, nō solū ex terra, uerūēt ex aliorū elemētorū secretissimo sinu, quo dilapsa cadauera recesserūt, in t̄pis pūcto reddenda & redintegrāda promittit̄.

C Nec ideo tñ contēnenda & abiiciēda sunt corpora defunctorū, maximeq; iustorum ac fideliū, quibus tanq̄ organis & vasis ad oīa bona opera sanctus vsus est spiritus. Si.n. paterna vestis & annulus, ac si quid hmōi, tanto charius est posteris, quanto erga parentes maior extitit affectus nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ utiq; multo familiarius atq; cōiunctius, q̄ quęlibet indumenta gestamus. Hæc.n. non ad ornamentū uel adiutorium, qđ adhibet̄ extrinsecus, sed ad ipsam naturam hoīs pertinēt. Vnde & antiquorum iustorū funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratę, & sepultura prouisa: ipsiq; cū viuerēt, de sepeliendis uel vel ēt transferēdis suis corporibus filijs mādauerunt. Et Tobias sepeliēdo mortuos, deū promeruisse, teste angelo cōmendatur. Ipse quoq; dñs die tertio resurrecturus, religiosę mulieris bonū opus p̄dicat, prædicandumq; commendat, ꝙ vnguētum preciosum super mēbra eius effuderit, atq; hoc ad eū sepeliendū fecerit: & laudabiliter cōmemorantur in

Quare honos ad datur sepultura. Cap. 3. li. 1. de ciu. dei c. 13. q. 2. cap. animæ. Gen. 23. & 25. Gen. 45. To. 2. & 12. Mat. 26. Ioan. 12. Ioan. 19

D Euāgelio, qui corpus eius de cruce acceptū, diligēter atq; honorifice tegendum sepeliendūq; curarunt. Verum istæ authoritates non hoc admonēt, ꝙ insit ullus cadaueribus sensus, sed ad dei prouidentiā, cui placēt ēt talia pietatis officia, corpora quoq; mortuorum pertinere significant, p̄p fidē resurrectionis astruendam. Vbi & illud salubriter discitur, quāta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quas uiuētibus & sentientibus exhibemus, si neq; hoc apud deum perit, qđ exanimis hominum mēbris * officij diligentiæq; persoluit̄. Sunt quidē & alia, quæ sancti Patriarchę de corporibus suis vel cōdendis vel trāsferendis prophetico spiritu dicta intelligi uoluerunt, nō aūt hic locus est, ut ea pertractemus, cū sufficiāt ista quæ diximus. Sed ea, q̄ sustētandis viuentibus sunt necessaria, sicut uictus & amictus, q̄uis cū graui afflictione desint, non frangūt in bonis perferendi tolerandiq; uirtutē: nec eradicant ex aīo pietatē, sed * excitatā faciunt fęcundiorē: quāto magis cū desunt ea, q̄ curandis funeribus condēdisq; corporib. defunctorum adhiberi solēt, non efficiūt miseros, in occultis piorū sedibus iam quietos? Ac p̄ hoc, qñ ista cadaerib. Christianorū in illa magnæ urbis, uel ēt aliorū oppidorū vastatione defuerūt, nec uiuorū culpa est, qui non potuerūt ista præbere: nec mortuorū pęna, qui nō potuerūt ista sentire. Hæc est mea de sepulturæ causa atq; rōne snīa. Quā propterea ex alio libro meo in istum transtuli, q̄a facilius hoc a me recēseri potuit q̄ idipsum alio modo eloquendū fuit. Qđ si uerū est, profecto ēt prouisus sepeliēdis corporibus apud memoriam sanctorū locus, bonæ affectionis humanæ est erga funera suorū: qm̄ si nonnulla religio est vt sepeliant̄, nō pōt nulla esse, qñ vbi sepeliant̄ attenditur. Sed cū talia uiuorū solatia requirūtur, quib. eorum pius in suos aīus appareat, nō uideo quæ sunt adiumēta mortuorū: nisi adhoc, ut dū recolūt ubi sint posita eorū quos diligunt corpora, eisdē sanctis illos tanq̄ patronis susceptos apud dñm adiuuandos orādo cōmendent. Quod quidē facere possent, ēt si talibus locis eos humare non possent. Sed non ob aliud uel memoriæ uel monumēta dñr, ea quæ insignita fiunt sepulchra mortuorū: nisi q̄a eos, qui uiuentiū oculis morte subtracti sunt, ne obliuione ēt cordibus subtrahantur, in memoriam reuocant, & admonēdo faciunt cogitari: nam & memoriæ nomē id apertissime ondit, & monumentū, eo ꝙ moneat mentē, i. admoneat, nuncupatur. Propter qđ & Græci μνημεῖον vocant, quod nos memor a seu monumentum appellamus: qm̄ lingua eorū memoria ipsa, qua meminimus μνήμη dr̄. Dum itaq; recolit aīus ubi sepultum sit charissimi corpus, & occurrit locus noīe martyris uenerabilis, eidem martyri aīam dilectam cōmendat recordantis & precantis affectus. Qui cū defunctis a fidelibus charissimis exhibetur, eū prodesse nō dubium est ijs, qui cū in corpore uiuerēt, talia sibi post hāc uitā prodesse meruerūt. Verum & si aliqua necessitas uel humari corpora, uel in talibus locis humari

13. q. 1. c. animæ. al. officiosæ diligētia. al. excitatam. E Sed cultu rum. Locus se prode mort Cap. F

ri nulla data facultate permittat, non sunt ꝑ termittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum:quas faciendas pro omnibus in Christiana & catholica societate defunctis, ēt tacitis nominibus quorumq; sub generali cōmemoratione suscepit ecclesia, ut quibus
G ad ista desunt parentes,aut filij, aut quicūq; cognati vel amici, ab vna eis exhibeātur pia matre cōi. Si aūt deessent istæ supplicatiōes, q̄ fiūt recta fide ac pietate pro mortuis, puto ꝙ nihil prodesset spiritibus eorū quālibet in locis sanctis * exanima corpora ponerent. Cum ergo fidelis mater fidelis filij defuncti corpus desiderauit in Basilicā martyris poni, si quidem credidit eius animam meritis martyris adiuuari:hoc quod ita credidit supplicatio quædā fuit, & hæc profuit si q̄d profuit. Et ꝙ ad idē sepulchrū recurrit animo, & filium precibus magis magisq; cōmēdat, adiuuat defuncti spm̄, non mortui corporis locus,sed ex loci memoria viuus matris affectus. Simul .n. & quis & cui commendādus sit, non utiq; infructuose religiosam mentē ꝓcantis attingit: nā & orātes de mēbris sui corporis faciūt qđ supplicātibus congruit, cū genua figūt, cū extendūt manus, uel ēt posternūtur solo,& si q̄d aliud uisibiliter faciunt:quāuis eorū inuisibilis uolūtas, & cordis intētio Deo nota sit: nec ille indigeat his indicijs,ut humanus ei pādatur animus: sed his magis seipsum excitat hō ad orandū gemendūq; humilius atq; feruētius. Et nescio qūo, cū hi mot⁹ corporis fieri,nisi motu ani
H mi ꝓcedēte nō possint,eisdemq; rursus exterius uisibiliter factis,ille interior inuisibilis, q̄ eos fecit,augetur:ac ꝑ hoc cordis affect⁹, qui,ut fierent ista, præcessit:quia facta sunt, crescit. Veruntn̄ si eo modo quisq; teneatur, uel ēt ligetur, vt hęc de suis membris facere nequeat,non ideo nō orat interior hō, & ante oculos Dei in secretissimo cubili ubi cōpūgit,sternitur. Ita ēt cū plurimū intersit ubi ponat corpus mortui sui, q̄ pro spū eius deo supplicat,q̄a & ꝓcedēs affectus locum eligit sanctū,& illic corpore posito, recordatus locus sāctus eū qui ꝓcesserat renouat & auget affectū:tn̄ ēt si nō possit,ubi religiosus* amicus elegit humare quē diligit, nullo mō dēt a supplicationibus necessarijs in eius cōmēdatione cessare. Vbicunq; .n. iaceat uel non

Al. exanimata.

...ocus per ...ccasionē ...uātum ...rosit. ...ap. 5.

Al. animus.

iaceat defuncti caro, spiritui reqes acquirenda est. Qui cū inde exiret, secū abstulit sensum,quo interesse posit qūo quisq; sit, siue in bonis siue in malis. Nec ab ea carne expectat adiuuari uitā suā, cui ꝑbebat ipse uitā, quā detraxit excedens, & redditurus est rediens:qm̄ non caro spiritui,sed spūs carni ēt ipsius resurrectionis meritū cōparat, utrum ad pœnam,an ad gloriā reuiuiscat. Legimus in ecclesiastica historia, quā Græce scripsit Eusebius, & in Latinam linguā uertit Rufinus, martyrum corpora in Gallia canib. exposita,canūq; reliquias, atq; ossa mortuorū usq; ad extremā consumptionē ignibus cōcremata:eosdemq; cineres fluuio Rhodano ne q̄d ad memoriam qualemcunq; relinqueretur inspersos. Qđ non ob aliud credendū est diuinitus fuisse ꝑmissum, nisi ut discerēt Christiani in cōfitēdo Xp̄m, dū cōtēnūt hāc uitā, multo magis contemnere sepulturam. Hoc .n. quod ingenti sęuitia de corporibus martyrū factū est, si eis q̄cquā noceret, quo minus beatè requiescerent eorū uictoriosissimi spūs, non vtiq; fieri sineretur. Re ipsa ergo declaratū est,nō ideo dixisse dn̄m, Nolite timere eos,qui corpus occidūt,& postea non habent quid faciant:quod non esset per missurus al.q̄d eos facere de suorū corporibus mortuorū:sed qm̄ quicquid facere ꝑmissi essent, nihil quo minueret Christiana defunctorū fœlicitas fieret,nihil inde ad sensū post mortē uiuētiū perueniret: nihil ad detrimētū, saltē ipsorū corporum, quo minus integra resurgerēt, ꝑtineret. Et tn̄ ex illo humani cordis affectu,quo nemo unquā carnē suam odio habet,si cognoscant homines aliquid post mortem suam suis corporib. suorumq; defunctorū deesse,quod in sua cuiusque gēte uel patria poscit solēnitas sepulturæ,cōtristantur ut homines: & quod ad eos post mortē non ꝑtinet,ante mortē suis corporibus timēt: ita ut inueniatur in regnorū libris deū ꝑ Prophetā minari alteri Prophetæ,qui eius trāgressus est verbū, ꝙ nō inferret cadauer eius in sepulchrū patrum eius. Quæ scriptura sic se habet, Hæc dicit dn̄s, qm̄ inobediēs fuisti ori dn̄i, & nō custodisti mādatū,qđ præcepit tibi dn̄s Deus tuus, & reuersus es,& comedisti panem,& bibisti aquā in loco,in quo præcepi tibi ne comede

I Corpora exusta. Capu.6.

Luc.12.

K

Cura sepulturæ. Cap. 7.

Ephe. 5.

3.Re.13

res panē, neq; biberes aquā, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorū. Quanti hæc pœna pendenda sit, si ſm Euangelium cogitemus, vbi post corpus occisum nihil metuēdū esse didicimus, ne membra * ex anima patiuntur, nec pœna dicenda est. Si aūt humanū erga suam carnem considere mus affectum, potuit inde terreri uel contristari viuus, quod sensurus nō erat mortuus: & hæc erat pœna, qm̄ dolebat animus id de suo corpore futurū, quāuis cū fieret, non doleret. Hactenus.n.uoluit dn̄s seruum suū plectere, qui nō sua cōtumacia spreuerat præceptum eius implere, sed aliena decipiēte fallacia, obedire se credidit, qn̄ non obediuit. Neque.n.putandū est ita fuisse interēptū morsu bestiæ, ut ad supplicium tartareum eius deinde anima raperetur: qn̄quidem ipsum eius corpus idem leo, qui occiderat, custodiuit, iumento etiam quo uehebatur illæso, & simul cū illa immani fera, intrepida præsentia ad sui dn̄i funus astāte. Quo mirabili signo apparet hominē dei coercitū potius tꝑaliter usq; ad mortē, q̄ punitū esse post mortē. De qua re Apostolus, cum ꝓꝑ * quasdam offensas cōmemorasset ifirmitates mortesq; multorū, Si.n.nosipsos, inqt, iudicaremus, a dn̄o nō iudicaremur. Cū iudicamur āt, a dn̄o corripimur, ne cum mundo damnemur. Eū sanè ipse, qui deceperat, in monumēto ꝓprio honorifice sepeliuit, seq; sepeliendū iuxta ossa eius curauit: ita sperans parci posse quoq; ossibus suis, cum ueniret tempus qn̄ ſm illius hominis Dei prophetiā, Iosias rex Iuda in illa terra multorum eruit ossa mortuorū, eisdemq; ossibus sacrilega altaria, q̄ sculptilibus cōstituta fuerāt, funestauit, pepercit q̄ꝓpe illi monumēto, ubi iacebat Propheta, qui ante annos amplius q̄ trecentos ista prædixerat, & ꝓꝑ ipsum nec illius, qui eū seduxerat, sepultura uiolata est. Affectu nāq; illo, quo nemo unquā carnē suā odio habet, prouiderat cadaueri suo, q̄ occiderat mendacio animā suā. Ex hoc igit ꝙ carnē suā quisq; naturaliter diligit, & illi pœna fuit addiscere, nō eum futurum in sepulchro patrum suorū: & huic cura prospicere, ut parceretur ossib. suis, si iuxta eū iaceret cuius sepulchrum nemo uiolaret. Hunc affectum martyres Christi pro ueritate certantes, vicerunt: quia contēpserunt qđ non fuerant peracta morte sensuri, qui non potuerunt eis, quos uiuētes sentiebant cruciatibus uinci. Poterat utiq; deus qui leonē Prophetę corpus, qđ ipse occiderat, ulterius non permisit, attingere, & fecit de peremptore custodē: poterat, inquā, à suorū interfectis corporib. canes quibus fuerāt proiecta prohibere: poterat & ipsam hominū innumerabilibus modis terrere sæuitiam ne cadauera incēdere, ne cineres dispergere auderēt. Sed hoc quoq; experimētū multiplici uarietati tentationū deesse non debuit, ne fortitudo cōfessionis q̄ immanitati persecutionis pro corporis salute nō cederet, pro sepulchri honore trepidaret: postremo ne fides resurrectionis consumptionē corporum formidaret. Debuerūt ergo & ista ꝑmitti, ut etiā post hæc tāti honoris exempla martyres in Christi cōfessione feruētes, huius quoq; testes fierent veritatis, in qua didicerāt eos a q̄bus sua corpora interficerentur, postea nihil habere qđ facerēt, qm̄ quicquid mortuis corporibus facerent, utiq; nihil facerent qn̄ in carne omni uita carente, nec aliqd sentire posset q̄ inde migrauerit, nec aliqd inde ꝑderet q̄ creauit. Sed inter hæc q̄ fiebāt de corporibus occisorū, cū martyres ea nō metuētes magna fortitudine paterētur, tn̄ apud fratres luctus ingens erat: ꝙ nulla dabatur potestas sanctorū funerib. iusta ꝑsoluere, nec occulte subtrahere aliqd sicut eadē testat historia, crudeliū custodū vigiliæ ꝑmittebāt. Ita cum illos q̄ occisi fuerant, in dilaceratione membrorū suorū, in cōflagratione ossiū, in dispersione cinerū, miseria nulla contingeret, istos tn̄ qui nihil eorū sepelire poterāt, magna miseria cruciabat: q̄a nullo mō illis sentiētibus ipsi quodammodo sentiebant, & ubi iā illorū nulla erat passio, erat istorū misera cōpassio. Scđm istā quā dixi miseram compassionē laudātur illi, & a rege Dauid bn̄dicuntur, qui Saulis & Ionathæ ossibus aridis sepulturæ misericordiā præstiterunt. Quæ tandē misericordia præstatur nihil sentientibus? An forte hoc reuocandū est ad illā opinionem, ꝙ inferni fluuium insepulti nō poterāt trāsmeare? Absit hoc a fide Christiana, Alioquin pessime actū est cum tāta martyrū multitudine, quorū nō potuerūt corpora sepeliri, & fallaciter eis ueritas dixit, Nolite timere eos qui

Al. exanimata.
L
Al. quorundam.
1.Co.11.
M
4.Re.23
2. Reg.
Ephe. 5.
Affectus humanus dolet in sepultos eos quos
amat.
Cap. 8.
3.Re.1
A
Officium sepulturæ.
Capu.9
2.Reg.
Luc. 12

qui corpus occidunt & postea non habent
quid faciant: si eis tanta mala facere potue-
runt, quibus impedirentur ad loca exoptata
transire. Sed q̃a hoc sine ulla dubitatione fal
sissimum est, nec aliq̃d obest fidelibus nega
ta eorũ corporibus sepultura, nec aliq̃d si ex
hibeatur infidelibus prodest: cur ergo illi q̃
Saulem & filiũ eius sepelierunt, misericor-
diam fecisse dñr, & ob hoc a rege pio bene-
dicuntur: nisi quia bñ afficiuntur corda mi-
serantium, quando ea dolẽt in mortuorum
corporibus alienis, quæ illo affectu, quo ne-
phe. 5. mo unquam carnem suam odio habet, no-
lunt fieri post mortem suã corporibus suis,
& quod sibi exhiberi nolunt qñ sensuri non
sunt, alijs non sentientibus curant exhibere
Quo defunctorũ anim. evi[u]entibus appareat cap. 10.
dũ ipsi sentiunt? Narrantur uisa quædã quæ
huic disputationi non negligendã videantur
inferre quæstionem. Feruntur quippe mor-
tui nonnulli vel in somnis uel alio quocũq;
modo apparuisse uiuentibus, atq; vbi eorũ
corpora iacerent inhumata nescientibus, lo
cisq; mõstratis admonuisse ut sibi sepultura
q̃ defuerat præberetur. Hæc si falsa esse rñde
rimus, contra quorundam scripta fidelium,
& contra eorum sensus qui talia sibi accidis
se confirmant impudẽter venire videbimur.
Sed respondendum est, non ideo putandum
esse mortuos ista sentire, quia hæc dicere vel
indicare uel petere uidentur in somnis. Nã
& uiuentes apparent sæpe uiuentibus dor-
D mientibus, dũ seipsi nesciunt apparere: & ab
eis qui hęc somniauerint audiunt dicenti-
bus, ꝙ eos in somnis agentes aliquid uel lo-
quentes uiderint. Si ergo me potest aliquis
in somnis uidere, sibi aliquid quod factum
est indicantem, uel etiam quod futurum prę
nunciantem: cum id ego prorsus ignorẽ, &
omnino nõ curẽ, non solũ q̃d ille somniet,
sed utrũ dormiẽte me uigilet, an vigilãte me
dormiat, an uno eodẽq; tp̄e uigilemus am-
bo siue dormiamus, qñ ille somnium uidet
& in quo me uidet: quid mirum si nesciẽtes
mortui, nec ista sentientes, tñ a uiuẽtibus ui-
dentur in somniis, & aliquid dicunt, q̃d eui
gilantes uerum esse cognoscant? Angelicis
igitur operationibus fieri crediderim, siue ꝑ
mittatur desuper, siue iubeatur ut aliquid di
cere de sepeliendis corporibus suis uideant
in somnis, cũ id penitus nesciãt quorum illą
sunt corpora. Id ãt aliqñ utiliter fit, siue ad vi
uorũ qualecũq; solatiũ, ad quos pertinẽt illi
mortui, quorũ apparent imagines somniãti
bus: siue ut his admonitionib. generi huma
no sepulturæ cõmendetur humanitas. Quæ
licet defunctis non opituletur, culpanda tñ E
irreligiositate negligitur. Aliqñ autem falla-
cibus somnis hi homines in magnos mittun *Aen. 6.*
tur errores, quos talia perpeti iustum est: ue-
lut si quisquam uideat in somnis, q̃d Aeneas
uidisse apud inferos poetica falsitate narrat,
& ut ei cuiuspiam non sepulti appareat ima
go, * & loquatur, qualia fertur illi locutus *Al. loquaturque talia.*
fuisse Palinurus: & cum euigilauerit, ibi cor
pus eius inueniat, ubi iacere inhumatum cũ
somniaret audiuit, admonitus & rogatus ut
sepeliret inuentum, & quia id verum esse cõ
perit, credat ideo mortuos sepeliri, ut eorũ
animæ ad loca trãseãt, vñ insepultorum aĩas
inferna prohiberi lege somniauit. Nõne ita
credẽs, plurimum a tramite veritatis exorbi
tat? Sic aũt infirmitas humana sese habet, ut *Visorum exempla duo. c. 11*
cũ mortuũ in somnis quisque uiderit, ipsius
animã se uidere arbitret: cũ ãt uiuũ similiter
somniauerit, nõ eius animã, neq; corpus, sed
hoĩs similitudinẽ sibi apparuisse nõ dubitet:
quasi nõ possint & mortuorũ hominũ, eodẽ
mõ nesciẽtiũ, nõ animę sed similitudines ap
parere dormiẽtibus. Pro certo cũ Mediolani
essemus, audiuimus, ꝙ cum debitũ repetere
tur a quodam, defuncti patris cautione pro-
lata, q̃d filio nesciẽte a patre iã fuerat perso-
lutum, cõtristari hõ grauissime cœpit atque F
mirari, ꝙ ei pater moriens nõ dixerit q̃d de-
beret, cum fecisset etiam testm̃. Tunc nimis
anxio apparuit idem pater eius in somnis, &
ubi esset recautum, quo illa cautio uacuata
fuerat, indicauit. Quo inuẽto iuuenis atque
monstrato, nõ solũ falsi debiti calũniam pro
pulsauit, sed etiã paternũ recepit chirogra-
phũ, quod pater non receperat, qñ est perso-
luta pecunia. Hic itaq; putatur animam ho-
minis curã gessisse pro filio, & ad eum uenis
se dormientem, ut docens quod ignorabat, a
magna eum molestia liberaret. Sed eodẽ ip-
so ferme tempore, quo id audiuimus, id est
nobis apud Mediolanum constitutis Cartha
ginis rhetor Eulogius, qui meus in eadẽ arte
discipulus fuit, sicut mihi ipse posteaquam
in Aphricam remeauimus retulit, cũ rheto-

ricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem, quã postridie fuerat traditurus, quendã locũ offendit obscurũ. Quo non intellecto, uix potuit dormire solicitus, qua nocte somnianti, ego illi quod non intelligebat exposui: immo nõ ego, sed imago mea nesciente me, & tã lõge trãsmare aliqd aliud, siue agẽte, siue somniãte, & nihil de illius curis oĩno curãte. G Quõ fiãt ista, nescio. sed quõlibet fiãt, cur non eodẽ modo fieri credimus, ut in sõnis quisq; videat mortuũ, quõ fit ut videat & uiuũ ambobus utiq; nescientibus, neque curantibus quis vel vbi uel qñ eorũ imagines somniet? Similia sunt ãt somniis nõnulla ẽt visa vigilantiũ, q turbatos habẽt sensus, sicut phrenetici vel quocũq; furẽtes modo, nã & ipsi loquũtur secũ, quasi uere p̃sentibus loquãtur, & tã absentibus q̃ presentibus, quorũ imagines cernũt, siue uiuorũ, siue mortuorum. Sed quemadmodũ ij, q uiuunt, ab eis se videri, & cũ eis se loqui nesciũt: neq;.n. re uera ipsi assunt, aut ipsi sermocinantur, sed turbati sensibus homines talia uisa imaginaria patiuntur: eo modo & ij, qui ex hac uita migrarũt, sic affectis hominibus vñr quasi præsentes, cum sint absentes, & utrũ aliqs eos imaginaliter uideat, omnino nescientes. Huic rei simile est etiam illud, cũ homines altius q̃ si dormirẽt, subtrahũtur corporis sensibus, & occupantur talibus uisis. H Et his .n. apparẽt imagines uiuorũ atq; mortuorũ: sed cũ fuerint sensibus redditi, quoscũq; mortuos uidisse se dixerint, uere cũ eis fuisse credũtur: nec attendũt q hæc audiunt, similiter ab eis absentium atq; nescientiũ quorundã ẽt imagines visas esse viuorũ.

Tertium exemplũ de Curma.c.12

Hõ quidã de turma, Curma nomine, municipij Tulliensis, qđ Hipponi proximũ est, curialis pauper, uix illius loci duumuir alitius & simpliciter rusticanus, cũ ægrotaret ablatis sensibus penè mortuus iacuit aliquot diebus: tenuissimus flatus in naribus, q manu admota utcunq; sentiebatur, & exiguũ erat uiuẽtis indiciũ, illũ sepeliri ut exanimem non sinebat. Nullos artus mouebat, nulla sumebat alimenta: nihil oculus, nihil vllo alio sẽsu corporis qualibet impacta molestia sentiebat. Videbat tñ multa uelut in sõnis, q tãdẽ aliqñ post dies plurimos quasi euigilãs, uisa narrauit, Ac primũ mox vt aperuit oculos, Eat aliquis, inqt, ad domũ Curmæ fabri ferrarii & uideat quid ibi agatur. Quo cũ itum esset, inuẽtus est mortuus eo momẽto quo iste fuerat sensibus redditus, & penè a morte reuixerat. Tunc intentis qui aderãt, illũ exhiberi iussum esse qñ ipse dimissus ẽ, indicabat: seq; illic vñ redierat dixit audisse, ꝙ non Curma curialis, sed Curma faber ferrarius ad loca illa mortuorũ p̃ceptus fuisset adduci. I In illis ergo uisis tãquã in sõniis, fuit inter eos defunctos quos uidebat pro meritorũ diuersitate tractari. Agnouit ẽt nõnullos quos nouerat uiuos. Ipsos ãt uere mortuos forsitã credidissẽ, si non inter illa quasi somnia sua uidisset ẽt quosdã qui nunc usq; adhuc uiuunt, clericos uidelicet aliquos * regionis suæ, quorũ ibi a præsbytero audiuit, ut apud Hipponẽ baptizaretẽ a me, qđ & factũ esse dicebat.

Al. religionis.

Viderat itaq; in illa uisione præsbyterum, clericos, meipsum, nõdum .s. mortuos, ĩ qua postea uidit & mortuos. Cur non ẽt illos sicut nos uidisse crederet, utrosque .s. absentes atq; nesciẽtes: ac p hoc nõ ipsos sed similitudines eorũ, sicut ẽt locorum? Nã & fundũ vidit vbi erat ille cum clericis presbyter, & Hipponẽ, ibi a me quasi baptizatus est. In qbus locis profecto nõ erat, qñ illic sibi esse videbatur. Nã qd ibi agereẽ eo tp̃e nesciebat, qđ proculdubio sciret si vere ibi esset. Visa sunt igr̃ ista q̃ nõ * præstantur in ipsis rebus vt sunt, sed in qbusdã rerũ imaginibus adũbrantur.

Al. præsentantur.

K Deniq; post multa q̃ vidit, ẽt in paradisum se introductũ esse narrauit, dictũq; sibi esse, cũ inde dimitteretur rediturus ad suos, Vade baptizare, si uis esse in illo loco beatorũ. Deinde ut a me baptizareẽ admonitus, iã factũ esse rñdit. Cui rursus ille qui cũ eo loquebatur, Vade, inquit, vere baptizare, nam illud in uisione vidisti. Post ista cõualuit, perrexit Hipponẽ. Pascha iam appropinquabat, dedit nomẽ inter alios cõpetentes, pariter cũ plurimis incognitus nobis: nec ille mihi uisionẽ, nec cuiquã conseruorum indicare curauit. Baptizatus est, peractis diebus sanctis remeauit ad propria. Biennio uel amplius transacto, ego cuncta hæc cognoui. Primo per quendam meum eiusq; amicum in conuiuio meo, dũ quædã talia loquerẽtur. Deinde institi, ac feci ut hæc mihi p̃sens ipse narraret, attestantibus honestis ci-

Competentes

uibus

nibus ſuis,& de mirabili eius ægritudine,ut
iacuerit penè mortuus per dies plurimos,&
de illo alio Curma fabro ferrario,qđ cōme-
moraui ſuperius, & de his oībus , quæ cum
mihi diceret, ēt & tunc ab illo audiſſe reco-
lebant atq; firmabāt . Quamobrē ſicut uidit
L baptiſmū ſuū & meipſum Hipponē, & baſi
licā & baptiſteriū,non in rebus ipſis, ſed in
quibuſdā ſimilitudinibus rerum,ita & alios
quoſdam uiuos eiſdem neſcientibus uiuis.
Cur non ergo ita & illos mortuos eiſdē ne-
Mortuorum aīæ non ſentiunt res uiuētiū. ſcientibus mortuis? Cur non iſtas operatio-
nes angelicas credimus per diſpenſationem
prouidētiæ dei bene utentis & bonis & ma
lis,ſm inſcrutabilem altitudinē iudiciorum
ſuorū: ſiue inſtruant hinc mentes mortaliū,
ſiue fallant: ſiue conſolētur,ſiue terreantur:
ſicut unicuiq; vel præbēda eſt miſericordia,
uel irrogāda uindicta, ab illo cui miſericor-
diā & iudiciū nō inaniter cantat eccleſia: ut
Pſ. 110. uolet accipiat quiſq; quid dicā. Si reb. uiuen
tiū intereſſent aīæ mortuorū, & ipſæ nos qñ
eas uidemus alloquerentur in ſomnis, ut de
aliis taceā, meipſum pia mr̄ nulla nocte de-
ſereret, q̄ terra mariq; ſecuta eſt vt mecū ui
ueret . Abſit.n.ut facta ſit uita fęliciore cru-
delis, uſqueadeo, ut qñ aliq̄d angit cor meū,
Pſal. 26 me triſtē filiū conſoletur, quē dilexit unice,
quē nunq̄ uoluit mœſtū uidere. Sed ꝑfecto
M qđ ſacer pſalmus perſonat, uerū eſt, qm̄ pr̄
meus & mr̄ mea dereliquerunt me, dn̄s aūt
al. parentes. aſſumpſit me. Si ergo dereliquerūt nos * pa-
tres nr̄i , qūo noſtris curis & reb. interſunt ?
Si aūt parētes nō interſunt, qui ſunt alij mor
tuorū, qui nouerunt q̄d agamus, quidue pa
Iſa. 63. tiamur? Eſaias propheta dicit, Tu es.n.pr̄ nr̄:
q̄a Abrahā nos neſciuit, & Iſrael nō cogno
uit nos . Si tanti Patriarchæ q̄d erga populū
ex his procreatum ageretur, ignorauerunt,
quib. deo credētibus populus ipſe de illorū
al. procreatus. ſtirpe * promiſſus eſt, qūo mortui uiuorum
reb. atq; actibus cognoſcēdis adiuuandiſq;
miſcent? Qūo dicimus eis fuiſſe conſultum,
qui obierunt anteq̄ uenirēt mala, q̄ illorum
obitū cōſecuta ſunt: ſi & poſt mortē ſentiūt
quæcunq; in uitæ humanæ calamitate con-
tingūt ? An forte nos errādo iſta dicimus,&
hos putamus quietos, quos inquieta uita ui
uorū ſolicitat? Quid eſt ergo qđ piiſſimo re
gi Ioſiæ pro magno beneficio ꝓmiſit deus,

ꝙ eſſet antè moriturus, ne uideret mala quę
uētura illi & loco & populo minabat? Quæ *4. Re. 22*
dei uerba iſta ſunt, Hęc dicit dn̄s deus iſrael,
Verba mea q̄ audiſti , & veritus a facie mea *2. Pa. 34*
cū audiſti, q̄ locutus ſum de iſto loco, & qui
cōmorantur in eo, vt deſerat, & in maledi-
cto ſit: & cōſcidiſti veſtimēta tua, & fleuiſti A
in conſpectu meo , & ego audiui dixit dn̄s
deus ſabaoth: Nō ſic, Ecce ego apponā te ad
patres tuos & apponeris cū pace: & nō vide-
bunt oculi tui oīa mala, q̄ ego inducā in lo-
cū hunc, & qui cōmorantur in eo. Territus
iſte dei cōminationib⁹ fleuerat, & ſua ueſti-
mēta cōſciderat: & fit oīum malorū futuro-
rum de properatura morte ſecurus, ꝙ ita re
quieturus eſſet in pace, ut illa oīa non vide-
ret. Ibi ergo ſpūs defunctorū, vbi nō vident
quæcunq; aguntur, aut eueniunt in iſta uita
hoīb. Qūo ergo vidēt tumulos ſuos, aut cor
pora ſua, utrum abiecta iaceant, an ſepulta?
Qūo interſunt miſeriæ uiuorum, cū uel ſua
ipſa mala patiant, ſi talia merita cōtraxerūt:
vel in pace requieſcāt, ſicut huic Ioſiæ pro-
miſſū ē, vbi mal[...]lla nec patiēdo nec cōpa-
tiēdo ſuſtineāt, liberati ab oīb. malis, q̄ patiē
do, & cōpatiēdo cū hic uiuerēt, ſuſtinebāt ?

Dixerit aliquis . Si nulla eſt mortuis cura *Obiectio*
de uiuis, qūo ille diues, qui apud inferos tor *ad ſupe-*
quebatur, rogabat Abrahā patrē, ut mitteret *riora. ca.*
Lazarum ad quinq; fratres ſuos nondū mor *14.*
tuos, & ageret cum eis, ne uenirēt & ipſi in B
eundē tormentorū locū ? Sed nunquid quia *Luc. 16.*
hóc ille diues dixit , ideo q̄d fratres agerent
vel quid paterentur in illo t̄pe, ſciuit? Ita illi
fuit cura de uiuis, quāuis quid agerēt, oīno
neſciret: queādmodū eſt nobis cura de mor
tuis, q̄uis quid agant, oīno vtiq; neſciamus,
Nā ſi nihil de mortuis curaremus, non vtiq;
pro illis deo ſupplicaremus. Deniq; Abrahā
nec Lazarum miſit, & Moyſen ac prophetas
hic eos habere rn̄dit, quos audire deberent,
ut ad illa ſupplicia non venirent. Vbi rurſus
occurrit qūo quid hic ageretur Abrahā pr̄
neſciebat , ubi ſciebat eſſe Moyſen & Pro-
phetas, i. libros eorū, quibus hoīes obedien-
do, tormenta inferni euitarent : ubi denique
uouerat diuitē illum in delitijs, pauperē ve-
ro Lazarū in laboribus doloribuſq; uixiſſe:
Nam & hoc illi ait, Memento fili, q̄a perce- *Luc. 16.*
piſti bona in uita tua , Lazarus autem mala.

Sciebat ergo hæc quæ utiq; apud uiuos, nõ apud mortuos gesta fuerant. Verũ non cum agerentur in uiuis, sed eis mortuis potuit Lazaro indicante cognoscere, ne falsum sit qđ C ait propheta, Abraham nesciuit uos. Proinde fatẽdum est, nescire quidẽ mortuos quid hic agatur, sed dum hic agitur, postea uero audire ab eis, qui hinc ad eos moriẽdo pergunt. Non quidẽ oĩa, sed quæ sinuntur iudicare, qui sinuntur ẽt ista meminisse: & quæ illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Possunt & ab angelis, qui rebus quæ agunt hic, præsto sunt, audire aliquid mortui, qđ vnumquẽq; illorum audire debere iudicat cui cuncta subiecta sunt. Nisi.n.essent angeli, qui possent interesse & uiuorum & mortuorum locis, non dixisset dñs Iesus, contigit aũt mori inopem illum, & ferri ab angelis in sinum Abrahæ. Nunc ergo hic, nũc ibi esse potuerunt, qui hinc illuc quẽ deus uoluit abstulerunt. Pñt ẽt spiritus mortuorum aliqua quæ hic aguntur, quæ necessariũ est eos nosse, & quæ necessariũ non est eos non nosse, non solum præterita vel præsentia, verumẽt futura spiritu dei reuelante cognoscere: sicut non oẽs hoĩes, sed prophetæ dũ hic viuerent cognoscebant, nec ipsi oĩa, sed quę illis esse reuelãda dei prouidẽtia iudicabat. Mitti quoq; ad uiuos aliquos ex mortuis, D sicut ecõtrario Paulus ex uiuis in paradisum raptus est, diuina scriptura testatur. Nam Samuel propheta defunctus uiuo Sauli ẽt regi futura prædixit: quãuis nonnulli non ipsum fuisse qui potuisset magicis artibus euocari, sed aliquẽ spiritum tam malis operibus congruentẽ, illius existiment similitudinẽ figurasse: cũ liber Ecclesiasticus, quẽ Iesus filius Sirach scripsisse traditur, & ꝑ ꝑ eloquij nõnullam similitudinem Salomonis pronunciatur, cõtineat in laude patrum, ꝙ Samuel ẽt mortuus prophetauerit. Sed si huic libro ex Hebręorum (quia in * eo nõ est, canone) cõtradicitur, quid de Moyse dicturi sumus, qui certe & in Deuteronomio mortuus, & in Euangelio cũ Helia, qui mortuus nõ est, legitur apparuisse viuentibus? Hinc & illa soluitur qõ, quonã modo martyres ipsis beneficijs q̃ dant orãtibus, indicãt se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui q̃d agant uiui. Non.n. solis beneficiorũ affectibus, verumetiã ipsis hoĩum aspectibus confessorẽ apparuisse Felicẽ, cuius inquilinatũ pie diligis, cũ a Barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus, nõ in certis rumoribus sed testibus certis. Verũ ista diuinitus exhibent, longe aliter q̃ sese habet vsitatus ordo, singulis creaturarũ generibus attributus. Nõ.n. q̃a in uinum aqua, cũ uoluit dñs repẽte conuersa est, ideo non debemus, q̃d aqua valeat in elementorũ ordine proprio, ab istius diuini operis raritate vel poti⁹ singularitate discernere. Nec qm̃ Lazarus resurrexit, ideo mortuus oĩs qñ vult surgit, aut eo modo exanimis a uiuẽte, quõ à uigilãte dormiẽs excitatur. Alij itaq; sunt humanarũ limites rerũ, alia diuinarum signa uirtutũ: alia sunt quæ naturaliter, alia quę mirabiliter fiunt: quãuis & naturę deus assit ut sit, & miraculis natura nõ desit. Non igit ideo putandũ est viuorũ reb. quoslibet interesse posse defunctos, qm̃ quibusdã sanãdis uel adiuuãdis martires assunt: sed ideo potius intelligendũ est, ꝙ per diuinã potentiã martyres uiuorũ rebus intersunt, qm̃ defuncti per naturã propriam uiuorũ reb. interesse non pñt. Quanq̃ ista qõ vires intelligentię meę uincat, queadmodum opitulent martyres ijs quos per eos certũ est adiuuari: vtrũ ipsi per seipsos assint uno tp̃e tã diuersis locis, & tanta inter se lõginquitate discretis, siue ubi sunt eorũ memoriæ, siue præter suas memorias ubicunq; adesse sentiunt: an ipsis in loco suis meritis congruo ab omni mortalium conuersatione remotis, & tñ generaliter orantibus pro indigẽtia supplicantũ, sicut nos oramus pro mortuis, quib. utiq; non præsentamur, nec ubi sint uel q̃d agant scimus, deus oĩpotens qui est utiq; præsens, nec concretus nobis, nec remotus a nobis, exaudiens martyrũ preces, per angelica ministeria usquequaq; diffusa, præbeat hoĩbus ista solatia, quibus in huius uitæ miseria iudicat esse præbenda: & suorũ merita martyrũ ubi vult, qñ vult, quõ vult, maximeq; per eorũ memorias, qm̃ hoc nouit expedire nobis ad ędificandam fidẽ Christi, pro cuius illi cõfessione sunt passi mirabili atq; ineffabili ptãte, ac bonitate commendet. Res hæc altior est q̃, ut a me possit attingi, & abstrusior q̃, ut a me ualeat perscrutari: & ideo q̃d horum duorum fit, an uero fortassis utrun-

que

Esa. 93. — *Aĩæ quõ sciant.* — *Cap. 15.* — *Luc. 16.* — *2. Cor. 12.* — *1. Re. 28.* — *Ad Simplicianũ. q. 3.* — *Eccl. 46.* — *al. eorũ.* — *Deu. 34.* — *Mat. 17.* — *Cap. 16.* — *li. 1. de ui. dei. 10.* — E — *Ioan. 2.* — *Ioan. 11.* — *Quõ ad martyres adsint, ridiculi sib. neg. se desinunt.* — F

que sit, vt aliqñ fiant per ipsam præsentiam martyrum, aliqñ per angelos suscipientes ꝑsonam martyrũ, definire non audeo, mallẽ a scientibus ista perquirere. Neq; .n. nemo est G q̃ hæc sciat, nõ qui sibi scire videatur & nesciat: dona .n. Dei sunt, his alia & illis alia largientis, ſm Apostolum, qui dicit, unicuique dari manifestationẽ spũs ad utilitatẽ. Alij q̃dẽ, inquit, datur per spũm sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ ſm eundẽ spũm, alteri aũt fides in eodem spiritu, alteri gratia curationum in vno spiritu, alij operationes uirtutum, alij prophetia, alij dijudicatio spirituũ, alii genera linguarũ, alii interpretatio sermonum. Omnia autem hæc operatur unus atq; idem spiritus, diuidens propria unicuique prout vult. Horum omnium spiritalium donorum, quę commemorauit Apostolus, cuicũq; data est dijudicatio spirituum, ipse scit ista sicut scienda sunt. Talem fuisse credendum est illum Ioannem monachum, quem de belli ciuilis euentu maior Theodosius cõsuluit Imperator: habebat quippe etiam prophetiam. Neq; .n. singulos singula munerum istorum, sed ẽt plura vnũ habere posse non ambigo. Ioannes ergo iste cuidã mulieri religiosissimæ impatienter eum uidere cupiẽti, atq; ut hoc impetraret per maritũ suũ vehemẽter instãti, cũ ille nollet, qm̃ id nunquã H permiserat fœminis, Vade, inquit, dic vxori tuæ, videbit me nocte proxima, sed in somnis. Et factum est. Monuitq; illam quicquid fidelem cõiugatam moneri oportebat. Quæ cũ euigilasset, talẽ se vidisse hominẽ Dei viro suo, qualẽ ille eũ nouerat, & q̃d ab illo audierit, indicauit. Qui hoc ab eis cõperit, retulit mihi uir grauis & nobilis & dignissimus, credidi. Sed si illum sanctum monachũ ipse uidissem, quia, sicut fertur, patientissime interrogabatur, & sapientissime respondebat, quæsissem ab eo quod ad istam pertinet quęstionem: utrum ipse ad illam fœminã uenisset in somnis, idest spiritus eius in effigie corporis sui, sicut nosipsos in effigie corporis nostri somniamus: an ipso illud agente, uel si dormiebat aliud somniãte, siue ꝑ angelũ, siue quocũq; alio mõ in mulieris somnio talis facta sit uisio: atq; id futurũ, ut ipse ꝓmitteret prophetiæ spũ reuelãte præsciuerit. Si .n. ipse interfuit somniãti, mirabili gr̃a utiq; id potuit, non natura: & dei munere, nõ propria facultate. Si aũt ipso aliud agente, siue dormiente, & uisis aliis occupato, cũ mulier vidit in somnis: profecto tale aliquid factũ est, quale illud est quod in Actibus Apostolorum legimus, vbi dñs Iesus loquitur Ananiæ de Saulo, & indicat ei ꝙ Saulus vidit ad I se uenientem Ananiam, cum hoc Ananias ipse nesciret. Quodlibet horũ mihi rñderet ille homo Dei: & de martyribus ab illo pergerem quærere: utrum ipsi assint in somnis, vel quocunq; alio mõ vidẽtibus eos in qua figura voluerint: & maxime qñ ab eis se torqueri dæmones in hominibus confitẽtur, & rogant eos ut parcant sibi: an ista fiãt dei nutu ꝑ angelicas potestates, in honorẽ cõmendationẽq; sanctorũ, ad utilitatẽ hominũ, illis in summa quiete positis, & ad alia longe meliora visa vacantibus seorsum à nobis, orantibusq; ꝓ nobis: Nam Mediolani apud sanctos Protasium & Geruasiũ martyres, expresso nomine, sicut defunctorũ quos eodẽ modo commemorabant, adhuc viuum dæmones Episcopum confitebãtur Ambrosiũ, atq; ut sibi parceret obsecrabant, illo aliud agente, atq; hoc cũ ageretur omnino nesciẽte. An forte aliqñ per ipsam præsentiã martyrum fiant ista, aliqñ per angelorum: & vtrũ k possint, vel q̃bus signis possint a nobis duo ista discerni: an ea sentire ac iudicare nõ valeat, nisi qui habeat illud donũ per Dei spiritum diuidentẽ propria unicuiq; prout vult. Dissereret mihi, ut arbitror, hæc omnia sicut vellem ipse Ioannes: vt aut eo docente discerẽ, & ea quæ audirem, uera & certa esse cognoscerẽ: aut ego crederẽ quæ nescirem, illo docente quæ sciret. Quòd si mihi forsitan de sancta scriptura responderet ac diceret, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi dñs, illa cogita semper: id etiam gratanter acciperem: non .n. paruus est fructus, si aliqua obscura & incerta, quę cõprehendere non ualemus, clarũ saltẽ certumq; sit nobis non esse quærenda: & quod vnusquisq; vult discere, putans prodesse si sciat, discat non obesse si nesciat. Quæ cũ ita sint, nõ existimem⁹ ad mortuos, pro quibus curã gerimus, peruenire, nisi ꝙ pro eis siue altaris, siue orationum, siue eleemosynarũ sacrificiis solenniter supplicamus:

Marginalia: 1. Co. 12. — De Ioanne monacho. Cap. 17 — Act. 9. — De sãcto Ambrosio. — 1. Co. 12 — Eccl. 3. — Epilogus disputationis. Cap. 18.

mus: quamuis non pro quibus fiunt omnibus prosint, sed ijs tantum, quibus dum viuunt comparatur ut prosint. Sed quia non discernimus qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, ut nullus eorum prætermittatur, ad quos hęc beneficia possint &
L debeant peruenire. Melius.n.supererunt ista eis, quibus nec obsunt nec prosunt, q̃ eis deerunt quibus prosunt. Diligentius tamē facit hæc quisq; pro necessariis suis, ꝗ pro illo fiat similiter a suis. Corpori autem humano quicquid impenditur, non est pręsidium salutis, sed humanitatis officiū, s̃m affectū, quo nemo unquam carnem suam odio ha-
Ephe. 5. bet. Vnde oportet ut quam potest pro carne proximi curam gerat, cum ille recesserit qui gerebat. Et si hæc faciunt qui carnis resurrectionem non credunt, quanto magis debent facere qui credunt, ut corpori mortuo, sed tamen resurrecturo & in æternitate mansuro impēsum eiusmodi officium sit etiā quodammodo eiusdem fidei testim̃? Quòd vero quisq; apud memoriā martyrum sepelitur, hoc tātum mihi uidetur prodesse defuncto, ut commendans eum etiam martyrum patrocinio, affectus pro illo supplicationis augeatur. Habes ad ea quæ a me putasti esse rq̃renda qualem potui reddere responsionem meam, quæ si vltra q̃ sat est prolixa est, da veniam, id.n.factum est amore diutius loquendi tecum. Hunc ergo librum quemadmodū acceperit venerabilis dilectio tua, peto rescriptis tuis nouerim, quem tibi perlator eius fa
M ciet sine dubio gratiorem, frater .f. & compresbyter noster Candidianus, quē per tuas literas cognitum toto corde suscepi, inuitusq; dimisi. Multum.n.nos in charitate Christi sua præsentia consolatus est, & quod fatēdum est, eius instantia tibi parui. Nam cor meum tanta distendunt, ut nisi ipso assidue commonente non sineret obliuisci, profecto interrogationi tuæ mea responsio defuisset.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI De Catechizandis rudibus,

Liber vnus.



Etis a me frater Deogratias, ut aliquid ad te de catechizādis rudibus, qđ tibi vsui esset scriberē. Dixisti.n. ꝗ apud Carthaginē ubi diaconus es, ad te sæpe adducantur, q̃ fide Christiana primitus imbuendi sunt, eo ꝗ A
existimeris habere catechizandi uberem facultatem, & doctrina fidei & suauitate sermonis, te autem penè semper angustias pati idipsum ꝗ credendo Christiani sumus, quo pacto commode intimandum sit unde exordiēda, quousq; sit perducenda narratio: utrū exhortationē aliquam terminata narratione adhibere debeamus, an præcepta sola quib. obseruādis cui loq̃mur nouerit Christianam uitā professionēq; retinere. Sæpe āt tibi accidisse cōfessus atq; cōquestus es, ut in sermone lōgo & tepido tibi ipse uilesceres essesq; fastidio, nedū illi quē loquēdo imbuebas, & cæteris q̃ audientes aderant eaq; te necessitate fuisse cōpulsum, ut ea me quam tibi debeo charitate compelleres ne grauarer inter occupationes meas, tibi de hac re aliq̃d scribere. Ego uero non ea tm̃ quam familiariter tibi, sed etiam quam matri Ecclesiæ uniuersaliter debeo, charitate ac seruitute cōpellor, si quid per operā meam quam dn̄i nostri largitate possum exhibere, idem eos dn̄s quos mihi fratres fecit adiuuari iubet, nullo modo recusare, sed potius prompta & deuota uoluntate suscipere. Quāto.n. cupio latius erogare pecuniā dominicā, tanto magis me B
oportet, si quā dispensatores cōseruos meos difficultatē in erogando sentire cognosco, agere quantū in me est, ut facile atq; expedite possint, qđ impigre ac studiose uolunt. Sed quod ad tuā proprie cōsiderationē pertinet, nolim te moueri ex eo qđ sæpe tibi abiectū sermonē fastidiosumq; habere visus es. Fieri.n.pōt, ut ei quem instruebas, nō ita sit uisum, sed q̃a tu aliq̃d melius audiri desiderabas eo tibi qđ dicebas uideretur indignū auribus aliorum. Nam & mihi propè semper

Dēt sibi non omnino displicere qui dicit ca. 2.

per

per sermo meus displicet. Melioris.n.auidus sum, quo sæpe fruor interius, anteq̃ eũ explicare uerbis sonantibus cœpero: quod ubi minus q̃ mihi notus est eualuero, cõtristor linguã meã cordi meo nõ * posse sufficere. (l. potuis) Totum.n.qđ intelligo, uolo vt qui me audit intelligat, & sentio me non ita loqui ut hoc efficiã: maxime ꝙ ille intellectus quasi rapida coruscatione perfundit animũ: illa aũt locutio tarda & longa est, longeq; dissimilis.

C Et dũ ista uoluitur, iam se ille in secreta sua condidit: tñ quia uestigia quædã miro modo impressit memoriæ, perdurant illa cum syllabarum morulis atq; ex eisdem uestigiis sonãtia signa peragimus, quæ lingua dr̃ uel Latina, uel Græca, uel Hebræa, uel alia quęlibet: siue cogitentur hæc signa, siue ẽt uoce proferantur, cũ illa uestigia nec Latina, nec Græca uel Hebræa, nec cuiusq; alterius gentis sint propria, sed ita efficiantur in aĩo ut vultus in corpore. Aliter.n.Latine ita dr̃ aliter Græce, aliter atq; aliter aliarũ diuersitate linguarum, non aũt Latinus nec Græcus est vultus irati. Non itaq; oẽs gentes intelligũt cum quisq; dicit, iratus sum, sed Latini tñ: at si affectus excandescẽtis animi exeat in faciẽ, vultumq; faciat, oẽs sentiũt qui intuent̃ iratum. Sed neq; ita licet educere & quasi exporrigere in sensum audiẽtium per sonũ uocis illa uestigia quæ imprimit intellectus memorię, sicut apertus & manifestus est vultus. Illa.n. sunt intus in aĩo, iste foris in corpore. Quap̃ p̃ conijciendum est quantum distet sonus oris nostri ab illo ictu intelligentiæ, qñ ne ipsi quidẽ impressioni memoriæ similis est. Nos aũt plerunq; in auditoris utilitatem uehementer ardentes, ita loqui uolumus

D quẽadmodum tunc intelligimus, cum per ipsam intentione loqui nõ possumus: & quia non succedit angimur, & uelut frustra operã insumamus, tædio marcescimus: atq; ex ipso tædio languidior fit idem sermo, & hebetior q̃ erat, unde perduxit ad te tædiũ: sed mihi sæpe indicat eorum studiũ, qui me audire cupiunt, non ita esse frigidũ eloquiũ meum ut ur̃ mihi: & eos inde aliquid utile capere, ex eorum delectatione cognosco, mecumque ago sedulo, ut huic exhibendo ministerio non desim, in quo illos uideo bene accipere quod exhibet. Sic & tu, eo ipso ꝙ ad te sæpius adducuntur qui fide imbuendi sunt, debes intelligere non ita displicere alijs sermonẽ tuum ut displicet tibi: nec infructuosum te debes putare, ꝙ ea quę cernis non explicas, ita ut cupis qñ forte ut cupis nec cernere ualeas. Quis.n.in hac uita nisi in ænigmate & per speculũ uidet? Nec ipse amor tãtus est ut carnis dirupta caligine penetret in æternũ serenum, unde utcunq; fulgent ẽt ista quæ transeunt. Sed q̃a boni proficiũt de die in diẽ, ad uidendũ diẽ sine uolu- 1. Co. 13

E mine cœli, & sine noctis incursu, quẽ oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: nulla maior causa est cur nobis in imbuẽdis rudibus nr̃ sermo uilescat, nisi quod libet inusitate cernere, & tædet usitate proloqui. Et re quidẽ uera multo gratius audimur, cũ & nos eodẽ opere delectamur: afficitur.n.filũ locutionis nostræ ipso nr̃o gaudio, & exit facilius atque acceptius. Quap̃ p̃ non arduum est negocium, ea quæ credenda insinuant̃ præcipere, unde & quousq; narranda sint: nec q̃uo sit uarianda narratio, ut aliqñ breuior, aliqñ longior, semper tñ plena atq; perfecta sit: & qñ breuiore, & qñ longiore sit utendum: sed quibus modis faciendum sit, ut gaudẽs quisq; catechizet. Tanto.n.suauior erit, quãto magis id poterit: ea cura maxima est: Et præceptũ quidem rei huius in promptu est. Si.n. in pecunia corporali, quãto magis in spiritali, hilarem datorẽ diligit deus. Sed hæc hilaritas ad horam ut assit, eius est misericordiæ qui ista præcepit. itaque prius de modo narrationis qđ te uelle cognoui, tũ de præcipiendo atq; cohortando, postea de hac hilaritate cõparanda, q̃ deus suggesserit disseremus. Narratio plena est, cũ quisque primo catechizat̃ ab eo qđ scriptũ est, In principio fecit deus cœlum & terrã vsq; ad præsentia tp̃a Ecclesiæ: nõ tñ p̃p̃ea debemus totũ Pentateuchũ, totosq; Iudicũ & Regnorũ & Esdræ libros, totumq; Euangelium & Actus Apostolorum, vel, si ad uerbum edidicimus memoriter reddere, uel nostris uerbis omnia quæ his continentur uoluminibus narrãdo euoluere & explicare: quod nec tempus capit, nec ulla necessitas postulat: sed cuncta summatim generatimque complecti, ita ut eligantur quædam mirabiliora quæ sua-

1. Cor. 2.

1. Cor. 9.

F

Quo sacri libri catechumenis exponendi. Cap. 3.

uius audiunt,atq; in ipsis articulis cōstituta
sunt:& ea tanq̃ inuolucris oñdere, statimq;
a cōspectu abripere nō oportet,sed aliquan-
tū immorādo quasi resoluere atq; expādere,
& inspicienda atq; miranda offerre aīs audi-
torū: cætera uero celeri percusione inseren
do cōtexere:Ita & illa quæ maxime cōmen-
dari uolumus, aliorum submissione magis
eminent:nec ad ea fatigatus peruenit,quem
narrando uolumus excitare, nec illius me-
moria cōfunditur,quē docēdo debemus in-
1. Ti. 1. struere. In oīb.sanè non tm̄ nos oportet in-
G tueri præcepti finē, qđ est charitas de corde
puro & consciētia bona,& fide nō ficta,quò
ea quæ loquimur cuncta referamus,sed etiā
illius quē loquēdo instruimus, ad id monen
dus atq; illuc dirigendus aspectus est. Neq;
enim ob aliud ante aduentū dñi scripta sunt
oīa quæ in sanctis scripturis legimus,nisi vt
illius cōmendaretur aduētus, & futura prę-
signaret Ecclesia.i.populus dei per oēs gen-
tes, qđ est corpus eius:adiunctis atq; annu-
meratis oībus sanctis,qui ēt ante aduentum
Gen. 15. eius in hoc seculo uixerunt, ita eum creden
tes uenturum esse,sicut nos uenisse. Sicut.n.
Iacob manū prius dum nasceretur emisit ex
utero,qua ēt pedē prænascentis fratris tene-
bat,deinde vtiq; secutum est caput,tū demū
necessario membra cętera: sed tñ caput non
tm̄ & membra quæ secuta sunt,sed ēt ipsam
manū quę in nascēdo præcessit,dignitate ac
ptāte præcedit, & quāuis non tp̄e apparēdi,
tñ naturæ ordine prius est, Ita & dñs Iesus
Christus, & si anteq̃ appareret in carne, &
quodāmodo ex utero secreti sui, ad hoīum
oculos mediator dei & hoīum hō procede-
ret,qui est sup oēs deus benedictus in secu-
H la,præmisit in sanctis Patriarchis & Prophe
1. Ti. 1. tis quandā partē corporis sui,qua uelut ma-
Rom. 2. nu se nasciturū esse prænuncians, ēt populū
præcedentē superbe, uinculis legis tanq̃ di-
gitis quinq; supplantauit: ꝗ & per quinque
tp̄a articulos prænunciari uēturus prophe
tariq; non destitit:& huic rei consonans per
Rom. 10. quē lex data est,libros quinq; conscripsit. Et
Psal. 19. superbi carnaliter sentiētes, & suā iustitiam
volētes constituere,nō aperta manu Christi
repleti sunt benedictione, sed cōstricta atq;
conclusa retenti sunt.Itaq; illis obligati sunt
pedes,& ceciderunt,nos uero surreximus &
erecti sumus.Quāuis ergo,ut dixi,præmise-
rit dñs Christus quandam partē corporis sui
in sanctis, qui eū nascendi tp̄e præierunt,tñ
ipse est caput corporis Ecclesiæ,illiq; oēs ei- Col. 1.
dem corpori cuius ille caput est cohæserūt,
credendo in eū quē prænunciabant.Non.n.
præcurrēdo diuulsi sunt,sed adiuncti potius
obsequēdo.Nā & si manus a capite pręmitti
pōt,connexio tñ eius sub capite est.Quapp
oīa quæ ante scripta sunt,ut nos doceremur Rom. 15.
scripta sunt, & figuræ nostræ fuerunt, & in
figura contingebant eis: scripta sunt aūt pp I
nos,in quos finis seculorum obuenit. Quæ 1. Co. 10.
aūt maior causa est aduētus dñi,nisi ut oñde Præcipua cau-
ret deus dilectionē suam in nobis,commen sa aduen-
dans eam vehementer, q̃a cum adhuc inimi tus Chri-
ci essemus, Christus pro nobis mortuus est? sti.
Hoc aūt ideo,q̃a finis præcepti & plenitudo Cap. 4.
legis charitas est:ut & nos inuicē diligamus, Rom. 5.
& quēadmodum ille pro nobis aīam suā po 1. Tim. 1.
suit,sic & nos pro fratribus aīam ponamus: Rom. 13.
Et ipsum deum qm̄ prior dilexit nos, & filio 1 Ioan. 3.
suo unico non pepercit,sed pro nobis oībus 1. Ioan. 4.
tradidit eum, si amare pigebat,saltē redama- Rom. 8.
rē nō pigeat. Nulla est.n.maior ad amorem
inuitatio, q̃ præuenire amando. Et nimis du
rus est aīus,qui dilectionē si nolebat impen-
dere,nolit & rependere. Quòd si in ipsis fla-
gitiosis & sordibus amoribus uidemus,nihil
aliud eos agere, qui amari uicissim uolunt,
nisi ut documētis quibus ualent aperiant &
oñdant quantum ament,eamq; imaginē iu-
stitiæ prætendere affectant, ut uicē sibi reddi
quodāmodo flagitent ab eis aīs quos illece-
brare moliuntur.ipsiq; ardentius æstuant,cū
iam moueri eodem igne etiam illas mentes
quas appetunt sentiunt, Si ergo & aīus qui K
torpebat,cum se amari senserit excitatur, &
qui iam feruebat cum se redamari didicerit,
magis accendit: manifestum est nullam esse
maiorem causam,qua uel inchoetur uel au-
geatur amor,q̃ cum amari se cognoscit, qui
nondum amat, aut redamari se uel posse spe
rat,uel iam probat qui prior amat. Et si hoc
ēt in turpibus amoribus,quāto* plus in ami al. puriu
citia? Quid.n.aliud cauemus in offensione
amicitiæ, nisi ne amicus arbitretur ꝗ eum
vel non diligamus, vel minus diligamus q̃
ipse nos diligit?Quod si crediderit, frigidior
erit in eo amore quo inuicem homines mu-
tua

tua

tua familliaritate perfruuntur: & si nõ ita est infirmus ut hæc illum offensio faciat ab omni dilectione frigescere, in ea se tenet qua nõ vt fruatur, sed ut consulat diligit. Operę preciũ est aũt animaduertere, quõ, q̃q̃ & superiores uelint se ab inferioribus diligi, eorumq; in se studiose delectentur obsequio, & quanto magis id senserint, tãto magis eos diligant, tñ quanto amore exardescat inferior, cum a superiore se diligi senserit. Ibi.n. gratior amor est, ubi non æstuat indigentiæ siccitate, sed ubertate beneficentiæ profluit. Ille nanq; amor ex miseria est, iste ex mise-
I ricordia. Iam uero si ẽt se amari posse a superiore desperabat inferior, ineffabiliter cõmouebitur in amorem: si ultro ille fuerit dignatus oñdere, quantũ diligat eum qui nequaquam sibi tm̃ bonum promittere auderet. Quid aũt superius deo iudicante? & q̃d desperatius hoĩe peccante: qui se tanto magis tuendum & subiugandum superbis potestatibus addixerat, quæ beatificare non pñt, quanto magis desperauerat posse sui curam regi ab ea potestate, quæ non malitia sublimis esse vult, sed bonitate sublimis est? Si ergo maxime propterea Christus aduenit, ut cognosceret hõ quantum eum diligat deus: & ideo cognosceret ut in eius dilectionem a quo prior dilect⁹ ẽ inardesceret, proximũq; illo iubente & demonstrante diligeret, qui non proximum, sed longe peregrinantẽ diligẽdo factus est proximus: oĩsq; scriptura diuina quæ ante scripta est, ad prenũciandum aduẽtum dñi scripta est, & quicquid postea mandatũ est literis & diuina authoritate fir-
Mat. 22. matum, Christũ narrat & dilectionẽ monet: manifestũ est non tm̃ totam legẽ & Prophetas in illis duob. pendere præceptis, dilectio-
M nis dei & proximi, quæ adhuc sola scriptura sancta erat cum hoc dñs diceret, sed ẽt quæcunq; posterius salubriter consecrata sunt, memoriæq; mandata diuinarum volumina literarũ. Quapp in ueteri testõ est occultatio noui, in nouo testõ est manifestatio ueteris. Secundũ illam occultationẽ, carnaliter intelligentes carnales, & tunc & nũc pęnali timore subiugati sunt. Secundũ hãc aũt manifestationẽ spiritales, & tunc quib. pie pulsantibus ẽt occulta patuerũt, & nunc qui nõ superbe querũt, nec ẽt aperta claudunt, spiritaliter intelligentes donata charitate liberati sunt. Quia ergo charitati nihil aduersius q̃ inuidentia, Mater aũt inuidẽtię superbia est, idem dñs Iesus Christus, deus hõ, & diuinæ in nos dilectionis indicium est, & humanæ apud nos humilitatis exemplum, ut magnus tumor nr̃ maiore contraria medicina sanaretur. Magna est.n. miseria, superbus hõ, sed maior misericordia, humilis deus. Hac ergo dilectione tibi tanq̃ fine proposito, quo referas oĩa quæ dicis: quicquid narras ita narra, ut ille cui loqueris audiendo credat, credendo speret, sperando amet. De ipsa ẽt seueri- A
tate dei qua corda mortaliũ saluberrimo terrore quatiũtur, charitas ædificanda est, ut ab eo quẽ timet, amari se gaudens, eũ redamare audeat eiusq; in se dilectioni etiã si impune posset, tñ displicere uereat. Rarissime quippe accidit, immo vero nunquã, ut quisquam veniat uolens fieri Christianus, qui nõ sit aliquo dei timore perculsus. *Ficte accedens ad cathech. sũmũ qualiter sit instruendus. c. 5.* Si.n. aliquod commodum spectando ab hoĩbus quib. se aliter placiturũ non putat, aut aliquod ab hoĩbus incommodum deuitando, quorũ offensionẽ aut inimicitias reformidat, vult fieri Christianus, nõ fieri vult potiusq̃ fingere: fides.n. nõ res est saluandi corporis, sed credẽtis animi. Sed planè sæpe adest misericordia dei per ministeriũ catechizãtis, ut sermone cõmotus iam fieri velit q̃d decreuerat fingere: q̃d cum uelle cęperit, tunc eum uenisse deputemus: & occultũ quidẽ nobis est q̃n ueniat aĩo, quem iam corpore pręsentem videmus: sed tñ sic cũ eo debemus agere, ut fiat in illo hæc uoluntas, ẽt si nõ est. Nihil.n. deperit, q̃n si est, utiq; tali nostra actione firmatur, quanuis quo tpe uel qua hora cœperit
ignoremus. Vtile est sanè ut præmoneamur B
antea, si fieri põt, ab ijs qui eum norunt, in quo statu animi sit, uel quibus causis commotus ad suscipiẽdam religionem uenerit. Quòd si defuerit alius a quo id nouerimus, ẽt ipse interrogandus est, ut ex eo q̃d rñderit ducamus sermonis exordium. Sed si ficto pectore accesserit, humana commoda cupiẽs, vel incõmoda fugiens, utiq; mentiturus est tñ ex eo ipso quod mentitur capiendum est principiũ: non ut refellatur eius mẽdacium quasi tibi certum sit, sed ut si dixerit eo proposito se uenisse quod uere approbandum est,

est, siue ille verum siue falsum dicat, tale tñ propositum quali se uenisse rñdit, approbantes atq; laudantes, faciamus eũ delectari esse se talem qualem videri cupit. Si aũt aliud dixerit q̃ oportet esse in aĩo eius qui Christiana fide imbuendus est, blandius & lenius reprehendendo tanquã rudem & ignarum, & Christianæ doctrinæ finem verissimum demonstrando atq; laudando bř & grauiter, ne aut tp̃a futuræ narrationis occupes, aut non prius collocato aĩo audeas imponere, facias eum velle qđ aut per errorẽ aut per simulationem nondum uolebat.

C

Exordiũ catechismi. Cap. 6.

Qđ si forte se diuinitus admonitum uel territũ esse rñderit ut fieret Christianus, lętissimum nobis exordiendi aditum præbet, quãta deo sit cura pro nobis. Sanè ab hmõi miraculorum siue reuelationum, ad scripturarũ solidiorũ uiam & oracula certiora transferenda est eius intentio: ut & illa admonitio q̃ misericorditer ei prærogata sit, nouerit, anteq̃ scripturis sanctis inhæreret. Et utiq; demonstrandũ est ei, ꝙ ipse dñs non eum admoneret aut cõpelleret fieri Christianũ, & incorporari Ecclesiæ, & talibus signis aut reuelationibus erudiret nisi iam præparatũ iter in scripturis sanctis, ubi nõ quæreret visibilia miracula, sed inuisibilia sperare consuesceret, neq; dormiens sed vigilans moneretur, eum securius & tutius carpere voluisset.

Gen. 1.

Inde iam exordienda narratio est ab eo ꝙ fecit deus oĩa bona ualde, & producenda vt diximus vsq; ad præsentia tp̃a Ecclesiæ: ita ut singularum rerum atq; gestorum quæ narramus causæ rõnesq; reddãtur quibus ea referamus ad illum finẽ dilectionis, unde neq; agentis aliud neq; loquentis oculus auertẽdus est.

D

Si.n. fictas poetarum fabulas, & ad voluptatem excogitatas animorum quorũ cibus nugæ sunt, tñ boni hñr atq; appellantur Grammatici, ad aliquã vtilitatem referre conantur q̃q̃ & ipsam uanam & auidam saginæ secularis: quanto nos decet esse cautiores, ne illa quæ uera narramus, sine suarum causarum redditione digesta aut inani suauitate, aut ẽt perniciosa cupiditate credantur? Non tñ sic asseramus has causas, vt relicto narrationis tractu cor nostrũ & lingua in nodos difficilioris disputationis excurrat: sed ipsa veritas adhibita rationi, quasi aurũ sit gemmarum ordinem ligans, non tñ ornamẽti seriem vlla immoderatione perturbans.

Resurrectio, iudicium & uita. c. 1.

Narratione finita, spes resurrectionis intimanda est, & pro capacitate ac uiribus audientis, proque ipsius tp̃is modulo, aduersus uanas irrisiones infideliũ, de corporis resurrectione tractandũ, & futuri vltimi iudicij bonitate in bonos, & seueritate in malos, ueritate in oẽs: commemoratisq; cum detestatione & horrore pœnis impiorũ, regnum iustorũ atq; fideliũ, & superna illa ciuitas eiusq; gaudiũ, cũ desiderio prædicandũ est. Tum uero instruenda & animanda est infirmitas hoĩs aduersus tẽtationes & scandala, siue foris siue in ipsa intus Ecclesia.

E

Foris, aduersus gentiles uel iudæos uel hæreticos: intus aũt, aduersus areæ dñicę paleas. Non ut cõtra singula peruersorũ genera disputetur, oẽsq; illorũ prauæ opiniones propositis quæstionibus refellantur: sed pro tp̃e breui demonstrandũ est, ita esse prędictũ, & quæ sit utilitas tentationũ erudiendis fidelibus, & quæ medicina in exẽplo patientiæ dei qui statuit vsq; in finẽ ista ꝑmittere. Cum uero aduersus eos instruit, quorũ peruersæ turbę corporaliter implent Ecclesias, simul ẽt præcepta bř & decenter cõmemorantur Christianæ atq; honestæ cõuersationis, ne ab ebriosis, auaris, frauditoribus, aleatoribus, adulteris, fornicatoribus, spectaculorũ amatoribus, remediorũ sacrilegorũ alligatorib. præcantatoribus, mathematicis uel quarũlibet artiũ uanarũ & malarũ diuinatoribus, atq; hmõi cæteris ita facile seducatur, & impunitũ sibi fore arbitreť, qa uidet multos qui Christiani appellanť, hæc amare, & agere & defendere, & suadere, & ꝑsuadere.

F

Quis.n. finis præstitutus sit in tali uita perseuerantibus, & q̃ sint in ipsa Ecclesia tolerandi, ex qua in fine separandi sunt diuinorum librorũ testimonijs edocendũ est. Prænunciandũ ẽt inuenturũ eũ in Ecclesia multos Christianos bonos, uerissimos ciues cęlestis Hierusalẽ si esse ipse cęperit. Ad extremum ne spes eius in hoĩe ponať sedulo monẽdus est: quia neq; facile ab hoĩe iudicari potest quis homo sit iustus: & si facile posset, non ideo nobis proponi exẽpla iustorũ, ut ab eis iustificemur, sed ut eos imitantes ab eorum iustificatore nos quoq; iustificari sciamus. Hinc.n. fiet, qđ maxime cõmẽdandũ est, vt

cum

cum ille qui nos audit, immo per nos audit Deũ, moribus & ſciẽtia proficere cœperit, & uiã Xpi cum alacritate ingredi, nec nobis audeat aſsignare, nec ſibi: ſed ſeipſum & nos & quoſcũq; alios diligit amicos in illo & ꝓpter illũ diligit qui eum dilexit inimicũ, ut iuſtificãs faceret amicũ. Hic iã nõ te puto ꝑceptore indigere, vt cũ occupata ſunt tẽpora, vel tua uel eorũ qui te audiunt, breuiter agas: cũ aũt largiora, largius eloquaris, hoc .n. nullo admonente ipſa neceſsitas ꝑcipit. Sed illud planè non ꝑtereundũ eſt, vt ſi ad te quiſquã catechizandus venerit liberalib. doctrinis excultus, qui iã decreuerit eſſe Chriſtianus, & iõ venerit vt fiat, difficillimũ oĩno eſt ut nõ multa nr̃arũ ſcripturarũ literarũq; cognouerit, q̃bus iã inſtructus ad ſacramentorũ participationẽ tm̃mõ venerit. Tales .n. nõ eadẽ hora Chriſtiani fiũt, ſed ante ſolent oĩa diligẽter inq̃rere, & motus animi ſui cũ q̃bus poſſunt communicare atq; diſcutere. Cũ his itaq; br̃ agẽdũ eſt, & nõ odioſe inculcãdo q̃ norũt, ſed modeſte perſtringẽdo: ita ut dicamus nos credere qđ iã nouerint illud atq; illud: atq; hoc modo curſim enumerare omnia q̃ rudibus indoctiſq; inculcãda ſunt, vt etſiquid nouit eruditus iſte, non tanquã à doctore audiat: & ſi q̃d forte adhuc ignorat, dũ ea cõmemoramus q̃ illum noſſe iã credimus, diſcat. Nec ipſe ſanè inutiliter interrogatur, quibus rebus motus ſit vt velit eſſe Chriſtianus, ut ſi libris ei ꝑſuaſum uideris, ſicut canonicis, ſiue vtilium tractatorũ, de his aliq̃d in principio loquaris, collaudãs eos ꝓ diuerſitate meritorũ canonicæ authoritatis, & exponẽtiũ ſolertiſsimę diligẽtiæ: maximeq̃ue cõmẽdãs in ſcripturis canonicis admirãdæ altitũdinis ſaluberrimã vtilitatẽ: in illis ãt ꝓ ſua cuiuſq; facultate aptũ ſuperioribus & ꝓ hoc infirmiorib. animis ſtylũ ſonantioris & quaſi ornatioris eloquij. Sane ẽt exprimẽdũ de illo eſt, ut indicet quẽ maxime legerit, & q̃bus libris familiarius inhæſerit, vñ illi ꝑſuaſum eſt, vt ſociari uellet Eccleſiæ. Qđ cũ dixerit, tũ ſi nobis noti ſunt illi libri, aut Eccleſiaſtica fama ſaltẽ accepimus a catholico aliquo memorabili uiro eſſe conſcriptos, læti approbemus. Si autem in alicuius hæretici uolumina incurrit, & neſciens forte quòd vera fides improbat, tenuit animo, & catholicũ eſſe arbitratur: ſedulo edocendus eſt, ꝑlata authoritate vniuerſalis Eccleſiæ aliorũq̃ue doctiſsimorũ hominũ, & diſputationibus & ſcriptionibus in eius veritate florentium. Quanquã & illi qui catholici ex hac vita migrarũt, & aliquid literarũ Chriſtianarũ poſteris reliquerũt, in quibuſdam locis opuſculorũ ſuorum, uel non intellecti, uel ſicuti eſt humana infirmitas, minus ualentes acie mentis abditiora penetrare, & veriſimilitudine aberrantes a ueritate præſumptorib. & audacibus fuerunt occaſioni ad aliquã hęreſim moliendã atq; gignendã. Quod mirum nõ eſt, cũ de ipſis canonicis literis ubi omnia ſaniſsime dicta ſunt, nõ quidẽ aliter accipiẽdo quædã, q̃ uel ſcriptor ſenſit, uel ſeipſa veritas habet: nã ſi hoc ſolũ eſſet, q̃s nõ humanæ infirmitati ad corrigẽdũ paratæ libenter ignoſceret: ſed id qđ ꝑuerſe ac praue opinati ſunt, animoſitate acerrima, & ꝑuicaci arrogãtia defenſitãtes, multi multa ꝑnicioſa dogmata, cõſciſſa ꝯmunionis vnitate pepererũt. Hæc omnia cũ illo, q̃ ad ſocietatem populi Chriſtiani, nõ idiota, ut aiũt, ſed doctorũ libris expoliatus atq; excultus accedit, modeſta collatione tractãda ſunt tm̃ aſſumpta ꝑcipiendi authoritate, ut caueat ꝑſumptionis errores, quãtũ eius humilitas quæ illũ adduxit iã ſentitur admittere. Cætera uero ſm̃ regulas doctrinæ ſalutaris, ſiue de fide quæcunq; narrãda uel diſſerẽda ſunt, ſiue de moribus, ſiue de tentationibus, eo modo percurrẽdo quo dixi, ad illã ſupereminentiorem uiã oĩa referenda ſunt. Sunt item quidam de ſcholis uſitatiſsimis Grammaticorũ Oratorumque uenientes, quos neq; inter idiotas numerare audeas, neq; inter illos doctiſsimos quorum mens magnarũ rerũ eſt exercitata q̃onibus. His ergo qui loquendi arte cæteris hominibus excellere uidentur, cum ueniunt ut chriſtiani fiant, hoc amplius q̃ illis illiteratis impartire debemus, ꝙ ſedulo monendi ſunt, ut humilitate induti Chriſtiana, diſcant, non contemnere, quos cognouerint morum uitia q̃ uerborum amplius deuitare: & cordi caſto linguam exercitatam nec conferre audeant, quam etiam præferre conſueuerant. Maxime aũt iſti docẽdi ſunt ſcripturas audire diuinas, ne ſordeat eius ſolidũ eloquium, quia nõ eſt inflatum: neq; arbitrentur carnabus

Reliquo modo tractandi. Cap. 8. E G H

I *Grammatici & rhetores quomodo accipiendi. Cap. 9.* K *Dist. 38. ca. Sedulo.*

libus integumentis inuoluta atq; operta di-
cta uel facta hominũ,quæ in illis libris legũ
tur,non euoluenda atq; aperienda ut intelli
gantur, sed sic accipienda ut literæ sonant:
deq; ipsa utilitate secreti,uñ ẽt mysteria vo-
cantur,quid ualeant ænigmatum latebræ ad
amorẽ ueritatis acuendũ, discutiendumque
fastidij torporem, ipsa experientia probãdũ
est talibus, cum aliq̃d eis qđ in promptu posi-
Dist.38. ca.Sedulo. tum non ita mouebat,enodatione allegoriæ
alicuius eruitur.His.n. maxime utile est nos
se,ita esse præponendas uerbis sententias, ut
L pponitur animus corpori. Ex quo fit, ut ita
malle debeant veriores q̃ disertiores audire
Non vocẽ sed affectũ cu dit deus. sermones, sicut malle debent prudentiores
q̃ formosiores habere amicos.Nouerint etiã
nõ esse uocẽ ad aures dei,nisi animi affectũ.
Ita .n. non irridebunt,si aliquos antistites &
ministros Ecclesiç forte animaduerterint,
vel cũ barbarismis & solœcismis deũ inuo-
care:uel eadẽ uerba q̃ pronũciãt nõ intellige
re,pturbateq; distinguere,Nõ quia ista mi-
nime corrigenda sunt, ut populus ad id qđ
plane intelligit dicat amen: sed tñ pie tolerã
da sunt ab eis q̃ didicerunt, ut sono in foro,
sic uoto in Ecclesiã bñdici.Itaq; forensis illa
nonnunquã forte bona dictio, nunquam tñ
benedictio dici põt. De sacramento aũt qđ
accepturi sunt, sufficit prudentioribus audi
re q̃d res illa significet: cũ tardioribus aũt ali
quanto pluribus verbis & similitudinibus
Remediũ aduersus tædiũ catechistæ. c. 10. agendum est, ne contemnant quod uident.
Hic tu fortasse exemplum aliquod sermonis
desideras, ut ipso tibi opere ostendam, quõ
facienda sint ista quæ monui.Quod quidem
faciam quantum dño adiuuãte potuero, sed
M prius de illa hilaritate comparãda quod pol
licitus sum dicere debeo.Iam.n. de ipsis pce
ptis explicandi sermonis, in catechizãdo eo
qui sic uenit ut Christianus fiat,quantũ satis
visum est quod promiseram exolui.Indebi-
tũ quippe est, ut ẽt ipse faciam in hoc uolu-
mine,qđ fieri oportere præcipio. Si ergo fe-
cero,ad cumulum ualebit. Cumulus ãt quo
pacto a me superfundi põt, antequã mẽsurã
debiti expleuero?Neq;.n.te maxime cõque-
ri audiui, nisi ꝙ tibi sermo tuus uilis abie-
ctusq; uideretur, cum aliquem Christiano
nomine imbueres.Hoc autem scio, nõ tam
rerum quæ dicendæ sunt,quibus te satis no-
ui paratũ & instructũ,neq; ipsius locutionis
inopia,sed animi tędio fieri uel illa cã quam
dixi,quia magis nos delectat & tenet, quod
in silentio mente cernimus, nec inde uolu-
mus euocari ad uerborum longe disparem
strepitum, vel quia ẽt cum sermo iocundus
est, magis nos libet audire aut legere q̃ me-
lius dicta sunt, & q̃ sine nostra cura & solici A
tudine promuntur, q̃ ad alienum sensum re
pentina uerba coaptare incerto exitu: siue
vtrũ occurrant pro sentẽtia, siue utrum acci
piãtur utiliter:vel q̃a illa q̃ rudibus insinuan
tur, eo ꝙ nobis notissima sunt & profectui
nostro iã nõ necessaria,piget ad ea sępissime
redire,nec in eis tam usitatis & tanquam in-
fantilibus,cũ aliqua uoluptate iã grãdiuscu-
lus animus gradit̃.Facit ẽt loquenti tædiũ au
ditor immobilis, uel q̃a nõ mouet̃ affectu,
uel quia nullo motu corporis indicat se in-
telligere,uel sibi placere quę dñr:non q̃a hu
manæ laudis nos esse auidos decet, sed quia
ea q̃ ministramus dei sunt. Et quanto magis
diligimus eos q̃bus loq̃mur, tanto magis eis
cupimus ut placeant, quæ ad eorũ porrigun
tur salutẽ.Qđ si nõ succedit,cõtristamur, &
in ipso cursu debilitamur & frãgimur quasi
frustra operã cõteramus. Nonnũquã ẽt cum
auertimur ab aliqua re quã desideramus age
re,& cuius actio aut delectabat nos,aut ma-
gis nobis necessaria uidebatur, & cogimur B
aut iussu eius quem offendere nolumus, aut
aliquorũ ineuitabili instãtia catechizare ali-
quẽ, iam cõturbati accedimus ad negociũ,
cui magna tranq̃llitate opus est, dolentes ꝙ
neq; ordinem actionũ nobis cõceditur tene
re quẽ uolumus, nec sufficere omnib. possu
mus: atq; ita ex ipsa tristitia sermo procedẽs
minus gratus est, q̃a de ariditate mœstitiæ
minus exuberat. Aliq̃n itẽ ex aliquo scãdalo
męror pectus obsidet,& tunc nobis dr, Veni
loquere: hic Christianus vult fieri. Nescit̃
.n.ab ignorãtibus,q̃d nos clausum intus exu
rat:quibus si affectũ nostrũ aperire nõ opor-
tet,suscipimus ingratius quod voluit:& pro
fecto languidus & insuauis ille sermo erit p
venam cordis æstuantẽ fumantẽq; traiect⁹.
Tot igitur ex causis, quælibet earum sereni-
tatẽ nostræ mentis obnubilet, secundũ dñm
sunt quærenda remedia,quibus relaxetur il-
la contractio, & feruore spiritus exultemus

& iocundemur in trãquillitate boni operis.
Cor. 9. Hilarem.n.datorẽ diligit deus. Si.n.causa il-
la cõtristat ꝙ intellectum nostrum auditor
non capit, à cuius cacumine quodammodo
descendentes cogimur in syllabarum longe
infra distantiũ tarditate demorari, & curam
gerimus quẽadmodum longis & perplexis
anfractibus procedat ex ore carnis, quod ce
lerrimo haustu mẽtis imbibitur, & q̃a mul-
1.Pe.2. tum dissimiliter exit, tædet loqui & liber ta-
cere: cogitemus quid nobis prærogatũ sit ab
illo qui demonstrauit nobis exẽplum, ut se-
C quamur uestigia eius. Quantumuis.n.differ-
rat articulata vox nostra ab intelligentiæ no
stræ uiuacitate, longe differẽtior est morta-
litas carnis ab æqualitate dei. Et tñ cum in
Phil.2. eadẽ forma esset semetipsum exinaniuit for
mã serui accipiẽs, &c. vsq; ad mortẽ crucis.
Quam ob causam, nisi q̃a factus est infirmis
infirmus, ut infirmos lucrifaceret? Audi eius
1.Cor.9. imitatorẽ alibi ẽt dicentẽ, Siue.n. mente ex-
2.Cor.5. cessimus, deo: siue tẽperantes sumus uobis:
2.Co.12. Charitas.n. Christi compellit nos iudicãtes
hoc, quia vnus pro oĩb. mortuus est. Q̃uo.n.
paratus esset impendi pro aĩabus eorum, si
eum pigeret inclinari ad aures eorum? Hinc
ergo factus est paruulus in medio nostrum
1.Th.2. tanq̃ nutrix fouens filios suos. Num.n. dele-
ctat, nisi amor inuitet, decurtata & mutilata
uerba immurmurare? Et tñ optant hoĩes ha-
bere infantes quibus id exhibeãt. Et suauius
est matri minuta mãsa inspuere paruulo fi-
lio, q̃ ipsam mandere ac deuorare grãdiora.
Mat.23. Non ergo recedat de pectore etiã cogitatio
gallinæ illius q̃ languidulis plumis teneros
fœtus operit, & susurrantes pullos cõfracta
voce aduocat, cuius blandas alas refugiẽtes
superbi, prædafiunt alitibus. Si.n. intellectus
delectat in penetralibus syncerissimis, hoc
D ẽt intelligere delectet, q̃uo charitas, quanto
officiosius descendit in infima, tanto robu-
stius recurrit in intima per bonã conscien-
tiã, nihil quærendo ab eis ad quos descendit
Error in catechis- no q̃uo modo las cap.11. præter eorũ sempiternã salutẽ. Si aũt magis
appetimus ea quæ iã parata sunt, & melius
dicta legere uel audire & ideo piget incerto
exitu ad tp̃s coaptare q̃ loquimur, tñ a ve-
ritate rerũ nõ aberret aĩus. Facile est ut si in
verbis auditorẽ aliq̃d offenderit, ex ipsa oc-
casione discat, q̃ sit re intellecta contemnen-
dũ, si minus integre, aut si minus proprie so-
nare potuit, quod ideo sonabat ut res intelli-
gereẽ. Quòd si humanæ infirmitatis intẽtio
ẽt ab ipsa rerũ ueritate aberrauerit, q̃q̃ in ca
techizandis rudibus, ubi uia tritissima tenẽ-
da est, difficile põt accidere, tñ ne forte acci-
dat ut ẽt hinc offendat auditor, non aliunde
nobis debet uideri accidisse, nisi q̃a deus ex-
periri nos uoluit, utrũ cum mẽtis placidita-
te corrigamur, ne in defensionẽ nostri erro-
ris maiori præcipitemur errore. Quod si ne-
mo nobis dixerit nosq; & illos qui audierũt
omnino latuerit, nullus dolor est, si non fiat E
iterum. Plerunque autem nosipsi recolentes
quæ dixerimus, reprehendimus aliquid, &
ignoramus q̃uo cũ diceret acceptum sit ma
gisq; dolemus q̃n in nobis feruet charitas, si
cũ falsum esset libẽter acceptum est. Ideoq;
oportunitate reperta, sicut nosipsos in silen-
tio reprehendimus, ita curandũ est, ut ẽt illi
sensim corrigant, qui nõ dei uerbis, sed pla-
nè nostris in aliquã lapsi sunt falsitatẽ. Si ue-
ro aliqui liuore vesano cæci errasse nos gau Rom.12.
dent, susurrones, detractores, deo odibiles,
præbeant nobis materiã exercendæ patiẽtiæ
cũ misericordia, q̃a & patiẽtia dei ad pniam Rom.2.
eos adducit. Quid.n. est detestabilius, & q̃d
magis thesaurizat irã in die iræ & reuelatio-
nis iusti iudicij dei, q̃ de malo alterius mera
diaboli similitudine atq; imitatione lætari?
Nonnunquã ẽt cum recte oĩa uereq; dican-
tur, aut nõ intellectũ aliquid, aut cõtra opi-
nionẽ, & cõsuetudinem ueteris erroris ipsa
nouitate asperum, offendit, & perturbat au-
dientẽ. Quòd si apparuerit, sanabileq; si præ-
bet, authoritatũ rõnumq; copia sine vlla di-
latione sanandus est. Si aũt tacita & occulta
offensio est, dei medicina opitulari põt. At si
resilierit & curari recusauerit, consoleẽ nos
dñi cum illud exẽplum: qui offensis hoĩbus F
ex uerbo suo, & tanquã durũ refugientibus,
ẽt ijs qui remanserant ait, Nunquid & uos Ioan.6.
vultis ire? Satis.n. fixũ atq; immobile debet
corde retineri, Hierusalẽ captiuam ab huius
seculi Babylonia, decursis t p̃ibus liberi, nul
lumq; ex illa esse peritur ũ, quia qui perierit
non ex illa erat. Firmum.n. fundamentũ dei
stat, habens signaculum hoc, Nouit.n. dñs 2.Ti.2.
qui sunt eius, & recedit ab iniquitate omnis
qui nominat nomen dñi. Ista cogitantes &
inuo-

inuocantes dn̄m in cor nostrū, minus timebimus incertos exitus sermonis nostri ꝑꝑ incertos motus auditorum, delectabitq; nos ēt ipsa perpeſsio molestiarū pro misericordi opere, si non in eo nostrā gloriā requiramus. Tunc.n.est vere opus bonū, cū a charitate iaculatur agentis intentio & tanq̄ ad locū suū rediēs, rursus in charitate requiescit. Lectio uero quæ nos delectat, aut aliqua auditio melioris eloquij, ut eam promēdo sermoni nostro præponere volētes, cum pigritia uel tædio loquamur, alacriores nos susci
G
aut cōmutationem cœlestis incorruptionis pro meritis pietatis, aut corruptibilē corporis conditionē ꝓ meritis iniquitatis, nō quæ morte soluatur, sed quę materiā sempiternis dolorib. præbeat. Fuge ergo per immobilem fidē ad mores bonos. Fuge frater illa tormēta, ubi nec terrores deficiunt, nec torti moriuntur, quib. sine fine mors est, nō posse in cruciatibus mori: & exardesce amore, atque desiderio sempiternæ uitę sanctorū, vbi nec operosa erit actio, nec requies desidiosa: laus erit dei sine fastidio, sine defectu: nullum in animo tædiū, nullus labor in corpore, nulla indigentia, nec tua cui subueniri desideres, nec ꝓximi cui subuenire festines. Oēs deliciæ deus erit, & societas sanctæ ciuitatis in illo, & de illo sapienter beateq; uiuentis. Efficiemur. n. sicut ab illo promissum speramus & expectamus, æquales angelis dei, & cum eis pariter illa trinitate perfruemur iam per speciē, in qua nunc per fidē ambulamus. Credimus. n. quod nō uidemus, vt ipsis meritis fidei ēt uidere qđ credimus & inhærere mereamur: vt æqualitatē patris & filij & spiritussancti, & ipsius trinitatis vnitatē, qūo sūt hæc tria vnus deus, nō iā uerbis fidei & strepentibus syllabis personemus, sed contēplatione purisima & ardētisima in illo silētio sorbeamur. Hæc tene fixa in corde tuo, & in uoca dn̄m cui credis, vt tueatur te aduersus tentatio nes diaboli: & esto cautus, ne tibi aliunde hostis ille subrepat, q̃ ad solatiū maleuolentisimū damnationis suę, cum quib. damnetur inquirit. Non. n. per eos solos qui Christianum nomen oderunt, & dolent eo nomine occupatū esse orbē terrarum, & adhuc simulacris & dęmoniorū curiositatibus seruire desiderant, audet ille tentare Christianos: sed ēt per eos quos pauloante cōmemorauimus, de unitate Ecclesiæ, uelut putata vite præcisos, q̃ hæretici uel schismatici dn̄r, conatur etiam id quidem interdū. Sed tn̄ id ēt aliqn̄ conatur & per Iudęos tentare atque seducere. Sed maxime cauendū est, ne ꝓ homines q̃ sunt in ipsa catholica Ecclesia, quos velut paleā vsq; ad tp̄s uentilationis suę: sustinet, vnusquisq; tentetur & decipiatur. Propterea. n. deus patiens est in illos, vt & suorū electorū fidē atq; prudentiā ꝑ illorū peruersitatē exercendo cōfirmet. Et quia de numero eorū multi ꝓficiunt, & ad placendū deo, miserati animas suas, magno impetu cōuertuntur. Non. n. oēs sibi ꝑ patientiā dei thesaurizant irā in die iræ iusti iudicij eius, sed multos eadē oīpotentis patiētia perduxit ad saluberrimū pœnitentiæ dolorē. Quod donec fiat, exercetur ꝑ illos illorū qui iā rectā viā tenent, non solū tolerantia, sed ēt misericordia. Multos ergo uisurus es ebriosos, auaros, fraudatores, aleatores, adulteros, fornicatores, remedia sacrilegia sibi allegātes, præcantatoribus & mathematicis, vel quorumlibet impiarū artiū diuinatorib. deditos. Animaduersurus ēt ꝙ illæ turbæ impleāt Ecclesias ꝑ dies festos Christianorū, quæ implent & theatra per dies solēnes Paganorū, & hæc videndo ad imitandū tentaberis Et quid dicā uidebis ꝙ etiā nunc iam utiq; nosti: non . n. nescis multos qui appellantur Christiani, hæc oīa mala operari, q̃ br̄ cōmemoraui. Et aliqn̄ fortasse grauiora facere homines non ignoras, quos nosti appellari Christianos. Sed si hoc aīo uenisti ut quasi securus talia facias, multū erras: nec tibi ꝓderit nomē Christi cum cœperit ille seuerisime iudicare, q̃ prius dignatus est misericordisime subuenire. Prædixit. n. ista & ait in Euangelio, Nō oīs qui dicit mihi dn̄e dn̄e, intrabit in regnū cęlorū, sed is qui facit uoluntatē patris mei. Multi dicent mihi in illa die, Dn̄e, in nomine tuo manducauimus & bibimus. Oībus ergo qui in talibus operib. ꝑseuerant, damnatio finis est. Cum ergo uideris multos, nō solū hæc facere, sed etiā defendere atq; suadere, tene te ad legē dei, & nō sequaris præuaricatores. Non. n. ſm illorum sensum, sed ſm illius ueritatem iudicaberis. Coniungere bonis, quos vides amare tecū regē tuum. Multos. n. inuenturus es, si & tu talis esse cœperis. Nam si in spectaculis cum illis esse cupiebas, & eis inhęrere qui tecum uel aurigā, vel uenatorē, uel aliquem histrionem simul amabant: quāto magis te delectare debet eorum cōiunctio qui tecum amant dominum de quo nunquam erubescet amator eius, q̃a nō solum ipse non pōt vinci, sed etiam dilectores suos reddet inuictos? Nec tn̄ etiam in ipsis bonis qui te uel præcedunt uel comitātur ad dominū, spem tuam collocare debes: q̃a nec in teipso debes quantumcunq; profeceris,

Mat. 22. C 1.Co.5. D

Rom.2. B Mat.2. Luc. 13. F

ceris, sed in illo qui eos & te iustificando ta-
les facit. Securus es.n.de deo quod non mu-
tetur, de homine autē imprudenter securus
es:sed si illos qui nondū iusti sunt amare de-
bemus ut sint,quanto ardentius qui iā sunt,
amandi sunt? Sed aliud est diligere hominē,
aliud spem ponere in homine:tantumq; in-
Hie. 17. terest,ut illud deus iubeat, hoc prohibeat. Si
aūt aliquas, uel insultationes uel tribulatio-
nes pro nomine Christi passus nō defeceris
à fide,nec a bona uita deuiaueris, maiorem
mercedē accepturus es. Qui aūt in his diabo
lo cesserint,ēt minorem perdunt,Sed humi-
lis esto deo, ut non te permittat tentari ultra
vires tuas. His dictis interrogandus est, an
1. Co.10. hæc credat,atq; obseruare desiderat. Qđ cū
Expositio responderit solenniter, vtiq; signandus est,
signorum & Ecclesiæ more tractandus.De sacramento
Cap. 26. sanè quod accepit, cum ei bene cōmendatū
fuerit,signacula quidem rerum diuinarū es-
se uisibilia,sed res ipsas inuisibiles in eis ho-
norari: nec sic habendam esse illā speciē be-
nedictione sanctificatā, quemadmodum ha
betur in usu quolibet: dicendum etiam q̄d
G significet & sermo ille quem audiuit, q̄d in
illo condatur, cuius illa res similitudinē ge-
rit.Deinde monendus est ex hac occasione,
ut si quid etiam in scripturis audiat qđ car-
naliter sonet, etiam si nō intelligit,credat tn̄
spiritale aliquid significari, quod ad sanctos
mores futuramq; uitam pertineat. Hoc aūt
bṝ discet, vt quicquid audierit ex libris cano
nicis quod ad dilectionē æternitatis & ueri-
tatis & sanctitatis, & ad dilectionē proximi
referre nō possit figurate dictum uel gestū
esse credat,atq; ita conetur intelligere, vt ad
illam geminā referat dilectionē, Ita sanè ut
proximum nō carnaliter intelligat, sed oēm
qui cū eo in illa sancta ciuitate potest esse,si-
ue iam,siue nondū appareat.Et ut de nullius
Rom.2. hominis correctione desperet quē patientia
dei uidet uiuere,non ob aliud,sicut Aposto-
lus ait,nisi ut adducatur ad pœnitentiam. Si
longior tibi uř iste sermo, quo tanquā præ-
sentem rudē hominē instruxi,licet ea tibi di
cere breuius, longiorem tn̄ esse debere non
H puto:quamquam multū interest, quid res ip
sa cum agitur moneat & quid auditorū pre-
sentia,nō solū ferre, sed ēt desiderare se ostē
dat. Cū aūt celeritate opus est,uide q̄ facile

explicari tota res possit. Fac rusus adesse ali-
quē,qui uelit esse Christianus, Ergo & inter
rogatū illud qđ superior respōdisse, q̄a & si
hoc nō respondet,hoc eū rn̄dere debuisse di
cēdū est.Deniq; hoc mō & cętera cōtexēda,
Vere frater, illa magna & uera beatitudo est
quæ in futuro seculo sanctis ꝓmittitur. Oīa
uero uisibilia transeunt, & oīs huius seculi
pōpa & delitiæ & curiositas īteribūt,& secū A
ad interitū trahunt amatores suos. A quo in
teritu,hoc est, pœnis sempiternis deus mise
ricors uolēs homines liberare,si sibi ipsis nō
sint inimici, & nō resistāt misericordiæ crea
toris sui,misit unigenitū filiū suū:hoc ē, uer
bū suū æquale sibi,ꝑ qđ condidit oīa: & ma
nens quidē in diuinitate sua, & nō recedens
a patre,nec in aliquo mutatus, assumēdo tn̄
hominē,& in carne mortali hominib. appa- *Rom.5.*
rendo uenit ad homines,ut quēadmodum ꝑ I
unum hominē qui primus factus est.i. Adā
mors intrauit in genus humanum,quia con
sensit mulieri suæ seductæ à diabolo, ut præ
ceptum dei transgrederentur: sic ꝑ vnū ho-
minē qui ēt deus est dei filius, Iesum Chri-
stum deletis omnibus peccatis ꝓteritis, cre-
dentes in eū oēs in æternā uitam ingrederē- *Quod fa-*
tur.oīa.n.quæ nunc uides in Ecclesia dei, & *cta in Ec*
sub Christi nomine per totū orbē terrarum *clesia ui-*
geri, ante secula iam ꝓdicta sunt, & sicut ea *deantur*
legimus,ita uidemus, & inde ædificamur in *in scri-*
fidē.Factum est aliqn̄ diluuiū per totā terrā, *ptura &*
vt peccatores delerentur,& tn̄ illi qui euase- *futura si-*
runt in arca,sacr̄m futuræ Ecclesiæ,demon- *enda si-*
strabant,quæ nunc in fluctibus seculi natat, *cut &*
& per lignum crucis Christi a submersione *præcedē-*
liberatur. Prædictus est Abrahæ fideli seruo *tia credē*
dei uni homini,qđ de illo esset populus na- *da sint.*
sciturus,qui coleret unum deū inter cęteras *Cap. 27.*
gentes quæ idola colebant.Et omnia quæ illi
populo uentura prædicta sunt, sic euenerūt
ut ꝓdicta sunt. Prophetatus est in illo popu-
lo ēt Xp̄s rex omniū sanctorū & deus uentu
rus ex semine ipsius Abrahā secundum
carnem quam assumpsit, ut omnes etiam fi-
lij essent Abrahæ, qui fidem eius imitaren- K
tur,& sic est factum. Natus est Christus de
Maria virgine, quæ ex illius genere fuit.
Prædictum est per Prophetas,quod in cruce
passurus esset ab eodem populo Iudæorum,
de cuius genere secūdum carnē ueniebat,&
sic

ſic eſt factum. Prædictũ eſt quod reſurrecturus eſſet, reſurrexit: & ſẽm ipſa prædicta Prophetarum aſcendit in cœlum, & diſcipulis ſuis ſpiritumſanctum miſit. Prædictũ eſt nõ ſolum à Prophetis, ſed etiam ab ipſo dño Ieſu Chriſto, quòd Eccleſia eius per uniuerſũ orbem terrarum eſſet futura, per ſanctorum martyria paſsionesq; diſſeminata: & tunc p̃dictum qñ adhuc nomen eius & latebat gentes, & ubi notũ erat irridebatur: & tñ in uirtutibus miraculorum eius, ſiue, quæ p̃ ſeipſe, ſiue quæ per ſeruos ſuos fecit, dũ annunciantur hæc & creduntur, iam uidemus qđ prædictum eſt eſſe cõpletum regesq́ue ipſos terræ, qui antea pſequebantur Chriſtianos, iam Chriſti nomini ſubiugatos. Prædictum eſt etiam ꝙ ſchiſmata & hæreſes ex eius Eccleſia eſſent exituræ, & ſub eius nomine per loca ubi poſſent, ſuam non Chriſti gloriam quæſituræ, & iſta completa ſunt. Nunquid ergo illa quæ reſtant non ſunt uentura? Manifeſtũ eſt quia ſicut iſta prædicta uenerunt, ſit etiam illa uentura ſunt: quæcunq; tribulationes iuſtorum adhuc reſtant: & iudicij dies qui ſeparabit oẽs impios à iuſtis in reſurrectione mortuorum, & non ſolũ eos qui ſunt extra Eccleſiã, ſed etiam ipſius Eccleſiæ paleas, quas oportet vſq; ad nouiſsimã uentilationem patientiſsime ſufferat, ad ignẽ debitum ſegregabit. Qui autem irrident reſurrectionẽ, putãtes ꝙ caro iſta q̃a putreſcit, reſurgere non põt, ad pœnas in ea reſurrecturi ſunt: & oſtendet eis deus, quia qui potuit hæc corpora facere antequã eſſent, poteſt ea in momento reſtituere ſicut erant. Oẽs autẽ fideles regnaturi cum Chriſto, ita reſurgent in eodem corpore, ut ẽt cõmutati mereãtur ad incorruptionẽ angelicã: ut fiãt ęquales angelis dei, ſicut dñs ipſe promiſit, & laudent eum ſine aliquo defectu, & ſine aliquo faſtidio, ſemper uiuentes in illo & de illo, cũ tali gaudio & beatitudine, qualis nec dici nec cogitari ab homine poteſt. Tu itaq; credẽs iſta, caue tentationes, q̃a diabolus quærit qui ſecum pereant: ut non ſolum per eos qui extra Eccleſiã ſunt, ſiue Pagani, ſiue hęretici, non te hoſtis ille ſeducat, ſed etiam quos in ipſa Eccleſia catholica uideris male uiuẽtes, aut immoderatos uoluptatib. uentris & gutturis, aut impudicos aut vanis curioſitatibus vel illicitis deditos, ſiue ſpectaculorum ſiue remediorum ſacrilegorũ, aut diuinationum diabolicarum, ſiue im pompa & typho auaritiæ atq; ſuperbiæ ſiue in aliqua uita q̃ lex damnat & punit, nõ eos imiteris: ſed potius coniungaris bonis quos inuenturus es facile, ſi & tu talis fueris, ut ſimul colatis & diligatis dñm gratis, quia totum præmium noſtrũ ipſe erit, ut in illa æterna vita, bonitate eius & pulchritudine p̃fruamur. Sed amandus eſt, non ſicut aliquid qđ vr̃ oculis, ſed ſicut amatur ſapientia, & veritas, & ſanctitas, & iuſtitia, charitas, & ſi quid aliquid tale dr̃, non quẽadmodum ſunt iſta in hominibus, ſed quemadmodũ ſunt in ipſo fonte incorruptibilis & incõmutatibus ſapientiæ. Quoſcunq; ergo uideris hæc amare, illis cõiungere, vt per Chriſtũ q̃ hõ factus eſt, vt eſſet mediator dei & hominum, recõcilieris deo. Homines aũt peruerſos, etiam ſi intrent parietes Eccleſiæ, non eos arbitreris intraturos in regnum cœlorum, quia ſuo t p̃e ſeparabuntur, ſi ſe in melius non cõmutauerint. Homines ergo bonos imitare, malos tolera, omnes ama, qm̃ neſcis quid cras futurus ſit qui hodie malus eſt. Nec eorum ames iniuſtitiam, ſed ipſos ideo ama ut apprehendant iuſtitiã, quia non ſolum dilectio dei nobis præcepta eſt, ſed etiam dilectio proximi, in quib. duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Quam non impleuit niſi qui donum acceperit ſpiritumſanctum patri & filio vtiq; æqualẽ: quia ipſa trinitas deus eſt, in quo deo ſpes oĩs ponenda eſt. In homine non eſt ponẽda, qualiſcunq; ille fuerit: Aliud eſt.n. ille a quo iuſtificamur, aliud illi cum quibus iuſtificamur. Non aũt ſolum p̃ cupiditates diabolus tentat, ſed etiam per terrores inſultationum & dolorum & ipſius mortis. Quicquid autẽ hõ paſſus fuerit pro nomine Chriſti, & pro ſpe uitæ æternæ & permanens tolerauerit, maior ei merces dabitur: quia ſi ceſſerit diabolo, cum illo damnabitur: ſed opera miſericordiæ cũ pia humilitate impetrant à domino, ut non permittat ſeruos ſuos tentari pluſquam poſsint ſuſtinere.

Finis.

∵

Rom. 5. Mat. 25. Matt. 3. Mat. 22. 1. Ti. 2. Mat. 22. 1. Co. 10

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI

liber de Incarnatione uerbi, qui ab aliquibus intitulatur, de deitate, & incarnatione verbi, ad Ianuarium.

Tres personæ c. I.



Pecies vero eorũ quæ ꝑ prędicationẽ Apostolicã manifeste traduntur, istæ sunt. Primo ꝙ vnꝰ est deus qui oĩa creauit atq; cõposuit, quiq; cum nihil essent C esse fecit vniuersa. Deus a prima creatura & cõditione mundi omnium iustorum: deus Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, duodecim Patriarcharum, Moysi & Prophetarum, Et qđ hic deus in nouissimis diebus, sicut ꝑ Prophetas suos ante promiserat, misit dñm Iesum Christum, primo quidẽ vocaturũ Isrel, secũdo uero ẽt gẽtes post perfidiã populi Israel. *Ioan. I.* Hic deus iustus & bonus pater dñi nostri Iesu Christi, legẽ & Prophetas & Euãgelia ipse dedit, qui & Apostolorũ deus est & ueteris ac noui testamẽti. Tum deinde quia Iesus Xp̃s ipse qui uenit ante oẽm creaturã natus ex patre est: qui cum in oĩ conditione patri ministrasset, per ipsum nanq; oĩa facta sunt, nouissimis temporib. seipsum exinaniẽs hõ factus est, incarnatus est cum deus esset, & hõ factus, mansit ꝙ erat deus. Corpus assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens, quòd natum ex uirgine & spiritusancto est. Et qm̃ hic Iesus Christus natus & passus est in ueritate, & nõ per phantasiam cõmmunẽ hanc mortem uere mortuus est. Vere.n.& a mortuis resurrexit, & post resurrectionẽ cõuersatus cum discipulis suis assumptus est. Tum demum natura, honore ac dignitate patri ac filio sociatum tradidit spiritumsanctũ. D Sanè ꝙ iste spiritussanctus vnum, quenque sanctorum uel Prophetarũ uel Apostolorũ, inspirauit, & nõ alius spiritus in ueteribus, alius uero in his ꝗ in aduentu Xp̃i inspirati sunt, fuerit, manifeste in Ecclesia prędicatur.

Animæ liberũ arbitriũ & origo. Cap. 2.

Post hæc iam ꝙ aĩa subistãtiã vitamq; habẽs ꝓpriam, cũ ex hoc discesserit mũdo, siue uitæ æternæ ac beatitudinis hæreditate potitura, sicut ei sua gesta præstiterint: sine igni æterno ac supplicio mãcipanda, si in hoc mũdo eandẽ scelerũ culpã nõ deterserit. Sed & erit tẽpus resurrectionis mortuorũ, cũ corpus hoc quod nunc in corruptione seminatur, surget in incorruptione, & quod seminatur, in ignominia, surget in gloria. *I. Co. I[5]* Est & illud definitũ in ecclesiastica p̃dicatione, oẽm animã esse rationalẽ, liberi arbitrij & voluntatis: esse quoq; ei certamẽ aduersus diabolũ & angelos eius, contrariasq; uirtutes: ex eo qđ peccatis eam illi onerare cõtendant, nos vero si recte consulteq; uiuamus, ab huiuscemodi labe nos exuere conemur. Vnde & consequens est intelligere, nõ nos necessitati esse subiectos, ut oĩno ẽt si nolimus, uel bona uel mala agere cogamur. E Si n. nostri arbitrij sumus, impugnare nos fortasse pñt aliquæ uirtutes ad peccatũ, & aliæ iuuare ad salutẽ, nõ tñ necessitate cogimur, uel recte agere, uel male: qđ fieri arbitrantur hi ꝗ stellarum cursum & motus, cãm dicunt humanorũ esse gestorũ, nõ solũ eorũ quę extra arbitrij accidunt libertatẽ, sed eorũ quæ in nostra posita sũt potestate. De anima uero utrũ ex seminis traduce ducatur, ita ut rõ ipsius, uel substantia inserta ipsis corporalib. seminibus habeatur: an uero aliud habeat initiũ: & hoc ipsum initiũ si est genitum, aut nõ genitum: uel certe si extrinsecus corpori inditur, nec ne, satis manifesta prædicatione distinguitur.

De diaboli statu ambig[uo]. cap. 3.

De diabolo quoq; & angelis eius contrarijsq; uirtutibus, Ecclesiastica prædicatio docuit, quoniam sint quidem hæc: quę autem sint, aut quomodo sint, non satis clare disposuit. Apud plurimos tñ ista habetur opinio, quod angelus fuerit iste diabolus, & apostata effectus, ꝗ quã plurimos angelorũ secum declinare persuaserit, qui & nũc vsq; angeli ipsius nuncupantur.

Mundi princip[ium] & fini[s]. Cap. 4.

Est & præterea illud in Ecclesiastica prædicatione qđ mundus iste factus sit, & a certo tempore cœperit, & sit pro ipsa sui corruptione soluendus.

Scripturæ sensu[s] arcanu[s]. Cap. 5.

Tum demum quod per spiritum dei scripturæ conscriptæ sint, & sensum habeant, non eum solum qui in manifesto est, sed & aliũ quendam latentem quamplurimos. Formæ .n. sunt hæ quæ describuntur sacramentorũ quorundam & diuinarum rerum imagines: de quo totius Ecclesiæ una sententia est, esse quidem omnem legem spiritalem, Nõ tamen

men

men ea quæ spirat lex esse hominibus nota, nisi ijs solum quibus gratia spiritussancti in uerbo sapientiæ ac scientiæ condonatur.

...ni angeli...6. *1. Co.*

Et ẽt illud in Ecclesiastica ꝑdicatione, esse angelos dei quosdã & uirtutes bonas, quæ ei ministrant ad salutẽ hominũ consummandã: sed qñ isti creati sint, uel quales aut quõ sint, nõ satis in manifesto distinguitur. Oportet igitur uelut elemẽtis ac fundamẽtis huiusmodi uti ẽm mandatũ, quo dr̃, Illuminate uobis lumen scientiæ. Oĩs qui cupit seriẽ quandam, corpus ex horum omniũ rõne ꝑficere, ut manifestis & necessarijs assertionibus de singulis quibusq; quid sit in uero rimetur, & unum, ut diximus, corpus efficiat, exemplis & affirmationibus, uel ijs quas in scripturis sacris inuenerit, uel quas cõsequẽter ipsius indagine ac recti tenore repererit.

Quo inuestiganda ueritas. Cap. 7. G

Nos semper deũ patrẽ nouimus vnigeniti filij sui, ex ipso quidẽ nati, & quod est ab ipso trahentis, sine ullo tñ initio: non solũ eo qđ aliquib. tẽporum spatijs distingui põt, sed ne illo quidẽ, quod sola apud semetipsam mẽs, intueri solet, & nudo, vt ita dixerim, intellectu, atq; animo conspicari. Extra oẽ ergo qđ uel dici uel intelligi potest initium, generatam esse sapientiã credendũ est. In hac ipsa sapientiæ subsistentia, qua oĩs uirtus ac deformatio futuræ in erat creaturæ, uel eorum quæ principaliter existunt, uel eorũ quæ accidunt consequenter uirtute præscientiæ ꝑformata atq; disposita. Pro ijs ipsis quæ in ipsa sapientia uelut descripta ac præfigurata fuerant creaturis, seipsam ꝑ Salomonẽ dicit creatã esse sapientia initiũ viarũ dei, cõtinẽs .s. in semetipsa vniuersæ creaturæ, uel initia, uel rationes, uel species. Quali aũt modo intelleximus, sapientiã initium uiarũ dei esse, & quõ creata esse dicitur, species .s. in se & rationes totius præformans & continens creaturæ, hoc mõ etiam uerbũ dei eã esse intelligendum est: ꝑ hoc ꝙ ipsa cæteris omnibus, .i. uniuersæ creaturæ, mysteriorum & arcanorum rationem, quæ utiq; intra dei sapientiã continetur, aperiat: & ꝑ hoc uerbum dr̃, quia sic arcanorum mentis interpres est. Ioãnes in initio Euangelij sui propria definitione deũ definiens, esse uerbum dicit, Et deus erat uerbũ, & hoc erat in initio apud deum. Qui ãt dat initiũ uerbo dei uel sapiẽtiæ dei, intuere ne magis in ipsum ingenitũ patrem impietatẽ suã iactet, cũ eũ neget semꝑ patrẽ fuisse, & genuisse uerbũ, & habuisse sapientiã in omnib. anterioribus uel temporib. uel seculis, uel si quid illud est qđ nominari põt. Hic ergo filius, ẽt oĩum quæ sunt, ueritas est & uita, & uia. Et recte: Nam quõ uiuerent q̃ facta sunt, nisi ex uita? Vel quõ ueritate constarent ea quæ sunt, nisi ex ueritate descenderent? Vel quõ rationales esse possent substãtiæ, nisi uerbum uel ratio ꝑcederet? Vel quo mõ essent sapientes, nisi esset sapientia? Via factum est uerbum dei & sapientia, quæ uia idcirco dr̃, ꝙ ad patrẽ dũcit eos qui incedũt per eã. Quęcunq; ergo diximus de sapientia dei, hæc ẽt conuenienter aptabuntur & intelligentur ꝓ eo ꝙ filius dei uita est, & ꝓ eo ꝙ uerbũ est, & ꝓ eo ꝙ ueritas est, & pro eo ꝙ uia est, pro eo quod resurrectio est: quia hæc omnes appellationes ex operibus eius ac uirtutibus nominatæ sunt: & in nulla harũ uel leui opinione intelligi corporale aliquid potest, uel quod magnitudinem designare uideatur, uel habitum, uel colorem.

Filius absq; initio natus. Cap. 8. *Pro. 8.* H *Ioan. 1.* *Rõnes exemplæres in uerbo. Cap. 9.* I

Verũ qm̃ ij q̃ apud nos filij hominũ uidẽtur, uel cæterorũ animaliũ, semẽ eorũ a quibus seminati sunt, rñdent, uel earũ in quarũ utero formant̃ ac nutriuntur, habẽtes ex his quicq̃d illud est qđ in lucẽ hãc assumunt ac deferũt, ꝓcessuri: nephãdũ est & illicitũ, deũ patrẽ in gñatione unigeniti filij sui, atque in substantia eiꝰ exequare alicui uel hominum uel aliorũ animantiũ gñanti. Sed necesse est exceptũ aliq̃d esse & deo dignũ, cuius nulla ꝓrsus cõparatio, nõ in reb. solũ, sed ne in cogitatione q̃dẽ uel sensu inueniri põt, ut humana cogitatio possit apprehẽdere, quõ ingenitus deus, pater efficitur unigeniti filij. Est nanq; ita æterna ac sempiterna gñatio, sicut splendor gñatur a luce: Nõ .n. ꝑ adoptionẽ spiritus, filius fit extrinsecus, sed natura filius est. Videamus tñ quõ hęc quę dicimus ẽt diuinæ scripturæ authoritate muniamus. Ait Apostolus Paulus, unigenitũ filiũ imaginẽ esse inuisibilis dei, & primogenitũ esse totius creaturæ. Ad hebræos uero scribens de eo dixit, quia sit splendor gloriæ & figura expressa substantiæ eius. Inuenimus etiam nihilominus in sapiẽtia quæ dr̃ Salomonis descriptionem quandam de dei sapientia, hoc

In cogitabilis uerbi natiuitas. Cap. 10. K *Col. 1.* *Heb. 1.*

tutis dei, sed virtus ex uirtute dicenda est: ne aũt videatur alicui anterior esse in deo oĩpotentis appellatio, natiuitate sapientiæ ꝑ quã pater vocatur, qm̃ dicta est aporrhœa oĩpotentis gloriæ purissima esse sapientia, qui est filius dei. Audiat qui hæc ista vult suspicari, quid manifeste ꝓnunciat scriptura diuina, dicens. Quia oĩa in sapientia fecisti. Et Euangelium docet, quia oĩa per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et intelliget ex hoc, quia non põt antiquior esse in deo appellatio oĩpotẽtis q̃ patris: Per filium etenim omnipotens est pater. Sed qm̃ gloriam dixit esse omnipotentis, cuius gloria aporrhœa dicitur. i. sapientia, hoc intelligi datur, quòd ẽt in omnipotentia gloriæ societatẽ habeat sapientia, per quam deus omnipotens dicit. Per sapientiam quæ est Christus, tenet deus omnium potentatum, non solum dominantis authoritatem, uerumetiam subiectorum spontaneum famulatum. Vt aũt unam eandemq; oĩpotẽtiam patris ac filij esse cognoscas, sicut unus atq; idem est cum patre deus & dñs, audi hoc mõ Ioannẽ in Apocalypsi dicentẽ, hæc dicit dñs deus, qui est, qui erat, & qui uenturus est oĩpotens. Qui. n. uenturus est, quis est alius nisi Christus? Et sicut nemo debet offendi cum deus sit pater quod ẽt saluator deus est, ita & cum oĩpotens dicitur pater, nullus debet offendi qđ etiã filius dei omnipotens dr̃. Hoc nanq; modo uerũ erit illud quod ipse dicit ad patrẽ, Quia oĩa mea tua sunt, & tua mea, & glorificatus sum in eis. Si ergo oĩa quæ patris sunt Christi sũt inter oĩa uero quæ est pater, est etiam omnipotens, sine dubio etiam unigenitus dei filius esse debet omnipotens, ut oĩa quæ habet pater, etiam filius habeat. Et glorificatus sum, inquit eis, In nomine Iesu oẽ genu flectitur cœlestium, terrestrium, & infernorũ, & oĩs lingua confitebitur, quia dñs Iesus in gloria est dei patris. Igitur aporrœa gloriæ dei, ſm hoc quòd omnipotens est, pura ac limpida ipsa sapientia dei est glorificata tanquã aporrhœa oĩpotentiæ uel gloriæ. Vt aũt manifestius intelligatur quæ sit gloria oĩpotentiæ, ẽt hæc addimus. Deus pater omnipotens est, eo ꝙ potentatum omnium teneat. i. cœli & terræ, maris & omnium quæ in eis sunt. Horum aũt potentatum gerit per uerbũ suum, quia in nomine Iesu oẽ genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorũ. Et si oẽ genu flectitur Iesu, sine dubio Iesus est omnipotens, cui subiecta & per quem subiecta patri sunt oĩa. Per sapiẽtiam namq;. i. uerbo & oratione * nõ ui & necessitate subiecta sunt. Et ideo in eoipso qđ obtinet oĩa, gloria sua est: & hæc est oĩpotẽtiæ purissima ac limpidissima gloria, cũ ratione ac sapientia, non ui ac necessitate cuncta subiecta sunt. Purissima uero ac limpidissima gloria sapientia satis conuenienter dictum est, ad distinctionem eius gloriæ quæ non pura nec syncera gloria dr̃. Oĩs. n. natura quæ conuertibilis & commutabilis est, ẽt si glorificetur in operibus iustitiæ uel sapientiæ per hoc ipsum qđ accidentẽ hẽt iustitiam uel sapientiam, & ꝙ accidit etiam discedere põt, gloria eius syncera ac limpida dici non põt. Sapienta uero dei, qui est vnigenitus filius, qm̃ in omnibus inconuertibilis est & incõmutabilis, & substantiale in eo oẽ bonũ est, quod utiq; mutari ac conuerti nunquã põt, idcirco pura eius ac syncera gloria eius prædicatur. Sempiternũ uel æternũ proprie dr̃ quod neq; initium ut esset habuit, nec cessare unquam põt esse quod est. Hoc aũt designatur apud Ioãnem, cũ dicit, Quia deus lux est. Splendor aũt lucis eius, sapientia, non solum ſm id qđ sempiterna lux est, ita ut æternus & æternitatis splendor sit sapientia sua. Quod si integre intelligatur, manifeste declarat quia substantia filijs ab ipso patre descendit, sed nõ temporaliter, neq; ab ullo alio initio, nisi ut diximus ab ipso deo. Sed & speculum immaculatum paternæ operationis, dei nominatur sapiẽtia esse. Ergo inoperatio uirtutis dei qi æ sit prius intelligenda est, quę est uigor quidã, ut ita dixerim, per quem inoperatur pater, uel cum creat, uel cum prouidet, uel cum iudicat, uel cum singula quæq; in tp̃e suo disponit atq; dispensat. Sicut. n. in speculo omnib. motib. atq; omnib. actibus, quibus is qui speculum intuetur mouetur, uel agit, iisdẽ ipsis etiã ea imago quæ per speculũ deformatur, actibus uel motibus commouetur, uel agit, in nullo prorsus declinans, ita ẽt sapientia de se vult intelligi, cum speculum immaculatũ paternæ uirtutis, inoperationisq; dei nominatur, sicut & dominus Iesus Christus, q sapientia dei

Margin notes: G; Ps. 103.; Ioan. 1.; Apoc. 1.; Ioan. 17.; Phili. 2.; H; al. studio; Gloria splendor & evidentia; Sempiternũ quid dicatur; 1. Ioan. 1.; Inoperatio Dei quid sit; K

Dei eſt, de ſemetipſo pronũciat, dicẽs. Quia opera q̃ facit pr̃, hæc ẽt & fili⁹ facit ſimiliter. *Ioan.5.* Et iterũ dicit, Qm̃ nõ p̃t filius a ſemetipſo fa- *Ibidem.* cere q̃cq̃uã, niſi qđ uiderit patrẽ facientem. Qm̃ ergo in nullo prorſus filius a patre uirtute operũ immutat̃ ac differt, nec aliud eſt opus filij q̃ patris, ſed unus atq; idẽ, ut ita dicã, ẽt motus in omnibus eſt, idcirco eũ ſpeculũ im maculatũ nominauit: ut p̃ hoc nulla diſsimilitudo filii intelligatur a patre, cum in Euangelio filius ſimilia facere nõ dicat̃, ſed eadẽ ſimiliter facere. Supereſt, quid ſit *Filius imago bonitatis diuinæ. c.15.* imago bonitatis eius inquirere, in quo eadẽ, vt opinor, intelligi cõuenit, quę ſuperius de imagine ea q̃ per ſpeculum formatur expreſſimus. Principalis nanq; bonitas ſine dubio L pr̃ eſt, ex qua filius natus, qui per omnia imago eſt patris, proculdubio ẽt bonitatis eius conuenienter imago dr̃: Non.n. alia aliqua ſecũda bonitas exiſtit in filio, præter eã quæ eſt in patre. Vñ & recte ipſe ſaluator in Euã- *Mar.10.* gelio, dicit, Quia nemo bonus, niſi vnus de⁹. Quo.ſ. p̃ hoc intelligatur filius non eſſe alterius bonitatis, ſed illius ſolius q̃ in patre eſt, cuius recte imago appellatur, q̃a neq; aliunde eſt, niſi ex ipſa principali bonitate, nec altera bonitas q̃ ea q̃ in patre eſt, vr̃ in filio, Neque aliqua diſsimilitudo aut diſtantia in filio eſt bonitatis, p̃p̃ quod non dẽt uelut blaſphemiæ aliqđ genus putari in eo q͛ dictum eſt, Quia nemo bonus, niſi unus deus: ut propterea putetur, uel Xp̃s uel ſp̃ũſſanctus negari q͛ bonus ſit: Sed ut ſuperius diximus, principalis bonitas in Deo patre ſentiẽda eſt, ex quo uel filius natus, vel ſp̃ũſſanctus p̃cedẽs, ſine dubio bonitatis naturã in ſe fert, quæ in eo fonte de quo uel natus eſt filius, uel p̃cedens eſt ſp̃ũſſanctus. Iã uero ſi qua alia bona in ſcripturis dñr, uel angelus, uel hõ, uel ſeruus, uel theſaurus, uel cor hominum, uel arbor bona: hæc omnia abuſiue dñr, accidẽtẽ, M non ſubſtantialẽ in ſe continentia bonitatẽ. *Spiritusſancti dignitas. cap.16.* Multũ aũt eſt, & alterius vel operis vel temporis, congregare omnes filii dei appellationes. Verbi cã, qũo vel lumen verum eſt uel hoſtia, uel iuſtitia, uel ſanctificatio, uel redemptio, & alia innumera, quib. ex cauſis, vel uirtutibus, uel affectibus unumquodque horum nominetur, exponere. Sed cõteri his de quibus ſuperius diſſeruimus, cõſequẽter ẽt reliqua perquiramus. Cõſequẽs eſt igitur nunc de ſp̃ũſãncto, q̃ poſſumus, breuiter requiramus. Et oẽs quidem, qui quoquomodo prouidentiam eſſe ſentiunt, Deũ eſſe ingenitũ qui vniuerſa creauit atq; diſponit, cõfitẽtur, eumq; parẽtem uniuerſitatis agnoſcit: hũc tñ eſſe filiũ non nos ſoli pronũciamus, quãuis ſatis hoc & mirũ & incredulũ uideatur his q̃ apud Græcos uel Barbaros philoſophari vñr: tñ ipſorum ẽt a nonnullis habita vr̃ eius opinio, cum uerbo Dei vel ratione creata eſſe omnia confitentur. Nos uero ſ̃m fidem doctrinæ eius quam diuinitus inſpiratam pro certo habemus, eminentiorem diuinioremq; rationem de filio dei nullius alterius poſsibilitatis eſſe credamus exponere, atq; in horum cognitionẽ proferre, niſi eius ſcripturæ ſolius q̃ a ſpiritusſancto inſpirata eſt. i. Apoſtolicæ atq; Euangelicæ, necnon legis & Prophetarũ, ſicut ipſe Xp̃s aſſeruit. De A ſubſtantia uero ſp̃ũſſãncti nec ſuſpitionẽ vllã habere quis potuit, præter eos q̃ in lege & Prophetis uerſati ſunt, uel eos qui ſe in Xp̃o credere profitentur. Nã de Deo quidẽ patre quãuis digne proloqui nemo ualeat, tñ poſſibile eſt intellectum aliquem capi ex occaſione uiſibiliũ creaturarũ, & ex his q̃ humana mẽs naturaliter ſentit. Inſuper ẽt de ſcripturis ſanctis cõfirmari poſsibile eſt. Sed & de filio Dei quãuis nemo nouerit filium niſi pater, tñ ex diuinis ſcripturis etiam de ipſo qualiter ſentiri debeat mens humana firmat̃ non ſolũ in nouo, ſed etiam in ueteri teſtõ, p̃ ea quæ a ſanctis geſta figuraliter ad Xp̃m referuntur, ex quibus aduerti uel diuina natura eius, uel humana q̃ ab eo eſt aſſumpta, poteſt. De ſpiritu uero ſancto, quia ſit, multæ nos ſcripturæ docuerunt: ſicut Dauid in quinquageſimo Pſalmo dicit, Et ſpiritũſanctum tuum ne auferas a me. Et in Daniele B dicitur, Spiritusſanctus qui in te eſt. In nouo *Matt.3.* vero teſtõ abundantibus teſtimoniis edocemur, cum ſpiritusſanctus ſuper eum deſcendiſſe ſcribit̃, & cũ ipſe dominus inſufflauit *Ioan.20.* in Apoſtolos poſt reſurrectionẽ, dicẽs, Accipite ſp̃m ſanctũ. *Luc.1.* Et ad Mariam dr̃ ab angelo, Spiritusſanctus ſuperueniet in te. Paulus uero docet, q̃a nemo p̃t dicere dominus Ieſus *1.Co.12* niſi in ſpiritusſancto. Et in actibus Apoſtolorũ per impoſitionẽ manuũ Apoſtolicarũ ſpi- *Acto.8.*

ritusſanctus dabatur in baptiſmo. Ex quibus omnibus didicimus tãtæ authoritatis eſſe & dignitatis ſpũſſancti ſubſtãtiã, ut ſalutare baptiſma nõ aliter niſi excellentiſsimæ oĩum trinitatis authoritate .i. patris & filii & ſpũſſancti cognominatione cõpleatur, & ingenito Deo patri, & unigenito eius filio nomen quoq; ſpũſſancti copuletur. Quis ergo non ſtupeſcat quanta maieſtas ſit ſpũſſancti, cum eũ qui dixerit uerbũ in filium hominis audeat ſperare poſſe ueniã, eum vero q̃ in ſpm̃ ſanctũ blaſphemauerit, ueniã non habere, neq; in præſenti ſeculo, neq; in futuro. Veruntñ uſq; ad præſens, nullum ſermonẽ inuenire in ſcripturis ſanctis potuimus, p quẽ ſpũſſanctus factura eſſe uel creatura diceretur, ne in eo quidem mõ quo de ſapiẽtia referre Salomonem ſupra docuimus, vel q̃ de vita, vel verbo alijsque appellationibus filij Dei intelligẽda eſſe tractauimus. Spũs igit Dei q̃ ſũ p aquas ferebatur, ſicut ſcriptũ eſt in principio facturæ mũdi, puto ꝙ non ſit alius q̃ ſpũſſanct⁹, ſm ꝙ ego intelligere poſſum: ſicut & cũ ipſa loca exponeremus, oñdimus: non tñ ſm hiſtoriam, ſed ſm intelligẽtiam ſpiritalem. Quidam ſanè ex præceſſoribus noſtris in nouo teſtamento obſeruauerunt, ꝙ ſicubi ſpũs nominatur ſine adiectione ea q̃ deſignet qualis ſit ſpũs de ſpũſancto debere intelligi: vtputa, Fructus aũt ſpũs eſt, charitas, gaudium, pax &c. Item ibi, Cũ cœperitis ſpiritu, carne cõſummamini. Nos vero etiam in ueteri teſtõ putamus diſtinctionem iſtam poſſe ſeruari: ſicut cũ dicit, Qui dat ſpiritum populo qui eſt ſuper terram, & ſpiritum his qui calcant eam. Sine dubio .n. omnis qui calcat terram, id eſt terrena & tẽporalia, particeps eſt ſpiritusſancti, a Deo eũ accipiẽs. Sicut .n. de filio dicitur, quia nemo nouit eum niſi pater: & patrem, niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare: hæc eadem docet etiam Apoſtolus de ſpirituſancto, cũ ait, Nobis autem reuelauit Deus per ſpũm ſuũ: Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiã alta dei. Sed & rurſus in Euangelio de diuinis ac profundioribus doctrinis commemorans ſaluator, quæ nondum capere poterant diſcipuli ſui, ita ait ad Apoſtolos, Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed nõ poteſtis illa portare modo: cũ aũt venerit conſolator ſpũſſanctus q̃ a patre procedit, ille uos docebit omnia, & cõmonebit omnia q̃ dixi uobis. Et ita ſciendũ eſt, ꝙ ſicut filius dei qui ſolus cognoſcit patrẽ, reuelat cui uult, ita & ſpũſſanctus qui ſolus ſcrutatur ẽt alta Dei, reuelat deum quibus vult. Spũs em̃, vbi vult ſpirat. Neq; .n. putandum eſt, ꝙ etiã ſpũs filio reuelãte cognoſcit: Si .n. filio reuelante cognoſcit patrẽ ſpiritusſanctus, ergo ex ignorãtia ad ſcientiam venit, quod utiq; & impium pariter & ſtultũ eſt, ſpm̃ſanctum confiteri, & ignorãtiam ei aſcribere. Nõ .n. cum aliquid aliud eſſet antequam ſpiritusſanctus per profectũ venit in hoc ut ſpiritusſanctus eſſet: aut quis audeat dicere, quia tũc quidẽ cum nõdum eſſet ſpiritusſanctus, ignorabat patrẽ, poſtquã uero recepit ſciẽtiã, etiã ſpũſſanctus effectus eſt? Quod ſi eſſet, nũquam vtiq; in unitate trinitatis, ideſt Dei patris inconuertibilis, & filij eius, ẽt ſpũſſanctus haberetur, niſi q̃a & ipſe ſp erat ſpũſſanctus. Hoc ſanè qđ dicimus, vel ſp, vel erat, vel ſi qđ aliud tale tporalis ſignificationis nomen aſciſcimus, ſimpliciter & cũ venia accipiendum eſt, qm̃ nominum quidem horũ ſignificationes tẽporales ſunt. Ecce aũt de quibus loquimur, tractatu quidem ſermonis temporaliter nominãtur, natura aũt ſui oẽm intelligentiam ſenſus tẽporalis excedũt. Deus pater præſtat omnib. vt ſint, participatio uero Chriſti ſm id qđ verbum vel ratio eſt, facit ea eſſe rationabilia. Ex quo conſequens eſt, ea uel laude digna eſſe, vel culpa, quia & uirtutis & malitiæ ſunt capacia. Propter hoc cõſequẽter adeſt ẽt gr̃a ſpũſſancti, ut ea quæ ſubſtantialiter ſancta non ſunt, participatione ipſius ſancta efficiãtur. Cũ vero primo vt ſint, habeãt ex deo patre: ſecundo vt rationabilia ſint, habeant ex verbo: tertio, vt ſancta ſint, habeãt ex ſpiritusſancto: rurſum Xpi ſm hoc ꝙ iuſtitia dei eſt, capacia efficiuntur ea q̃ ſanctificata ante iam fuerint per ſpiritumſanctum. Et qui in hunc gradum profecere per ſanctificationẽ ſpũſſancti, conſequũtur nihilominus donũ ſapientiæ ſm virtutem inoperationis ſpũs Dei. Et hoc puto Paulum dicere, cũ ait, Quibuſdam dari ſermonem ſapientiæ, alijs ſermonẽ ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritũ. Et deſignans vnãquãq; diſcretionum donorum, refert omnia ad uniuerſitatis fontem, &

Marginalia: Mat. 12. — Spũs vocabulum ĩ ſcripturis. — Cap. 17. — C — Gen. 1. — Gal. 5. — Gal. 3. — Mat. 11. — D — 1. Cor. 2. — Ioan. 16. — De ſpũſſancti muneribus & varijs operationibus. — Cap. 18. — Ioan. 3. — E — F — 1. Co. 12.

& dicit, Diuisiones.n.operationũ sunt, sed vnus est deus qui operatur oĩa in oĩb. Vnde & in operatione patris, q̃ esse præstat oĩbus, clarior ac magnificẽtior inuenit: cum unusquisq; per participationem Christi ẽm id ꝙ sapientia est, & ẽm id quod scĩa est, & sanctificatio est, proficit, & in altiores profectuum gradus uenit: & per hoc ꝙ participatione spũssancti sanctificatus est quis, purior ac syncerior effectus dignius recipit sapientiam ac sciæ gratiam: ut depulsis oĩbus expurgatisq; pollutionis atq; ignorãtiæ maculis, tũ profectũ synceritatis ac puritatis accipiat, ut hoc qđ accepit a deo ut esset, tale sit quale deo dignũ est, eo qui ut esset utiq; pure præstitit ac tam perfecte, ut tam dignũ sit
G id qđ est, q̃ est ille qui id esse fecit. Ita náq; & uirtutẽ semper esse, atq; in æternũ manere: percipiet a deo id is qui talis est, qualẽ eũ uoluit esse ille qui fecit. Qđ ut accidat, & ut indesinenter atq; inseparabiliter assistant ei qui est, ea quæ ab ipso facta sunt, sapientiæ id opus est astruere atq; erudire ea, & ad ꝑfectionem adducere spũssancti cõfirmatione, atq; indesinenti sanctificatione, per quã solum capere pñt. Ita ergo indesinẽti erga nos opera patris & filij & spũssancti confirmatione atq; indesinẽti sanctificatione, per quã solũ uix, si forte aliqñ, intueri possumus sanctam & beatã uitam. In quã cũ post multos agones peruenire potuerimus, ita perdurare debemus, ut nulla unq̃ nos boni illius satietas capiat, sed quãto magis de illa beatitudine percipiemus, tãto magis in nobis vel dilatetur desideriũ eius, uel augeat: dũ semper ardentius ac capacius patrẽ & filiũ & spiritumsanctum, uel capiamus, uel teneamus. Si aũt satietas aliqñ cœperit aliquẽ ex his, qui in summo perfectoq; cõstiterint gradu, non arbitror, ꝙ ad subitũ quis euacuet ac decidat, sed paulatim & per partes defluere eum
H necesse est: ita ut fieri possit interdũ, ut si breuis lapsus aliquis acciderit, & cito resipiscat, atq; in se reuertat, non penitus ruere, sed reuocare pedem, & redire ad statũ suũ, ac rursum statuere posset id qđ per negligentiam fuerat elapsum. Nã unigenitus filius dei qui erat uerbũ & sapiẽtia patris, cum esset in ea gloria apud patrẽ, quã habuit anteq̃ mũdus esset, exinaniuit semetipsum, & formã q̃ ser- *Phil. 2.*
ui est, accipiens: efficit obediẽs usq; ad mortẽ: ut obedientiã doceret eos qui non aliter, nisi per obedientiã, salutẽ consequi poterãt, in semetipso prius cõplens, qđ ab alijs volebat impleri. Idcirco non solũ vsq; ad mortẽ crucis patri obediens factus est, verumẽt in cunsummatione seculi, in semetipso cõplectens oẽs quos subijcit patri, & qui per eum ueniunt ad salutẽ, cum & ipsi & in ipsis ipse quoq; subiectus dr̃ deo patri: dũ oĩa in ipso cõstant, & ipse est caput oĩum, & ipse est salutẽ consequentiũ plenitudo. Hoc ergo est qđ de eo dicit Apost. Cum aũt ei oĩa subiecta fuerint, tũc & ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit oĩa, ut sit deus oĩa in oĩbus. *1. Co. 15.*
Verũ nescio quo pacto hæretici non intelligẽtes Apostoli sensum qui in his uerbis continet, subiectionis in filio nomen infamant: cuius appellationis proprietas si requirat, ex cõtrariis facile poterit inueniri. Nã si subiectũ esse, nõ est bonũ, restat ut illud qđ contrariũ est, bonũ sit, i. non esse subiectũ. Sermo nanq; Apostoli ẽm ꝙ isti uolunt, hoc uĩ ondere, dũ dicit, Cum autẽ subiecta fuerint ei omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit omnia: ut quasi is qui nunc patri subiectus nõ sit, subiectus futurus sit, tunc cum ei pater prius uniuersa subiecerit. Sed miror qũo hoc intelligi posit, ut qui nondũ subiectis sibi oĩbus, nõ est ipse subiectus, tunc cũ subiecta sibi fuerint oĩa, cũ rex omniũ fuerit, & ꝑtãtem tenuerit uniuersorũ, tunc eũ subiiciendũ putent, cũ subiectus ante nõ fuerit. non intelligẽtes: ꝙ subiectio Christi ad patrẽ beatitudinem nostræ perfectionis oñdit, & subiecti ab eo operis palmã declarat: cũ non solũ regendi atq; regnandi summã, quã in uniuersa emendauerat creatura, verumẽt obediẽtiæ & subiectionis correcta reparataq; humani generis patri offerat instituta. Si ergo bona & salutaris accipit ista subiectio, qua subiectus esse dr̃ filius patri, valde consequens & cohærens est, ut & inimicorũ, quæ dr̃ filio dei esse subiectio, salutaris quædam intelligatur esse & utilis: ut sicut cum dr̃ filius patri subiectus, perfecta uniuersę creaturæ restauratio declaratur: ita cũ filio dei inimici dñr esse subiecti, subiectorũ salus in eo intelligat, & reparatio perditorũ. Verũ cæteris quibusq; & modis & di- *Ibidem.* I K

 sciplina

sciplinis & tpibus subiectio ista cõplebit.i. nõ necessitate aliqua ad subiectionẽ cogentẽ:nec per uim subditus fiet oĩs mũdus deo, sed uerbo,rõne,doctrina, prouocatione meliorũ, institutis optimis, & cõminationibus quoq; dignis & cõpetentibus, q̃ iustẽ immineant his qui salutis & vtilitatis suę curã sanitatẽq; contẽnunt. Deniq; ẽt nos hoĩes,uel cum seruos uel filios erudimus, dum adhuc per ætatẽ rõnis incapaces sunt, minis eos & metu coercemus. Cũ uero boni & utilis & honesti intelligentiã cœperint,tũc iam cessante verberũ metu, uerbo atq; rõne suasi, ad oĩa quę bona sunt,acquiescunt. Qũo aũt seruata oĩbus rõnabilibus creaturis arbitrij
L libertate, unusquisq; debeat dispẽsari.i.quos velut iã paratos & capaces sermo dei & inueniat:quos aũt interim differat:ã quibus uero penitus occultetur,& longe eorũ a se fieri dispẽset auditũ: quousq; rursum contẽnentes indicatũ sibi & prædicatũ verbũ dei corretionibus quibusdã & castigationibus illatis perurgeat ad salutẽ, conuersionemq; eorum quodãmodo exigat & extorqueat:quibus uero ẽt occasiones quasdã præstet salutis, ita ut interdũ ẽt ex rñsione sola fide prolata indubitatã quis cęperit salutẽ:quibus ex causis, vel q̃b.occasionibus fiant, q̃d uel introspiciens diuina sapiẽtia, vel quos motus propositi eorũ vidẽs hæc uniuersa dispẽset, soli deo cognitũ est & unigenito eius,p̃ quẽ creata ac reparata sunt vniuersa:& spũsctõ, p̃ quẽ cũcta sctĩficant̃, q̃ ab ipso pr̃e & filio p̃cedit,cui est gloria in ęterna secula. Amẽ.

LIBER SECVNDVS in quo tractat eadem.

M 

Bique & in oĩbus dicimus esse deum, pro eo q̃ nihil põt esse uacuum deo, non tamẽ ita dicimus,ut oĩa sit nunc in quib.est. Vnde diligẽtius intuẽdũ est, quale est hoc quod perfectionem beatitudinis rerumq; finem significat,quod non solum in omnibus deus esse dr̃, sed etiam oĩa esse dr̃ deus. Quæ sunt ergo ista oĩa quæ deus futurus sit in oĩbus,inquiramus. Et ego quidẽ arbitror,quia hoc quod in oĩbus oĩa deus esse dr̃,significet ẽt in singulis eum oĩa esse. Per singulos aũt oĩa erit hoc modo,ut quicquid rõnabilis mens expurgata oĩum vitiorũ fece,atq; oĩ penitus extersa nube malitiæ, uel sentire, uel intelligere, uel cogitare põt,oĩa deus sit:nec ultra iam aliud aliq̃d nisi deum sentiat, deũ cogitet, deũ uideat, deũ teneat: oĩs motus deus sit, & ita erit ei omnia deus. Non.n.iam ultra mali boniq; discretio,quia nusquam malum. Omnia.n.ei deus est,cui iam non adiacet malũ. Nec ultra ex arbore sciendi bonũ & malum edere concupiscet, qui semper in bono est, & cui omnia deus est. Sic ergo finis ad principium reparatus, & rerũ exitus collatus initiis,restituet illum statũ quẽ tunc habuit natura rõnalis,cũ de ligno sciendi bonũ & malum edere non egebat. A Et amoto omni malitię sensu,& ad syncerum purumq; deterso, solus deus qui est unus bonus,hic ei fiet omnia, & nõ in paucis aliquibus uel in pluribus,sed ut in oĩbus ipse sit oĩa. Et cum iam nusquam mors, nusquam aculeus mortis,nusquã oĩno malum, tunc uere deus oĩa in oĩbus erit. *Quo filius patri subiiciendus. Cap. 1* Tp̃s est iam decursis his prout potuimus quæ supra dicta sunt, nunc cõmemorationis gratia eorũ quæ sparsim diximus recapitulare singula: Et primo oĩum de patre & filio & spũsancto repetere. Deus pr̃ cũ & indiuisibilis sit, & inseparabilis a filio, nõ prolatione ab eo, ut quidã putant,gñatus est filius. Si.n.prolatio est filius patris,prolatio uero dr̃ q̃ talẽ signat generationẽ,qualis animaliũ & hoĩum solet esse progenies,necessario corpus est,& is qui protulit,& is qui prolatus est. Non.n. dicimus,sicut hæretici putãt, partẽ aliquam substantiæ dei in filiũ versam, aut ex nullis subsistẽtibus filiũ creatũ a patre.i.extra substantiã suã vt fuerit aliqñ,qñ non fuerit: sed abscisso omni sensu corporeo, ex inuisibili & incorporeo deo, verbũ & sapientiã genitã dicimus,absq; ulla corporali passione,uelut si uolũtas procedat a mẽte. B Nec absurdũ videbitur cũ dicat̃ filius charitatis, si ẽt hoc mõ volũtatis putet̃. Sed & Ioãnes indicat,q̃a deus lux est: & Paulus designat, quia filius splendor lucis æternæ sit. *1.Ioan. Hebr. 1* Sicut ergo nunq̃ lux sine splendore esse potuit, ita nec filius quidẽ sine pr̃e intelligi põt,qui & figura expressa substãtię eius,& verbũ,& sapiẽtia dr̃.

Quo-

Q̄uo ergo poteſt dici, quia fuit aliq̄n q̄n non erat vel fuerat filius? Nihil.n. aliud eſt dicere, niſi q̄a fuit aliq̄n q̄n veritas nõ erat, quãdo ſapientia non erat, q̄n vita nõ erat, cũ in his omnibus perfecte Dei patris ſubſtantia ſentiatur: Nõ.n. ab eo dirimi hæc, vel ab eius poſſunt vnquã ſubſtantia ſeparari. Quæ q̄dẽ quãuis intellectu multa eſſe dicãtur, re tñ & ſubſtantia vnũ ſunt, in quibus eſt plenitudo diuinitatis. Hoc ãt ipſum quod dicimus, q̄a nũquam fuit q̄n non fuit, cũ venia accipiendũ eſt, ne & hæc ipſa nomina tẽporalis uocabuli ſignificantiã gerãt, vt eſt q̄n, vel nũquã: ſupra omne aũt tp̄s, & ſupra omnia ſecula, & ſupra omnem æternitatẽ intelligẽda ſunt ea quæ de patre & filio & ſpirituſancto dñr. Hęc.n. ſola trinitas eſt, q̄ omnem ſenſum intelligentiæ, non ſolum t̄palis, verumẽt ęternalis excedit. Cætera uero quæ ſunt extra trinitatem, in ſeculis & in temporibus metienda ſunt. Hũc igr̄ filium dei ſ̄m hoc ꝙ verbũ eſt Deus, qui erat in principio apud Deũ, nemo conſequenter putat in loco aliquo contineri, neq; ſ̄m ꝙ ſapientia eſt, neq; ſ̄m ꝙ vita eſt, neq; ſ̄m ꝙ iuſtitia uel ſanctificatio vel redemptio eſt: hæc.n. omnia nõ indigent loco vt agere quid vel operari poſſint, ſed pro his qui virtutis eius inoperationiſq; participãt hæc ſingula intelligenda ſunt. Si vero q̄s dicat ꝑ eos qui participes ſunt uerbi dei, vel ſapientiæ eius, vel veritatis, vel vitæ, ẽt ipſũ uerbum & ſapientiam uideri in omni loco eſſe. R̄ndendũ eſt ei, quia dubiũ non eſt, ꝙ Chriſtus ſ̄m ꝙ verbum & ſapientia eſt, uel cætera omnia, erat in Paulo. Propter q̄d̄ dicebat, An experimentum quæritis eius q̄ in me loquitur Chriſtus? Et iterum, Viuo aũt, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Tũc ergo cum eſſet in Paulo, quis dubitabit ꝙ ſimiliter erat in Petro, & in Ioanne, & in ſingulis quibuſq; ſanctorum, & non ſolum in his qui in terris ſunt, uerumetiã & in his q̄ in cœlis ſunt? Abſurdum nanq; eſt dicere, quia in Petro quidem & in Paulo erat Xp̄s, in Michaele vero Archangelo & in Gabriele non erat. Ex quo manifeſte depræhendit̄, quia diuinitas filij dei non in loco aliquo cõcludebatur: alioquin in ipſo tantum fuiſſet, & in altero non fuiſſet: Sed ſ̄m incorporeæ naturæ maieſtatem, cum in nullo loco includatur, in nullo rurſum deeſſe intelligitur. Verum illa ſola intelligenda eſt differẽtia, ꝙ ẽt ſi ſit in diuerſis, ſicut diximus in Petro uel Paulo, uel Michaele, vel Gabriele, non tñ in uniuerſis ſimiliter eſt. Plenius.n. & clarius, ut ita dixerim, apertius in Archangelis eſt, q̄ in alijs ſanctis uiris. Quod ex eo manifeſtũ eſt, quia cũ ad ſummam perfectionem uenerint ſancti quippe, dñr angelis ſimiles effici vel ęquales, ſ̄m Euangelicam ſententiã, Vñ cõſtat, in ſingulis quibuſq; tm̃ effici Chriſtũ quantum rõ indulſerit meritorũ. His igr̄ nobis de trinitatis fide br̄ repetitis, ꝯn̄s eſt etiã illud pariter admonere, ꝙ per filiũ creata dicũtur omnia quæ in cęlis ſunt, & quæ in terra viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue poteſtates, ſiue principatus, omnia in ipſo & ꝑ ipſum creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes, & omnia illi conſtant q̄ eſt caput. Quibus cõſona ẽt Ioãnes in Euãgelio dicit, Quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Dauid uero totius trinitatis myſteriũ in uniuerſorũ conditione ſignificãs, ait, Verbo dñi cœli firmati ſunt, & ſpũ oris eius omnis virtus eorũ. Poſt hęc vero competẽter admonebimus de aduẽtu corporali & incarnatione unigeniti filij Dei. In quo nõ ita ſentiendum eſt ꝙ omnis claritatis eius maieſtas, intra breuiſsimi corporis clauſtra concluſa ſit, ita vt omne uerbũ Dei & ſapientia eius, ac ſubſtantialis veritas & vita, vel a patre diuulſa ſit, vel intra corporis illius breuitatẽ coercita & circũſcripta, nec vſquã p̄terea pũtet̄ operata. Sed inter utrunque tanta pietatis dẽt eſſe cõfeſsio, ut neque aliq̄d deitatis in Xp̄o defuiſſe credat̄, & nulla penitus a paterna ſubſtãtia, q̄ vbiq; eſt, facta putetur diuiſio. Tale nãq; aliq̄d ẽt Baptiſta Ioãnes indicat, cum corporaliter abſente Ieſu, dicebat ad turbas, Medius ueſtrum ſtat, quẽ uos neſcitis, q̄ poſt me uenit, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiã calciamẽtorũ. Q̄d̄ utiq; dici nõ poterat de eo q̄ abſẽs erat, quãtũ ad p̄ſentiã corporalẽ ꝑtinet, q̄a medi⁹ ſtaret eorũ inter quos corporaliter non aderat. Vñ oñditur, q̄a & in corpore tot⁹, & vbique totus aderat filius Dei. Ne q̄s tñ nos exiſtimet ꝑ hoc illud affirmare, ꝙ pars aliqua deitatis filij dei fuerit ĩ Xp̄o, reliqua pars alibi uel ubiq; q̄d̄ illi ſentire poſſunt, q̄ naturã

Margin notes (left column): C; Ioan. 1.; 1. Co. 13. Gal. 2.; D
Margin notes (right column): Mat. 22.; E; Ioan. 1.; Psal. 32.; Ioan. 1.; F; Ioan. 1.

sed exigentibus eorũ culpis, cum duritiam I
cordis, quam ipsi sibi mala perpetrando nu-
triunt non aufert:quasi ipse eos induret, qa
iusto iudicio indurari sinit.Dormire dei est, *Dormire Dei quid sit.*
cũ unigenitus filius patris in assumpta carne
pro nobis mori dignatus est. Cuius mors re *Hie. 31.*
cte dulcis somnus p̃dicatus est, ipso dicente
ꝑ Hieremiam Prophetã, Iõ quasi de somno
suscitatus sum & vidi,& somnus meus dul-
cis est mihi.Aliter dormire dicitur deus, cũ
fides eius inter prospera huius mũdi in quo
rũdã fidelium corde non uigilat,sed dormit.
Hanc dormitionẽ Saluator noster in se signi *Matt.8.*
ficauit, cũ in naui inter fluctus maris dormi
uit. Vel certe dormire dei, est electis suis in
tribulationibus huius mundi positis tardius
subuenire,sicut illud ĩ Psalmo,Exurge, qua *Psal. 43.*
re obdormis dñe?Vigilare dei, est in defen- *Vigilare Dei quid sit.*
sionẽ electorũ suorũ & in ultionẽ inimico-
rũ suorũ se manifestũ deũ demonstrare.Hẽc
oĩa q̃ prædicta sunt, & alia ijs similia q̃ de
deo sacra scriptura iuxta historiã narrat,non
s̃m literã,ut dictũ est, sed figuratiua locutio
ne accipienda sunt:qa omnipotẽs deus in es
sentia diuinitatis suæ sp̃us est nõ caro inuisi
bilis atq; incorporeus,nullisq; humanis mẽ
bris cõpositus est,Et idcirco nõ de oculis car K
nis,sed de oculis cordis contemplandus est.
Deus sapientia est, veritas est, charitas est,
iustitia est, & ideo eisdem oculis uidendus
est quibus hæc omnia contemplantur.Et id-
circo non corporeis, ut dictum est, obtuti-
bus,sed ex corde mundo a fidelibus intuen-
dus est.Scriptũ qppe est in Euangelio, Beati *Matt. 5.*
mũdo corde qm̃ ipsi deũ uidebũt.Hoc est.n.
p̃miũ sanctorũ,nõ in hac tm̃ uita,sed potius
in futura repromissũ dicente beato Ioanne
Apostolo,Charissimi, nũc filij dei sumus &
nõdũ apparuit qđ erim⁹.Scimus.n.qm̃ cũ ap *1.Ioan3.*
paruerit,similes ei erimus, qm̃ uidebim⁹ eũ
sicuti est.Hæc promissio,ut dictũ est, post re
surrectionẽ carnis & iudiciũ dei,est in secu-
lo futuro sãctis reposita. In p̃senti vero uita
nullus tã sãctus,nemo ita ꝑfectus ex electis

Dei qui ipſum dñm in eſſentia diuinitatis ſuæ ſicuti eſt, vidit unquam, aut videre poterit, ipſo dicente ad Moyſen, Non .n. uidebit me hõ & uiuet. Ac ſi diceret, Nemo quãdiu mortaliter uiuit, Deũ, vt eſt, videre poterit. Vidẽt.n. ſancti in pſenti uita deũ, non ita ut eſt in ſubſtantia, ſed per ſpeculũ in ęnigmate, poſtea aũt facie ad faciẽ. Vidẽt in hac vita credendo, non corporeis oculis cernendo. Videre.n. Deũ eſt recte illũ credere & ex corde illum diligere. Hoc quippe ſignat nomen Iſrael, qđ interpretatur vir videns Deũ. Sed quia filius Dei qui in ſubſtantia diuinitatis cũ patre vnũ eſt, ob reparationẽ humani generis, qđ in Adã lapſum fuerat, prope finem
L mũdi in uterũ Marię uirginis illapſus, verã carnẽ ex ei⁹ ſubſtãtia creauit, atq; ĩ ſingularitate pſonæ ſuæ ita vniuit, ut Deus pariter eſſet & hõ: ſimplici uero pſona, vt dictũ eſt, gemina vero ſubſtantia ex eadẽ virgine incorrupto pudore naſceretur: ut q̃ erat & eſt in diuinitate uerus deus a patre genitus, inuiſibilis, & incorporeus, atq; incõprehẽſibilis ſicut & pr̃, ipſe eſſet & uerus hõ uiſibilis, corporeus, & circumſcriptus, atq; idẽ ipſe, non alius Deus & alius hõ, ſed Deus & hõ, vnus eſt Xp̃s Dei filius, paſſus pro ſalute noſtra, in ſola carne mortuus & ſepultus, in eadẽ carne in qua ẽt die tertio per uirtutẽ diuinitatis ſuæ de ſepulchro reſurgens aſcẽdit in cœlũ & ſedet ad dexterã patris: quem inde uenturum ad iudicandũ viuos & mortuos in eadẽ carne in qua aſcẽdit, ſed glorificata, vniuerſa
M lis expectat eccleſia, queẽadmodũ & in ſymbolo uniuerſi decãtant fideles. Et idcirco eũdem Dei filium ẜm ſubſtãtiã diuinitatis ſuæ inuiſibilem & incorporeũ & immortalẽ atque incircumſcriptũ ſicut & patrẽ & ſpm̃ ſanctũ nos credere & cõfiteri oportet. Iuxta humanitatẽ vero uiſibilem, corporeũ, localẽ atq; omnia membra humana veraciter habẽtẽ credere conuenit & confiteri. Qm̃ ſicut eundẽ Dei filium & redemptorem noſtrum ẜm diuinitatem inuiſibilem & incorporeũ, ſicut & patrem & ſpiritumſanctum non credere impium eſt: ita eundem Dei filium in homine aſſumptum, uiſibilem, corporeũ, atque localem poſt reſurrectionem non credere & profiteri prophanum eſt. Illud.n. qđ in Geneſi ſcriptum eſt dicente Deo patre ad filium, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtrã: non ita accipiendũ eſt quaſi Deus corporeus ſit & membrorũ liniamentis cõpoſitus: ad quam compoſitionem corpoream exteriorem hominẽ noſtrũ, humanũ uidelicet corpus, veluti ad ſimilitudinẽ ſuã fecerit, ſicut Iudæi & cæteri infideles pleriq; opinati ſunt, quod ita credere impiũ
A eſt. Deus ãt, vt ſæpe dictũ, ſpũs eſt, nõ caro: ſubſtantia eſt, non corpus. Ad imaginẽ quippe ſuã Deus hominem fecit, nõ in corpore, ſed in anima: nõ in corpore, ſed in ſenſu, nõ in exteriore hoĩe, ſed in rõne. Animaq; hominis, ut dictũ eſt, ideo ad imaginẽ Dei facta eſſe perhibetur, quia ſpiritalis creatura ẽ inuiſibilis & incorporea atq; immortalis: nõ de ſubſtantia Dei originẽ trahẽs, ſicut Manichæi & Priſcillianiſtæ hæretici falſe opinati ſunt, ſed ex nihilo a Deo creata. Quæ initiũ habet, finẽ vero habere neſcit. Quæ humana anima, ob hoc q̃ à Deo rationalis, q̃ intellectualis facta eſt, imago Dei dr̃. Ineſt.n. illi p naturam rõnalis ſenſus, per quẽ intelligit, ſapit, atq; inter bonũ malũq; diſcernit. Ineſt illi memoria, per quã trãſacta recordat̃. Ineſt uoluntas, per quam quę vult eligit. Ineſt & ſenſus, per quẽ & ſentit. Ineſt & rõ, per quã & occulta & inuiſibilia contemplatur, per quam Deum creatorem ſuum intelligit, per q̃ vera a falſis diſcernit, per quam inuiſibilia & Deum oculis cordis contẽplatur ſeu ſpeculatur. In his omnibus anima hominis ad imaginẽ Dei facta eſſe narrat̃, hęc omnia cõ
B munia habet cũ angelis, Corpus uero cum animalibus brutis quæ intellectu carẽt. Huius animæ origo occulta eſt, & ſoli Deo cognita. Ipſa quoq; aĩa hoĩs pro eo q̃ ſpiritalis creatura eſt, aliqñ in ſacra ſcriptura ſpũs dr̃, aliqñ uero natura, aliqñ etiam uita, nonnunquam vero cor eſſe dicitur. Et cum ſit vna in natura ſua, propter uarios effectus, diuerſa uocabula ſortita eſt. Similitudo uero Dei in homine refertur ad opus iuſtitiæ, dicente dño in lege, Sancti eſtote, quia ergo ſanctus ſum deus ueſter. De qua ſanctitate *Leui.19.*
beat⁹ Paulus informãs ait Renouamini ſpũ mẽtis ueſtræ, & induite nouũ hoĩem q̃ ẜm *Ephe.4.*
Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Et iterum ipſe, Imitatores mei eſtote *1.Co.11.*
ſicut & ego Chriſti. Et Ioannes exhortans *1.Ioan.2*
ait,

Quam anima ad imaginem Dei facta sit



ait, qui dicit se in Christo manere, debet ambulare sicut ille ambulauit. Et ueritas in Euãgelio, Estote misericordes, sicut & pater uester cœlestis misericors est. Sicut.n. imago dei ad naturam pertinet animæ, ita similitudo refertur ad opus iustitiæ.

Luc. 6.

FINIS.

C

CENSVRA.

Libellus hic ex diuersis Augustini epistolis cõsarcinatus est, maxime quod ad sententias attinet. Probabile est & hunc esse Hugonis Victorini.

DE FIDE RERVM Inuisibilium, Liber unus.



SVnt qui putant Christianam religionem propterea ridendam potius q̃ tenendam, quia in ea non res quæ uideatur ostenditur, sed fides rerum quæ non uĩ hoĩbus imperatur. Nos ergo ad hos refellendos, qui prudenter sibi uñr nolle ostendere, quod uidere non pñt, etsi non ualemus humanis aspectibus monstrare diuina quæ credimus, tñ humanis mentibus & illa quæ non uñr credenda esse monstramus. Ac primum isti quos oculis carneis sic stultitia fecit obnoxios, ut quod per eos non cernunt, non sibi existiment esse credendum admonendi sunt, q̃ multa non solum credant, uerumetiam sciant, quæ talibus oculis uideri non pñt. Quæ cũ sint innumerabilia in ipso animo nostro, cuius inuisibilis est natura, ut alia taceam, fides ipsa qua credimus, siue cogitatio qua nos vel credere aliquid, uel non credere nouimus cum prorsus aliena sit ab istorum conspectibus oculorum, quid tam nudum, tam clarũ, quid tam certum est interioribus visibus animorum? Qũo ergo credendum non est quod corporeis oculis non uidemus, cum vel credere nos, uel non credere ubi corporeos oculos adhibere nõ possumus, sine ulla dubitatione uideamus? Sed inquiunt, Ista quę in animo sunt, cum possimus ipso aĩo cernere, non opus habemus per oculos corporis nosse: quæ autem dicitis uos ut credamus, nec foris ostenditis, ut ea per oculos corporis nouerimus, nec intus in aĩo nostro sunt, ut ea cogitando uideamus. Sic ista dñt, quasi quisquam credere uideret, si iam sibi præsentatum posit uidere qđ creditnr. Ideo utiq; debemus credere nonnulla etiam tpalia quæ non uidemus, ut æterna ẽt mereamur uidere quæ credimus. Sed quisquis es qui non uis credere nisi quod uides, ecce præsentia corpora corporeis oculis uides, præsentes uoluntates & cogitationes tuas, quæ in animo tuo sunt, ipso aĩo uides. Dic mihi obsecro te, amici tui erga te uoluntatem quibus oculis uides? Nulla.n. uoluntas corporeis oculis uideri potest. An vero ẽt hoc uides aĩo tuo, quod in aĩo agit alieno? Quod si non uides, qũo amicabili beneuolentiæ uicem rependis, si quod non potes uidere nõ credis? An forte dicturus es alterius uoluntatem per eius opera te uidere? Ergo facta uisurus, & uerba es auditurus, de amici autem uoluntate id quod uideri & audiri non potest crediturus. Non.n. uoluntas illa color est, aut figura ut oculis ingeratur, uel sonus aut cantilena ut auribus illabatur: aut uoluntas tua est, ut tui cordis affectione sentiatur. Restat itaque ut nec uisa nec audita, nec apud te intus cõscripta credatur, ne tua uita deserta sine ulla amicitia relinquatur, uel impensa tibi dilectio uicissim abs te nõ repẽdatur. Vbi est ergo quod dicebas, te credere nõ debere nisi quod uideres, aut extrinsecus corpore, aut intrinsecus corde? Ecce ex corde tuo, credis corde non tuo: & quò nec carnis, nec mentis dirigis aciem, accommodas fidem, amici faciem cernis corpore tuo, fidem tuam cernis aĩo tuo. Amici uero non abs te amatur fides, si non in aĩo tuo ulla sit fides, qua credas quod in illo nõ uides. Quãuis homo posit, & fallere fingendo beneuolentiam: aut si nocere non cogitat, tñ expectando a te aliquam commoditatem simulat, quia charitatem non habet. Sed dicis, ideo te credere amico cuius uidere cor non potes, quia in tuis tẽtationibus eum probasti, & cuiusmodi animum erga te haberet in tuis periculis, ubi te non deseruerit cognouisti. Nunquid ergo ut amicorum probetur erga nos charitas, uidetur tibi nostra optanda calamitas? Nec quisquã erit ex amicis certissimis fœlix, nisi fuerit aduersis rebus infœlix,

Etiam in rebus humanis multa credi, quæ non cernuntur oculis. c. 1.

D

E

F

foelix,ut uidelicet explorato alterius amore
nõ fruatˉ,nisi suo dolore uel timore crucietˉ,
& qũo in habẽdis ueris amicis optari iã po-
tuisset, timeri fęlicitas põt, quã probare nisi
infoelicitas non põt: & tñ uerum est haberi
posse amicum & in rebus prosperis, probari
aũt certius in rebus aduersis. Sed utiq; vt eũ
G probes periculis tuis, nec te cõmitteres nisi
crederes. Ac per hoc cũ te cõmittis vt pro-
bes, credis anteq̃ probes. Certe.n. si rebus nõ
vis credere, nõ debemus qñq; & nondũ cer-
tius probatis amicorũ cordibus credere. Et
cũ ea malis nostris bona probauerimus, etiã
tunc eorũ erga nos beneuolentiã credimus
potius q̃ videmus: nisi quia tanta fides est, ut
nõ congruẽter quibusdã oculis eius, nos iu-
dicemus uidere qđ credimus, cũ propterea
credere debeamus, qa videre nõ possumus.
Si auferatˉ hic fides de reb. humanis, quis nõ
attẽdat quãta earũ perturbatio, & q̃ horren-
da cõfusio subsequatur? Quis.n. mutua cha-
ritate diligetˉ ab aliquo, cũ sit inuisibilis ipsa
dilectio, si qđ non uideo credere nõ debeo?
Tota itaq; peribit amicitia, qa nõ nisi mutuo
amore cõstat. Quid.n. eius poterit ab aliquo
recipere, si nihil eius creditũ fuerit exhibe-
ri? Porrò amicitia pereunte, nec cõnubiorũ
neq; cognationũ & affinitatũ uincula in aĩo
seruabuntˉ, qa & in his utiq; amica cõsensio
est. Non ergo coniugẽ cõiunx uicissim dili-
gere poterit, qñ se diligi, qa ipsam dilectio-
nẽ non põt uidere, non credit. Nec filios hr̃e
H desiderabunt, quos vicissim sibi reddituros
esse non credunt. Qui si nascantˉ & crescant,
multo minus ipsi parẽtes suos amabũt, quo-
rũ erga se amorẽ in eorũ cordibus, qa est in-
uisibilis nõ uidebunt, si ea q̃ non uĩr nõ lau
dabili fide, sed culpabili temeritate creduntˉ.
Quid iam de cęteris necessitudinibus dicã,
fratrum, sororũ, generorũ, atq; socerorũ, &
qualibet cõsanguinitate & affinitate iũcto-
rũ, si charitas incerta, uolũtasq; suspecta est,
& filijs parentũ, & parẽtibus filiorũ dum be
neuolẽtia nõ redditur debita, qa nec deberi
putatˉ, qñ in alio qđ non uĩ, esse nõ creditur.
Porrò si nõ ingeniosa, sed odiosa est caute-
la, ubi nos amari non credimus, ꝙ amorem
amantiũ non videmus, vicemq; non repen-
dimus, quib. eam nos debere mutuã nõ pu-
tamus: usqueadeo res humanæ perturbantˉ,
si qđ non uidemus, nõ credamus, ut oĩa fun
ditus euertantˉ, si nullas credamus hoĩum vo
luntates, quas utique uidere non possumus.
Omitto dicere q̃ multa isti qui nos reprehẽ-
dunt, qa credimus q̃ non uidemus: credant
famæ & historię, uel de locis, ubi ipsi nõ fue
runt: nec dicant, nõ credimus, qa non uide-
mus: qm̃ si hæc dicãt, coguntˉ fateri incertos
sibi esse parẽtes suos: qa & hinc alijs narran I
tibus, nec tñ qa iam præteritũ est id oñdere
valentibus crediderũt, nullũ retinẽtes illius
tp̄is sensum, & tñ aliis inde loquẽtibus adhi
bentes sine ulla dubitatione consensum: qđ
nisi fiat incurratˉ necesse est aduersus paren-
tes infidelis impietas, dũ quasi uitatur in his
quæ uidere nõ possumus credẽdi temeritas.
Si ergo nõ credentibus nobis q̃ uidere non
possumus, ipsa humana societas, concordia
pereunte, nõ stabit, quanto magis fides, q̃uis
q̃ nõ uĩr, rebus est adhibẽda diuinis? Quę si
non adhibeatur, non amicitia quorumlibet
hoĩum, sed ipsa summa religio uiolatur, ut
summa miseria cõsequatur. Sed amici hoĩs
inquies erga me beneuolentiã q̃q̃ uidere nõ
possum, multis tñ indicijs indagare possum:
uos aũt q̃ vultis ut nõ uisa credamus, nullis
indicijs potestis oñdere. Interim nõ paruum
est, ꝙ fateris quorundã indiciorũ perspicui-
tate res aliquas, ẽt quæ non uĩr, credi opor-
tere: & iam sic cõstat non oĩa quæ non uĩr,
non esse credenda. Iacetq; illud abiectũ atq;
conuictũ, ꝙ dr̃, ea quę non uidemus, nõ de-
bere nos credere. Multum aũt falluntur qui
putant nos sine ullis de Xp̃o indicijs crede- K
re Xp̃m. Nam quę sunt indicia clariora, q̃ ea
q̃ nunc uidemus p̃dicta & impleta? Proinde
qui putatis nulla esse indicia cur de Christo
credere debeatis, q̃ non vidistis, attẽdite quæ
uidetis. Ipsa ecclesia uos ore maternæ dile-
ctionis alloquitur, Ego quã miramini ꝑ uni
uersum mundũ fructificantẽ atq; crescentẽ,
qualẽ me conspicitis aliqñ non fui. Sed quia
olim Abrahæ ꝓmissio a deo facta est, In se- *Gen.22.*
mine tuo benedicentur oẽs gentes: me pro-
mittebat per omnes gẽtes in Christi benedi-
ctione diffundi. Semẽ Abrahæ Christũ, suc-
cedentiũ generationũ ordo testatur. Quod
ut breuiter colligam, Abrahã genuit Isaac,
Isaac genuit Iacob, Iacob genuit duodecim
filios, ex quibus ortus est est populus Israel. *Mat.1.*

Tractat idem. Cap. 2.

Indi quæ c firma fidem. Cap.3.

Iacob quippe ipse appellatus est Israel. In his duodecim filijs, genuit Iudã, unde nomen est Iudæorũ, ex quibus nata est uirgo Maria, quæ peperit Xp̃m. Et ecce in Xp̃o, id est, in semine Abrahę benedici oẽs gẽtes, videtis & stupetis, & adhuc in eũ credere timetis, in quem nõ credere, potius timere debuistis. An cre-
L dere dubitatis uel recusatis uirginis partum, cũ magis credere debeatis, sic decuisse nasci hoĩem Deũ? Et hoc nãq; accipite per Prophe-
Isaiæ. 7. tã fuisse prædictũ. Ecce uirgo cõcipiet in utero, & pariet filiũ, & vocabũt nomẽ eius Emanuel, quod est interpretatũ, nobiscũ deus. Non ergo dubitabitis virginẽ parientẽ, si velitis credere deũ nascentẽ, mũdi regimẽ nõ relinquentẽ, & ad homines in carne uenientem: matri fœcũditatẽ afferẽtẽ, integritatẽ nõ auferentem. Sic hoĩem nasci oportebat, etsi semper erat deus, ex quo nascẽdo fieret nobis deus.
Psal. 44. Hinc de eo rursus Propheta dicit, Thronus tuus deus in seculũ seculi, uirga dilectiõis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ, propterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ particibus tuis. Ista vnctio spiritalis est, qua deus unxit deũ, pater s. filiũ: vnde appellatũ a chrismate: i. ab vn-
Psal. 44. ctione nouimus Xp̃m. Ego sum ecclesia de qua illi in eodẽ Psalmo dr̃, & tãquã factum quod futurũ fuerat prænũciatur, Astitit regina a dextris tuis, ĩ uestitu deaurato circumamicta uarietate. i. in sacrario sapiẽtiæ linguarũ varietate decorata: Vbi mihi dr̃, Audi filia & vide, & inclina aurẽ tuã, & obliuiscere populũ tuũ, & domũ patris tui: Quia concupiuit rex spẽm tuã, quoniam ipse est dñs Deus tuus. Et adorabunt eũ filiæ Tyri in muneribus, vultũ
M tuũ deprecabũtur oẽs diuites plebis. Omnis gloria eius filiæ regis intrinsecus in fimbrijs circumamicta varietate. Adducẽtur regi virgines post eam, proximæ eius adducẽtur tibi, Adducentur in lætitia, & exultatione, adducentur in templũ regis. Pro patribus tuis, nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes super omnem terram, Memores erunt nominis tui dñe in omni generatione & generatione. Propterea populi cõfitebuntur tibi in seculũ, & in seculũ seculi. Si hanc reginã nõ videtis, iam etiam regia prole fœcundã: Si non uidet impletum, quod audiuit esse promissum, cui dictum est, Audi filia, & uide: Si non reliquit ipsa ritus pristinos mundi, cui dictum est, Et obliuiscere populũ tuũ, & domum patris tui, Si non vbiq; Christũ dñm cõfitetur, cui dictum est, Cõcupiuit rex spe- A
ciem tuam, quia ipse est dñs deus tuus: Si nõ videt ciuitates gentium Christo preces fundere & munera offerre, de quo illi dictũ est, Adorabunt eũ filij Tyri in muneribus: Si nõ & superbia deponitur diuitum & ab ecclesia deprecantur auxiliũ, cui dictũ est, Vultũ tuum deprecabuntur oẽs diuites plebis: Si nõ agnoscit filiã regis, cui dicere iussa est, Pater noster qui es in cœlis: Et in sanctis suis Matt. 6.
in interiori hoĩe renouatur de die in diem, de qua dictũ est, Omnis gloria eius filiæ regis intrinsecus, qua & oculos extraneorum surgentes fama prædicatorũ suorũ in diuersitate linguarũ uelut fimbrijs aureis, & vestis varietate perstringat. Si nõ posteaquã diffamatur in quocũq; loco odore bono, eius et cõsecrandæ virgines adducuntur ad Xp̃m de quo dr̃, & cui dr̃, Adducentur regi uirgines post eã, proximæ eius adducentur tibi. Et ne quasi captiuæ in aliquẽ velut carcerẽ uiderẽtur adduci, Adducentur, inquit, in lætitia & exultatione, adducẽtur in tẽplũ regis. Si non parit filios, ex quibus habeat tanquam patres B.
quos constituat sibi ubiq; rectores, cui dr̃, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes super oẽm terrã: quorũ se orõnibus mater & prælata & subiecta cõmẽdat. Vñ subiectũ est, Memores erũt noĩs tui dñe in oĩ generatione & generatione, Si non per propter eorundẽ patrũ prędicationẽ nominis eius sine intermissione meminerunt, & tam magnæ in ea multitudines cõgregant, eiq; laudem gratiæ sine fine linguis propriis cõfitent, cui dr̃, Propterea populi cõfitebũtur tibi in seculũ, & in seculũ seculi. Si nõ ista ita demõstrãtur esse perspicua, ut nõ inueniãt oculi inimicorũ, in quã partẽ auertãtur, ubi nõ eadẽ perspicuitate feriantur, vt ex ea fateri manifeste cogãtur, merito fortasse dicitis quod nulla vobis ostendantur indicia, quibus visis credatis etiã illa quæ nõ uidetis. Si vero hæc videtis, quæ & longe ante prædicta sunt, & tanta manifestatione cõplẽtur, si se ipsa veritas & præcedentibus uobis & cõsequentib. declarat effectibus. O reliquiæ infidelitatis, ut credatis quæ non uidetis, ijs erubescite, quæ uidetis.

Pendet a superiore. Cap. 4.

Me-

Me attendite,uobis dicit ecclesia,me attẽdi-
te,quam uidetis,etiam si videre nolitis. Qui
.n.temporibus illis in Iudæa terra fideles fue
rũt,ex virgine natiuitatẽ mirabilẽ, ac paſsio
C nẽ,resurrectionẽ,aſcẽsionẽ Xp̃i, omnia diui
na dicta eius, & facta p̃sentes p̃sentia didice
rũt. Hęc uos nõ vidistis,ꝓ ꝑea credere recu-
satis. Ergo hæc aspicite,in hæc intẽdite, hæc
q̃ cernitis cogitate,q̃ vobis nõ p̃terita narrã-
tur,nec futura p̃nũciãtur, sed p̃sentia demõ
strantur. An uobis inane vel leue vr̃, & nul-
lũ uel paruũ putatis esse miraculũ diuinum,
Esa. 7. qđ in nomine Xp̃i vnius crucifixi vniuersũ
genus currit humanũ? Nõ vidistis ꝙ p̃dictũ
& impletũ est de humana Xp̃i natiuitate, Ec
ce uirgo in vtero cõcipiet & pariet filiũ: sed
videtis ꝙ p̃dictũ & impletũ est ad Abraham
Dei verbũ, In semine tuo bñdicẽtur oẽs gen
Gen. 22. tes? Nõ uidistis qđ de mirabilib. Christi prę
dictũ est, Venite & videte opa dñi q̃ posuit
Psal. 45. ꝓdigia sup terrã: sed videtis qđ prędictũ ẽ,
Dñs dixit ad me,filius meus es tu,ego hodie
genui te: Postula a me & dabo tibi gẽtes hę-
Psal. 2. reditatẽ tuã & possessionẽ tuã terminos ter-
ræ? Nõ uidistis ꝙ prædictũ est & impletũ de
paſsione Xp̃i, Foderũt manus meas & pedes
Psal. 21. meos,dinumerauerũt oĩa ossa mea: Ipsi ve-
ro cõsiderauerũt & cõspexerunt me, Diuise
rũt sibi uestimẽta mea, & sup vestẽ meã mi
serũt sortẽ: sed videtis ꝙ in eodẽ psalmo prę
dictũ est,& nũc apparet impletũ, Cõmemo
D rabũtur & cõuertẽtur ad dñm uniuersi fines
terræ,& adorabũt in cõspectu eius vniuersę
patriæ gẽtium: Qm̃ dñi est regnũ,& ipse do-
minabitur gẽtiũ? Nõ uidistis qđ de resurre-
ctione Christi prædictũ atq; cõpletũ est, lo-
quente Psalmista ex ꝑsona eius prius de tra-
ditore & ꝑsecutoribus eius, Egrediebantur
foras,& loquebantur simul in idipsum: Ad-
uersum me susurrabãt oẽs inimici mei, ad-
Psal. 48. uersum me cogitabãt mala mihi: Verbũ ini-
quũ disposuerũt aduersum me? Vbi ut oñde
ret nihil eos ualuisse occidendo,resurrectu-
rũ subiecit atq; ait, Nũquid qui dormit non
adijciet ut resurgat? Et paulopost cũ de ipso
suo traditore per eadẽ ꝓphetiã prædixisset,
qđ in Euãgelio quoq; sc iptũ esse cõmemo
rauit,Qui edebat panes meos ampliauit sup
me calcaneũ: hoc est,conculcauit me; & cõ-
tinuo subdit, Tu autẽ domine miserere mei
& resuscita me, & reddã illis. Impletum est
hoc,dormiuit Xp̃s & euigilauit,hoc ẽ resur-
rexit: qui p eandẽ prophetiã in alio Psalmo E
ait,Ego dormiui & sõnũ cepi, qm̃ dñs susce *Psal.*
pit me. Verũ hoc nõ vidistis,sed videtis eius
ecclesiã, de qua similiter dictũ & impletum
est,Dñe deus meus ad te gẽtes veniẽt ab ex- *Hie.*
tremo terræ,& dicent,Vere mendacia colue
rũt patres nostri, simulachra, & nõ est in il-
lis utilitas. Hoc certe siue velitis seu nolitis
aspicitis, etiã si adhuc aliquã putatis esse vel
fuisse in simulachris vtilitatẽ: certe tñ innu-
meros gẽtiũ populos relictis vel abiectis vel
cõfractis hmõi vanitatib. audistis dicere,Ve
re mẽdatia coluerũt patres nr̃i, simulachra,
& non est in illis utilitas: si faciet hõ Deos,
& ecce ipsi nõ sunt dij. Ne putetis ãt ad vnũ
aliquẽ Dei locũ gẽtes prędictas fuisse uentu
ras,qm̃ dictũ est, Ad te gẽtes ueniẽt ab extre
mo terrę: Intelligite si potestis ad Deũ Chri
stianorũ q summus & verus est deus, nõ am
bulãdo uenire gẽtiũ populos, sed credendo.
Nã res eadẽ ab alio Propheta sic p̃nũciata ẽ,
Prequalebit, inqt, dñs aduersus eos, & exter-
minabit oẽs Deos gẽtiũ terræ: & adorabunt
eũ unusquisq; de loco suo oẽs insulæ gẽtiũ.
Qđ ait ille, Ad te oẽs gẽtes uenient. Hoc ait F
iste, Adorabũt eũ unusqsq; de loco suo. Er-
go ueniẽt ad eũ nõ recedentes de loco suo,
qa credẽtes in eũ inueniẽt eũ in corde suo. *Ps. 10*
Nõ uidistis ꝙ p̃dictũ & impletũ est de ascen
sione Xp̃i, Exaltare sup cœlos deus: sed vi-
detis ꝙ cõtinuo seqtur, Et sup oẽm terram
gloria tua? Illa de Xp̃o facta atque transacta
oĩa nõ uidistis,sed ista p̃sentiã in eius eccle-
sia videre vos nõ negatis. Vtraq; uobis p̃di-
cta mõstramus: utraq; ãt impleta ꝓ ꝑea de-
mõstrare vidẽda nõ possumus, qa reuocare
in cõspectũ p̃terita nõ ualemus. Sed queãd-
modũ uoluntates amicorum quæ non uñr,
credũtur p indicia quæ uñr: sic ecclesia quæ *Ex præ-*
nunc ur̃, omnium q̃ non uñr, sed in eis lite- *teritis fu-*
ris ubi & ipsa est prædicta monstrantur, & *tura credi-*
index est p̃teritorũ & prænuncia futurorũ. *mus.*
Quia & præterita quæ iam non possunt ui- *Cap. 5.*
deri,& presentia quæ nec pñt videri omnia,
cũ prænũciarentur nihil horum poterat tũc
videri. Cum ergo fieri prædicta cœperunt,
ex illis quæ facta sunt usq; ad ista quæ fiunt
de Christo & ecclesia, quæ prædicta sunt
ordinata

ordinata serie eurcurrerunt: ad quam seriem ꝑtinet de die iudicij, de resurrectione mortuorum, de impiorũ æterna dãnatione cum diabolo, & de piorũ æterna remuneratione cũ Christo, q̃ similiter prædicta uentura sũt. Cur ergo res primas & nouissimas quas nõ uidemus nõ credamus, cum testes utrarũq; res medias quas uidemus habeamus, atq; in Propheticis libris & primas & medias & nouissimas & audiamus prænunciatas antequã fierent, uel legamus, nisi forte arbitrentur homines infideles à Christianis illa esse cõscripta, vt ista quę iam credebant maius haberẽt pondus authoritatis si antequã venirent putarentur esse promissa. Quod si suspicantur, inimicorum, nostrorũ Iudæorũ codices perscrutentur. Ibi legant siue ista quæ cõmemorauimus prænunciata de Christo in quẽ credimus, & ecclesia quam cernimus ab initio laborioso fidei vsq; ad sempiternã beatitudinẽ regni. Sed cum legunt, non mirentur q̃d ista illi quorum codices sunt, ꝓ ꝓ inimicitiarum tenebras nõ intelligunt. Nã eos non intellecturos, ab eisdem Prophetis ante pręidictum est: quod ut cætera oportebat impleri, & occulto iustoq; iudicio dei, meritis eorũ pœnam debitam reddi. Ille quippe quẽ crucifixerunt, & cui fel & acetũ dederunt: quãuis in ligno pendens ꝓ ꝓ eos quos fuerat in lucem de tenebris educturus, dixerit patri, Ignosce illis, q̃a nesciunt quid faciunt, tamẽ ꝓ ꝓ cæteros quos occultioribus causis fuerat deserturus, ꝑ Prophetã tanto ante prædixit, Dederunt in escã meã fel, & in siti mea potauerunt me aceto: Fiat mensa eorũ corã ipsis in muscipulam, & in retributionẽ & in scandalum: Obscurentur oculi eorũ ne uideant, & dorsum eorũ semper incurua. Cum causę itaq; nostrę præclarissimis testimonijs circũquaq; ambulant oculis obscuratis, ut per eos hæc* prohibeantur, vbi & ipsi reprobentur, ideo factũ est, ne sic delerentur, ut eadẽ facta oĩno nulla essent: sed dispersa est super terras, vt portans in nos collatæ gratiæ prophetias ad cõuincendos firmius infideles, nobis vtiq; prodesset. Et hoc ipsum quod dico, accipite quẽadmodum fuerit prophetatũ, Ne occideris eos, inquit, ne q̃n obliuiscantur legẽ tuã: disperge eos in uirtute tua. Non sunt ergo occisi, eo q̃ nõ sunt quæ apud ęos lege

udæorũ enus uare nõ cciditur Cap. 6.

Luc 23.

H

Psal. 68.

al. probẽ tur.

Psal. 58.

bantur & audiebantur obliti. Si.n. scripturas sanctas, quãuis eas nõ intelligãt, penitus obliuiscerent, in ipso Iudaico ritu occiderent, q̃a cũ legis & Prophetarũ nihil nossent, Iudæi prodesse nõ possent. Ergo occisi nõ sunt. sed dispersi, vt quanuis in fide vñ salui fierẽt, non haberent, tñ vñ nos adiuuaremur, memoria retinerent, in libris suffragatores, in cordib. nostri hostes, in codicib. testes. Quanquã ẽt si de Xpo & Ecclesia testimonia nulla ꝓcederent, qué nõ mouere deberet ut crederet, repente illuxisse diuinã humano generi claritatẽ, q̃n uidemus relictis dijs falsis, & eorũ confractis vsquequaq; simulachris, tẽplis subuersis, siue in usus alios cõmutatis, atque ab humana & ueternosissima cõsuetudine, tot uanis ritibus extirpatis, unũ uerũ deũ ab omnib. inuocari, Et hoc esse factũ ꝑ unũ hominẽ ab hominibus illusum, cõprahensum, uinctũ, flagellatum, expoliatum, exprobratũ, crucifixum, occisum. Discipulos eius idiotas, & imperitos, & piscatores, & publicanos ꝑ quos eius magisteriũ cõmendaret, elegit, annunciantes eius resurrectionẽ, ascẽsionem, quam se uidisse dixerunt, & impleti spiritusancto, hoc Euangelium linguis omnibus quas nõ didicerant, sonuerunt. Quos q̃ audierunt partim crediderunt, partim nõ credentes pręidicantibus ferociter restiterũt. Ita fidelibus vsq; ad mortẽ pro ueritate, nõ mala rependendo, sed perpetiendo certantibus, nec occidendo, sed moriendo uincentibus: sic in istã religionẽ mutatus est mũdus, sic ad hoc Euangeliũ corda conuersa mortaliũ, mariũ & fœminarũ, paruulorũ atq; magnorũ, doctorum atq; indoctorum, sapientium atq; insipientium, potentũ & infirmorum, nobilium & ignobiliũ, excelsorũ & humilium, & per oẽs gentes Ecclesia sic diffusa sucreuit: ut ẽt contra ipsam catholicã fidem nulla secta peruersa, nullum genus exoriatur erroris, quod ita reperiatur Christianæ ueritati aduersari, ut nõ affectet atq; ambiat Xpi nomine gloriari: quod quidẽ non sineretur pullulare ꝑ terram, nisi exerceret sanam & ipsa contradictio disciplinam. Quando tandem crucifixus illa potuisset, nisi deus hominem suscepisset, etiam si nulla ꝑ Prophetas futura talia prædixisset? Cum uero tam magnum pietatis sacramentum habuerit ante

I

Prædicatio mirabilis. Cap. 7.

K

credentes uates suos atq; præcones, quorum diuinis uocib. est prænunciatũ, & sic venerit quemadmodum est prænunciatum, quis ita sit demens, vt dicat Apost. de Xp̃o fuisse mẽtitos, quẽ sic uenisse prædicauerunt, quẽadmodũ eũ venturũ Prophetæ antea prædixerant, q; nec de ipsis Apostolis uera futura tãta cuerunt? De his quippe dixerant. Non sunt loquelæ neq; sermones quorũ nõ audiantur voces eorũ: In oẽm terram exiuit sonus eorum. Quod certe in orbe uidemus impletũ, & si in carne nondum vidimus Xp̃m. Quis itaq; nisi mirabilia demẽtia cæcatus, aut mirabili pertinacia durus ac ferreus, nolit habere sacris literis fidem, quæ totius orbis prædixerunt fidem? Vos aũt charissimi qui hanc fidem habetis, uel qui nunc nouã habere cœpistis, nutriatur & crescat in vobis. Sicut.n. uenerunt temporalia tanto ante prædicta, venient & sempiterna promissa. Nec vos decipiant uel vani Pagani, vel falsi Iudæi, uel fallaces hæretici, nec non in ipsa catholica ecclesia mali Christiani, tanto nocẽtiores, quã to interiores inimici. Quia & hinc ne perturbarentur infirmi prophetia diuina nõ tacuit, vbi loquens in Cantico canticorũ, spõsus ad sponsam.i. Christus dñs ad Ecclesiam, Sicut lilium, inquit, in medio spinarũ, ita proxima mea in medio filiarũ. Non dixit in medio extraneorũ: sed in medio filiarũ. Qui hẽt aures audiẽdi, audiat. Et dũm sagena quæ missa est in mare & congregat oĩa gñа piscium, sicut sanctũ loquitur Euangeliũ, trahitur ad litus .i. ad seculi finẽ, secernat se a piscibus malis, corde nõ corpore: mores malos mutãdo, nõ retia sancta rũpẽdo: ut q; nunc ꝓbati reꝓbis uidenẽ esse ꝑmixti: nõ vitã sed pœnã reperiãt sẽpiternã, cũ cœperint in litore separari.

Psal. 18. L

Ad fidei immobilẽ obseruantiam cohortatio. Cap. 8.

Cant. 2.

Mat. 13.

M

LIBER DE SVBSTANTIA dilectionis & amoris.

Cupiditas & amor. Cap. 1.



Votidianũ de dilectione sermonem serimus, ne forte scintillet in cordibus nr̃is, & exardescat ignis, flammam faciens, aut totum cõsumens, aut purgans totũ. Ex eo nanq; totũ est quod bonum est: & totum quod malũ est, ex eo est. Vnde fons dilectionis intus saliens, duos riuos infundit. Alter est amor, mundi cupiditas: alter est amor dei charitas: mediũ quippe est cor hominis, vnde fons amoris erũpit: & quum per appetitum ad exteriora decurrit, cupiditas dicit: quum uero desideriũ suũ ad interiora dirigit charitas nominatur. Ergo duo sunt riui qui de fonte amoris emanãt, cupiditas & charitas, & oĩum malorũ radix cupiditas, & oĩum bonorũ radix charitas. Ex eo igitur totũ est quod bonũ est, & totum quod malum est, ex eo. Quicquid ergo illud est, magnum est quod in nobis est: & ex eo totum est, qđ ex nobis est: hoc aũt est amor. Quid est amor: q̃d & quantum est amor, & vñ est amor? Et sermo dei de amore loquitur. Nunquid hoc negociũ non potius illorũ est, qui pudicitiã ꝓstituere cõsueuerunt? Ecce q̃ multi q; eius ministeria uolentes suscipiunt: & q̃ pauci q; verba eius in mediũ proferre nõ erubescũt? Quid ergo nos facimus? Forsitã multa imꝓbitate frontẽ fractam habemus, qui non uerecundamur amorem indictatũ sonare: quẽ & impudici aliqñ non possunt sine uerecundia uerbis exprimere. Sed aliud est inuestigare initium ut eradicetur: aliud exhortari ad uitium, ut uirtus & ueritas non ametur. Nos igitur inuestigamus & quærimus, ut sciamus & scientes caueamus, quod illi inuestigant utsciant, sed sciant, ut faciant. Quærimus igitur: q̃d illud in nobis sit, quod desideria nostra sic multifariã diuidit, & cor vnũ in diuersa diducit. Inuenimus aũt hoc aliud non esse ꝓter amorẽ: q; quum sit motus cordis s̃m naturã singularis & vnicus, secundũ actionẽ aũt diuisus, cũ se inordinatẽ mouet.i. ad ea quę non debet, cupiditas dr̃, cum vero ordinatus est, charitas appellatur. Ipsum igitur hunc cordis motum, quẽ amorẽ appellamus, qua definitione significare poterimus? Expedit nobis proprius intueri eum, ne lateat aliquatenus & non sciatur, propterea q; nec caueatur, cũ malus est: nec appetatur aut inueniatur, cum bonus est, vt impleatur: de quo & cum malus est tanta mala ueniunt, & cũ bonus est tanta bona procedũt. Ipsum igitur quõ definimus inuestigamus: consideremus q; occultũ est quod dr̃, quantoq; interius collocatum est, tanto magis in utraq; parte cordi dñatur. Illud igitur videt esse

A

B

Quid sit amor. Cap. 2.

C esse amor. Et amor est delectatio cordis alicuius ad aliquid, ꝓ ꝑ aliquod desiderium in appetendo, & gaudiũ in perfruendo, ꝑ desiderium currẽs, requiescens ꝑ gaudiũ. Hinc bonum est, & hinc malum est cor tuum humanum, q̃a nec aliunde bonus es si bonus es, nec aliunde malus es si malus es, nisi ꝙ bene uel male amas quod bonum est. Nam oẽ quod est, bonũ est sed cũ id q̃d bonũ est male amatur, illud bonum non est, & hoc malũ est. Igitur nec q̃ amat malum est, nec quod amat malũ est, nec amor quo amat malũ est, sed q̃d male amat malũ est, & hoc oẽ malũ est. Ordinate ergo charitatẽ, & iã malũ nullum est. Magnã rem cõmendare volumus.

[Ch]arita[te] deo cõ[...]sti[...]ur. [Ca]p. 3.

Omnipotens deus qui nullo indiget, q̃a ipse summum & vnum bonum est: qui nec de alio accipere põt quo crescat, q̃m ex ipso sũt oĩa: nec de suo amittere quo decidat, q̃m in ipso immutabiliter consistunt vniuersa: ipse rõnalem spm̃ creauit sola charitate, nulla necessitate, vt eum suæ beatitudinis participẽ faceret. Porrò ut idẽ aptus esset tanta beatitudine perfrui, fecit in eo dilectionẽ spiritalẽ, palatũ cordis quodammõ ꝑ hanc sensificãs ad gustum dulcedinis internę: quatenus per D ipsam videlicet dilectionem, suæ fœlicitatis iocunditatem saperet, eiq; infatigabili desiderio inhæreret. Per dilectionẽ ergo copulauit sibi deus creaturam rõnalem, ut ei semꝑ inhærendo, ipsum quo beatificanda erat bonũ, ex ipso quodammõ per affectum sugeret, & de ipso ꝑ desiderium biberet, & in ipso semper gaudiũ possideret. Suge ò apicula suge suge & bibe dulcoris tui inenarrabilẽ suauitatẽ: immergere, & replere, quia ille deficere nescit, si tu non incipias fastidire. Adhære ergo & inhære, sume, fruere: si sempiternus gustus fuerit, sempiterna quoq; beatitudo erit. Nõ iam pudeat nos neq; pœniteat de amore fecisse uerbum: non pœniteat, vbi tanta vtilitas, nõ pudeat vbi tanta honestas.

De gemi[no] chari[tatis] funi[c]ulo. c. 4.

Igitur per amorẽ sociata est factori suo creatura rationalis, solumq; est dilectionis uinculũ quod ligat vtrosq; in idipsum, & tanto fœlicius, quanto fortius. Propter quod ut in diuisa societas & cõcordia vtrobiq; perfecta haberetur, geminatus est nexus, in charitate dei & ꝓximi: vt ꝑ charitatẽ dei oẽs vni adhærerent, ꝑ charitatẽ ꝓximi oẽs vnũ fierẽt: vt quod de illo vno cui omnes inhærebant quisque in semetipso non caperet, plenius atque perfectius per charitatem proximi in altero possideret, & bonum omnium, fieret totum singulorum. G Ordinate ergo charitatem, Quid est, ordinate charitatem? Si desiderium est amor, bene currat: si gaudium, bene requiescat. Est enim amor, sicut dictũ est, delectatio cordis alicuius, ad aliquid, ꝓ ꝑ aliquod desideriũ in appetendo, & in ꝑfruẽdo gaudiũ, ꝑ desideriũ currens, & req̃escens per gaudium: currens ad illud, requiescens in illo, ad quid? aut in quo? Audite si forte explicare possimus quò currere debeat amor noster, aut in quo requiescere.

Ordinata charitas. Cap. 5.

Tria siquidem sunt quæ amari bene aut male possunt, deus, proximus, & mundus. Deus suꝑ nos est, ꝓximus iuxta nos est, mundus subter nos est. Ordinate ergo charitatẽ. Si currit, bene currat: si requiescit, bñ requiescat. Desiderium currit, gaudiũ requiescit. Propter ꝙ gaudium vniforme est, ꝙ semper in vno est nec uicissitudine uitiari põt. Desideriũ autẽ mutabile est, & mutabilitatẽ suscipit, & idcirco nõ se continet in vno, sed varias species repræsentat. Oĩs nanq; cursus aut de illo est, aut cũ illo, aut in illo ad quod est. Q̃ũo ergo currere debet desiderium nostrũ? F Tria sunt, deus, proximus, mundus. Tria deus, duo proximus, vnum mũdus habeat in cursu desiderij nostri, & in desiderio ordinata charitas. Amor nanque per desiderium & de deo, & cum deo, & in deum ordinate currere põt. De deo currit, q̃ñ de eo accipit vñ eũ diligit. Cum deo currit, q̃ñ eius voluntati in nullo contradicit. In deũ currit, q̃ñ in ipso requiescere appetit. Hæc sunt tria quæ ad deũ pertinent. Duo aũt sunt proximi. Potest .n. desiderium de proximo & cum proximo currere, sed in proximum non põt. De ꝓximo, ut de eius salute gaudeat & profectu. Cũ proximo, ut eũ in uia dei comitẽ itineris & socium peruentionis habere concupiscat. Sed in proximum non põt, vt. s. in homine spem & fiduciã cõstituat. Hęc sunt duo quæ ad proximũ ꝑtinent. i. de ipso, & cum ipso, & nõ in ipsum. Vnũ est mundi, de ipso curremus, nõ ad ipsum, aut cum ipso, aut in ipsum. De mundo enim desiderium currit, q̃ñ inspecto foris dei opere, per admirationẽ &

laudē ardentius intus ad ipsum se conuertit. Cū mundo curreret, si se ꝑ mutabilitatē tēporalium, siue deijciendo in aduersis, siue e-
G leuando in prosperis, huic conformaret. In mundū curreret, si in eius delectationibus semper requiescere uellet. Ordinate ergo charitatē, vt ꝑ desideriū currat de deo, & cū deo, & in deū: de proximo, cū ꝓximo, & nō in proximū: de mundo, nec cū mundo, nec in mundū: vt in solo deo requiescat ꝑ gaudiū. Hæc est ordinata charitas, & præter ipsā oē quod agitur nō ordinata charitas est, sed inordinata cupiditas. Vita cordis amor est, & idcirco oīno impossibile est, vt sine amore sit cor quod viuere cupit. Quid hinc sequatur considera. Si.n. humana mens sine amore esse nō pōt, vt seipsam, aut certe, aliud aliquid a se diligat necesse est. Quia vero in seipsa perfectū bonum nō inuenit, si se solā diligeret, fœlix amor nō esset. Oportet ergo si fœliciter amare desiderat, aliud aliquid ꝑter se quod amet inquirat. Si aūt imperfectū aliquid extra se amare cœperit, amorē quidē suū irritat, sed miseriā non excludit. Fœliciter ergo nō diligit, donec ad unū & summū bonū ꝑ amoris desiderium se cōuertit. Et quia summū & vnū bonū solus est deus, ille fœliciter amat, qui deū amat, & tanto fęlicius
H quāto amplius. Hæc igitur est cordis nostri requies, cū in amore dei per desideriū figitur: nec vltra quicquam appetit, sed in eo quod tenet, quadā fœlici securitate delectatur. Qñ.n. nec appetitus vltra pro trahit, nec timor reppellit, quodammō in idipsum iocunditatis vexatione requiescit. Sed q̄a humanæ mentis infirmitas, ut non dicā semꝑ, sed uix aliqñ in illam diuinæ contemplationis dulcedinem figi pōt: quodā interim studio ad illam, ad quā necdū pertingere sufficit stabilitatē, assuefacienda est. i. si deū semper cogitare non possumus, saltē cor nostrū ab illicitis & uanis cogitationib. restringendo, in consideratione operum dei, & mirabilium eius teneamus: vt dū semper minus instabiles esse satagimus, tandē aliqñ dño donante, vere stabiles fieri ualeamus. Vt autem huius promotionis aliquod tibi exemplum subijciā, vniuersus iste mundus quasi quoddā diluuiū est, eo q̄ oīa, quæ in hoc mundo sunt, ad similitudinē aquæ incertis euentib. fluctuando decurrant. Vera aūt fides q̄ non transitoria, sed æterna promittit, quasi à quibusdam fluctibus, sic ab huius mundi cupiditate in superna animum attollit: & portari quidē ab aquis pōt, sed mergi oīno nō pōt: quia ad necessitatem hoc mundo vtitur, sed eius desiderijs ꝑ affectum non implicatur. Quisquis ergo ęterna non credens: sola quę transeunt appetit: hunc quasi sine naui laborantem in fluctibus, impetus aquæ decurrentis secū trahit. Qui uero æterna credens, trāsitoria diligit, hic iuxta nauē naufragium facit: qui aūt æterna bona credit & diligit, hic in naui positus, fluctuantis maris undas securus pertransit: quia qui per desideriū fidei nauē non transgreditur, iam quodammō in fluctibus terræ stabilitatē imitatur. Primum ergo, si hoc mare magnum illæsi pertransire uolumus, fabricemus nauē, ut fidem integrā habeamus: deinde nauē fidei inhabitemus ꝑ charitatem, ut credamus quod diligere debemus, & diligamus quod credimus: sicque & lex dei in corde nostro sit per rectæ fidei cognitionē, & cor nostrum in lege dei sit ꝑ dilectionē. Sed ut facilius cognoscas quō uel vnde hanc, quā dixi, nauem uel arcā in corde tuo ædificare debeas, ꝑ quam huius diluuij naufragio eductus, ad portum quietis ꝑuenias: duo opera dei considera, uidelicet opus cōditionis, & opus restaurationis. Opus K
aūt conditionis est creatio cœli & terræ, & omniū quæ in eis continentur, quæ sex diebus facta sunt. Opus uero restaurationis, incarnatio uerbi, & omnia quæ a principio mundi vsq; in finem, uel ad eam prænunciādam præcesserunt, uel ad ipsam confirmandam secuta sunt, aut sequentur: quæ sex ætatibus fiunt. Sed opera restaurationis magis pertinent ad fidem catholicam, quæ idcirco sancti amplius diligunt, quia in eis suæ salutis remedia agnoscunt. Hæc autem partim per homines, partim per angelos, partim per semetipsum operatus est deus: ut in arca spiritali prima sit mansio opera hominū, secunda opera angelorum, tertia opera dei: supremus cubitus, ipse author uniuersorum deus:

In quo sit cordis nostri uera requies. Cap. 6.

Qua in naui præsentis uitæ diluuiū euadere possimus. Cap. 7.

I

DE CONTINENTIA, Liber vnus.

I. *Continentia libidinis oris & cordis.* *Cap. 1.*



E virtutę animæ, quæ continētia nominatꝛ, satis conuenieter & digne disputare difficile est, sed exiguitatē nostram sub tanti pōderis sarcina ille cuius hæc virtus magnū est munus, adiuuabit. Nam q eā donat cōtinentibus fidelibus suis, ipse dat sermonē de illa loquentib. ministris suis. Deniq; de re tanta, qđ ipse dederit locuturi, dei donū esse continentiā primū dicimus & ꝓbamus, In libro sapientiæ scriptū habemus,
Cap. 8. Nisi deus det, continentē esse neminē posse, Dn̄s de ipsa maiore & gloriosiore cōtinētia, quę cōiugali uinculo continetur, ait, Nō oēs
Mat. 16. capiunt verbum hoc, sed quib. datum est. Et qm̄ ipsa quoq; castitas cōiugalis, nisi contineatur ab illicito concubitu, nō pōt custodiri, vtrunq; Apost. donū dei esse prædicauit, cū de vita utraq;.i.& coniugali & ea quę est sine coniugio loqueretur dicens, Vellē oēs
1. Cor. 7. homines sic esse sicut meipsum. Sed vnusq; sque proprium donū hēt à deo, alius sic, alius
M aūt sic. Et ne in sola inferiorū partiū carnis libidine cōtinentia necessaria videreꝛ à dn̄o
Psal. 104. separāda, ēt in Psalmo canitur, Pone dn̄e custodiā ori meo, & ostiū cōtinētiæ circū labia mea. In hòc aūt diuini eloquij testimonio, si os intelligamus sicut intelligere debemus, ibi posita cōtinentia quantum sit dei munus agnoscimus. Parū est quippe os corporis cōtinere, ne aliquid inde quod non expedit per sonū vocis erūpat. Intus est os cordis, ubi sibi custodiā & ostiū continentiæ poni desiderauit a dn̄o, qui uerba illa dixit, nobisq; dicēda conscripsit. Multa.n. corporis ore nō dicimus, & corde clamamus. Nullū aūt procedit rei alicuius ex ore corporis verbū, cuius est in corde silentiū. Inde igitur qđ nō emanat, foris nō sonat: qđ uero emanat inde, si malū est, & si nō moueat linguā, inquinat animā. Ibi ergo ponēda est cōtinentia, vbi & tacentiū loquitur conscientia. Fit.n. ꝑ ostium cōti-
Os corporis & cordis. nentiæ, vt non inde exeat quod ēt clausis labijs carnis uitam polluat cogitantis. Deniq; vt apertius os interius qđ ꝑ illa uerba signi-
Cap. 2. ficauit ostenderet, cum dixisset, Pone dn̄e custodiā ori meo, & ostiū continentiæ circum *Ps. 140.*
labia mea: cōtinuo subdidit, Ne declines cor *A*
meum in uerba maligna. Declinatio cordis qd est, nisi consensio? Nondū.n. dixit, quisq́s in corde occurrentib. suggestionib. quorumque visorū, in nulla cordis declinatione consensit: si aūt consensit, iam corde dixit, etiam si ore nō sonuit, ēt si manu vel qualibet corporis parte nō fecit, fecit tn̄ quod cognitione faciendū sibi esse iam statuit: diuinis legibus reus, quanuis humanis sensib. absconditus, uerbo in corde dicto, nullo facto ꝑ corpus admisso, Nequaquā uero mēbrum foris mouisset in facto, cuius facti initiū nō intus præcessisset in uerbo: neq;.n. mēdaciter scriptū est, initiū oēs operis, verbum. Multa qppe homines faciūt ore clauso, qui & lingua, voce frenata: sed tn̄ nihil agunt corporis opere, quod non prius dixerint in corde. Ac per hoc multa sunt peccata in interiorib. dictis, quæ non sunt in exteriorib. factis: nulla sunt autem in exterioribus factis, quæ non procedant ab interioribus dictis. Erit ab vtrisq; puritas innocentiæ, si circū interiora labia ponatur ostiū continentiæ, ꝓꝑ quod etiam ipse ore proprio dn̄s ait, Mundate quæ intus sunt, & quę foris sunt, munda erunt. Itemq; *Matt. 23*
alio loco cū Iudæorū stultiloquia refutaret, *B*
quia calumniabātur discipulis eius nō lotis manib. manducantibus, Non quod intrat in os, inquit, coinquinat hominē, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominē. Quæ sententia si tota de ore corporis accipiatur, *Marc. 7.*
absurda est. Neq;.n. quē non coinquinat cibus, coinquinat uomitus. Cibus quippe in os intrat, uomitus ex ore procedit. Sed proculdubio priora uerba pertinent ad os carnis, vbi ait, Non quod intrat in os, coinquinat *Mat. 15.*
hominem: Posteriora uero ad os cordis, ubi ait, Sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Deniq; cū ab illo Apostolus Petrus expositionē velut parabolę huius exquireret, ille respondit, Adhuc & vos sine intellectu estis? non intelligitis, qa oē quod in os intrat, in uentrē vadit, & in secessum emititur? Hic certe in quod intrat cib. os carnis agnoscimus. In his uero q̄ adiungit, ut agnosceremus os cordis, nō sequereꝛ nr̄i tarditas cordis, nisi & cū tardis ābulare ueritas digna reꝛ. Ait.n. Quę āt ꝓcedūt de ore corde exeūt

tanquã diceret. Cũ audis de ore, de corde intelligi vtrunq; dico, sed alterũ ex altero expono. Hẽt os interius hõ interior, & hoc di-
C scernit auris interior: & de hoc ore quæ procedunt, de corde exeunt, & ea coinquinant hominẽ. Deinde iã relicto oris nomine qđ põt & de corpore intelligi, apertius quid dicat ostendit. De corde.n.exeunt, inquit, cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ: hæc sunt quæ coinquinant hominem. Nihil est certe istorũ malorũ, q̃ perpetrari ẽt membris corporis possunt, quod cogitatio nõ antecedat mala, & coinquinet hominẽ, ẽt si aliquid impediat, ne subsequantur opera flagitiosa & facinorosa membrorũ. Si.n.potestas nõ datur, vacat manus ab hominis interfectione, nunquid ideo mundũ est ab scelere cor homicidæ? Aut si rem surripere alienã, non ut quis vult, põt: nunquid: ideo in ipsa voluntate fur non est? Aut si casta est, quam vult adulterare non castus, ideo eam non est in corde mœchatus? Aut si meretrix nõ inueniatur in fornice, ideo qui eã quærit, nõ for-
D nicatur in mente? Aut si cupienti p̃ mendaciũ lędere proximũ, tp̃s uel locus desit, iõ falsum testimoniũ nõ ore interiore iam dixit? Aut si quisquã homines timens, non audeat lingua carnis sonare blasphemiã: ideo nõ est
Psal. 13. huius criminis deus, qui dicit in corde suo, non est reus? Ita cætera mala facta hominũ, quę nullus agit corporis motus, quæ nescit vllus corporis sensus, reos suos occultos habẽt, quos ẽt solus inquinat in cogitatione cõsensus.i.interioris hominis uerbũ malignũ. In quo timens ille declinari cor suũ, ostium cõtinẽtię circũ labia oris huius poni poscit a dño, quæ cõtineat cor, ne declinetur in uerba maligna. Contineat aũt, nõ sinendo cogitationẽ procedere in consensionẽ, sic.n. ẽm
Rom. 6. præceptũ Apostolicũ, non regnat peccatum in nostro mortali corpore, neq; exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato. A quo p̃cepto implendo vtiq; alieni sunt, qui ob hoc ad peccandũ mẽbra non mouent, qa potestas nulla permittitur: quę si assit protinus ex mẽbrorum velut armorũ motib. quis in eis intus regnet, ostendũt. Proinde quantũ in ipsis est, mẽbra sua exhibent arma iniqtatis peccato: quia hoc volunt, qui p̃ p̃ca nõ exhibent, qa non possunt. Ac p̃ hoc illa quæ in genitalib. mẽbris pudicitia refrenatis, solet maxime ac proprie cõtinentia nominari, E
nulla transgressiõne violatur, si superior cõtinentia, de qua iam diu loquimur, in corde seruetur. Propterea dñs cũ dixisset, De cor-
de.n.exeunt cogitationes malæ: deinde quid Matt. 15.
p̃tineat ad cogitationes malas adiunxit, homicidia, adulteria: & cætera. Nec dixit oĩa, sed quibusdã exẽpli gratia nominatis, & alia intelligenda cõmonuit. Quorũ nihil ẽ quod fieri possit, si mala cogitatio nõ præcesserit, qua intus instituitur, quod foris agitur: & ex ore cordis procedens, iã coinquinat hominẽ, ẽt si nulla facultate p̃missa foris p̃ mẽbra corporis non agatur. Posito igitur ostio cõtinentię in ore cordis, vñ cuncta exeunt q̃ coinquinant hominẽ, si nil tale inde p̃mittatur exire, sequitur munditia qua possit iam gaudere conscientia, quamuis nondũ sit illa p̃fectio vbi nõ luctabitur cũ uitio cõtinentia. Nunc aũt quandiu concupiscit caro aduersus spm̃, & spũs aduersus carnẽ, sat est no-
Gal. 5. bis nõ consentire malis quæ sentimus in nobis. Cũ.n.fit ista consensio, tunc exit ex ore, cordis quod coinquinat hominẽ. Cũ uero p̃ continentiã consensio non tenetur, malum concupiscentiæ carnalis, contra qđ pugnat cõcupiscentia spiritalis, nocere non sinitur.

Sed aliud est bene pugnare, quod nũc est qñ mortis cõtentioni resistitur: aliud aduer- F
sariũ nõ habere, quod tunc erit qñ mors nouissima inimica destruetur. Nã & ipsa conti- Bellum spiritale Cap. 3.
nentia cũ frenat cohibetq; libidines, simul & appetit bonũ, ad cuius immortalitatẽ tendimus, & respuit malum, cũ quo in hac mortalitate contendimus. Illius quippe amatrix, & spectatrix, huius uero & hostis & testis ẽ, & decus eius appetens & dedecus fugiens. Non utiq; in cupiditatibus frenandis cõtinẽtia laboraret, si nihil nos contra quod contẽderet detineret, si nihil nostræ bonæ uoluntati ex mala cõcupiscentia repugnaret. Clamat Apost. Scio, inquit, quia non habitat in
Rom. 7. me, hoc est in carne mea, bonũ: Nã uelle adiacet mihi, p̃ficere aũt bonum nõ inuenio. Nunc.n.fieri bonũ põt, ut malæ cõcupiscentiæ nõ cõsentiatur: p̃ficietur aũt bonum, qñ ipsa mala concupiscentia finietur. Itemque idem doctor gentium clamat, Condelector

legi dei ſm interiorẽ hominẽ. Video autem aliã legem in membris meis, repugnantẽ legi G mentis meæ Hanc pugnã non experiuntur in ſemetipſis niſi bellatores virtutũ, debellatoresq; vitiorũ. Non expugnat cõcupiſcentiæ malũ, niſi continentiæ bonum. Sunt aũt qui legẽ dei omnino neſciẽtes, malas cõcupiſcentias nec in hoſtibus deputant, eisq; miſerabili cęcitate ſeruientes, inſuper etiam beatos ſe putant, ſatiãdo eas potius q̃ domãdo. *Rom. 3.* Qui vero ꝑ legẽ cognouerunt eas, Per legẽ.n.cognitio peccati: *Rom. 7.* Et concupiſcentiã, inquit, neſciebã, niſi lex diceret, Non concupiſces: earum tñ oppugnatione uincuntur, qui ſub lege viuunt, quia iubetur qđ bonũ eſt, & nõ datur: non viuunt ſub gratia, q̃ dat per ſpm̃ ſanctũ quod per legẽ iubetur. His ideo ſubintrauit lex, vt in eis abundaret delictũ. Auxit prohibitio concupiſcentiã eamq; fecit inuictam, vt accederet præuaricatio, quæ ſine lege non fuit, ẽt ſi pctm̃ fuit, *Rom. 4.* Vbi.n.non eſt lex, nec præuaricatio. Ita lex gratia nõ adiuuante, prohibens pctm̃, virtus eſt inſuper peccati. *1. Co. 15.* Vñ ait Apoſt. Virtus peccati lex. Nec mirandũ eſt ꝙ humana infirmitas ẽt de lege bona vires malo addidit, *Rom. 10.* dum ad ipſam legẽ H faciendã de ſuis uiribus fidit. Ignorans quippe dei iuſtitiã, quam dat deus infirmo, & ſuã uolens conſtituere, qua caret infirmus, iuſtitiæ dei nõ eſt ſubiectus reprob. & ſuperbus. Si aũt lex factũ prę uaricatorẽ tanquã ad hoc grauius vulneratũ vt deſideret medicũ, tanquam pædadogus perducit ad gratiã, contra ſuauitatẽ noxiam qua vincebat concupiſcẽtia, dñs dat ſuauitatem beneficam, qua delectetur amplius cõtinẽtia, & terra noſtra dat fructum ſuum quo paſcitur miles, qui debellat, deo iuuante, peccatũ. Tales milites Apoſtolica tuba iſto ſonitu accendit in prælium, *Rom. 6.* Nõ ergo regnet, inquit, peccatum in ueſtro mortali corpore ad obediendũ deſiderijs eiꝰ neq; exhibueritis mẽbra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos deo tanquam ex mortuis viuentes, & mẽbra ueſtra arma iuſtitiæ deo: Pctm̃.n.vobis non dominabit. Non.n.eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. Et alio loco, Ergo, inquit, fratres debitores ſumus, non carni, vt ſm carnem uiuamus. Si.n.ſm carnem vixeritis moriemini: ſi aũt ſpũ facta carnis mortificaueritis uiuetis. Quotquot.n. ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei. Id ergo nunc agitur quãdiu eſt mortalis hæc vita noſtra ſub gratia: ne peccatum.i.concupiſcẽtia peccati, (hanc.n.hoc loco peccati nomine) appellat, regnet in noſtro mortali corpore, I Tunc aũt regnare oſtenditur, ſi deſiderijs eiꝰ obeditur. Eſt ergo in nobis peccati cõcupiſcentia, quæ nõ eſt permittenda regnare. Sũt eius deſideria, quibus non eſt obediendum, ne obedientibus regnet. Propter quod membra noſtra nõ ſibi uſurpet cõcupiſcentia, ſed ſibi vindicet continentia, vt ſint arma iuſtitiæ deo, ne ſint iniquitatis arma peccato. Sic .n.nobis peccatum non dñabitur, Non.n.ſumus ſub lege, bonum quidẽ iubente, non tñ dante: ſed ſumus ſub gratia, quæ id quod lex iubet faciens nos amare, põt liberis imperare. Itemq; cum hortatur, vt non ſm carnem viuamus ne moriamur, ſed ſpiritu facta carnis mortificemus vt uiuamus: tuba utiq; canit, bellum in quo uerſamur oſtendit: & ut acriter dimicemus, & hoſtes noſtros mortificemus, ne ab eis mortificemur accẽdit. Qui ſint uero iſti hoſtes, ſatis euidẽter expreſſit. Quos.n.in nobis uoluit mortificari, ipſa ſũt opera.ſ.carnis. Sic.n.ait, Si autẽ ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, *Rom. 8.* Et iſta q̃ ſint vt ſciamus, eundẽ itidẽ audiamus ad Galatas ſcribentem & dicentem, Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, animoſitates, diſſentiones, hæreſes, inuidiæ, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quæ prædico uobis ſicut prædixi, qm̃ qui talia agunt regnũ dei non poſsidebunt. k *Gal. 5.* Ipſum.n.bellum ẽt ibi vt hæc diceret oſtendebat, & ad hoſtes mortificandos eadẽ cœleſti & ſpiritali tuba Chriſti milites excitabat. Supra.n.dixerat, Dico aũt, Spiritu ambulate, & deſideria carnis ne perfeceritis. Caro.n.cõcupiſcit aduerſus ſpm̃, ſpiritus aũt aduerſus carnẽ: Hæc.n. inuicẽ ſibi aduerſantur, ut non quæcunque vultis illa faciatis. Quòd ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Ergo ſub gratia conſtitutos vult iſtum aduerſus opera carnis habere conflictum. Et hæc opera carnis vt demonſtraret, adiunxit quæ ſupra cõmemoraui, Manifeſta aũt ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicationes: & cætera, ſiue quæ cõmemorauit,

siue quæ intelligenda commonuit, maxime adijciens, & his similia. Deniq; in hoc plio aduersus carnalē quodammō exercitū velut L aliā producens aciē spiritalē, Fructus autem spūs est, inquit, charitas, gaudiū, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia: aduersus hmōi non est lex. Non, ait, aduersus hæc: ne sola esse putarentur: quanuis & si hoc diceret, oīa debuimus intelligere quæ eiusdē generis bona cogitare possemus: sed ait, aduersus hmōi: & hæc.s.& quæcunq; similia. Veruntā q in eis bonis q̄ cōmemorauit, vltimo loco posuit cōtinentiam, de qua nunc disputare cœpimus & ,pter quā multa iam diximus, pcipuè uoluit, eam nostris mentib. inhærere. Ipsa quippe in hoc bello valet plurimum, in quo aduersus carnē spūs concupiscit, qm̄ ipsas carnis concupiscentias quodammō crucifigit. Vñ cum hęc dixisset Apost. cōtinuo subiecit, Qui aūt Iesu Christi sunt, carnē suā crucifixerunt cū passionibus & cōcupiscentijs. Hæc est actio continentiæ, si opera carnis mortificantur. Mortificant uero eos quos deficiente continentia, ad consensionem perpetrandorū talium operum trahit concupisceniia.

Totus hō caro est. Cap. 4. Vt aūt a continentia non deficiamus, aduersus illas præcipue diabolicarū suggestionū insidias, vigilare debemus, ne de nostris viribus præsumamus. Maledictus.n.oīs, qui spem suā ponit in homine. *Hier. 17.* Et quis est iste, nisi ipse hō? Non pōt ergo veraciter dicere M non se spem ponere in homine, qui eam ponit in se. Nā & hoc s̄m hominē uiuere, qd est nisi s̄m carnē viuere? Audiat ergo qui tali suggestione tentat, & si vllus ei in est Xpianus sensus, contremiscat, audiat, inquam, Si s̄m carnē vixeritis, moriemini. *Rom. 8.* Sed quispiā dicturus est mihi, aliud esse s̄m hominem, aliud s̄m carnē uiuere, quia hō uidelicet rōnalis creatura est, & in eo rationalis est animus, quo distat a pecore: caro aūt est infirma & terrena pars hominis, & ideo s̄m eam viuere uitiosum est: pp quod ille qui s̄m hominem viuit, non vtiq; s̄m carnem, sed potius s̄m eam partem hominis viuit qua homo est, hoc est s̄m spiritum mentis quo pecoribus præeminet. Verum hæc disputatio, valet fortasśis aliquid in scholis Philosophorum: nos aūt vt intelligamus Apost. Christi, libri Christiani quēadmodum loqui soleant debemus aduertere. Fides certe omniū nostrum est quibus Christus viuere est, hominem à uerbo dei assumptum, non vtiq; sine A anima rationali, sicut quidā hæretici volūt, & tñ legimus, Verbum caro factū est. *Ioan. 1.* Quid hic caro intelligenda est, nisi hō? Et uidebit oīs caro salutare dei: *Luc. 3.* quid potest intelligi, nisi omnis homo? *Psal. 64.* Ad te omnis caro ueniet: qd est nisi omnis homo? *Ioan. 17.* Dedisti ei potestatem omnis carnis: quid est, nisi omnis hominis? *Rom. 3. Gal. 2.* Et operibus legis non iustificabitur oīs caro: *1. Co. 3.* Quid est, nisi nullus iustificabatur hō? Quod idē Apostolus alibi exprimens manifestius, Nō inquit, iustificabitur homo ex operibus legis. Corinthios quoq; increpat dicens, Nōne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? Cum carnales eos dixisset, non ait, secundum carnem ambulatis: sed, s̄m hominē: quia & hoc quid voluit intelligi, nisi s̄m carnem? Nam utiq; si culpabiliter quidem s̄m carnem, laudabiliter autē s̄m hominem ambularetur. i. viueretur, nō exprobrans diceret, Secundum hominem ambulatis. Audiat homo opprobrium, mutet propositum, vitet interitum. Audi hō, noli ambulare s̄m hominem, sed s̄m eum qui fecit hominem: ab eo q fecit te noli deficere, nec ad te ò hō. Homo.n.dicebat, qui tñ non s̄m hominem uiuebat. Nō quia idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. *2. Co. 3.* B Vide si s̄m hominem viuebat, qui ueraciter ista dicebat. Admonens ergo Apost. hominem, ne uiuat s̄m hominē, deo reddit hominē. Qui aūt non viuit s̄m hominem, sed s̄m deū, profecto non uiuit etiam secundum seipsum: quia hō est, & ipse. Sed ideo dicitur etiam secundū carnem viuere, cum ita viuit, quia & carne sola nominata intelligitur hō, quod iam ostendimus, sicut sola anima nominata intelligitur hō. Vnde dictum est. Oīs anima sublimioribus potestatib. subdita sit. i. omnis homo. *Rom. 13.* Et septuagintaquinque animę descenderunt in Aegyptum cum Iacob. i. septuagintaquinq; homines. *Deu. 10. Gen. 46. Acto. 7.* Noli ergo viuere secundum teipsum ò homo, unde perieras, sed quæsitus es: noli, inquam, viuere secundum teipsum si quia perieras, inuentus es: noli carnis accusare naturam, qn̄ audis, Si secūdum carnem *Rom. 8.*

uixe-

vixeritis,moriemini.Sic.n.dici potuit,& uerissime potuit,Si s̃m vos uixeritis,moriemini. *Ioan. 8.* Nam diabolus nõ hẽt carnem,& tñ quia s̃m seipsum viuere uoluit,in veritate nõ stetit.Quid ergo uerius,si s̃m seipsum uiuens, cum loquitur mendacium,de suo loquitur? C Quod uere de illo ueritas dixit. Cum ergo audis,Peccatum uobis non dominabitur:noli de te fidere vt peccatũ non dominetur,sed de illo cui dicit orans quidam sanctus,Itinera mea dirige s̃m uerbum tuum,& *Rom. 6.* non dominetur mihi omnis iniquitas. Etenim ne *Ps. 118.* fortasse cum audissemus,Peccatũ uobis nõ dominabitur:nosipsos extolleremus,& uiribus nostris hoc tribueremus,statim hoc vidit Apostolus atq; subiecit,Non.n.estis sub lege,sed sub gratia. Gratia itaq; facit,ut peccatum tibi non dominetur. Noli ergo de te fidere,ne multo amplius inde tibi dominet̃. Etcũ audimus,Si spiritu actiones carnis mortificaueritis,uiuetis:non hoc tm̃ bonũ spiri- *Rom. 8.* tui nostro,quasi ꝑ seipsum possit,ista tribuamus. Nam ne istum carnalem sensum spiritu mortuo potius quàm uiuificante saperemus,illico addidit,Quotquot.n.spiritu dei aguntur,hi filij dei sunt. Itaq; ut spiritu nostro opera carnis mortificemus,spiritu dei agimur:q̃ dat continentiã qua frenemus,domemus,uincamus concupiscentiam.In hoc iam magno prælio in quo uiuit hõ sub gratia,& cũ bene pugnat,adiutus exultat in do- D mino cum tremore:non desunt tñ etiã strenuis bellatoribus,& operum carnis quãuis inuictis mortificatorib. aliqua vulnera peccatorum,ꝑꝑ quæ sananda quotidie veraciter dicant,Dimitte nobis debita nostra:contra eadem uitia,& cõtra diabolum principẽ *Matt. 6.* regemq; uitiorũ,multo uigilantius & acrius ipsa oratione certantes:ne ualeant aliquid mortiferæ suggestiones eius,quibus instigat insuper peccatorem ad sua excusanda potiꝰ q̃ accusanda peccata:ac sic illa uulnera non mõ non sanentur,uerumetiã & si mortifera non erãt,grauiter & letaliter infligantur. Et hic ergo cautiore opus est cõtinẽtia,qua cohibeatur superbus hominis appetitus,quo placet sibi & nõ vult culpabilis inueniri,dedignaturq; cum peccat conuinci,quòd ipse peccauerit,non salubri humilitate suscipiẽs accusationẽ sui,sed excusationẽ potius ruinosa elatione conquirens. Ad hanc superbiã coercendam, continentiã petiuit a dño ille cuius superius uerba iam posui,& sicut posui,cõmendaui. *Ps. 140.* Nanq; cũ dixisset, Pone dñe custodiã ori meo,& ostium continentię circum labia mea:Ne declines cor meũ in verba maligna:Vñ hoc diceret euidentius expli- E cans,Ad excusandas,inquit,excusationes in peccatis. Quid.n.malignius his uerbis,quib. malus malum se negat,ẽt de opere malo cõuictus,quod negare nõ valeat? Et qm̃ factũ non põt tegere nec benefactum põt dicere, & a se factũ videt patere,quærit in alium referre qđ fecit,tanq̃ inde possit auferre quod meruit. Nolens se esse reum,addit potius ad reatũ,& sua excusando nõ accusando peccata,ignorat nõ se pœnã remouere,sed veniã. Apud homines.n.iudices,qm̃ falli possunt, quacunq; uelut purgare fallacia qđ perperã factũ est,prodesse aliquid vr̃ ad tẽpus: apud deum aũt,qui falli non põt,non est adhibenda fallax defensio,sed uerax confessio peccatorum. Et alij quidẽ,qui sua consueuerunt, excusare peccata,fato se ad peccandũ querũtur impelli:tanquã hoc decreuerint sydera, & cœlum prius talia decernẽdo peccare,& homo postea talia cõmittendo peccare. Alij fortunæ malunt imputare ꝙ peccãt,qui oĩa fortuitis casibus agitari putant:nec tñ hoc se fortuita temeritate,sed perfecta ratione sapere atq; asseuerare cõtendunt.Qualis ergo de- F mentia est,disputationes suas rõni tribuere, & actiones suas casibus subiugare?Alij totũ quod male faciunt,in diabolũ referunt:nec volunt cum illo habere uel partem,cum illũ sibi,occultis suggestionibus mala suasisse suspicari possint,se aũt illis suggestionib. undecunq; fuerint,consensisse dubitare nõ possint. Sunt ẽt qui excusationem suam extendunt in accusationẽ dei,diuino iudicio miseri,suo aũt furore blasphemi. Etenim aduersus eum ex cõtrario principio inducunt mali substantiã rebellantẽ,cui nõ potuerit resistere,nisi substantiæ naturæq; suæ partẽ eidẽ rebellandi contaminandã corrũpendamque miscuisset:& tunc se peccare dicunt qñ natura mali præualet naturæ dei. Hæc Manichęo- *Manichæi.* rũ est immundissima insania, quorum machinamẽta diabolica,facillime ueritas indubitata subuertit,q̃ dei naturam incontaminabilem

nabilem

mabilē atq; incorruptibilē confitetur. Quid aũt flagitiosæ contaminationis & corruptionis de istis merito non creditur, à quib. deus, qui summe atq; incõparabiliter bonus est, cõtaminabilis & corruptibilis creditur? Sũt & hi qui eo mõ in excusatione peccatorum suorũ accusant deũ, vt dicant ei placere peccata. Nam si displicerēt, inquiunt, nullo mõ, fieri omnipotentissima vtiq; potestate ꝑmitteret: quasi uero deus impunita peccata esse permiserit, etiã in eis quos a supplicio sempiterno remissione liberat peccatorũ. Nullus quippe debitæ grauioris pœnæ accipit ueniã, nisi qualemcunq;, & si longe minorē q̃ debeat soluerit pœnam: Atq; ita impartitur, largitas misericordiæ, vt non relinquatur ēt iustitia disciplinæ. Nam & peccatum quod inultum vr̃, habet pedissequam pœnã suam ut nemo de admisso nisi aut amaritudine doleat, aut cæcitate non doleat. Sicut ergo tu dicis, cur permittit ista si displicent: ita ego dico, cur punit ista si placent? Ac ꝑ hoc sicut ego confiteor, q̃ omnino ista nõ fierent nisi ab omnipotente permitterentur, ita tu confitere facienda non esse quæ à iusto puniantur vt non faciendo quę punit, mereamur ab eo discere, cur permittit esse quæ puniat. Perfectorum est. n. sicut scriptũ est, solidus cibus: in quo hi q̃ bene profecerunt, iam intelligũt ad omnipotentiam dei potius id pertinuisse, vt ex libero arbitrio uolũtatis uenientia mala esse permitteret. Tanta quippe est oĩpotēs eius bonitas, ut ēt de malis possit facere bona, siue ignoscendo, siue sanãdo, siue ad utilitates piorum coaptãdo atq; uertendo, siue ēt iustissimè vindicando. Oĩa nanq; ista bona sunt, & de deo bono atq; omnipõtenti dignissima, nec tñ fiunt nisi de malis. Quid igitur melius, quid oĩpotentius eo, qui cũ mali nihil faciat, bene ēt de malis facit? Clamant ad eum qui mala fecerunt, Dimitte nobis debita nostra: exaudit, ignoscit. Nocuerunt sua mala peccantibus, subuenit eorũ medeturq; languoribus: sæuiunt eorum hostes, de illorum sæuitia facit martyres. Postremo ēt condemnat eos quos dãnatione iudicat dignos, sua licet illi mala patiãtur, facit tñ ille quod bonũ est. Non põt. n. bonũ non esse quod iustum est. Et utiq; sicut iniustum est pctm̃, ita iustum est peccati supplicium. Non aũt potestas deo defuit talem facere hominē qui peccare non posset: sed maluit eum talē facere, cui adiaceret peccare si uellet: nõ peccare, si nollet: hoc prohibens, illud ꝑcipiens: vt prius esset illi bonum meritũ, non peccare: & postea iustum premiũ, non posse peccare. Nam ēt tales sanctos suos in fine facturus est, qui omnino peccare non possint. Tales hēt quippe ēt nunc angelos suos, quos in illo sic amamus, ut de nullo eorum ne peccando fiat diabolus, formidemus. Quod de nemine homine iusto in huius vitæ mortalitate præsumimus, tales autē oẽs futuros in illius uitæ immortalitate cõfidimus. Omnipotens. n. deus qui operatur bona etiã de nostris malis, qualia dabit bona, cum liberauerit ab omnibus malis? Multa de bono usu mali copiosius possunt & subtilius disputari, sed neq; hoc isto sermone suscepimus, & eius nimia uitãda est longitudo. Nunc ergo ad illud ꝑ ꝑ q̃d diximus ista, redeamus. Continentia nobis opus est, & eam diuinum esse munus cognoscimus, ne declinetur cor nostrum in uerba maligna ad excusandas excusationes in peccatis. Cui aũt peccato cohibendo non habemus necessariã continentiã ne cõmittatur, qñ & hoc ipsa cohibet ne cõmissum si fuerit, nefaria superbia defendatur? Vniuersaliter ergo continentia nobis opus est, vt declinemus à malo: vt aũt faciamus bonũ ad aliã vr̃ uirtutem, .i. hoc est ad iustitiam pertinere. Hoc nos admonet sacer Psalmus, ubi legimus, Declina à malo & fac bonum. Quo autem fine ista faciamus, mox addidit, dicens, Quære pacē, & sequere eã. Pax. n. ꝑfecta tũc erit nobis, qñ natura nostra creatori suo inseparabiliter cohærente, nihil nobis repugnabit ex nobis. Hoc & ipse saluator uoluit quãtum mihi vr̃ intelligi, vbi ait, Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ uestræ ardentes. Quid est lũbos accingere? Libidines coercere, quod est cõtinentiæ. Lucernas uero ardētes habere, est bonis operibus lucere atq; feruere, quod est iustitiæ. Neq; hic tacuit quo fine ista faciamus, addēdo atq; dicēdo, Et uos similes hominib. expectantib. dñm suum, qñ veniat à nuptijs. Cũ. n. venerit, nos remunerabit, qui continuimus nos ab his, quę cupiditas, & ea quæ imperauit charitas fecimus, vt in eius ꝑfecta & sēpiterna pace, siue ulla mali

Margin notes: G — Deus & de malis bene facit. ca. 6. — Hebr. 5. — H — Matt. 6. — I — Continentia a malis, Iustitia ad bona. Cap. — Psal. — K — Psal. — Luc.

mali cōtentione, & cū summa boni delectatione regnamus. Oēs ergo qui credimus in deū uiuum & verū, cuius summe bona immutabilisq; natura, nec mali aliquid facit, nec mali aliquid patitur, à quo est oē bonū, quod ēt minui non pōt, & qui suo bono qđ ipse est oīno minui non pōt, cum audimus
Gala. 5. Apostolū dicentē, Spiritu ambulate, cōcupi-
L scentias carnis ne pfeceritis: caro.n. cōcupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: Hæc.n. inuicem sibi aduersantur, vt non ea quę vultis faciatis, absit vt credamus quod Manichæorum credit insania, duas hic demonstratas esse naturas ex cōtrarijs inter se principijs confligentes, vnā boni, alterā mali. Prorsus ista duo ambo sūt bona, & spūs bonū est, & caro bonū, & hō q ex vtroq; constat. vno imperante alio seruiēte, vtique bonū est, sed mutabile bonū: quod tñ fieri non posse constat, nisi ab incōmutabili, bono, a quo est oē bonū creatū, siue paruū, siue magnū, sed quālibet paruū a magno tñ factū, & quamlibet magnū, nullo mō tñ factoris magnitudini cōparandum. Verum in hac bona hominis & bene a bona cōdita institutaq; natura nūc bellum est, qm̄ salus nō dum est. Languor sanetur, pax est. Languorē aūt istum culpa meruit, natura nō habuit, q̄ sanè culpā per lauacrum regenerationis dei grā fidelib. iam remisit, sed sub eiusdē medici manibus adhuc natura cum suo languore cōfligit. In tali aūt pugna sanitas erit tota vi-
M ctoria: nec tē poraria sanitas, sed æterna: ubi nō solum finiatur hic languor, verumetiam deinceps nullus oriatur. Propter quod alloquitur animam suā iustus, & dicit, Benedic anima mea dño, & noli obliuisci oēs retributiones eius: Qui propitius fit oībus iniquita-
Ps. 102. tibus tuis, qui sanat oēs languores tuos. Propitius fit iniquitatibus, cum peccata dimittit sanat languores, cū desideria praua cōpescit. Propitius fit iniquitatibus, dando indulgengentiā. sanat languores, dando cōtinentiam. Illud factū est in baptismate confitentibus, hoc fit in agone certantibus, in quo à nobis noster p eius adiutorium vincēdus est morbus. Etiā nunc illud fit, quo exaudimur, dicē-
Matt. 6. tes, Dimitte nobis debita nostra: hoc aūt cū exaudimur, dicentes, Ne nos inferas in ten-
Iacob. 1. tationē. Vnusquisq; cū tētat, sicut ait Apost. Iacobus, à concupiscentia sua abstractus & illectus. Contra quod uitiū, medicinale poscitur adiutoriū, ab illo qui pōt oēs hmōi sanare lāguores, nō à nobis aliena separatione, sed in nobis nostræ reparatione naturæ, Vnde & prædictus Apost. non ait, Vnusquisque tentatur à concupiscentia: sed addidit, sua: vt A
qui hoc audit, intelligat quō clamare debeat Psal. 40.
Ego dixi dñe miserere mei, sana aīam meam qm̄ peccaui tibi. Non.n. sanatione indiguisset, nisi se ipsa peccādo vitiasset, & aduersus eā caro sua cōcupisceret. i. ipsa sibimetipsi ex ea parte qua ī carne infirmata ē repugnaret.

Caro.n. nihil nisi p animam concupiscit: Carnis pugna vsque
Sed concupiscere caro aduersus spiritum dicitur, quando anima carnali concupiscentia ad huius
spiritui reluctatur, Totum hoc nos sumus: uitæ finē.
& caro ipsa quæ descendēte anima moritur, Cap. 8.
nostra pars infirma est: nec fugienda dimittitur, sed recipienda deponitur, nec recepta vlterius relinquetur. Seminatur aūt corpus 1.Co.15.
animale, resurget corpus spiritale. Tunc iam caro nihil concupiscet aduersus spiritum, qm̄ & ipsa spiritalis vocabitur, qm̄ spiritui nō solum sine vlla repugnantia, verumetiam sine vlla corporalis alimenti indigentia in æternum viuificanda subdetur. Hæc igitur duo quæ nūc inuicem aduersantur in nobis, qm̄ in vtroq; sumus, vt concordent, oremus & agamus. Non.n. alterum eorum putare debemus inimicum, sed vitium quo caro concupiscit aduersus spiritum: quod sanatum nec ipsum erit: & substantia vtraq; salua erit, & B
inter vtraq; nulla pugna erit. Audiamus Apostolum, Scio, inquit, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Hoc utiq; ait, Rom. 7.
quia uitium carnis in re bona non est bonū. Quod cum esse destiterit, caro erit, sed iam uitiata uel uitiosa non erit. Quam tamen ad nostram pertinere naturā idē doctor ostēdit prius dicendo, Scio quia non habitat in me, quod ut exponeret, addidit, hoc est in carne mea, bonum. Se itaq; dicit esse carnem suā, Non ergo ista est inimica nostra, & quando eius uitijs resistitur, ipsa amatur, quia ipsa curatur. Nemo enim unquam carnem suam Ephe. 5.
odio habuit: sicut ipse Apostolus dicit. Et Rom. 7.
alio loco ait, Igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Audiant qui aures habēt. Igit ipse ego, ego mēte, ego carne, sed.

me, sed mente seruio legi dei, carne aūt legi peccati. Q̄uo aūt carne legi peccati? Nunq̄d concupiscentiæ cōsentiendo carnali? Absit: Sed motus desideriorum illic habendo quos habere nolebat, & tñ habebat. Sed eis nō cōsentiendo mente seruiebat legi dei & tenebat mēbra ne fierent arma peccati. Sunt ergo in nobis desideria mala, quib. nō consentiendo non uiuimus male: sunt in nobis concupiscentiæ peccatorū, quib. nō obediendo nō C p̄ficimus malum, sed eas habendo nondum perficimus bonum. Vtrunq; ostēdit Apostolus, nec bonū his p̄fici, vbi malū concupiscitur, nec malū his p̄fici, q̄n tali cōcupiscentię nō obeditur. Illud quippe ostēdit, vbi ait, Velle adiacet mihi, p̄ficere aūt bonū, non. *Rom. 7.* Hæc vero vbi ait, Spū ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis. Neq;.n. ibi dicit, Nō sibi adiacere facere bonum: sed nō perficere: neque hic dicit, Concupiscentias carnis ne habueritis: sed, ne perfeceritis. Fiunt itaque in nobis concupiscentiæ malæ, q̄n id quod non licet, libet: sed nō p̄ficiuntur, cū legi dei mēte seruiente libidines continētur. *Gal. 5.* Et bonum fit, cum id quod male libet uincēte bona delectatione non fit: sed boni perfectio nō impletur, quandiu legi peccati carne seruiente libido illic, & quamuis contineatur, tñ mouetur, Non. n. opus esset ut contineretur, nisi moueretur. Erit quandoq; ēt perfectio boni, q̄n erit consumptio mali: illud erit summū, D hoc erit nullum. Quod si in ista mortalitate sperandū putamus, fallimur. Tunc. n. erit q̄n mors non erit, & ibi erit ubi uita ęterna erit. In illo. n. seculo & in illo regno erit bonum summū, malū nullū: q̄n erit & ubi erit sapiētię amor summus, continentię labor nullus. Non igitur mala est caro si malo careat. i. vitio quo vitiatus est hō, non factus male, sed ipse faciens. Ex vtraq;. n. parte. i. & anima & corpore a bono deo factus bonus, ipse fecit, malū quo factus est malus. A cuius mali reatu iam ēt solutus per indulgentiā, ne leue existimet esse quod fecit, adhuc cum suo vitio pugnat p̄ continentiam. Absit aūt ut sint ulla uitia in illa quæ futura est pace regnantib. quandoquidē in isto bello quotidie minuuntur in proficientibus, non peccata solum, sed ipsæ quoq; concupiscentiæ, cum quibus nō consentiendo confligitur, & quibus consentiendo peccatur. Quòd ergo caro cōcupiscit *Gal. 5.* aduersus spiritum, q̄ nō habitat in carne nostra bonū, q̄ lex in mēbris nostris repugnat *Rom. 7.* legi mentis, non est duarū naturarū ex contrarijs facta principijs cōmixtio, sed unius aduersus seipsam p̄p̄ peccati meritum facta diuisio. Non sic fuimus in Adā antequā nostra natura suo deceptore audito ac secuto, B suum contempsisset atq; offendisset authorē nō est ista prior uita creati hominis, sed posterior pœna damnati. Ex qua damnatione per Iesum Xp̄m gratia liberati, cū pœna sua dimicant liberi, nondum salute plena, sed iā pignore salutis accepto: non liberati autē, & peccatis rei sunt, & supplicijs implicati. Post hanc vero uitam reis manebit in æternū pœna pro culpa: liberis non remanebit in æternum, nec culpa nec pęna: sed permanebunt in æternum substantiæ bonæ spūs & caro, quas deus bonus & immutabilis bonas quāuis mutabiles condidit: Permanebunt aūt in melius cōmutatæ, nunquā iā in deterius mutādæ, consumpto penitus oī malo, & quod hō fecit iniuste, & quod passus est iuste. Quibus duobus mali generibus oīno pereuntib. quorum est unū præcedentis iniquitatis, alterum consequentis infœlicitatis, erit hominis sine ulla prauitate voluntas recta. Ibi oībus erit clarū atq; perspicuum, quod nunc à fidelibus multis creditur, à paucis intelligitur: malum non esse substantiā, sed sicut vulnus in corpore, ita substantiā quę seipsam uitiauit, esse cœpisse peste inchoata, atq; ibi esse desinere sanitate perfecta. Oī ergo malo F exorto a nobis, & p̄dito in nobis, bono etiā nostro usq; ad culmen fœlicissimæ incorruptionis & immortalitatis aucto atq; p̄fecto, qualis erit utraq; nostra substantia: q̄nquidē nunc in ista corruptione & mortalitate, cū adhuc corpus corruptibile aggrauat animā, & quod Apostolus dicit, Corpus mortuū est *Rom. 8.* p̄p̄ peccatū, tale tñ testimoniū perhibet idē, ipse carni nostræ. i. parti nostræ infirmæ atq; *Sapie. 9.* terrenæ: ut dicat quod pauloante cōmemoraui, Nemo unquā carnē suam odio habuit: *Ephe. 5.* statimq; subiungat, sed nutrit eam & fouet, sicut Xp̄s Ecclesiā. Quo igitur non dico errore, sed prorsus furore, Manichæi carnē nostram nescio cui fabulosæ genti tribuunt tenebrarum, quam uolunt suam sine ullo initio *Carnem natura non esse malum. Cap. 9.*

tio malã semper habuisse naturã:cum uerax doctor, uiros diligere uxores suas exemplo suæ carnis hortetur, quos ad hoc ipsũ Christi quoq; & Ecclesiæ hortatur exemplo? Totus deniq; ipse Apostolicæ epistolæ locus, valde ad rem pertinens, recordandus est. Viri, inqt, *Ephe.5.* diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt eã G sanctificaret, mundans lauacro aquæ in uerbo: vt exhiberet sibiipse gloriosam Ecclesiã, non habentẽ maculã aut rugam, aut aliquid hmõi: sed ut sit sancta & immaculata: Ita, inquit, & uiri debẽt diligere uxores suas, sicut corpora sua. Qui diligit uxorẽ suã, seipsum diligit. Deinde subiunxit quod iã cõmemorauimus, Nemo.n.unquam carnẽ suã odio habuit, sed nutrit & fouet eã, sicut & Christus Ecclesiã. Quid ad hæc dicit immundissimæ impietatis insania? Quid ad hæc dicitis Manichæi? quid no bis uel ex Apostolicis literis duas sine initio naturas, unã boni, alterã mali, conamini inducere: & Apostolicas literas, quæ vos ab ista sacrilega peruersitate corrigant, non uultis audire? Sicut legitis, *Rom.7.* Caro concupiscit aduersus spiritum: Et, Nõ habitat in carne mea bonũ: Ita legite, Nemo vnquam carnẽ suã odio habuit, sed nutrit & *Ephe. 5.* fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Sicut legitis, Video aliã legẽ in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ: ita intelligite, Sicut & Christus dilexit Ecclesiam, ita viri de *Rom.7.* bent diligere vxores suas sicut sua corpora. *Ephe. 5.* Nolite in illis sanctæ scripturæ testimonijs esse insidiosi, in his surdi, & eritis in vtrisque correcti. Hæc.n.si accipiatis vt dignũ est, conemini & illa intelligere ut uerum est. H Tres quasdam copulas nobis insinuauit Apostolus, *Tres copulæ.* Christum & Ecclesiam, uirũ & vxorem, spiritũ & carnẽ. Horum priora posteriorib. consulunt, posteriora prioribus famulãtur. Omnia bona sunt, cum in eis quædã ordinis pulchritudinẽ excellenter præposita, quædã decenter subiecta custodiunt. Vir & vxor quales secũ esse debeant, pręceptũ accipiunt & exẽplum. Præceptũ est, Mulieres uiris suis subditæ sint sicut dño, quia uir caput mulieris est: Et, Viri diligite uxores uestras. Exemplum aũt datur mulieribus de Ecclesia, uiris de Christo. Sicut Ecclesia, inquit, subdita est Christo, ita & mulieres uiris suis in oĩbus.

Similiter & uiris dato p̃cepto, vt uxores suas diligant, adiecit exẽplum, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Sed & uiros a re inferiore adhortatus est.i.a corpore suo: nõ tm̃ a superiore.i.a dño suo: Non.n.solum ait, Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit Ecclesiã: quod est a superiore: uerumetiã dixit, Viri debent diligere vxores suas, sicut corpora sua: quod est ab inferiore: quia & superiora & inferiora bona sunt oĩa. Nec tñ mulier a corpore uel carne accepit exemplũ, ut ita esset subdita uiro, sicut spiritui caro: Sed aut I consequenter Apostolus intelligi uoluit, ꝙ dicere prætermisit: aut forte quia caro cõcupiscit aduersus spiritum in huius vitæ mortalitate atq; linguore, ideo de illa noluit mulieri exemplum subiectionis adhibere. Viris aũt ideo uoluit, quia etsi cõcupiscit spiritus aduersus carnẽ, ẽt in hoc ipso consulit carni non sicut caro concupiscens aduersus spiritum, nec spiritui consulit talis repugnatio, nec sibi: Non tñ ei spiritus bonus, siue eius naturam per prouidentiã nutriendo ac fouẽdo, siue eius uitijs per continentiã resistẽdo, consuleret, nisi vtraq; substantia vtriusq; artificẽ deum, etiã decore huius ordinis indicaret. Quid est ergo qđ uos uera dementia, & Christianos esse iactatis, & cõtra scripturas Christianas oculis clausis, uel potius extinctis tanta peruersitate contenditis: Christũ asserentes in falsa carne apparuisse mortalibus: & Ecclesiam in anima ad Christum in corpore ad diabolũ pertinere: & sexum uirilem atq; muliebrẽ diaboli opera esse, nõ dei: & spiritui carnẽ tanquam malam substantiã bonæ substantiæ cohærere? Si parum uobis uidentur respondere quæ de Apostolicis cõ K memorauimus literis, audite adhuc alia, si *Idem probat.* aures habetis. Quid de carne Christi dicit in *Cap. 10.* sanissimus Manichæus? Quòd non fuerit uera, sed falsa. Quid ad hoc dixit beatus Apostolus? Memor esto Xp̃m Iesum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid sm̃ Euãgelium *2. Ti. 2.* meũ. Et ipse Christus Iesus, Palpate, inquit, & videte, quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Quomodo est *Luc. 24.* in eorum doctrina ueritas, quæ id prædicat quod in carne Christi erat falsitas? Quomodo in Christo non erat ullũ malum, in quo erat tam grande mendacium? Quia uidelicet

Licet hominib. nimiũ mundis malũ est caro, vera, & nõ est malũ falsa? Pro certo malũ est caro uera nascentis ex Dauid semine, & nõ est malũ lingua falsa dicentis, Palpate & videte, q̃a spũs ossa & carnẽ non hẽt, sicut me videtis habere. De Ecclesia quia dicit deceptor hominũ in mortifero errore, q̃ ex parte animarum pertineat ad Christum, ex parte corporũ ad diabolum? Quid ad hæc dicit doctor gentium in fide & veritate? Nescitis, inquit, q̃a corpora vestra mẽbra sunt Christi? De sexu masculi & fœminæ q̃d dicit filius ꝑditionis, q̃d vterq; sexus nõ ex deo sit, sed ex diabolo? Quid ad hęc dicit uas electionis? Sicut, inquit, mulier ex viro, ita & vir ꝑ mulierẽ, oĩa aũt ex deo. De carne quid dicit ꝑ Manichęum spũs immundus, quòd sit mala substantia, nec dei sed inimici creatura? Quid ad hæc dicit ꝑ Paulũ spiritussanctus, Sicut. n. corpus vnũ est, inquit, & membra hẽt multa, oĩa aũt membra corporis cũ sint multa, vnum est corpus, ita & Christus. Et paulopost, Posuit, inquit, deus membra singula quæq; eorũ in corpore ꝓut voluit. Itẽ paulopost, Deus, inquit, temperauit corpus, ei cui deerat, maiorem honorẽ dans, vt nõ essent scissuræ in corpore, sed ĩ id ipsum, vt ꝓ inuicem solicita sint membra: & siue patitur vnum membrum, cõpatiuntur oĩa mẽbra, siue glorificatur vnum membrum, congaudent oĩa membra. Q̃uo est mala caro, q̃n ipsæ animæ pacem membrorũ eius vt imitentur, monentur? Q̃uo est inimica creatura, q̃n ipsæ animæ quæ corpora regunt, vt inter se inimicitiarum scissuras nõ habeant, exemplũ de membris corporis sumunt, vt quod ꝯstitit deus corpori ꝑ naturam, ament & ipsæ habere per gratiam? Merito ad Romanos cum scriberet, Obsecro, inquit, vos fratres ꝑ misericordiam dei vt exhibeatis corpora uestra hostiã uiuam, sanctã, deo placentẽ. Sine cã.n. tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras esse contendimus, si hostiã viuam, sanctã, deo placentã de gentis tenebrarũ corporib. exhibemus. Sed inquiunt, Q̃uo caro per quandã similitudinẽ cõparatur Ecclesiæ? Nunquid Ecclesia concupiscit aduersus Christum, cum idem Apostolus dixerit, Ecclesia subdita est Christo? Plane Ecclesia subdita est Christo, quia ideo spũs concupiscit aduersus carnem, ut omni ex parte Christo subdatur Ecclesia. Caro autem concupiscit aduersus spiritum, q̃a nondum pacẽ quæ perfecta promissa est accepit Ecclesia. Ac ꝑ hoc Ecclesia subdita est Christo ex pignore salutis, & caro concupiscit aduersus spiritum ex infirmitate languoris. Neq;.n. non Ecclesiæ membra erant iidẽ ipsi, quib. ista dicebat, Spiritu ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis. Caro.n. concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: Hæc.n. sibiinuicem aduersant̃, ut non ea quæ vultis faciatis. Hæc utiq; Ecclesiæ dicebantur, quæ si Christo subdita nõ esset, non in ea spiritus aduersus carnem ꝑ continentiam concupisceret. Propter quod poterant concupiscentias carnis non perficere, sed carne concupiscente aduersus spiritũ non poterant ea facere quæ volebant: id est, etiam ipsas carnis concupiscentias nõ habere. Deinde, cur non confiteamur in hominibus spiritalibus Ecclesiam subditam Christo in carnalibus autem hanc adhuc cõcupiscere aduersus Christum? An aduersus Christũ non concupiscebant, quib. dicebatur, Diuisus est Christus? Et, Non potui loqui uobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum.n. poteratis, sed ne nunc quidem potestis, adhuc.n. estis carnales? Cum enim sint in uobis, æmulatio, & contentio, nonne carnales estis? Aduersus quem concupiscit æmulatio & contentio, nisi aduersus Christum? Has enim carnis cõcupiscentias Christ[us] in suis sanat, sed in nullis amat. Vnde sancta Ecclesia quandiu habet etiam membra talia nondum est sine macula & ruga. Huc accedunt & illa peccata pro quibus quotidiana vox totius Ecclesiæ est, Dimitte nobis debita nostra, a quib. ne spiritales putaremus alienos, non quicunq; carnalium, nec ipsorum quicunque spiritalium, sed qui super pectus domini discumbebat, & quem præ cæteris diligebat, Si dixerimus, inquit, quia pctm̃ non habemus, nosipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. In oĩ aũt peccato plus in maiore, minus in minore, tñ contra iustitiã concupiscitur. Et de Christo scriptum est, Qui factus est nobis sapiẽtia a deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. In omni igitur peccato cõ

tra

Marginal notes: L; M; A; B; 1.Co.6.; 1.Co.11.; 1.Co.12.; Rom.12.; Etiam Ecclesia caro est. Cap. 11.; Galat. 5.; Ibidem.; 1.Co.1.; 1.Co.3.; Mat. 6.; Ioan.13.; 1.Ioan.1; 1.Co.1.

tra Xp̄m ſine dubio concupiſcitur. Sed qui ſanat oēs languores noſtros, cū perduxexit Eccleſiā ad promiſſam languoris ſanitatem, tunc in nullo mēbrorum eius quamlibet minima erit vlla macula & ruga. Tunc nullo mō caro aduerſus ſpm̄ concupiſcet, & ideo nulla erit cauſa cur aduerſus carnem etiam ſpūs concupiſcat. Tunc finē accipiet oīs hęc pugna, tunc ambarū ſubſtātiarū erit ſumma cōcordia, tunc vſqueadeo ibi nullus erit carnalis, ut ēt caro ipſa ſit ſpiritalis. Quod ergo nunc agit cum carne ſua quiſq; ſm̄ Chriſtū

C uiuens, cū & concupiſcit aduerſus eius ma-

Ephe. 5. lam concupiſcentiam, qn̄ ſanandā continet, quam nondum ſanatam tenet, & tn̄ eius bonā nutrit naturam fouetq; qm̄ nemo unquā carnem ſuam odio habuit: hoc etiam agit cū Eccleſia Chriſtus quantum fas eſt cōparare minora maioribus. Nam & correptionibus eam reprimit, ne impunitate inflata diſſiliat: & conſolationibus erigit, ne grauata infirmi

1.Co.11. tate ſuccumbat. Hinc eſt illud Apoſtoli, Si.n. noſipſos diiudicaremus, a dn̄o non iudicaremur: cum iudicamur aūt, à dn̄o corripimur,

Psal. 93. ne cum hoc mundo damnemur. Et illud in Pſalmo, Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ iocundauerunt animam meam. Tunc ergo ſperanda eſt carnis noſtræ ſine ulla repugnatione perfecta ſanitas, qn̄ erit Eccleſiæ Chriſti ſine ullo timore certa ſecuritas. Hæc aduerſus Manichæos fallaciter continentes, p̄ veraci cōtinentia diſputare ſuffecerit, ne cōtinentiæ fructuoſus & glorioſus labor, partē infirmam noſtram.i.corpus qn̄ ab immoderatis & illicitis voluptatibus cohibet & refrenat, nō ſalubriter caſtigare, ſed inſectari cre

Continentia uera & falſa datur hoſtiliter. Corpus quippe ab anima eſt quidem natura diuerſum, ſed nō eſt a natura hominis alienum. Non.n. animus con-

Ioan. 3. Cap. 12. ſtat ex corpore, ſed tn̄ hō ex animo cōſtat &

D corpore: & vtiq; deus quem liberat, totū hominē liberat. Vn̄ totum hominem etiā ſaluator ipſe ſuſcepit, dignatus in nobis totum liberare quod fecit. Qui cōtra iſtam ſentiunt veritatem, quid eis prodeſt libidines continere, ſi tn̄ aliquas continent? Quid in eis per continentiam pōt fieri mundū, quorū continentia talis immunda eſt, quæ nec continentia nominanda eſt? Sentire quippe quod ſentiunt, uirtus eſt diaboli, continentia uero munus eſt dei: ſicut aūt nō oīs qui aliquid patit, aut quoſlibet dolores tolerantiſſime patitur, hēt eam uirtutē quę ſimiliter dei munus eſt, & patientia nuncupatur. Multi.n.tolerāt multa tormenta, ne in ſuis criminibus prodant, aut male ſibi conſcios, aut ſeipſos. Multi pro explendis ardentiſſimis libidinibus & obtinendis, uel non relinquendis eis reb. quibus vinculo praui amoris obſtricti ſūt, multi pro diuerſis & p̄nicioſis quib. vehementer tenentur erroribus, quos oēs, abſit, ut uerā dicamus habere patientiā. Ita nō oīs qui aliq̄d continet uel ipſas ēt carnis aut animi libidines mirabiliter continet, iſtā continentiā, de cuius vtilitate & decore diſſeruimus, habere dicēdus eſt. Quidā.n. quod mirū dictu vi-

deri pōt, p̄ incontinentiā ſe continent: velut E ſi ſe mulier cōtineat a marito, q̄a hoc iurauit adultero. Quidā p̄ iniuſtitiā, veluti ſi miſcēdi ſexus nō reddat cōiunx cōiugi debitum, q̄a ipſe uel ipſa iā pōt vincere talē corporis appetitū. Idē quidē cōtinent decepti fide falſa, & vana ſperantes, vana ſectātes: in quibus ſunt oēs hæretici, & quicunque ſub nomine religionis aliquo errore fallunt, Quorū cōtinentia uera eſſet ſi eſſet, & fides vera. Cū uero illa p̄pea nec fides ſit appellanda, q̄a falſa eſt, ſine dubio & iſta continentia nomine indigna eſt. Nunquid.n. continentiā fidei, quā munus dei veriſsimè dicimus dicturi ſumus eſſe pc̄tm̄? Abſit a noſtris cordib. tā deteſtanda dementia. Beatus aūt Apoſt. ait, Oē

quod nō eſt ex fide, pc̄tm̄ eſt. Quæ igitur nō *Rom. 14.* hēt fidē, nec cōtinentia nominanda eſt. Sunt ēt q̄ aperte malignis ſeruiendo dæmonibus, a corporis uoluptatib. cōtinent, vt p̄ eos expleant nefarias voluptates quarū impetū ardoremq; nō cōtinent. Vn̄ vt aliquid dicā, & cætera p̄p̄ ſermonis longitudinē taceā, quidā nō attingunt ēt vxores ſuas dū quaſi mun F di p̄ magicas artes p̄uenire ad vxores moliūtur alienas. O mirabilē continentiā, immò vero nequitiā atq; immunditiā ſingularē. Si .n. uera eēt cōtinentia, magis ab adulterio q̄ p̄p̄ adulteriū p̄petrandū, carnis cōcupiſcentiā debuit a cōiugio cōtinere. Hanc quippe concupiſcentiam carnis relaxare ſolet continentia cōiugalis, eiuſq; frenis hactenus moderamen imponere: vt nec in ipſo coniugio

immode-

immoderata licentia diffluatur, sed custodiatur modus: aut infirmitati coniugis debitus, cui hoc non sm imperiũ pcepit, sed sm ueniã concedit Apostolus: aut filius procreandis accõmodatus, quæ una fuit cã miscendæ inuicẽ carnis & patrib. quondã & matribus sanctis. Id aũt faciens cõtinentia.i.moderãs & quodammõ limitans in coniugibus carnis concupiscentiã, & eius inquietũ atq; inordinatũ motum certis quodammodo finib. ordinans, bene utitur hominis malo, quẽ facit & vult perficere bonum: sicut deus utiẽ ẽt hominibus malis, pp eos quos pficit bonos. Absit ergo ut cõtinentiã, de qua scriptura dicit. Et hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donũ: ẽt eos habere dicamus, q continẽdo uel erroribus seruiunt, uel aliquas minores cupiditates ideo uincũt, vt alias expleant, quarum granditate vincuntur. Ea uero quæ uera est desuper ueniens continẽtia, non alijs malis mala premere alia, sed bonis mala sanare vult oĩa. Cuius ut bř cõplectar actionem, omib. prosus delectationib. cõcupiscentiæ, quæ aduersantur delectationi sapientiæ, coercendis atque sanandis inuigilat officium continentiæ. Vñ augustius eam sine dubitatione metiũtur qui solas libidines corporis cohibere definiunt: melius pfecto illi qui non addunt corporis, sed generaliter libidinẽ siue cupiditatẽ regendam dicunt ad continentiã pertinere. Quæ cupiditas in uitiõ ponitur, nec tñ est corporis, uerũ & animi. Etenim si cupiditas corporis est in fornicationibus & ebrietatibus: nunquid inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, postremo animositates, in corporis uoluptatibus, ac non potius in animi motibus & perturbationib. exercentur? Carnis tñ opera hæc omnia nuncupauit Apost. siue quę ad animum, siue quę ad carnem proprie pertinent, ipsum.i. hominem nomine carnis appellans. Opera quippe hominis sunt quę non dñr dei, qm homo qui hæc agit sm seipsum viuit, non sm deũ, inquantum hæc agit. Sunt autem alia opera hominis, quę magis dicenda sunt opera dei, Deus est.n. inquit Apostolus qui operatur in vobis, & uelle & operari pro bona uoluntate. Inde est & illud, Quoquot.n. spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Spiritus itaq; hominis adhęrens spiritui dei, concupiscit aduersus carnem.i. aduersus seipsum, sed pro seipso: vt motus illi siue in carne, siue in anima, secundũ hominẽ, non sm deũ, qui sunt adhuc per acquisitum languorem, continentia cohibeantur propter acquirendam salutem: ut homo non secundum hominem uiuens, iam possit dicere, Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Vbi.n. non ego, ibi fœlicius ego: vt quando secundum hominẽ reprobus vllus motus exurgit, cui non consentit qui mẽte legi dei seruit, dicat etiã illud, Iam non ego operor illud, Talib. quippe & illa dicuntur, quæ sicut eorũ socij participesq; debemus audire, Si consurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens: q̃ sursum sunt sapite non quę super terram. Mortui.n. estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo: cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Quib. loquatur intelligamus, immò uero attentius audiamus. Nam quid hoc planius? quid apertius? Eis certe loquitur q con resurrexerant Christo, nondum vtique carne, sed mente, quos mortuos dicit, & magis hinc uiuos. Nam uita uestra, inquit, abscondita est cum Christo in deo. Talium mortuorum vox est, Viuo autem iam non ego, viuit uero in me Christus. Quorum ergo uita erit abscondita in deo, admonentur & exhortãtur, ut membra sua mortificent quæ sunt super terram. Id enim sequitur, Mortificate ergo membra uestra quæ sunt super terram. Et ne quisquam nimis tardus membra ista uisibilia corporis mortificanda putaret, talibus cõtinuo quid dicat aperiens, Fornicationem, inquit, immundiciam, perturbationem, concupiscentiam malam & auaritiam quæ est idolorum seruitus. Ita ne uero credendum est, quòd isti qui iam mortui erant, eorumque uita abscondita erat cum Christo in deo, adhuc fornicabantur, adhuc in moribus immundis operibusq; uiuebãt, adhuc perturbationibus, concupiscentiæ malæ atque auaritiæ seruiebant? Quis demens ista de talibus senserit? Quid ergo vult vt mortificent opere continentię, nisi motus ipsos adhuc in sua quadam interpellatione, sine nostræ mentis consensione, sine membrorum corporalium operatione uiuentes?

Marginalia: *Continentia nõ tãtum libidini moderatur. Cap. 13.* G; H; *Phil. 2.*; *Rom. 8.*; *Gal.*; *Rom.*; *Col. 3.*; I; K

Et

Et quomodo isti mortificantur opere cõti-
nẽtiæ, nisi cum eis mente nõ cõsentitur, nec
exhibẽtur eis arma corporis membra: & qđ
est maius atq; vigilantia continentiæ maio-
re curandum, ipsa ẽt nostra cogitatio quãuis
eorum quodammodo suggestione, & quasi
susurratione tangatur, tñ ab eis ne oblectet
auertitur, & ad superna cogitanda delectabi
lius conuertitur, ad hoc ea nominans in ser
monibus ne habitetur in eis, sed fugiatur ab
eis? Qđ fit si efficaciter audiamus ipso adiu-
Colo.4. uante, qui hoc per Apostolum suũ pręcipit,
Quæ sursum sunt quærite, vbi Xps est in dex
tera Dei sedẽs, quæ sursum sunt sapite, nõ q̃
Quod nec fides sine operibus: nec continentia sine perseuerantia saluet super terram. Cum aũt mala illa commemo
rasset, adiunxit atq; ait, ꝑ ꝑ quæ uenit ira dei
in filios infidelitatis. Vtiq; salubriter terruit,
ne putarent fideles ꝑ ꝑ solam fidem suam, ẽt
L si in his malis viuerent, se posse saluari: Apo
stolo Iacobo cõtra istũ sensum voce manife
stissima reclamante ac dicẽte, Si fidẽ quis di
cat se habere, opera ãt non habeat, nunquid
cap. 14. poterit fides saluare eum? Vñ & hic doctor
Ephe. 5. gẽtium ꝑ ꝑ illa mala venire irã dei dixit in fi
Iacob. 2. lios infidelitatis. Cum ãt dicit, in quibus &
uos aliquando ambulastis cũ viueretis in il-
lis: satis ostendit ꝙ in illis iam, non in his ꝗp
pe uiuendo mortui erant, vt eorum vita in
Deo cum Christo esset abscondita. Cũ ergo
iam in illis non uiuerẽt, mortificare iã talia
iubebantur. Ipsis quippe in eisdem nõ uiuẽ
tibus illa viuebant: sicut pauloante iam ostẽ
di. Et membra dicebãtur ipsorũ, ea videlicet
vitia, quæ in membris habitãt ipsorum, mõ
locutionis quo per id quod continet id qđ
continetur significatur, sicut dr̃, totũ forum
inde loquitur, cum homines loquantur qui
sunt in foro, Ipso locutionis modo, in Psal-
mo canitur, Omnis terra adoret: id est, oẽs
Psal.65. homines qui sunt in terra. Nunc ãt deponi-
te, inquit, & vos vniuersa: & commemorat
plura eiusmodi mala. Sed quid est qđ nõ ei
sufficit dicere deponite vos vniuersa: sed ad
dita cõiũctione, dixit, & vos. Nisi ne propte-
M rea se putarẽt hæc mala facere, atq; impune
in eis uiuere, ꝗa fides eorũ liberaret eos ab
ira q̃ venit in filios infidelitatis ista faciẽtes,
& in his sine fide uiuentes? Deponite inqͭ,
& vos illa mala, ꝑ ꝑ quæ venit ira Dei in fi-
lios infidelitatis: nec vobis eorum impunita
tem ꝑ ꝑ fidei meritum promittatis. Non aũt
diceret, deponite eis qui iam deposuerãt ex
ea parte qua talibus vitiis nõ consentiebant,
nec sua membra eis arma peccati dabãt: nisi
quia in hoc facto est, & in hac adhuc opera-
tione uersatur, quandiu mortales sumus, ui-
ta sanctorum. Dum.n. spiritus cõcupiscit ad *Gala. 5.*
uersus carnem, hæc magna intentione res
agitur, delectationibus prauis, libidinibus
immundis, motib. carnalib. atq; turpib. sua
uitate sãctitatis, amore castitatis, spiritali vi-
gore & continentiæ decore resistitur. Sic de
ponuntur ab eis qui mortui sunt eis, nec cõ
sentiendo uiuunt in eis: Sic inquam, deponũ
tur, dum cõtinuata continentia ne resurgãt
premuntur. Quisquis quasi securus ab hac
eorum depositione cessauerit, illico in arcẽ
mentis prosiliẽt, eamq; inde ipsam deponẽt
atq; in suã redigent seruitutem turpiter de-
formiterq; captiuam. Tũc regnabit pc̃tm̃ in A
hominis mortali corpore, ad obediẽdum de
siderijs eius. Tũc sua mẽbra exhibebit arma
iniquitatis peccato, & erunt nouissima illis
peiora prioribus. Multo est .n. tolerabilius
certamen huiusmodi non cœpisse quàm cę
ptum reliquisse conflictum, & factum ex bo *Mat. 10*
no præliatore, vel etiam uictore captiuum.
Vnde dominus non ait, qui cœperit: sed, qui
perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.
Si autem ne uincamur acriter confligẽtes, si
ue aliquotiens vel etiam insperata vel inopi
nata facilitate vincentes, ei qui nobis dat cõ
tinentiam demus gloriam. Meminerimus
quendam iustum dixisse, in abũdantia mea, *Psal.29.*
non mouebor in æternum: demonstratum-
que esse q̃ temere hoc dixerit, tanquam suis
uiribus tribuens, quod ei desuper præstaba-
tur. Hoc autem ipso confitente didicimus,
mox .n. adiunxit, Domine in uoluntate tua
præstitisti decori meo uirtutem, auertisti au
tem faciem tuam, & factus sum conturba-
tus. Per medicinalem prouidentiam paulu-
lum desertus est a rectore, ne per exitialem
superbiam desereret ipse rectorẽ. Siue ergo
hic, ubi cum uitiis nostris domandis minuẽ
disque confligimus: siue ibi, quod in fine fu
turum est, vbi omni hoste * & omni peste *Al. quia.*
carebimus: id nobiscum salubriter agitur, ut B
qui gloriatur, in domino glorietur. *Hier.9.*

Libri de Continentia animæ, finis. *1. Co. 1.*

LIBER DE PATIENTIA.

Patiẽtia Dei qualis. Cap. 1.



Irtus animi q̃ patiẽtia dicitur, tã magnũ Dei donum est, ut ẽt ipsius qui nobis eã largitur, qua malos ut corrigãtur expectat, patiẽtia prędicetur. Ita quanuis Deus nihil pati possit, patientia vero a patiẽdo nomen acceperit, patiẽtẽ tñ deũ non mõ fideliter credimus, verumetiã salubriter confitemur. C Sed dei patientia qualis & quãta sit, quem nihil patientẽ nec tñ impatiẽtẽ, immò ẽt patientissimum dicimus, uerbis explicare q̃s possit? Ineffabilis est ergo illa patientia, nõ tñ nulla, sicut zelus eius, sicut ira ei⁹, & si q̃d hmõi est. Nã si tanquã nostra ista cogitemus, in illo nulla sunt. Nihil.n.horum nos sine molestia sentiemus. Absit ãt ut impassibilem Dei naturã perpeti ullã molestiã suspicemur. Sicut aũt zelat sine aliquo liuore, irascitur sine aliqua perturbatione, miseret sine aliquo dolore, pœnitet eũ sine alicuius prauitatis correptione, ita est patiẽs sine vlla passiõe. Nũc itaq; humana patiẽtia quã capere possũmus, & habere debemus, cuiusmodi sit quantũ dñs tribuit, & quãtũ patitur breuitas p̃sentis sermonis expediatur.

Patiẽtia piorum. Cap. 2.

Patiẽtia hõis, q̃ recta est atq; laudabilis & vocabulo digna virtutis, ea perhibetur qua æquo aĩo mala toleramus, nec animo iniquo bona desideramus, p̃ quæ ad meliora p̃ueniamus. Quap̃p̃ impatientes dũ mala pati nolunt, non efficiunt vt a malis eruantur, sed ut mala grauiora patiantur. Patientes ãt qui mala malunt non cõmittendo ferre, quã nõ ferendo committere, & leuiora faciunt q̃ quæ p̃ patientiam patiuntur, & peiora euadũt quibus p̃ impatientiam mergerẽtur. D Bona uero æterna & magna non perdunt, dum malis tẽporalibus breuibusq; non cedunt. Qm̃ non sunt cõdignæ passiones huius tẽporis, sicut Apostolus dicit, ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. *Rom. 8.* Et iterũ ait, Q̃d est tẽporale leue tribulationis nostræ, in incredibilẽ modum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. *2. Cor. 4.*

Patiẽtia malorũ. Cap. 3.

Intueamur itaq; charissimi quanta in laboribus & doloribus hões dura sustineãt, pro rebus quas vitiose diligũt, & quantũ se his fœliciores fieri putãt, tãto infœlicius cõcupiscunt. Quãta pro falsis diuitiis, quãta p̃ uanis honoribus, quãta pro ludicris affectionibus periculosissima, & molestissima patiẽtissime tolerantur. Pecuniæ & gloriæ cupidos videmus, ut ad desiderata perueniãt, adeptisq; nõ careant, soles, imbres, glacies, fluctus, & procellosissimas tempestates, aspera & incerta bellorũ, immaniũ plagarũ ictus, & uulnera horrenda, nõ ineuitabili necessitate, sed culpabili uoluntate perferre. Verũ hæ licitę quodãmodo vñr insaniæ. Nãq; auaritia, ambitio, luxuria, & uariorum oblectamenta ludorũ nisi p̃p̃ illa facinus aliqđ admittatur siue flagitiũ quod legib. prohibet E humanis, putantur ad innocentiã pertinere: immò ẽt qui sine fraude cuiusquã, aut pro habenda vel augenda pecunia, aut pro adipiscendis uel retinendis honoribus, aut in agone certando seu uenando, seu theatricũ aliq̃d plausibiliter exhibendo, magnos labores doloresq; pertulerit, parum est q̃ populari vanitati nullis reprehensionibus cohibetur, sed insup̃ extollitur laudibus. Qm̃ laudat, sicut scrip̃tũ est, peccator in desideriis animæ suæ. *Psal.* Vis.n. desideriorum, facit tolerantiã laborũ & dolorũ: & nemo nisi pro eo qđ delectat, spõte suscipit ferre qđ cruciat. Sed istę, vt dixi, cupiditates, p̃p̃ quas explẽdas q eis flagrãt, multa dura & acerba patiẽtissimæ sustinẽt, licitæ existimantur legibusq; concessæ. Quid q̃ etiã pro apertis sceleribus, non vt ea puniant, sed ut perpetrent, multa hões grauissima perferunt? Nõne de quodam nobilissimo patriæ parricida secularium literarũ loquuntur authores, q̃ famẽ, sitim, frigus ferre poterat, eiusq; erat corpus patiẽs inediæ, algoris, uigiliæ, supra q̃ cuiquã credibile est? F Quid de latronibus dicam, quorũ oẽs cum insidiantur uiatoribus noctes perpetiũtur insomnes, atq; ut transeũtes excipiãt innocentes, sub qualibet cœli asperitate nocẽtem animum corpusq; defigunt? Quidã uero eorum inuicem torqueri perhibentur, ita ut exercitatio contra pœnas nihil distet a pœnis. Non enim tantum fortassis excruciantur a iudice ut a dolentibus veritas inquiratur, quantum a suis sociis ut a patientibus non prodantur. Et tamen in his hominibus miranda est potius q̃ laudanda patientia: immo nec mirãda nec laudanda quæ nul-

la.

ta eſt: ſed miranda duritia, negāda patientia. Nihil aūt illic iure laudandum, nihil utiliter imitandum. Tantoq; rectius maiore ſupplicio dignum iudicaueris aīum, quāto magis vitioſus odit inſtrumēta uirtutum. Patientia comes eſt ſapiētiæ, non famula concupiſcētiæ. Patiētia amica eſt bonæ conſciētiæ, non inimica innocentiæ. Cum ergo videris quēquam patiēter aliq̄d pati, noli continuo laudare patiētiam, q̄ nō oñdit niſi cā patiendi. Qñ illa bona eſt, tūc iſta uera eſt. Qñ illa nō polluit cupiditate, tunc a falſitate iſta diſtinguit. Cum uero illa tenet crimine, tūc multum huius erratur in noīe. Non.n. ſicut oēs qui ſciūt ſunt participes ſciæ, ita oēs qui patiuntur ſunt participes patiētiæ: ſed qui paſſione recte utunt, hi patiētię ueritate laudantur, hi patiētiæ munere coronātur. Veruntñ vel cum pro libidinibus vel ēt ſceleribus, cū deniq; pro iſta tpali uita ac ſalute multa homines horrēda mirabiliter ſufferūt, ſatis nos admonēt quāta ſufferēda ſint pro uita bona, ūt etiā poſtea poſsit eſſe æterna, & ſine ullo tpis termino, ſine utilitatis illius detrimēto uera fœlicitate ſecura. Dñs ait, In ueſtra patientia poſsidebitis aīas ueſtras. Non ait, uillas ueſtras, laudes ueſtras, luxurias ueſtras: ſed aīas veſtras. Si ergo tāta ſuffert aīa ut poſſideat unde pereat, quanta debet ſufferre ne pereat? Deinde ut illud dicam q̄d culpabile nō eſt, ſi tāta ſuffert pro ſalute carnis ſuæ inter manus ſeccātium ſiue urētiū medicorū, quāta debet ſufferre inter furores quorumlibet inimicorū: cum medici ne corpus moriatur per pœnas corpori conſulāt, inimici aūt pęnas & mortē corporis cōminando, ut aīa & corpus in gehēna occidat impellant: q̄q̄ & ipſi corpori tūc prouidētius conſulat, ſi tpalis ſalus eius pro iuſtitia contēnatur, & pęna uel mors eius patiētiſsime pro iuſtitia ſufferatur? De corporis quippe redemptione quæ in fine futura eſt loquit Apoſt. ubi ait, Et ipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus adoptionē filiorum dei, expectātes redemptionē corporis noſtri. Deinde ſubiunxit, Spe.n. ſalui facti ſumus. Spes autem, quæ uī, nō eſt ſpes, Quod.n. uidet quis, quid ſperat? Si aūt quod non uidemus, ſperamus, per patientiā expectamus. Cum ergo torquent alia mala, ſed non extorquent opera mala, non ſolum

pro- patiē c. 6.

G

uera patiētia.

c. 11.

H

Rom. 8.

aīa per patientiam poſsidetur, uerumetiam cum per patiētiam corpus ipſum ad tps affligitur, uel amittitur, in æternam ſtabilitatem ſalutemq; reſumitur, & ei per dolorē & mortē inuiolabilis ſanitas, & fœlix immortalitas comparatur. Vnde & dñs Ieſus ad patiētiam exhortans martyres ſuos, ēt ipſius corporis integritatē futuram ſine cuiuſquam nō dicam mēbri, ſed & capilli amiſsione promiſit. Amen dico uobis, inquit, capillus capitis ueſtri non peribit. Vt qm nemo unquā, ſicut Apoſtolus dicit, carnem ſuam odio habuit, magis homo fidelis per patientiam q̄ per impatientiam pro ſtatu ſuæ carnis inuigilet, & futuræ incorruptionis inæſtimabili lucro quantalibet eius præſentia damna cōpenſet. Quāuis aūt patiētia uirtus ſit animi, partim tñ ea utitur aīus a ſeipſo, partim uero in corpore ſuo. In ſeipſo utitur patientia, qñ illæſo & intacto corpore, aliquid quod non expediat, uel nō deceat facere aut dicere, quibuſlibet aduerſitatibus aut fœditatibus rerū ſeu uerborū ſtimulis incitatur: & patienter mala oīa tolerat, ne ipſe mali aliquid opere uel ore committat. Per hāc patientiam ſuſtinemus etiam cum corpore ſani ſumus, ꝙ inter huius ſeculi ſcādala beatitudo noſtra differtur. Inde dictum eſt quod pauloante cōmemoraui. Si quod nō uidemus ſperamus, per patientiam expectamus. Patientia ſanctus Dauid conuiciantis opprobria tolerauit, & cum facile poſſet ulciſci, non ſolū nō fecit, uerum & alium pro ſe dolentē comotumq; cōpeſcuit: & ptātem regiam magis adhibuit prohibendo q̄ exercendo uindictam. Neq; tūc eius corpus aliquo morbo affligebatur, aut vulnere: ſed humilitatis tps agnoſcebat ac ferebatur uoluntas dei, pp quam patientiſsimo animo amaritudo contumelię bibebatur. Hanc patientiam dñs docuit, qñ commotus zizaniorum permixtione, ſeruis uolentibus ea colligere, dixit rñdiſſe patrem familias, Sinite utraq; creſcere, uſq; ad meſſem. Oportet.n. patienter ferri, q̄d feſtinanter nō oportet auferri. Huius & ipſe patientiæ præbuit & demonſtrauit exemplum, ꝙ ante paſsionē corporis ſui, diſcipulū* priuſquam oſtenderet traditorem, pertulit furē, & ante experimentum uinculorum & crucis, & mortis, labijs eius doloſis nō negauit

Patiētia quō utēdum c. 8.

Luc. 21.

Ephe. 5.

I

Patiētia animi, c. 9.

Rom. 8.

2. Re. 16.

K

Mat. 14.

al. diabolū Iudā.

Ioan.12. & 13. Mat.26. osculũ pacis. Hæc oĩa,& siqua alia sunt quæ cõmemorare longum est, ad eum patientiæ modum pertinent, quo aĩus nõ sua peccata, sed quæcunq; extrinsecus mala patiẽter sustinet in seipso, suo prorsus corpore illæso. *Patiẽtia gemina. c.10.* Alius est aũt patiẽtiæ modus, quo idem ipse aĩus quæcunq; molesta & grauia in sui corporis passionibus perfert, nõ sicut stulti vel maligni hoĩes ꝑꝑ adipiscenda uana vel scelera perpetranda, sed sicut a dño definitum est ꝑꝑ iustitiã. *Matt. 5. Heb. 11.* Vtroq; modo sancti martyres certauerunt. Nam & impiorum opprobrijs saturati sunt, ubi aĩus corpore intacto quasdã ueluti plagas suas integer sustinet: & L in corporibus uincti sunt, inclusi sunt, fame ac siti affecti sunt, torti sunt, secti sunt, dilaniati sunt, incẽsi sunt, trucidati sunt, & pietate immobiles subdiderunt deo mẽtem, cũ paterẽtur in carne quicquid exquirenti crudelitati uenit in mentẽ. Maius sanè patiẽtiæ certamẽ est, qñ non uisibilis inimicus persequẽdo atq; sequendo urget in nefas, qui palã & aperte a nõ cõsentiente uincatur. Sed ipse diabolus qui ẽt ꝑ filios infidelitatis tanq̃ ꝑ sua uasa filios lucis insequitur, per seipsum occultus impugnat, sequiendo instãs vt cõtra deũ fiat aliq̃d, uel dicatur. *De patiẽtia sancti Iob c.11. Iob 1.* Talẽ illũ Iob sanctus expertus est, vtraq; tentatione uexatus, sed in utraq; stabili patiẽtiæ robore & armis pietatis inuictus. Nam prius illæso corpore cũcta q̃ habebat, amisit, ut aĩus ante suæ carnis cruciatũ subtractis rebus quas magnipẽdere hoĩes assolent, frangeretur, & aduersus deũ loqueretur aliq̃d, his amissis ꝑꝑ q̃ illũ dolere putabat. Percussus ẽt oĩum subita orbitate filiorũ, ut quos singillatim susceperat, simul perderet, tanq̃ eorum numerositas nõ unde fœlicitas ornaretur extiterit, sed unde calamitas augeretur. Vbi autẽ ista perpessus in deo suo mansit immobilis, eius affixus est uolũtati, quẽ nõ posset amittere nisi propria uolũtate: & pro ijs q̃ perdidit eũ qui abstulit tenuit, in quo inueniret quod nunq̃ periret. M Neq;.n.ille abstulerat qui nocẽdi habuit uoluntatẽ, sed ille qui dederat ptãtẽ. *Cõparatio Iob ad Adã c. 12. Iob 12.* Aggressus est inimicus & corpus, nec ea q̃ homini extrinsecus inerant, sed ipsum iam hominẽ in qua potuit parte ꝑcussit. A capite usq; ad pedes ardebãt dolores, scatebãt uermes, sanies defluebat, manebat in putrido corpore aĩus integer, horrẽdosq; cruciatus carnis cõtabescẽtis inuiolata pietate & incorrupta patientia ꝑferebat. Aderat uxor, nec ferebat opẽ aliquã uiro, sed in deũ blasphemiã suggerebat. Non.n.eam diabolus, cũ ẽt filios abstulisset, tanq̃ nocẽdi imꝑitus reliq̃rat, q̃ quãtũ esset necessaria tẽtatori, iam in Eua didicerat, sed nõ alterũ Adã quẽ ꝑ mulierẽ caperet nõ inuenerat. Cautior fuit iste in dolorib. q̃ ille in nemorib. Ille uictus est in delicijs, iste uicit in pœnis. Cõsensit ille oblectamẽtis, nõ cessit iste tormẽtis. Aderãt & amici nõ ut in malis cõsolarent, sed ut mala suspicarent. Neq;.n.eũ qui tãta patiebat innocentẽ esse crede A bãt, nec tacebat eorũ lingua q̃d illius cõscia nõ habebat, ut inter immanes cruciatus corporis, ẽt falsis aĩus cederet opprobrijs. At ille sustinẽs in carne dolores suos, in corde errores alienos, cõiugis corripiebat insipiẽtiã, amicos docebat sapientiã, seruabat ubiq; patientiã. *Impatiẽtia sibi manus inferentium c.13.* Hinc intueant̃ q̃ sibi ingerũt mortẽ qñ quærunt̃ ad uitã, & sibi auferẽdo ꝑsentẽ, abnegant & futurã. Qui si ad Xp̃m negandũ uel aliq̃d cõtra iustitiã faciendum sicut ueri martyres cogerent̃, oĩa potius patiẽter ferre, q̃ sibi impatienter mortẽ inferre debuerant. Q̃d si fugiendorũ malorũ cã recte fieri posset, Iob sanctus se ipse perimeret, ut tãta mala in reb. suis, in filijs suis, in mẽbris suis diabolicæ crudelitatis effugeret. Non aũt fecit: Absit.n.ut in se committeret ipse uir sapiẽs, q̃d nec mulier suggesisit insipiẽs: q̃a etsi suggessisset, merito & hic illud audisset q̃d audiuit suggerẽdo blasphemiã. Locuta es tanquã una ex insipiẽtibus mulieribus, Si bona percepimus de manu dñi, mala quare nõ sustineamus? *Iob 2.* Et ipse q̃ppe patientiã ꝑdidisset, siue blasphemãdo sicut illa uoluerat, siue se interficiendo, q̃d nec illa ausa fuerat dicere, moreret̃: atq; eẽt inter illos de q̃b. dictũ est, Væ ijs q̃ ꝑdiderũt patiẽtiã: & augeret potius q̃ euaderet pęnas, q̃ post sui corporis mortẽ, siue ad blasphemorũ siue ad homicidarũ uel ẽt plus q̃ parricidarũ supplicia raperet̃. *Eccl.2.* B Si.n. parricida eo sceleratior est q̃ q̃libet homicida, q̃a non tm̃ hominẽ, uerumẽt propinquũ necat: in ipsis parricidis, quãto ꝓpinquiorẽ q̃sq; ꝑmerit, tãto iudicat̃ immanior: siue dubio peior est q̃ se occidit, q̃a nemo ẽ hoĩ seipso ꝓpinquior. Quid ergo miseri faciũt, q̃

cum & hic sibimet ingestas,& postea nõ so-
lũ impietatis aduersus deũ, sed ẽt ipsius quã
in se exercuerũt crudelitatis luãt debitas pę
nas,insuper quęrunt & martyrũ glorias : cũ
ẽt si pro vero Xp̃i testõ persecutionem pate-
rentur, & se interficerent ne aliquid a perse-
cutoribus paterentur, recte illis diceretur,
Væ ijs qui perdiderunt patientiam? Qũo .n.
iusto præmiũ patientiæ redditur,& si impa-
tiens passio corronatur ? Aut qũo innocens
Leu. 19. iudicabitur,cui dictum est,Diliges proximũ
tuum sicut teipsum:si homicidium commit
Patiẽtia tit in seipso quod committere prohibetur in
bonorũ. C proximo?Audiãt ergo sancti de scripturis sã
cap.14. ctis præcepta patientiæ.Fili accedens ad ser-
Eccle. 2. uitutẽ dei,sta in iustitia & timore,& præpa-
ra animã tuã ad tẽtationẽ. Deprime cor tuũ
& sustine, ut crescat in nouissimis uita tua,
Oẽ quod tibi superuenerit accipe,& in dolo
re sustine,& in humilitate tua patiẽtiã habe:
qm̃ in igne probatur aurũ & argentũ, hoĩes
uero receptibiles in camino humiliationis.
Et alio loco legitur. Fili ne deficias in disci-
plina dñi,neq; fatigeris cũ ab illo increparis.
Prou. 3. Quem.n.diligit dñs corripit, flagellat autẽ
Heb. 12. oẽm filium quẽ recipit.Qđ hic positũ est,fi-
lium quem recipit: hoc in supradicto testõ
est,homines receptibiles. Hoc.n.iustum est,
ut qui de pristina fœlicitate paradisi p̄p con
tumacem delitiarum appetentiã dimissi su-
mus, p̄ humilem molestiarũ patientiã reci-
piamur,fugaces mala faciendo,reduces ma-
la patiendo:ibi contra iustitiam faciẽtes, hic
pro iustitia patientes.Sed uera patientia quę
Deo fidens patientia. huius est nomine digna uirtutis, quærendũ
est unde sumatur. Sunt.n.qui eam tribuãt uiri-
cap. 15. bus uoluntatis humanæ, nõ quas habent ex
diuino adiutorio, sed quas ex libero arbi-
trio.Error ãt iste superbus est:Eorũ est.n.qui
Psal.22. abundant,de quibus dicitur in Psalmo.Op-
probrium eis qui abundant,& despectio su-
D perbis. Non est ergo ista patientia pauperũ,
Psal.9. quæ non perit in æternum. Hi.n.pauperes,
Psal.17. ab illo eam diuite accipiunt, cui dr̃, Deus
Iaco.1. meus es tu qm̃ bonorum meorũ non eges.
A quo est omne datum optimum, & oẽ do-
nũ perfectũ.Ad quẽ clamat egenus & pau p̄
qui laudat nomen eius,& petendo,quæren-
do,pulsando, dicit, Deus meus eripe me de
Psal.70. manu pctõris,& de manu legem prætereun

tis & iniqui, qm̃ tu es patiẽtia mea dñe, spes
mea a iuuentute mea.Isti ãt q̃ abũdãt,& ege
re ad dñm dedignantur, ne ab illo accipiant
verã patientiã, de sua falsa gloriantes,consi-
lium inopis volunt cõfundere, qm̃ dñs spes Psal.13.
eius est.Nec attẽdũt cũ homines sint,& suę,
id est,humanæ uoluntati tm̃ tribuunt,in il-
lud se incurrere quod scriptũ est, Maledict°
omnis, qui spẽ suã ponit in homine. Vnde Hie. 17.
ẽt si eis cõtingat ut aliqua dura & aspera,vel
ne displiceant hominibus, uel ne grauiora
patiãtur, uel sibi placẽdo amandoq; p̄sum-
ptionẽ suam eandẽ ipsa superbissima volun
tate sustineant: hoc illis dicẽdũ est de patien
tia, qđ de sapientia beatus Iacobus Aposto- E
lus dicit, Nõ est ista patientia desursum de-
scẽdẽs,sed terrena,aĩalis, diabolica. Cur eñ
nõ sit superborũ falsa patiẽtia,sicut su p̄borũ
falsa sapientia?A quo est ãt uera sapiẽtia, ab
illo est & vera patiẽtia. Huic.n.cãtat ille spũ Psal.61.
pauper,Deo subiecta est aĩa mea, quoniam
ab ipso est patiẽtia mea.Sed rñdent & loquũ
tur dicentes, Sicut uoluntas hominis sine vl Obiectio.
lo Dei adiutorio uiribus liberi arbitrij tam cap. 16.
multa grauia & horrenda perfert,siue in ani
mo siue in corpore, ut mortalis uitæ huius
& pctõrum delectatione perfruatur: cur nõ
eodem modo eadem ipsa voluntas hominis
eisdem uiribus liberi arbitrij, nõ ad hoc spe
rans se diuinitus adiuuari, sed sibi naturali
possibilitate sufficiens, quicquid laboris uel
doloris ingeritur, pro iustitia & uita æterna
patiẽtissime sustinet? An uero,inquiũt,ido-
nea est iniquorũ uolũtas, Deo nõ adiuuãte,
ut se ipsi in cruciatibus pro iniquitate,& an-
tequã ab alijs cruciẽtur,exerceãt: idonea est
uoluntas moras uitæ huius amantiũ, vt deo
non adiuuante, inter atrocissima & lõga tor
menta in mẽdacio perseuerẽt, ne sua facino
ra cõfitẽtes,iubeãtur occidi:& nõ est idonea
iustorũ voluntas,nisi ei uires desu p̄ suggerã F
tur quaslibet pœnas, vel ipsius decore iusti-
tiæ,vel æternæ uitę amore perferre?Qui hęc
dicũt, non intelligunt quemq; iniquorũ tan Solutio.
to esse ad q̃cũq; mala perferẽda duriorẽ,quã cap. 17.
to in eo maior est cupiditas mũdi: & quẽq;
iustorũ tanto esse ad quęcunq; mala perferẽ
da fortiorem, quãto in eo est maior charitas
Dei.Sed cupiditas mũdi initiũ habet ex arbi
trio uolũtatis, p̄gressum ex iocũditate uolu

Rom. 5. ptatis, firmamẽtũ ex uinculo cõsuetudinis.
Charitas ãt Dei diffusa est in cordib. nostris:
non vtiq; ex nobis, sed per spiritum sanctũ,
q datus est nobis. Proinde ab illo est patien-
tia iustorum, p quẽ diffunditur charitas eo-
rũ. Quã charitatem laudans atq; commen-
dans Apostolus, inter cætera eius bona dixit
eã & cuncta sufferre. Charitas, inqt, magna-
nima est. Paulopost ait, Omnia tolerat. Quã
1. Co. 13. tò ergo maior est in sanctis charitas Dei, tã-
to magis pro eo quod diligitur: & quãto ma
ior est in pctõribus cupiditas mũdi, tãto ma
gis pro eo quod cõcupiscitur, omnia tolerã-
tur. Ac p hoc inde est patientia uera iustorũ,
vñ est ĩ eis charitas dei: & inde ẽ patiẽtia fal
sa iniquorum, uñ est in eis cupiditas mũdi.
Propter qđ dicit Ioãnes Apostolus, Nolite
G diligere mũdũ, nec ea q̃ in mũdo sunt. Si qs
1. Ioan. 2. dilexerit mũdũ, dilectio patris non est in ip-
so: quia oẽ quod in mundo est, concupiscen
tia carnis est, & concupiscentia oculorũ, &
ambitio seculi: quæ nõ est a patre, sed ex mũ
do est. Hæc igitur concupiscẽtia, quæ nõ est
ex patre, sed ex mũdo, quãto fuerit in hoĩe
vehementior & ardentior, tanto fit quisque
pro eo quod concupiscit, omnium molestia
rũ dolorumq; patiẽtior. Idcirco, sicut supra
diximus, non est ista patientia desursum de-
Iaco. 3. scendens: patientia vero piorum desursum
est descẽdens a patre luminũ. Itaq; illa terre
na est, ista cœlestis: illa animalis, ista spirita-
lis: illa diabolica, ista deifica: qm̃ cõcupiscen
tia, qua fit vt peccantes omnia pertinaciter
patiantur, ex mundo est: charitas aũt, qua fit
ut recte uiuẽtes oĩa fortiter patiãtur, ex deo
est. Et iõ illi falsæ patiẽtię põt sine adiutorio
dei uolũtas humana sufficere: tanto durior,
quãto cupidior: & eo tolerabilius mala susti
nẽs, quo ipsa fit peior. Huic ãt, q̃ vera patien
tia est, iõ uolũtas humana, nisi desup adiuta
& inflãmata, non sufficit, qa spũssanctus est
ignis ei⁹: quo nisi accẽsa diligat impassibile
H bonũ, ferre nõ põt qđ patit malum. Sicut.n.
Patiẽtia vera & falsa. diuina testãtur eloquia, Deus charitas est, &
q manet in charitate, in Deo manet, & Deus
in eo: Quisqs ergo cõtẽdit haberi posse Dei
Cap. 18. charitatem sine Dei adiutorio, qd aliud con
1. Ioan. 4. tẽdit, nisi haberi Deum posse sine deo? Quis
aũt hoc dicat Christianus, qđ nullus audet
Rom. 8. dicere insanus? Exultãs ergo apud Apostolũ
vera, pia, fidelisq; patiẽtia, dicit in ore sãcto
rum, Quis nos separabit a charitate Christi?
Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fa-
mes? an nuditas? an periculũ? an gladius? Si-
cut scriptũ est, Quia pp te mortificamur to Psal. 43.
ta die, deputati sumus sicut oues victimæ.
Sed in his oĩbus superuincimus p eũ, q di-
lexit nos: Nõ p nos, sed p eum q dilexit nos.
Deinde seqtur & adiũgit, Certus sum em̃,
qa neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neque
principatus, neq; potestates, neq; præsentia,
neq; futura, neq; altitudo, neq; profundum,
neq; creatura alia poterit nos separare a cha
ritate Dei q̃ est in Xp̃o Iesu dño nr̃o. Hæc Rom. 5.
est illa charitas Dei, q̃ diffunditur in cordib.
nostris. non ex nobis, sed per spm̃ sanctum, q
datus est nobis. Malorum ãt concupiscẽtia, I
pp quã in eis est falsa patientia, non est ex
patre, sicut dicit Apostolus Ioannes, sed ex
mũdo est. Hic dicet aliqs, Si ex mũdo est cõ-
cupiscẽtia malorũ, p quã fit ut mala oĩa pro 1. Ioan. 2.
eo qđ ab illis cõcupiscit, perferãt, qũo ex eo Quid sit mũdus, & qui mũdani.
rũ dr̃ uolũtate? Quasi uero nõ & ipsi ex mũ-
do sint, cũ ab eis diligit mũdus: deserẽtes eũ
p quẽ factus est mũdus. Seruiunt.n. creaturę Cap. 19.
potius q̃ creatori, q est bñdictus in secula. Si Rom. 1.
ue itaq; mundi uocabulo Ioãnes Apostolus
dilectores significauerit mũdi, uolũtas, q̃ ex
ipsis est, vtiq; ex mũdo est, siue mundi noĩe
cęlũ & terrã, & q̃cũq; in eis sunt. hoc ẽ, vni-
uersã cõplexus sit creaturã: volũtas, pculdu
bio creaturæ, q nõ est creatoris, ex mũdo ẽ.
Propter qđ talib. dñs dicit, Vos de deorsum Ioan. 8.
estis, ego de sursum sum. Vos de hoc mũdo
estis, ego nõ sum de hoc mũdo. Apostolis ãt
dicit. Si de mũdo hoc essetis, mũdus qđ suũ Ioan. 15.
erat diligeret. Sed ne sibi amplius arrogarẽt,
q̃ eorũ mẽsura poscebat, & hoc qđ eos non
eẽ dixit ex mũdo, naturæ putarẽt eẽ, nõ grãæ,
Quia uero, inquit, de mũdo nõ estis, sed ego
elegi uos de mũdo, pp ea odit uos mũdus.
Ergo de hoc mũdo erãt: nã ut & de mundo
nõ essent, electi sunt de mũdo. Hãc autẽ ele K
ctionẽ nõ pcedẽtiũ in bonis operib. merito Nõ gratia ex merito, sed meritum ex gratia.
rũ, sed electionẽ grãæ demõstrãs Apostolus,
sic inqt. Et ĩ hoc tp̃e reliqæ p electionẽ grãæ
saluæ factæ sunt. Si ãt grã, iã nõ ex operib⁹, Cap. 20.
alioqn gratia iã nõ est gratia. Hæc ẽ electio Rom. 11.
gratiæ .i. electio qua p Dei gratiã hoies eli-
guntur. Hæc est, inquã, electio grãæ, qua om
nia

nia bona merita præueniũtur humana. Si.n. nullis bonis meritis datur, iam non gratis donatur, sed debita redditur: ac per hoc nõ vero noĩe gratia nuncupatur: ubi merces sicut
Psal. Rom. 4. idẽ dicit Apost. nõ imputatur ſm gratiã, sed ſm debitũ. Si autẽ ut uera sit grã.i. gratuita, nihil inuenit in hoĩe, cui merito debeat: qđ bene intelligitur & in eo, quo dictũ est, Pro nihilo saluos facies eos: pfecto ipsa dat merita, nõ meritis dat. Præuenit ergo ẽt fidẽ, ex
Psal. 55. Abac. 2. qua oĩa bona opera incipiunt. Iustus.n. sicut scriptũ est ex fide viuit. Porrò grã nõ solum adiuuat iustũ, uerumẽt iustificat impium. Et
Rom. ideo ẽt cum adiuuat iustũ, & uř eius meritis reddi, nec sic desinit esse grã, qm̃ id adiuuat qđ ipsa est largita. Propter hãc itaq; gratiã,
L quæ cuncta bona merita humana præcedit, non solum Xp̃s ab impijs occisus est: uerũ
Rom. 4. etiam pro impijs mortuus est. Et anteq̃ moreretur, nõ utiq; iustos, sed iustificandos elegit Apostolus, quibus ait, Ego uos de mũdo
Ioan. 15. elegi. Quibus.n. dixit, De mũdo nõ estis: ne putarẽt se nũq̃ fuisse de mũdo, mox addidit, Sed ego uos de mundo elegi. Profecto ut de mũdo nõ essent, ipsius in eos electione collatũ est. Quocirca si per suã iustitiã, non per gratiam eius eligerent, nõ de mundo electi essent: qm̃ de mundo iam nõ essent, si iã iusti essent. Deinde si pp ea sunt electi, q a iã iusti erant, ipsi priores iã dñm elegerant. Quis.n. põt esse iustus, nisi eligẽdo iustitiã? Finis aũt legis Xp̃s ad iustitiã oĩ credenti. Qui factus
Rom. 10. est nobis sapiẽtia a deo, & iustitia & sanctificatio, & redẽptio, ut queãdmodum scriptũ est, Qui gloriat, in dño glorief. Ipse est ergo
I. Cor. 1. Gatia & veteres seruati sunt. c. 21 nostra iustitia. Vnde & antiqui iusti ante incarnationem uerbi, in hac fide Xp̃i, & in hac uera iustitia, qđ est nobis Christus, iustificati sunt: hoc credẽtes futurũ, qđ nos credimus
Ephe. 2. factũ. Gratia salui facti per fidẽ, non ex seip-
M sis, sed dei dono: non ex operib. ne forte extollerentur. Bona quippe opera eorum non præuenerunt misericordiam dei, sed secuta sunt. Ipsi quippe audierunt, ipsi scripserunt
Exo. 33. longe anteq̃ Christus uenisset in carne, Miserebor, cui misertos ero: & misericordiam præstabo cui misericors fuero. E quibus dei uerbis, tanto post Apost. Paulus diceret, Igit non uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Ipsorum ẽt uox est longe ante quam Xp̃s uenisset in carne. Deus meus, misericordia eius prçueniet me. Qũo aũt possent alieni esse a fide Christi, quorũ charitate ẽt nobis prçnũciatus est Xp̃s, sine cuius fide quisquam mortalium nec fuit, nec est, nec esse aliq̃n poterit iustus? Si ergo iam iusti a Christo eligerentur Apostoli, prius illum ipsi elegissent, ut iusti eligi possent, sine illo iusti esse possent. Sed nõ ita factũ est, ipse quippe illis ait, Nõ uos me elegistis, sed ego uos ele- *Rom. 9. Psal. 58.*
gi. Vnde dicit Apost. Ioãnes. Non q̃ dilexe- *Ioan. 15.*
rimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos. *1. Ioan. 4*
Quod cum ita sit, quid est hõ utens in hac uita propria uoluntate, antequam eligat & diligat deum, nisi iniustus & impius? Quid est, inquam, homo, aberrãs a creatore creatura, *Ante gratiã iniusti oẽs. c. 22.*
nisi creator eius memor sit eius, & eligat eũ A
gratis, & diligat gratis, quia ipse non potest eligere uel diligere, nisi prius electus dilectusq; curetur, qui cæcitate eligẽda nõ cernit, & lãguore diligẽda nõ fastidit? Sed forte quis dicat, Qũo deus prius eligit & diligit iniquos, aut iustificat, cum scriptum sit, Odi- *Psal. 5.*
sti dñe oẽs operantes iniquitatem? Qũo putamus, nisi miro & ineffabili modo? Et tñ ẽt nõ possumus cogitare quòd medicus bonus ægrotũ & odit & diligit. Odit.n. quia ęgrotat: qui diligit ita ut ægritudinem pellat.

Hęc pp charitatem dicta sint, sine qua in nobis non potest esse uera patientia: quia in bonis charitas dei est, quæ tolerat oĩa, sicut in malis mundi cupiditas. Sed hæc charitas per spiritũsanctũm est in nobis, qui datus est nobis. Vnde a quo nobis est charitas, ab illo est patiẽtia. Mundi aũt cupiditas q̃n patiẽter sustinet, onera cuiuslibet calamitatis, gloriat de uiribus propriæ uoluntatis tanq̃ de stupore morbi, nõ de robore sanitatis. Insania est ista gloriatio, nõ est patientiæ, se dementiæ. Volũtas ista tanto uř patiẽtior acerborũ malorum, quãto est tpalium bonorũ, quia inanior æternorũ. Qđ si eã exagitat & inflammat fallacibus uisis, & suasionib. immundis diabolicus spiritus: & maligna conspiratione sociatus, efficit hoĩs uoluntatem, uel errore demẽtem uel appetitu cuiuslibet mundanæ delectationis ardentẽ quæcunq; uñr intolerabilia mirabiliter sustinere, nõ tñ ideo etiã uoluntas mala sine instigatione alterius immundi spiritus, sicut uolũtas bona

Cupiditas fons malæ patientiæ. c. 23. 1. Co. 13. Rom. 5.

B *Ipsa voluntas concipit malitiã. c. 24.*

sine adiutorio sancti spūs non pōt esse. Nam esse posse uoluntatem malam ēt sine aliquo spiritu uel seducēte uel incitante, in ipso diabolo satis oñditur: qui per nullū aliū diabolū propria uoluntate factus diabolus inuenitur. Volūtas itaq; mala siue cupiditate rapiatur, siue timore reuocetur, siue lætitia diffundatur, siue tristitia contrahat̃, atq; in his oīb. perturbationibus animi quæcunq; sunt, alijs uel alio tp̄e grauia contēnat & pferat: pt & sine alterius spūs instinctu seipsam seducere, & defectu a superioribus in inferiora lapsando, quanto iocundius æstimauerit, C qđ adipisci appetit, uel amittere metuit, uel adeptum gaudet, vel amissum dolet: tāto tolerabilius perferre, qđ sibi minus est ad patiendū, q̃ ad fruendū. Quicquid.n illud est, ex creatura est, cuius nota uolūtas. Quodāmodo.n. familiari contactu atq; connexu ad experiendā eius suauitatē, adiacet amāti creaturæ amata creatura. Voluntas aūt creatoris, de qua scriptū est, Et torrente uoluptatis tuæ potabis eos: longe alterius generis est: neq; enim sicut nos creatura est. Nisi ergo amor eius det̃ inde nobis, non est unde esse possit in nobis. Ac per hoc voluntas bona, qua diligitur deus, in hoīe non pōt esse, nisi in quo deus operatur & uelle. Hæc igit̃ uolūtas bona, i. uoluntas deo fideliter subdita, uoluntas sanctitate superni ardoris accensa, uoluntas quæ diligit deū & proximū pp̄ deum: siue amore, de quo rñdit Apostol. Petrus, Dñe tu scis quia amo te: siue timore, de quo dicit Apostolus Paulus, In timore & tremore uestrā ipsorum salutē operamini: siue gaudio, de quo dicit, Spe gaudentes, in tribulatione patiētes: siue tristitia, qualē se dixit habuisse magnā pro fratribus suis, quæcunq; amara & aspera sufferat, charitas dei est, quæ oīa tolerat, q̃ non diffunditur in cordibus nostris, D nisi per spiritūsanctum, qui datus est nobis. Vnde nequaq̃ dubitante pietate, sicut charitas sanctæ amantiū, ita patientia pie tolerantiū dei donū est. Neq;.n. diuina scriptura fallit, aut fallitur, q̃ non solū in ueteribus libris habet huius rei testimonia, cū deo dr̃, Patientia mea tu es: & ab ipso est patientia mea: & ubi alius propheta dicit accipere nos spiritū fortitudinis: uerumēt in Apostolicis literis legit̃, Quia uobis datū est p Xp̄o, nō solū ut

Bona uoluntas nō nisi ex deo. c. 25

Ioan. 21. Phil. 2. Rom. 13. 1. Co. 13. 1. Co. 13. Rom. 5.

Schismatici patiētia pro Christo quantum ualeat. Cap. 26. Psal. 61. Phil. 1. Ephe. 5.

credatis in eū, sed ut ēt patiamini pro eo. Nō ergo quasi de proprio faciat aīum elatū, qđ sibi audit esse donatū. Si quis aūt non habēs charitatē, quæ pertinet ad unitatem spūs, & vinculū pacis, quo catholica ecclesia cōgregata connectitur, in aliquo schismate cōstitutus, ne Xp̄m neget, patitur tribulationes, angustias, famē, nuditatē, persecutionē, pericula, carceres, uincula, tormenta, gladiū uel flāmas, uel bestias, uel ipsam crucē timore gehennarū & ignis æterni: nullo mō ista culpanda sunt, immò uero & hæc laudanda patientia est. Non.n. dicere poterimus, melius ei fuisset ut Xp̄m negādo nihil eorū pateretur, E q̃ passus est confitēdo: sed existimādum fortasse tolerabilius ei futurū iudicium, q̃ si Christū negando cūcta illa uitaret: ut illud qđ ait Apost. Si tradidero corpus meū ut ardeā, charitatē aūt nō habeā, nihil mihi prodest: nihil prodesse intelligat̃ ad regnū cœlorū obtinendū, nō ad extremi iudicij tolerabilius suppliciū subeundū. Sed merito q̃ri pōt, utrū ista patientia donū dei sit, an uirib⁹ tribuendū sit uolūtatis humanæ, qua quisq; ab ecclesia separatus, nō pro errore, qui eum separauit, sed pro ueritate sacri seu uerbi, q̃ apud eū remansit, timore pœnarū æternarū, pœnas patitur tp̄ales. Cauendū est.n. ne forte, si dei donum istā patientiā dixerimus, hi quib. inest ēt ad regnū dei pertinere credantur. Si aūt donū dei esse negauerimus, cogamur fateri, sine adiutorio & munere dei in uolūtate hoīs esse posse aliq̃d boni, Neq;.n. hoc non est bonū, ut credat hō æterno supplicio se esse puniendum, si negauerit Christum, ut pro ista fide qualecunq; supplicium perferat & contēnat humanū. Proinde sicut negandum non est ēt hoc esse donū dei, ita intelligēdum est alia esse dei dona filiorum illius Hierusalem, quæ sursum libera est mr̃ F nostra. Hæc sunt.n. quodammodo hæreditaria, in quibus sumus hæredes dei, cohæredes aūt Christi. Alia uero, quæ pñt accipere etiā filij concubinatum quibus iudæi carnales & schismatici uel hæretici cōparantur. Quanuis enim scriptum sit, Eijce ancillam & filiū eius, neque enim hæres erit filius concubinæ cū filio meo Isaac. & Abrahæ dixit deus, In Isaac uocabitur tibi semen: quod sic est Apostolus interpretatus, ut diceret, i. nō qui filij

1. Co. 13. Quæstiuncula. Cap. 28

Gala 4. Dona uaria. Cap. 28 Rom. 8. Gala. 4 Gen. 21.

filij carnis, hi filij dei, sed filij promissionis
Rom.9. deputant̄ in semine ut intelligeremus semē
Gal.4. Abrahæ s̄m Isaac ꝑ ꝑ Christum ad dei filios
pertinere, qui sunt corpus Christi & membra, i. Ecclesia dei una, uera, germana, catholica, tenens piam fidē: non eam quæ per elationē uel timorē, sed eam quæ per dilectionē operatur: Tñ ēt filios concubinarum, qñ
Gal.5. a filio suo Isaac diuisit Abrahā, nonnulla eis largitus est munera, ne relinquerentur oīno inanes, non ut tenerent̄ hæredes. Sic.n.legimus, Dedit aūt Abraham oēm cēsum suum Isaac filio suo, & filijs concubinarū suarum dedit Abrahā munera, & diuisit eos ab Isaac filio suo. Si ergo filij sumus liberæ Hierusalem, alia dona exhæredatorū, alia intelligamus hæredum. Hi.n.hæredes sunt, quib. dr̄,
G Non.n.accepistis spiritum seruitutis iterum
Rom.8. in timore, sed accepistis spiritum adoptionis
De fructu patientiæ pauperū Christi.c.29. filiorum, in quo clamamus, abba pr̄. Clamemus ergo spiritu charitatis, sed donec uenia mus ad hęreditatē, in qua semꝑ maneamus, liberali amore simus, non seruili timore. Patiēter clamemus, quandiu pauperes sumus, donec illa hæreditate ditemur. Magna quippe inde pignora accepimus, ꝙ ad nos ditandos pauper factus est Xp̄s, quo in supernas diuitias exaltato, missus est qui sancta desideria nostris cordib. inspiraret sp̄ūssanctus. Horum pauperū adhuc credentiū, nondum contēplantium: adhuc sperantiū, nondū tenentiū: adhuc desiderio suspirantiū, nōdum fœlicitate regnantiū. adhuc esurientium &
Psal.8. sitientium, nondū satiatorum: Horum ergo pauperū patientia nō peribit in æternū: non quia & illic patientia erit, ubi qđ toleret̄ nō erit, sed non peribit. sicut dictū est, q̄a infructuosa non erit. Fructū aūt habebit æternū, ideo non peribit in æternū. Quisquis aūt laborat inaniter, cum eum spes fefellerit, ꝑ ꝑ quam laborat, merito dicit, Perdidi tm̄ laborem: quisquis uero ad sui laboris promissa
H peruenerit, gratulans dicit, Non perdidi laborem meum. Dr̄ ergo labor nō perisse, nō quia manet perpetuus, sed quia non est inaniter fusus. Sic & patientia pauperū Christi, sed ditandorū hæredum Christi non peribit in æternum: non quia & illic patienter ferre videbimur, sed quia pro ijs, quæ hic patienter pertulimus, æterna beatitudine perfruemur. Non dabit finē sempiternæ fœlicitati, qui donat tp̄alem patientiā uoluntati, quia utrunq; munus donatæ donatū est charitati.

FINIS.

LIBER DE BONO SIVE PERfectione uiduitatis ad Iulianam: titulus talis habebatur, Augustinus Episcopus seruus Christi, seruorumq; Christi, religiosæ famulæ dei Iulianæ in domino dominorum salutem.



NE petitioni tuæ, & in Christo dilectioni diutius essem debitor promissionis meæ, arripui utcunq; inter alias urgentissimas occupationes meas de ꝓfessione sanctæ uiduitatis aliquid ad te scribere: qm̄ & præsentem me rogādo * onerasti, & cum tibi hoc non potuissem negare, sepe promissum meum literis flagitasti. In quo sanè opere nostro cū aliqua legeris ad tuam uel ad uestram, quæ simul in Christo uiuitis, personā minime pertinere, nec ideo admonitioni uitæ uestrę proprię necessaria, non ideo debebis superflua iudicare. Istæ quippe literæ quāuis ad te, non tñ tantummodo tibi scribendæ fuerant. sed ut alijs per te quoq; prodessent, non utiq; a nobis negligendum fuit. Quicquid ergo hic inueneris, quod uobis necessariū uel nunq̄ fuerit, vel iam non sit, & tñ alijs esse prospexeris, nec habere te pigeat, nec dare legendū, ut & tua charitas sit utilitas aliorum. Cum igitur in omni quęstione, quæ ad uitam moresq; pertinet, non sola doctrina, uerumēt exhortatio sit necessaria: ut doctrina quid agendum sit nouerimus, exhortatione aūt excitemur, ne pigeat agere quod agendum esse iam nouimus: quid ergo amplius te doceam q̄ id qđ apud Apostolum legimus? Sancta.n.scriptura nostræ doctrinæ regulam figit, ne audeamus sapere plusq̄ oportet sapere: sed sapiamus, ut ipse ait, ad temperantiam, sicut unicuiq; deus partitus est mensuram fidei. Non sit ergo mihi aliud te docere, nisi uerba tibi doctoris exponere, & de ijs quod dñs dederit disputare. Ait itaq; Apostolus doctor gentium uas electionis, Dico autem innuptis & uiduis, bonū esse illis si sic permanserint,

Ad unā scribit, sed non uni art.c. 1. I
al. honorasti.
k Rom.12.

sicut

Innuptæ quæ Pau-lo.c. 2. sicut & ego. Hęc uerba ita intelligēda sunt, non existimemus uiduas nō oportere innuptas dici, quia nuptias uñr expertę: innuptarum.n. noīe illas significat, quæ non sunt nu-
L ptijs alligatæ, siue fuerint, siue non fuerint.
1.Cor.7. Quod alio loco aperit, ubi ait, Diuisa est mulier innupta & uirgo. Qñ utiq; & uirginem adiungit, quid mulierem innuptā, nisi uiduā vult intelligi? Vnde etiā deinceps uno innuptæ noīe professionem utranq; cōplectitur, dicens, Quæ innupta est solicita est ea quæ sunt dñi, quō placeat dño, quæ autem nupta est, solicita est ea quæ sunt mundi, quō placeat uiro. Innuptam certe non eam tm̄ intelligi uoluit, quę nunq̄ nupsit, sed etiam eam, quæ nuptiarum uinculo per uiduitatē liberata nupta esse destitit: nam ideo & nuptam non dicit, nisi eam quæ uirum habet, non ēt eam quæ habuit, & non habet. Quapropter uidua oīs innupta est: sed quia non oīs innupta est, sunt.n. & uirgines, ideo hic utrunq; posuit, ubi ait, Dico autē innuptis & uiduis: tanq̄ diceret, Quod dico innuptis, non eis solis dico quæ uirgines sunt, sed ēt eis quæ uiduæ sunt, bonū esse illis, si sic permāserint
Fides cō-iugij. c. 3 sicut & ego. Ecce est bonum tuum ei bono comparatum, quod dicit Apostolus suum, si fides adest, immo quia fides adest. Breuis est ista doctrina, nec ideo contēnenda quia breuis: sed ideo facilius, & clarius tenenda, quia in breuitate non uilis: non.n. qualecunq; bonum hic commendat Apostolus, quod fidei nuptarum sine ulla ambiguitate præposuit: quantum.n. bonum habeat nuptarū fides .i.
M Christianarum & religiosarum coniugatarum, huic intelligi potest: ꝙ cum de fugienda fornicatione præciperet, ubi utiq; & con-
1.Cor. 2. iugatos alloquebatur, Nescitis, inquit, quia corpora uestra mēbra sunt Christi, Tm̄ ergo bonū est fidelis coniugij, ut etiam ipsa mem-
al. quo-niam. bra sint Christi. Hoc autē bono, *melius est bonum continentiæ uidualis, non hac professione id agitur, ut aliquid plus sit catholica uidua, q̄ membrorum Christi, sed ut meliorem q̄ coniugata locum habeat inter mē-
Reg. 12. bra Christi. Dicit quippe idem Apostolus, Sicut.n. in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eosdem actus habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius sunt membra, habētes dona diuersa ſm gratiam quæ data est nobis. Ideo etiam cum moneret coniugatos, ne debito carnalis commixtionis fraudarent inuicem: & per hoc alter
A eorum negato sibi debito coniugali, per intemperantiam suā tentatus a satana, in fornicationem prolaberetur: hoc aūt dico, inquit, ſm ueniam, nō ſm imperium. Volo autem
1.Cor.7. omnes esse sicut meipsum. Sed unusquisq; proprium habet donum a deo, alius quidē sic, alius uero sic. Vides ēt coniugalē pudi-
Iterata nuptiæ nō damnantur c. 4. citiam, & tori Christiani matrimonialem fidem donum esse, & hoc a deo: ut illud quod ultra liberorum procreandorum necessitatem modum concumbendi aliquatenus cōcupiscentia carnalis excedit, nō nuptiarum sit hoc malum, sed ueniale sit ꝑ ꝑ nuptiarū bonum. Non.n. de coniugio, quod copulat liberorum procreandorum causa, & fide pudicitiæ coniugalis, & indissolubili, quandiu ambo uiuunt, matrimonij sacramento, quæ oīa bona sunt: sed de illo immodico carnis usu qui in infirmitate cōiugum agnoscit, & interuentu boni nuptialis ignoscit, ait Apostolus, Secundum ueniam dico, non ſm im-
1. Cor.7. perium. Item cum dicit. Mulier alligata est, quandiu uir eius uiuit, ꝙ si mortuus fuerit uir eius, liberata est: cui uult nubat, tm̄ in domino: beatior aūt erit si sic permanserit, ſm meum consilium: satis ostendit beatam esse in dño, etiam post mortem uiri iterum nubentem fidelem, sed in eodem dño uiduam
B beatiorē: hoc est, ut scripturarum non tantū uerbis, uerumetiam exemplis loquar, beatam esse Ruth, sed Annam beatiorem. Quapropter hoc primum oportet ut noueris, bono quod elegisti non damnari secundas nuptias, sed inferius honorari: nam sicut bonū sanctæ uirginitatis, quod elegit filia tua non
al. primas. damnat * unas nuptias tuas, sic nec uiduitas tua cuiusquam secundas. Hinc.n. maxime Cataphrygarum ac Nouatianorum hæreses tumuerunt, quas buccis sonantibus non sapientibus etiam Tertullianus inflauit, dum secundas nuptias tanquā illicitas maledico dente concidit, quas oīno licitas Apostolus sobria mente concedit. Ab hac sanitate doctrinæ, nullius indocti, nullius docti disputatione mouearis: nec ita extollas bonum tuum, ut qđ malum non est, tanq̄ malū cri-
mineris

mineris alienũ: sed tãto magis gaude tuo bo
nõ, quãto magis vides non tm̃ illo deuitari
mala, sed quædã ẽt bona superari. Mala sunt
C .n. adulteriũ uel fornicatio. Ab his ãt illicitis
ualde lõge est, q̃ voti libertate se obstrinxit,
Nõ ideo malũ coniugiũ si melior ẽ castitas. & sibi ẽt licita ne licerent, nõ imperio legis,
sed cõsilio charitatis effecit. Et bonũ est pudi
citia coniugalis, sed melius bonũ est conti-
nẽtia uidualis. Hoc ergo melius illius boni
Cap. 5. submissione honoratur: nõ illud bonũ me-
1.Cor.7. lioris huius laude dãnatur. Qđ ãt Apostolus
cũ cœlibum & innuptarũ commẽdaret fru-
ctũ, quia cogitant q̃ sunt Dei qũo placeant
Deo, subiecit & ait, Hoc ãt ad vtilitatem ue
strã dico, non ut laqueum uobis inijciam: id
est, nõ vt vos cogam, sed ad id qđ honestum
est hortor: non quia innuptarũ bonum hone
stũ dixit, ideo putare debemus turpe esse vin
culũ cõiugale, Alioqn ẽt primas nuptias cõ-
dẽnabimus, quas nec Cataphryges, nec No
uatiani, nec disertissimus eorum astipulator
Tertullianus turpes ausus est dicere. Sed quẽ
admodũ cũ ait, Dico ãt innuptis & uiduis,
bonũ esse illis si sic permãserint: utiq; bonũ
posuit pro meliore, qm̃ oẽ quod bono cõpa
ratũ melius dr̃, ẽt hoc ꝓculdubio bonũ est.
nã quid est aliud qđ ita dr̃ melius, nisi quod
magis bonum est? nec iõ cõsequẽter eũ sen-
sisse arbitramur, malũ esse si nupserint, qm̃
D dixit bonũ est illis si sic ꝑmãserint. Ita ẽt cũ
ait, sed ad id qđ honestum est, non matrimo
nium turpe esse mõstrauit, sed qđ honestum
erat, honestius generalis honesti noĩe cõmẽ
dauit, Quia honestius qd est, nisi qđ magis
honestũ est? Magis ãt honestum, vtiq; hone-
stum est. Aperte qppe declarauit, hoc eẽ bo
no illo melius, vbi ait, Qui dat nuptũ bñ fa-
cit, & q nõ dat nuptũ melius facit & hoc il-
lo beato beatius, vbi ait, Beatior ãt erit, si sic
ꝑmãserit. Sicut ergo bono melius, & beato
beatius, sic honesto honestius est, qđ hone-
stum voluit appellare. Absit.n. ut turpe sit vñ
1.Pet.3. loquens Apostolus Petrus ait, Viri uxoribus
vestris tãquã uasi infirmiori & subiecto tri-
buite honorem quasi cohærentibus gratiæ.
Et illas alloquẽs subditas esse uiris suis exẽ-
Ibidem. plo Saræ adhortatur. Nã sic quædã, inqt, san
ctę mulieres: quæ in dñm sperabant, orna-
bant se obsequentes uiris suis: qũo Sara obe
diebat Abrahæ dñm eum uocans, cuius fa-

ctæ estis filię, benefacientes & non timentes
vllam perturbationem. Vñ & illud quod de *Et coniugatorum*
innupta Paulus Apostolus dixit, Vt sit sãcta *membra*
& corpore & spũ, non sic accipiẽdũ est, qua *sancta.*
si nupta fidelis & casta, & ſm scripturas sub- E
dita uiro, non sit sancta corpore, sed tm̃mo- *Cap. 6.*
do spũ. Fieri.n. non potest vt sanctificato spi *1.Co.7.*
ritu, non sit sanctum ẽt corpus, quo sanctifi-
catus utitur spũs. Sed ne cuiquã nos potius
argumẽtari, q̃ hoc diuino eloquio probare
videamur, qm̃ petrus Sarã cõmemorãs, San
ctæ, inquit mulieres tm̃modo: non ait, & cor
pore: illud eiusdem Pauli consideremus, ubi
prohibens fornicationes ait. Nescitis qa cor
pora vestra mẽbra sunt Xpi? Tollẽs ergo mẽ *1.Co.6.*
bra Christi, faciã membra meretricis? Absit.
Audeat ergo aliquis dicere membra Christi
sancta non esse: aut uero audeat a membris
Christi fideliũ cõiugatorũ corpora separare?
Vñ etiã paulopost ait, Corpus uestrum tem
plũ in uobis est spũssancti, quem habetis a
Deo, & non estis vestri. Empti estis precio
magno. Corpus fideliũ & mẽbra Christi esse *Ibidem.*
dixit, & tẽplũ spũssancti, ubi profecto vtrius
que sexus fideles intelligũtur. Ibi ergo sunt
nuptæ ibi & innuptæ, sed distinctæ meritis:
& tanquam membris membra prælata, quo
rũ tñ neutra sint a corpore separata. Qđ igit
de innupta loquẽs ait, Vt sit sancta & corpo
re & spũ: ampliorẽ innuptarũ & in corpore
& spũ sanctificationẽ intelligi uoluit, nõ cor
pus nuptarũ omnino sanctificatione priua-
uit. Disce itaq; bonũ tuum, immo memento
ꝗ didicisti, bonum tuum amplius laudari,
qa est aliud bonũ quo sit hoc melius, q̃ si ali
ter hoc bonũ esse nõ posset, nisi illud malum
esset, aut omnino nõ esset. Habent oculi in
corpore magnũ honorẽ, sed minorẽ haberẽt
si soli essent, & alia minoris honoris mẽbra
non essent. In cęlo ipso sua luce sol lunã su-
perat, non uituperat. Stella ab stella differt in
gloria, non dissidet in superbia. Ideo fecit *1.Co.15*
Deus omnia, & ecce bona valde: non tm̃ bo *Gene. 1.*
na, sed etiã ualde: nõ ob aliud nisi quia oĩa.
Nã & ꝑ singula opera dicebatur. Vidit deus
quia bonum est. Vbi autẽ omnia nominata
sunt additũ est, valde, & dictum, Vidit Deus
omnia q̃ fecit, & ecce bona ualde. Meliora
.n. quædam singula q̃ alia singula: sed melio
ra simul omnia quàm quælibet singula. Xpi
itaque

itaq; te doctrina sana in eius corpore sanam faciat ꝑ eius gratiã, ut id qđ aliis melius habes in corpore, & spũ, idem ipse spũs tuus ꝙ corpori dominatur, nec extollat insolenter, nec discernat inscienter, Nec ꝗa dixi Ruth
G beatam, Annã beatiorẽ, cũ illa bis nupserit, hæc vno viro cito uiduata diu uixerit continuo etiam te meliorem putes esse ꝙ̃ Ruth. Alia quippe propheticis temporibus sanctarũ fœminarũ dispensatio fuit, quas nubere obedientia nõ concupiscẽtia cõpellebat, ut propagaretur populus Dei, in quo præmitterẽtur prophetæ Xpi: cũ & ipse populus ꝑ ea ꝙ̃ in figura cõtingebãt in illis, siue in ijs qui scirẽt, siue in ijs ꝗ illa nescirent, nihil aliud esset ꝙ̃ Propheta Christi, ex quo nasceretur ẽt caro Xpi. Vt ergo ille populus propagaretur, maledictus habebatur ꝑ legis sentẽtiam ꝗ nõ suscitaret semẽ in Israel. Vñ & sanctæ mulieres accendebantur nõ cupiditate cõcũbẽdi, sed pietate pariendi, ut rectissime credãtur coitũ non fuisse ꝗ̃situræ si proles posset aliter prouenire. Et viris vsus pluriũ viuarũ concedebatur vxorum. Cuius rei nõ concupiscentiã carnis, sed prouidẽtiã generationis fuisse cãm illud oñdit: ꝙ sicut viris sanctis habere plures vxores viuas non ita etiã sanctis fœminis licebat misceri maritis pluribus uiuis, quoniam tanto essent turpiores, quãto magis appeterent vñ non essent fęcundiores. Proinde sancta Ruth, cũ semẽ quale
H illo tꝑe necessariũ fuit in Israel nõ haberet, mortuo uiro ꝗ̃siuit alterũ de quo haberet. Hac itaq; bis coniugata ideo Anna vno viro viduata beatior fuit quia & prophetissa Xpi esse meruit. Quam credendũ est etiã si filios nullos habuit, quod quidem scriptura reticẽdo reliquit incertũ, eo spũ præuidisse Xpm ex uirgine proxime esse venturum, quo potuit agnoscere & paruulum. Vñ merito etiã sine filiis, si tamen eos non habuit, secundas nuptias recusauit: quia nouerat iam tp̃s esse quo Christo non officio pariendi, sed studio continendi, nec coniugalibus fœtandis uisceribus, sed castificandis vidualibus moribus, melius seruiretur: Si vero etiam sciebat Ruth per suã carnẽ propagari semen, unde Xp̃s carnẽ fuerat habiturus, & huic scientiæ nubendo exhibuit ministeriũ, non audeo iã dicere beatiorem fuisse Annæ uiduitatem ꝙ̃ illius fœcunditatem. Tu aũt quæ & filios habes & in seculi fine uiuis, quo iam tp̃s sit nõ mittẽdi lapides, sed colligendi: nõ amplectẽdi, sed cõtinendi ab amplexu, cũ clamet Apostolus, Hoc ãt dico fratres tp̃s breue est, reliquum est vt & qui habent uxores, tãquã nõ habentes sint: profecto si secundas nuptias appetiisses, nullum prophetiæ vel legis obsequium, nullũ prolis saltẽ carnale desideriũ, sed solius incontinẽtiæ fuisset indiciũ. Fecisses.n. quod ait Apostolus, cum dixisset, bonũ esse illis si sic permãserint sicut & ego: cõtinuo ꝗppe addidit, Quòd si se non cõtinent, nubant: malo.n. eas nubere ꝙ̃ vri. Hoc.n. dixit, vt effrenatę libidinis malũ non pręcipitaretur in turpitudinẽ flagitiorũ, cũ exciperet honestate nuptiarũ. Gratias aũt dño, quoniã peperisti quod esse noluisti, & virginitas prolis tuæ compensauit dispendiũ uirginitatis tuę. Nã diligẽter interrogata doctrina Christiana, & primas nuptias iã isto tꝑe, nisi incõtinentia sit impedimento, contemnendas esse rñdet. Qui.n. dixit, Si se non continent nubant: potuit dicere, Si filios non habent, nubant. Sed post resurrectionẽ prædicationẽq; Christi, qñ iã ex omnibus gentibus filiorum spiritaliter gignendorum tanta suppetit copia, tale officium eesset ex carne filios propagare, quale primis tẽporibus fuit: Et ꝙ alibi dicit, Volo igitur iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse: nuptiarũ bonum Apostolica sobrietate & authoritate cõmendat non procreandi officium etiam eis, quæ continentiæ bonum capiunt tanquã ad obsequelã legis imponit. Deniq; cur hoc dixerit, pandit, cũ adiungit & dicit, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia, ꝗã.n. quædã conuersæ sunt retro post satanam: ut his verbis eius intelligamus, eas quas nubere voluit melius posse continere ꝙ̃ nubere, sed melius nubere ꝙ̃ retro post satanã ire: id est, ab illo excellenti uirginalis vel vidualis castitatis proposito, in posteriora respiciẽdo cadere & interire. Proinde quæ se non continent, nubant antequã continentiã profiteantur, antequã Deo voueant, qđ nisi reddãt, iure damnantur. Alio quippe loco de talibus dicit, Cum.n. in delitiis egerint in Xpo nubere uolũt habẽtes dãnationem, quoniã primam fidẽ irritam fecerunt: id est, uoluntatẽ

Veterum polygynecia & fœcunditas.

Cap. 7.

Quare sit viduis concessa nubendi facultas.

I

Cap. 8.

Eccle. 3.

1. Cor. 7.

Ibidem.

1. Ti. 5.

k

Ibidem.

ad nuptias a proposito continentiæ deflexerunt. Irritã quippe fecerũt fidẽ qua prius uouerant, qđ perseuerãtia implere noluerunt. Nuptiarũ igiť bonũ semper est quidẽ bonũ: sed in populo dei fuit aliqñ legis obsequiũ: nũc est infirmitatis remediũ: in quibusdam uero humanitatis solatiũ. Filiorum quippe
L procreationi operã dare nõ canino more ꝑ usum promiscuũ fęminarũ, sed honesto ordine coniugali nõ est in hoïe improbandus affectus, ẽt ipsum tñ laudabilius transcendit & uincit cœlestia cogitãs aïus Christianus. Sed qm̃ sicut ait dñs, Non oẽs capiũt uerbũ hoc, quæ põt ergo capere capiat: quæ se non cõtinet, nubat: q̃ non cœpit deliberet, q̃ aggressa est, perseueret: nulla aduersario detur occasio, nulla Xp̃o subtrahať oblatio. In coniugali quippe uinculo si pudicitia cõseruať, dãnatio nõ timetur, Sed in uiduali & uirginali continẽtia, excellẽtia muneris amplioris expetiť, Qua expetita, & electa, & uoti debito oblata, iam nõ solũ nõ capessere nuptias, sed ẽt si nõ nubatur nubere uelle damnabile est. Nam ut hoc demõstraret Apostolus, non ait, cũ in delicijs egerint, in Xp̃o nubunt, sed nubere uolunt habẽtes, inquit, dãnationem, qm̃ primam fidẽ irritam fecerũt: etsi nõ nubendo, sed tñ vouẽdo: non quia ipsæ nuptiæ vel taliũ damnandæ iudicãtur, sed damnatur propositi fraus, dãnatur fracta uoti fides, dãnať nõ susceptio a bono inferiore, sed ruina
M ex bono superiore. Postremo damnantur tales, nõ quia coniugalẽ fidem posterius inierunt, sed q̃a continẽtiæ primam fidẽ irritam fecerunt. Quod ut bř insinuaret Apostolus, noluit eas dicere habere dãnationem, q̃ post amplioris sanctitatis propositũ nubunt: non q̃a non damnẽtur, sed ne in eis ipsæ nuptiæ damnari putarenť. Sed cum dixisset, nubere uolũt: cõtinuo addidit, habẽtes dãnationem. Et dixit quare, qm̃ primam fidẽ irritam fecerunt: ut uoluntatem quæ a proposito cecidit appareat esse dãnata, siue subsequantur nuptię, siue desint. Proinde qui dñt talium nuptias nõ esse nuptias, sed potius adulteria, nõ mihi uñr satis acute ac diligẽter considerare quid dicãt, Fallit eos quippe similitudo ueritatis. Quia.n. cõiugium Christi dñr eligere quæ Christiana sanctitate nõ nubũt, hinc argumentãtur quidam dicentes, Si uiro suo

Quæ post uotũ nubunt, verũ contrahũt matrimoniũ. c. 9. — *Mat. 19.* — *1. Tim. 5* — *1. T. 5.* — *Quæ uoto obligato nubũt dirimi non debent.*

uiuo, quæ alteri nubit adultera est, sicut ipse dñs in Euangelio definiuit: uiuo ergo Xp̃o, cui mors vltra non dñatur, quæ coniugium eius elegerat, si homini nubit, adultera est. Qui hoc dñt, acute quidẽ mouẽtur, sed parũ attendũt hanc argumẽtationem quãta rerũ sequať absurditas. Cum.n. laudabiliter ẽt uiuẽte uiro ex eius cõsensu cõtinentiam fœmina Xp̃o voueat, iam s̃m istorũ rõnem nulla hoc facere debet, ne ipsum Xp̃m, qđ sentire nefas est, adulterũ faciat, cui uiuẽte uiro nubit. Deinde cum primæ nuptiæ melioris sint meriti q̃ secũdę, absit ut sanctarũ uiduarum iste sit sensus, ut Xp̃s eis uideať quasi secundus maritus. Ipsum.n. habebãt, & antea qñ uiris suis fideliter seruiebant subditæ, nõ carnaliter, sed spiritaliter uirum: cui ecclesia ipsa, cuius mẽbra sunt coniux est: quę fidei, spei, charitatis integritate, nõ in solis uirginibus sanctis, sed ẽt in uiduis & coniugatis fidelibus, tota uirgo est. Vniuersę quippe ecclesiæ cuius illæ membra sunt, Apost. dicit, Aptaui uos uni uiro uirginẽ castã exhibere Xp̃o. Nouit aũt ille coniugẽ uirginẽ sine corruptione fœtare, quẽ in ipsa ẽt carne potuit mř sine corruptione procreare. Fit autẽ per per hãc minus cõsideratã opinionẽ, qua putãt lapsarũ a sancto proposito fęminarum, si nupserint, nõ esse cõiugia, non paruũ malũ, vt a maritis separenť uxores quasi adulteræ sint, nõ uxores: & cũ uolũt eas separatas reddere continẽtiæ, faciũt maritos earũ adulteros uiros, cũ suis uxorib. uiuis alteras duxerit. Quapꝑ nõ possum quidẽ dicere a proposito meliore lapsas, si nupserint fœminas, adulteria esse, nõ cõiugia: sed planè nõ dubitauerim dicere, lapsus & ruinas a castitate sanctiore, q̃ uoueť deo, adulterijs esse peiores. Si.n. qđ nullo mõ dubitandũ est ad offensionẽ Xp̃i pertinet cũ mẽbrum eius fidẽ non seruať marito, quãto grauius offendiť, cũ illi ipsi nõ seruať fides in eo, qđ exigit oblatũ, q̃ nõ exegerat offerendũ? Cũ.n. q̃sq; nõ reddidit, qđ nõ imperio cõpulsus, sed cõsilio commonitus uouit, tãto magis fraudati uoti auget iniquitatẽ, quãto minus habuit uouendi necessitatẽ. Hæc iõ disputo, ne arbitreris, uel secũdas nuptias crimẽ esse, uel qualescunq; nuptias, cũ sint nuptiæ, malũ esse. Nõ itaq; illas abs te dãnatas uelis esse, sed spretas. Bonũ ergo

Mat. 19. — *Rom. 6.* — A — *1. Co. 11.* — B — *Solutio uoti mala coniugium tamen bonũ. c. 11.*

ergo continētiæ uidualis luculentius decet, cū pro illo uouēdo & profitēdo pñt cōtem-

C nere fœminæ, qđ & libet & licet. Sed post uoti professionē perseuerāter frenādum & uincēdum est quodlibet, q̃a iam nō licet. De tertijs & de quartis & de ultra pluribus nuptijs solēt hoīes mouere q̃onem. Vnde ut bř rñdeā, nec ullas nuptias audeo dānare, nec eis uerecundiam numerositatis auferre. Sed ne cuiquā breuitas huius rñsionis meæ forte displiceat, uberius disputantē reprehensorem meum audire paratus sum. Fortassis.n. afferet aliquā rōnem, quare secūdæ nuptiæ nō damnent, tertiæ dānent: nā & ego, sicut in exordio sermonis huius admonui, nō audeo plus sapere q̃ oportet sapere. Quis.n. sum, q̃ putē definiendū, qđ nec Apostolū uideo definisse? Ait.n. Mulier alligata est, quādiu uir eius uiuit: Nō dixit primus, aut sc̄d's, aut tertius, aut quartus: sed, mulier, inquit, alligata est, quādiu uir eius uiuit: si aūt mortuus fuerit uir eius liberata est, cui uult nubat tm̄ in domino: Beatior aūt erit si sic permāserit. Quid huic sñiæ, quantū ad hāc rē attinet, addi uel detrahi possit ignoro. Deinde ipsum quoq; Apostolorū, ac nostrū magistrū & dñm, audio Sadducæis rñdentem, cū proposuissent mulierē nō uniuirā uel biuirā, sed si dici p̄t, septiuirā, in resurrectione, cuius futura esset

D uxor. Increpās.n. eos, ait, Erratis, nō sciētes scripturas, neq; uirtutē dei. In resurrectione .n. nec nubēt, nec uxores ducēt: non.n. incipiēt mori, sed erūt æquales angelis dei, Eorū itaq; resurrectionē cōmemorauit, qui resurgēt ad uitā, nō qui resurgēt ad pœnā. Potuit ergo dicere, Erratis, nesciētes scripturas, neque uirtutē dei: in illa.n. resurrectione multinubæ istæ esse nō poterunt: deinde addere, q̃a nec aliqua ibi nubit, Sed nec ipsam, ut uidemus tot maritorum mulierē ulla suæ sñiæ significatione dānauit. Qua p̄p̄ nec cōtra humanæ uerecundiæ sensum audeo dicere, ut quoties uoluerit, uiris mortuis nubat fœmina: nec ex meo corde p̄ter scripturæ sanctæ authoritatē quātaslibet nuptias audeo cōdēnare. Qđ aūt dico uniuiræ uiduæ, hoc dico oī uiduę, Beatior eris, si sic p̄manseris. Nā & illud nō insipiēter proponi solet, ut dicat qui pōt quænā uidua meritis præferēda sit: utrū uniuira, q̃ cū uixisset diutius cum marito filijsq; procreatis saluisq; uiduata, cōtinentiā professa est: an ea, q̃ adolescētula intra duos annos amissis duob. uiris, nullis ad consolationē extātibus liberis, cōtinentiam deo uouit, & in ea perseuerātissima sanctitate consenuit? Hic se exerceant, si pñt, disputādo, & nobis aliq̃d demonstrādo, qui de numero uirorū, nō de ipsius continētiæ uiribus pēsant merita uiduarū. Si.n. illi biuiræ illā uniuirā esse præferendā cēsuerint, nisi attulerint specialē aliquā rōnem vel authoritatē, profecto inuenient uirtuti aī non maiorē uirtutē aī, sed carnis fœlicitatē anteponere. Ad fœlicitatē quippe carnis pertinuit, & diu cū uiro uiuere, & filios procreare: sed si nō eam ob hoc præponūt, q̃a filios habuit, idipsum, certe, qđ diu cū uiro uixit, q̃d aliud q̃ carnis foelicitas fuit? Meritū porrò Annæ illius eo maxime cōmendatur, q̃a cū tam cito extulisset virū, per prolixam ætatē suā diu cum carne conflixit & uicit. Sic.n. scriptum est, Et erat Anna p̄phetissa filia Phanuel de tribu Aser, hæc processerat in dieb. multis, & uixerat cū uiro suo annis septē a uirginitate sua, & hæc uidua usq; ad annos octogintaquatuor, quæ nō discedebat de tēplo, ieiunijs & obsecrationibus seruiēs nocte ac die. Vides quemadmodū sancta uidua non solū eò prædicať q̄ uniuira fuerit, uerumēt qđ paucos annos cū marito uixerit a uirginitate sua, & uidualis continētiæ munus usq; ad tantā senectutem tāta pietatis seruitute perduxerit. Cōstituamus igiť ante oculos nostros uiduas tres habentes singula eorum quæ huic inerant oīa. Vnā ponamus uniuirā, cui desit & tāta prolixitas uiduitatis, q̄ diu cum marito uixerit, & tm̄ studium pietatis, q̄ non ita ieiunijs & obsecrationibus seruiat. Alterā q̃ post prioris mariti breuissimā uitam, ēt s̄m cito amiserit, & diuturna ætate sit uidua, sed etiā ipsa non tm̄ det operam ieiuniorum & obsecrationum religiosissimæ seruituti. Tertiā quæ non solum duos uiros habuerit, sed ēt cum ambobus singillatim, uel cū aliquo eorū diutius uixerit, & posteriore ætate uiduata, in qua quidem si nubere uoluisset, posset & filios procreare, susceperit continentiam uidualē: sed plus intēta in deū, plus sit solicita q̃ illi placeat actitare, die ac nocte, sicut Anna ieiunijs & obsecrationibus seruiēs. Si cō

tendatur

De polygamia. c. 12.

Reg. 12.

1. Cor. 7.

Mat. 22.

Ex ipsis continentiæ uiribus æstimanda.

Laus. cap. 13. E

Luc. 2.

F

Cōparatio aliqua inter triplices uiduas. ca. 14.

tendatur quęnam istarũ sit meritis potior, quis non uideat in hoc certamine palmam dandam esse maiori feruentioriq; pietati? Itaque si tres aliæ constituantur, quibus illo G rum trium bina insint, singula desint: quis dubitet eas meliores fore, quibus prępollen tius fuerit in suis bonis duobus pia humilitas, ut alta sit pietas? Nulla quidem istarum sex uiduarum tuæ normæ adęquatur. Tu.n. hoc totum cum ad senectutem usque perdu xeris, omnia tria potes habere, quibus Annæ meritum excelluit. Nam & unum uirum habuisti, & non diu tecum uixit in carne: ac per hoc si exhibueris obedientiam uerbis Apostoli dicentis, Quæ autem uere uidua est & desolata sperabit in dominum, & persistet in orationibus nocte ac die: Atq; illud quod sequitur sobria uigilantia deuitaueris, Quæ autem in delitiis agit, uiuens mortua est: omnia illa tria bona quæ Annæ fuerũt, & tua erunt. Tibi aũt sunt & filij quos forte illa non habuit: nec ideo laudanda es, q̃a eos habes, sed quia pie nutrire atq; educare studes. Vt.n. tibi nascerentur, fœcũditatis, ut ui uãt, fœlicitatis est: ut ãt sic instituantur, uoluntatis est & potestatis. In illis tibi homines * gratulantur, in hoc te imitentur, Anna p̃ prophetiæ sciẽtiã cognouit apud matrẽ uirginem Xpm, te Euãgelica gratia fecit matrem uirginis Christi. Illa itaq; sancta uirgo, quam Christo volentem & petentem obtu- H listis, uidualibus auiæ matrisq; meritis addidit aliquid de merito uirginali, Non.n. nihil inde habetis, quæ hanc habetis: & in illa estis, quod in uobis non estis. Nam ut sancta uirginitas adimeretur nubentibus uobis, ideo factum est ut nasceretur ex uobis. Hæc itaq; de meritis diuersis coniugatarum diuersarumq; uiduarum, hoc opere non disputarem, si id quod ad te scribo, tibi tantum modo scriberem. Sed quoniam sunt quædã in hoc genere sermonis difficillimæ quæstiones, aliquid amplius quàm quod ad te proprie pertinet, dicere volui, propter quosdam qui sibi docti non videntur, nisi alienos labores non iudicando conentur discutere, sed lacerando conscindere, Deinde ut etiam tu ipsa non solum serues quod uouisti, & in eo bono proficias, uerumetiam diligentius firmiusque noueris, idem bonum tuum nõ à malo nuptiarum distingui, sed bono nuptiarum anteponi. Nam qui uiduatarum fę minarum nuptias damnant, etiam si cõtinẽtiam suam multarum, quibus tu uteris, rerũ abstinentia mirabiliter, & feruenter exerceant, non ideo te seducant, vt sentias quod I sentiunt, etiam si facere non posśis quod faciunt. Nemo enim, vult esse phreneticus, ẽt si uideat phrenitici vires viribus sanorũ esse fortiores. Præcipue igitur doctrina sana bonitatem propositi & ornet & muniat. Inde est quippe q̃ catholicæ fęminæ ẽt sępius nuptæ, non solum uniuiris uiduis, sed & uirginibus hęreticorum iusto iudicio pręferuntur. Multi sunt quidem de his tribus rebus, coniugij uiduitatis & uirginitatis, quæstionum sinus, multæ perplexitates: quibus disputando penetrandis vel dissoluẽdis, & maiore cura opus est, & copiosiore sermone vt vel in omnib. eis recte sapiamus, uel si q̃d aliter sapimus, id quoque nobis Deus reuelet, Veruntñ quod etiam illic consequenter dicit Apostolus, In quod peruenimus, in eo ambulemus, Peruenimus autẽ, quod ad hãc rem de qua loquimur attinet, ut continentiã coniugio præponamus: sanctam vero virginitatem etiam continentiæ uiduali: Et ne aliquas nuptias, quæ tñ non adulteria, sed nuptiæ sunt, cuiuslibet nostri nostrorum ve propositi laude damnemus. Multa alia de istis rebus dicta sunt a nobis in libro de sancta uirginitate: & in opere, quod aduersus Faustũ Manichæum quanto potuimus labore conscripsimus: quoniam Patriarcharum & Prophetarum casta coniugia mordacisśime re- K prehendendo scriptis suis quorundam indoctorum animos a fidei sanitate detorsit. Proinde quoniã in exordio huius opusculi duo quædam necessaria proposueram, quæ exequendo pollicitus eram: unum, quod ad doctrinam, alterum quod ad exhortationem pertinet: & priori parti, ut potui, pro suscepto negocio non defui: ad exhortationem ueniamus, ut quod bonum prudenter scitur, etiam diligatur ardenter. Qua in re prius illud moneo, quantacumque tibi inesse sentis piæ continentiæ dilectionem, beneficio Dei tribuas, eiq; gratias agas, qui de spiritu suo tibi tantum largitus est, ut eius in corde tuo charitate diffusa, licitæ rei licẽ-

nam

1.Ti.5.

Al. gratulētur.

Epilogus superiorum. Cap. 15.

Phil.3.

Exhortās monet a Deo donũ esse cõtinentiæ. Cap. 16.

tiã tibi amor melioris boni auferret. Donauit.n.ne liberet nubere cum liceret, ut iã nõ liceret, ẽt si liberet: & ex hoc firmius nõ liberet, ne fieret quod non liceret, quod factum non est etiã cũ liceret: tantaq; mereretis ut te existente uidua Xpi: filiam quoq; uideres uirginẽ Christi: dum .n. tu oras sicut Anna, facta ẽ illa qđ Maria. Hæc dona dei esse quã to magis nosti, tãto magis es eisdẽ donis bea-

L

I.Cor.2. ta: immò aliter nõ es beata, nisi qđ habes, noris a quo habeas. Attende .n. quid de hac re Apostolus dixit, Nos ãt nõ spiritũ huius mũdi accepimus, sed spm̃ qui ex Deo est, ut sciamus q̃ a Deo donata sunt nobis. Multi quippe habent multa dei dona, & nesciẽdo a quo habeant, impia uanitate iactãtur. Nemo est ãt donis dei beatus, qui donanti existit ingratus: q̃a & illud qđ inter sacra mysteria cor habere sursum iubemur, ipso adiuuante id valemus, quo iubẽte admonemur, & iõ seq̃tur, ut de hoc tanto bono sursum leuati cordis, non nobis gloriã, quasi nostrarũ uirium tribuamus, sed dño deo nostro gratias agamus. Hoc.n. continuo cõmonemur, q̃a hoc dignũ est, hoc iustũ est recordari. Hęc verba vñ sint, intus quã sanctione, & quãta sanctitate cõmendentur agnoscis. Tene igr̃ & habe qđ accepisti, & datori gratias age. Quanuis.n. & accipere & habere tuum sit, id tamẽ habes quod accepisti: qm̃ superbienti, & ex eo qđ habebat, quasi a seipso haberet impie glorianti, ueritas per Apostolum dicit. Quid

I.Cor.4. .n. habes quod non accepisti? Si ãt accepisti, q̃d gloriaris quasi non acceperis? Hæc me

M admonere cõpellunt cauendi atq; deuitandi

De libero arbitrio. Cap. 17. quorundam sermunculi, qui p̃ aures & animos multorũ serpere cœperunt, quod cũ lachrymis dicendũ est, inimici gratię Christi: p̃ quos suadetur: ut nec oratio nobis ad dominum necessaria uideatur, ne intremus in tentationem. Sic.n. conantur defendere hoĩs liberũ arbitriũ, ut eo solo ẽt Dei gratia non adiuti, ualeamus, quod diuinitus iubet̃, implere: ac p̃ hoc seq̃tur, ut frustra dñs dixerit,

Mat.26. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: & frustra quotidie in ipsa dominica oratione dicamus, Ne nos inferas in tentationem.

Matt.6. Si .n. nostræ tantummodo potestatis est, ne tentatione superemur, ut quid oramus, ne intremus uel inferamur in eã? Faciamus potius qđ nostri est liberi arbitrij, atq; absolutissimæ potestatis, & irrideamus Apostolum

I.Co.10. dicẽtẽ. Fidelis deus, q̃ non uos p̃mittit tentari super id qđ potestis: & resistamus ei dicentes. Vt q̃d peto a dño quod in mea posuit potestate? Sed absit ut hoc sapiat qui sanum sapit. Proinde petamus ut det, qđ ut habeam^9, iubet. Ad hoc.n. quod nõdũ habemus iubet vt habeamus, ut admoneat q̃d petamus, & quod nos cum iusserit, posse inuenerimus, ẽt hoc vñ acceperimus, intelligamus, ne inflati & elati huius mundi spũ nesciamus q̃ a

A Deo donata sunt nobis. Proinde arbitriũ voluntatis humanæ nequaquã destruimus, qñ Dei gratiã qua ipsum adiuuatur arbitriũ nõ sup̃bia negamus ĩgrata, sed grata potius pietate p̃dicamus. Nostrũ.n. est velle, sed uoluntas ipsa ẽt monetur ut surgat, & sanat̃ ut ualeat, & dilatat̃ vt capiat, & implet̃ ut habeat. Nã si nos non vellemus, nec nos utiq; acciperemus ea q̃ dantur, nec nos haberemus. Quis.n. haberet continentiã, ut inter cætera dei dona de ipsa potius loquar de qua ad te loquor: q̃s, inquam, haberet continentiã nisi volens, quia & nemo acciperet nisi uolens? Sed a quo det̃, ut nostra uoluntate accipi & haberi possit, si quæris, attende scripturam: immo q̃a nosti, recole qđ legisti. Cũ scirẽ,

Sapiẽ.8. inquit, quia nemo esse põt cõtinens nisi de^9 det, & hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum. Magna ista sunt duo munera, sapientia & contінẽtia: sapientia scilicet, qua in Dei cognitione formamur: cõtinentia uero, qua huic seculo nõ conformamur.

B Iubet ãt nobis deus vt & sapiẽtes & cõtinẽtes simus, sine quib. nobis iusti p̃fectiq; esse

I.Cor. nõ possumus. Sed oremus vt det quod iubet adiuuando & inspirando, qui cõmonuit q̃d velle debeamus p̃cipiẽdo & uocando. Quicquid hic dedit, ut cõseruet oremus: qđ autẽ nõdum dedit ut expleat oremus, tñ oremus & gratias agamus de acceptis: & quod nondum accepimus, eoipso quod de acceptis ingrati nõ sumus nos accepturos esse fidamus. Qui .n. dedit coniugatis fidelibus ut contineant ab adulteriis & fornicationibus, ipse dedit sanctis virginib. & viduis ut cõtineãt ab oĩ cõcubitu, in qua uirtute iã proprie vel integritas uel cõtinẽtia nominatur. An forte ab illo quidẽ accepimus cõtinẽtiã, sed a nobis

hil habemus sapientiā? Quid est ergo qd' Iacobus Apostolus dicit, Si quis aūt uestrū indiget sapientia postulet à deo q dat omnib. affluēter & nō improperat & dabitur ei? Sed de hac qōne, & in alijs iā opusculis nostris, quātum adiuuit dn̄s multa diximus, & aliàs quantum per ipsum potuerimus, data opportunitate dicemus. Nunc inde aliquid ideo dicere uolui, ꝑꝑ quosdam fratres nostros amicissimos & dilectissimos nobis, nec malitiose q̄dem errori huic implicatos, sed implicatos tñ: q putant cum aliquos ad iustitiā pietatemq; exhortantur, vires non habiturā exhortationem suam nisi totum illud quod ut agat homo agunt cum homine, in hominis constituant potestate, non adiuta dei munere, sed solo arbitrio liberæ voluntatis exerta: quasi posset esse ad ꝑficiendum opus bonū, volūtas libera, nisi dei munere liberata. Nec attendunt idipsum etiā seipsos dei dono habere, quòd ea facultate exhortantur vt ad capessendam vitam bonam hominum voluntates pigras excitent, accendant frigidas, corrigant prauas, auersas conuertant, repugnantes pacificent. Si.n. non possunt persuadere quod suadent, aut si hæc in voluntatibus hominum non agunt, quid agunt aut quid loquuntur? Dimittant eas potius arbitrio suo. Si aūt in eis hæc agunt, ita ne tandem homo in hominis voluntate tanta agit loquendo, & deus illic non agit aliqd adiuuando? Immò uero quantalibet homo sermonis facultate præpolleat, vt solertia disputandi & suauitate dicendi in hominis voluntate inserat veritatem nutriat charitatē, docendo tollat errorem exhortando torporem. Neq; q plātat est aliquid, neq; qui rigat, sed q incrementum dat deus. Frustra quippe operarius oīa moliretur extrinsecus, nisi creator intrinsecus latenter operaretur. Spero ergo has literas meas merito excellētiæ uestræ cito in manus ēt taliū esse uenturas: ideo nōnulla hinc dicenda arbitratus sum. Deinde ut tu ipsa & quæcunq; aliæ uiduæ ista legerint, uel cū leguntur audierint, noueritis vos ad diligēdū, & habendū continentiæ bonū, plus ꝑficere orationibus vestris, q̄ exhortationibus nostris, qm̄ si quid uos adiuuat, quod uobis ēt nostra ministrantur alloquia, totū illius gratiæ tribuendum est, in cuius manu sunt, sicut scriptum est, & nos & sermones nostri. Si ergo nondum deo vouisses continentiam vidualem, exhortaremur profecto vt uoueres. Quia uero iam uouisti, exhortamur ut ꝑseueres. Talia mihi tñ uideo esse dicenda, q̄bus eam diligant, & arripiant, & quæ adhuc nubere cogitabant. Aurē igitur inclinemus. Apostolo, Quæ innupta est, inquit, solicita ē ea q̄ sunt dn̄i, ut sit sancta & corpore & sp̄ū: quæ autem nupta est, solicita est ea quæ sunt mundi, qūo placeat uiro. Nō ait, solicita est ea quæ sunt mundi ut sancta non sit: sed certe minor est ea cōiugalis sanctitas, ex ea parte curarū qua mundana cogitatur uoluptas. Quicquid itaq; intētionis animi ēt his rebus impenderetur quibus placendum esset uiro, colligere quodammō & redigere debet innupta Christiana in eam intentionē qua placendū est dn̄o, & uideat cui placeat quæ dn̄o placeat: & utiq; tanto est beatior, quanto pl⁹ placet ei: quanto aūt magis cogitat ea q̄ sunt mundi, tanto minus placet. Placete itaq; tota intentione specioso forma præ filijs hominū: eius.n. gratia illi placetis, quæ diffusa est in labiis eius. Placete illi ea quoq; parte cogitationis quę occuparetur mundo, ut placeretur uiro. Placete illi qui displicuit mundo, vt placentes ei liberarentur ex mundo. Hunc .n. speciosum forma præ filiis hominum, viderunt homines in cruce passionis, & nō habuit speciē neq; decorē, sed facies eius abiecta & deformis positio eius. Ex hac tñ deformitate redemptoris uestri, manauit precium decoris uestri, sed decoris interioris. Omnis .n. pulchritudo filiæ regis intrinsecus. Hac pulchritudine illi placete: hanc pulchritudinem studiosa cura, & solicita cogitatione cōponite. Non amat ille fallaciarum fucos, ueris ueritas delectatur: & ille, si quod legisti agnoscis, ueritas uocatur, Ego sum, inqt, uia, & ueritas & uita. Currite ad illū ꝑ illū, placete illi ex illo, uiuite cū illo, in illo, de illo. Affectib. veris & sanctissima castitate à uiro tali amate amari. Audiat hęc uirginis etiā sanctæ prolis tuæ, auris interior. Quę uero quātum te pręcedat in regno regis illius, alia qō est, Inuenistis tñ mater & filia, cui cōtemptis nuptijs, illa omnibus, tu secundis pulchritudine castitatis simul placere debeatis. Certe si mariti essent quib. placendū esset, iā te for-

Marginalia: Iacobi. 1. — Oratio illius con- C tert quā exhorta- tio. c. 18. — 1. Cor. 3. — D — Exhortatur ad perseverātiam. cap. 19. — 1. Cor. 7. — E — Psal. 48. — Esa. 53. — F — Ioan. 14.

tasse cũ filia puderet ornari. Nunc nõ pudeat
agere quia. simul ornemini, quia nõ est cri-
minosum, sed potius gloriosum, ut ab illo
vno simul amemini. Simulatũ aũt cãdorem
ac ruborẽ & pigmentis illitũ, nõ adhiberetis
ẽt si uiros haberetis: nõ putãtes dignos quos
falleretis, nec uos q̃ fallere deberetis. Nũc er
go illi regi, q̃ vnicæ spõsæ, cuius mẽbra estis
speciẽ cõcupiuit, ueraciter simul placete, si-
mul inhærete: illa integritate uirginali, tu cõ
tinentia uiduali, ambæ pulchritudine spirita
li. In qua pulchritudine ẽt illius auia socrus
tua, q̃ iam certe senuit, est pulchra uobiscũ,
G Vigorẽ quippe huius pulchritudinis dũ extẽ
dit in anteriora charitas, rugã in ea nõ facit,
annositas. Habetis vobiscũ Annã sanctam &
in domo & in Christo, q̃ de pseuerantia cõ-
sulatis: quõ cũ illa contra bella tentatoris pu
gnandũ sit, quid agendũ ut facile superetur,
quod munimentũ sumẽdũ, ne facile rursus
insidietur: & si q̃d hmõi est, docet uos diu-
turnitate iam certa, amore beneuola, pietate
solicita, ætate secura. Præcipue tu consule in
Apo. 14. talibus, eã quæ experta est. Nã proles uestra
illud canticũ cantat, quod in Apocalypsi ni-
si uirgines cantare nõ pñt: pro ambabus tñ
uobis solicitius orat q̃ pro seipsa: sed magis
pro nepte solicita est, cui uincendarũ tẽtatio
nũ spatiũ plus restat annorũ: te aũt uidet suo
suo uiciniorẽ, & eius filiæ matrẽ: quã si nu-
ptã, quod iam non licet atq; absit, uidisses,
puto quod parere cum illa erubuisses. Quan
tulum est ergo quod iam tibi periculosæ re-
stat ætatis, quæ ideo non diceris auia, ut san-
ctarũ cogitationũ & operũ fœtibus, cũ filia
H possis esse fœcunda? Nõ itaq; immerito ma
gis pro illa solicita est auia, pro qua & tu ma
ter: quia & maius est quod vouit, & totũ ei
restat quod mõ cœpit. Exaudiat dñs preces
eius, ut sancte obsequamini meritis eius, q̃
carnẽ uiri tui in iuuenta peperit, cor filię tuę
in senecta parturit. Oẽs itaq; pariter atq; cõ-
corditer uni uiro unius coniugis, in cuius
corpore uno spiritu uiuitis, placete morib.
Exhorta- instate orationibus. Præteritus dies nõ reuer
tio. c. 20. titur in futurũ, & post hesternum pergit ho-
diernus, & post hodiernum perrecturus est,
& crastinus. Et ecce oĩa tempora & tempora
& temporalia transeunt, ut ueniat mansura
promissio, & qui perseuerauerit usq; in finẽ
hic saluus erit. Si mundus iam perijt, nupta Matt. 10
cui parit? Aut corde paritura, & carne nõ pa
ritura, cur nubit? Si aũt adhuc duraturus est
mundus, cur nõ magis amatur p quẽ factus
est mundus? Si iam deficiunt illecebræ secu-
lares, non est quod Christianus animus cu-
piditate conquirat. Si aũt adhuc manebunt,
est quod sanctitate contẽnat. Horũ duorum
in altero spes nulla libidinis, in altero maior
est gloria charitatis. Quot aũt & quanti sun
ipsi anni quib. vr̃ uigere flos carnalis ætatis?
Nõnullæ fœminæ nuptias cogitantes, & ar-
denter, optantes, dũ spernuntur aut differun I
tur, repente senuerunt, ut eas nubere iã pu-
deret amplius q̃ liberet. Multæ aũt nuptæ re
centissima sua coniunctione in lõginqua p
fectis uiris suis, reditũ eorũ expectando, grã
dæuæ factę sunt, & tanq̃ cito uiduatæ aliqñ
nec remeantes saltẽ senes suos anus suscipe-
re meruerunt. Si ergo uel spernentib. uel tar
dantibus sponsis uel peregrinantib. maritis,
carnalis concupiscentia potuit contineri, ne
stuprũ aut adulteriũ cõmitteretur, cur conti
neri non põt ne sacrilegiũ cõmittatur? Si re-
pressa est, cum ferueret dilata, cur nõ oppri-
mitur cũ friguerit amputata? Plus. n. ardẽter
ferunt libidinẽ, quæ nõ desperant eiusdẽ uo
luptatẽ. Quæ aũt innuptarũ castitatẽ deo uo
uent, ipsam spẽ subtrahunt, quę fomes amo
ris est. Vñ facilius cõcupiscentia refrenatur,
quæ nulla expectatione succenditur, contra
q̃ tñ nisi oretur ut superetur, ipsa illicita exo
ptatur ardentius. Delitiæ igitur spiritales de Oblecta-
litijs carnalib. in sancta castitate succedant, menta vi
lectio, oratio, psalmus, bona cogitatio, bono duarum.
rum operum frequentatio, spes futuri seculi Cap. 12.
& cor sursum, atq; de his omnibus gratiarũ
actio patri luminum, à quo sine ulla dubita-
tione, oẽ datum optimum, & oẽ donum p-
fectum, scriptura teste descendit. Nam qñ p k
delitijs nuptiarum quas in carne uirorũ ha- Iacobi. 1.
bent, aliarum carnaliũ delitiarum tanquam
in solatio vsus assumitur, quid ego dicã quæ
sequantur mala cum bt̃ Apostolus dixerit,
uiuẽtem mortuam esse uiduã, quę in delitijs 1. T. 5.
uiuit? Absit aũt a uobis ut diuitiarum cupi-
ditate capiamini pro cupiditate nuptiarum,
& in cordib. uestris nummus pro uiri amo-
re succedat. Intuentes. n. hominum conuer
sationem, sæpe experti sumus, in quibusdam
lasciuia.

lascivia compressa creuisse auaritiam. Nā sicut in ipsis sensibus corporis acutius audiūt qui nō uident, & tangēdo multa discernūt, nec tanta uiuacitate tangunt qui oculis vtū tur: vbi intelligitur ex uno aditu, id est lumi nū, repressa intentione, sentiēdi uim in alios sensus promptiorem dignoscendi acumine exerere, tanquam ex altero conetur implere quod negatur in altero. Ita ēt sæpe carnalis cupiditas, a concumbendi uoluptate cohibi ta, maiorib. uirib. in pecuniæ se porrigit ap petitum, & illinc auersa, huc se impetu ardē tiore conuertit. In vobis āt amor diuitiarū si mul frigescat cū amore nuptiarum, & pius
L vsus rerū quas possidetis, ad spiritales delitias cōferatur uel liberalitas uestra magis fer ueat adiuuandis egenis q̄ ditandis auaris. In thesaurū quippe cœlestē non mittūtur dona cupidorū, sed eleemosynæ pauperum, q̄ in immēsum modū orationes adiuuant vidua rū. Ieiunia quoq; ac uigiliæ inquantū valetu dinē non perturbant, si orādo, psallendo, legendo, & in lege Dei meditādo sumantur, in delitias spiritales ēt ipsa quæ vñr laboriosa uertuntur. Nullo mō. n. sunt onerosi labo res amantium, sed ēt ipsi delectāt, sicut uenā tiū, aucupantium, piscantiū, uindemiantiū, negociantium, ludo aliquo sese oblectātiū. interest ergo quid ametur. Nā in eo qđ ama tur aut non laboratur, aut & labor amatur. Et vide q̄ pudendum & dolendū sit, si delectat labor ut fera capiatur, vt cupa & sacculus impleatur, vt pila iaciatur, & nō delectat vt Deus acquiratur. In omnib. sanè spiritali bus delitiis quib. fruuntur innuptæ, sancta earū cōuersatio cauta ēt dēt esse, ne forte cū mala vita nō sit per lasciuiā, mala sit fama p̄ negligentiā. Nec audiēdi sunt, siue uiri sancti siue fœminæ, qñ reprehensa in aliquo ne
M gligentia sua, per quā fit vt in malā ueniant suspitionem, vnde suam uitam longe abesse sciunt, dicunt sibi coram deo sufficere conscientiam, existimationem hominum nō im prudenter solum, uerumetiā crudeliter con tēnentes: cū occidunt animas aliorum, siue blasphemantiū viā Dei, quibus ſm suam su spitionem quasi turpis quę casta est displicet vita sanctorum: siue etiam cum excusatione imitantiū, non qđ vident, sed quod putant. Proinde qsq; a criminib. flagitiorū atq; faci norū uitā suā custodit, sibi bene facit: qsq; āt ēt famā, & in alios misericors est. Nobis .n. necessaria est uita nostra, aliis fama nr̃a: & utiq; ēt quod aliis ministramus misericor diter ad salutē, ad nostrā quoq; redūdat utili tatem. Vñ non frustra Apostolus, Prouidemus, inqt, bona, non solū coram Deo, uerū etiam coram hominibus. Item dicit. Placete omnib. per omnia sicut & ego omnib. per omnia placeo, nō quærens qđ mihi utile est sed qđ multis, ut salui fiāt. In quadam ēt exhortatione dicit, De cætero fratres quæcūq; sunt uera, quæcūq; sancta, quæcunq; iusta, q cunq; casta, quæcunq; charissima, quæcūq; bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus, hæc cogitate quæ & didicistis & accepistis, & audi stis, & uidistis in me. Cernis quēadmodū inter multa quæ exhortando cōmonuit, nō neglexerit ponere, quæcūq; bonæ famæ duobusque verbis cuncta concluserit, ubi ait, si qua uirtus, si qua laus. Ad virtutem nanq; p̄ tinent quæ antea memoraui bona, fama vero ad laudē. Puto ꝙ non laudē hominū pro magno sumebat Apostolus alio loco dicēs, Mihi āt minimum est ut a vobis iudicer, aut ab humano die. Et alibi, Si hominibus place rē, Christi seruus non essem. Et iterū. Nā glo ria nostra hæc est, testim̄ conscientiæ nostrę. Sed illorū duorum, idest, bonæ uitæ, & bonę famæ, vel quod breuius dr̃, uirtutis & laudis, unum p̄p seipsum sapientissime retinebat, alterū p̄p alios misericordissime proui debat. Sed qm̄ quantalibet humana cautela suspitiones maleuolētissimas nō pōt omni ex parte uitare, vbi p̄ existimatione nostra quicquid recte possumus fecerimus, si aliq de nobis uel male fingendo, uel male credēdo famam nostram decolorare conantur, assit conscientiæ solatium, planeq; etiam gaudium, ꝙ merces nostra magna est in cœlis, B
ēt cū dicunt homines mala multa de nobis, pie tñ iusteq; viuentibus. Illa. n. merces tanquam stipendiū est militantiū, per arma iustitiæ, nō solū dextra, verumetiā sinistra, per gloriā. s. & ignobilitatē, per infamiam & bonam famam. Agite itaq; cursum uestrum & perseueranter currite ut comprehendatis, & exemplo uitæ exhortationisq; sermone, rapite in eundē cursum vestrū qualcūq; potueritis. Non uos ab hoc studio, quo multas ad

1. Cor. 8. — 1. Co. 10. — Phil. 4. — A — 1. Cor. 4. Gal. 1. 2. Cor. 1. — Famæ custodia. cap. 22. — 1. Cor. 6. Exhortationis & libri si-

imitandum uos excitatis, frangat querela uirorum, q̃ dicunt, quõ subsistet genus humanum si oẽs fuerint continentes? Quasi ꝓpter aliud retardetur hoc seculũ, nisi ut impleatur prædestinatus numerus ille sanctorum, quo citius impleto, ꝑfecto nec terminus seculi differetur. Nec illud uos retardet ab studio ꝑsuadendi alijs bonum uestrũ, si dicatur vobis cũ & nuptiæ bonæ sint, quõ erunt oĩa bona in Christi corpore, & maiora. s. & minora, si oẽs continentiæ laudẽ atq; amorem
Matt. 19 imitentur? Primo quia conando vt oẽs sint
C continentes, tunc erunt uel paucæ, neque. n. oẽs capiunt uerbum hoc. Sed qm̃ scriptum est, Qui põt capere capiat: tunc capiunt quę possũnt, si nec illis quæ non capiunt taceat. Deinde nec timere debemus ne forte omnes capiant, & aliquid de minoribus bonis. i. cõiugalis uitę, Christi desit in corpore. Si enim oẽs audierint & oẽs cœperint, intelligere debemus hoc ipsum fuisse prædestinatum, ut coniugalia bona in illorum numero mẽbrorum etiam sufficiant, quæ tam multa ex hac vita transferunt. Neq;. n. nunc si omnes fuerint continentes, honorem continentiũ daturi sunt eis qui tricenarium fructũ, qui coniugali bono inesse intelligitur, iã dñicis horreis intulerunt. Habebunt ergo illic oĩa ista bona suum locum, ẽt si deinceps nulla uelit nubere, uel nemo ducere vxorem. Secure itaque instate quibus potestis, ut fiãt quod uos estis: & orate uigilanter atq; feruenter, ut adiutorio dexteræ excelsi & abundantia misericordissimæ gratiæ dñi, & ꝑseueretis in eo quod estis, & proficiatis ad id quod eritis. Deinde obsecro uos per illum à quo & hoc donũ accepistis, & huius doni pręmia speratis, vt me quoq; orationibus uestris memineritis inserere cum tota domestica uestra Ecclesia. Ordinatissime quippe prouenit, vt matri vestræ iam grandæuę de oratione Epistolam
D scriberem. Ad ipsam quippe maxime ꝑtinet orando concertare pro uobis, quæ de se minus solicita est q̃ de uobis. Et vt ad te potius q̃ ad illam hoc de continentia uiduali opusculum facerem, quia tibi superare adhuc restat quod iam ætas illius superauit. Virgo ãt sancta proles uestra si aliq̃d de sua professione desiderat, ex laborib. nostris hẽt grandẽ librũ de sancta uirginitate quẽ legat. De quo legẽdo ẽt te cõmonueram, qm̃ multa continet vtiq; necessaria castitati, hoc est uirginali atq; uiduali, quę hic ꝑ ꝑea partim tenuiter attigi, partim oĩno prętermisi, quia ibi copiosius disputaui. Perseueres in gratia Christi.

Libri de bono uiduitatis finis.

LIBER DE VERA ET falsa pœnitentia ad Christi deuotam.



Vantum sit appetenda gratia pœnitentiæ oĩs authoritas *declarat, oĩs* bonorũ uita conatur ostendere: languores. n. sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, vitia fugat, uirtutes exornat, mentẽ munit & roborat, oĩa satiat, oĩa redintegrat, oĩa lætificat, sanitatẽ auget, q̃ conseruat. Claudis gressum, aridis copiã, cæcis restituit uisum. Temperat successus, constringit impetus, moderat̃ excessus. Ignorans se, ꝑ hanc se recognoscit: q̃rens se, ꝑ hanc se inuenit. Hæc est quę homines ad angelos ducit, & creaturã reddit creatori. Ista ouem perditam monstrauit quærẽti, & decimã drachmã obtulit anxiandi. Hęc dissipatorẽ filiũ ad patrẽ reduxit, & vulneratum a latronibus custodi curãdũ reseruauit. In hac omne bonum inuenitur, ꝑ hanc omne bonum conseruatur: fugat tenebras, inducit lucẽ, excoquit omnia ipsa ignis cõsumẽs. Hęc omnia prouida uirago sensisti, quę hoc bonum tm̃ dilexisti. Vix. n. diligitur quod oĩno ignoratur. Super hoc bonũ innixa, fortis esse poteris ad oĩa bona. Itaq; uoluntatẽ tuã quã super hoc bono cognoui, libenter adiuuo: & suauem laborem ut rogasti super hac re desideranter suscipio, sperans dei adiutorium in tuo merito. Scio. n. intẽtionem tuam nunquã frustrandã, sed in omnib. quæ desiderat ditandã. Nam cũ esses diues, pauperẽ te ꝑ Christo reddidisti, & in anima diues eris sancti cõmercii. Vñ fœlix ego, si q̃d auxilij ad ueras tuas diuitias adhibere potero. Tuæ itaq; trado dilectioni, quicquid de pœnitentia sentio authoritate patrum & illustratione sancti spiritus. Nec modo huius tꝑis tm̃ impugnamus errorem, sed etiã de impugna-

tis

tis per copiam rationum conamur tibi addere dulcedinem suauitatis, ut integritas tuæ mentis, quæ deo donante omnes repulit falsitates, super fugatis ratiocinando lætetur.

Pœnitentia quō paretur. Cap 2. Mat. 27. Si fides fundamentū est pœnitentiæ pter q̄ nihil est quod bonum sit, appetenda est pęnitentia q̄ constat in fide esse fundatā. Nō.n. pōt arbor bona fructus malos facere. Pęnitētia itaq; q̄ ex fide non procedit, utilis nō est. Oportet aūt credi, remediū pęnitentiæ à saluatore cōcedi. Si.n. oīs pœnitentia sterilis esset peccatorib. nequaquam ad pęnitentiam reuocarentur Christi interfectores, quā prædicauit dn̄s mitis & mansuetus, & eius pcursor: dixit.n. Fructus facite dignos pęnitentiæ *Matt. 3.* ostendens pœnitentiā non sterilē, sed digne fructificare. Qui.n. maluit misericordiā quā *Osee. 6.* sacrificiū, nō expectabat mortē peccatoris, sed ut conuersus viueret. Quis aūt conuerti H pōt vt uiuat, nisi qui erat in regione longin- *Ezec. 18. Psal. 50.* qua? In iniquitatibus se meminit cōceptum Dauid & in delictis a matre sua genitū, cui dn̄s testimoniū perhibet, Inueni hominem ſm cor meum. Hic idem a dn̄o laudatus pręsumens de dn̄o dicit, Propitius eris peccato meo, multū est.n. nō qͣ multum erat, sed qͣ id Dauid multum reputabat sicut qui iam inde satur erat & fastidiosus. Nō.n. laborat exonerari peccato, cui non uidetur nimiū. Qūo ergo multum uideretur, si adhuc in illo delectaretur? Qūo rogaret pdere, nisi doleret habere? Si.n. nō doleret habere, gauderet commisisse. Scimus qͣ deleuit dn̄s pc̄tm̄ Dauid, aut quia dolebat peccasse, aut quia gemebat, & stratum suū lachrymis rigabat, & tanquā panē cinerem manducabat. Si aūt gauderet, non magnū, sed paruū peccatum suum diceret. Falluntur itaq; qui obijcientes pœnitentiā Apostolo, & eum irridentes dicunt cōtra I eum, Peccabimus vt gratia abūdet. Dicebat .n. Cōuertimini p pœnitentiā, sperate de uenia, ēt si maxima sit iniquitas, qͣ vbi abūda- *Rom. 5.* uit peccatū, superabundauit & gratia. Nullum peccatum poterit remanere ante pęnitentiam, Prædicat.n. conuerti. Sed vn̄ se conuerteret aliq̄s, cui prior status placeret? Qui itaq; cōuertitur, necessario dolet habere, qđ gaudet perdere. Pęnitentia itaq; acquirit indulgētiam, sine qua nemo puenit ad ueniā. Si.n. sine ea anima saluaretur, non diceretur, Peccasti, quiesce. Qūo.n. quiescere nisi quia malum est si peccaret? Qūo diligi & nō odio haberi potest, quod retentum damnat, & fugatum saluat? Qui ergo nunc quiescit, dolere oportet quod non prius quieuit. Sicq; saluatur quia dolet, sicq; liberatur quia pœnitet. Ex dolore.n. dictum est, Peccaui, quid faciam tibi? Quasi dicat, adeo doleo peccasse, quòd mihi tam graue est ꝙ nō uelim contra me te non uindicare. Quæro.n. in me quid supplicij possim excogitare, quod tibi possit sufficere. Nihil mihi graue, si me a peccato pōt liberare. Relinquitur ergo pęnitere uolētibus ueniam inuenire. Sunt aūt qui credūt *Pœnitentia post baptismū Cap. 3.* vsq; ad baptismum pęnitentiam proficere, Nanq; Syrus erat Naaman, qui per aquā per- *4. Reg. 5.* didit lepram, sed postea peccantibus cassam k pseuerare. Gaudent.n. singularitate, arrogantes ex hoc quod non habent, iactantes se mūdos esse, vtpote quasi nihil post baptismum cōmiserint unde iure dolere possint. Hi sinistre omnia intelligentes, uires ex sanctorum authoritate sumentes, & sequentes patrem mendacij, mendaciter exponunt quod concordat veritati. Legant in Apostolo quod in- *Hebr. 6.* telligere nolunt, Impossibile est eos q̄ semel illuminati sunt, & gustauerunt donum cęleste, & participes effecti sunt gratiæ spiritus sācti, & gustauerunt bonum uerbum dei virtutesq; seculi futuri, iterum renouari p pęnitentiam, rursum crucifigentes filium dei, & ostentatui habentes. Sed si superbia eos non excæcasset, uiderent Apostolum nō ita esse destructorem sui laboris atq; sui gaudij. Quos.n. per Epistolas correxit, nisi qui post baptismum ceciderant, & in peccato perseuerabant? Gentiles.n. uisitabat corporali pręsentia, & orationibus & miraculis eos cōfutans. Quomodo scriberet infidelibus, ipsis eidem multipliciter contradicentibus? Hunc lapidabant, uirgis cædebant, & eis scriberet ut se corrigerent? Cur aūt correctionem infidelibus indiceret, si de eorum salute desperaret? Qūo scriberet, qui sciēter & necessario nihil omnino proficeret? Si non possent re- L nouari per pęnitentiam, cur prædicaret eā? Præterea Corinthiū reuocat post baptismū peccantem & fornicationem gentium superantem. Quomodo reciperet pœnitentem, si sic contra suum prædicaret præceptum?

Sed de baptiſmo hoc intellexit, Dixit.n.eos renouari per pœnitentiã impoſsibile eſſe, vt vt rurſum crucifigant filiũ dei,& oſtentatui habeant.i.ut iterum baptizentur . Qui.n.baptizatur, mortẽ crucis & ſepulturã Chriſti repræſentat in immerſione ſua. In ſigno.n. crucis quiſq; in aqua ſubmergit,& ſubmerſus ſepultus oſtenditur: Non.n.ꝗ lapſi ſunt, ꝑ iteratum baptiſmum conſequi ueniã poterũt. Sicut.n.ſemel Chriſtus crucifixus eſt,ſic baptiſmus iterandus nõ eſt.Vna.n.morte ſua oẽs redemit, ut amplius mori non oporteat. Quod uidens Eccleſia,intellexit non iterandũ baptiſmũ.Per fructus itaq; pęnitentię,baptizatis adhibetur ſpes uenię.Nam filius qui receſſerat a patre in regionẽ longinquam, ſuſceptus eſt a patre ꝑ pœnitentiã confitentẽ,Dixit.n.patri cõfitens,iam nõ ſum dignus uocari filius tuus. Non.n.iſta a te didici, iſta apud te reperi, Hunc ſuſcepit paterfamilias, [M] & ſtola,& anulo induit eũ. [*Luc. 15.*] Stola induit eũ, ꝗa in eo integritatẽ charitatis reſtaurauit:atque anulum in manu poſuit,quia (põt omitti) ex fide eũ fecit operari, per ſpirituſſancti dona eum ſubarrauit: & ẽt calciamenta pedũ reddidit, quia Eccleſiã eius prædicatione ditauit. [*Col. 2.*] In cuius cõuiuio occiſus eſt uitulus ſaginatus,ꝗa in quo habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter illi factus eſt cibus:per hoc oſtendens ẽt ſacramenta dñici corporis ꝑ pęnitentiam & confeſsionẽ reddi peccatoribus baptizatis. [*Acto. 8.*] Si.n.aliter eſſet, Petrus poſt dñi aſcenſionẽ caput Eccleſiæ, non perſuaſiſſet Simoni in emptione ſpirituſſancti ſpem habenti, ut pęnitentiã ſumeret inde, cui pecuniã dicauerat in maledictionem. [*Luc.10.*] Ille quoque qui incidit in latrones ab Hieruſalẽ deſcendebat,nõ in Aegyptum ad tenebras, nõ ad Idumęos ſanguineos,& puluere aſperſos ſed ad Hiericho: qui incidit in latrones, non habitauerat cũ eis.Sed licet inciderit ꝗ prius latro nõ erat: non eſt relictus a Samaritano, ſed adiutus & cura refectus. Quod non fuiſſet,ſi ſolum nõ baptizatis ſpem ueniæ reliqſſet. [A] [*Ioan. 11*] Amicus uocatus eſt Lazarus,& poſtea reſuſcitatus eſt fętidus & quatriduanus a mortuis:oſtendens quantumcunq; peccet hõ, ẽt poſtquã fuerit amicus dei,uiuere poterit ei ſpũs. Sed ualido dei clamore & multorũ fletu foras a pctõ uocabitur,prius tolletur lapis deſuper ab ipſo, ꝗa cordis duritia proiicietur ex animo, quam tollẽt interceſſores & ꝑdicatores labore ſuo. Filiã Abrahæ ꝗ alligauerat ſatanas,ſoluit dñs reclamantib.Iudęis: hæc filia erat & ligata & ſoluta in ſabbato. [*Luc.13.*] Adhuc fiunt qui reclamant nõ eſſe remiſsionẽ peccatorũ baptizatis ꝑ pęnitentiam,dicẽtes pctm̃ in patrem & filiũ remitti,& in ſpiritumſanctum oĩno non ignoſci, putantes peccata in patrem & filium eſſe infidelium, & habere remiſsionẽ per baptiſmũ,Iſti peccant abſq; ſpiritu, quẽ non acceperunt, [*Peccati in ſpiritũſanctũ ad mortem quod. Cap. 4*] Illi aũt in ſpiritumſanctũ peccant quem acceperunt ꝑ baptiſmum, ꝗ eius dona non retinẽt & diaboli uenena eligunt. Iſtos intelligunt nec hic, nec in futuro miſericordiã cõſequi poſſe.Sed iſte intellectus magis eſt erroris ꝗ̃ fidei ſanctæ. Si.n.per ſolum baptiſma qđ iterandũ non eſt, fit peccatorum remiſsio: cur adderet dñs,neq; in futuro? [*Mat.12*] Conſtat aũt quędam in futuro remitti, ubi non eſt operatio baptiſmi. [B] In futuro aũt nemo baptizabitur, & a peccato liberabitur.Sicq; falſa eſt interpretatio, quæ remiſsionẽ concedit ſoli * baptiſmo. [*al. nõ baptizatis*] Non itaq; ſoli infideles peccãt in patrẽ & filiũ ſed quicunq; peccata cõmittunt. Sed ſoli peccant in ſpiritumſanctũ, ꝗ impœnitentes exiſtunt vſq; ad mortẽ,Spũs.n.ſanctus,charitas eſt deitatis,amor eſt genitoris, & genitę ueritatis:ꝗ̃ ſuã gratiã nobis tribuit ſui ipſius arrã. Qui igitur peccat:& gratiam ſuã recuperare nõ amat, & nunquam curat ab eo diligi,ꝗ totus eſt amor & charitas: nec ad eũ tendit unde ſumpſit arrã, in ſpiritumſanctũ peccat,& nunquã poſt mortem ſicut nec uiuens conſequetur ueniã. Sicq; nullus peccat in ſpũſanctum,qui fugit ad ipſum. Si quis lectionis ſeriẽ,& ubi hoc legit, & uerbi cãm cogitauerit,& ſi aliter intelligat, ſiniſtre interpretantib.non cõcordat. [*Ibidem.*] Dicebãt.n. Iudæi, In Beelzebub eijcit dæmonia opus ſpirituſſancti attribuentes diabolicæ poteſtati.Dixit ergo.Sunt peccata ꝗ̃ quoquõ ſunt ferenda, ſunt blaſphemiæ cõſecuturæ miſericordiã,ſed blaſphemię in ſpiritumſanctum, vt incepiſtis ducẽt uos ad mortẽ. Vñ poſtea dixit,Non põt arbor mala fructus bonos facere:quaſi dicat,Cõuenit uitæ ueſtræ de ſpiritu talia dicere, [C] Arbor bona non poteſt fructus malos facere conſilium eſt, Conuertimini

mini,in arborē bonā transite, nec iam poteritis de spiritusansto talia sentire. Obijciunt aliud dictū Ioannis, Est aūt peccatum nō ad mortē ꝓ quo oret quis: Est aliud ad mortem ꝓ quo non oret quis: quasi pro peccatis ante baptismū est orandum ꝓ alijs non. Fallūtur q̃ sic intelligunt. Contrarius.n. esset sibi ipsi, qui pœnitentiā admonet Ecclesię Pergami. Sed sunt quædam pc̄ta uenialia, quæ oratione dn̄ca quotidie soluuntur, cū dr̄, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et hęc ut idē ait nō sunt ad mortē, non sic, sed ꝑ fructus pœnitētiæ soluuntur. Qui Petrum lachrymantē suscepit, remissionē non negauit baptizatis. Iā .n. audierat, Tibi dabo claues regni cœlorū, q̃ licet postea dn̄m negauerit, & à se amicos Christi excōmunicauerit, per pœnitentiā & amaros fletus ueniam recuperauit. Aegrum se dn̄s dicit, respiciens ad mēbra sibi unita. Qui Christi mēbra sunt, per baptismi sacramenta deo uniti sunt, In quib. se ægrū cum cōmemorat, non ab hominibus pc̄tā cōmitti negat, q̃ quotidie ꝑ pœnitentiā destruit.

1.Ioan.5

Apoc. 2.

Mat.6.

Mat.15.

Mat.26.

D

Adhuc instant perfidi qui sapiunt plus q̃ oporteat, non sobrij, sed excedentes mensurā. Dicunt.n. Vt si semel peccantibus post baptismū valeat pœnitentia, non tn̄ sæpe peccantibus proderit iterata, alioquin remissio ad peccatū esset incitatio. Dicunt.n. Quis nō semper peccaret, si redire semper posset? Dicunt.n. dn̄m incitatorem mali, si semper pęnitentibus subueniret: & ēt ei placere peccata, quib. semper præsto est gratia. Errant aūt, immo constat ei peccata multū displicere, q̃ semper præsto est ea destruere. Si.n. ea amaret, non ita semper destrueret, sed conseruaret, atq; ut sua munera foueret. Semper destruit peccata quæ inuenit, ne soluatur quod creauit, ne corrūpatur quod amauit. Sumūt occasionē hypocritę isti ex factis dn̄i. Quem .n. cæcum bis illuminauit? quē leprosum bis mundauit? quem mortuū bis suscitauit? Nō Lazarum quem prius dilexit, Non filium uiduæ, quem misertus matri reddidit, Nō filiū dissipatorem legitur bis suscepisse, Non filiā Abrahæ bis a dæmonio liberasse. In nulla ꝑsona iterauit factum, docens, ut aiunt, nō sępe a dn̄o fieri remedium. Dixit mulieri, Vade & amplius noli peccare, ne deterius ali-

Semper paratum peniten-tiæ reme dium. Cap. 5. De pœni. dist. 3. c. adhuc 4. sen. dist. 14. cap. Quòd ue ro.

Ioan.11.

Luc.7.

Luc.15.

Luc.13.

E

quid tibi contingat: promittens pœnam, nō amplius ueniam. Qui autem multos cæcos & diuerso tempore illuminauerit, & multos debiles confortauerit, ostendit in diuersis illis eadem sæpe peccata dimitti, ut quē prius sanauit leprosum, alio tempore illuminauit cæcum. Ideo enim tot saluauit febricitantes, tot languidos, tot claudos, cæcos & aridos, ne desperet de se peccator. Ideo non scribitur aliquis, nisi semel sanatus, ut timeat quisq; iūgi peccato. Videmus adhuc quotidie in Ecclesia sępe febricitantes, sæpe languidos, sępe passionibus captos, sæpe liberari, ut appareat toties opus miserātis, quoties confessio fit pœnitentis. Quomodo enim corpus quod uilius est, & ab ipso dissimilius sępe sanaret: & animam digniorem & redēptam, non toties liberaret? Medicum se uocat, & non sanis, sed male habentibus opportunum. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies infirmum uisitare, centies curare. Qui cæteris minor esset, si alijs possibilia ignoraret. Memor est sui qui dicit, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Quem enim peccatorem excludit? Et quod omnibus promisit indulgentiam, alijs promissionibus declarat. Qui me confessus fuerit coram hominibus. i. omnis quantumcunque & quotiescunque peccator, cuiuscunque ordinis, etiam si fuerit sacerdos: confitebor & ego eum coram patre meo, Nam * qui inuocauerit nomen domini, id est, secundum quod nominatur dominus, id est, qui inuocauerit eum ad se seruiēdo, non contradicendo, ut forsitam sæpe fecit: omnis, id est, quicūque sit ille peccator, saluus erit. Omnem animam iste promissor saturauit bonis, etiam sedentes in tenebris & vmbra mortis, nullam excipiens animam. Hunc magistrum intellexerat discipulus ille, qui Corinthios per epistolas suas uoluit corrigere, & ut ipse testatur ter in literis suis eos correxit. Oportebat enim ut quoties uideret eos cadere, toties iuuaret eos surgere. Memor enim erat illius qui dixerat, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Scimus autem & primos patres, & in omni tempore Ecclesiā dei semper vsque in septuagiessepties, quod est semꝑ, peccata

B

E

Matt. 9.

Ezec. 18. & 33.

Mat. 10.

Iohel. 2.

al. quicūque.

2.Co.13.

G

Ioan. 10.

cata dimittere. Quam potestatẽ isti ab Eccle
dei conantur auferre. Oportet.n.sic Ecclesiã
Iacobi.3. credere, q confitetur se sæpe peccare. Negãt
Iob.25. .n.ueritatẽ in se esse, qui se absq; peccato au
dẽt iactare. In multis.n.offendimus oẽs, nec
infans vnius diei absq; peccato super terram
esse põt. Quapp elimandus est ab Ecclesia i-
ste error qui unquã pęnitentib. negat indul-
gentiam. Nõ.n.inquirit quid Apost. senserit,
1.Co.4. qui dixit Nihil mihi conscius sum, sed nõ in
hoc iustificatus sum. Scimus.n.& iustis pec-
cata solere contingere. Non se confirmabat
absq; peccato, qui se nouit indissolubili uin-
culo charitatis Christo conuictũ. Nisi.n.sci-
ret sępe iustos ad ueniam uenire, qũo dubita
ret se peccare, qui sesciebat spiritũ dei habe-
Ioan.13. re, & intentione mundissima ei seruire? Cur
.n.dñs Petri pedes lauisset, & Ecclesiam hoc
idẽ docuisset, nisi q̃a quotidiana est offensio,
Matt. 6. oportet ut quotidiana sit remissio? Cur do-
cuisset ipse dñs orantes dicere, Dimitte no-
H bis debita nostra: nisi ipse misericors pseue-
raret, qui nos ab hac petitione nõ uult defice
al.debeat re? Nullus itaq; tñ unquã posset peccare, qđ
pęnitens * uelit desperare. Quid.n.aliud est
Desperatio quid. desperare, q̃ deum sibi cõparare? Nam q de
deo pręsumit ueniam, non animaduertit pl⁹
peccato suo dei posse clementiam. Si.n.senti
ret deum magis bonum q̃ se malũ: quicquid
in se iustitiæ non inueniret, a deo magis bo-
no expectaret: & quidẽ diffidit, quia summi
boni bonitatẽ maiorem sua nequitia nõ sen
tit. Ille.n.solus diffidat qui tantum peccare
potest quantum deus bonus est. Cum sit aũt
nullus qui hoc possit, qui timet de se malo,
Misericordiæ. Dei magnitudo. præsumat de meliore. Diabolus.n.& oĩs ne-
quitia minor est, q̃ dei misericordia. Ipse.n.
si posset sperare & culpã in se sentire, quod
non inuenit in se pręsumeret in dei bonita-
te. Adhuc qui diffidit & suam nequitiam dei
pietati cõparat, finem imponit diuinę uirtu-
ti, dãs finem infinito, & perfectionem diuini
tatis auferens deo cui nihil deest, quod ẽt co
gitari nõ potest. Non itaq; etiam si sacerdos
peccauerit, desperare debet, licet scriptũ sit,
Quis orabit pro eo? Tota nanq; Ecclesia, at-
que alius sacerdos, & omnis sanctorum or-
do orabit pro eo, & ipse Christus qui pro no
1.Re.2. bis offert se deo. Sed hoc considerandum est
sacerdoti, ne facile cadat, cui in hoc grauior
notatur pęna. Dicat apud se. Si plebs ieiuna
uerbi dei peccauerit, oportebit me ferre par-
tẽ ponderis: non audebo illi importabilia im
ponere, & non digito ea mouere. Sed ego si *Mat.23.*
peccauero, qđ faciã? Nõ sic facile euadã, me
oportebit flere miseriã. Nõ.n.est sic statutũ
de me, sicut de subiecta plebe. Sic sacerdos &
timeat peccare, sed magis timeat desperare.

Sunt alii inimici desperationis, qui adeo *Qui fiducia misericordiæ peccant.*
pręsumunt & de deo confidunt, quòd quan
dã sibi licentiam acquirunt peccandi: & sine
pęnitentia expectant ueniam, quia credunt
qm̃ Christiani sunt, non posse damnari: adu *Cap. 6.*
lantes sibi, eo quod scriptum est, Oĩs quicũ- *Iohel.2.*
que inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Pu-
tant.n.se nomen dñi inuocare, qm̃ pñt Xpm *Mat.20.*
credere & sacramenta Ecclesiæ sumere, non
uerentes multos esse uocatos, sed paucos ele
ctos. Putant.n. Christianos paucos esse in
multitudine gentium & Iudæorum: quare
& si omnes saluantur credentes, paucorum K
tñ electio in tanta multitudine. Sed si quis
animaduertere uoluerit, deceptos hos esse
Ecclesia iudicabit, licet confidant in Christi
redemptione. Dicũt.n. Quid prodesset Chri
stum uenisse, si mali tñ sicut & ante aduen-
tum suum adhuc perirent? Ante.n.quam fie
ret deus hõ, mali tñ damnabantur: & si ad-
huc idem esset eum uenisse quid prodesset?
Multum, inquã, Nam oĩs bonus ante aduen
tum dñi saluus factus est per uenturum. Ne-
mo.n.infernum egredi posset, nisi à Xpo p-
ueniente in eum extrahi meruisset. Neq;.n.
facultas bene operandi & diabolo contradi-
cẽdi tãta hominibus inesset, nisi Christus tã
ta pati & resurgere decreuisset. Hi neq; Apo
stolorum neq; dñi uerba attendunt, qui for-
nicatoribus & criminosis hominib. tã multi
pliciter & toties pęnas promittunt. Adhuc
additur iniquitas priori consimilis, licet con
traria. Desperantes.n. Dei iudicãt misericor *Contra eosdem*
diã, hi condemnant iustitiam, iniustum deũ
blasphemãtes, qui reddere mala malis igno- *Cap.7.*
rat, & peccata eorũ exaltat. Sed miror cur nõ
credant Apostolo dicenti, Spes non confun-
dit: qui negant pœnam quam idem crimino *Rom.5.*
sis promittit. Si enim ubi minatur uerax nõ L
est, cur confidunt quòd sperantibus uerum
dicat? Sed qui uerus est in promittendo, ue-
rus est etiam in minando. Sed non est spe-

rare

rare, tandem bonū pro malis expectare, immo temerarius est q̃ pctm̄ nō abhorret. Sed cū peccat ad pœnitentiā recurrat, cōfidat in dn̄o, quem timeat iustum & immunditiarū inimicū. Cū itaq; pęnitētia efficax est & fructifera, neminē relinquens sine uenia, mortuos resuscitans: Sed mō & uarietate eius disseramus aliqua. Penitentia.n. baptizandis nō est necessaria, est baptizatis de maioribus & minorib. peccatis pœnitendū est. Per fidē.n. Ecclesiæ sola remittuntur peccata quæ cōtraxit hō in origine, ut sicut a patre peccāte dānationem accepit, ita p matris Ecclesiæ fidē consequatur remissionē. Sed qui per se peccauit, p dolorem proprium, & per fidem Ecclesiæ indulgentiā acquisiuit. Hæc p baptismū reddunt hominem mundum & nouum vt nihil remaneat qđ deo displiceat. Sine pęnitentia nulli profuit baptismus, q̃ peccauit spontaneus. Si quis autem baptizaretur inuitus, & in falsitate confessus, cū pęnituerit saluus erit, adiuuante fide & charitate totius matris Ecclesiæ p totum orbem diffusæ. Ob hoc sunt catechumeni ab Ecclesia cōstituti, vt dum baptismum expectant, unde iure pęniteant doceantur. Hæc restituit hominē in libertatem arbitrij primi parentis, adhuc in abundantia uirtutum constituti. Est.n. pęnitentia assidue peccantibus, assidue necessaria. In multis.n. offendimus oēs, quæ quotidie remittuntur si semper deplorantur. Ista per sacramēta Ecclesiæ & orationes semper fugantur, ut iure audiant, Tota pulchra es, & macula non est in te. Non quin fiat dico, sed manere non pōt. Tanta est uirtus petitionis tuæ & unitatis Ecclesiæ, ut quicquid extraneū acciderit, durare non possit. Licet.n. speciosi sint pedes euangelizantium pacē, euangelizantium bona, lauatis tn̄ in remissionis figura excutiendus est puluis qui contrahitur in via. Hæc peccata etsi sint parua per dei misericordiam, fiunt magna in peccatoribus negligētia. Nullum.n. peccatum adeo paruū qđ non crescat neglectum. Non.n. considerandum est quod fecerit, sed quē offenderit: q̃ bonus est, q̃ benignus, q̃ pius, q̃ propitius qui istū sua dulcedine & pietate creauit ex nihilo, qui eum absq; merito perduxit ad baptismum, & educauit & nutriuit ut filiū: ad cuius cōmodum creauit cœlum & terrā & oīa quæ in eis sunt ex nihilo, cui seruiūt oīa tanquam filio, cui misit angelum in auxiliū, p p quem fortem & callidum debellauit hostem eius antiquum, p p quem tam multipliciter pati sustinuit, vt eum mereretur habere filiū cum quo dignaretur habere cōsortium. Qui deus maiestate sua regit & gubernat oīa p p eum potestate sua. Talem patrem offendere, contra eius uoluntatē aliquid cōmittere, animaduertentibus ac se non ignorantibus q̃ est crudele? Vnde qui se cognoscunt, sicut semper peccant, ita semper plorant, vt totam uitam suam, quæ est tentatio super terram, plorent tota uita sua. Ista autē sunt, cum aliquid citra uel ultra modū agit. Ipsa. n. bona quæ per se bona sunt, aliquid contrahunt cum excedunt. Quicquid deest à perfectione, quicquid deficit ab homine, quicquid & nostrum est, plorando dolendū est. Quicquid alio mō agitur, non recta & mundissima intētione, quicquid alio mō operamur, & non tn̄ purissimo dei amore, nō est liberum a fragilitatis operatione. Quicūque tam miserum esse ut hominis est dilexerit, & qui eius fragilitatem oīno non abhorruerit, sed omnino sibi reseruauerit, & suum esse nunquam nisi propter acquirendum uerū esse quod deus est tolerauerit, addit operi diuino proculdubio dolendum. Et q̃ se cognoscit quid est, diligat hoc solum quod spectat ad illum qui est. Si quis.n. sapienter cogitat, quid turpissimæ fragilitati ab ipsa conditione inhęreat, quam fœdus, q̃ turpis sit in carne, q̃ mutabilis in mēte, hoc solum in se diliget, quia talē eum ad deū ducet. Quicqđ .n. boni faciamus, si id melius facere possumus, a nobis est, qđ in culmine boni nō sumus. Si quid boni nouerimus, & minus aliquo mō operamur, non omnino a nostra operatione est alienū. Ista cōtinua & assidua, & quasi quodammō necessaria, assidua lauētur confessione, assidua restaurentur cōpunctione. Surgamus purissimi ad purissimam perfectionem, ne istis quę parua sunt multiplicatis, quasi quadā scabie patiamur corrūpi & collidi: ne pinguedine charitatis imminuta sinamur macie affligi, & tortura immūdæ conscientiæ macerari. Semper tendamus in melius, semp in puritatē baptismi tendentes & eam summopere conseruantes: vt cū de

Marginalia: Peccatorum differentiæ. — M — Iacobi. 3. — Canti. 4. — Esa. 52. — Rom. 12. — A — Ioan. 7. — B — C

de hac uita exhibimus, ad eũ qui mundissimus est mũdi perueniamus, & sine mora ab eo suscipiamur. Doleamus esse exules à patria, doleamus uiuere in corruptibili * materia. Hic dolor magis ex desiderio, q̃ ex uindicta fit. Vñ differt a poenitentia. Pœnitentia.n. est quædã dolentis vindicta, puniens in se ꝙ dolet cõmisisse, Qui aũt dolet quod retinet in mortali corpore, desiderat quod amat, plorans quod tardat. Oĩs pœnitentia est de male vsa libertate. Iste uero dolor magis de necessitate est, Nullum.n. peccatũ est necessariũ. Ipsum aũt pctm̃ originis ob hoc est malum, qa fuit in Adam spontaneum, Illius.n. uoluptas male usæ libertatis punitur in nobis, nõ quia necessarium, sed quia fuit spõtaneum. Nihil.n. a nobis quæritur, quod commisissemus, nihil a nobis exigitur nunc quod fecissemus. Relinquitur in filijs opus paternæ uoluptatis.

al. uita.

Differũt pœnitẽtia & dolor.

D Requirit diabolus filios in seruitutẽ, quorũ patris emit libertatem. Iste dolor factus est, non ex conscientia peccatrice, sed ex operante charitate: non puniens malum, sed augmentans bonum, nõ impatienter habitus, sed ex desiderio susceptus. In hoc desiderio erat Andreas, q in cruce positus a dño requirebat, Tps est ut cõmendes terræ corpus meũ. Volebat.n.eum plebs de cruce deponere. Ipse aũt cœpit dñm rogare, Ne me ꝑmittas domine descendere uiuum, sed tẽpus est ut cõmendes terræ corpus meũ: tandiu.n.iam portaui, tandiu super cõmendatũ uigilaui & laboraui, quod uellem iam ab ipsa obedientia liberari, & isto grauissimo indumento expoliari, Recordor quantum in portando onerosum, in fouendo infirmum, in coercendo lentum, in domando superbũ laboraui. Scis dñe quotiens a puritate contẽplationis me retrahere conabatur, quoties à dulcissimo quietis tuæ sommo me excitare contẽdebat, quantum & quotiens dolorem

E ingerebat. Qui igitur tandiu pater benignissime pugnanti restiti, & tua ope superaui & vici, a te pio & iusto remuneratore posco, ne mihi ultra cõmendes, sed depositũ reddo. Cõmenda alii quẽ illud ultra nõ impediat, & resurrecturũ seruet & reddat, ut & ipsum quoq; sui laboris mercedẽ recipiat. Terræ me cõmenda, ut uigilare me amplius nõ oporteat: & libere ad te fontẽ indeficientis gaudij tẽdere anxiantẽ me iam nõ retrahat, nec impediat. Hic dolebat iam non esse cũ dño, nec pœnitebat cõmẽdatum resurrexisse dño. Sic itaq; nõ omnis dolor est pœnitentia. Sunt ẽt peccata alia quæ oĩno eripiunt uitã, nisi succurrat pœnitentia. Non.n.omnis quis dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnum cœlorum. Quare agenda est pœnitentia ut deleantur crimina. Sed qm̃ pœnitentia non omnis est bona, dicamus aliqua quæ separant ueram a falsa, sterilem a fructuosa. Sunt.n.quos peccasse pœnitet ꝑꝑ præsentia supplicia. Displicent.n.latroni pctã qñ * agitur de pœna. Desit uindicta, reuertitur ad crimina. Ista est pœnitentia non ex fide procedens, nec est charitate munita, sed sterilis & sine misericordia. Hæc non purgat conscientiam, nec lauat crimina. In hac nulla est spes ueniæ, nulla expectatio indulgentiæ. Hinc concordãt qui confitentur inuiti, nõ amore boni, sed ut fugiãt

De omnibus pœnitendum. Cap.9.

al. operitur pœna

F damnum uel incõmodum seculi. Seruiunt mundo quem amant, quærunt suã gloriam quam anhelant, recipiunt mercedẽ quam expectant. Si quis tali pœnitentia securus exiterit, & ad uerã pœnitentiam de ista non cõsenderit, deceptus & miser æternaliter peribit. Vtilis ergo erit pœnitentia si sit spõtanea dñm quærens quem amisisse doleat, ad illũ anxians præter quem non est uita. Sunt plures quos pœnitet peccasse, sed nõ omnino, reseruantes sibi quædã in quibus delectẽtur: non animaduertentes dñm simul surdum & mutũ a dæmonio liberasse, per hoc docens nos nũquam nisi de omnibus * sanari. Si.n. uellet ex parte peccata reseruari, habenti septẽ dæmonia, manente uno proficere potuerat sex expulsis. Expulit aũt septẽ vt oĩa crimina simul eijcienda doceret. Legionẽ ãt ab alio eijciens neminẽ reliquit ex omnibus q liberatum possideret, ostendens ꝙ si ẽt pctã sint mille, oportere de omnib. pœnitere. Laudatus est.n.dñs, quando eiecto dæmonio locutus est mutus. Nunquam aliquem sanauit quem oĩno non liberauit. Totum.n.hominem sanauit in sabbato, qa & corpus ab infirmitate, & animam ab omni cõtagione liberauit, indicãs pœnitentem oportere simul dolere de oĩ crimine orto in anima & corpore. Scio enim deum inimicum omni criminoso. Quomõ ergo qui crimẽ reseruat, de

De pœnit. dist.3.c. sunt plures.4.sen. di.15.c. satis arbitror.

Mat. 12 Marci.5

G

alio

alio recipet ueniam ? Sine amore dei consequeretur indulgentiã, sine quo nemo unquã inuenit gratiã. Hostis.n.dei est, dũ offendit ꝑseueranter. Quædã.n.impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus & iustitia est dimidiam sperare ueniam. Iam.n.foret sine pœnitẽtia inuenire gratiã. Pęnitentia.n.uera ad baptismi puritatẽ cõfitentẽ conatur adducere. Recte.n.pœnitens quicquid sordiũ post purificationẽ contraxit, oportet ut abluat saltẽ lachrymis mentis. Sed satis durus est cuius mẽtis dolorẽ oculi carnis nequeunt declarare. Sed sciat culpabiliter se durũ, q deflet dãna tpis uel mortẽ amici, & dolorẽ pc̃ti lachrimis non ostendit. Non itaq; est ut quis excuset, se non habere fontem lachrymarum, q nonnunquam lachrymis ostendit dolorem temporalium.

H

Q̃uo & quib. cõfitendum. Cap. 10.

Quem ergo pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lachrymis ostendat, repræsentet uitam suam deo ꝑ sacerdotem, præueniat iudicium dei per confessionẽ. Præcepit.n.dñs mundatis ut ostenderent ora sacerdotib. docens corporali præsentia confitenda peccata nõ per nuncium non per scriptum manifestanda. Dixit.n. Ora monstrate, & omnes, nõ unus pro omnibus. Non alium statuatis nũcium qui pro uobis offerat munus a Moyse statutum. Sed qui per uos peccastis, per uos erubescatis. Erubescentia.n.ipsa partem hẽt remissionis, ex misericordia.n.hoc præcepit dñs, ut neminẽ pœniteret in occulto. In hoc.n. quod per seipsum dicit sacerdoti & erubescentiam uincit, timore offensi, fit uenia criminis: fit.n.per confessionẽ ueniale, quod criminale erat in operatione. Et si nõ statim purgatur, fit tamen ueniale, quod commiserat mortale. Multum.n.satisfationis obtulit, qui erubescentiæ dominans nihil eorũ quæ commisit nuncio dei denegauit. Deus.n.misericors & iustus est, sicut conseruat misericordiam in iustitia, ita & iustitiam in misericordia. Opus.n.est misericordię, peccãti peccata dimittere. Sed oportet ut iustus misereatur iuste. Oportet.n.ut non solum quid, sed in quo doleat consideret, si dignus est, nõ dico iustitia, sed misericordia. Iustitia.n.sola damnat. Sed dignus misericordia est qui spiritali labore petit gratiam. Laborat.n.mens patiendo erubescentiam. Et qm̃ uerecundia

de pœn. dist. 1. c. Quę pœnitet & d. 3. c. Sũt plures. 4. se. di. 17. c. Sed quo sacerdotibus.

Luc. 17.

Leui. 9.

F

G

I

magna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. Vnde patet ꝙ quãto pluribus confitebitur in spe ueniæ turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur misericordiam remissionis. Ipsi.n.sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentib. parcere: quibus.n.remittunt, remittit dñs. Lazarum quem de monumento iam suscitatum obtulit dñs discipulis soluendum, per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit.n. Quodcunq; solueritis super terram, soluetur & in cœlis: hoc est, Ego deus & omnes ordines cœlestis militiæ, & omnes sancti in mea gloria laudant, uobiscum & confirmant quos ligatis & soluitis. Non dixit, quos putaris ligare & soluere, sed in quo, exercetis opus iustitiæ aut misericordiæ. Alia autem opera uestra in peccatores non cognosco. Quare qui confiteri vult peccata ut inueniat gratiam, quærat sacerdotem sciẽtem ligare & soluere: ne cum negligẽs circa se extiterit, negligatur ab alio qui eum misericorditer monet & petit, ne ambo in foueam cadant quam stultus euitare noluit. Tanta itaq; uis confessionis est, vt si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sæpe.n.contingit, ꝙ pœnitens non põt confiteri coram sacerdote, quem desiderãti nec locus nec tempus offert. Et si ille cui confitebitur potestatem soluendi nõ hẽt, fit tñ dignus uenia ex desiderio sacerdotis, qui socio confitetur turpitudinem criminis. Mundati.n.sunt leprosi, dum irent ostendere ora sacerdotib., antequam ad eos peruenirent. Vnde patet dñm ad cor respicere, dum ex necessitate ꝓhibetur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidẽ eos quærunt sani & læti, sed dũ quęrunt antequam perueniãt ad eos moriuntur. Sed dei misericordia est ubiq;, q & iustus nouit parcere, & si non tam cito sicut si soluerentur a sacerdote. Qui igitur omnino confitetur, sacerdoti meliori, quã potest confiteatur. Et si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis, ut grata sit oblatio muneris. Nam in resuscitatione filiæ principis pauci interfuerunt qui uiderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam ciuitatis delata, nondum extra domum in notitiam deportata. Intus resuscitauit q intus inuenit, relictis solis Petro & Ioanne

4. sen. di. 17. c. Sed quod Paragraph. Vnde patet.

Ioan. 11.

De pœni dist. 1. c. quę pœni.

Mat. 18.

K

De pœni dist. 1. ca. Quę pœn

De pœni. dis. 6. cap. qui vult. 4. se. dist. 17 c. Nũc priusquã Paragraphus. Sed curet.

Luc. 17.

L

Priuatæ & publica confessio & satisfactio. Cap. 11.

De pœni. dist. 1. c. Quę pœnitet. Et dist. 6. c. Qui vult 4. sen. di. 17. c. nūc priusquā.
Luc. 8.
Luc. 7.
Ioan. 11.

ne & Iacobo & patre & matre puelle. In q̄bus figuraliter cōtinentur sacerdotes Ecclesię. Quos aūt extra inuenit, animaduertendū est quō suscitabit. Flebat aūt turba post filiū uiduæ, fleuit Martha & Maria supplicans ꝓ fratre, flebat ēt turba q̄ Mariā fuerat secuta, lachrymis Mariæ admonita: In quo docemur publice peccantibus, non propriū, sed Ecclesiæ sufficere meritum. Si itaq; mortuus iaceat, sicq; se mortuū ostēdat, publice mortem suā p̄dicando, publice fructus pœnitentiæ ostendendo, ut turba ploret amissum, &

M

defleat quē dolet mortuū. Istis lacrymis mouebitur dn̄s, qui reddet matri unicū filiū. Si nimis ꝑseuerauerit, si se mortuū per fructus pœnitentiæ nō declarauerit, tanto plus oportet addere, Vn̄ lachrymis excitetur, non solū Marthæ, sed ēt Mariæ. Tm̄ se affligat, tantum se dolere & se mortuum sentire ostendat, ut audientes & contēplantes orent ueniā. Quorum fletū miretur Ecclesia, Qui. n. multos offendit peccādo, placare multos oportet satisfaciendo: vt Ecclesia prius offensa ꝑ culpā in cōuersione flectatur per misericordiam, orans pro ipso quē defunctum dolebat, unde deus flecteretur ad ueniam qui prius adhibuit misericordiā. Laboret itaq; pœnitens in Ecclesiā esse, & ad Ecclesiæ unitatē tendere. Nisi. n. unitas Ecclesiæ succurrat, nisi qđ deest peccatori sua opitulatione cōpleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est. n. & pietas fidei expostulat credere, quòd oēs eleemosynæ totius Ecclesię & orationes & opera iustitiæ & misericordiæ succurrant recognoscenti mortē suā ad conuersionem suam. Ideoq; nemo digne pœnittere potest quem non sustineat unitas Ecclesiæ. Ideoq; non petat sacerdotes per aliquam culpā ab unitate Ecclesię diuisos. Iudas. n. pęnitens iuit ad Pharisæos, reliquit Apostolos: nihil inuenit auxilij, sed augmentū desperationis. Dixerūt n. Quid ad nos tu uideris. Si peccasti, tibi sit, non tibi succurrimus, nō peccata tua charitatiue suscipimus, non comportanda promittimus, non qualiter deponas onus docemus. Quid. n. nobis & misericordiæ, qui nec opera sequimur iustitiæ? Si isset ad fratres, si isset ad illos q̄ orauerant pro socru Petri febricitante, q̄ Chananæam improbā misericordiæ obtulerant,

Extra Ecclesiā nō est pœnitentia. Cap. 12. De pœni. dist. 6. c. Qui uult. 4. sen. di. 17. c. nūc priusquā.
Mat. 27. A
Luc. 4.

Interrogasset Petrū, ꝑ se lachrymas effundētē, non fugisset Mariā & Marthā, quæ uitam Lazaro impetrauerant, non turbā plorantē, quæ unicum filiū acquisierat uiduæ: Iuit ad diuisos, & diuisus perijt. Hanc unitatem oīs boni sentit operatricē qui dixit, Vinea fuit pacifico in ea quæ hēt populos. Nisi. n. in Ecclesia uniuersali populos se continentes cognosceret, se uineā impetraturum nō pręsumeret. Scit. n. & experimēto cognoscit vtpote q̄ pro omnium salute laborauerat, se absq; auxilio Ecclesiæ * stare non posse. Non. n. est * parum cui oē bonum succurrit, siue in cęlo siue in terra constitutum. Hoc amittens per excommunicationem, nisi recuperet ꝑ sanctę matris unitatē uel pietatē, quō unquā poterit pęnittere, quō deum beneuolum poterit inuenire, qui eius sanctissimam sponsam & matrem, filiam & sororem nō dubitauit offendere, & eius auxilium omnino contemnere. Ex fide pęniteat, credat hanc esse medicinam, omnes fructus suæ pęnitentiæ paruos habeat, nunquam credat sufficere, sēper doleat, semper coram domino ante quē peccauit erubescat, dolorem cum uita finiat. Nam si & Apostolus etiam peccata per baptismum remissa continue plorat, nobis etiā super fundamentum Apostolorum positis quid præter plorare restat? Quid nisi semper dolere in uita? Vbi. n. dolor finitur, deficit & pęnitentia. Si autem pęnitentia finitur, quid relinquitur de uenia? Tandiu enim gaudeat & speret de gratia, quandiu sustentatur a pęnitentia. Dixit. n. dominus, Vade, & amplius iam noli peccare. Non dixit, nec pecces: sed nec uoluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo seruabitur nisi dolor continue in pęnitentia custodiatur? Hinc semper doleat, & de dolore gaudeat, & de doloris pœnitentia, si contigerit, semper doleat. Et non sit satis quòd doleat, sed ex fide doleat, & non semper doluisse doleat. Consideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseuerantia, in uarietate personę, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius uitij multiplici executione. Oportet enim pœnitere fornicantem secundum excellentiam sui status aut officij, & secundum modum meretricis, & secundum modum operis sui, & qualiter turpitudinem suam peregit. Si in

Matt. 1. Ioan. 11. Luc. 7.
al. facere.
al. parcui.
B
Dolor fide. Cap. 13.
Ioan. 8.
C
Circūstantiæ peccatorum. Cap. 14. De pœ. distin. 5. Cap.

loco

Confide-raret ergo. 4. sentẽ. dist. 16. cap. In perfe-ctione.

loco sacro, aut cui debuit excellẽtiam fidei,
ut sunt domus dominorum & aliorũ multo
rum. Si in tpe orationi constituto, aut in fe-
stiuitate sanctorum, & in tpe ieiunij, Consi-
deret quãtum pseuerauerit, & defleat quod
pseueranter peccauerit, & quãta uictus fue-
rit impugnatione. Sunt.n. qui non solum nõ
vincũtur, sed ultro se peccato offerunt: nec
expectant tentationẽ, sed præueniunt uolu-
ptatẽ: & pertractant secũ q̃ multiplici actio-
ne vitij delectabiliter peccent. Oĩs ista uarie
tas confitẽda est & deflenda, ut cum cogno-
uerit quod pctm̃ est multum, cito inueniat
deum propitium. In cognoscendo augmen-
tũ peccati, inueniat se cuius fuerit ætatis, cu
ius sapientię & ordinis, & statum oẽm alte-
D rius nõ peccantis. Immoret̃ in singulis istis,
& sentiat modũ criminis: purgãs lachrymis
oẽm qualitatẽ uitij, defleat uirtutẽ qua inte-
rim caruit. Dolendũ est.n. & dolore purgan-
dum, non solũ quia peccauit, sed ẽt qđ se uir
tute priuauit. Nam licet speret se consecutu-
rũ ueniã, dolere tñ põt, quia non promeruit
vnde remunerari cõfidat: anxietur & doleat,
quòd mõ effugiens de præteritis pœnã mi-
ser nõ inde expectet gratiam, cuius oẽ tẽpus
qm̃ breuissimum est, debuit decertauisse ad
consequendum præmium. Defleat.n. qm̃ in
vno offendens factus est oĩum per ingratitu
dinẽ reus. Ingratus.n. extitit, qui plenus uir-
tutibus deum omnino non timuit. In hoc
.n. quisque peccator fit culpabilior, quò est
deo acceptior, Ideo.n. Adam plus peccauit,
quia omni bono abundauit. Etiam alio mõ
offendens in uno, reus est omnium, quia oĩs
virtus patitur detrimentũ ab uno uitio. Nam
si quis cadit in auaritiam, largitatem destruit
& etiam castitatem minorauit. Amore.n. pe-
cuniæ, uel uiolaret castitatem, uel saltem mi
nus amaret. Si.n. p p deum tanta adhuc casti
tas inest, vt nolit eam perdere: tñ saltem mi-
E nori gaudio, minori affectu tuetur eam, vbi
videt inde procedere damnum pecuniæ. Sic
que & in alijs, quę etiam si non expellantur,
tñ per conceptionem unius uitij uel satis uel
parum minuuntur, uel intentione deteriorã
tur, unde omnis uirtus cuicunq; crimini est
defluenda; & de omnib. indulgentia est petẽ
de. Animaduertere ẽt oportet, & animaduer
tendo deflere animã proximi, quam fornica

De pœn. dist. 15. cap. consideret.

Iacobi. 2. 4. sen. di. 16. cap. in perfe-ctione.

De pœn. dist. 5. ca. conside-ret.

tor deo eripuit, uel ereptam in malo confir-
mauit: etiam ꝙ exẽplum extitit mali in ope-
ratione sui criminis, cui magis profuisset si
alijs fuisset causa conuersionis. Gemat itaq;
aliorũ uitã in sua corruptã, uel incorruptam
non conseruatam, & cõmodum pximi qđ
dedisset exemplo boni. Doleat de tristitia, q̃
peccãdo bonis intulit, & de lætitia quam eis
non adhibuit. Et non solum cogitet quid &
qualiter fecerit, sed quam iniuste deum, ut di
ximus, peccando offenderit. Timeat illã ue-
ritatis sententiã, Nõ potestis duobus dñs ser *Mat. 6.*
uire. Timeat ergo ne omnia bona quæ fecit,
dum in uno peccato perseuerauerit, ex * cõ- *al. cõmu-*
taminatione mali perdiderit: vt qui seruiuit *nicatione*
diabolo per crimen, dei quam obtulit amise
rit seruitutẽ. Pium est tñ credere, ut recepta
dei gratia, quæ in eo destruit mala priora, ẽt F
remuneret bona: ut cũ destruxerit quod suũ
non inuenit, amet & diliget bonum quod ẽt
in peccante plantauit. In omnibus dolẽs, aut
seculum derelinquat, aut saltem illa quę sine
admixtione mali non sunt administrata, ut
mercatura & militia, & alia quæ utentibus
sunt nociua, vt administrationes secularium
potestatum, nisi his vtatur ex obedientiæ li-
centia. Ponat se omnino in potestate iudicis
in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui,
ut omnia eo iubente paratus sit facere p re-
paranda animæ uita, quæcunq; faceret p ui
tanda corporis morte, & hoc cum desiderio,
quia uitam recuperat infinitam ut deus. Cũ
gaudio.n. debet facere immortalis futurus, q̃
faceret pro differenda morte moriturus. Sẽ-
per deprecetur deũ, certus de uenia, qui oĩ-
bus modis & sine tædio dubius rogaret pote
statem terrenam. Abstineat à multis licitis,
qui per libertatem arbitrij cõmisit illicita. Sẽ
per offerat deo mentem & cordis contritio-
nẽ, & deinde quod põt de possessione. Tunc
qđ offert securus offerat. Respexit.n. dñs ad
Abel & ad munera eius, sed prius respexit
ad Abel quam ad munera. Sumens .n. men- G
tem quam cognouit humilem ac puram, re- *Gen. 4.*
munerauit eius largitatis munera. Ad Cain
uero non respexit, nec ad eius munera. Men
tem enim eius quam uiderat, quoniam non
cognouit humilem eius munera non rece-
pit. In iudicio enim cordis consideranda est
eleemosyna tribuentis. Nec iam consideran

De pœni. dist. 3. c. Pium est. & dis. 5. c. Conside raret. 4. sen. di. 5. cap. Quibusdam. Satisfactio. Cap. 15. De pœni. dist. 5. c. Conside-ret. 4 sen. dis. 16. ca. in perfectione.

dum

dum est quantum, sed qua mente, qua affectione dat quod pōt: Vidua.n.duobus q̄ habuit larga minutis, plus omnibus misit. Qui igitur vult peccata sua redimere temporaliū oblatione, caueat ut offerat mētē prius. Cautus sit ne uerecundia ductus diuidat apud se confessionē, & diuersa diuersis sacerdotib. uelit manifestare. Quidā.n.uni celant, q̄ alij manifestanda conseruant: quod est se laudare & ad hypocrisim tēdere, & semper uenia carere ad quam per frusta totam putat ꝑuenire. Caueat præterita quā uera delectat pœnitentia, non prius ad dn̄i corpus accedat q̄ confortetur bona conscientia. Sed in hac separatione tremendū dei iudiciū cogitet, ubi * magis terribilis sententia peccantes separabit in ignē. Gemat q̄d nondum audet sumere quem multum desiderat cibum salutarē. Isti sunt digni fructus pœnitentiæ, animam captiuam elaqueantes, & in libertate seruantes. Cohibeat se præterea a ludis & a spectaculis seculi, qui perfectā vult consequi gratiā remissionis. Nam Dina si se cohibuisset, si inter suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta nō fuisset. Tanto igitur magis sibi caueat & cohibeat se anima quæ sæpe uel semel corrupta est & rapta: timeat iam docta experimento, quod ignorauit uirgo, eligat quē imitetur, non sequatur quē animus suus damnat, se.n.iudicat qui fructus pœnitentię non habentē à se non elongat. Laudet.n.& amet quos digne fructificare non ignorat: quęrat fructus dignos, & si nō dignos pœnitentiæ. Sunt.n.digni fructus uirtutū si uctus, qui nō sufficiunt pœnitentib. Pœnitentia.n. grauiores expostulat, vt sic pacetur Ecclesia, ut pacata dolore & gemitib. mortuis impetret uitam. Sentiat culpā, nec uelit excusare ne augeat crimen: ut Adam cui nō sufficiebat peccasse, sed ampliauit crimen culpādo vxorē, & culpam transferens in authorem. Istud peccatum multoties incurritur, sed neglectum ignoratur. Non itaq; peccantes dicamus, Non aliud potui: cum me constitui furem, q̄a deus fecit me pauperē, Nec mirū si deditus sum fornicationi, q̄a talis creatus sum naturæ & fragilitatis: Fragilitas.n.ui cogit, ut uoluntas committat criminalia. Errat qui fallitur, Natura.n.talis est, vt quisq; posit resistere malo, cui se subijcit ex arbitrio. Sunt aūt q̄ defendunt culpam in dei ꝓuidentia, reputantes dei ordinationi & necessitati, quod relictū est uolūtati & arbitrij libertati. Sciuit.n.deus quid facturus esset q̄ peccat, sed nō ordinauit pc̄tm̄ q̄ nullum relinquit impunitum. Ordinauit pœnā, amantibus culpam. Ignis.n.opus est iustitiæ, ut habeant unde doleant, qui gaudere nō amant. Nō ordinauit peccare, qui peccatum uoluit curare: sed ꝑmisit libertati, q̄d peccator donauit necessitati. Si.n.nō posset peccare, nō deberet qui totus est iustitia remunerare. Ideo nō sanctificat animalia muta, quia nulla possunt cōmittere crimina. Angeli quoque qui ꝑstiterunt si liberi nō fuissent, unde coronarentur? Potuerunt.n.peccare, quorū similes ceciderunt. K Licet.n. misericorditer cuncta creauerit, iustitiā tn̄ in misericordia q̄ iustus est custodire oportuit. Sed dicit qui nō sentit culpā suā, Nihil boni possum habere, nisi inspirante gr̄a, nihil.n.sine gratia possum facere. Si ipse itaq; me nō conseruat, ego q̄ ex me nihil possum, q̄ habeo culpam? Si ego sine eo possem uitare crimen, me sentirē culpabilē. Adhuc oīa quæcunq; uoluit dn̄s fecit in cœlo & in terra. Quid itaq; culpæ in me est, si non uult saluare? Multum, inquā, Licet .n. nil consequi posis sine misericordia illa q̄ repellis: potes tn̄ libere tenere gratiā, quā retinendo potes, si tn̄ placeat, euitare culpā. Deus.n.qui semel incepit benefacere, nisi q̄ omnino nostrum est, derelinquamus ei⁹ beneficium, qui pius est inspirando, cogitur ex necessitate iustæ misericordię, neminē prius posse relinquere. Non.n.sui relinquere est, nisi relinquentē. Idcirco.n.culpa nostra est, quia fugimus gratiam quā possemus habere perpetuam: semper inuita recedit, & nunquam aliquem spontanea deserit. Cui tamē sententiæ non contradicit, Sed omnia quæcunq; uoluit fecit, creauit.n.quicq̄d uoluit, L nec plus creauit quàm uoluit. Vult tamē in unoquoq; bonum, & in nullo malum. Sed sic vult, ut homo, quem nō uult peccare, nō desinat esse homo. Non tamen uult ita hominem non peccare, ut eum uelit bonem statuere. Non enim haberet quem remuneraret, nec cui fulgorem suæ claritatis infunderet, nec quem cohæredē statueret, nec in quo imaginem & similitudinem suam in uenires.

Luc. 21.

al. magis & terribilius im penitētes

H

4. sen. di. 16. ca. in perfectio ne.

Gen. 34.

Accuset non excu set se con fitens.

Cap. 16.

I

ueniret. Nec illius qui totus iustitia est, fuit aliquẽ sic creare ut non posset peccare, nisi hoc ꝓmereret in humana libertate. Vult itaque fieri bonos saluo utriusq; esse, ut ipse remaneat deus & iste hõ. Si.n. formaret hominẽ sine libertate, cõtra iustitiam faceret quæ deus est. Si auferret libertatẽ, humana dignitas non remaueret. Voluit itaq; non peccare hominẽ. ſ. humanã naturã non amittere. Sic itaq; pius est, ꝗ nostrã uult salutẽ: & nõ est impotens, qui hoc uult saluo vtriusq; iure. Iustus.n. est rex, cuius ius tueri oportet: ꝑsto semper est gratia quæ nunq̃ defuit nisi prius expulsa. Continue & necessario quod suum est inspirat, si est ꝗ recipiat, & expulsa reuer-
M titur per pœnitentiã. Et ut non pereat creatura quam pietate sua liberam creauit, & ex libertate ditatã, in auxilium gratię retinẽdę, quę semper pręcedit oẽm creaturã, fecit ut libere seruiret. Ad hanc protegendã, ad hãc nõ expellendam addidit angelos & sanctos oẽs beatos, addiditq; oẽs in ęterna uita collocatos, addidit & in carne uiuos, & totã sanctam Ecclesiam, omnibus & omni suo bono succurrentem: & quod maximum est, filium suum misit in auxilium quem tanta pro nobis pati decreuit, & interpellatorem constituit continuum quem dilexit. Inspirationẽ suę pietatis, pręter quam nihil creauit, non expellamus, non fugiamus, nõ fastidiamus. Sed omnib. adiuuãtibus firmiter & cũ gratiarum actione teneamus. Sic culpa nostra est non creaturarum nobis in auxilium tributarum, non authoris nihil iniuste, sed pie uolẽtis, & in oĩ uoluntate sua omnipotentis. Qui itaq; in cõfessione ista animaduertit, aut saltẽ contra istã culpam suã nõ defenderit, per
A pœnitentiã consequetur ueniã, Hæc est uera pœnitentia q̃ sic est fructifera, ꝗ nobis cõcedat qui totus est uera misericordia. Nullus ergo expectet qñ iam non possit peccare. Arbitrij.n. quęrat libertatẽ ut dolere possit cõmissa, non necessitatẽ. Qui prius itaq; a peccatis relinquitur q̃ ipsa relinquat, ea nõ libere, sed quasi ex necessitate condemnat. Licet .n. latro ueniam meruisset in fine de oĩ suo crimine, non tñ dedit baptizatis peccandi & perseuerandi authoritatẽ. Tunc.n. baptizatus est, qui tunc primum in cruce Christum confessus est, Pœnitentia.n. si extremo hiatu uitæ aduenerit, sanat & liberat in ablutione baptismi, ita ꝗ nec purgatoriũ sentiũt q̃ĩ finẽ baptizantur. Sed ipsi ditati bonis sanctę matris Ecclesiæ, sunt recepturi multiplex bonum in uera beatitudine. Illi aũt qui cũ potuerunt nunquam conuerti uoluerunt, confitentes cum iam peccare nequeunt, non sic facile acquirunt quod uolunt. Oportet.n. vt pęnitentia fructificet, ad hoc ut mortuo uitã impetret. Scriptum est.n. sine charitate neminem saluũ esse. Non itaq; in solo timore uiuit hõ. Quẽ ergo sero pęnitet, oportet nõ solũ timere deũ iudicẽ, sed & iustum diligere. Non timeatur pro pęna, sed ametur pro gloria. Debet.n. dolere de crimine, & de oĩ eius prædicta uarietate. Quod quamuis licet de eius salute Augustinns potuit dubitare, credo quidem illi qui dixit, Quacunq; hora peccator ingemuerit & cõuersus fuerit, uita uiuet. Dixit conuersum, non tñ uersum uita uiueret. Versum quidem puto qui dolet de crimine, conuersum qui dolet de animi eius quam exposuimus uarietate. Vertitur a peccato qui iam vult dimittere peccatum, Conuertitur qui iam totus & omnino uertitur, ꝗ iam non tñ pęnas non timet, sed ad bonum dñi contendere festinat. Quę conuersio si cõtigerit alicui ẽt in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed qm̃ vix uel raro est tã iusta conuersio, timendũ est de pęnitente sero. Quẽ.n. morbus urget, pęna terret, ad ueram uix ueniet satisfactionẽ, maxime cũ filij quos illicite dilexerit sint pręsentes, uxor & mundus ad se uocent. Multos.n. solet serotina pęnitentia decipere. Sed qm̃ deus semper potens est, semper ẽt põt in morte iuuare ꝗbus placet. Cũ itaq; opus sit nõ hominis sed dei, fructifera pęnitentia, inspirare eam põt quandocunque uult sua misericordia, & remunerare ex misericordia quos damnare potest ex iustitia. Sed qm̃ multa sunt quę impediunt & languentem retrahunt, periculosissimum est & interitui uicinum, ad mortem protrahere pęnitentiæ remedium. Sed magnum est cui deus tunc inspirat. Si quis est igitur qui ueram tunc quærat pęnitentiam, expectet dei clementiam, maiorem sentiens ei bonitatem sua nequitia. Sed si ẽt sic cõuersus euadat, vita uiuat & nõ moriatur: non tñ promittimus, quod euadat omnem pęnam

Marginal notes: B (beside "uiuit hõ"); C (beside "potens est"); L (beside "ergo expectet").

Dilatio confessionis.
Cap. 17. Luc. 23.
De pœni. dist. 7. c. nullus. 4.
ſ. di. 20. Cap. Sciẽtiam. i.
1. Co. 13.
Eze. 33.
Ignis purgatorij. Cap. 18.

Nam

Nã prius purgandus eſt igne purgationis, q in aliud ſeculũ diſtulit fructũ conuerſionis Hic aũt ignis & ſi æternus nõ ſit miro tamẽ mõ eſt grauis:excellit.n.oẽm pœnã quã unquã paſſus eſt aliquis in hac vita,Nunquam in carne tanta inuenta eſt pœna,licet mirabilia paſsi ſint martyres tormenta, & multi nequiter iniqui tãta ſuſtinuerint ſupplicia. Studeat ergo ꝗlibet ſic delicta corrigere, vt poſt mortẽ nõ oporteat talẽ pœnã tolerare.Quędam.n.peccata ſunt quæ ſunt mortalia & in pœnitentia fiunt venialia,nõ tñ ſtatim ſanata. Sæpe.n.quidã ægri morerentur niſi medicarentur,nec ſtatim ſanãtur.Languet uicturus qui prius erat moriturus.Qui aũt impœnitens moritur, oĩno moritur,& æternaliter cruciabitur.Qui.n.impœnitens moritur uel finitur,ſi ſemper uiueret,ſem ꝑ peccaret. At dei eſt miſerentis qui operatur finẽ peccãtis: ob hoc ẽt ſine fine torquetur,quia nunquam ditatur virtute:ſem ꝑ plenus iniquitate, ſemper ſine charitate torquetur ſine fine. Oĩa iſta mala deuitat pœnitentia,quę dolorẽ ſemper expetit in pœna.Continue.n.dolendum eſt de peccato, quod declarat ipſa dictionis virtus.Pœnitere.n.eſt pœnã tenere,vt ſemper puniat in ſe vlciſcẽdo quod cõmiſit peccando.Pœna.n.proprie dr̃ læſio,quæ punit, & uindicat quod quiſq; cõmiſit.Ille igĩ pœnã tenet q ſemper punit quod cõmiſiſſe dolet.Supradictis itaq; modis requirat indulgẽtiã,qui dolet de culpa. Non erubeſcat confiteri peccata peccatori. Si.n.ſacerdos peccata non haberet, erubeſcere poſſet qui peccata ſua ei manifeſtaret.Sacerdos itaq; cui omnis profertur peccator, ante quem ſtatuitur oĩs languor,in nullo eorum ſit iudicandus quæ in alio iudicare eſt promptus. Iudicãs enim aliũ qui eſt iudicandus, cõdemnat ſeipſum. Cognoſcat,igitur ſe & purget in ſe qđ alios videt ſibi offerre.Caueat ergo vt a ſe abiecerit quicquid in alio dãnoſum repererit.Animaduertat,ꝙ qui ſine peccato eſt,primus in eam lapidẽ mittat.Ideo.n.liberauerit peccatricẽ, quia non erat qui iuſte proijceret lapidẽ. Qũo lapidaret qui ſe lapidandũ cognoſceret?Nullus.n.erat ſine peccato,in quo intelligitur oẽs crimine fuiſſe reos, Nam venialia ſemper remittebãtur per ceremonias. Si quod igitur peccatũ in eis erat, cirminale

De pœni. dist. 7. c. nullus. 25. dist. ca. Quiin aliud. 4. sen. dist. 20 cap. Sciendũ.

D

Dolor de peccatis. c. 19. 4. sen. di. 14 cap. Post

Sacerdos qualis esse debeat Cap. 20. De pœni. dist. 6. c. Qui uult.

E

Ioan. 8.

erat. Deteriores itaq; in hoc ſunt ſacerdotes ſe prius non ædificantes, illis qui dñm obſeruabant inſidijs.In hoc itaq; patentiſsimũ eſt crimen ſacerdotũ & ultra modũ deteſtabile qui non prius ſe iudicant, & alios alligant. Deberent.n.in ſe timere crimen,qđ in alijs timuerũt & deteſtabile ſenſerunt.Illi quidẽ adeo cæci erant,ꝙ ſummam ſapientiã ſperabant capere ſuis inſidijs.Quod illis patuit,ꝙ tunc quiſq; uitauit,uitet ſacerdos qui in hoc errore peior illis Iudæis extiterit.Caueat ſpiritalis index,vt ſicut non cõmiſit crimen nequitiæ,ita nõ careat munere ſcientiæ.Oportet.n.ut ſciat cognoſcere quicquid debet iudicare.Iudiciaria.n.poteſtas hoc expoſtulat, vt quod debet iudicare,diſcernat. Diligens igitur inquiſitus & ſubtilis inueſtigator ſapienter & quaſi aſtute interrogat a peccatore quod forſitan ignorat, uel uerecundia uelit occultare.Cognito itaq; crimine,uarietates eius nõ dubitet inueſtigare,& locũ & tẽpus,& cætera quæ ſupra diximus in exponẽdo eorum qualitates. Quibus cognitis aſsit beneuolus, paratus erigere & ſecũ onus portare.Habeat dulcedinẽ in affectione, pietatẽ in alterius crimine, diſcretionẽ in varietate. Adiuuet confitentẽ orando, eleemoſynas dãdo & cætera bona pro eo faciendo. Semper eũ iuuet leniendo,conſolando,ſpem prõmittendo,& cum opus fuerit ẽt increpando: doceat loquendo,inſtruat operando. Sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij. Doceat perſẽuerantiã,caueat ne corruat, ne iuſte perdat poteſtatẽ iudiciariã. Licet.n.pœnitentia ei poſsit acquirere gratiã,non tamẽ mox reſtituit in poteſtatẽ primã.Licet.n.Petrus poſt lapſum reſtitutus fuerit,& ſæpe lapſis ſacerdotibus reddita ſit dignitatis poteſtas,non eſt tñ neceſſe vt hoc omnib.cõcedatur quaſi ex authoritate.Inuenitur.n.authoritas quæ concedit & quaſi imperat.Inuenitur alia quæ minime cõcedit,ſed vetat.Quę ſcripturæ non repugnãt,ſed concordãt,ſi tẽpus & locus & modus pęnitentiæ pacẽ adhibeant.Cum.n.tot ſunt qui labuntur,vt priſtinã dignitatẽ ex authore defendant, & quaſi auſum peccandi ſibi faciant,reſcindenda eſt ſpes iſta. Si uero locus eſt ubi iſta nõ cõcurrant,reſtitui pñt qui peccant.Itaq; pontifex iuſtus atq; diſcretus,non cogitur ſacerdotes

F

Scientia in confessorio necessaria.

G

ſuos



ſu os ſemper abiicere, nec mox reſtituere, niſi ſtatutũ fuerit a Romano pontifice. Ex ſupradictis itaq; patet ꝙ pœnitentia omnibus utilis eſt, nec ſpẽ auferens, nec temeritatem concedens, ſed digne & uere ſuſcepta promittit non ſolũ indulgentiam, ſed certa præmia. Hęc ſcripſimus tibi ſtudioſa veritatis, & amatrix certitudinis, de uera pœnitẽtia, uerã a falſa ſeparãtes. Quã nobis det experimẽto cognoſcere, & eius uſq; ad finẽ dulcedinẽ ſentire, qui tibi illuſtratione ſui luminis prę rogatiuam contulit bonitatis, & in ipſo ſtabilitatis in odorem ſuauitatis. Amen. H

Finis.

LIBER SIVE EXHORTAtio de ſalutaribus documentis ad quendam Comitem.

Vera iuſtitia. Cap. I.



Mi frater, ſi cupias ſcire, quãuis ego neſciã, quæ ꝑfectiſſima atq; pleniſſima ſit iuſtitia. Iuſtitia nanque eſt, deũ ex toto corde amare, illiq; adhærere tota uolũtate qui eſt ſummũ bonum, Summũ vero amare bonũ, ſumma eſt beatitudo. Qui Deũ amat, bonus eſt, Si bonus, ergo & beatus. Quẽ quãto quis ardentius amat, tãto melior efficiet: quatenus hoc beatiſſimo bono abũdare te faciat, chariſſime frater, ipſe qui eſt hoc bonũ, quotidianis precibus, integro cordis deſiderio eũ, etſi indignus, deprecari ſtudeã. Tu vero frater chariſſime intellige, ꝗa cõſilio ſanctæ trinitatis & opere maieſtatis diuinæ creatus es. Ex primoq; cõdõnis honore intellige quãtũ debeas cõditori tuo, dũ tñ mox in cõditione dignitatis priuilegium ꝓſtitit tibi conditor ęternus, ut tanto eũ ardentius amares, quanto mirabiliorẽ te ab eo eſſe cõditum intelligeres. Nec hoc ſolum ꝙ conſilio ſanctæ trinitatis ſic excellenter a cõditore conditus es, ſed etiam ꝙ ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuam ipſe creator omniũ creauit, quod nulli alij ex creaturis niſi ſoli homini conceſſit. Et hęc eſt imago unitatis & trinitatis omnipotentis dei, quam anima tua habet in ſe. Primum, quia ſm Dei donũ viuis ac ſapis. Secundum, quia ad imaginem

Conditus homo. Cap. 2.

I

Imago Dei quo in hoĩe. Cap. 3.

tui cõditoris creatus es. Tertium, licet vnus appelleris hõ, tñ tres habes a patre & filio & ſpũſancto cõceſſas dignitates .i. intellectum uolũtatẽ & memoriam. Quod idẽ licet aliis verbis deſignatur in Euangelio cum dr, Diliges dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uirib. tuis. In his.n. tribus imaginem conditoris noſtri mirabiliter gerit in ſua natura noſter interior hõ, ex quibus quaſi excellentiorib. aĩæ dignitatibus iubemur diligere conditorẽ, ut quantũ a nobis intelligitur diligatur, ſemper que in memoria qua recipitur, habeat. Nec ſolum ſufficit nobis, Deũ intelligere, niſi fiat in amore eius volũtas noſtra: immo nec hoc ſufficit, niſi cum memoria & uolũtate opus addatur. Tuo uero capiti frater chariſſime, aſſit gratia ſpiritalis ſcientiæ, quæ mẽtẽ tuã illuminet, & ad vitam æternã ſicut deſidero & opto, perducat. Toto etenĩ eos cordis mei affectu opto, deumq; deprecor ut ſemper ad anteriora te extendas, donec peruenias ad ſublimẽ perpetuę beatitudinis coronam: & animi tui nobilitatem quã in te optime ſcio nullis amicorũ conſilijs, nulla ſeculariũ ambitione deſideriorũ, ab amore Xpi immutari permittas. Noli tuam bonitatem aliorũ malignitate obſcurare, ſed ubiq; quantũ uales amabilis coram Deo & omni populo appareas. Noli putare ꝙ is qui hominibus aliqñ diſplicet, Deo per omnia diſpliceat. Non deerit tibi gratia adiuuãtis Dei, ſi tibi aderit voluntas ad monitionis ſanctæ, quam ſępius in ſcripturis diuinis mẽs bonitatis tuæ attẽdit. Eſto quęſo te quanuis laicus ad oẽ opus Dei prõptus, pius ad pauperes, mediocris ad delinquentes, ad dei infirmos miſericors, cõſolator mœrentiũ, compatiens miſeriis omniũ, largius in eleemoſynis, memorans Euangelice viduæ offerentis duo minuta, Et audi Prophetam dicentẽ, Frange eſurienti panẽ tuũ. Et cautẽ præuidẽs diſcretionẽ eleemoſynæ, ita ut utriuſq; danti .ſ. & accipienti ſit ſolatium. Itaq; non ſolũ de ſalute tua, verumẽt de multorũ proſperitate meditare. Elige tibi cõſiliarios bonos, Deũ timentes & ueritatẽ amantes. Sæpe etenim adulatores blanda facie decipiũt animas audiẽtiũ ſe, & perpetuę mortis laqueis interimunt. De talibus ... dicit Pſalmiſta, Quoniam deus diſſip... M

K

Mat. 22.

Cõuerſio ad deum. Cap. 4.

L

Eleemoſyna. Cap. 5.

Luc. 21.

Eſa. 58.

Qui cõſulendi. Cap. 6.

Pſal. 52.

sa eorū qui hominib. placēt,cōfusi sunt,qm̄
Gala. 1. Deus spreuit eos. Et Apostolus dicit, Si hominibus placerē,Xp̄i seruus nō essem,Vnusquisq; ad ędificationem, & nō ad destructionem placeat proximo suo : quia non omnis amicus cōsiliarius esse poterit,dicēte scriptu-
Eccle. 6. ra,Amici tibi sint multi, cōsiliarius āt unus.
Charitat in absentes. Licet.n. me mutationis locus lōge tulisset a uobis corpore,sed nullatenus charitate:quia charitas q̄ deseri pōt,nunquā fuit uera.Ideo
Cap. 7. intima amicitiarū charitate quantum possumus dño Christo coniungamur, q̄a ipse ait, Vos amici mei estis si feceritis, q̄ ego præci-
Ioan. 15. pio uobis.Et iterū ad discipulos suos,iā non dicam uos seruos,sed amicos meos.Et si prę-
Obseruatio præceptorū. mia æternæ uitę uolumus promereri, illius præcepta totis uirib. satagamus custodire.
Mar. 11 Præcepta nanq; eius nolentib. grauia sunt,
Esa. 66. uolentib. leuia,sicut ipse ait, Iugū meū suaue est,& onus meū leue.Et iterum,Sup̄ quē requiescam nisi super humilē & quietum & timentē sermones meos? Seculi .n. amicitia aut lucro,aut beneficiis,aut diuersis honoribus constat. Saluatoris āt amicitia in se & in proximo diligendo consistit.Igitur quotiescunq; bonis actib. mandata Xp̄i facimus, toties Xp̄i amici uocamur . Ille semp̄ inuitat nos ad amicitiā suā,& diabolus inuidēs quę-
A rit nos mergere in infernū . Saluator nos amat,& proditor nos odit:ideo nō prætermittamus redemptorē, ne sequamur prędonē . Charior nobis sit qui libertatem restituit, q̄ qui nos captiuauit & seruituti subdidit.Semper ante oculos cordis pone,ꝙ nec amicorū turba,ne familiæ multitudo,nō auri argentique congestio, non gemmarum lapilli fulgentes ,non uindemiarum ubertas,nō densitas segetū,non iucunditas extensa pratorū possunt animæ exeunti de corpore ullum afferre pręsidiū, sed potius lugēt q̄ ea diligūt, Iō diligendus est uerus amicus noster dn̄s Iesus Xp̄s , qui præsentem fœlicitatē nobis & æternæ uitæ tribuet beatitudinem. Nā redemptor noster ideo dicitur, quia nos redemit a diaboli captiuitate:& Saluator,nos saluādo a peccatis nostris : adiutor,adiuuando nos in opportunitatibus,in tribulatione:protector noster, protegēdo nos ut inter inimicos nostros maneamus illæsi:susceptor , su-
B scipiendo nos in æterna tabernacula.Iō charitatē & p̄cepta & amorē tanti amici nostri virib. adimpleamus , & nobilitatē imaginis illius in nobis seruemus , & rememoremur semper,q̄ inclitus & ualde gloriosus Imperator & amicus noster est . Ille a nobis non aliud quęrit munus nisi spiritale.Caueamus quantum possumus ne aliquid in nobis inueniat,qđ oculos eius offendat.Et si forsitā , ut solet humanæ fragilitatis cōditio, aliquā negligentiæ maculā malignus spūs in nobis infigit , citius per confessionem & sapientiā fontemq; lachrymarū abluere eā omni studio fœstinemus,ne diu sine amici nostri amplexu maneamns,quia paratior est nos recipere q̄ perdere , tm̄ si nō tardemus de die in diem reuerti ad illū.Hæc.n.duo mala omnipotens deus odit in omnibus hominibus, id est,negligentiam reuertendi, & desperationē salutis.Tm̄ hæc absint a cogitationib. procul nostris:& ille tunc animis prope erit nostris.Ne quęso de terrena fœlicitate gloriantes confidamus . sed gratias agamus ei , q̄ dū hoīes uoluit esse rōnales , non superbia, sed humilitate proseq̄ se rogauit.Quæ rogo maior esse nobis poterit gloria uel sublimior C
honor,quā eius imperatoris esse amicos,qui sup̄ oēs imperatores est? Et quāto ille sublimior est in omnipotētia & uirtute , tāto nos maioris debemus esse diligentiæ in sanctitate,& iustitia, & humilitate & obseruātia mādatorum illius.Sanctitas uero in iustitiæ ope- *Iustitia*
ribus constat.Iustitia vero duob. adimplet : *Cap. 9.*
ut quæ prohibita sunt ab eo, non faciamus : & quæ iussa ab eo faciamus:iuxta Prophetā, Diuerte a malo & fac bonum.Omnis .n. librorū sanctorū series ad nostrā salutem scri- *Psal. 33.*
pta est: & hoc maxime nostris auribus intonat,& iterū atq; iterū replicat,q̄d sit homini cauendum uel quid sequendum. In quib. libris tua dignitas optime exerceri solet, quia per illos nobis loquitur deus ipse & dn̄s nr̄ , & piæ nobis uoluntatis demōstrat affectum. Recognoscamus & recogitemus, quali honore nobis illius sit legatio accipiēda . Quid si legatio a rege aut a iudicibus ad nos ueniret,nunq̄d nō mox aliis curis post positis prōptæ uolūtate & cū oī deuotione literas acciperemus,& legētes implere satageremus?Et ecce de cęlo rex regū & dn̄s dominātiū,imo & redēptor nr̄ p̄ Prophetas & Apostolos di- D

gnatus est nobis dirigere literas suas, non ut aliqđ seruitiũ sibi necessariũ demandet, sed quæ ad salutẽ & gloriã nobis prodesse possint innotescat. Proinde si aliqd in hoc seculo possidere delectamur, deum qui possidet oĩa, qui creauit omnia, expedit ut mẽte possideamus, & in eo habeamus quæcunq; fœliciter & sancte desideramus. Sed qm̃ nemo possidet deum, nisi qui possidet ab eo: simus nosipsi facti dei possessio, & efficietur nobis possessio deus. Et qd põt esse in mũdo fœlicius, q̃ cui efficitur suus Imperator & redẽptor census, & hereditas dignat esse ipsa diuinitas? Oẽs.n.ex illo fructus percipimus, si in illo & de illo sp̃ uiuimus. Quid rogo homini sufficit, cui ipse conditor non sufficit?

Deus possessio nostra. c. 10

Gaudiũ mundi. c. 11.

Quid vltra quærit, cui oẽ gaudiũ & oĩa suus redẽptor esse debet? Heu q̃ subtiliter nos ille antiquus hostis decipiẽdo fallit, eamq; cęcitatẽ ante oculos mẽtis nr̃ę abducit, ne discernere valeamus gaudium huius seculi & gaudia regis æterni. Nã gaudere siquidẽ bonum est, sed qui gaudet, si non inde gaudet unde

E debet, non põt bonũ esse qđ gaudet. Gaudet miles terrenus acquisisse honores huius seculi perituros, uestes pulchras, & speciosas armillas brachio circũdatas, coronã capiti impositã: & tale gaudiũ nõ est ęternũ, sed peritorũ. Gaudet & raptor, cũ desiderata rapuerit. Gaudet ebriosus, cũ occasionẽ potationis inuenerit. Gaudet adulter, cũ ad delectationẽ corporis fruẽdi meretricis p̱uenerit. Gaudet periurus, si huius seculi facultates iurando acquisierit. Gaudet iracũdus, si irã suã p̱fecerit. Et multa alia q̃ mẽs bonitatis tuę frater charissime cõprehendere poterit. Et cũ sit gaudere bonũ, de his atq; hmõi tñ gaudere grãde malũ est, & perducẽs usq; ad mortẽ peccati. Nec vllum qđlibet scelus corã deo tã abominabile fit, q̃ præterita pc̃tã unicuiq; nostrũ reminiscẽdo gaudere & inde exultare, atq; in eis sp̃ iacere. Hæc sunt q̃ superius diximus, vnde nos vult gaudere mundus, ut pereamus cũ amatorib' huius mũdi. Hæc.n. gaudia velut venena diaboli repudiare de-

F bemus, qa nõ solũ corpora, sed & animã nostrã perpetualiter necare festinãt. Quæso frater mi, quæso has diaboli sagittas ad petrã q̃ Xp̃s est allidens, sume dei scutũ, ut possis oĩa tela diaboli ignea extinguere, & gaudeas de

Gaudiũ spiritale. c. 12. *Eph. 6.*

bonis, de consciẽtia pura, de cõfessione vera & sapientia digna, de luctu & uera tristitia quæ non s̃m mortẽ, sed s̃m deum salutem operatur æternã. Eam uero quæ s̃m hoc seculũ est tristitiã, firmiter Apost. prohibet dicẽs, Nolite contristare spiritũsanctum dei in quo signati estis in die redẽptionis. *Eph. 4.* Sed omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a uobis cũ omni malitia: & estote inuicẽ benigni, misericordes, donãtes inuicẽ sicut & deus in Christo donauit uobis. Et quãtum possumus solerti studio mores nostros corrigamus, & uirtutes omniũ bonorũ acquirere festinemus: quatenus pietatẽ dei & misericordiã in tp̃e opportuno consequi ualeamus, & de promissione futuri illius regni ineffabiliter gaudeamus. Hæc sunt arma q̃ nos cõtra impetũ diaboli armãt, & deo cõmendant. Hæc sunt arma q̃ animos nostros confortant, muniunt, atq; nobilitant. Hæc arma semper nobiscum sunt, & intra nos, deo donãte. Hæc sunt ueræ diuitiæ nr̃æ. G Nam pudicitia pudicos facit nos, & iustitia iustos, & pietas pios, & humilitas humiles, & mansuetudo mansuetos, & innocẽtia innocentes, & simplicitas simplices, & puritas puros, & prudẽtia prudẽtes, & tẽperantia tẽperantes, & charitas deo & hominibus facit charos. Hæc oĩa bona a deo & a bono deo creata sunt. Et ideo si in illo esse uolumus quod esse debemus, sicut sanctus Apost. Ioannes dicit, Qũo ille ambulauit, ita & nos spiritaliter ambulemus.

Mũdi cõtemptus. c. 13. *Ioan. 2.*

Quid est ambulare sicut Christus ambulauit, nisi cõtemnere uanitatẽ & fœlicitatẽ huius seculi, & non timere aduersa pro nomine illius pati? Speremus q̃ promisit, & sequamur quò ipse pręcessit. Nõ nos ullo modo ab amore Christi separet huius seculi miserabilis dulcedo, neque excusatio uxoris, aut filiorum gratia, sed nec multa auri argentique congestio & possessionũ delectatio, dum terribiliter contestatur nobis S. Ioannes Apost. dicens, Nolite diligere mundũ, neq; ea, quæ in mundo sunt, qa omne qđ in mundo est, cõcupiscentia carnis est, & concupiscẽtia oculorum & ambitio seculi. *1. Ioã. 2.* H Hæc sunt, quæ a paradiso delitiarum in hoc miserabile exilium, Adam & Euam proiecerunt. Quia nisi dilectio dei ab eis defecisset, nunquã diligere cępis-

sent male suadentis serpẽtis consiliũ, immo nec credidissent. Et concupiscẽtia carnis ab eis impleta est, qđ de ligno vetito gustauerunt. Et concupiscẽtia oculorum, quod sibi aperiri oculos cupierunt. Et ambitio seculi, quod se fieri posse qđ deus est, crediderunt. Et ideo volẽs nos oẽs Apostolus ab his trib⁹ gñibus mortis cauere, dixit, Oẽ qđ in mũdo est, concupiscẽtia carnis est, & cõcupiscẽtia oculorũ, & ambitio seculi. Et ut facilius, frater mi, bonitas tua intelligat, si placet qualiter illi primi hoĩes Adã. s. & Eua cõmiserunt tam grande peccatũ, pandã, quatenus gratia dñi nostri Iesu Christi te ab hoc semper [ca]uere concedat, q̃a in illis duob. originaliter totũ dãnatum est genus humanũ, Illi. n. non ederẽt de ligno prohibito, nisi concupiscerent, nec concupiscerẽt nisi tẽtati, nec tentarentur nisi deserti, nec desererent a deo, nisi prius deseruissent deũ, nec illi deũ desererẽt nisi prius superbirent, & similitudinẽ dei ad quã facti erant, dãnabiliter neglexissent.

Trãgressio primorũ parentũ. c. 14.

I Pro quo morbida eorum corpora contraxerunt mortẽ, & iuxta sñiam dñi eo die creduntur mortui, quo in eis pœnaliter facta est necessitas moriendi. Hæc pauloante diximus de primis hoĩbus, ut lapsum & dãnationis eorũ euadere possimus exẽplum siue supplicium, quia q̃uis ex Adam simus carnaliter nati, nõ ipsum tñ debemus sequi, sed Iesum Christũ dñm nostrũ in quo renati sumus per baptismum & viuimus. Quid est sequi Adam, nisi carnalibus concupiscẽtijs & desiderijs morte nos perpetua occidi? Et q̃d est sequi Christum, nisi carnales concupiscẽtias ac desideria in nobis mortificare, & cũ ipso qui precio sui sanguinis nos redemit feliciter regnare? Et sicut qñ in Adam fuimus, oẽs in illo cecidimus, ita iam in Xpo cępimus esse, vt spiritaliter oẽs cum illo resurgamus, Et vt totum dicã, Adam nobis abstulit paradisum, & Xps donauit regnũ cęlorũ, & corpus suũ pro nobis peccatoribus tradidit, Xps. n. mortuus est pro peccato, nõ suo, sed nr̃o, unusquisq; aũt nostrũ nõ pro oĩum morit̃ peccato, sed suo.

Imitãdus Christus nõ Adã. c. 15.

Quid est peccato mori, nisi o pa maligna in nobis dãnare, & hoc miserabile seculũ fugere? Vt sicut hõ mortuus in sepulchro,

Quid sit mori mũdo. c. 16.

K nulli detrahit, nemini violentus existit: neminem calumniatur, neminem opprimit: nõ inuidet bonis, nõ insultat malis: non luxuriæ carnis seruit, non bibendo magis ac magis in se sitim accendit: non odiorũ flamma inardescit, non potentibus aut diuitibus huius seculi vt multi nostris t̃pibus faciunt, adulatur: non inquieta curiositate raptatur, non turbæ maximæ sibi astantis curã gerit: non auro argẽtoq; siue palio circũdatus distenditur, nõ salutationibus potẽtum nec parentum delectat: non se iniurijs fatigat: non eum superbia inflat, nõ ambitio huius seculi necat, non vana gloria turpiter iactat: non aurũ siue armillæ atq; oẽs huius seculi falsæ diuitiæ inflãmant, non rabies insani furoris exagitat: nõ equorũ crassitudo & amor inuitat, nõ pulcherrima species fęminarũ auidũ reddit: non histrionum miserabiliũ uerba in risum excitant, nõ contẽtiones huius seculi perturbãt, nõ audacia extollit, nõ gaudia huius seculi delectãt, nõ iracũdum animositas, non suspiciosum peruersitas, nõ uerbosum vanitas, nõ irrisorẽ malignitas, non mobilẽ instabilemq; huius seculi uersatilis amor facit. L. Hæc & alia hmõi enumerãda protelaui, vt intelligat dulcissima fraternitas tua, quatenus hõ carne mortuus nec facere põt ista quæ dixi, nec pati. Et ut his talibus non torqueamur, sed studeamus quãtum possumus, cũ dei adiutorio corpora nostra cũ uitijs & concupiscentijs mortificare, & induamus nouum hoĩem, qui s̃m deum creatus est in iustitia & ueritate sanctitatis, Nec humanis laudibus delectemur, nec detractoribus libenter aurẽ præbeamus, nec adulatorib. nostris credamus, nec discordes simus cũ subiectis & fratrib⁹, sed magis eos quos ualemus, ad concordiam prouocemus, quia s̃m Euangelium, Beati pedes qui ad pacem currunt.

Gal. 5. Eph. 4.

Matt. 5.

Nec simus carnales, i. in hoc seculo carnaliter uiuẽtes, quia dicit Apostolus, Si s̃m carnem uixeritis, moriemini. Igitur ille s̃m carnem uiuit, qui secũdum seipsum uiuit: quia ipse homo est & uiuit & secũdum seipsum uiuit, id est, pergit quò vult dormit quando vult, & quandiu vult, loquitur quæ vult, & cui vult, & vbi vult: manducat & bibit quando vult, & quantum vult: ridet & iocundatur turpiter inter quos vult, & quando vult. Postremo quicquid naribus suaue est, quærit: quicquid tactu blandum, quicquid

Secũdum carnẽ uiuere. ca. 17.

quid oculis delectabile, q̃cq̃d corpori suo iucũdũ, exercet & sequitur, qualiter uult & q̃n vult, quia omnia licita & illicita carnaliter vult. Delectatur in uestimẽtis pulcherrimis & equitibus & armis, sicut uult & q̃n uult, Et sic non s̃m Deum sed carnaliter uiuit & delectatur: & omnia desideria carnis suæ ꝑficit sicut uult, & q̃n uult. Qua ꝓp charissime in Christo frater, deprecanda est nobis diuina clementia, vt desideria carnalia delectatio spiritalis minuat, & pietas in nobis crudelitatis iram restringat, & malignitatem patiẽtia coerceat, & libidinem pudicitia uincat, & animositatem tranquillitas tolleret, scurrilitatẽ & verbositatem taciturnitas moderata cõpescat, curiositatem studiũ spiritale in uigilijs & orationibus & eleemosynis succidat, ebrietatem sobrietas domet, iræ & furori mansuetudo dominetur, leuitatẽ maturitas regat, luxuriã uera castitas excludat, mundi cupiditatem dei & proximi charitas refrenet, iactantiam & superbiã cõculcet ꝓfunda humilitas: q̃a humilitas hoĩes sanctis angelis similes facit, & suꝑbia dęmones ex angelis fecit. Et ut euidenter ostẽdamus, ipsa est omnium pctõrum initium, & finis, & cã: quia non solum peccatum est ipsa superbia, sed etiam nullum pctm̃ esse potuit, aut põt aut poterit sine superbia. Siquidem nihil aliud omne pctm̃ est, nisi Dei contemptus quo eius præcepta cõtemnimus: & hoc nulla res alia persuadet homini, nisi suꝑbia. Porrò superbia & cupiditas intm̃ est unum malum, ut nec superbus sine cupiditate, nec sine superbia possit cupidus inueniri. De suꝑbia nanq; nascũtur hęreses, schismata, detractiones, inuidiæ, iræ, rixæ, dissensiones, contentiones, animositates, ambitiones, elationes, præsumptiones, iactantia, verbositas, vanitas, inquietudo, mendacium, periuriũ, & cætera hmõi, quæ dinumerare per singula lõgum est. Cupiditas quoq; facit homines gulosos, intemperantes, ebriosos, auidos, rapaces, fornicarios, adulteros, stupratores, incestuosos, flagitiosos, & alia innumerabilia, ꝓ q̃ diabolus genus humanum præcipitare solet. Per superbiã nanq; & cupiditatẽ diabolus dicit, In celum ascendã. Christus cũ humilitate dicit, Humiliata est in terra aĩa mea. Diabolus per superbiam & cupiditatẽ dicit, Ero similis altissimo. Xp̃s ꝑ humilitatẽ cum esset ĩ forma dei exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, humiliauit se, patri factus obediens usq; ad mortẽ. Diabolus per superbiam & cupiditatem dicit, Supra astra dei exaltabo solium meum, Christus cũ humilitate dicit, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Diabolus cupidus & suꝑbus per Pharaonẽ loquit̃ dicẽs, Nescio dñm & Israel non dimittã. Christus cũ humilitate dicit, Si dixero q̃a nõ noui eũ, ero similis vobis mendax, sed noui eũ, & mandata eius seruo. Diabolus superbus, & cupidus dicit, Mea sunt flumina & ego feci ea. Xp̃s cũ humilitate dicit, Non possum a me ipso facere quicquã sed pater meus in me manens ipse facit opera. Diabolus superbus & cupidus dicit, Mea sunt omnia regna mũdi & gloria eorũ, & cui uolo do ea, Xp̃s cũ diues esset, pro nobis factus est pauꝑ, vt eius inopia nos diuites redderemur. Diabolus suꝑbus & cupidus dicit, Sicut colligũtur oua q̃ derelicta sunt, sic uniuersam terrã ego congregaui, & nõ fuit qui moueret pennã & aperiret os atque ganniret. Christus cũ humilitate dicit, Similis factus sum pellicano solitario, uigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Diabolus per superbiã & cupiditatẽ dicit, Exiccaui uestigio pedũ meorũ oẽs riuos aggerũ. Christus cũ humilitate dicit, Nunquid nõ possum rogare patrem meũ & exhibebit mihi plusquã duodecim legiones angelorũ? Et vt ad ultimũ cõcludam, Diabolus cũ ruina magna ꝑ superbiã & cupiditatẽ ad infernũ præcipitatur, Xp̃s cũ humilitate ad cęlos subleuatur: ideo frater charissime paucos tibi diabolicæ fraudis laqueos & sanctæ humilitatis gradus descripsi, ut facilius tibi subiectos ualeas docere, quõ & qualiter hos euadant atq; per humilitatem regna cœlorũ possideant. Et nos si uolumus perficere nostri certaminis cursum, & ad ęterña perueniire beatitudinẽ caueamus in primis cupiditatem malam, superbiam diabolicam, Et cum omni humilitate Christi conemur sequi uestigia. & si quis militans imperatori terreno omnibus iussis eius obedire decertat, quanto magis militaturus imperatori cœlesti dẽt custodire præcepta cœlestia? Frater mi, frater charissime mi animam tuã ad uigilandũ ex-

Margin notes: De uitio ũ remedijs. Cap. 18. — A — Humilitatis la°. Cap. 19. — Esa. 14. Psal. 43. — B — Esa. 14. Phil. 2. — Mat. 11 — Exo. 5. — Ioan. 7. — Eze. 29. Ioan. 14. — Matt. 4. — Esa. 10. — C — Ps. 101. — Esa. 37. — Mat. 26. — D

excita & nullus eam prægrauet somnus. Milites terrenus ad quęcunq; locum mittitur paratus ac prõptus est, neq; se uxoris aut filiorũ gratia excusare poterit, multo magis miles Christi sine impedimẽto huius seculi imperatori suo dño Iesu Xpo debet obedire, q ipsum precioso sanguine suo redemit. Tu miles terrenus contra hostẽ visibilem pergis ad pugnã, cũ illo vero hostis inuisibilis quotidie dimicare nõ cessat, Tu contra corporis tui inimicos pugnare decertas, armis utens carnalibus, illius uero aduersus diabolũ est colluctatio cũ armis spiritalibus. Tu in prælio galeam ferreã gestas in capite, sed illius galea Christus est. Tu ne uulnereris lorica indutus es, sed ille pro lorica Christi charitate est vestitus. Tu contra inimicum tuũ lanceas & sagittas emittis, ille cõtra inimicum suũ humilitatẽ, & salubria verba dirigere studet. Tu donec pugnã perficias, arma a temetipso nõ proijcis, ne ab aduersario vulnereris, ille nunquã dẽt esse inermis, qa illius hostis tuo est callidior. Tuus hostis ad tps dimicat: illius uero hostis quandiu in corpore cõsistit, cum illo pugnare non cessat. Tua arma laboriosa & grauia sunt ad portandũ: illius vero arma suauia ac leuia sunt. Tu pro terreno labore terrenum accipis donatiuum. ille vero pro labore spiritali, cœleste accipit pręmium. Tu ornamento armillarum brachia decoras, ille uirtutum ornamẽto animæ suæ a Christo decorem accipit. Semper.n. cœleste donum a Christo expectat, qui terrenam huius seculi pompam proijcit. Væ nobis si iugum Christi suaue a nobis repellimus, & quicquid graue ac onerosum est animæ nostræ, superponamus nos ad portandũ, & dũ diligimus periculum, incidimus in mortẽ. Ideo frater charissime cõsideremus qs sit q nos precioso sanguine redemit, & quid ei debeamus qui nos cũ tanta penuria redemit. Si terrenos parentes cũ tanto affectu diligimus, qui paruo tempore pro nobis sustinuerunt labores: nonne magis cœlestis pater noster amandus est, qui ꝓ nobis crucifixus est? Nam quicquid parentum nostrorum circa nos fuit obsequium, eius est beneficium: qui, & antequam nasceremur in hoc seculo, sua prouidentia parentes nobis præparauit, quorum obsequio nutriremur, & ubera matris lacte impleuit vnde nutriremur. Ergo magis omnibus diligamus redemptorẽ nostrũ, qui & nos & parentes nostros propriis manibus finxit, & cũcta bona, quæ erga nos F geruntur quotidie, eius misericordiæ, nõ nostris uiribus ascribamus. Iubet.n. scriptura parentes nostros ut propria uiscera diligere, si tñ accedere ad seruitium Christi non prohibeant: si autem prohibuerint, nec sepultura a nobis illis debetur. Christus diligendus est super parentes nostros, quia non nobis tribuunt parentes ea, quæ Christus. Ipse eñ dixit in Euangelio, Qui amat patrem aut matrem aut filios aut agros plusquam me, non est me dignus. Quanto quis eum plus amat, tanto fœlicior, & beatior efficietur. In tãtum.n. nos amauit, ut etiam pro nobis mori dignatus sit: & manus eius, quæ uirtutes plurimas faciebant, clauis pro nostra redemptione affixæ sunt: & ori mellifluo, quo salutaris doctrina profluxit, fel pro cibo impij porrexerũt: & qui neminem læsit, cæsus est, & qui nullum maledixit, opprobria, & maledicta pro nobis pertulit. Hæc omnia perpessus est, vt nobis uitam æternam donaret. Et G cum nobis tanta beneficia præstet, nihil quęrit a nobis, nisi ut diligamus eum: & animas nostras, & corpora impolluta ei seruemus, vt ille in nobis semper habitet, & nos in illo permaneamus. Non enim postulat a nobis aurum neque argentum, neque pallia, neque uestes preciosas, neque armillas, neque agros, & cętera huiusmodi: sed nosipsos quęrit, & in nobis requiescere cupit. Accedamus ergo ad eum, vt uitam æternam habeamus. Habeamus ergo in nobis dilectionem Dei & proximi. Qui diligit proximum, legem impleuit: qui autem econtrario odit, homicida est. Qui diligit fratrem suũ, in trãquillitate est cor eius, fratrẽ vero odiens tempestate circundatus est. Vir mitis & benignus, etiam si patitur mala, pro nihilo ducit, Iniquus autem etiam paruum uerbũ audiẽs a proximo, cõtumeliam arbitratur. Qui charitate plenus est, tranquillo animo & serenissimo uultu procedit: uir odio plenus ambulat iracundus. Tu autem frater charissime ne moueas cuiquam scandalum in uia tua: rem quæ ad te non pertinet aliis tractandã dimitte; & nisi rogatus uel interrogatus H

enoda

Militia spiritalis. Cap. 20.

E

Amor erga deum Cap. 21.

Luc. 9 Mat. 10

Amor proximi. Cap. 17

Enoda te inde, & quod soli deo est placitum iudica, & iniustas aliorum sentētias, si aliter non potes, euita, misericordiæ locum da: & non quod tibi utile, sed quod deo placitum sit facias: & quod tibi non uis fieri, ne proximo tuo cupias euenire. *Tob. 4.* Si eum videas in bonis actibus cōuersantem, congratulare ei, & illius gaudiū tuū ducito: & si aliquid aduersum patitur, illius tristitiam tuam deputa: & non solum iustis, sed & peccatoribus cōdole. Ne simulato corde unquam diligas proximum tuum, quia in his deus ad iracundiam prouocat. Qui.n. amplectitur pacē, in mentis suæ hospitio, mansionem præparat Christo, quia Christus pax est, & in pace requiescere vult. Virum aūt iracundum, inuidum, detractorē, mendacē, superbum omnib. modis execratur deus. Inuidus aūt uir similis est naui quæ iactatur fluctibus maris, in perturbatione est semper vt lupus rapax, insanit inaniter, in miseria detinet, & tabescens ad nihilum redigitur semper furore plenus particeps dęmoniorū efficitur. Homo pacificus securā possidet mentē: totus est ab angelorū agmine munitus & fructu iucunditatis repletus, gaudens & delectans in dño. Oīa I eius in pace uersantur. Discordiam fugat, secreta mētis suæ illuminat. Consortium angelorum merebitur, & regnū ęternæ beatitudinis perpetualiter obtinebit. *De uirtutibus aīæ c.23.* Ne quæso frater mi fabulosa arbitreris dei præcepta, aut quasi a me ædita, dum ex fonte saluatoris nostri sint emanata. Ne frangat animam tuam vlla aduersitas vel prosperitas mūdi, a præceptis & a mandatis dei, & a charitate q̃ est in Christo Iesu dño nostro. Nam uirtus est animæ tuæ, deum diligere, & odire illa q̃ deus non diligit, Virtus est aīæ tuæ, patientiā sectari, & ab omni impatiētia declinare, Virtus est animæ tuę, castitatem tam corporis q̃ animæ custodire, Virtus est animæ tuæ, uanam huius mundi gloriā contēnere, & omnia caduca calcare, & pro illius amore qui te redemit, dum uiuis in corpore, laborare, Virtus est aīæ tuæ, humilitati studere & superbiā abominari, Virtus est aīæ tuę, iram & furorē cohibere ac reprimere, Virtus est aīæ tuæ, ab omni stultitia declinare, & sapientiā diuinam amplecti, Virtus est aīæ tuæ, oēm delectationem carnis subijcerę & mentem tuam ad Christum erigere. Has ergo uirtutes facile & perfacile potuisses obtinere, si secularium curam & caducas ac terrenas res deuitare uoluisses, & nihil amori Xpi præposuisses. k *De Habilitate amoris dei c. 24.* O mi frater charissime ex tota mēte dilige deum, ut in omnibus actibus tuis placeas illi. Qui.n. coniugio copulatur, festinat placere uxori suæ: multo magis anima Christi sanguine redempta, debet placere Christo sponso suo. Deus.n. non se vult verbis tm̄ diligi, sed corde puro & operibus iustis, nam non uerborum sed cordis est auditor & inspector. Nunquam, quęso te frater mi, carnalis amor amorem cœlestem a te excludat. Nunquam, quæso te, huius fluctiuagi ac miserabilis seculi dulcedo decipiat. Nulla te seducat corporis pulchritudo, ne intret mors in animā tuam per fenestras oculorū tuorū. *Caro fœnū. c.25.* Dic mihi quæso frater mi, qualis profectus est in pulchritudine carnis? Nōnne sicut fœnū æstatis ardore percussum arescit, & paulatim decorē pristinum amittit? Et qn̄ mors uenerit, dic mihi quæso, quanta remanebit in corpore pulchritudo? Tunc recognosces, quia vanū est quod antea inaniter diligebas. Cum videris totum corpus intumescere, & in fętorē esse cōuersum, nōnne L claudes nares tuas, ne sustineas fętorem fœtidissimum? Vbi quæso erit tunc suauitas luxuriæ, & conuiuiorum opulentia? vbi blāda verba, quæ corda audientium molliebant? vbi sermones dulces, qui amaritudinē amantibus infundebant? vbi immoderatus risus & iocus turpis? effrenata & inutilis lætitia? Iste est finis pulchritudinis carnis & oblectationis. Mundus.n. peribit, & cōcupiscentia eius. O quàm fœlicissimum bonum est, & q̃ ualde fœlicissimum, splendidam pulchritudinem Christi amare, & radiantibus fulgoribus eius, pectora nostra illustrare, & omnem obscuritatē a nobis expellere. *Detractio cauda. c.26.* Non accommodes aures tuas ad percipienda uerba detrahentium, ne concipias mortem in anima tua: Detrahenti enim & audienti, utrique esca mortis animæ, est detractio & lingua. Et ut breuius concludam, detractor & libens auditor, diabolum portant in lingua. Illum autem qui conqueritur audi, si non detrahit: quia non omnis querimonia est detractio. Euita quæso à tuis auribus

laqueos detractionum, per quos plurimos audis captos. Postula tibi dño deo cor prudens & peruigilem sensum, ut discernere va leas uerba detrahentium: nõ ignores frater fraudes & insidias eorũ, quia qui tibi utilia

M nunciare vñr, uiam tuam explorare ueniũt, vel utrum culpã tu diligas, an non, sed deus pedẽ tuum custodiat, ne in rete eorũ ueniat. Frequenter. n. qui tecum cõcordare uolunt, aliorũ scandala fingunt. Aliena debẽt esse a nobis oĩa uitia mala, dum hæreditas nostra Christus esse vult: Ideo q̃a incerti sumus de talibus, prosternamus nos humiliter in conspectu pij patris nostri, & peccata nostra cito producamus in mediũ, ut deleat ea ipse pr̃ nr̃ cœlestis. Et cum cõfessi fuerimus, nõ nos iustificemus orantes, ne sicut pharisæus ille discedamus condẽnati. Memoremur publicanũ illum, & ita oremus, ut ueniã delictorũ cõsequi mereamur. Clamor cordis nostri, pulset ad aures oĩpotentis dei, q̃a in pura mente placabitur in tp̃e orationis. Oẽm malitiã cordis proijciamus a nobis, & remittamus in nos peccãtibus, non duplici corde, sed uero. Est deniq; genus serpẽtis, qđ cum cęperit ire ad bibendũ aquam, anteq̃ veniat ad fontẽ euomit oẽ uenenum. Imitare & tu hunc serpentẽ in hac parte, ſm Euãgelicum dñi nostri Iesu Christi præceptum, ubi ait, Estote prudẽtes sicut serpẽtes: & oẽ uenenũ iræ & odij amarum euome, & remitte cõseruis tuis, ut & tibi remittantur a dño peccata

A tua: sicut Euãgeliũ præcipit, Dimittite & dimitteť uobis, date & dabitur uobis. Et qualẽ cupis erga te deum, talis esto ipse cõseruo tuo. Et ad oẽ opus quodcunq; inchoaueris facere, primũ inuoca deum, & gratias ei age, & cũ consummaueris illud, similiter fac. Inuoca deum ex toto corde tuo, & inuenies eum: & cũ inueneris, ne dimittas eũ, ut coniungatur mẽs tua in amore eius. Hoc mi frater stude in uita tua, & orationẽ tuã puram offer dño Christo, ne cogitationes huius seculi superfluæ conturbẽt cor tuum. Neq; in diuersa rapiatur mẽs tua. Memento. n. te sub dei stare cõspectibus, qui occulta cordis perspicit, & secreta mẽtis tuæ nouit. Vigilanter ergo & assidue assiste in cõspectu dei in tp̃e orationis: ut imminentem diaboli tentationem facilius possis effugere. Si. n. cogitationes huius seculi malæ & sordidæ turbãt cor tuum, & cogũt illicitum aliquid perpetrare, per orationes puras & uigilias sanctas depellantur ab aĩa tua. Oratio nãq; grãdis munitio est aĩæ tuæ. Per orationes purissimas oĩa nobis utilia tribuũtur a dño, & cũcta noxia effugãtur. Et ne diutius de hac re disputem

B uel immorer, sicut ex carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis eloquijs & orationibus interior hõ nutritur & pascitur. Pasce quæso aĩam tuã spiritalibus cibis, i. spe, fide, & charitate, & reliquis uirtutibus, per quas intelligas deum amari, & eius pręcepta seruari: vt cum extrema dies tibi euenerit, angeli pacis te suscipiant, & de potestate diaboli eripiãt, & merearis cõsortio sanctorum in beata requie perfrui, & uitam æternam cum oĩbus sanctis possidere. Nam certissime scis, quia possessio regni cœlorũ promissa tibi est, sed uide ne ab ea extraneus efficiaris. Quæso mi frater, quęso oĩbus tibi subiectis & bonę uoluntatis in domo tua, a maiore vsq; ad minimum, amorem & dulcedinem regni cœlestis, amaritudinem & timorem gehẽnæ annuncies, & de eorum salute solicitus ac peruigil existas: qui pro oĩbus tibi subiectis, qui in domo tua sunt, rationem dño reddes. Annuncia, præcipe, impera, suade eis, ut caueãt se a superbia, a detractione, ab ebrietate, a fornicatione, a luxuria, ab ira, a periurio, a cupiditate, quæ est radix omniũ malorum.

C Cupidus. n. uir aĩam suam uenalem habet, si inuenerit tp̃s ut concupiscat alicuius aurum & argentum, seu uestes pulchras, uel etiam cuiuslibet mulierem pulchram facie, pro nihilo homicidium perpetrat. Et ut quis effundit aquam in terram, ita ei est effundere sanguinem proximi sui. Plurimę aĩæ in mortis periculum inciderunt p̃p̃ cupiditatem, & multi dño iubente ob hoc lapidati sunt. Saul. n. alienus a deo effectus p̃p̃ auaritiam, & ad extremum de culmine regali expulsus ab inimicis suis peremptus est. Et de multis multa dicere potuissem, sed sapienti pauca sufficiunt. Dñs uero noster & saluator uoluit de cordibus Pharisæorum pecuniarum amorem excludere, sed quia erant cupidissimi, salutaria dñi uerba deridebant. Nam illum diuitem, quem dñs ad regna cęlorum prouocauit, amor pecuniarum eum intrare

Peccatorũ cõfessio. c.27.

Oratio qualis. c.28.

Mat.28.

Luc.6.

Cura familiæ. c.29.

Cupiditas. c.30

non permisit: Sed & Iudæ pectus auaritiæ flamma exarsit, vt dñm cũctorum bonorum largitorem, in manus traderet impiorum. Auarus. n. uir inferno est similis. Infernus. n. quantoſcunq; deuorauerit, nunquam dicit, D satis est. Sic etsi oẽs thesauri cõfluxerint in auarum, nũquam satiabitur. Ideo frater mi, oĩbus qui in domo tua sunt, præcipe ab hoc uitio cauere. Melius est. n. ut ex paupertate sua pusillum tribuat indigẽtibus, q̃ multum ex acquisitione iniusta. Vnusquisque iuxta quod habet, porrigat. Tantum. n. expetitur ab unoquoq; eorum, quantum ei dñs dedit. Nec. n. plus ab eo exigit, q̃ quod ipse dedit. Eleemosyna cũ cupiditate acquisita, abominabilis est coram deo, & acceptum ei quod fideliter fuerit acquisitum. Sunt. n. nonnulli qui diripiẽtes aliena, facere se simulãt eleemosynam: & cum alios præmant, alijs se misereri fingunt. Si autem ex proprio labore dederint, gratum & acceptum erit deo. Et roga eos, ut in oĩbus operibus suis humiliter coram deo agant quicquid eis agendum sit: quia nõ erit gratum deo quicquid homo facit cum superbia. Quod autem humiliter fit, hoc est ei acceptũ. In oĩbus operibus suis sint humiles: quia humilitas, uirtutum sublimitas est, nec ad regnum cęlorum quislibet ueniet, nisi per humilitatem. Multorum aũt temporum labores, & orationes, & eleemosynæ, & ieiunia, & uigiliæ, si cum superbia finem habuerint, pro nihilo apud deum cõputãtur. Acceptus est deo uir humilis, & in E se deum gestat. Iam paulatim superius disseruimus de superbiæ malo, sed ꝑꝑ tibi subiectos, necessarium hunc locum inueni, ut contra sagittas diaboli, discant clypeum humilitatis erigere. Superbus aũt deo est odibilis, & diabolo similis. Humilis licet habitu uilis sit, gloriosus tñ est uirtutibus ad deum. Superbus autem, etsi decorus & clarus uideatur aspectu, tñ apud deum operibus uilis est: & uerbis, & gestis, & uultu, & incessu, semper eius dignoscitur superbia & leuitas. Cupit se semper laudari ab oĩbus hoĩbus, & bonis, quibus alienus est, prædicari se vult: non patitur se cuiquam esse subiectum, sed semper inter suos pares primatum cupit tenere, & in maiorem gradum ascendere: & quod meritis obtinere non potest, adulando

Eleemosynæ de suo. c. 31.

De laude humilitatis & uitio superbiæ. c. 32.

prælatis, detrahendo & inuidendo æqualibus, humilesq; contemnendo, vult inuadere. Et sicut nauis est absq; gubernatore cum iactat in fluctibus, ita & superbus leuis circunfertur, instabilis per oẽs actus suos. Humilis aũt ultimum se iudicat, & blando vul- F tu terram intuens, coram deo eminens apparet, & cum oĩa fecerit, dicit, Inutilis seruus sum, & nihil se fecisse testatur. Et deus diuulgat opera ipsius, & profert in medium, mirificatq; facta illius & exaltat & clarum facit eum, & in tp̃e precum suarum, quod postulat impetrare apud deum potest. Hæc & his similia sola humilitas obtinet apud deũ, quia ipsa est sessio & delectabile cubile dñi nostri Iesu Christi, qui ait. Super quẽ requiescam, *Esa. 66.* nisi super humilem & quietum & pauẽtem sermones meos? Et iterum, Discite a me, q̃a mitis sum & humilis corde. Annuncia quęso tuis & dicito eis, Quia deus superbis resi- *Iaco 4.* *Iaco. 1.* stit: Et ira uiri, iustitiam dei non operatur. Multi se blandos & patientes simulant, & si tp̃s inueniunt, amariores fiunt. Fornicatores *Heb. 13.* & adulteros diiudicabit deus in die iudicij. *Eccl. 23* De periuris scriptum est, Vir multum iurãs, *Ps. 100.* nõ effugiet peccatum, nec recedet plaga de domo eius. Detractio, fornicatio est aĩæ. Vnde psalmista, Detrahẽtem secreto proximo suo, hunc persequebar. Discordiam ut *Prou. 6.* Salomon cecinit, detestatur dñs, dicens, Se- G ptimum est quod detestatur aĩa mea, i. qui seminat inter fratres discordiam. Hos nulli rei similes iudico, nisi diabolo, qui seminauit discordiam inter deum & hominem. Hi sunt cibi & pocula mortis aĩæ nostrę. Ab his uenenis pietas dñi nostri Iesu Christi nos liberet, & seipsum nobis edendũ tribuat, qui dixit, Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, qui mãducat carnem meam & bibit sanguinem meum, habet uitam æternam in semetipso. Sed vnusquisq; antequam corpus *1. Co. 10.* & sanguinem dñi nostri Iesu Christi accipiat, seipsum probet, & ſm Apostoli præceptum, Sic de pane illo edat, & de calice bibat, quia qui indigne manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus dñi. Qñ. n. illud accipere debemus, antea ad confessionem & pęnitentiam recurrere debemus, & oẽs actus nostros curiosius discutere: & peccata obnoxia si in nobis

Eucharistiæ sumptio. c. 33

nobis senserimus cito festinemus per cõfessionem & ueram pœnitentiam abluere, nec cum Iuda proditore diabolum intra nos celantes, pereamus, protrahentes & celantes peccatum nostrũ de die in diem. Et si quid mali aut nequam cogitauimus, de eo pœnitentiam agamus, & uelociter illud de corde

Peccata cordis. c. 34.

H nr̃o eradere festinemus: Ne uelimus dicere, non est hoc grande peccatum qđ cogitaui. Heu insipientes quare nõ cogitamus vel intelligimus, quia in conspectu dñi cogitationes nostræ antequã in opus procedãt, manifestæ & apertæ sunt? Dicit.n.psalmista, Scrutans corda & renes deus. Et iterum, Dñs scit cogitationes hoĩum, qm̃ uanæ sunt. Et alibi, Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meã & funiculum meũ inuestigasti. Ne quæso permittamus in nobis cogitationes prauas, neq; tanq̃ minima negligamus: quia qui minima spernit, paulatim defluit. Non spernamus morsum serpẽtis, ne uenenum eius cõspergatur in corda nostra: quia q̃uis uenenum uita sit serpentis, tñ mors est hoĩs. Abscindamus uirgulta spinarũ de agro cordis nostri, ne defigant in nobis altas radices. Scimus.n.ꝙ cor nostrũ ager est dñi nostri Iesu Christi: excolamus eum cœlestibus disciplinis, & nõ sinamus in agro tanti imperatoris seminari zizania, sed cunctis floribus virtutum decoremus. quia in his delectatur oĩpotens deus, sicut & in Canticis canticorum legit, Ego flos cãpi, & liliũ cõuallum, i. ego decus mũdi, & uirginitas humilium. Et semper atq; semper caro nostra subiecta sit

Psal. 1. *Eccl. 19.* *Cant. 2.*

Caro domanda. c. 35.

I aĩæ nostræ, & sicut ancilla famulet dñæ suæ. Ne prębeamus uires illicitas corpori nostro, ne committat bellum aduersus spiritum nostrum: sed semper subiecta sit caro, ut obtemperet iussis sancti spiritus. Neque incrassari permittamus ancillam, ne contemnat dñam suam, sed oĩbus iussis eius & obsequijs mancipetur. Sicut.n equis frena sunt imponẽda, ita corpora nr̃a, ieiunijs, uigilijs, & orationibus sunt infrenanda. Nam queadmodum aurigæ si frena laxauerint per præcipitia ducuntur, ita & aĩa nostra cum ipso corpore si ei frenũ non imposuerimus, ad inferni præcipitia delabitur. Simus ergo boni & edocti aurigæ corpori nostro, vt per uiam rectam possimus incedere. Escæ.n.nimiæ nõ solum

Luxus in cibis. c. 36.

aĩas, sed etiam corpora nostra plurimum lædunt, & ad infirmitatẽ perducũt. Solet.n.per per nimiam ciborum auiditatem & poculi intemperantiam frangi stomachi fortitudo: nec non & abundantia sanguinis per choleram, & plurimæ ægritudines escarũ largitate contingũt. Sicut.n.aĩę & corpori sunt ista

contraria, ita medela est utriusq; tẽperantia K

ieiunij. Et si non per oĩa tp̃s, saltem sacratissimis diebus ieiunorum quãtum possumus cum dei adiutorio, delitias mundi, & ciborũ opulentiam fugiamus: nequãdo, qđ auertat deus in cruciatu flãmæ, quæramus guttam aquæ, & nullum refrigeriũ consequamur. Fugiamus ebrietatẽ ne crimẽ luxuriæ incurramus, quia Apost. præcipit, dicens, Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Vinum.n. nobis deus ad lætitiã cordis, non ad ebrietatẽ donauit. Bibamus ergo non quãtum gula exigit, sed quantũ naturæ imbecillitas postulat: ne id quod ad medelã corporis nostri tributũ est, ad perniciẽ deputemus. Annuncia quæso tuis in domo tua subiectis, ꝙ pleriq; per vinum, homicidia, & fornicationes perpetrauerunt, nec ipsam mortẽ recusauerũt, alij per uinum a dęmonibus capti sunt, Nec est aliud ebrietas, q̃ manifestus dæmõ. Ebriosus putat se aliquod optimũ gerere, cũ fuerit ad præcipitia deuolutus. Per uinolentiam armatur ad maledicta & conuitia proximorũ, & immutatur mẽs eius, & lingua balbutit. Hmõi.n.uir cum se putat bibere uinum, bibitur a uino. Plurimi nanq; hoĩes per uinum maximam debilitatẽ contraxerunt nec

De ebrietatis malo. c. 37

potuerunt consequi pristinam sanitatem, q a L

non temperauerunt gulæ ardorẽ. Sicut.n.piscis cũ auidas fauces profert ut glutiat escã, repente hamum intra fauces reperit: ita & ebriosus intra se uinũ suscipit inimicũ, qui eum vt introiuerit, mox impellit ad oẽ opus nefandissimũ: & sic homo rõnalis capitur, ut irrationale animal. Tu aũt frater mi, omnibus domesticis tuis & tibi subiectis præcipe, ut se sobrios exhibeãt, & iterum ꝑꝑ abstinentiam in superbiam se non erigant, sed omnia temperate, iuste, pie, & religiose secundum dei adiutorium faciant: quia non solum pro nobis clericis, sed etiam pro omni genere humano, qui prædestinati sunt ad uitam æternam Christus sanguinem suum fudit:

Præcepta dei ad omnes Christianos pertinẽt. c. 38

fudit: nec solum nobis sed ēt omnib. laicis, eius præcepta ex toto corde seruantibus, regnū cœlorū promissum est. Grandis nanq; confusio est animabus laicorū, qui dicunt. Quid pertinet ad me legendo libros scripturarū audire vel discere, uel ēt frequenter ad sacerdotes, & ecclesias sanctorū recurrere? Cū clericus fiam, faciam ea quæ oportet clericos facere. Quare non intelligit, quia panē & uinum, & omnia huius terræ bona & regni fœlicitatem æqualiter uult participare, & æquali labore iugū Christi ferre nō uult? Quid prodest talib una parte in hoc seculo esse sublimes, alia ꝓstratos: in una parte fulgere auro & preciosis vestibus, & in alia miseriis & uitiorum caligine occupari? Nō sit tibi aliqua solicitudo de laici habitus persona, q̄a nō est personarū acceptio apud Deū. Similiter.n. mandata dei seruantibus laicis, cęleste palatiū patet, ueluti clericis & sancti moniali habitu pręditis: dū non est Iudæus neq; Græcus, non est seruus neq; liber, sed omnia & in omnib. Christus, Quicunq; in corpore illius est, magnus est. Insere teipsū suo sancto corpori, ut sis membrū nobilissimi capitis. Ama ex toto corde caput tuum, & mēbra capitis illius. Q̄uo pōt manus manui inimica esse, vel pes pedem odisse, uel cętera membra suæ iuncturæ non congaudere? Crescere debent in uirū perfectū, in augmentū corporis Christi. Omnis.n. clericus & laicus qui precioso sanguine Christi redēptus est, qui baptismo Christi tinctus est, dēt humiliter ambulare & perseuerare in spiritusancto: quia nihil prodest Christianum se respondere verbis, & factis negare, dū corruptus est mente & spū. De talib. in Euāgelio ipsa ueritas dicit, Nō omnis qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnum cœlorū: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorū. Et alio loco Propheta increpando dicit: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum lōge est a me. Nam ciuitas si fuerit in una parte munita & ex alia destructa, aditū ad se hostibus præbet. Et nauis si fuerit fortiter cōpaginib. solidata, & unam habuerit tabulam perforatā, aquæ fluctibus mergitur in profundum. Omnibus.n. laicis, clericis, monachis æqualiter conuenit fidem, spem, & charitatē habere, & deo ex toto corde seruire, etiam confessionem facere, & dignam pęnitentiā agere: quia clementissimus dñs confugientibus ad pœnitentiam agnoscit. Sed ne de misericordia dñi tm̄ securi existamus, ut peccatis peccata augeamus, neq; dicamus, donec uiget ætas nostræ carnis, cōcupiscentias nostras exerceamus, & postremo in senectute malorum nostrorum pœnitentiā agamus, pius est.n. dñs & misericors nec ultra facinorum nostrorum recordabitur. Ne quæso taliter cogitemus, quia summa stultitia est hæc cogitare: cum & impium sit talem licētiam a Deo postulare quempiam uelle, cuius initium est, nos separare a deo: ideo, inquam, talia ne cogitemus, cū nesciamus qua die morituri sumus. Nemo.n. hominum nouit diē exitus sui. Non omnes in senectute moriuntur, sed in diuersis ætatib. de hoc mūdo migrant. Et in quibus actib. unusquisq; hō inuentus fuerit, in eisdem iudicabitur qn̄ anima exierit de corpore, Dicit enim Psalmista, Nemo in inferno confitebitur tibi. Ideo festinemus ad pœnitentiam conuerti. Semper ante oculos nostros uersetur ultimus dies: & cum diluculo surrexerimus, ne ad vesperam nos cōfidamus peruenire: & cum in lectulo membra deposuerimus, de lucis non confidamus aduentu: sic & facillime poterimus corpus nostrum a uitiis & concupiscentiis refrenare. Semper cor nostrum promissa Dei cœlestia meditetur, omnia terrena quæ possidemus in futuras cęlestes mā siones transferamus, vt cum ibi profecti fuerimus fruamur bonis cœlestibus. Nam credimus, quia cum a carnis uinculo anima nostra fuerit absoluta, si bene & recte corā deo vixerimus, mox in occursum nostrū angelorum chorus occurret, omniumq; sanctorū agmina in nostros miscentur amplexus, & ad adorandū uerū iudicē perducent, si dum in corpore viuimus, sicut dixi, quæ deo sunt placita faciamus, tunc erit nobis pax in circuitu & summa securitas: nec timebimus ultra diaboli ignita iacula, nec ullum quemlibet inimicū qui cupit animas nostras ad periculū iaculare: nō ferrum, non ignē, non faciem truculentam tortoris, non famem, non sitim, non ullam carnis ægritudinem, non vltra aduersabitur caro spiritui, nec vllum timebimus

Marginalia: M; A; *Matt.* 7.; *Esa.* 29; *Dilata pœnitentia. Cap.* 39. B; *Psal.* 6.; *Gaudia futuræ. uitæ. Cap.* 40. C

mebimus periculum: sed cum carnis abiece rimus sarcinam, tunc spũssanctus tribuet nobis in cœlestibus mansionẽ, cui nos paulo ante intra corporis nostri hospitium feceramus mansionẽ: & læti gaudentesq; futuri iudicij diem expectabimus, in quo singulorũ aiæ pro suis actibus recipient merita. Et ecõtra pctõres & impij peribũt.

De pœna dãnandorum. Cap. 41.

Tũc frustra rapaces & auari, superbi & adulteri, iracundi & cupidi, maledici & periuri amarissime flebũt, quia malorũ veniam non consequent. In luctu maximo detinebuntur oẽs, qui carnis suæ uoluptates secuti sunt: in mœrore & gemitu sempiterno erũt, qui uitiis & passionibus seruierunt. Et cũ hi oẽs pro criminib. & sceleribus suis gehennæ ignis deputandi erũt, nos si deo dũ in hoc corpore sumus placuerimus, cũ sanctis sempiterna pmia accepturi sumus. Iõ cõtemnamus cuncta q̃ vana & caduca sunt, ut tantã gloriã, Christo miserante, adipisci mereamur.

De linguæ custodia. Cap. 42.

Declinemus semper a uitiis, & ad uirtutes tendamus, nec supflui sermones procedãt ex ore nostro, q̃a pro ociosis sermonib. reddituri sumus rõnẽ in die iudicij. Nec ad maledicendũ quẽquã cõsuescamus linguam nostrã, quæ ad benedicendũ & laudandũ deũ creata est: q̃a consuetudo quæ longius fuerit protracta & confirmata, non cũ paruo labore vitatur vel expellitur.

Nõ in annis sed in animis ẽ perfectio Cap. 43.

Simus in malitia paruuli, & uiri perfecti in sensu: in quibusdam uero nos exhibeamus senes, in quibusdam iuuenes: quia paruulis est ludere, perfectis autẽ uiris est lugere. Nam præsens luctus lætitiam generat sempiternam. Omne autẽ quicquid immoderatum est, dissolutionem efficit animæ, & negligẽtẽ erga dñi pcepta: nec delicta sua facile pt ad memoriã reuocare, & obliuiscens ea, nõ se instigat ad pœnitẽtiam, & ita paulatim ab oĩbus bonis cadit. Nullum habebit accessum cordis cõpũctio, vbi fuerint immoderata vitia & cõcupiscẽtiæ malæ. Vbi ãt fuerint lachrymæ, ibi spiritalis ignis accẽdit, q̃ secreta mentis illuminat. Nullus nos sæculi amor ab amore Xp̃i segreget, & totę nostræ cogitationes ad pmia futuræ patriæ tẽdant, & de cœlestibus meditentur. Hæc est gloria tua, hæc est pfectio cursus certaminis tui. Perfectus.n.dr, non qui ætate, sed qui in sese perfectus est. Nulli nocet puerilis ætas, si fuerit mente pfectus. Nec senilis proderit ętas, si fuerit paruulus mente uel sensu. Nã & Dauid cũ puer esset & perfectus, cor suũ & mẽtem habebat in dño defixam, & ob hoc in regem eleuatus est. Et Saul cum esset in senili ætate, quia in se malignam nequitiã habuit, de culmine regali expulsus est. Dñs vero ac saluator noster a seniorib. crucifigitur, & ingressus Hierosolymã a paruulis collaudat. Nam & arbor si multorum annorũ fuerit infructuosa, exciditur: si autẽ fuerit nouella & fertilis, colitur, ut magis ampliorẽ proferat fructũ. Ideo has similitudines pono, vt nec iuuenis nec senex in domo tua de salute sua vel etiam de operib. suis confidat, sed q̃ gloriatur, in dño glorietur.

1. Cor. 1.

De uirorum bonorum consortio. Cap. 44.

Perfectorum aũt uirorum consortio fruere, & a uerbis eorũ ne auertas aurẽ tuã, & in eorũ consilio delectetur aĩa tua: verba.n. vitæ sunt uerba hominũ Deũ timentium & incolumitas aĩæ ijs q̃ ea libẽter audiunt & attẽdunt. Sicut.n. sol oriẽs effugat caliginẽ, ita sanctorũ doctrina a sensibus nostris pellit tenebras. Deuita quęso viros superbos, inuidos, detractores, mẽdaces, periuros, seipsos & salutem suam negligentes, qui mortui sunt uirtutibus, & lætãtur in propriis uoluptatibus, vt gaudiis careant diuinis. Non dico, vt uel vnum talẽ in domo tua habeas, sed ẽt vbicunq; tales audieris esse, hos deuita. Cum hmõi hominibus nulla sit tibi cõnexio, uel familiaritas, nec velis cũ eis sermocinari, si non ualeas dño miserãte, eos ab errore suo reuocare. Nã sępe p unam ouem morbidã, polluitur totus grex: & modica pars fellis magnum dulcorem vertit in amaritudinem. Nam talis si in habitu uideatur clarus ac nobilis, ac dulcia uerba proferat, operibus tamen si agat tecum contrarijs, magis nocet illius talis factura quã placeat ex uerbis figura: non.n. ex uerbis, sed ex uirtutibus homo probatur.

Intentio recta & præcatio Cap. 45.

Sic & tu sis apud Deum probatus, & omnia pro Christi amore libenter sufferas, & pro tribulationib. carnalibus, quando tibi euenerint, non frangat animus tuus, nec vigor patientiæ tuæ. Res huius sæculi caducę te non molliant: Sed time potius deũ si à proposito tuo retardaueris: qñ te peccatis obnoxium senseris, ad pœnitentiam conuerti non confundaris: quia q̃ hic pœnitet in nouissimo non pęnitebit. In omni-

oĩbus actibus & cogitationibus tuis placeas deo, nec studeas placere alteri, nisi ad ædificationem aĩæ. Et in omni opere qđ cogitas facere, primo cogita deũ: & si ẽm deum est qđ cogitas, diligẽter examina: & si est rectũ coram deo, perfice illud: si uero aduersum fuerit repertum, amputa illud ab aĩa tua, &
H oĩa per consiliũ sapientium facito, vt opera tua & gressus tui ẽm dñi uoluntatẽ dirigantur. In oĩ oratione & obsecratione, & dñi uoluntatẽ in te, nõ tuam deprecare fieri: & ẽm
1.Th. 5. Apostoli præceptũ, orare sine intermissione oportet, & sanctas manus sine ira & disceptatione ad deũ leuare. Misericos est dñs, & misericordiã in se sperantibus præstat. Non illi misericordia opus erat, qui nullũ habuit peccatum, qui angelos fecit, & archangelos præposuit, sed ut nos misericordiam ab illo cõsequamur eleemosynã dedit. Nõ illi eleemosyna necessaria fuit, cuius sunt oĩa regna cœlorũ, qui cõstituit dominationes, principatus, uirtutes, ptãtes, sed ut nos eleemosynis nostris participes regni cęlorũ efficeret.
1.Ioan. 5 Patiens & pacificus est dñs, ut patiẽtia & pace sua mũdum totũ, qui in maligno positus erat, reconciliaret deo. Et nos patiẽtes & pacifici sine ira & disceptatione simus, si ad deũ uolumus peruenire, & ad oẽs hoĩes faciamus bonũ. Ad oẽs dico, nõ per partes, nõ ad unũ uel ad duos aut tres, sed ad oẽs hoĩes. Christus.n.non pro sanctis tm̃ passus est, sed pro peccatorib⁹ & impijs & sceleratis ascen-
I dit in crucẽ, & passione sua nos oẽs reuoca-
Matt. 5. uit ad uitã. Nõ sanctis tm̃ dedit deus solẽ & lunã & pluuiam & oĩa nascẽtia terræ, & oẽs fructus qui oriunt̃ in terris: sed in cõe oĩbus hoĩbus dedit illa, qui solẽ suũ facit oriri sup̃ bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ideo oĩbus hoĩbus dedit illud in cõe, ut bonũ nostrũ & eleemosynæ nr̃æ, & charitas nostra, & humilitas nr̃a, & patientia nr̃a in cõe oĩbus hoĩbus distribuat̃. Quãdiu fuerimus in hoc mundo, faciamus bonũ ad oẽs, maxime aũt ad domesticos fidei, & oremus pro inimicis nostris, & bonũ pro malo restituamus. Pauperes honoremus & suscipiam⁹ Xp̃m in ipsis, qui dixit, Quandiu fecistis uni ex his minimis fratribus meis, mihi fecistis. Et filij dei erimus & hæredes dei, cohæredes aũt Christi, & participes regni eius erimus:

Marginal notes: 1.Co.c.46. De benefice- ... 1.Tim.2 ... Præmia iustorũ. c.47. Mar. 25.

vbi nunq̃ senescemus, nunq̃ moriemur, vbi nõ est humanæ naturæ, nec ullus dolor, nec tristitia post gaudiũ, nec lux solis, nec lunæ, nec stellarũ splendor: sed dñs nr̃ Iesus Christus lux erit & sanitas & uita, & charitas, & pax, & gaudiũ, & oẽ bonũ oĩbus credẽtibus in se. Ibi est terra uiuentiũ, q̃ propheta decantauerat, dicẽs, Credo videre bona dñi in terra uiuẽtium: id præmiũ cęleste uisurũ se significabat, & cũ Christo in perpetuũ viuere & regnare: ubi nec nox ulla inspirat, nec dies terminabit̃, nec inopia uidebit̃, neq; cupiditas apparebit, sed perẽne gaudiũ & sempiterna lætitia. Hęc sunt promissa iustorũ, & hæ sunt promissiones eorũ p̃ p̃ quas laborauerũt & festinauerũt, & nõ cessauerunt currere in bonis operibus quãdiu fuerũt in hoc mũdo, in ieiunijs, eleemosynis, in castitate, in continẽtia, in lõganimitate, in patiẽtia, in suauitate, in beneuolẽtia, In labore multo, in orationibus, in persecutionibus, in fame, in siti, in frigore & nuditate, in uigilijs multis pro Christi amore, & per oĩa inutiles uigilias deuitauerunt. Vigiliæ aũt sunt inutiles, cũ quis vigilauerit circa cogitationes multas, & turpes, vel ad gerendũ contrariũ aliq̃d uel ad facinus perpetrandũ. Tales uigilias isti deuitauerunt, & sanctas uigilias arripuerunt, Hi tales calcauerũt præsentẽ mũdum, ut futurũ lucrarent̃ regnum. Nõ acceperunt hic p̃missiones uel diuitias huius seculi miserabiles, q̃ hoĩes male eis utẽtes ad inferna perducunt: & hãc pręsentẽ patriã relinquentes, ad ciuitatẽ cœlestẽ, cuius artifex & conditor est deus, intuitum animi sui præmiserunt. Vitauerunt peccatũ in uerbo, in facto, in cogitatione, in risu, in visu, in motu, in annuẽdo oculis, in manibus, in pedibus, in ira, in rixa, in furore, in dissensione, in uanagloria, in superbia, in elatione, in cupiditate, custodiẽtes corpus suũ & aĩas suas. Pariter.n. duo ieiunia ieiunauerunt, i. ieiunium corporis & aĩæ, hoc est ab ira & furore, & detractione, & blasphemia & rixa, abstinentes se: q̃a sicut iam superius intimauimus, isti sunt mortiferi cibi aĩæ, qui pascunt eã in malum & occidunt eã morte sempiterna. Iterum cibi corporis simul & aĩæ isti sunt, uoracitas, sommolentia, fornicatio, uinolentia, securitas, suauitas, homicidium. Isti sunt cibi corporis

Marginal notes: K; L; Ieiuniũ & cibus aĩ. c. 48.

poris simul & aiæ, qui pascūt corpus & occidūt & aggrauāt aīam. Cibaria deuitemus, escas aūt cęlestes appetamus quæ ad cęlum nos trahāt & deducāt, sapiētiam.s.diuinam, fidē robustam in Christo, benignitatē, beneuolētiam, patientiā, humilitatē, uirtutē diuinam lętitā.

M

Sermones boni & optimi procedant ex ore nr̄o, sale diuino cōditi, ad ędificationē audientiū.

Terret malis gehennæ. c.49.

Dilectionē dei & proximi, in qua tota lex pēdet & prophetæ, semꝑ mēte meditemur & opere perficiamus. Hæc sunt mādata Xp̄i quæ nos iubet facere.

Mat.22.

Si fecerimus ea, erimus participes regni eius, & regnabimus cū eo. Si aūt non fecerimus, & ipse nō dabit nobis regnū suum. Si denegamus, & ipse denegabit nos. Si nō credimus, ipse fidelis permanet, q̄a oīs incredulus infideliter agit, dū & uitiū hoīs est oīa credere, & uitiū est nihil credere, & maxime sꝑ mala de inimico cuius alioquin si ad nos dura sunt uerba, tn̄ forsitan Christianum se recordat, & se reum corā deo plorat.

Seneca.

Susurri aūt verba sꝑ mala de inimico, sed si tu bona loqueris cōtinuo illū confundis, nunq̄.n. concordiā faciunt sed discordiā: ligna in ignem mittunt. Summo studio summaq; uigilantia nobis est curandū, vt nō linguā detrahētem audiamus. ne audiamus a Xp̄o iudice oīum in die iudicij, qđ audient peccatores. Ite in ignē ęternū, q̄ paratus est diabolo & angelis eius. Vere.n. diabolo est præparata gehenna, & oīb. hoībus faciētibus oꝑa diaboli. Væ ijs quib. præparat̄ dolor vermiū, ardor flāmæ,

A

sitis sine extinctu, fletus & stridor dentium, oculorū lachrymæ, tenebræ exteriores sine luce, pęna inexterminabilis: vbi nō est vllus honor, siue agnitio proximi, sed continuus dolor & gemitus, ubi mors optat̄ & non dabitur: vbi nō est honor senioris & regis, nec dn̄s super seruū, nec mr̄ diligit filiū aut filiā, nec filius honorat patrē: vbi oē malū, & oīs indignatio, & fœtor & amaritudo abundat. Hæc timuerūt iusti, & hæc fugerūt. Rogo & supplico, iterū atq; iterū deprecor frater charissime, vt & nos deū amemus & timeamus & hæc fugiamus, q̄a mors perpetua est aīæ nr̄æ si in his ꝑseuerauerimus.

Tria pessima: toti dē optima. c.50

Tria.n. sunt in hoc mūdo deteriora omni malo: aīa pctoris cum pctō perseuerās, q̄ nigrior coruo est, & mali angeli qui eā rapiūt, & infernus in quē

Psal.37.

ducit: Non sunt.n. deteriora his trib. Eadē.n. anima metu futuri iudicij expauescēs, & putredinē suā inspiciēs, dicit, Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipiētiæ meæ. Iterum tria sunt q̄bus in hoc mūdo nō sunt meliora, aīa sancti in bonis operib. perseuerans, q̄ speciosior est sole: & sancti angeli qui eā suscipiunt: & paradisus in quē ducitur, & expectatio regni cęlestis. His tribus nō sunt meliora in hoc mūdo.

B

Angeli.n. sancti delectāt animā spiritali cātico: sicut psalmista ait, Beatus quē elegisti & assumpsisti dn̄e, habitabit in tabernaculis tuis: Replebimur in bonis domus tuæ, sanctū est tēplum tuū mirabile in æquitate:

Psal.64.

Hæc frater charissime meditemur. Hæc in aīo firmiter teneamus, & caueamus nos ab oī peccato & iniquitate, in uerbo, in facto, in cogitatione, in manibus, in pedib⁹, in uisu, in auditu, custodiamusq; corpus nostrū & animam.

Hic laborandum c.51.

Xp̄s.n. dn̄s nr̄, qui est deus & dei filius, descendit de cęlo in terrā, ut nos de terra ad cęlū secū portaret: pro nobis peccatoribus crucē ascēdit, vt nos a cruciatu diaboli liberaret: ab inimicis pœnā suscepit, ut nos de morte eriperet: a mortuis resurrexit, ut nos resurgamus aīa & corpore in die magno iudicij. Ideo dum tp̄s habemus laboremus, & bona oꝑa deoq; placita una cū Dei adiutorio semper facere studeamus, ne subito præoccupati die mortis quæramus spatiū pœnitentiæ & inuenire non possimus. Dū sumus in hoc corpore seminare nos oportet: tp̄e.n. suo, i. post mortē, siue in die iudicij metemus, qđ in uita æterna habere debeamus. Hic.n. laboremus, & inuicē onera nostra portemus.

C

Quo.n. præcessit caput, & cætera mēbra secutura sunt. Teneamus sicut iam superius insertum est, fidem rectam, spē certam, charitatem perfectam:

Mutua charitas c.52.

quia fides tanq̄ sensus nr̄ est, & charitas tanq̄ sanitas nostra. Fides credit, charitas operatur, spes roborat: & q̄uis diuersa membra diuersa habeāt officia, si charitatis tn̄ unitate teneantur omnia membra, tunc merebuntur ire post caput. Caput.n. nostrū Christus in cœlo est: Et ipsa ueritas dominus noster Iesus Christus, de suis fidelibus ait, Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego sum, illic & minister meus erit.

Ioan.12.

Caueamus, & per omnia caueamus, ne per inuidiam, odium,

odiũ,detractionẽ,iram & rixam, a capite no stro dño Iesu Christo prȩcidamur: & q.cq.d mali iusti pro amore Xp̃i, nostriq; proximi pertulerint,charitatis affectu compatiamur: & quicquid boni alius quislibet acceperit, quasi nos acceperimus,ita gaudeamus,& ꝓ illo q. accepit gr̃as referamus.Ecce,ut iã dixi mus,cũ patitur aliq̃s tribulationẽ, aut dãnũ huius seculi, aut pro culpis suis uapulat,uel iubente imperiali sublimitate, in carcerẽ re-
D truditur,tristatur parentũ siue amicorũ mor te:si dolemus pro illo, & cõpatimur,quantũ possumus,in corpore ecclesiæ constituti sumus:si non dolemus, iam a corpore præcisi sumus.Sed proh dolor nos aliqñ rigorem simulãtes materiã in flãmam mittimus, & cũ ignis incẽsus fuerit fugimus,Charitas q̃ colligat & uiuificat oĩa membra ecclesiæ,si nos videat de ruina alterius gaudere, statim nos ꝑcidit a corpore. Forte igr̃ non dolemus de ruina proximorũ nostrorũ, sed insidiamur, q.a præcisi sumus a corpore: Si.n.ibi essem⁹, sine dubio doluissemus.Cõsideremus charissime,& diligẽter attẽdamus,q.a tandiu dolet mẽbrũ quãdiu in corpore cõtinetur: si ãt ab scissum fuerit,nec dolere poterit, nec sentire. Cũ.n.manus aut aliq̃d aliud membrũ ab scisum fuerit a corpore, si totũ corpus tunc in multis partib. diuidat̃,manus illa non sentit,q̃ iã à reliquorũ mẽbrorũ societate diuisa est. Talis est oĩs Christianus q. de alterius dãno,afflictione,aut ẽt morte nõ dolet, sed q̃d peius est,forte ẽt subsannat & gaudet.Iõ affe
E ctũ charitatis nõ hẽt in corde, q.a iã alienus est a corpore:cũ Apostolus ꝑcipiat, gaudere *Rom. 12.*
cũ gaudẽtibus,flere cũ flentibus,idipsum in *Pro. 17.*
uicẽ sentientes. Et Salomõ, ne de ruina fratrũ nostrorũ gaudeamus, manifestissime ad monet.Nos vero miseri de inimicorũ nr̃orũ ruina gaudemus, subsannamus,& si non cadit,cadere eũ in ultionẽ nr̃i optamus:sed ore mus deũ mi frater, si verã & perfectã charitatẽ custodire uolumus, ut ei⁹ adiutorio oẽs hoĩes sicut nosmetipsos studeamus diligere: vt q.a caput nr̃m Xp̃s est, mẽbra illius nos eẽ mereamur:ut cũ Xp̃s apparuerit gloria nr̃a, & nos ꝑ cõcordiã charitatis,& per dilectionẽ .s. Dei & proximi quasi uera & perfecta mẽbra illius absq; ullo dolo malitiæ, uel inuidiæ,oẽs hoĩes sicut nos ipsos amãtes,cum ipso apparere mereamur in gloria.Ipse etem̃ ait: In hoc cognoscẽt oẽs, q.a mei estis disci- *Ioan. 13.*
puli,si dilectionẽ habueritis adinuicẽ: Dilectio etem̃ proximi,malũ nõ operatur. O mi frater,si dñs & Saluator nr̃, q. nullũ pc̃tm̃ ha buit, tãto affectũ & tãta dilectione nos pc̃tõ res amare dignat̃,ut q̃d nos patimur, seipsũ pati testet̃: quare nos q. sine pc̃tõ nõ sumus, & q. pc̃tã nostra ꝑ charitatẽ redimere possu- F
mus,non tã perfecto amore eum diligimus, dũ tm̃ nos dilexit,ut ẽt propriũ filiũ suũ pro nobis pc̃tõribus morti traderet? Et cũ tantã benignitatem & misericordiã erga nos exhi buit, uigilemus ne perdamus bonũ q̃d nobis dedit: & sacrum baptismi nostri,in quo iurauimus abrenũciare diabolo & põpis ei⁹ & omnib. peccatis.Et si trãsgredimur in aliquo pc̃tõ post baptismũ, nos abluere pȩnitẽtiæ lachrimis curemus, q.a pius Deus dedit ꝯm baptismũ.i.fontẽ lachrymarũ,& ordina uit nobis pœnitẽtiã ꝑ ꝑ fragilitatẽ nostram. Iõ debemus nostras confessiones veraciter cõfiteri,& fructus dignos pȩnitẽtiæ facere.i. ꝑterita ne reiteremus,ꝯm iussionẽ dñi & cõ siliũ sacerdotis deũ timẽtis. Qui sacerdos,ut sapiẽs & perfectus medicus, primũ sciat cu rare peccata sua, & postea aliena uulnera de tergere & sanare,& non publicare. Hos per quiramus & sequamur,& cũ talib. cõsiliũ sa lutis nostrȩ ineamus:ut nõ perdamus hæreditatẽ cœlestẽ quã nobis dñs ab initio mũdi ꝑparauit, si seruiamus ei in iustitia & sanctitate, & puritate cordis, & charitate nõ ficta, clamantes cũ Apostolo.Quis separabit nos à *Rom. 8.*
charitate Xp̃i?Tribulatio?an angustia?an gla G
dius?Et cætera q̃ sequũtur.Dictũ est.n.Neq; mors,neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instantia,neq; futura,neque aliqua creatura poterit nos separare a charitate dei, q̃ est in Xp̃o Iesu dño nostro. Dictũ est etiã de ecclesia primitiua, ꝙ erat illis cor unũ & anima una in dño,& erat eis unum uelle & nolle, quia in vnũ eos Christi charitas copulauerat.Ecõtrario uero carnales & amatores *Consilia malorũ. Cap. 53.*
huius mundi contra se inuicẽ separantur & disiunguntur: mouentes in alterutrũ scandala,contẽtiones,iras,rixas,dissensiones,homicidia,periuria,furta,rapinas,& omnia q̃ mũ dus iste amat,& delectatur dicens unusquisque in corde suo. Faciã q̃d uolo, dñm meũ

amicum

amicum & defensorē habeo, nemo mihi obstat, interim faciā quod possum, implebo cogitationes meas, & delectationes corporis: suffragātur mihi consilia mea siue amicorū meorū, uel parentum potentum: adest mihi aurum, superabundat argentum: eloquentia mea oēs pręcellit: quē uereor? Assunt mihi serui & ancillæ, agri, & multę possessiones
H huius mundi, pallia, uestes preciosę, vñ me redimere possum: adimplebo uolūtatē meā, Deus dabit mihi spatiū uitæ & pœnitentiæ.
Luc. 12. Heu quare non timemus quod Euangeliū terribiliter insonat, dicens: Stulte, hac nocte exposcent a te animā tuā, quæ præparasti, cuius erunt? Hoīes nos esse cognoscamus, nec sic superbiamus cōtra deū & proximum nostrū, vt uoluntates nostras mala perficiamus & postponamus, ac deinceps dñi bonā uolūtatē ad nostras malas reflectere cū munerib. posse nitamur, cū nos nostrāq; uolūtatē prauā ad dñi semper rectā uoluntatē corrigere negligamus: sed vbicunq; nos delectat, iniurias nostras uolum⁹ uindicare: nec fratri parcimus dicentes, faciā uindictā in fratrē uel patrē meū: faciam homicidiū, periuriū, adulterium, fornicationem, & postea dabo dño redemptionem meam. Quare non intelligimus, dū sic audacter peccamus, æstimantes Deū posse muneribus placari, ꝙ tunc multo plus eum ad iram q̄ ad misericordiā prouocamus: quia Deus non delectatur in auro uel argento, nec aliud a nobis quærit, q̄ aīas nostras mundas in conspectu suo præsenta-
I ri? Nec.n.consilijs peccatorum se immiscet, sed ex salute nostra nos semper admonet & salubre dat consilium: quia ipse est consiliarius salutis nostræ, sicut Propheta ait, Et uo-
Esaiæ.9. cabitur nomen eius admirabilis cōsiliarius. Et iterū dictū est de Deo in Psalmo, Beatus
Psal.1. uir qui non abijt in consilio impiorum. Et
Rom.9. iterū, Quia non est iniquitas in eo. Et forte ipsa quā putamus pro nobis facere eleemosynam de pręđis mortuorum siue de rapinis pauperum non vr̄ esse eleemosyna. Qualis est.n. eleemosyna vt vnus iniuste uestiatur, & alius iniuste spolietur: & vnus iniuste pascatur, & alius iniuste fame torqueatur? Nō q̄rit ista deus a nobis: audeo dicere odit ista
Eccl.43. Deus omnipotēs. Ipsū audi prophetā, qui dicit, Qui offert sacrificiū ex rapina, siue ex substantia pauperū, quasi q̄ uictimat filiū in conspectu patris sui. Nō accipiā, inq̄t Deus, ista Esaiæ.1.
de manibus uestris: manus.n. vestræ sanguine plenæ sunt. Et alius propheta, Panis egentium, ut uita pauperū est: qui defraudat illū, Eccl.34.
uir sanguinū est. Contemnamus facere iniustas eleemosynas, q̄ uolumus facere iustas. Studeamus facere spiritales eleemosynas, ut de iustis laboribus faciamus, nō de rapinis, siue multiplicatione frugū, aut de ineptis ne- K
gocijs: ne forte in hoc multa sacrilegia incurrantur, uel etiam qđ peius est, cupiditate uel inebrietate sanguis fundatur, clamentq; eorum uoces ad Deū cōtra nos, multo labore afflicti. Vñ & Psalmista, ait, Qui pecuniam Psal.14.
suam non dedit ad usuram, & munera super innocentes non accepit: & cætera quæ superius in eodē psalmo audiētē & credentē & pauētē, beatū efficere possunt, sicut & idem psalmus cōcludit, Qui facit hæc, nō mouebitur ī æternū. Et q̄a talia & his similia creator Psal.14.
oīum creaturæ suæ rōnali annūciando insi- Deo hæ-
nuat, credimus q̄a q̄ diligit qđ creauit crea- rēdū mū
tor neminē persequitur, si ipse hō se nō per- mundi.
sequatur. A nullo quolibet hoīe recedit de⁹, Cap. 54.
nisi prius ipse hō ab eo recedat, nec naturā non nobis vel uitium qđ contraximus odit, nō prodest nobis, immò ēt obest Christi sanguine esse redēptos, & uoluntarie diabolo esse subiectos. Ideo cogitemus & recogitem⁹, ꝙ non ꝑ ꝑ fęlicitatem terrenam Christiani effecti sumus. Non.n. omnes qui in hoc seculo fœlices sunt, fœlices erunt & in futuro: L
nec omnes infœlices in hoc seculo, infœlices erunt in futuro, nec ꝑ ꝑ diuitias huius seculi, uel ꝑ ꝑ istam uitā Christū colimus: si- 1.Co.15.
cut Apostolus ait, Si in hac uita tm̄ sperātes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Christus.n. ne aurum diligeremus, oblata munera cōtemnere docuit. Ne famē timeremus, quadraginta diebus ieiunauit. Ne nuditatem pertimesceremus, præter unā tunicā, aliam discipulis suis habere uetuit. Ne tribulationes expauesceremus, omnia ipse sustinuit. Ne mortem formidaremus, & hanc ipse suscepit. Et cum ista omnia nos docuerit, non tm̄ uerbo, uerumetiam exemplo ipse præcessit. Hoc suauiter flagret in cordibus nostris, hoc ignis spiritussancti in nobis feruere faciat, ut sequamur uestigia eius,

ne deſideremus remanere in hoc mundo, & pereamus cũ hoc mũdo. Heu quã miſeri ſumus, ſi hoc credere nolumus, & ab amore huius ſeculi mentẽ noſtrã non reuocemus, dũ perpetualiter iſta tenere non poſſumus & illa per ſecuritatẽ amittimus. Quid facimus? quid agimus? Lugendũ nobis eſt, ſi regnum Dei promiſſum perdimus, & ſubito dicatur nobis, ò vos amatores mundi exite obuiam ſpõſo Chriſto, & ad illũ venite quẽ videre nõ vultis, quia præcepta eius poſtpoſuiſtis, Videbitis.n. plagas ipſas quas in corpore ſuo pro vobis ipſe ꝑtulit. Quid tunc gementes & do

M lẽtes dicemus? Et quid meritis noſtris in eũ exigentibus rñſuri ſumus, dũ frequenter audimus, & negligimus quod Pſalmiſta cecinit,

Pſ. 115. Quid retribuã domino ꝓ omnibus quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiã, & nomẽ domini inuocabo. Firmiter teneamus, quia ſpes bonorũ in iſto mundo non eſt poſita quanuis videatur ſpes humana vel mundana eſſe, quæ in amaritudinẽ vertitur, & amarã potionẽ ipſe mundus amatoribus ſuis propinat. Et ipſa veritas eos alloquitur dicẽs.

De lugẽda aiarũ perditione. Vbi eſt quod pro magno tenebatis? O mi frater, nũquid ferreę ſunt carnes noſtrę vt non contremiſcant, vel etiam ſenſus noſter adamantinus vt non molleſcat, aut ẽt minime euigilet ad talia Dei verba?

Cap. 56. Hier. 9. Quare non dicimus, cũ Propheta, Quis dabit capiti noſtro aquã, & oculis noſtris fontẽ lachrymarum, & non ploremmus die ac nocte, filios vulneratos plebis noſtræ? Deficiunt flendo oculi eorũ qui conſiderant, non ſolum mortes corporum, verum etiã animarũ Chriſtia-

L

1. Co. 11. norũ. Quis luctus idonior, quis plãctus certior inueniri põt, qñ vnuſquiſq; noſtrũ de anima perdita luget & dolet cũ Apoſtolo, q̃ dixit, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego nõ vror? Atq; iterũ in alio loco dilectioni proximorũ compaſſus, dicit,

Rom. 9. Optabã eſſe anathema pro fratribus meis à Chriſto. Diſcamus in tãto Chriſti Apoſtolo tantã flagrare Chriſti charitatẽ,

A dũ ſciebat ꝙ vnico filio nõ pepciſſet, ſed ꝓ omnibus nobis tradidiſſet eũ. Pro omnibus nobis, dicit, ideo nulli laici, nulli clerici, nullæ ſacratæ virgines, nullę viduę debent negligeres ſalutẽ animarũ ſuarũ, dum tanti ſanguinis preciũ pro nobis fuſum eſſe manifeſtum

Nunc tẽpus miſericordiæ. Cap. 57. eſt. Ideo omnes nos qui reliqui ſumus ſuper terrã, peccata noſtra agnoſcamus, ne cũ impijs pereamꝰ, cũ cito iudicẽ digna ſatisfactione nõ placamus. Quã velociter placauit irã eius, ille qui dixit, Peccatũ meũ cognoui, & iniuſtitiam meã non operaui. *Pſal. 31.* Dixi pronunciabo aduerſum me in iuſtitiã meam domino. Promittit ſe pronunciaturũ & illi iam dimittitur, Attende mi frater, magna res, Dixit pronunciabo, non dixit, pronunciaui & tu remiſiſti, quia ex eo ipſo ꝙ dicit, pronunciabo: oſtendit, quia nõdũ pronunciauerat, ſed corde pronũciauerat. Hoc ipſum dicere pronũciabo, pronũciare eſt, idõ & dimiſiſti

B

impietatẽ cordis mei. Vox mea nõdũ in ore erat, cõfeſſio ergo mea nõdũ ad os venerat. Dixerã pronunciabo aduerſus me. Veruntñ Deus audiuit vocẽ cordis mei: Vox mea nõdũ in ore, ſed auris Dei iã in corde erat. Et quid ſecutũ eſt? Et tu remiſiſti impietatẽ cordis mei? Paratus eſt ſemper Deus peccata noſtra indulgere, ſi nõ tardauerimus, ad eũ reuerti. Si.n. tardauerimus, timeamus ne inferat nobis irã ſuã, quia quoſdã prædeſtinauit ad ſuppliciũ, nec tñ hoc iniuſte, ſed in alto ſuo iudicio. Nã Cain perfecit fratricidiũ, & Iob vulneratus Dei amicus eſt effectus, & Abel innocens à fratre ſuo occiſus: tñ nec Iob diutius paſſus eſt cruciatũ nec Ananię locũ donauit ad ignoſcendũ, nec Paulũ deſeruit colaphizatũ quẽ ſua gratia fecit robuſtũ nec Iudã ſuſcepit pęnitentẽ, nec Petrum deſeruit flentem, nec Saul reſpexit pęnitentẽ, nec Dauid reſpexit confitentem, Et ſic pius & miſericors dñs, alto ſuo iudicio ſeparat vaſa iræ, à vaſis miſericordię. O ſi attẽdamus miſerũ Iudã, vas olim perfectũ & in perditionẽ perductũ: Muſtum ſanctiſpiritus potare non potuit, quo accepto continuo crepuit, totũq; fractũ, ad nihilum vtile eſt. Hæc pertimeſcentes conuertamur dũ tempus eſt.

C

Ait enim Pſalmiſta, Inquirite dominũ dũ tẽpus eſt, & cõfirmamini, quę rite faciẽ eius sẽper. *Pſ. 104.* Tẽpus eſt enim vt reparemur, & ſi in aliquo per peccatũ fracti ſumus, omnipotentẽ Deum figulum & artificem habemus: *Eccl. 33.* credamus quia potẽs eſt reparare perdita, qui creauit hęc omnia integra. Ipſe enim ait, Sicut lutum in manu figuli ita vos eſtis ĩ manu mea. Ideo humiliemus nos ſub manu omnipotentis Dei, vt nos exaltet in tempore viſitationis. Cogitemus nos in cõſpectu Dei ſtare: Agnoſca-

ſcamus quid ſimus, Agnoſcamus quia terra & cinis ſumus, dũ Propheta contra nos di-
Eccl. 10. cat, Quid ſuperbis terra & cinis? Quod ſi nos nõ agnoſcimus, fruſtra exaltare volumus cer
Iacob. 1. uices noſtras, dũ Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiam. Conſolamini humiles dicit dominus Deus veſter, conſolamini, qui eſtis puſillanimes & confortamini, & iã nolite timere, ecce Deus veſter retribuet iu-
Phil. 4. diciũ, ipſe veniet & ſaluos nos faciet Dominus in ꝓximo eſt, nihil ſoliciti ſitis, nihil vos terreat mundi infęlicitas, nihil dominorũ in
D iuſtorũ impietas, quia ſi iſtam infęlicitatem mũdanam ſancti Dei omnes timuiſſent, perpetuam fęlicitatem non haberent. Si fęlicitas huius mũdi tranſitoria diligitur, hinc per petua non inuenitur. Si vero perpetua fęlicitas quæritur, quoniam hic non inuenitur, ad perpetuam fęlicitatem tendamus, vbi patriã & parentes noſtros habemus: patientiſsime omnia huius mundi pro Chriſti nomine toleremus. Quid ergo rogo eſt quod toleretur, cõtra illud quod nobis promittitur? Apoſtolus inquit, Non ſunt condignę paſsiones huius temporis, ad futurã gloriam quę reue-
Fiducia in paſtore Xp̃o. labitur in nobis. Nulla ergo preſſura nos terreat, nulla calamitas frangat: dominus in proximo eſt, & paſtor noſter circa nos
Cap. 58.
Pſ. 118. eſt, quid metuemus? Et ſi metuimus clamemus ad paſtorẽ noſtrũ, vt nos audiat: clamemus in cõpunctione cordis, dicentes, Errani ſicut ouis quæ perierat, require ſeruũ tuũ
Pſal. 21. domine. Clamemus & dicamus, Libera à framea Deus animã meã, & de manu canis vni
Pſ. 141. cã meã, & ſalua me ex ore leonis. Clamemus dicamus, Perijt fuga a me, & non eſt qui requirat animam meã, Cõſiderabo ad ſiniſtrã, ecce diabolus vt lupus rugit, ſicut leo frendet Ecce lupus eſt, contra latrat canis. Clamaui ad te domine dixi tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentiũ: Libera me de manibus inimicorũ & eorũ qui me perſequuntur. Nun-
E quid paſtor noſter bonus, qui animam ſuã poſuit pro ouibus ſuis, ad quẽ ſi clamemus, dimittet nos diutius errare, aut à foris vel à beſtijs dilaniari atq; conſumi? Abſit. Quinimo relictis in deſerto nonagintanouem, perrexit vnam ouẽ quærere perditã. Nec quia clamantem audiuit, ideo perrexit, ſed antequam clamaret: ait enim Euãgeliſta, Relictis nonagintanouem in deſerto, abijt quærere vnam ouẽ quę perierat, quam inuentam & laſſatam atq; fatigatã, impoſitã humeris ſuis reportauit ad gregem. Paſtor eam ad gregẽ ſuis humeris reportare dignatus eſt, miſericordia ſua ab errore reuocare. Quod vero ouem iſtam dominus ſuis humeris impoſitã reportauit ad gregem, quantę miſericordiæ eius grę agendæ ſunt, qui tm̃ ſe ad nos humiliauit & inclinauit, portat & reficit, regit & cuſtodit. Deprecamur te domine bone ſũ me & optime paſtor, ne pereat ouis, imple F
officium ſummi paſtoris. Perſequere leonẽ, *Luc. 15.*
qui rapuit ouem de grege tuo: leo interficia *Implorat opẽ Dei.*
tur, & ouis de faucibus eius eruatur. Tu enim es paſtor ouium rex noſter potens, contere *Cap. 59.*
Satanam ſub pedibus noſtris. Et nũc domine paſtor rex noſter tot de grege tuo quotidie rapiuntur oues, quare taces? Reſponde quare tantũ taces? Ecce per diuerſa pręcipita rapiũtur oues tuę, & inimici tui qui te oderunt leuant caput contra te & tu taces. O dñe Deus reſponde. Quare tam diu taces? Ad hæc dominus per prophetã clamat, & dicit, Tacui tacui, ſed non ſemper tacebo. Aget iudiciũ manus mea. Ergo domine Ieſu paſtor noſter
rex noſter accipe arma tua & progredere, *Pſal. 60.*
vt pugnes contra leonẽ aduerſariũ noſtrum, qui circuit quęrens nos deuorare. Eſto nobis dñe turris fortitudinis à facie inimici. Petimus, & inſtãtiſsime petimus vt liberes nos Mundus enim in maligno poſitus eſt. Ecce ſęquũt mala, & pereunt mundi dilectores blaſphemant, inſaniũt & aduerſus te murmurãt, non ſolũ tuam miſericordiã non præcãtur, verumetiã tuũ iudicium reprehendunt. Quis in eis talia operatur, niſi author mali angelus ſuperbus & perditus, & omnes perdere cupiens? Libera nos domine Deus noſter ab omni malo, & pars & noſtra ſit cũ oĩ bono. Ab omni malo libera nos, quia tunc ab omni malo liberamur, qñ à diabolo & angelis
eius ſeparamur. Angeli eius ſunt, qui faciunt G
voluntatẽ eius, Non ſit nobis pars cũ talibus
qui faciunt voluntatẽ diaboli, ſed cũ illo qui *Mat. 12.*
dixit. Si quis fecerit voluntatem patris mei, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Nos eenim illius precio redempti ſumus. Societatem malorum fugientes, bona quæramus, ſũmo bono inhæreamus, illi ſeruiamus, eius
volũtatẽ faciamus: vt ſimus & nos angeli Dei *Pſ. 103.*
de quibus dicit Propheta, Benedicite domi-

no

no omnes angeli eius, ministri, eius faciētes voluntatē eius, quia volūtas patris nostri est, sicut Euāgelium ait, vt nō pereat vnus ex pusillis suis, & ne pereamus & euellamur de via iusta. Deponamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, vt expulsa noctis caligi-
H ne effugatisq; vmbris tenebrarū, radius veri luminis fulgeat in cordibus nostris. In nocte nō opera noctis, sed diei opera peragamus, quia filii Dei appellati sumus. Neq;. n. delectatione somni sensus noster torpescat, nec vanis phātasmatibus animas nostras illudat, nec ipsa corpora stramētorū calore depressa in alto torpore quies inclinet, sed vigilando, orādo, ieiunādo, psallendo cōtra diabolū aduersariū nrm dimicemus, & magnā lucē infusam cordibus nostris sentiamus, & in nocte opera diei peragamus. Quid. n. agēdū nobis est in nocte hui⁹ seculi caliginosa, nisi diabolū effugere & Chrm ītroducere? Quid agēdū est nobis in huius noctis cęcitate nisi captiuatorē captiuare, & liberatorē sequi? Quid agendū est nobis in nocte, nisi tenebras diabolicas de cordib. nostris excutere, & lumē verū haurire? Quid agendū est nobis in nocte, nisi superbiā extirpare & humilitatē introducere? Quid agendū est nobis in nocte, nisi principē omniū vitiorū a nobis expelle, & fontem omniū bonorū suscipere? Suscipiamus eum frater charissime suscipiamus eū, vt & suscipiamur ab eo, & videamus q̃ bona præparata ab eo habeamus, qui nos quotidie vocat: suscipiamus iugū eius leue & sarcinā eius suauē, q̧ sarcinā peccatorū nostrorū releuat: deponamus opera tenebrarū, & induamur arma lucis. Quid est. n. deponere opera tenebrarū, nisi renunciare diaboli pōpis & angelis eius? Et q̧d est nos arma lu-
I cis indui, nisi credere in Deū patrē omnipotentē, qui illuminauit oēm hominē veniētē in hunc mundū, qui hoc dixit, Dum lucē habetis, credite in lucē, vt filii lucis sitis? Pri⁹ tñ dilectissime si uis, immò quia vis, discutiamus & inuestigemus, q̧s sit, vel quid sit diabolus. Diabolus enim est angelus per superbiā separatus a Deo, qui in veritate nō stetit: & doctor mēdacii, & pater mendacii, q̧a ab ipso primū inuentū est mendaciū: & ipse est mendaciū, sicut verissima veritas dñs noster Iesus Christus in Euāgelio Ioānis loquitur: quia ipse est caput, & finis mendacii, & a semetipso deceptus, nos decipere festinat. Iste est aduersarius effectus generis humani, inuētor mortis, superbiæ institutor, radix malitiæ, scelerū caput, princeps omnium vitiorū, persuasor ēt turpium voluptatum. Hic ergo cum illum primū hominē a Deo factū, Adā. s. patrē omniū nostrū intueretur, sicut superius crebro intelligere potes, videretq; K
eū ex limo terræ ad imaginē Dei factū, pudicitia ornatū, tēperātia cōpositū, charitate circundatū, immortalitate vestitū, ęmulus atq; inuidus tātā beatitudinē hominē terrenū accepisse, quā ipse, dū esset angelus, ꝑ suꝑbiā cognoscitur amisisse, inuidit statim insatiabilis homicida primo parēti nostro, nos nostrosq; parētes a tātis & talib. bonis expoliauit, insuꝑ & peremit. Nā & multis bonis in prima frōte diabolus nos expoliauit, id est, pudicitia, cōtinentia, patientia, māsuetudine, charitate, immortalitate. Sic nos nudos & miseros reddit, suisq; pannis derisit esse inuolutos, & suo dominio esse astrictos, atq; ex ipso vinculo omnē prolē nostrā sibi obligauit. Expoliauit pudicitia, & accinxit īpudicitia, Expoliauit nos tēperātia, & fecit intēperatos. Expoliauit charitate, & vestiuit malitia. Expoliauit immortalitatē, & propinauit mortē. His ēt turpissimis & fętidissimis pannis nos posterosq; nros inuoluit & semiuiuos reliq̧t. Et q̧a sic miserabiliter atrocissim⁹ hostis circa nos egit, eia frater charisme, eia renūciemus huic dānosę hæreditati, pupilli facti sumus, antequā exactor veniat tā pessimę hęreditatis, oīb⁹ q̃ eius sunt renūciemus. Si q̧s itaq; huic hæreditati, in qua sunt pānis diaboli, pōpę. s. seculi, & angelis eius renunciare neglexerit, cū iudex venerit, sicut Euāgeliū loquit̃, tradet̃ debitor exactori, exactor aūt debitorē trudet in carcerē. Amē dico vobis, dicit dñs non exiet inde, donec reddat nouissimū quadrantē. Oē itaq; genus humanū tanquā pauperē, & pupillū diuina scriptura cōmēdat Deo, dicēs, Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor, eiusq; aduersarium diabolū demonstrans, secutus adiunxit, Cōtere brachiū peccatoris & maligni. Assit L
dñs noster Iesus Chrs pius & misericors, q̧ aliquam misericordiam huic pauperi & pupillo exhibeat, quia callidum atq; ferocissimum aduersariū patitur, etiam pupillus in causa deficit sua, quapropter suus aduersarius

Marginal notes: *Arma luci. c. 60. Rom. 13.* — *Diabolus author mortis. Cap. 60.* — *Renunciādū diabolo. c. 61. Psal. 9.*

xius prauis artib. decipere eũ festinat. Assis dñe Iesu Christe huic pupillo idoneus defensor, sta in causa illius, qui iussisti recte iudicare filijs hominũ. Eleua brachiũ tuum, & cõtere brachiũ peccatoris & maligni. Optime nosti huius pauperis & pupilli, generis, s. humani causam, q̃ ex paterno chirographo debetur. (M) Inuentus est reus, & obstrictus aduersario detinetur: non est aliud quemadmodũ nobis subueniatur, nisi ex tuo cõsilio, & per necessariũ adiutoriũ iudica causã nostrã: defende, quia potens es dñe. O mi frater charissime, quã fęlix anima, quæ tã potentẽ habet defensorẽ: ideo nunc quæso vigilet vnusquisq; nostrũ, ne apud eum diabolus in die iudicij suos pannos agnoscat, & ĩcipiat reus ex hoc semper detineri, quẽ Christus sua grã voluit liberare. Nec sibi male blãdiantur, qui post acceptã gratiam corrigi nolũt, atq; rursus ad illas suas pristinas redeunt voluptates. Expectatur.n. dies iudicij, aderit ille æquissimus iudex, qui nullius ptãtis personam accipiet, cuius palatiũ auro argẽtoq; nullus Eps, nec Abbas, nec Comes corrumpere poterit.

Dæmõ accusator in iudicio. Cap. 62.

2. Cor. 5. Omnes animæ astabunt, vt referat vnaquæq; secundũ ꝙ gesserit in corpore, siue bonum, siue malum. Præsto.n. erit aduersarius diabolus, & recitabuntur verba professionis nostræ, & obijciet nobis in faciẽ quicquid fecimus: & qua die peccauimus, & quo loco, & quid boni tunc tpis facere debuimus. Et si tales inuenti fuerimus, exultabit ille aduersarius in conspectu pijssimi iudicis, superiorẽ se esse nobis declamans, agens talẽ causam apud talẽ iudicẽ: habet.n. tunc dicere ipse diabolus, Aequissime iudex, iudica istũ meũ esse ob culpã, qui tuus esse noluit per gratiam: tuus est per naturã, meus est per miseriam: tuus est ob passionẽ, meus per suasionẽ: tibi inobediens, mihi obediens: à te accepit immortalitatis stolã, à me hanc pannosam, qua indutus est, vestem: tuam vestem amisit, cum mea veste huc aduenit. Quid apud eũ impudicitia faciebat, quid intẽperantia, quid auaritia, quid ira, quid superbia, quid cętera mea (A) mẽbra? Dimisit te, cõfugiũ fecit ad me. Meas sorores video comitari cũ illo. Quid.n. idcirco omnia faciebat, quia cum superbia disputabat, quia cum ira furebat, thesaurizauit sibi iram in die iræ. Aequissime iudex, iudica inquã, quia iustitia & iudiciũ præparatio sedis tuæ. Iudica illũ meũ esse, & me cũ damnãdũ esse. Hæc omnia quæ huc attulit, mea esse cognosco, meus esse voluit, & mea concupiuit mecũ puniri debet, qm̃ quẽ tu dignatus es tãto pretio liberare, ipse mihi voluit se postmodũ libenter obligare. Heu heu frater charissime, poterit ne talis aperire os, q̃ talis ibi inuenietur, vt iuste ire cũ diabolo deputet? (B) Videamus q̃d agamus, ab illo videamus qũo liberemur: videamus & caueamus ne in vacuũ gratiã Dei suscipiamus, sed integro corde, ꝑfectaq; fide renũciemus, atq; spernamꝰ, tam dãnosam diaboli hæreditatẽ, ne pupilli & pauperes remaneamus. Recitet in medio nostrũ sñia beati Pauli Apostoli terribilis terribiliterq; prolata, q̃ corda simul & corpora nostra contremiscere faciat: ait.n. Voluntarie.n. peccantib. nobis post acceptã notitiam veritatis, iã non relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis est aũt quædã expectatio iudicij, & ignis æmulatio, q̃ consumptura est aduersarios. Irritã quis faciens legẽ Moysi, sine vlla miseratione duob. vel tribus testib. moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiũ Dei conculcauerit, & sanguinẽ testamenti pollutũ duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus.n. qui dixit, Mihi vindictam, & ego retribuam. Et iterum, Quia iudicabit dñs populum suũ. Horrendum est.n. incidere in manus Dei viuentis. Et paulopost, Nolite itaq; amittere cõfidentiam vestram, quę magnam habet remunerationem. Patiẽtia.n. vobis necessaria est, vt voluntatem Dei faciẽtes, reportetis promissionẽ. Adhuc.n. modicum aliquantulũ, qui venturus est veniet, & non tardabit reddere vnicuiq; secũdũ opus suũ. Hæc.n. verba non ex me, sed ex ipso qui dixit, An experimentum eius quæritis, qui in me loquit̃ Christus, profluxerunt. Extẽdamus aciem oculi cordis nostri, & videamus: & aurẽ cordis accõmodemus ad terribilem Apostoli sñiam perspiciendam & inuestigandã. (C) Mundemus oculos cordis, imo ipsa lux, quã desideramus videre, mũdet cor nostrũ, & sit à peccatorũ tenebris ipso miserante mũdatũ. Beati.n. ait, mundo corde, qm̃ ipsi Deum videbunt: non sit nobis hic labor inutilis ad perniciẽ, sed vtilis ad salutẽ. Curramus dum lucẽ habemus, ne tenebræ nos cõprehendãt. Et iterum Apostolus nos hortatur intentissime

Relabi in periculosum. Cap. 63. *Heb. 10.* *2.Co.13.* *Matt. 5.* *Ioan. 11.* *Heb. 12.*

me dicens, Remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autē sanetur. Pacē sequimini cum omnibus & & sanctimoniā, sine qua nemo videbit Deū cōtemplātes, ne quis desit gratię Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illā inquinentur multi. Et paulo post, Videte ne recusetis loquentē, si.n. illi, q incruduli fuerunt verbo Dei, non effugerūt, recusantes eum qui super terrā loquebatur: multo magis nos, qui de cęlo loquētē nobis aduertimus cuius vox mouit terrā tunc, mō

D aūt repromittit dicēs, Adhuc semel, & ego

Aggæ.2. mouebo, non solū terrā, sed & cęlū. Quod aūt adhuc semel, dicit, declarat mobiliū trāslationem tanquā factorū, vt maneant, ea quę sunt immobilia. Itaq; regnū immobile suscipientes habemus grām p q seruiamus placētes Deo cū metu & reuerētia: etenim Deus noster ignis consumens est, qui consumpturus est aduersarios. Accedamus ad eū anteq̄ cōsumamur ab illo, postulantes vri cor no-

Psal. 65. strū, & renes nostros & iterū, Qm̄ probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Apertissime.n. patet, quia si hic ab illo non vrimur, illic velut aduersarij

Ephe.5. cōsumemur. Ait.n. Apostolus, Nemo se circūueniat, nemo se se ducat inanib. verbis, q̄a quæcūq; seminauerit hō, hæc & metet. Non aliud lingua loquamur & aliud corde, ne simus Iudas & Herodiani, alij in perditionē, alij in cōfusionē, alij in dissimulationē, sed ī veritatis humilitate. Ideo cū vero corde in plenitudinē fidei properemus, aspersi corda

Carnis rebellio. Cap. 64. à cōsciētia mala. Teneamus spei nostrę confessionē indeclinabilē, & bonorū operū inchoationē nō deseramus, sicut est consuetudinis quibusdā, sed consolantes tanto magis q̄to viderimus appropinquantē diē iudicij. Teramus carnis nr̄æ superbiā, quia caro est

E quę aīam perdit, & totā superbiā affert: & q in carne seminat, sicut Apostolus ait, de carne & metet corruptionē. Caro est quæ recipit diabolū, diabolus.n. seminat in carne nostra semina sua, i. homicidiū, fornicationē, concupiscentiā, libidinē, irā, rixā, ebrietatē, superbiam, furtū, omnē suggestionē malā, di-

Ephe 6. cente Apostolo, Non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus spiritus aeris huius: aduersus spiritalia in cęlestib. De diabolo dicit, qui spiritus malus est, & non videtur. Et ipse spiritus nequissimus proiectus est de cęlo cū angelis suis de quib. Apo.12.
dicitur in Apocalypsi, Ecce proiectus est accusator fratrū nostrorū, qui accusabat illos die ac nocte, & ipsi vicerūt eū propter sanguinē agni. De quo Apostolus: Datus est mihi stimulus carnis meę, angelus Satanę, qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui, vt discederet à me, & dixit mihi, Suffi-
cit tibi gratia mea, nā virtus ī īfirmitate perficitur. Idē ipse repetens, dicit, Video aliā legē F Rom.7.
in mēbris meis repugnantē legi mentis meę & captiuantē me in lege peccati, quę est in mēbris meis. Iterū ipse, Ego.n. mente seruio legi Dei, carne autē legi peccati. Et iterum. Rom.8.
Nūc nihil dānationis est his qui sunt in Christo. Caro est quæ recipit diabolū, & carnem diabolus habet in potestate, non animā: ideo dicit Apostolus. Datus est mihi stimulus carnis meę, non dicit animæ, sed carnis meæ angelus Satanæ. Deniq; in carne Iob tentatus est à diabolo, dicente domino, Et data est ei potestas à domino in Facultate eius. Et iterū, Dabo tibi illū in potestate, præter animā eius. Caro.n. cō cupiscit aduersus spiritū, spūs Iob.1. & 2.
aūt aduersus carnē. Hęc autem sibi inuicem Galat.5.
aduersantur, vt non quęcunq; vultis, illa faciatis. Caro est misera bestia, quę grauat animā, dicente Apostolo, Qui in carne sunt placere Deo non possunt. Iterū ipsa veritas dominus noster Iesus Christus de seipso dicit, Spititus quidem promptus est, caro autē infirma. Caro.n. nostra in malitia semper vult potens esse, in abstinentia autem, idest, in ieiunio & in vigilijs & orationibus ac bonis operibus infirmā se esse fingit. Caro nostra est quę nos demergit in foueā, dicente Apo- Colo.3. G
stolo mortificate mēbra vestra, quæ sunt super terrā. i. fornicationē, immunditiā, irā, rixā, & cętera quę sequuntur. Et iterum, Curā Rom.13.
carnis ne feceritis in concupiscentijs vestris. Itaq; mortificemus carnē nostrā per abstinētiā in ieiunijs, & orōnibus, & vigilijs, ne nobis adducat diabolū cū cōcupiscētijs malis. Caro aūt data est nobis, quasi animę bellum: quę si mortificetur, adducit vitam, si nutriatur, pparat se cōtra aīam ad bellū. Laudo aūt illū, qui carnis suę pōt hr̄e ptātem. Dū infirmitatē carnis nostræ timemus salutē animę nostræ negligimus. O anima nostra misera,

quid dicis, quã caro sic fortiter grauat: dicẽte Salomone. Caro quę corrũpitur, aggrauat animã. Et iterũ repetit, Os quod mẽtitur, occidit animã. Vę væ miseræ animæ, quã caro persequitur. Caro nostra quotidie cõtra animã pugnat, & nos quotidie contra carnẽ pugnare debemus sicut Apostolus pręcipit, Si secundũ carnem vixeritis, moriemini: si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Omnem suggestionẽ malã caro concupiscit & demonstrat, caro concupiscit omne malũ, caro hortatur maleficia, caro prouocat irã, caro ꝓuocat homicidiũ, caro prouocat adulterium & rixã, caro inserit ebrietatẽ, caro portat omnem concupiscentiam malã huius seculi, & omnia mala caro desiderat. O caro bestia crudelis, quid habes, quid grauas animã, quę nihil desideraffet nisi Deo seruire, si tibi inimicæ nõ se iunxisset: Tu aũt caro misera, nõ solum teipsam occidis, sed & animam necas. Non sufficit tibi perditio tua, sed & adhuc animã vis in infernũ demergere. Væ tibi anima, quę carnẽ accepisti contrariam, quæ nec ipsa intrat, nec te permittit intrare in regnũ cęlorum. O caro mala, quid q̃ris? quid desideras? Non vis laborẽ sustinere, nõ vis ĩ q̃eta cõquiescere? Suffocas animã, vt versa vice tu sis dña, & illa ancilla. Rogo quare grauas animã, q̃ molesta nõ ẽ tibi? Nõ tu effugies pęnã, dũ ipsa patiť gehẽnã: nec.n. sine te poterit iudicari in die iudicij. Quare non consentis spiritui & animę nostræ sicut Euangelium te hortatur dicens, Esto consentiens aduersario tuo, cũ es cũ ipso in via hoc est in hoc seculo, ne forte tradat te iudici, hoc est Christo: & iudex tradat te ministris, hoc est angelis malis: & ministri mittãt te in carcerem, hoc est in gehennã, non exies inde, donec reddas nouissimũ quadrantẽ. i. vsq; ad minimũ peccatum. Quid es tu? quid nobis præstas nisi detrimentũ animæ nostrę? Qui te nutrit, ad malũ faciendum te nutrit, quia non peccat anima, nisi per carnẽ, sicut scriptum est, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Verbi gratia dicit aliquis, Anima quomodo potest peccare, cum non videatur? Quid potest tenere, cum ipsa non teneatur? Ipsa caro peccat, quę animã grauat: & anima à carne superata, cõsentit carni in peccatis. Caro enim pręceps est ad libidinem, improba ad petulantiam, frequens ad luxuriã, inuerecũda ad fornicatiõnẽ: crimen quotidie crimini supponens, peccata peccatis, non cessat pessimis deteriora cõiungere: voluptate crudelis, vana & insipiẽs, & semper ad bonũ excusabis & pigerrima, velox ad mortẽ, ad vitam difficilis: cui exosa sunt opera lucis & tenebrarum amantissima, quia cadere diligit, surgere negligit: amara est illi salus, & dulcis proditio: de malo semper corruens in deterius, & de peiori in pessima defluẽs: inquieta & impatiẽs, flammis gehennę animas circundans inijciens se inter germina cupiditatis & auaritię, vanitatis & arrogantię, iræ & impatientiæ, cęterarũq; nequitiarum superflua: inhonestis se deprimit, abstrahens se à cęlestibus, & delectans in terrenis. Relinq̃t veritatẽ festinat haurire vanitatẽ, & verba mẽdacij. Et quid plura? Sicut tinea lanã deuorat, & sicut ignis lignũ, fęnũ, & stipulam consumit, ita caro rebellis & delicata animã concremat. Quid tu ad hęc aĩa, quid tu ad hæc respondes. Dicam, inquit, redemptori meo, antequam carne exuar, quid ad hęc respondeam, & ad quod bonum corpus, quod inhabitato incitare voluissem. Non sit in me, obsecro domine, concupiscentia libidinis, sed amor pulcherrimæ castitatis: Sim ad malum audiendum tarda, ad verbũ tuum festina, ad perficiẽdũ accelerans: Sim in timore tuo solicita, in amore perfecta, in fide constans, in spe nullatenus dubitans. Dilectione proximi feruеam, odij ardore non vrar, nec inuidię liuore tabescam: sanctum semper in me opus spira vt cogitem, compelle vt faciam, suade vt diligam te, confirma me vt teneam te, custodi me ne perdã te. Nõ ingrediatur nec requiescat in domicilio meo, vbi tua debet esse mansio, pes superbię, nec gula, nec concupiscentia, nec fornicatio, nec auaritia: nec inuidia, nec ira, nec tristitia, nec vanagloria: sed profundã humilitatẽ posco à te, qui dixisti, Super quẽ raquiescã, nisi super humilẽ & quietum? Da mihi profundã humilitatẽ, qua curuetur altitudo carnis superbiæ, quę suffocat. Da mensuratã abstinentiam, qua superflua ventris refrenetur edacitas, quę me perimit: Da castitatẽ cordis, quę me impollutam reddat: da munditiam spiritus, quia immunda carnis luxuria me demergit: da manus largi fluas ad erogãdas eleemosynas, qua tenax auaritia respuatur: da dilectionis amorem,

Marginalia: Sapien. 9 — Sapien. 1 — Rom. 8. — M — Precatio aduersus mala carnis. — Cap. 65. — Ezec. 18. — A — B — C — Esai. 66.

quo zelus extinguatur inuidiæ, concede tolerantiæ patientiã, per quã ira crudelis bestia seperata deficiat: tribue æterni gaudij spem, qua tristitiæ amaritudo demulceatur: fac intrinsecus mentẽ de bono gloriari in te, vt vanæ gloriæ foras ex me non procedat iactantia. Dona ẽt mihi in omnib. tenere iustitiam, magnanimitatẽ, tẽperantiã, & fac me cũ simplicitate esse prudentẽ, vt beatã vitã synceriter agã, & malũ prudẽter fugiã: atq; fraudulentã & deceptoriã astutiã diaboli intelligere valeã, ne me per speciem boni fallat: & ne ab aliquo decipiar, nec aliquẽ decipiã, & discernere rationabiliter valeã, & ꝑuidere q̃d boni agã, vel quid mali refugiã. Fac me post hæc mitẽ, beneuolã, pacificam, & modestã, mansuetã, sine simulatione esse, omnib. bonis cõcordẽ: in vigilijs, in ieiunijs, in orationib. constanter strenuam. Da ẽt mihi in mansuetudine moderati sermonis adipisci silentiũ, vt loquar ꝙ condecet, taceã ꝙ loqui nõ oportet: vel quicquid ex virtutũ fructib. conferre dignaberis. Da sine aliquo errore immaculatã tibi seruare fidẽ, & iuxta fidẽ digna esse opera mea, vt fidẽ rectam opere prauo non polluã: & te, quẽ bene credendo confiteor, male viuendo nõ denegẽ: & te quẽ strenua fide sequor, actu & negligentiæ operib. non offendam. Fac me in sancto conuersari proposito, sequi iustitiã, diligere misericordiã, amare veritatẽ, refutare mendaciũ, falsũ nihil meditari, vel loqui. Fac me te indesinẽter timere, te amare, te diligere, tua præcepta seruare, pacẽ cum omnib. sine dolo retinere: subditos non opprimere, me præ omnibus peccatorem inspicere, discordes sine simulatione ad concordiã prouocare, charitatẽ cũctis insimulatã offerre, nullũ scãdalizare, nulli me præferre, sed omnib. inferiorẽ iudicare: reuerentiã & honorẽ non propter timorẽ potentũ, sed ob altissimũ exhibere: seniorib. obedientiã, & charitatẽ sine despectione æqualibus offerre: principib. & potestatibus Christianis in nullo resistere, sed in omnibus obtẽperare: gratiam opportunæ dilectionis minorib. ostendere, paternum affectũ monstrare, fraterna onera siue pericula æquanimiter sustinere. Amicũ velut animã meã diligere, proximum sicut memetipsum amare, cũctis simul prodesse, nõ obesse, nulli nocere, nulli aduersari, nullũ calũniari, nulli offendiculũ ponere, nullũ iudicare, nulli detrahere, nulli iniuriosam esse, nullius carpere vitã, nullius explorare semitã: sed de me ipsa tm̃ esse solicitã, malũ pro malo nequaq̃ rependere. Iniuriarũ mearũ nec memorẽ esse vllatenus, nec vindicẽ, sed in oĩ bonitate superare malitiã. Maledicenti benedictionẽ parare, Inimicũ vt amicũ diligere, Conuitia & cõtumelias irascentiũ sustinere, nõ repẽdere iniurias, sed cito obliuisci offensionũ mearũ, & ignoscere. Ad veniã concedendã semper paratã esse, Aliena nõ concupiscere, nec occasione qualibet auferre: mea vero nõ habentib. misericorditer erogare. Aduenam & peregrinũ ꝑꝑ te, qui redemisti me, retinere: esurientẽ reficere, sitientẽ potare, hospitem colligere, nudũ operire, visitare languidum, requirere incarceratũ, consolari tristẽ, afflicto & lugenti cõpati, nõ habenti prębere necessaria, victũ & vestitũ diuidere cũ egeno. Amplecti indigenã, fouere domesticũ, amare peregrinũ, redimere captiuũ, sustentare aduenã, tueri pupillũ & orphanũ, suffragari viduæ, subuenire oppresso, præstare auxilium desolato, dirumpere colligationes impietatis, vel quæcunq; præceptorũ tuorum documenta declarant, diligenter credere & audire, ardenter inuestigare, prudenter scire, festinanter exercere, desideranter implere, & corã te humilẽ semper existere, vt surgã, nõ deijciar: erigar, nõ subruar: ascendã, nõ descẽdã: quia caro, cũ qua inhabito, semper ducere me vult ad pc̃tm̃: mecum vult coronari, sed nõ mecũ decertare. Nullũ peiorẽ patior hostẽ, q̃ corpus meũ in quo habito. Est.n. quasi leo subuersor in domo mea, vndiq; me pestifero morsu dilacerando consumens. Ideo lõga trahens suspiria clamitando, dicã. Infelix ego homo, q̃s me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei. Per quẽ? Per Iesũ Christũ dñm̃ nostrũ. Hæc velim ô Iesu saluator, bone redẽptor, hæc velim quæ hucusq; supplicando deprecata sum: hæc deprecor, quæ ꝑtiosissimo sanguine tuo redẽpta sum: vt ꝑꝑ carnis corruptionẽ non pereã in æternũ, nõ veniã in mortẽ secundã, nec in terrã obliuionis. Hæc vox mea in aurib. misericordiæ tuæ sonet, vt tuã non carnis faciã voluntatem, & omnis mẽs mea te meditetur, in te delectet, te sequatur, te confiteatur, qui redemisti me, in æternum misericordia tua, & in tua misericordia

Marginal notes: M; A; Esai. 66.; B; Rom. 5.; C

ricordia reuixi perdita peccatis, & ſurrexi à mortuis, qm̃ ſegregaſti me à peccatis adoleſcentiæ meæ, & egi pœnitentiam coram te: quia ſeruaſti mihi tempus conuerſionis, quę conſiderans peccata mea compuncta ſum, & te inſpirante egi pœnitentiam coram te. Læta iam inde tibi nunc & ſemper innume-
D ras gratias refero: quia vt inuenirem te: tu prius quæſiſti me: vt redirem ad te, tu cõpuliſti: vt vererer, tu ſicut pius paſtor & pater reſpexiſti: vt confiterer, tu es operatus: & vt me recognoſcens plangerem, tu dediſti mihi, Pone dñe lachrymas meas in conſpectu tuo, & perueniat ad te in cœlum deprecatio mea: adeſto precor & ſubueni, atq; in manibus tuis commendatam tibi meipſam ſuſcipe: liberans me de ore ſęuiſsimi draconis, & de manu atrociſsimi inferni, cum acceperis me, & auferes de medio vmbræ mortis: imo deduces in ſemitam lucis in clariſsimam regionem viuentium. Colloca me in caulis tutiſsimis gregum tuorũ, quia tu es paſtor bonus, qui requiris & reducis perditam ouem, tueris & ſaluas inuentam, ſanas & foues languidã. Et tu es miſericors dñs, qui ſperãtes in te nõ cõfundis, requirẽtes te nõ derelinquis, reuertentes ad te non reſpuis: ſed exultando & laudãdo ſuſcipis, atq; in æterna beatitudine vna cũ ſanctis & electis tuis æternaliter regnare concedis: quia eſt tibi cũ æterno patre ſpũſancto vna deitas, gloria, virtus, & imperiũ, & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.

DE AMICITIA.
Liber vnus.

E 

Quid ſit amicitia. Cap. 1.

Vum eſſem adhuc puer in ſcholis, & ſociorum meorum me gratia plurimũ delectaret, inter mores & vitia, quibus illa ætas periclitari ſolet, tota ſe mens mea dedit affectui, & deuouit amori: ita vt nihil mihi dulcius, nihil iocundius, nihil vtilius, quam amari & amare videretur. Itaque inter diuerſos amores & amicitias fluctuans, rapiebatur animus huc atque illuc: & veræ amicitiæ legem ignorans, eius ſæpe ſimilitudine fallebatur. Tandem venit mihi in manus liber, quem de amicitia Tullius ſcripſit, qui ſtatim mihi & ſententiarum grauitate vtilis, & eloquentiæ ſuauitate dulcis apparebat. Et licet nec ad illud amicitiæ genus me videbam idoneũ, gratulabar tñ quãdam me amicitiæ formulam reperiſſe, ad quã animi mei & affectionũ valerem reuocare diſcurſus. Cum vero placuit bono dño meo corrigere deuium, eliſum erigere, ſalubri cõtactu mundare leproſum, relicta ſpe ſeculi, ingreſſus ſum monaſterium: & ſtatim legendis ſacris literis operã dedi, vbi mellifluum Chriſti nomen meum ſibi totũ vẽdicauit affectũ, F
ita ꝙ nihil aliud poteſt mihi ſapidũ eſſe vel lucidum. Conſtat mihi Tullium veræ amicitiæ ignoraſſe virtutem, cum eius principiũ finemq; Chriſtum penitus ignorauerit: qui eſt alpha & ω, principium & finis omniũ bonorum. Quid eſt amicitia? Tullius ait. Amicitia eſt rerum humanarum & diuinarum cũ beneuolentia & charitate conſenſus. Quis huic gentili fortem charitatis affectum, beneuolentiæq; operum expreſsit? Sed hæc vera amicitia non poteſt eſſe inter eos, qui ſine Chriſto ſunt. Ab amore, vt mihi videtur, amicus dicitur: ab amico, amicitia. Eſt amor quidem animæ rationalis affectus, per quem ipſa aliquid cum deſiderio quærit, & appetit ad fruendum: per quem & fruitur eo cũ quadam ſuauitate interiori, amplectitur & conſeruat adeptum. *Inter quos ſit amicitia vera. c. 2.* Porro amicus quaſi amoris vel ipſius animi cuſtos dr̃: qm̃ amicum meũ amoris mutui, vel ipſius animi oportet eſſe cuſtodem, vt omnia eius ſecreta fideli ſilentio ſeruet: quicquid in eo vitioſum viderit, pro viribus caueat, & deleat: cui & gaudenti congaudeat, & dolenti condoleat, & omnia ſua conſentiant, qui amici ſunt. Amicitia igitur ipſa virtus eſt, quæ talis dulcedinis ac dilectionis fœdere ipſi amico copulatur, vt vnũ fiat de pluribus: vnde ipſam amicitiam non inter fortuita vel caduca, ſed inter ipſas virtutes quæ æternæ ſunt, etiam mundi huius philoſophi collocauerũt. Vnde Salomon in *Pro. 17.* prouerbijs, Omni tẽpore diligit, qui amicus eſt. Manifeſte declarans eam æternam, ſi vera eſt: ſi aũt deſierit, nunquam vera fuit. Hoc volo te ſcire, nunquam fuiſſe amicum, qui lęſit G
eũ, quẽ in amicitiã ſemel recepit: nec eũ veræ amicitiæ guſtaſſe delitias, qui vel lęſus deſinit diligere quẽ ſemel amauit. Sed ſi arguatur, ſi tradatur flammis, ſi cruci affigatur, omni tẽpore diligit qui amicus eſt. Vnde dicit Hieronymus, Amicitia quæ deſinere poteſt,

nunquam

nunquam vera fuit, cum amicitiæ deberent esse immortales. Cũ tanta sit in amicitia vera perfectio, non est mirum, ꝙ rari fuerunt hi, quos veros amicos antiquitas cõmendauit. Vix.n. vt ait Tullius, tria vel quatuor amicorum paria, in tot retro seculis fama concelebrat. Magna res est, ait q̃dam, & etiã ipse conatus magnus est. Vñ virtuosæ mẽtis est sublimia semꝑ & ardua meditari, vt adipiscatur optata, vel lucidius intelligat & cognoscat optanda, cũ non parum credendus sit profecisse, qui virtutis cognitione didicit q̃ longè sit a virtute. Nõne Pylades & Horestes parati fuerunt pro inuicem mori? Sed maiori virtutis amore pollebãt, de q̃b. legit̃, Multitudinis credentium erat cor vnũ, & aĩa vna. Et sancti martyres pro fratrib. aĩas posuerunt, non pepercerunt laborib. non corporis cruciatib. Sed mirũ nõ est, ꝙ multo plures gremio charitatis q̃ amicitiæ amplexib. recipiendos sanxit authoritas, quæ non solum amicos, sed ẽt inimicos charitatis lege complectit̃. Amicos solos illos dicimus, quib. cor nostrũ, & quicquid in illo est, committere nõ formidamus, illis vicissim nobis eadem fidei lege & securitate constrictis. Falso ergo præclarum nomen amicitiæ assumunt, inter quos est cõuenientia vitiorum, qm̃ qui non amat, amicus non est. Non aũt amat hoĩem, qui diligit iniquitatem, & hic odit animã suam, & alterius amare nõ poterit. Cum vero in tali amicitia, q̃ libido commaculat, vel auaritia fœdat, vel incestat luxuria, tanta & talis experiatur dulcedo libet coniicere quantum habeat suauitatis illa, quæ quanto honestior est, tanto est & securior, quanto castior, tanto iocũdior, quãto liberior, tanto fœlicior. Amicitia itaq; alia carnalis, alia mũdialis, alia spiritalis. Carnalem creat vitiorum consensus, Mũdialem spes quæstus accẽdit, Spiritalem inter bonos vitæ morũ studiorũq; similitudo cõglutinat. Exordiũ carnalis amicitiæ ab affectione procedit, quæ instar meretricis diuaricat pedes suos omni transeunti, sequens aures & oculos suos per varia fornicantes, per quorum aditus vsque ad ipsam mẽtem pulchriorum corporum vel rerum voluptuosarum infert̃ imago, q̃b. ad libitum frui putat esse verum, sed sine socio minus existimat esse iocundũ. Tunc, motu, nutu, verbis, obsequiis animus ab animo captiuatur, & accendit̃ vnus ab altero, & conterminatur in vnum, vt vnico fœdere miserabili, quicquid sceleris, quicquid sacrilegii est, alter agat & patiat̃ pro altero, nihilq; hac amicitia dulcius arbitrant̃, vel iudicant iustius, idem velle & idem nolle sibi existimãtes amicitiæ legibus imperari. Hæc amicitia nec deliberatione suscipitur, nec iudicio probatur, nec regit̃ rõne, sed secũdum impetum affectionis per diuersa raptat̃, non modũ seruans, non honesta procurans, non commoda incõmodave prospiciens, sed ad oĩa inconsiderate, indiscrete, leuiter, immoderateq; progrediens. Idcirco q̃b. agitata furiis à semetipsa consumit̃, eadẽ leuitate resoluitur, qua contrahit̃. Amicitia mundialis est, quæ rerum bonarum temporalium cupidine protrahitur, semper est plena fraudis atq; fallaciẹ, nihil in ea certũ, nihil cõstans, nihil securum semper cum fortuna mutat̃, & sequit̃ marsupiũ. Vnde Salomon dicit, Est amicus secundum tp̃s, & non permanebit in tp̃e tribulationis. Tolle spẽ quæstus, & statim desinet esse amicus. Vnde q̃dam, Non est personæ, sed prosperitatis amicus, quem fortuna tenet dulcis, acerba fugat. Amicitia spiritalis, quã veram dicimus, non vtilitatis cuiusque mundialis intuitu, non qualibet extra nascente cã, sed ex propriẹ naturæ dignitate, & humani pectoris sensu desiderat̃, ita vt fructus eius prẹmiũ nõ sit aliud, q̃ ipsa. Vnde in euãgelio, Posui vos, inq̃t, vt eatis, & fructũ afferatis. i. vt inuicem diligatis. In ipsa nanq; vera amicitia itur proficiendo, & fructus capit̃ perfectionis illius dulcedinẽ sentiendo, vera charitas amicitia nuncupatur, vt omne vitiũ excludat̃, cum beneuolentia dr̃ ipse cõsensus amandi, qui cum quadã dulcedine mouet̃, interius exprimitur, vbi talis est amicitia, ibi idem velle, & idem nolle, tanto dulcius, tãto syncerius, tanto suauius, quãto sacratius, vbi sic amantes nihil pñt velle quod dedeceat, nihil q̃d expediat nolle. Hanc amicitiam prudentia dirigit, iustitia regit, fortitudo custodit, tẽperantia moderat̃. Amicitiæ primum, vt mihi videtur, ipsa natura humanis mẽtib. impressit affectum, deinde experiẽtia auxit, postremo legis auctoritas ordinauit. Deus enim summe potens, & summe bonus, sibi est ipsi sufficiens, qui bonorum nostrorum nõ eget, voluit vt omnes creaturas, quas pax componeret, peruniret societas, Ita natura menti-

Margin notes: F; Acto. 14; ter quos sit amicitia vera. 2.; I; Amicitia triplex. Cap. 3.; Pro. 7.; G; K; Amicitia mũdialis.; Eccl. 6.; Amicitia spiritalis.; Ioan. 15.; L; Amicitiã natura inseuit. Cap. 4.; Psal. 15.

mentibus humanis ab ipso exordio amicitię & charitatis impressit effectum, quē interiorum morum sensus amandi quodã gustu suauitatis adauxit. Manifestum est amicitiam naturalem esse sicut virtutē, sicut sapientiam &

A cæteras virtutes. Sed multi abutunt sapiētia, qui pro ea aliquid inde suscipiũt, vel qui eã vendunt, sic aliqui male vtũtur amicitia, qui pro ea aliqd appetunt, vel cum ea.

De amicitiæ fructib. c. 5.

Amicitiæ vtilitas.

Quid vtilitatis hēat, cũ in reb. humanis nihil sanctius appetat, nihil q̃rat vtilius, nihil difficilius inueniat, nihil experiat dulcius, fructuosius teneat. Habet.n. fructum vitę p̄sentis & futuræ: ipsa.n. oēs virtutes sua ostendit suauitate, vitia sua virtute cõfodit, aduersa temperat, cõponit prospera, ita vt sine amico inter mortales nihil ferè possit esse iocũdum, & hõ bestiæ comparet, non habens qui secũ collætet in reb. secundis, in tristib. contristet, cui euaporet, si quid molestũ mens conceperit, cui cõmunicet, si quid præter solitũ sublime vel liuosum accesserit.

Eccl. 4.

De fructibus veræ amicitiæ.

Væ soli quia cum ceciderit, non habet subleuantē se. Solus oĩno est, q̃ sine amico est. At q̃ fęlicitas, quæ securitas, q̃ iocũditas est, hr̄e cum quo ęque audeas loq, vt tibi cui confiteri non timeas, si quid deliqueris, cui nõ erubescas reuelare ĩ spiritalib. si quid profeceris, cui cordis tui oĩa secreta cõmittas, & cõmendes cõsilia? Quid igit iocundius, q̃ ita vnire animum alterius, & vnũ efficere de duob. vt nulla iactãtia timeat, nulla formidet suspicio, nec correptus alter ab

B altero doleat, nec laudantē alter alterũ adulationis notet vel arguat? Amicus, ait sapiēs, medicamentũ est vitæ. Nõ.n. validior vel efficacior est vulnerib. nostris medicina, q̃ hr̄e qui omni incommodo occurrat cõpatiens, omni commodo occurrat congratulans, vt iunctis suis humeris, onera sua inuicē tolerent, & q̄ vnusquisq; propriam leuius, qua amici oportet iniuriam. Amicitia ergo secũdas res facit splendidiores, aduersas partiens communicansque reddit leuiores:

Amicitiæ vtilitates

nam & Philosophis etiam placuit, Non aqua, non sole, nõ igne plurib. locis vtimur, q̃ amico, in omni actu, in omni studio, in certis, in dubiis, in quolibet euentu, in fortuna qualibet, in secreto, in publico, in omni consolatione domi forisq; vbiq; amicitia grata, amicus necessarius, vtilis gratia reperitur. Quocirca amici, ait Tullius, & absentes assunt sibi, & egentes abundant, & imbecilles valent, & quod difficilius est dictu, mortui viuũt. Igitur amicitia est diuitib. p̄ eleemosyna, exulib. pro patria, pauperib. pro censu, ægrotis pro medicina, mortuis pro vita, sanis p̄ gratia, imbecillib. pro virtute, robustis pro præmio. Tantus.n. amicos honor, memoria, laus, desideriumq; prosequit, vt & eorũ vita laudabilis, & mors prætiosa iudicet, & q̄d his omnib. excelsius,

C q̄dam gradus est amicitia vicinus perfectioni, quę in Dei dilectione & cognitione cõsistit, vt homo ex amico hoĩs Dei efficiat amicus. In Euangelio, Iam non dicã vos seruos, sed amicos meos.

Ioan. 15.

In amicitia q̄ppe nihil inhonestum est, nihil fictum, nihil simulatũ, & quicquid est, id sanctũ, & volũtariũ, & verũ est, & hoc ipsum charitatis proprium est. In amicitia cõiũgunt honestas & suauitas & iocũditas, dulcedo & volũtas & actus. Quę oĩa à Christo inchoantur, per Christum p̄mouent, in Christo perficiunt. Itaq; amicus in spiritu Christi adhærens amico, efficit cum eo cor vnũ, & aĩa vna, & sic per amoris cantica gradu ad Christi conscendens amicitiã, vnus cũ eo spũs efficit, in osculo vno, Osculet me, inquit, osculo oris sui.

Cant. 1.

Osculum pacis.

Cap. 6.

Est osculũ corporale, q̄d impressione fit labiorum, q̄d non est ostendēdum, nisi certis & honestis horis, vt in signum recõciliationis, qñ fiunt amici, qui fuerunt inimici. In signum pacis, sicut communicati in ecclesia interiorem partem exteriori osculo monstrant. In signũ dilectionis inter sponsum & sponsam fieri permittitur,

D vel sicut ab amicis post diuturnã absentiam & porrigitur & suscipitur. In signum catholicæ vnitatis, sicut fit, cum hospes suscipitur. Sed sicut plerique aqua, igne, ferro, cibo, & aere, quæ naturaliter bona sunt, in suæ crudelitatis vel voluptatis satellitium abutũtur, ita peruersi & turpes, & hoc bono suo quodammodo flagitia cõdire nitunt, ipsum osculum tanta turpitudine & fœdãtes, vt sic osculari nihil sit aliud quam adulterari. Porrò osculum spiritale proprie amicorum est, qui sub vna lege amicitiæ tenent. Non enim fit oris attactu, sed mentis affectu, non coniunctione labiorum, sed commixtione spirituum, castificante omnia Dei spiritu, & ex sui participatione cœlectem immittente saporem. Nam ipse hunc sacratissimum inspirat affectum, vt videatur alteri quasi vnam

animam

animā habere in diuersis corporibus: Psalmi-
Ps. 132. sta, Ecce quam bonū & quā iocundū habita-
re fratres in vnū. Anima sic affecta ad osculū
intellectuale suspirat, & cū maximo deside-
Canti. 1. rio clamans, Osculetur me osculo oris sui:
vt iā terrenis affectibus mitigata, & omnibus
M quę de mundo sunt cogitationib. desiderijs-
que sopitis, in solius Christi delectet oscu-
lo, & quiescat amplexu, exultans dicit: Lęua
eius sub capite meo. Ego amicitiā nihil aliud
credo, quā inter duos tantā voluntatū socie-
tatē, vt nihil velit vnus quod alter nolit, sed
tanta sit inter vtrosq; in bonis malisq; cōsen
sio, vt non species, nō sensus, non honor, nō
Canti. 2. quicquā ꝙ alterius sit, alteri denegetur ad
Vera amicitia. Cap. 7. vouendum pro voluntate, & ad vtēdum, vt
vnusquisq; sicut erga ipsum, sic afficiatur er
ga proximū in omni officio & obsequio, ꝙ
Amicitia quid. repenđant vicem & fugiantur honores. In-
ter bonos oriri potest amicitia, inter melio-
res proficere, consummari autē inter perfe-
ctos. Quandiu enim quenquā in studio malū
delectat, & in honesta honestis proponit, &
ei voluptas gratior ē puritate, temeritas mo
deratione, adulatio correptione, quomodo
ad amicitiam eū fas est aspirare, cū ortus e-
ius ex virtutis opinione procedit? Fędus est
amor, nec amicitiæ nomine dignus, quo tē-
pore aliquid ab amico exigit, quod necesse
est eū facere, qui nec dum vitijs, aut sopitis,
aut depreßis, ad quælibet illicita, vel illici-
1. Ro. 13. tur, vel compellitur. Nulla peccati est excu-
satio, si amici causa peccaueris: Ionadab quo
que amicus Ammon salubrius prohibuisset
incestum, quā ꝙ potiretur optato prębuisset
consilium. Nos bonū hominem dicimus, q.
sobrie & pie iuste viuit in seculo, nihil à
A quolibet inhonestū petit, nec rogatus præ-
stat, inter tales oriri pōt & cōseruari amici-
tia. Quidā dicunt cauendā esse amicitiam rē
Amicorū cōia oīa. cap. 8. plenā solicitudinis atq; curarū, nec timoris
vacuam, & multis obnoxiam doloribus, ni-
hilq; difficilius quā custodire vsq; ad extre-
mū diem. Si iudicāt cū Tullio amare, vt pos
sint odire cū velint sic placet amare hodie:
vt cras oderint, sic amicus esse, vt nulli sit fi-
dus, nunc laudans, nunc vituperans, nūc blā
diens, nūc mordens hodie paratus ad oscu
Tullius in lib. de amicitia. la, cras ad opprobria. Amor taliū leuißima
recedit offensa. De his Tullius Solē, inquit, è
mundo tollere videntur qui amicitiā de vita
tollūt: quia nihil à Deo melius habemus, ni-
hil iucūdius. Qualis sapiētia est, amicitiā de
testari vt solicitudinē caueas, curis careas,
exuaris timore q̄ñ virtus nulla sine solicitu-
dine, aut prudētia cōtra errores, vel tēperā-
tia cōtra libidines: vel iustitia cōtra malitiā,
aut fortitudo cōtra ignauiā pugnat. Quis er-
go hoīū maxime adolescentiū, sine dolore B
aut timore tueri pudicitiā, vel lasciuiētē re-
frenare pōt affectū? Stultus fuit Paulus q. vo-
luit sine cura & solicitudine viuere, sed in- 1. Co. 13
tuitu charitatis, q̄ virtutē maximā credidit, 1. Cor. 9
infirmabat cū infirmis, & cū scādalizatis vre
bat. Sed & tristitia illi erat, & cōtinuus dolor
cordis eius pro fratrib. suis scđm carnē. Ego
eos nō tā hoīes q̄ bestias dixerim, q. sic dñt
esse viuēdū, vt nulli cōsolationi sint, nulli &
oneri vel dolori, q. nihil dilectionis ex alte-
rius bono cōcipiāt, nihil amaritudinis sua a-
lijs peruersitate inferāt, amare nullū, amari à
nullo curātes. Est amicitia puerilis, q̄ vagus
& lasciuiēs creat affectus sine rōne, sine pō Amicitia puerilis. cap. 9.
dere, sine mēsura, sine alicuius cōmodi vel
incōmodi cōsiderōne. Hęc ad tps vehemen-
ter afficit & stringit blādius allicit. Sed affe-
ctus sine rōne motus bestialis est ad quæq; il
licita ꝓnus, & licet amicitiā ꝓmoueat affe-
ctus, nō ē sequēdus nisi eū rō ducat, & hone
stas tēperet, & regat iustitia. Ia pueris magis
regnat talis affectus. Affectus infidus & insta-
bilis & impuris mixtus semꝑ amorib. ab ijs
quos spiritalis amor delectat caueat, nā ve-
nenū ē. Primordia amicitiæ spiritalis primū Amicitia spiritalis. Cap. 10.
intētionis habeāt puritatē, rōnis magisteriū,
tēperātię frenū: & sic suauißimus accedēs af
fectus, ita ꝑfecto sentiet dulcis vt eē nūquā
desinat ordinatus. Quid sit vera amicitia, nō
dū nouit, q. aliā vult esse mercedē q̄ ipsā. Nā
cū mutlas & magnas vtilitates pariat amici-
tia fida bonorū, nō illā tn̄ ab istis, sed ab illa
istas ꝓcedere nō ambigimus: cū in bonis sē-
per p̄cedat amicitia, sequat vtilitas, ꝑfecto
nō tā parta ꝑ amicū, q̄ amici amor ipse de- C
lectat. Nihil est negādū amico, oīa pro eo su
stinēda sunt: & vita corporis ponenda est ꝓ
amico, vt sanxit diuina authoritas: Fōs & o-
rigo amicitię amor est: nā amor sine amici-
tia esse pt: amicitia sine amore nūquā. Amor
vero ex natura, aut ex officio, vel rōne sola, Ex quib. procedat amicitia.
vel solo affectu, vel more, nonnunquam ex
vtroque simul procedit ex natura, sicut.

Mater

Mater diligit filiũ. Ex officio, qñ ex rõne dati & accepti, quodã speciali affectu coniungũtur. ex sola rõne, sicut inimicos, non ex spõtanea mentis inclinatione, se ex præcepti necessitate diligimus. Ex solo affectu, qñ aliqs ob ea sola, quæ corporis sunt, uerbi gratia, pulchritudinem, fortitudinem, facundiã, sibi quorundã inclinat affectũ. Ex rõne simul & affectũ, qñ is, quẽ ob virtutis meritum ratio suadet amandũ, morũ suauitate, & vitę laudandę dulcedine in alterius influit animũ, & & sic rõ iungitur affectui, vt amor ex rõne castus sit, dulcis ex affectu. Fundamentũ amicitię Dei amor est, ad quem omnia, quę vel amor suggerit vel affectus, oĩa q̃ vel occulte aliquis spũs, vel palam quislibet sudet amicus referenda, sunt diligenter inspicienda: vt quicquid astruitur, fundamento conueniat, & quicquid illud excedere deprẽditur ad eius formã reuocandum, & scd̃m eius qualitatẽ oĩmodam conuertendũ non dubitet. Nec oẽs tñ quos diligimus in amicitia sunt recipiendi, quia nec oẽs ad hoc idonei. Nam cum amicus tui consors sit animi, cuius spiritui tuum coniungas & applices, & ita misceas, vt vnum fieri velis ex duobus, cui te tanq̃ tibi alteri cõmittas, cui nihil ocultas a quo nihil timeas, primũ certe eligẽdus est qui ad hoc aptus putetur, deinde probãdus & sic demũ admittendus. Stabilis enim debet esse amicitia, & quãdã æternitatis speciẽ pręferre, semper perseuerãs in affectu, non pueri mõ amicos mutare aut lædere. Nemo aũt detestabilior, q̃ qui amicũ lęserit nihilq; magis animũ torquet, quã vel se ab amico impugnari: sed eligẽdus est, & probãdus & tolerandus. Quatuor sunt gradus, quib. ad amicitię perfectionẽ cõscenditur, quorum primus est electio, secundum probatio, tertius admissio, quartus rerũ diuinarũ cũ quadã charitate & beneuolentia summa consensio; sunt vitia quædã, quibus si quis fuerit inuolutus, nõ diu leges amicitię vel iura seruabit. Non.n. ad amicitiã sunt idonei nimis iracundi, instabiles, suspiciosi, verbosi, quę quatuor in electione amici notãda sunt. Difficile est eũ, quẽ sępe iracũdię furor exagitat nõ aliqñ insurgere in amicũ. Vnde Ecclesiasticus, est amicus qui odiũ rixam & conuitia denudabit. Noli esse amicus homini iracũdo neq; ambules cũ viro furioso, ne sumas scãdalũ aĩæ tuę. Sũt quidã ex naturali cõspersione iracũdi, q tñ hanc ita cõprimere & tẽperare soliciti sunt passionẽ, vt in q̃nque, quibus teste scriptura amicitia dissoluitur atq; corrũpitur, nunq̃ prosiliant, q̃uis nõnunq̃ amicũ sermone vel actu, vel zelo nimis offendẽt. Tales tolerãdi sunt, & cũ nobis constet de affectu certitudo, si quis fuerit vel sermonis vel actionis excessus, amico id indulgendũ est, vel certe sine aliquo loco iocunde insuper, in quo excesserit cõmonendus. Qui conuiciatur aũt amico, dissoluit amicitiã. Ad amicũ si produxeris gladiũ, nõ desperes, si protulerit os triste. non timeas. Est.n. reuersio ad amicũ, excepto conuitio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa in his omnibus effugiet amicus. Conuitiũ quippe ledit famam, charitatẽ extinguit. Tanta est.n. hominũ malitia, vt quicquid ira instigante, ab amico iaculatũ fuerit in amicũ, quasi a secretorũ suorũ conscio, si nõn credatur, verũ tamẽ esse clametur: multi enim sicut proprijs laudibus, ita in aliorũ vituperationibus delectãtur. Quid scelestius improperio? Qd̃ etiã falsa obiectione innocentis faciẽ miserando rubore perfundit. At superbia quid minus ferendũ? Quę solum id quo fractę amicitiæ subueniendũ fuerat, humilitatis, & cõfessionis excludit remedium, reddens hominẽ audacẽ ad iniuriã, tumidũ ad correptionẽ. Secretorũ reuelatio, qua nihil est turpius, nil execrabilius, nihil amoris vel gratiæ reliquens inter amicos, sed oĩa replens amaritudine indignationis, & odij atq; doloris felle cuncta aspergens. Salomon, Qui denudat arcana amici, perdit fidẽ. Quid enim infelicius illo qui perdit fidẽ, & desperatione languescit? Vnde denudare amici arcana, desperatio est animæ infęlicis. Plaga dolosa, est occulta detractio, plaga serpẽtis est & aspidis mortifera. Salomon, Si mordeat serpens in silẽtio, nihil illo minus habet qui occultę detrahit. Quemcunq; in his vitijs assiduũ inueneris, cauendus tibi est ille nec donec sanetur eligendus est. Abiuremus conuitia quorũ vitor est Deus. Semel Dauid conuitijs impetens à Salomone occisus est. Infęlix Nabal carmelus Dauid seruitutẽ & fugam improperans, à domino percuti meruit & occidi. Vitemus & superbiam, & amici gratiam humilitatis beneficio pręueniamus.

niamus.

Marginal notes (left): Matt. 5. — H — Amor Dei fons amicitiæ. Cap. 11. — Delectus amici. Cap. 12. — I — Pro. 22.

Marginal notes (right): K — Eccle. Flici. 22 — De dissuend. amici. Cap. 1 — Eccle. Flici. 27 — Eccle. stes. 10 — L — 1. Reg. 2. — 3. Re. 25.

niamus. Ob hanc causam populum,& vrbes filiorũ Ammon,gladius Dauid & ignis consumpsit. *[1.Re.10]* Amicorum reuelare secreta,sacrilegiũ est,quo fides amittitur, & animæ captiuatę desperatio importatur,vt patet in Archi tophel proditore. *[1.Re.12.]* Detrahere amico,venenũ amicitiæ putemus, ꝙ Mariæ sororis Moysi corpus lepra fœdauit, & eiecta est extra castra sex diebus. *[Num.12]* Cauendi sunt ẽt instabiles & suspitiosi,quia cũ fructus amicitiæ sit securitas,qũo te credis & cõmittis amico, qũo in eius amore aliqua poterit esse securitas, qui *[Qui minus idonei ad amicitiam. Cap. 14.]*

A omni circũfertur vento, omni acquiescit cõsilio,cuius affectus molli luto cõparatur, diuersas & contrarias tota die pro arbitrio imprimentis suscipit & format imagines? Quid magis cõpetit amicitiæ,quã pax & tranquillitas cordis,cuius semper expers est suspitiosus? *[Suspitiosi]* Nunquam.n.requiescit, semper eum curiositas comitatur, quæ continuos stimulos acuens, inquietudinis & perturbationis materias subministrat. Si viderit amicum secretius loquentem cum aliquo, proditionẽ putabit. Si se beneuolũ alteri prębuerit vel iocũdum,ille se minus diligi proclamabit: si eum corripuerit, odium interpretabitur. *[Verbosi.]* Sed nec verbosum arbitror eligendum, quia vir linguosus non iustificabitur. Salomon, Si vides hominẽ promptum ad loquendum,magis illo spem habet stultus: *[Pro. 26.]* Hic ergo tibi eligẽdus est in amicum, quẽ non iracunde furor inquietet, *[De eodẽ. Cap. 15.]* non instabilitas diuidat, non conterat suspitio, non verbositas à debita grauitate dissoluat. Præcipue vtile est, vt eum eligas qui tuis conueniat morib. tuæ congruat qualitati. Nam inter dispares mores, firma non potest esse amicitia: & ideo sibi cõuenire debet vtriusq; gratia. Multi sunt qui his passionibus mouẽtur, sed superiores inueniuntur, quia iracundiã patientia comprimunt,leuitatem seruata grauitate cohibent, suspitiones dilectionis contemplatione cõpellunt. Quos in amicitiã quasi extractos assumendos dixerim,qui vitia virtute vincentes, tãto securius

B possidentur, quanto fortius ẽt tentantibus vitijs resistere consueuerunt. Cauendũ est in ipsa electione vel dilectione, ne nimis cito diligamus,maxime indignos. Digni sunt amicitia,quib. inest causa cur diligantur. Sed in his qui probati digniq; putãtur, erumpunt sæpe vitia,tam in ipsos amicos quã alienos, quorum cum ad amicos redundat infamia,talib. est adhibenda diligentia vt sanentur. Et si impossibile est, nõ statim rũpenda est amicitia sed dissuenda,vt ait quidam, Dissuendæ sunt amicitiæ,non rumpendæ omnino. Amicitia æterna est. Vnde, Omni tẽpore diligit qui amicus est: *[Pro. 10.]* si te lęserit ille quem diligis, tu tñ dilige. Si talis fuerit ut amicitia retrahatur, nunquam tñ subtrahatur dilectio. Consule

C quantũ potes saluti, prospice famæ, nec unquam amicitiæ eius prodas secreta, quamuis ipse tua prodiderit. *[Sexta cã soluendæ amicitiæ. Cap. 16.]* Quinque illa quæ ante scripsimus,conuitium, improperiũ, superbiam, reuelationem secretorum & occultos morsus detractionum: his sextum addimus, si eos qui diligendi sunt læserit, & scandali materiam præbuerit, ubi uitiorũ ipsorum te tangit infamia. Non.n.amor præponderare debet religioni,non fidei, non charitati multorum nec saluti. Hoc scitote inter perfectos sapienter electos & caute probatos, quos uera & spiritalis amicitia copulauit, non uenire dissidium. Cum.n.amicitia de duobus fecerit unum, sicut id ꝙ unum est, non potest diuidi,sic & amicitia non potest à se separari. Sed virtus in hoc probatur,ꝙ diligit a quo non diligitur: honorat a quo spernitur, bene dicit a quo maledicitur,benefacit ei, qui sibi malum machinatur. Ad amicitiam quatuor pertinere specialiter uidentur,s.dilectio, & affectio,securitas & iocunditas. *[Ad amicitiam quatuor requntur. Cap. 17.]* Ad dilectionem spectat, cũ beneuolentia beneficiorum exhibitio: Ad affectionem,interior quædam procedens delectatio: Ad securitatem, sine timore & suspitione omnium consiliorũ & secretorum reuelatio: Ad iocunditatem, de omnib. quæ contingunt, siue læta sint siue tristia: de omnibus quæ cogitantur,siue nociua sint,siue utilia: de omnib. quæ docentur uel discuntur, quædã dulcis & amica collatio. Ista perdit qui soluit amicitiã. Quatuor probanda sunt in amico: fides, intentio, discretio,patientia. *[amici probatio. Cap. 18.]* Fides, ut ei te secure cõmittas. Intentio,ut nihil ex amicitia nisi Deũ & naturale eius bonum expectes.

D Discretio,ut quid præstandũ amico, quid ab eo petendum, in quibus contristandũ pro eo, in quib. amico cõgratulandũ,pro quib.eũ corripiendũ,modũ tps & locũ non ignorare. Patientia uero, ne correptus doleat, ne corripientẽ cõtẽnat uel odiat, ut eũ pro amico, quælibet aduersa

ſa ſuſtinere non pigeat. Nihil in amicitia fide
Fides amicitiæ. Cap. 19. præſtantius, quæ ipſius nutrix vr & cuſtos.
Ipſa ſe in omnib. aduerſis & proſperis, lætis
& triſtibus, iocundis & amaris præbet æqualem: eodẽ intuens oculo humilem & ſublimem, pauperem & diuitẽ, fortem & debilẽ.
Fidelis proprie amicus nihil in amico, ꝙ extra eius animum intuetur:
E virtutẽ in propria ſede complectens, cœtera omnia quaſi extra eũ poſita, nihil multum probat ſi aſsint, nec cũ abſint requirens. Ipſa tñ fides in proſperis latet, ſed eminet in aduerſis. In neceſsitate ꝓbatur amicus.
Pro. 14. Amici diuitis multi, ſed vtrum veri amici ſint, interueniens aduerſitas probat.
Pro. 17. Salomon, Omni tẽpore diligit qui amicus eſt, & ſemper in anguſtis comprobatur.
Et arguens infidelem, dicit dens putridus, & pes lapſus, qui ſperat ſuper infideli in die an-
Pro. 25. guſtiæ. Diximus ẽt intentionẽ eſſe probandã.
De amicis quæſtuoſis. c. 20. Sunt pleriq;, qui in rebus humanis nihil norũt bonum, niſi ꝙ temporaliter fructuoſum ſit. Hi amicos ſicut boues ſuos diligunt, ex q̃bus aliquid boni ſperant capturos: qui profe cto germana & ſpiritali carent amicitia, ꝑ Deum & ſe expetenda, nec in ſeipſis naturale contuentur exemplar, vbi facile deprehendi tur vis eius qualis ſit & quanta, ſecundũ for-
Mat. 22. mam, quã ſermo diuinus præſcripſit, Diliges inquit, proximũ tuum ſicut teipſum. Tũc erit ipſe quem diligis alter tu, ſi tuã in ipſum trãſ fuderis charitatem. Non. n. vt ait Ambroſius, vectigalis eſt amicitia, ſed plena decoris gratiæ virtus, eſt non quæſtus, quia pecunia non potitur, ſed gratia: nec licitatione pretiorũ, ſed concertatione beneuolentiæ. Non debet eſſe mercenaria, ſed gratuita. Certiores ſunt amicitiæ inopum, q̃ diuitum, cũ ſpem lucri ſic tollit paupertas, vt augeat charitatem. Diuitibus pleriq; aſſentatorie gratificantur, erga pauperẽ nemo ſimulator eſt: verũ eſt quic quid defertur pauperi, eius amicitia inuidia
Qualis eligendus. Cap. 21. caret. Quidã peruerſe & indiſcrete talẽ amicum habere volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt. Hi ſunt qui leues amicorũ tranſgreſsiones impatienter ferunt, auſtere corripiunt, &
F carentes diſcretione, magna negligunt, cõtra quæq; minima ſe erigunt, confundunt omnia, non locũ ſeruantes, vbi; non tp̃s, qñ: non perſonas, quibus quælibet vel publicare cõueniat, vel celare. Circa illum, quem eligis, probanda eſt diſcretio, ne improuidum vel imprudentẽ tibi ſumas, & lites quotidianas, & iurgia tibi ipſe perquiras. Si q̃s ſine diſcre tione fuerit, ſicut nauis abſque gubernaculo pro impetu ſuo inſtabili motu ſemper feretur. Patientia probanda eſt cum neceſſe erit
Quo eligendus amicus. Cap. 22. arguere quem diligis, ꝙ aliqñ quaſi ex induſtria durius fieri oportet, vt ſic eius probetur vel exerceatur tolerantia. Non qñque in amicis eligendis tędeat eſſe ſolicitum, cũ huius laboris fructus ſit vitæ medicamẽ, & immortalitatis fundamentũ. Cauendus eſt quidem impetus amoris, qui præcurrit iudicium, & probandi adimit poteſtatem. Eſt proinde viri prudentis, ſuſcitatum hunc refrenare impe G tum, ponere modũ beneuolentiæ, paulatim procedere in affectum, donec iã probato ſe totum det & cõmittat amico. Hęc eſt magna fœlicitas, quam expectamus Deo operante, & infundente inter ſe & creaturam ſuam, inter ipſos gradus & ordines quos elegit eſſe tantam amicitiam & charitatem, vt ſic quiſque diligat alium ſicut ſeipſum, & ſicut vnuſ quiſq; de propria, ſic de alterius fœlicitate lætetur, & ita ſingulorum beatitudo ſit omniũ, & omnium beatitudinũ vniuerſitas ſingulorũ. Ibi nulla cogitationum occultatio, nulla affectionum diſsimulatio. Hæc eſt vera amicitia quæ hic inchoatur, ibi perficitur: q̃ hic eſt paucorũ, ibi omniũ vbi omnes boni, Hic neceſſaria probatio, vbi eſt ſapientiũ &
Non pariter admittendi omnes. c 23. Ioan. 15. ſtultorũ cõmixtio. Pleroſq; omni affectu amplectimur, quos tñ ad amicitiæ ſecreta non admittimus, nec ad conſiliorũ reuelationẽ. In Euãgelio Chriſtus de diſcipulis ſuis quos de ſeruis amicos fecit, ait, Iã nõ dicã vos ſeruos, ſed amicos. Ambroſius dedit formam amicitiæ quam ſequamur, vt faciamus amici voluntatẽ, & aperiamus ſecreta noſtra illi q̃cunque in pectore habemus, & illius arcana nõ ignoremus: nihil. n. occultat amicus ſi verus eſt, effundit animũ ſuum ſicut effundebat myſteria patris ſui dñs noſter Ieſus Chriſtus.
De cultu amicitiæ. Cap. 24. Quemadmodum amicitia ſit colenda videamus. Firmamentũ ergo ſtabilitatis & conſtantiæ in amicitia eſt fides, nihil. n. eſt ſtabile, ꝙ infidũ eſt. Non fidũ poteſt eſſe multiplex in-
H geniũ & tortuoſum, neq; qui non eiſdẽ reb. mouentur, nec eiſdẽ cõſentiũt nec ſtabiles eſ ſe poſſunt amicitiæ aut fidei. Præ oĩb. cauenda eſt ſuſpitio quæ eſt amicitiæ venenũ. Nũquã de amico mala ſentiamus, nec mala di-

centi

centi credamus. Accedat hinc in sermone io cũditas, hilaritas in vultu, suauitas in moribus, in oculorũ etiam nutu serenitas. Tristitia nanq; & seuerior facies habet quandã honestã grauitatẽ, sed amicitia quasi remissior aliquando debet esse liberior & dulcior ad
H comitantẽ fęlicitatẽ, quia sine leuitate & dissolutionẽ procliuior. Est præterea illius amicitię, parem esse inferiori superiorem. Sæpe quidẽ inferioris gradus & ordinis, dignitatis & scientiæ, ab excellentioribus assumũtur in amicitiã, ita vt sublimis descẽdat, humilis ascẽdat diues egeat, pauper ditescat, &
G ita vnusquisq; alteri suã conditionẽ cõmuni
1. Cor. 8. cet vt fiat ęqualitas. Vnde qui multũ habuit. nõ abundauit, & qui modicũ, nõ minorauit. Nunquã tuo te pferas amico, sed si forte in ijs quę diximus superior inueniris, tũc te magis amico submitte: Nõ cũcteris præstare cõfidentiã, extollere verecundũ, & tanto plus ei conferre honoris quãto minus cõferrendũ conditio vel paupertas pręscribit. Ionathas. n. fędus inijt cũ Dauid, & seruulũ in amicitiã adęquans dño, fugatũ à patre sic adiudicatũ mortive sic definitum, sibi ptulit, se humilians, & illũ exaltãs, Tu, inqt, eris rex, &
1. Re. 23. ego ero secũdus post te. Si non vt dñm tibi videtur pferre eũ quẽ diligis, vel parem facere eum tibi, nõ negligas. Nõ. n. amicitia recte colit, à quibus ęqualitas nõ seruatur. Defer amico vt æquali, nec te pudeat præuenias eũ officio. Amicitia. n. nescit superbiam. Fidelis
Beneficẽtia in amicos. Cap. 25. quid amicus medicamentũ est vitæ. Hęc est igitur lex in amicitia: vt ab amicis, honesta petamus, & pro eis honesta faciamus, nec expectemus vt rogemur: cũctatio semper absit
Eccl. 29. studiũ semper assit. Perde, inquit Salomon, pecuniã propter amicũ. Si enim pecunia perdẽda est propter amicũ, multo magis amici vtilitatibus vel necessitatibus conferenda.
I Sic igitur des amico vt nõ improperes, non mercedẽ expectes, non frontẽ obducas, non vultũ aduertas, nõ deponas oculos: sed serena facie, hilari vultu, sermone iocundo intercide verba petentis: occurre beneuolentia vt non rogatus videaris patrare ꝙ petitur. Ingenuus animus nihil magis erubescendũ ęstimat quam rogare. Cũ igitur tibi cum amico tuo esse debeat cor vnũ & anima vna, iniuriosum est si non sit & pecunia vna. Sic se sibi suaq; impendant, vt qui dat, seruet hilaritatẽ, qui accipit, non perdat securitatẽ: Sunt in amicitia aliqua in quibus sibi adesse possunt amici. Primũ soliciti sint, p inuicẽ, orẽt pro inuicem, erubescant alter pro altero, alter gaudeat pro altero alterius lapsum vt suũ doleat, suo dilecto suus ille qui diligitur: inter variabiles fortunæ casus & i varietate mutabiliũ, nihil vtiq; à sapientibus potius, benignius, suauius ac honestius æstimatur quam verã amicitiã inuenire. Quod diligimus, id videndi desiderio ęstuam⁹. Ea nanq; est vis amoris vt oculis mentis offerat, ꝙ ardentius mẽs K
Mutua inter amicos. Cap. 26.
desiderat. Occurrent enim notę tuæ, verba tua melle condita. Occurrit fęlicium noctiũ iocunditas, quę me mihi furantur & studio labori: in media nanq; lectione te somnio, in somnis amplector te, in amplexibus te amitto, & te & somnio cũ sua fallacia discedente. Medere ergo desiderijs, medere absentiæ, diligentẽ te dilige, sitq; remediũ id nostri furoris, vt sciant qui te diligũt me amare. Minus enim amor habet amoris, vbi se sentit qui diligit non amari. Amicorũ enim est inuicem sua negocia agnoscere, & suis opportunitatibus mutuam vicissitudinẽ impendere. Non est amicus qui amico non subuenit, nec etiã bonus socius, qui socij aduersum parum lugeat, alterius profectum non suum ęstimet. Quibus modis impendi potest, erigat pusillanimitatẽ, suscipiat infirmũ, consoletur tristem, iratum sustineat: sic oculos vereatur amici, vt nihil quod inhonestũ sit agere, nihil quod ipse reliquerit pręsumat. Nam quicquid ipse deliquerit, in amicum redundat. Quicquid suadendum est ab amico facilius recipiatur, & faciliusre tineatur: cuius magna debet esse in suadendo autoritas, cũ nec fides eius dubia, nec adulatio sit suspecta. Non solum arguendi sunt a-
Correptio amici. Cap. 27.
mici, sed si opus fuerit, obiurgandi. Obiurgãdus est amicus si veritatẽ aspernatur, & obsequijs atque blanditijs in crimen appellatur. L
Sed monitio acerbitate, obiurgatio contumelia careat. Ambrosius, Si quid vitij in amico deprehenderis, corripe occulte: si te nõ audierit, corripe palam, Sunt enim bonę correptiones, & plerunq; meliores q̃ tacita amicitia: & si lędi se pudet amicus, tu tamen corripe. Tolerabiliora. n. sunt amici vulnera, q̃ adulantiũ oscula. Debet amicus amico cõpati & condescendere, vitiũ eius suum putare,

tare,corripere humiliter,cōpatienter. Corripiat eū vultus tristior, & sermo deiectior. Intercipiant verba lachrymę, vt nō solū videat,sed & sentiat correptionē ex amore, &
M nō ex rācore ꝓcedere. Amicus amico se ita cōformet,vt eius cōgruat qualitati: & cui in exteriori aduersitate debet adesse,multo magis spiritui occurrere. Moneri & monere nō repugnāt, nō adulteriore nō simulatorie,sed
Pro. 11. vere. Nā simulator ore decipit amicū suum.
Epilog. Præstemus amico quicquid amoris est,quic
Cap. 28. quid grāæ, quicquid dulcedinis, ꝗcquid charitatis. Subtiles honores & onera illis quos pręscripserit ratio imponimus, scientes quia nunquā vere diligit cui amicus ipse nō sufficit, nisi hæc vtilia & contemptibia abiecerit. Cauendū est ne tenerior affectus maiores vtilitates impediat, dum eos quos ampliori charitate cōplectimur, si magna spes fructus vberioris elucet,nec absentare volumus,nec ignorare. Hęc est enim amicitia ordinata,vt rō regat affectū: nec tā quid illorū suauitas, ꝗ quid multorum petat vtilitas,attendamus. Qui semetipsum non amat, aliū amare non pōt. Se aūt non diligit, qui turpe aliquid vel inhonestū velà se exigit,vel sibi impertit. Primū ergo est,vt semetipsum quisq; castificet, nihil sibimet indulgēs ꝙ indecēs sit, nihil subtrahens quod vtile sit. Sed quia hic amor multos diligit, ex ipsis eligat quē ad amicitiæ secreta lege familiari admittat, in quem copiose suum infundat affectum, denudans pectus suum vsq; ad spectationem viscerū, medullarum, cogitationum & intentionum cordis. Non eligatur secundū affectionis lasciuiam,sed secundū perspicaciam rationis, similitudinem morum, & contemplationē virtutum. Sic impendat amico,vt leuitas omnis absit,iocunditas assit,nec ordinata desint beneuolentiæ, & charitatis obsequia vel officia. Probetur fides eius,honestas & patientia. Accedat amicorum consiliorum communio,assiduitas parium studiorum, quędā conformatio vultuum. Ita electus & proba-
A tus nihil velit quod dedeceat, vel petere ab amico,vel pręstare rogatus. Amicitiam virtutem putare,nō quæstum: adulationē fugere, detestari assentationē: liber,in discretione,patiens in correptione, firmus & stabilis in dilectione: vtile tunc dolere pro inuicem laborare, onera sua portare pro altero, semetipsum negligere, alterius voluntatem suę pręferre, illius necessitati magis quā suę occurrere, aduersus semetipsum opponere & exponere,dulce adinuicem conferre,studia sua mutuo patefacere. Accedit pro inuicem oratio, quæ in amici memoria tanto efficacius, quanto affectuosius admittitur,pro fluētibus lachrymis, quas vel timor exercet, B
vel affectus elicit, vel dolor educit. Ita pro amico orans Christum, ipsum desideranter & diligenter intendit, subito transit affectus in affectum, ipsius Christi dulcedinem tangens incipit gustare, quam dulcis est,& sentire quā suauis. Ita a sancto illo amore quo amplectimur amicum, ad illum conscendens quo amplectimur Christum, spiritalem amicitiæ fructum capit.

D. AVRELII AVGVSTINI De sermone domini in monte secundum Matthęum.

LIBER PRIMVS.

SErmonem quem locutus est dominus noster Iesus Christus in monte,sicut in Euangelio secūdū Matthęū legimus,si quis pie sobrieq; considerare voluerit, puto quod inuenit in eo, quod ad mores optimos pertinet, perfectum vitæ christianæ modū, Quod polliceri nō temere audemus, sed ex ipsis eiusdē dñi verbis cōijcientes. Nā sic ipse sermo cōcluditur,vt apppareat in eo pręcepta esse oīa,quę ad informādā vitā pertinent. Sic.n. dicit, Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea, assimilabo eū viro sa- *Matt.* 7.
pienti: & reliqua vsq; ad eum locum, Et facta est ruina eius magna. Cū ergo non dixit, qui audit verba mea tātum,sed addidit dicēs. Qui audit verba mea hęc: satis, vt arbitror, C
significauit, hæc verba quæ in monte locutus est, tā perfecte instruere vitam eorū qui voluerint secundū ea viuere, vt merito cōparentur ædificanti super petram. Super petram autem dixit, vt appareat istum sermonem omnibus pręceptis quibus Christiana vita informatur,esse perfectū. Nā de hoc capitulo diligentius suo loco tractabitur. Huius igitur sermonis initium sic assumitur, Cum vidisset autem Iesus turbas multas,

Verba in monte locutus dominus. Aedificare supra petram. Cap. 1. *Matt.* 5.

ascen-

ascendit in montem,& cũ sedisset, accesserũt ad eũ discipuli eius & aperiens os suum docebat eos dicens. Si quæritur quid significet mons, bene intelligitur significate maiora p̃cepta iustitię, quia minora erant quæ Iudæis data sunt, vnus tamen Deus per sanctos Prophetas & famulos suos, secundum ordinatissimam distributionem temporum, dedit minora pręcepta populo quem adhuc timore alligari oportebat: & per filium suũ maiora populo, quem charitate iã liberari conuenerat. Cum aũt minora minoribus, maiora minoribus dantur, ab eo dantur qui solus nouit congruentẽ suis tẽporibus generi humano exhibere medicinam. Nec mirũ est quod dantur præcepta maiora propter regnum cęlorum, & minora data sunt propter regnum terrenũ ab eodem vno Deo qui fecit cęlum & terram. De hac ergo iustitia, quæ maior est, per Prophetam dicitur, Iustitia tua sicut Montes Dei: & hoc bene significat, quod ab vno magistro solo docẽdis tantis rebus idoneo, docetur in monte. Sedens autem docet, quod pertinet ad dignitatẽ magisterij. Et accedunt ad eum discipuli eius, vt audiendis illius verbis, hi essent etiam corpore vicinio res, qui præceptis implendis etiã animo propinquabant. Et aperiẽs os suũ docebat eos dicens. Ista circunlocutio qua scribitur, Et aperiens os suum, fortassis ipsa mora commendat aliquanto longiorẽ futurum esse sermonem, Nisi forte non vacet ꝙ nunc eũ dictum est aperuisse os suum, ꝙ ipse in lege veteri, aperire soleret ora Prophetarũ. Quid ergo dicit? Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnum cęlorũ. Legimus scriptum de appetitione rerum temporalium, Omnia vanitas, & p̃sumptio spiritus. Præsumptio autẽ spiritus, audaciam & superbiam significat. Vulgo etiam magnos spiritus superbi habere dicuntur, & recte, quandoquidẽ spiritus etiam ventus vocatur. Vnde spiritũ est, Ignis grando, nix, glacies, spiritus procellarum. Quis vero nesciat superbos inflatos dici, tanquam vento distentos? Vnde est etiam illud Apostoli, Scientia inflat charitas vero ędificat. Quapropter recte hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles & timentes Deũ, idest, non habentes inflantẽ spiritum. Nec aliunde omnino incipere oportuit beatitudinem. Siquidem peruentura est ad summã sapientiã. Initium autẽ sapientiæ timor domini. Quoniam & econtrario. Initium omnis peccati superbia scribitur. Superbi autem appetunt & diligunt regna terrarũ. Beati autem pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum, Beati mites quoniam ipsi hæreditate possidebunt terrã. Illam credo terram, de qua in Psalmo dicitur, Spes mea es tu, portio mea in terra viuentium. Significat enim quandam soliditatem & stabilitatẽ hęreditatis perpetuæ, vbi anima per bonũ affectum, tanquam loco suo requiescit, sicut corpus in terra: & inde cibo suo alitur, sicut corpus ex terra: ipsa est requies & vita sanctorum. Mites aũt sunt qui cedũt improbitatibus & nõ resistunt malo, sed vincunt in bono malum. Rixentur ergo immites & dimicent pro terrenis & temporalibus rebus. Beati autem mites quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram, de qua pelli non possunt. Beati lugentes, quoniam ipsi cõsolabũtur. Luctus est tristitia de amissione charorũ: cõuersi autẽ ad Deum, ea quę in hoc mundo chara amplectabantur amittunt. Non enim gaudent his rebus, quibus ante gaudebãt: & donec fiat in illis amor ęternorũ, nonnulla męstitia sauciantur. Consolabuntur ergo spiritusancto, qui maxime propterea paracletus nominatur. i. consolator, vt * tẽporalia amittentes, æterna lętitia perfruantur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniam ipsi saturabuntur. Iam istos amatores dicit veri & inconcussi boni. Illo ergo cibo saturabuntur, de quo ipse dominus dicit, Meus cibus est vt faciã voluntatem patris mei: quod est iustitia: & illa aqua de qua quisquis biberit, vt idem dicit fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternam. Beati misericordes, q̃m ipsorum miserebitur Deus. Beatos esse dicit qui subueniũt miseris quod eis ita rependitur, vt de miseria liberentur. Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quam ergo stulti sunt qui Deũ istis exterioribus oculis quęrunt cũ corde videatur, sicut alibi scriptũ est. Et in simplicitate cordis quærite illum. Hoc est enim mundũ cor, ꝙ est simplex cor: & quẽadmodum lumen hoc videri non potest, nisi oculis mundis, ita nec Deus videtur nisi mundũ sit illud quo videri põt. Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabũtur. In pace perfectio est vbi nihil repugnat, & iõ filij

[Left margin notes: *Mons quid signat.* — E — *Psal. 39.* — *Cap. 2.* — *Eccl. 6.* — *Præsumptio spũs.* — F — *Psal. 148.* — *1. Cor. 8.*]

[Right margin notes: *Ecclesiastici. 1 b. Et Psal. 110. q. Ecclesiastici. 10. b Cap. 3.* — *Ps. 141.* — G — *Mites q sint. Rom. 12.* — *Cap. 4. Luctus. quid.* — *Paracletus. Al. l. Vt tẽporalẽ amittentes luctũ* — *Cap. 5.* — *Ioan. 4. Iustitia, cibus Dei Ioan. 4. Cap. 6.* — *Cap. 7.* — H — *Sapiẽ. 1. Sor mundum.* — *Cap 8*]

Dei pacifici, quoniã nihil in his resistit Deo & vtiq; filij similitudinẽ patris habere debẽt. Pacifici aũt in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus componẽtes & subijcientes rationi, idest, menti & spiritui, carnalesq; cõcupiscentias habentes edomitas, fiunt regnũ Dei. In quo ita sunt ordinata omnia, vt id ꝙ est in homine præcipuum & excellens, hoc imperet cęteris non reluctantibus, quæ sunt nobis bestijsq; communia. Atq; idipsum ꝙ excellit in homine, i. mens & ratio, subijciatur potiori, quod est ipsa veritas vnigenitus filius Dei. Neq; enim imperare inferioribus potest nisi superiori se ipse subijciat. Et hæc est pax quę datur in terra hominibus bonæ voluntatis: hęc vita consummati perfectique sapientis. De huiusmodi regno pacatissimo & ordinatissimo missus est foras princeps huius seculi, qui peruersis inordinatisq; dominatur. Hac pace intrinsecus constituta atque firmata, quascunq; persecutiones ille qui foras missus est, forinsecus concitauerit, auget gloriam quę secundum Deũ est, Non aliquid in illo ędificio labefactãs, sed deficiẽtibus machinis suis innotescere faciens quãta firmitas intus extructa sit. Ideo sequitur, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniã ipsorum est regnum cęlorum. Sunt autem omnes istæ octo sententię. Iam enim cętera compellans loquitur ad illos qui audierant, dicens, Beati eritis cũ vobis maledicent, & persequentur uos. Superiores aũt sententias generaliter digesserat. Non enim dixit, beati pauperes spiritu quoniã vestrũ est regnũ cęlorum: sed quoniam ipsorum est, inquit, regnũ cęlorũ. Neq; beati mites quoniam vos possidebitis terram: sed, qm̃ ipsi possidebunt terram. Et ita cœteras vsq; octauam sñiam vbi ait, Beati qui persecutionẽ patiuntur pp iustitiam, qm̃ ipsorũ est regnũ cęlorũ, Inde iam incipit loqui p̃sentes compellãs, cũ & illa quæ supra dicta sunt ad eos etiã pertineret qui præsentes audiebant: & hęc postea quæ vidẽtur pręsentibus specialiter dici, pertineãt etiam ad illos qui absentes vel post futuri erant. Quapropter iste sententiarum numerus diligenter considerandus est. Incipit enim beatitudo ab humilitate. Beati pauperes spiritu idest, non inflati, dũ se diuinę authoritatis subdit anima, timens post hãc vitam ne pergat ad pęnas, etiã si forte in hac vita beata sibi esse videatur. Inde venit ad diuinarum scripturarum cogitationem, vbi oportet eam se mitẽ præbere pietate, ne id quod imperitis videtur absurdũ, vituperare audeat, & peruicacibus concertationibus efficitatur indocilis. In de iam incipit scire, quibus nodis seculi huius per carnalem consuetudiuem ac peccata teneatur. Itaq; hoc tertio gradu in quo scientia est, lugetur amisio summi boni, qua inhęretur extremis. In quarto autem gradu labor est vbi vehementer incumbitur, vt se animus auellat ab eis quibus pestifera dulcedine innexus est. Hic ergo esuritur & sititur iustitia, & multum necessaria est fortitudo, quia non relinquitur sine dolore quod cum delectatione retinet. Quinto autẽ gradu perseuerantibus in labore daẽ euadendi cõsiliũ, quia nisi quisq; adiuuetur à superiore, nullo modo sibi est idoneus, vt se tantis miseriarũ implicamentis expediat. Est autem iustũ consilium, vt qui se à potentiori adiuuari vult, adiuuet & infirmiorẽ in quo est ipse potentior. Itaq; beati misericordes, quia ipsorum miserebitur deus. Sexto gradu est cordis mũditia de bona conscientia bonorum operum valens ad contemplandũ summũ illud bonũ quod solo puro & sereno itellectu cerni potest. Postremo est septima ipsa sapientia, idest, contemplatio veritatis, pacificans totum hominem & suscipiens similitudinem Dei, quę ita cõcluditur, Beati pacifici, qm̃ ipsi filij Dei vocabuntur. Octauam tãquam ad caput redit, quia consummatũ perfectumq; ostendit & probat. Itaque in prima & in octaua nominatum est regnum cęlorum, Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnũ cęlorum. Et beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã, quoniam ipsorum est regnum cęlorũ. Cũ iam dicitur, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculũ? an gladius? Septem sunt ergo quæ perficiunt, nã octaua clarificat, & quod perfectũ est demonstrat, vt per hos gradus perficiãtur & cęteri tãquã à capite rursum exordiẽs. Videtur ergo mihi ẽt septiformis operatio spũssancti, de qua Esaias loquitur, his gradibus sententijsq; congruere. Sed interest ordinis, Nã ibi enumeratio ab excellẽtioribus cępit, hic vero ab inferioribus. Ibi nanque incipit

[Margin notes: Pacifici. — I — Pax Lucæ. 2. — Cap. 9. — K — Pauperes spũ. — L — Rom. 8. — M — Esa. 11]

incipit a sapientia Dei, & desinit ad timorē
Eccl. 1. et Ps. 110. Dei, sed initiū sapientiæ timor dñi est. Quapropter si gradatim tanquā ascendentes numeremus, primus ibi est timor Dei, secunda pietas, tertia scientia, quarta fortitudo, quintū consiliū, sextus intellectus, septima sapientia. Timor Dei cōgruit humilib. de quib. hic dr̄, Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorū est regnū cœlorum, i. non inflati, non superbi, de
Rom. 11. quib. Apostolus dicit, Non altū sapere, sed time, i. noli extolli. Pietas congruit mitibus. Qui. n. pie quærit, honorat sanctā scripturā, & nō reprehendit ꝙ nondū intelligit, & propterea non resistit, ꝙ est mitē esse. Vnde hic
A dr̄, Beati mites, qm̄ ipsi hæreditate possidebunt terram. Scientia congruit lugentib. qui iam cognouerunt in scripturis quibus malis vincti teneantur, quæ tanquam bona & vtilia ignorantes appetierunt, de quib. hic dr̄, Beati qui lugent nunc. Fortitudo congruit esurientib. & sitientibus. Laborant. n. desiderātes gaudiū de veris bonis, & amorē a terrenis & corporalibus auertere cupientes. De quibus hic dr̄, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Consilium congruit misericordibus: hoc. n. vnū remediū est de tantis malis euadendi, vt dimittamus sicut nobis dimitti volumus, & adiuuemus, in quo possumus alios, sicut & nos in quo non possumus cupimus adiuuari. De quibus hic dr̄, Beati misericordes, qm̄ ipsorū miserebitur Deus: & reliqua. Intellectus cōgruit mundis corde, tanquā purgato oculo, quo cerni posit ꝙ corporeus oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi
Esa. 64. et 1.Co.2 nis ascendit. De quib. hic dr̄, Beati mūdi cordes: & reliqua. Sapientia cōgruit pacificis, in quib. iā ordinata sunt omnia, nulliusq; motus aduersus rationē rebellis est, sed cuncta obtēperant spiritui hominis, cū & ipse obtē
1. Retra. Cap. 19. peret Deo, de quibus hic dr̄, Beati pacifici: vnum aūt præmium ꝙ est regnum cœlorū, pro his gradibus varie nominatū est. In pri
B mo sicut oportebat positum est regnum cœlorum, ꝙ est perfectæ summæque sapientiæ
Eccl. 1. et Ps. 110. est prouer. 9. animæ rationalis. Sic vtiq; dictum est, Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorū est regnum cœlorum: tanquā diceretur, Initium sapientię timor dñi. Mitibus hæreditas data est, tanquā testm̄ patris cū pietate quærentibus. Beati mites, qm̄ ipsi hæreditate possidebunt terram. Lugentibus consolatio, tanquam scientibus quid amiserint, & quib. mersi sunt. Beati qui lugent nunc, qm̄ ipsi consolabuntur. Esurientibus & sitientibus saturitas, tanquā refectio laborantibus fortiterq; certantibus ad salutem. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qm̄ ipsi saturabuntur. Misericordibus misericordia, tanquam vero & optimo consilio vtentibus, vt hoc eis exhibeatur a potentiore ꝙ inualidioribus ipsi exhibent. Beati misericordes, qm̄ ipsorum miserebitur Deus. Mūdis corde facultas est videndi Deum, tanquā C
purum oculum ad intelligēda æterna gerentibus. Beati mundi cordes, qm̄ ipsi Deum videbunt. Pacificis Dei similitudo est, tāquam perfecte sapientibus formatisq; ad imaginē Dei per regenerationem renouati hominis. Beati pacifici quoniam ipsi filij Dei vocabuntur. Et ista quidem in hac vita possunt cō 1. Retra.
pleri, sicut completa esse in Apostolis, credimus. Nā illa omnimoda & in angelicā formam mutatio, quæ post hanc vitam promittitur, nullis verbis exponi potest. Beati ergo qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, qm̄ ipsorum est regnū cœlorum. Hæc octaua sn̄ia, quæ ad caput redit perfectumq; hominē declarat, significatur fortasse & circuncisione octaua die in veteri testō, & dñi resurrectione post sabbatum, qui est vtique octauus, idemq; primus dies, & celebratione octauarum feriarum quas in regeneratione noui hominis celebramus: & numero ipso pētecostes. Nā septenario numero septies multiplicato, quo fiunt quadragintanouem, quasi octauus additur vt quinquaginta compleantur. Et tanquam redeatur ad caput, quo die missus est spiritussanctus, eo in regnū cęlorum ducimur, & hæreditatem accipimus, & cōsolamur, & pascimur, & misericordiā consequimur, & mūdamur, & pacificamur. Atque ita perfecti, omnes extrinsecus illatas molestias pro veritate & iustitia sustinemus. Beati eritis, inquit, cum vobis maledicent & D
persequentur vos, & dicent oē malum aduersum vos mentientes p̄p me. Gaudete & exultate, qm̄ merces vestra multa est in cęlis. Animaduertat quisquis, delitias huius seculi, & facultates rerū tēporaliū quærit in nomine Christiano intrinsecus esse beatitudinē nostrā, sicut de anima ecclesiastica ore prophe Psal. 44.
tico dr̄, Omnis gloria eius filiæ regis ab itus, nam extrinsecus maledicta & persecutiones

& detractiones promittuntur: de quibus tñ magna merces est in cœlis, quæ sentitur in corde patientiũ, eorũ qui iam possunt dicere, *Rom.5.* Gloriamur in tribulationibus scientes ꝙ tribulatio patientiã operatur, patientia autẽ E probationẽ, probatio vero spẽ, spes aũt non cõfundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritũsanctũ qui datus est nobis. Non.n.ista perpeti fructuosum est, sed ista pro Christi nomine non solũ æquo animo, sed ẽt cum exultatione tolerare. Nã multi hæretici, nomine Christiano animas decipientes, multa talia patiuntur. Sed ideo excluduntur ab ista mercede, quia non dictũ est tã tum, beati qui persecutionẽ patiuntur: sed additum est, ꝑꝑ iustitiam. Vbi aũt sana fides nõ est, non potest esse iustitia, quia iustus ex fide viuit. Neque schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant, quia similiter vbi charitas non est, non põt esse iustitia. *Aba.2. & Ro.1. Rom.13.* Dilectio.n. proximi malum non operatur. Quam si haberent, non dilaniarent corpus Christi ꝙ est ecclesia. Quæri aũt potest quid intersit ꝙ ait, Cũ vobis maledicent, & omne malũ dicent aduersum vos: cũ maledicere, hoc sit, malũ dicere. *Malum dicere, et maledicere.* Sed aliter maledictũ iactatur cũ contumelia corã illo cui maledicitur, sicut dño nostro dictũ est, Nõne verum dicimus, quia Samaritanus es & dœmonium habes? *Ioan.8.* Aliter cum absentis fama læditur, sicut de illo item scribitur, *Ioan.7.* Alij dicebant, quia Propheta est: alij aũt dicebant, non, sed seducit populũ. *Persequi quid.* Persequi aũt est vim inferre vel insidijs appetere, quod fecit qui eũ tradidit, & qui eũ crucifixerunt. Quid est sanè ꝙ ẽt hoc non est nudepositum, vt diceretur, Et dicent omne malum aduersum vos: sed additum, est mentientes. additum est etiam, propter me? Propter eos additum puto, qui volunt de persecutionibus & de famæ suæ turpitudine gloriari: & ideo dicere ad se pertinere Christũ, quia multa de illis dicuntur mala: cum & vera dicantur, qñ & de illorum errore dicuntur: & si aliqñ etiam nonnulla falsa iactantur, ꝙ F temeritate hominum plerunq; accidit, non tñ propter Christum ista patiuntur. *Qui Christum non sequitur.* Non enim Christum sequitur, qui non secundum verã fidem & catholicam disciplinã Christianus vocatur. Gaudete, inquit, & exultate, quoniã merces vestra multa est in cœlis. Non hic cœlos dici puto superiores partes huius visibilis mundi. Non.n. merces nostra, quæ inconcussa & æterna esse debet, *Cæli.* in rebus volubilibus & tẽporalibus collocanda est: sed in cœlis dictum puto, in spiritalibus firmamentis, vbi habitat sempiterna iustitia: in quorũ cõparatione terra dicit anima iniqua, cui peccanti dictũ est, *Gen.3* Terra es & in terram ibis. De his cœlis dicit Apostolus, *Phil.3* Quoniam conuersatio nostra in cœlis est. Sentiunt ergo iam istam mercedem qui gaudent spiritalibus bonis, sed tunc ex omni parte perficietur, cum etiam hoc mortale induerit immortalitatẽ. G Ita.n. persecuti sunt, inquit, & Prophetas qui ante vos fuerunt. Nunc persecutionem generaliter posuit, & in maledictis & in dilaceratione famæ, & bene exemplo adhortatus est, quia vera dicentes solent persecutionẽ pati: nec tñ ideo Prophetæ antiqui timore persecutionis à veritatis prædicatione defecerũt. Rectißime itaq; sequitur, *Cap. 10* Vos estis sal terræ, *1.Co.15* Ostendens fatuos esse iudicandos, qui temporalium bonorũ, vel copiam sectantes, vel inopiam metuentes amittũt æterna, quæ nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Itaq; si sal infatuatum fuerit, in quo salietur: idest, si vos per quos condiendi sunt quodammodo populi, metu persecutionum temporaliũ amiseritis regna cœlorum: qui erunt homines per quos à vobis error auferatur, cũ vos elegerit Deus, per quos errorem auferat cæterorum? Ergo ad nihilum valet sal infatuatum, nisi vt mittatur foras, & calcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominib. qui patitur persecutionem, sed qui persecutionem timendo infatuatur. Calcari enim nõ potest, nisi inferior, sed inferior non est, qui quãuis corpore multa in terra sustineat, cordetamen fixus in cœlo est. Vos estis lumen mundi. *Cap. 11.* Quomodo dixit superius sal terræ: sic nunc dicit, lumen mundi. Nam neque superius ista terra accipienda est, quam pedibus H corporeis calcamus: sed homines qui in terra habitant, vel etiam peccatores, quorũ condiendis & extinguendis putoribus, *Mundus.* Apostolicum salem dominus misit. Et hic mundum non cœlum & terram, sed homines qui sunt in mundo vel diligunt mundum oportet intelligi, quib. illuminãdis Apostoli missi sunt. *Cap. 12. ciuitas supra mõtẽ posita.* Non potest ciuitas abscõdi super montẽ posita, i. fundata super insignem magnamq; iustitiam, quam significat etiam ipse mons in

quo disputat dominus: Neq; accendunt lucernam & ponunt eam sub modio. Quid putamus ita esse dictum sub modio, vt occultatio tantũ lucernę accipienda sit, tanquã si diceret, Nemo accendit lucernam & occultat illã? An aliquid etiã modius significat vt hoc sit ponere lucernã sub modio, superiora facere corporis cõmoda, quã prędicationem veritatis: vt ideo quisq; veritatẽ non prędi-

H cet, dum timet ne aliquid in rebus corporalibus & temporalibus molestiæ patiatur? Et

Modius. bene modius dicitur, Siue ꝓpter retributionẽ mẽsurę, qua quisq; recipiet quæ gessit in corpore, vt illic, inquit, Apostolus recipiet vnusquisq; quæ gessit in corpore, & tanquã de hoc modio corporis alio loco dicitur,

1. Cor. 5. *Mat. 7.* In qua mensura mensi fueritis in ea remetietur vobis. Siue quoniã temporalia bona quę corpore peraguntur, certa dierũ mensura & inchoantur & transeunt, quã fortasse significat modius, Aeterna vero & spiritalia nullo

Ioan. 3. tali fine coarctentur. Non enim ad mensurã dat Deus spiritum. Sub modio ergo lucernã ponit quisquis lucem bonę doctrinę cõmodis tẽporalibus obscurat & tegit. Super candelabrũ autẽ, qui corpus suũ ministerio Dei subijcit, vt superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus corporis: per ipsam tñ corporis seruitutem excellẽtior luceat doctrina, quę ꝑ officia corporalia, i. per vocem & linguã & cęteros corporis motus in bonis operibus insinuatur etiã discentibus. Super candelabrũ ergo ponit lucernã cũ dicit

Lucernã sub modio ponere & super candelabrũ. *1. Retra. cap. 19.* *1. Cor. 9.* Apostolus, Nõ sic pugno tanquã aerem cędens, sed castigo corpus meũ & seruituti subijcio, ne forte alijs prædicans ipse reprobus inueniar. Quod vero ait, Vt luceat omnibus qui in domo sunt, Domũ puto dictã habitationẽ hominum. i. ipsum mundũ, propter id & superius ait, Vos estis lumẽ mundi. Aut si domũ quisq; vult accipere Ecclesiã, nec hoc est absurdũ. Sic luceat, inquit, lumen vestrũ corã hominibus, vt videant bona facta ve-

I stra, & glorificent patrẽ vestrum qui in cęlis est. Si tantũmodo diceret, sic luceat lumen vestrũ corã hominibus vt videant bona facta vestra finẽ constituisse videretur in laudibus hominũ, quas quærunt hypochritę, & q ambiunt ad honores & captãt inanissimam

Galat. 1. gloriã. Cõtra quos dicitur, Si adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus non essem. Et per Prophetã, Qui hominib. placent cõfusi sunt quia Deus nihil fecit illos. Et iterũ, Deus cõ- *Psal. 52.*

fringit ossa eorum, qui hominibus placẽt. Et rursum Apostolus, Nõ efficiamur inanis glo- *Galat. 6.*

riæ cupidi. Et ipse iterum, Probet aũt se homo, & tunc in semetipso habebit gloriã, & nõ in altero. Nõ ergo tm̃ dicit, vt videant bona opera vestra: sed addidit, & glorificent patrẽ vestrũ qui in cęlis est, vt hoc ipsum ꝙ hõ K

per bona opera placet hominibus, non ibi finẽ constituat vt hominibus placeat, sed referat hoc ad laudẽ Dei, & propterea placeat hominibus, vt in illo glorificetur Deus. Hoc enim laudantibus expedit, vt nõ hominem, sed Deũ honorent. Sicut in ipso homine quẽ portabat dominus ostendit, vbi admiratæ sunt turbæ paralytico sanato virtutes eius, sicut in Euangelio scriptũ est, Timuerunt, & glorificauerunt Deũ qui dedit potestatẽ ta- *Matt. 9.*

lẽ hominibus. Cuius imitator Apostolus Paulus dicit, Tantum autẽ audientes erant, quo- *Gal. 1.*

niam qui aliquando nos persequebatur, nũc euangelizat fidẽ quam aliquando vastabat, & in me glorificat Deum. Posteaquam ergo *Cap. 13.*

cohortatus est audientes, vt se prępararent ad omnia sustinenda pro veritate atq; iustitia, & non absconderent bonũ quod accepturi erant, sed ea beneuolentia discerent vt cęteros docerent, non ad laudẽ suam, sed ad gloriam Dei bona sua opera referentes, incipit eos iam informare & docere qd doceãt, tanquã si quærerent dicentes, Ecce volumus omnia sustinere pro tuo nomine, & doctrinam tuã non abscõdere, sed est hoc ipsum ꝙ veritas abscõdi, & pro quo iubes omnia tolerari? Nunquid aliud dicturus es contra ea quę in lege scripta sunt? Nõ inquit. Nolite e- *Cap. 14.*

nim putare, quoniã veni soluere legem aut Prophetas, non veni soluere, sed adimplere. In hac enim sententia sensus duplex est, secũdũ vtrunq; tractandũ est. Nam qui dicit, nõ veni soluere legem, sed adimplere: aut addẽdo dicit quod minus habet, aut faciendo ꝙ L

habet. Illud ergo prius consideremus quod primo posuit. Nam qui addidit quod minus habet, non vtique soluit quod inuenit, sed magis perficiendo confirmat, & ideo sequitur, & dicit, Amen dico vobis, donec trã- *Cap. 15.*

seat cęlũ & terra, iota vnũ, aut vnus apex nõ pręteribit à lege, donec oia fiant. Dum enim fiunt etiam illa quę adduntur ad perfectio-

nem,multo magis fiũt illa quæ præmissa sunt
1. Retra. ad inchoationẽ. Quod autẽ ait, iota vnũ,aut
Cap. 19. vnus apex non transibit à lege,nihil potest a-
Iota. liud intelligi nisi vehemens expressio perfe-
Apex. Cap. 16. ctionis,quando per literas singulas demon-
strata est, inter quas literas iota minor est cę
teris, quia vno ductu fit, apex autem est etiã
ipsius aliqua ĩ summo particula. Quibus ver
bis ostendit in lege ad effectũ minima quęq;
perduci. Deinde subiecit. Qui enim soluerit
vnum de mandatis istis minimis, & docue-
rit sic homines, minimus vocabitur in re-
M gno cęlorum. Mandata ergo minima signi-
1. Retra. ficãtur per vnum iota vnũ apicem. Qui ergo
Cap. 19. soluerit & docuerit sic,i.secũdũ id quod so-
luit,non secundum id quod inuenit & legit,
minimus vocabitur in regno cęlorũ, & for-
tasse ideo non erit in regno cęlorum, vbi ni
si magni esse non possunt, Qui autem fecerit
rit & docuerit sic,hoc est, qui non soluerit,
& docuerit sic, secundum id quod non sol-
uit,magnus vocabitur in regno cęlorũ. Qui
ergo magnus vocabitur in regno cęlorum,
sequitur vt etiam sit in regno cęlorum, quo
Cap. 17. magni admittuntur ad hoc enim pertinet ꝙ
sequitur. Dico enim vobis,quia nisi abunda-
uerit iustitia vestra plusquam Scribarum &
Pharisęorum, non intrabitis in regnum cę-
lorum: idest nisi non solum illa minima le-
gis præcepta impleueritis quę inchoãt homi
nem, sed etiam ista quę à me adduntur, qui
nõ veni soluere legem, sed adimplere,nõ in-
trabitis in regnum cęlorum. Sed dicis mihi,
Si de illis mandatis minimis cum superius
loqueretur dixit, minimum vocari in regno
cęlorum quisquis vnum eorum soluerit, &
secundũ suam solutionem docuerit, magnũ
autem vocari quisquis ea fecerit & sic do-
cuerit, & ex eo iam in regno cęlorum futu-
rum esse qui magnus est, quid opus est addi
pręceptis legis minimis, si iam in regno cę-
lorum potest esse, quia magnus est quis ea fe
cerit & sic docuerit? Quapropter sic est acci
pienda illa sententia,qui autem fecerit & do
A cuerit sic, magnus vocabitur in regno cęlo-
rũ,idest,nõ secundũ illa minima, sed secun-
dũ ea quę ego dicturus sum. Quæ sunt autem
ista? Vt abundet iustitia, inquit, vestra super
Scribarum & Pharisęorũ,quia nisi abũdaue
rit iustitia,non intrabitis in regnum cęlorũ.
Ergo qui soluerit illa minima & sic docue-
rit,minimus vocabitur, qui autem fecerit il-
la minima & sic docuerit, non iam magnus
habendus est & idoneus regno cęlorũ, sed
tamen non tam minimus quã ille qui soluit.
Vt autem sit magnus atq; illi regno aptus, fa
cere debet & docere, sicut Christus nũc do-
cet:idest,vt abundet iustitia eius super Scriba
rum & Pharisæorum. Iustitia Pharisæorum
est,vt non occidant:iustitia eorum qui intra-
turi sũt in regnum cęlorũ, vt non irascantur
sine causa. Minimũ est ergo non occidere,& B
qui illud soluerit, minimus vocabitur in re- Cap. 18.
gno cęlorũ. Qui autem illud impleuerit vt Iustitia
non occidat, non continuo magnus erit & pharisæorum.
idoneus regno cęlorum: sed tamen ascendit
aliquẽ gradũ, perficietur autẽ si nec irasca-
tur sine causa. Quod si perfecerit multo re-
motior erit ab homicidio. Quapropter qui
docet vt non irascamur, non soluit legẽ ne
occidamus sed implet potius, vt & fori dum
non occidimus,& in corde dum non irasci-
mur, innocentiam custodiamus. Audistis er Cap. 19.
go,inquit,quia dictũ est antiquis,Non occi- Exo. 20.
des: Qui autem occiderit, iudicio reus erit. 1. Retr. 19.
Ego autem dico vobis, quia omnis qui ira-
scitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio,
qui aũt dixerit fratri suo racha, reus erit con
cilio, qui autem dixerit fatue,reus erit gehẽ-
næ ignis. Quid interest inter reũ iudicio, &
reum cõcilio, & reũ gehennę ignis? Nã hoc Reus iudicio, concilio gehenna ignis
postremum grauissimum sonat,& admonet
quosdã gradus factos a leuiorib. ad grauiora
donec ad gehẽnã ignis veniretur. Et ideo si-
cut leuius est reũ esse iudicio quã reũ esse cõ
cilio, ita leuius est reũ esse cõcilio, quã esse
reũ gehennæ ignis. Itaq; oportet vt leuius es
se intelligatur irasci sine causa fratri q̃ dicere
racha,& rursus leuius esse dicere racha quã
dicere fatue. Neq; enim reatus ipse haberet
gradus, nisi gradatim etiã peccata cõmemo
rarentur. Vnũ autẽ hic verbũ obscurum po-
sitũ est, quia nec Græcum, nec Latinum est,
cętera vero in sermone nostro vsitata sunt.
Nonnulli autem de Gręco trahere volue-
runt interpretationem huius vocis, putantes
pannosum dici racha,quoniam Græce dici-
tur pannus ῥάκος A quibus tamen cum quę- C
ritur quid dicatur Græce pannosus, non re-
spondent racha: sed deinde non posset Lati-
nus interpres vbi posuit racha, pannosum
ponere, nec vti verbo quod & in Latina lin-
gua

gua nullum ſit,& in Græca inuſitatū. Probabilius eſt ergo, ꝙ audiui à quodã Hebręo, cū id interrogaſſem: dixit.n.eſſe vocem non ſignificantem aliquid, ſed indignantis animi motum exprimentē. Has interiectiones Grãmatici vocant, particulas orationis ſignificãtes cõmoti animi affectum: velut cū dr̃ à dolente, heu: velut ab iraſcēte, hem. Quæ voces quarūcunq; linguarum ſunt propriæ, nec in aliam linguã facile transferuntur. Quæ cauſa vtiq; coegit tam Græcum interpretem quã Latinum vocē ipſam ponere, cum quo eam interpretaretur non inueniret. Gradus itaq; ſunt in iſtis peccatis, vt primo quiſque iraſcatur & eum motum retineat corde conceptū. Iam ſi extorſerit vocem indignantis ipſa cõmotio non ſignificãtem aliquid, ſed illū animi motum ipſa eruptione teſtantem, qua feriatur ille cui iraſcitur, plus eſt vtiq; quam ſi ſurgens ira ſilentio premeretur. Sin vero non ſolum vox indignantis audiatur, ſed ẽt verbū quo iam certam eius vituperationem in quē profertur deſignet & notet, quis dubitet amplius hoc eſſe quam ſi ſolus indignationis ſonus æderetur? Itaq; in primo vnum eſt, i. ira ſola: in ſecundo duo, & ira & vox quæ iram ſignificat: in tertio tria, & ira & vox quæ irã ſignificat, & in voce ipſa certę * vituperationis expreſsio. Vide nunc ẽt tres reatus, iudicij, conſilij, & gehennæ ignis. Nã in iudicio adhuc defenſioni datur locus. In cõcilio aūt quãquam & iudicium eſſe ſoleat, tñ quia intereſſe aliquid hoc loco fateri cogit ipſa diſtinctio, vr̃ ad conſilium pertinere ſententiæ prolatio, qñ non iam cum ipſo reo agitur, vtrum damnandus ſit, ſed inter ſe qui iudicãt conferunt quo ſupplicio damnari oporteat quē conſtat eſſe damnandum. Gehenna vero ignis, nec damnationem habet dubiã ſicut iudicium, nec damnati pęnã, ſicut conciliū, in gehenna quippe ignis certa eſt & damnatio & pœna dãnati. Videntur ergo aliqui gradus in peccatis & in reatu, ſed quibus modis inuiſibiliter exhibeantur pęnæ meritis animarum, quis poteſt dicere? Audiendū eſt itaque quantū interſit inter iuſtitiã phariſęorum, & iuſtitiam maiorē quæ in regnum cœlorū introducit. Quod cū ſit grauius occidere quã verbo irrogare conuitiū, ibi occiſio reum facit iudicio, hic aūt ira facit reum iudicio, ꝙ triū illorum peccatorum leuiſsimū eſt, quia illic quęſtionē homicidij inter homines agitabant: hic aūt omnia diuino iudicio dimittuntur, vbi finis damnatorū eſt gehēna ignis. Quiſquis autē dixerit ꝙ grauiore ſupplicio in maiore iuſtitia punitur homicidium, ſi gehenna ignis punitur conuitium, cogit intelligi eſſe differentias gehennarum. Sanè in tribus iſtis ſententijs ſubauditio verborum intuenda eſt. Habet.n. prima ſententia omnia verba neceſſaria, vt nihil ſubaudiat. Qui iraſcitur, inquit, fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio: In ſecunda vero cum ait, Qui autem dixerit fratri ſuo racha, ſubauditur ſine cauſa: & ira iungitur, reus erit in concilio. Iam in tertia vbi ait, Qui autem dixerit fatue, duo ſubaudiūtur, & fratri ſuo, & ſine cauſa. Hoc eſt vnde defenditur ꝙ Apoſtolus Galatas vocat ſtultos, quos etiam fratres nominat, non enim id fecit ſine cauſa. Ideo aūt hic frater ſubaudiendus eſt, quia de inimico poſtea dicitur, quomodo etiam ipſe tractandus ſit maiore iuſtitia. Deinde hic ſequitur, Si ergo obtuleris munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, ꝙ frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc veniens offer munus tuum. Hinc itaque apparet de fratre dictum eſſe ſuperius, quoniam ſententiam quæ ſequitur, ea cõiunctione connectitur vt ſuperiori atteſtetur, non.n. ait, Si autem obtuleris munus tuum ad altare, ſed ait, Si ergo obtuleris munus tuum ad altare. Nam ſi iraſci fas non eſt fratri ſuo ſine cauſa, aut dicere racha, aut dicere fatue, multo minus fas eſt animo tenere aliquid, vt in odium indignatio cõuertatur. Ad quod pertinet etiam quod alio loco dicitur, Non occidat Sol ſuper iracundiã veſtrã. Iubemur ergo illaturi munus ad altare, ſi recordati fuerimus aliquid aduerſum nos habere fratrē, munus ante altare relinquere & pergere, ac recõciliari fratri, deinde venire & munus offerre. Quod ſi accipiatur ad literam, fortaſsis aliquis credat ita fieri oportere, ſi pręſens frater ſit. Non.n. diutius differri poteſt, cum munus tuum relinquere ante altare iubearis. Si ergo de abſente, & ꝙ fieri põt, etiã trans mare conſtituto aliquid tale veniat in mentem, abſurdum eſt credere ante altare munus relinquendū, quod poſt terras & maria pererrata offeras Deo. Et ideo prorſus intrò ad ſpi

Margin notes (left): Racha quid. — D — Tres gradus. — Al. l. indignationis — Tres reatus iræ. — E — Iuſtitia phariſæorū & iuſtitia maior.

Margin notes (right): F — 1. Ret. 19 — Gal. 3. — Cap. 20. — Epheſ. 4. — G — Munus quo relinquendū ante altare.

ritalia resurgere cogimur, vt hoc ꝙ dictum
Altare. est sine absurditate possit intelligi. Altare ita
que spiritaliter in interiore Dei tẽplo ipsam
fidẽ accipere possumus, cui⁹ signũ est altare
visibile. Quodlibet.n. munus offerimus Deo,
siue prophetiã, siue doctrinam, siue oratio-
nẽ, siue hymnum, siue psalmũ, & si quid ta-
le aliud spiritaliũ donorum animo occurre-
rit, acceptũ esse non põt Deo, nisi fidei synce
ritate fulciatur, & ei fixæ atq; immobili atq;
H firmæ imponatur, vt possit integrũ atq; illi-
batũ esse ꝙ loquimur. Nã multi hæretici nõ
habentes altare, i. veram fidem, blasphemias
pro laude dixerunt, terrenis videlicet opinio
nibus aggrauati, votũ suũ tanquam in terrã
projicientes. Sed debet esse sana ẽt offerentis
intentio. Et propterea cũ tale aliquid oblatu-
1. Cor. 3. ri sumus in corde nostro, i. in interiore Dei
Eph. 3. tẽplo. Templum.n. Dei sanctũ est, inquit, ꝙ
estis vos: & in interiore hoĩe habitare Chri-
stum per fidem in cordib. vestris, si in men-
tem venerit, ꝙ aliquid habeat aduersum nos
frater, i. si nos eum in aliquo læsimus, tunc.n.
ipse habet aduersum nos. Nam nos aduersus
illũ habemus si ille nos læserit, vbi non opus
est pergere ad reconciliationem: non.n. ve-
niam postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriã,
sed tm̃ dimittis, sicut tibi dimitti à dño cu-
pis, ꝙ ipse cõmiseris. Pergendum est ergo ad
reconciliationem, cũ in mentem venerit ꝙ
nos forte fratrem in aliquo læsimus. Pergen-
dum est ergo non pedibus corporis, sed mo
tibus animi, vt te humili affectu prosternas
fratri ad quem chara cogitatione cucurre-
ris, in cõspectu eius cui munus oblaturus es.
Ita.n. etiam si præsens sit, poteris eum nõ si-
mulato animo lenire, atque in gratiam reuo
care veniam postulando, si hoc prius coram
Deo feceris: pergens ad eum non pigro mo-
tu corporis, sed celerrimo dilectionis affe-
ctu. Atque inde veniens, i. intentionem reuo
cãs ad id quod agere cœperas, offers munus
tuum. Quis autem hoc facit vt fratri suo vel
non irascatur sine causa, vel racha non dicat
sine causa, vel eum fatuum non appellet sine
I causa, ꝙ totum superbissime admittitur, vel
forte si in aliquo horum lapsus fuerit vnum
remedium, vt supplici animo veniam depre-
cetur, ꝙ quisquis non fecerit, inanis iactan-
tiæ spiritu inflatur. Beati ergo pauperes spiri
tu, qm̃ ipsorum est regnum cœlorum. Nũc
iam videamus ꝙ sequitur. Esto, inquit, aduer
sario tuo beneuolus cito dum es in via cum *Cap. 25.*
eo, ne forte te tradat aduersarius iudici, & iu *Mat. 5. d.*
dex tradat te ministro & in carcerem mitta- *Ioan. 5.*
ris. Amen dico tibi nõ exies inde donec red- *Iudex.*
das nouissimũ quadrãtẽ. Iudicem intelligo: *Christus.*
Christum: pater.n. non iudicat quenquam, *Minister angelus.*
sed omne iudiciũ dedit filio. Ministrũ intel- *Mat. 4.*
ligo angelum, Et angeli, inquit, ministrabant
ei: & cũ angelis suis venturum credimus ad *Carcer, pœnæ tenebrarũ.*
iudicandos viuos & mortuos. Carcerẽ intel
ligo pœnas videlicet tenebrarũ, quas alio lo
co exteriores vocat: credo propterea ꝙ in- K
trinsecus sit in ipsa mente, vel etiã si quid se-
cretius cogitari potest, gaudium diuinorum
prœmiorum. De quo dr̃ seruo bene merito.
Intra in gaudiũ dñi tui, Quemadmodum ẽt *Matt. 5.*
& in hac ordinatione reipublicę, vel à secre-
tario, vel a prætorio iudicis extra mittitur,
qui in carcerem truditur. De soluendo autẽ
nouissimo quadrante, potest nõ absurde in-
telligi, aut pro eo positum ꝙ nihil relinqui-
tur impunitum. Sicut loquentes etiam dici- *Quadrãs nouissimus.*
mus vsque ad fecem, cum volumus exprime
re aliquid ita exactũ, vt nihil relinqueretur:
vel vt significarentur nomine quadrantis no
uissimi terrena peccata. Quarta.n. pars distin
ctorum membrorum huius mundi, & ea no
uissima, terra inuenitur: vt incipias a cœlo,
secundum aerem numeres, aquam tertiam,
quartam terram. Potest ergo cõuenienter vi-
deri dictum, Donec soluas nouissimum qua
drantem, i. donec luas terrena peccata. Hoc
enim & peccator audiuit, Terra es & in ter-
ram ibis. Donec soluas autem ꝙ dictum est, *Gen. 3.*
miror si non eam significat pęnam, quæ vo-
catur æterna. Vnde enim soluitur illud debi-
tum, vbi iam non datur pœnitendi & corre-
ctius viuendi locus? Ita enim fortasse hic po
situ est, Donec soluas: quomodo in illo vbi
dictum est, Sede a dextris meis, donec ponã *Ps. 109.*
omnes inimicos tuos sub pedibus tuis. Non *Donec.*
enim cum fuerint inimici sub pedibus posi- *1. Co. 15.*
ti, desinet ille sedere ad dextram. Aut illud
Apostoli, Oportet.n. illũ regnare, donec po- L
nat inimicos suos sub pedibus suis. Nõ enim
cũ positi fuerint, desinet regnare. Quemad-
modum ergo ibi intelligitur, de quo dictum
est, Oportet eum regnare donec ponat om-
nes inimicos suos sub pedibus suis: semper
regnaturum, quoniam semper illi erunt sub
pedibus:

pedibus:ita hic accipi poteſt,de quo dictum eſt,Non exies inde donec ſoluas nouiſsimū quadrantem, ſemper nō exiturum eſſe: quia ſemper ſoluit nouiſsimum quadrantē, dum ſempiternas pęnas terrenorum peccatorum luit. Neq; ita hoc dixerim vt diligentiorem

M tractationem videar ademiſſe de pęnis peccatorum, qūo in ſcripturis dicantur æternę, quanquā quolibet mō vitandę ſint potius q̃ *Cap. 22.* ſciendę. Sed videamus iam quis ſit ipſe aduerſarius cui iubemur eſſe beneuoli cito, cū ſumus cū illo in via. Aut enim diabolus eſt, aut hō,aut caro,aut Deus,aut pręceptū eius. Sed diabolo nō video quomodo iubeamur beneuoli eſſe: ideſt concordes aut conſentientes. Nanq; alij quod Gręce poſitum eſt ἐυνοῶν interpretati ſunt concors alij conſentiens. Sed neq; beneuolentiam diabolo iube mur exhibere, vbi enim beneuolentia, ibi amicitia: neq; quiſquā dixerit amicitiam cū diabolo eſſe faciendā. Neq; concordare cū illo expedit cui ſemel renunciando bellū indixim⁹,& quo victo coronabimur.Neq; cō ſentire illi iam oportet, cui ſi nunq̃ conſenſiſſemus, nunquā in iſtas incidiſſemus miſerias. De homine autem quāquam iubeamur cum omnibus quantum in nobis eſt pacem habere, vbi vtiq; & beneuolentia & concor dia & conſenſio poteſt intelligi: non video tamen qūo accipiam ab homine nos iudici *Rom. 14.* tradi,vbi Chriſtū iudicē intelligo,ante cuius *1.Cor.5.* tribunal omnes oportet exhiberi ſicut dicit Apoſtolus. Qūo ergo iudici traditurus eſt,q ante iudicem pariter exhibebitur? Aut ſi pro pterea traditur quiſq; iudici, quia hominem lęſit quanuis illo non tradente qui lęſus eſt, multo cōmodius accipitur à lege ipſa reum

A tradi iudici contra quem fecit cum hominē lęderet. Quia etſi occidendo quis nocuerit homini,non erit iā tēpus quo concordet cū eo,quia iam nō eſt cū illo in via,ideſt,in hac vita. Nec tamen ideo non ſanabitur pęnitendo,vt ad illius miſericordiā cū ſacrificio cō tribulati cordis refugiendo nō mereatur venire qui donat peccata cōuerſis ad ſe, & qui *Luc. 15.* plus gaudet de vno pęnitente, quā de nonagintanouē iuſtis.Carni vero multo minus video quomodo beneuoli vel concordes vel conſentiētes eſſe iubeamur. Magis enim peccatores amant carnem ſuā & concordant cū illa & conſentiunt ei. Qui vero eam ſeruitutute ſubijciunt, non ipſi ei conſentiunt, ſed eam ſibi conſentire cogūt. Fortaſſe ergo iubemur Deo conſentire & illi eſſe beneuoli, vt ei reconciliemur, à quo peccando receſsimus, vt aduerſarius noſter dici poſsit. Qui- *Iacob. 4.* bus enim reſiſtit, recte dicitur eorū aduerſa- *Eccl. 10.* rius.Deus.n.ſuperbis reſiſtit,humilib.aūt dat *Rom. 5.* gratiam. Et initium omnis peccati ſuperbia, Initium autem ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo. Et Apoſtolus dicit,Si enim cū inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortē filij eius,multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. Ex quo intelligi poteſt, nullam naturā malam inimicam Deo eſſe, quando quidē & ipſi reconciliantur qui inimici fuerunt.Quiſquis ergo in hac via,ideſt, *Ioan. 5.* in hac vita,non fuerit reconciliatus Deo per mortē filij eius,tradetur iudici ab illo: quia pater non iudicat quenquā, ſed omne iudicium dedit filio atq; ita cętera quę in hoc ca pitulo ſcripta ſunt conſequuntur, de quibus iam tractauimus.Vnum ſolum eſt quod huic intellectui difficultatem facit,quomodo poſ ſit recte dici,in via nos eſſe cum Deo, ſi hoc loco ipſe accipiendus eſt aduerſarius impiorum,cui iubemur cito reconciliati.Niſi forte quia ipſe vbiq; eſt, nos autem cum in hac via ſumus,cū illo vtiq; ſumus. Si enim aſcē- *Ps. 138.* dero in cęlū, inquit,tu illic es:ſi deſcendero in infernū,ades. Si recipiam pennas meas in directum, & habitabo in nouiſsimo maris. Etenim illuc manus tua deducet me,& continebit me dextera tua. Aut ſi non placet impios dici eſſe cum Deo, quanquam nuſquā non pręſto ſit Deus, quemadmodū nos dicimus cęcos eſſe cū luce,tametſi oculos eorū lux circūfundat, vnū reliquū eſt,vt hic ad uerſariū pceptū Dei eſſe intelligamus. Quid enim ſic aduerſatur peccare volentibus quā præceptū Dei, ideſt, lux eius & ſcriptura diuina quæ data eſt nobis ad hanc vitam, vt ſit nobiſcū in via, cui nō oportet cōtradicere, ne nos tradat iudici, ſed ei oportet conſentire cito? Non.n.quiſquā nouit qñ de hac vita exeat. Quis aūt cōſentit ſcripturę diuinæ, niſi qui legit,& audit, pie deferens ei culmē authoritatis, vt quod intelligit nō pp hoc oderit q peccatis ſuis aduerſari ſentit, ſed magis diligat correptionē ſuā, & gaudeat quod moribus ſuis donec ſanētur non parcat. Qđ vero aut obſcurū, aut abſurdū illi ſonat non

Deus qūo nobiſcum ſit in via.

Impios eſſe cū Deo Cecos eſſe cū luce.

B

C

inde

Inde concitet contradictionũ certamina,sed oret vt intelligat,beneuolentiã tñ & reuerentiam tantæ authoritati exhibendã esse meminerit.Sed quis hoc faciat,nisi quisquis ad testm̃ patris aperiendum & cognoscendũ, nõ litium minitatione acerbus,sed pietate mitis accesserit? Beati ergo mites,qm̃ ipsi hæreditate posſidebunt terram.

D *cap. 23. Exo. 20.* Videamus sequentia.Audistis quia dictũ est antiquis,Non mœchaberis, Ego aũt dico vobis, quia omnis q̃ viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. *Mœchari corde, corpore.* Iustitia ergo minor est non mœchari corporum cõiunctione. Iustitia vero maior est regni Dei non mœchari in corde.Multo facilius custodit ne mœchetur in corpore, quisquis non mœchatur in corde. Illud ergo confirmauit qui hoc præcepit. *Mat. 5.* Non.n.venit legem soluere sed implere. Sanè considerandum est, q̃ non dixit, omnis qui concupiuerit mulierẽ: sed,qui viderit mulierem ad concupiscendũ eam,i.hoc fine & hoc animo attenderit vt eã concupiscat,quod iam non est titillari delectatione carnis, sed plenè consentire libidini,ita vt nõ refrenetur illicitus appetitus, sed si facultas data fuerit satietur. *Peccatũ tribus impletur.* Nam tria sunt quibus impletur peccatum, suggestione, delectatione, & cõsensione. *Suggestio.* Suggestio,siue per memoriam fit,siue per corporis sensus, cum aliq̃d videmus aut audimus, vel olfacimus, vel gustamus,vel tangimus. *Delectatio.* Quo si frui delectauerit,delectatio illicita refrenanda est. Velut cum ieiunamus & visis cibis palati appetitus assurgit,nõ fit nisi delectatione,sed huic si non consentimus, si eam dominantis rationis iure cohibemus. *Consensio.* Si aũt cõsensio facta fuerit,plenum peccatum erit. Notum autẽ Deo in corde nostro, etiam si facto nõ innotescat hominibus. Ita ergo sunt isti gradus, quasi à serpente suggestio fiat,i.lubrico & volubili, hoc est temporali corporum motu: quia & si qua talia phantasmata intus versantur in anima,de corpore forinsecus tracta sunt: & si quis occultus præter istos quinq; sensus mo-

E tusq; corporis animum tangit,est ẽt ipse temporalis & lubricus: & ideo quanto illabitur occultius vt cogitationẽ contingat, tanto cõuenientius serpenti comparatur. Tria ergo hæc vt dicere cœperam, similia sunt illi gestæ rei quæ in Genesi scripta est vt quasi a serpente fiat suggestio, & quædã suasio. In appetitu autem carnali, tanquã in Eua delectatio. In ratione vero tanquam viro cõsensio, quibus peractis,tanquã de paradiso, hoc est de beatissima luce iustitiæ in mortem homo expellitur, iustissime omnino. non.n.cogit qui suadet. Et oẽs naturæ in ordine suo gradibus suis pulchræ sunt,sed de superioribus in quib.rationalis animus ordinatus est,ad inferiora nõ est declinandum. Nec quisquã hoc facere cogitur,& ideo si fecerit,sine iusta de- F

fensione punitur. Non.n.hoc committit inuitus. Verumtñ delectatio ante consensionẽ vel nulla est, vel tã tenuis vt prope nulla sit, Cui consentire magnum pctm̃ est cum illicita est.cum aũt quisque consenserit, cõmittit pctm̃ in corde suo. Si autem ẽt in factũ processerit,vr̃ satiari,& extingui cupiditas. Sed postea suggestio repetitur,maior accenditur delectatio, quæ tñ adhuc multo minor est quam illa quæ assiduis factis in cõsuetudinẽ vertitur. Hãc.n.vincere difficillimum est: & tñ etiam ipsam consuetudinem si se quisque non deserat,& Christianam militiam non reformidet, illo duce atq; adiutore superabit: *al. pacem* ac si in pristinam potestatem atque ordinem & vir Christo & mulier viro subijcitur. *Peccati tres differentiæ.* Sicut ergo tribus gradib. ad pctm̃ peruenitur, suggestione,delectatione,consensione:ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde,in facto,in consuetudine, tãquam tres mortes. Vna quasi in domo,i.cum in corde consentitur libidini,altera iã prolata,quasi extra portam cum in factum procedit assensio, tertia cum vi consuetudinis malæ tanquam mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro iam putens. Quæ tria genera mortuorum dominum resuscitasse, quisquis Euangelium legit,agnoscit. Et fortasse considerat quas differentias habeat etiam ipsa vox resuscitantis, cũ alibi dicit, Puella surge, Et alibi, Iuuenis tibi dico surge,Alibi, Infremuit in spiritu & fleuit,& rursus fremuit, & post deinde voce magna exclamauit Lazare veni foras. *Matt. 9. Lucæ 7. Ioan. 11.* Quapropter nomine mœchantium qui hoc capitulo commemorantur, omnem carnalem & libidinosam cõcupiscentiam oportet intelligi. *Mœchantium noĩe quid intelligatur.* Cum.n.tam assidue idololatriam scriptura fornicationem dicat, Paulus aũt Apostolus auaritiã idololatriæ nomine appellet, *Ephes. 5.* G quis dubitet omnem malam concupiscentiã recte fornicationem vocari, qñ anima ne-

glecta

glecta superiore lege qua regitur, inferiorũ
naturarum turpi voluptate mercede prostitu
Rom.7. ta,corrumpitur? Et ideo quisquis carnalem
delectationem aduersus rectam voluntatem
suam rebellare sentit per consuetudinẽ pec-
catorum, cuius indomitæ violentia trahitur
in captiuitatem, recolat quantum potest qua
lem pacem peccando amiserit, & exclamet.
Infęlix ego homo,quis me liberabit de cor-
pore mortis huius? Gratia Dei per Iesum
H Christum dominum nostrũ.Ita enim cum se
infęlicem exclamat, lugendo implorat con-
Cap.24. solatoris auxilium. Nec paruus est ad beati-
tudinem accessus, cognitio infęlicitatis suæ,
& ideo, Beati etiam lugentes: quoniam ipsi
consolabuntur. Deinde sequitur & dicit, Si
autem oculus tuus dexter scãdalizat te, erue
eum & proijce abs te: Expedit enim tibi vt
pereat vnum membrorũ tuorũ quam totum
corpus tuũ eat in gehennã. Hic vero magna
opus est fortitudine ad membra pręcidenda.
Quicquid enim est quod significat oculus si
ne dubio tale est quod vehemẽter diligitur.
Solet enim & ab eis qui vehementer volunt
exprimere dilectionem suam ita dici, Dili-
go eum vt oculos meos, aut etiam plus-
quam oculos meos. Quod autem additum
est,dexter, fortasse ad augẽdam vim dilectio
nis valet. Quanquam enim ad videndum isti
oculi corporis communiter intendãtur,& si
ambo intẽdãtur æqualiter possint, amplius
tamen formidant homines dextrum amitte-
re, Vt iste sit sensus,quicquid illud est quod
ita diligis, vt pro dextero oculo hnbeas, si
I scandalizat te,idest si tibi impedimẽto est ad
veram beatitudinẽ,erue illud & proprie abs
te.Expedit enim tibi vt pereat vnum horum
quæ ita diligis tanquã membra tibi hæreant,
quã totũ corpus tuũ eat in gehẽnã.Sed quo-
niam sequitur de manu dextera, & similiter
dicitur,Si dextera manus tua scandalizat te,
abscinde eã & proijce abs te: expedit enim
tibi vt pereat vnũ membrorũ tuorũ, quã to-
Oculus, amicus dilectissimus. tum corpus tuũ eat in gehennam:cogit quæ
rere diligentius,quid dixerit oculum,in qua
quæstione nil mihi occurrit congruentius,
quam dilectissimum amicum. Nam hoc est
vtique quod membrum recte possumus ap-
pellare, quod vehementer diligimus, & hũc
consiliarum, quia oculus est tanquam demõ
strans iter & in rebus diuinis,quia dexter est,
vt sinister sit dilectus quidem cõsiliarius, sed
in rebus terrenis ad necessitatẽ corporis per
tinentibus,de quo scandalizante superfluum
erat dicere,quando quidem nec dextro par-
cendum sit.In rebus autem diuinis consilia-
rius scandalizans est,si in aliquã perniciosã *Manus*
hæresim nomine religionis atq; doctrinę co *dextera*
natur inducere.Ergo & dextera manus acci- *idest di-*
pitur dilectus adiutor & minister in diuinis *lectus ad-*
operibus,nam quemadmodum in oculo cõ *iutor.*
tẽplatio,sic in manu operatio recte intelligi
tur, vt sinistra manus intelligatur in operib. K
quæ huic vitę & corpori sunt necessaria. Di- *Cap.25.*
ctum est autem. Quicunq; dimiserit vxorem *Matt.5.*
suam det illi libellum repudij, Hæc iustitia
minor est Pharisæorum,cui non est contra-
rium quod dominus dicit, Ego autem dico
vobis, quicunq; dimiserit vxorem suam ex-
cepta fornicationis causa,facit eam męcha-
ri: & qui solutam à viro duxerit, męchatur.
Non enim qui præcepit vt vxor dimittatur, *Mat.19.*
sed qui dimiserit,inquit,det illi libellum re-
pudij: vt iracundiam temerariã proijcientis
vxorem libelli cogitatio temperaret. Qui er
go dimittendi moram quęsiuit, significa-
uit quantum potuit duris hominibus,se nol-
le dissidium.Et ideo ipse dominus alio loco
de hoc interrogatus ita respondit,Hoc Moy
ses propter duritiã cordis vestris fecit. Quã
tumuis enim durus esset qui vellet dimittere
vxorem, cum cogitaret libello repudij dato
iam sine periculo eam posse nubere alteri,
facile placaretur. Dominus ergo ad illud cõ
firmandũ vt non facile vxor dimittatur, solã
causam fornicationis excepit: cęteras vero
vniuersas molestias si quę forte extiterint, iu
bet pro fide coniugali, pro castitate fortiter
sustineri,& męchũ dicit etiã virum qui eam
duxerit quę soluta est à viro. Cuius rei Apo- *Rom.7.2*
stolus Paulus terminum ostendit,quia tã diu
obseruandum dicit quandiu vir eius viuit.
Illo autem mortuo, dat nubendi licentiam.
Hanc enim etiam ipse regulã tenuit,& in ea
non suum consilium sicut in nonnullis mo-
nitis,sed pręceptum domini iubentis osten-
dit, cũ ait, Eis aũt quę nuptæ sunt præcipio,
non ego,sed dominus mulierem à viro non *1.Cor.7.*
discedere. Quod si discesserit, manere in-
nuptam,aut viro suo reconciliari, & vxorẽ
non dimittat.Credo simili forma,vt si dimi-
serit non ducat aliam, aut reconcilietur vxo
ri.

ri. Fieri enim poteſt vt dimittat vxorem cauſa fornicationis, quã dñs exceptam eſſe voluit. Iam vero ſi nec illi nubere conceditur viuo viro à quo receſſerit, neq; huic alteram ducere viua vxore quam dimiſit: multo minus fas eſt illicita cũ quibuslibet ſtupra cõmittere.

De continentia cõiugatorũ

Beatiora ſanè cõiugia iudicãda ſunt quæ ſiue filijs procreandis, ſiue etiam iſta terrena prole contempta, cõtinentiam in ſe pari conſenſu ſeruare potuerint: quod neq; contra illud præceptum ſit, quo dominus dimitti coniugem vetat, Non enim dimittit qui cum ea non carnaliter, ſed ſpiritaliter viuit: & illud ſeruatur quod per Apoſtolum dicitur, Reliquum eſt, vt qui habent vxores, quaſi non habentes ſint. (*1.Cor.7.*) Illud magis ſolet ſolicitare animum paruulorũ, qui tñ ſecundum præcepta Chriſti iam viuere geſtiunt, quod alio loco ipſe dominus dicit, (*Luc.14.*) Quiſquis venit ad me, & nõ odit patrẽ ſuũ, & matrẽ, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, inſuper & animam ſuã, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus.

A

Vxor quõ odio habẽda.

Videri enim poteſt contrariũ minus intelligentibus, quod hic vetat dimitti vxorem, excepta cauſa fornicationis: alibi vero diſcipulũ ſuũ negat eſſe poſſe quenquã qui non oderit vxorem. Quod ſi propter concubitum diceret, non etiam patrem & matrem & fratres & ſorores in eadẽ conditione poneret. Sed quã verũ eſt, quod regnum cęlorũ vim patitur, & qui vim faciunt diripiunt illud. (*Mat.11.b*) Quanta enim vi opus eſt, vt homo diligat inimicos, & oderit patrẽ & matrẽ & vxorẽ & filios & fratres. Vtrunque enim iubet, qui ad regnũ cęlorũ vocat. Et quõ hęc non ſint contraria inter ſe, ipſo duce oſtendere facile eſt: ſed ea intellecta implere difficile eſt, quãquã & hoc ab eodẽ ipſo adiuuante facillimũ. Regnum enim æternũ quò diſcipulos ſuos, quos etiam fratres appellat, vocare dignatus eſt, non habet huiuſmodi neceſsitates temporales. (*Galat.3. Colo.2. Mat.22. & Luc.10.f.*) Non eſt Iudæus, neq; Gręcus, neq; maſculus, neq; fęmina, neq; ſeruus, neq; liber: ſed omnia & in omnib. Chriſtus. Et ipſe dominus dicit, In reſurrectione enim neq; nubent, neq; vxores ducent, ſed erunt ſicut angeli Dei in cęlis.

B

Oportet ergo vt quiſquis illius regni vitã iam hic meditari voluerit, oderit nõ ipſos homines, ſed iſtas neceſsitudines temporales quibus iſta quę tranſitura eſt vita fulcitur, quæ naſcendo, moriendoq; peragitur: quod qui non odit, necdum amat illam vitam, vbi nulla erit conditio naſcẽdi, atq; moriendi quæ copulat terrena coniugia. Itaq; ſi aliquem bene Chriſtianũ, qui tamen habet vxorem, quanuis cum ea adhuc filios generet, interrogem, vtrũ in illo regno habere velit vxorẽ: memor vtiq; promiſſorũ Dei & vitæ illius vbi corruptibile hoc incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem: (*1.Cori.15.g.*) iam magno vel certe aliquo amore ſuſpenſus cum execratione reſpondebit, ſe vehemẽter id nolle. Rurſus ſe interrogẽ, vtrum vxorem ſuam poſt reſurrectionẽ accepta angelica immutatione, quę ſanctis promittitur, ſecum ibi viuere velit: tam vehemẽter ſe id velle quam illud nolle reſpondebit. Sic inuenitur bonus Chriſtianus diligere in vna fęmina creaturam Dei, quam reformari & renouari deſiderat: odiſſe autẽ coniunctionem copulationemq; corruptibilem atque mortalem:

C

hoc eſt diligere in ea quod homo eſt, odiſſe quod vxor eſt. Ita etiam diligit inimicum, non inquantum inimicus eſt, ſed inquantum homo eſt: vt hoc ei velit prouenire quod ſibi, ideſt vt ad regnũ cęlorum correctus renouatusq; perueniat. Hoc & de patre & de matre & cęteris vinculis ſanguinis intelligendũ eſt: vt in eis oderimus quod genus humanum naſcẽdo ꝙ moriendo ſortitũ eſt, diligamus autem quod nobiſcum poteſt ad illa regna perduci: vbi nemo dicit pater meus, ſed omnes omnino vno Deo, pater noſter: (*1.retra. cap.19.*) nec mater mea, ſed omnes illi Hieruſalem, mater noſtra: nec frater meus, ſed omnes de omnibus, frater noſter. Coniugiũ vero cum illo ſimul nobis in vnum redactis, quaſi vnius coniugis erit, qui nos de proſtitutione huius ſeculi ſui ſanguinis effuſione liberauit. Neceſſe eſt ergo vt oderit ea quæ trãſeunt, diſcipulus Chriſti, in ijs quos ſecũ ad ea venire deſiderat quę ſemper permanebũt: & tanto magis hęc in eis oderit, quanto magis eos diligit. Poteſt igitur Chriſtianus cum coniuge concorditer viuere: ſiue indigentiam carnalem cum ea ſupplens, quod ſecundum veniam, non ſecundum imperiũ dicit Apoſtolus: (*1.Co.7.b*) ſiue filiorum propagationem, quod iam nonnullo gradu poteſt eſſe laudabile:

D

ſiue fraternam ſocietatem, ſine vlla corporum commixione, habens vxorem tanquam non habens, quod eſt in cõiu-

gio Christianorum excellentissimum atque
sublime, vt tñ oderit in ea omnes tempora-
les necessitates, & diligat spẽ sempiternę bea
titudinis. Odimus.n.sine dubio, ꝙ certe vt
aliqñ non sit optamus: sicut istam ipsam præ
sentis temporis vitam, quam tẽporalem si nõ
odissemus, non desideraremus futuram, quæ
D non est tempori obnoxia. Pro hac.n.vita po-
sita est anima, de qua ibi dictum est. Qui nõ
1. Cor. oderit insuper & animam suam, non potest
15.g. Lucæ 14. meus esse discipulus. Huic neq; vitę cibus est
necessarius iste corruptibilis, de quo ipse do
minus dicit, Non ne anima plus est quam es-
Mat. 2.c. ca, i. hæc vita cui necessaria est esca? Et ꝙ di-
cit, vt animã suã ponat pro ouibus suis: hanc
vtiq; vitam dicit, cum se pro nobis moritu-
Io. 12.b. rum esse pronunciat. Exoritur hic altera q̃-
Cap. 26. stio, Cum dñs causa fornicationis permittat
1. Re. 19. dimitti vxorem, quatenus hoc loco intelli-
C *Fornica-* genda sit fornicatio: vtrũ quousq; intelligũt
tio quõ in omnes, i. vt eam fornicationem credamus di
telligẽda. ctam quæ in stupris cõmittitur? An quemad-
modum scripturæ solent fornicationem vo-
care, sicut supra dictũ est, omnem illicitam
corruptionem, sicut est idololatria vel auari
tia, & ex eo iam omnis transgressio legis pro
pter illicitam concupiscentiam. Sed consu-
1. Cor. 7. lamus Apostolũ, ne quid temere dicamus,
Ijs qui sunt in coniugio, inquit, præcipio nõ
ego sed dñs, vxorem à viro non discedere:
ꝙ si discesserit, manere innuptã aut uiro suo
reconciliari. Potest.n. fieri vt discedat ea cau
sa qua dñs permisit. Aut si fœminæ licet vi-
rum dimittere ẽt præter causam fornicatio-
nis, & non licet uiro, quid respondebimus,
de hoc ꝙ dixit posterius, Et uir uxorẽ ne di-
mittat? Quare non addidit, excepta causa for
nicationis: ꝙ dñs permittit? Nisi quia similẽ
formam vult intelligi, ut si dimiserit, ꝙ cau-
sa fornicationis permittit, maneat sine vxo-
re, aut reconcilietur uxori. Non.n. male recõ
ciliaretur uir illi mulieri, quam cum lapida-
Ioan. 8. re nemo ausus esset, dicit ei dñs, Vade & ui-
de deinceps ne pecces: quia & qui dicit, non
licet dimittere uxorem nisi causa fornicatio
E nis, cogit retineri uxorem, si causa fornica-
tionis non fuerit, si autem fuerit, non cogit
1. Retra. dimittere, sed permittit, sicut dr̃, Non licet
c. 19. mulieri nubere alteri uiro, nisi uiro suo mor
tuo. Si ante uiri mortem nupserit, rea est, si
post uiri mortẽ nõ nupserit, nõ est rea: Non
enim iussa est nubere, sed permissa. Si.n.par
forma est in isto iure coniugij inter virum &
mulierem, usqueadeo ut non tantum de fœ-
mina idem Apostolus dixerit, Mulier nõ ha- *1. Cor. 7.*
bet potestatem sui corporis, sed uir, sed etiã
de illo non tacuerit dicẽs similiter & uir sui
corporis potestatem non habet, sed mulier,
Si ergo similis forma est, oportet intelligi nõ
licere mulieri uirũ dimittere, nisi causa for- *Cap. 27.*
nicationis, sicut & uiro. Considerandum est *1. Co. 7.*
itaq; quatenus fornicationem intelligere de-
beamus, & consulendus ut cęperamus Apo-
stolus, Sequitur.n.& dicit, Cęteris autẽ ego F
dico, non dñs. Hic primo uidendum est qui
bus cęteris, Dicebat.n.superius ex dñi per-
sona ijs qui sunt in coniugio, nunc uero ex
sua persona cęteris dicit. Ergo fortasse ijs q
non sunt in coniugio. Sed non hoc sequitur.
Ita.n.subiungit, Si quis frater habet uxorem
infidelem, & hæc cõsentit habitare cum illo,
non dimittat illam. Ergo etiam non ijs dicit,
qui sunt in coniugio. Quid sibi ergo vult ꝙ
ait, cęteris, nisi quia superius eis loquebatur,
qui sic copulati erant, ut pariter in fide Chri
sti essent: cęteris uero nũc dicit, idest eis qui
sic copulati sunt, ut non ambo fideles sint?
Sed quid eis dicit? Si quis frater habet uxorẽ
infidelem, & hæc consentit habitare cum il-
lo, non dimittat illam: Et si qua mulier habet
uirum infidelem, & hic cõsentit habitare cũ
illa, non dimittat uirum. Si ergo non præci-
pit ex domini persona, sed ex sua ꝑsona mo-
net, ita est hoc bonum, ut si quis aliter fece-
rit, non sit pręcepti transgressor, sicut de uir-
ginibus paulopost dicit, præceptum domini
se non habere, cõsilium autem dare, atq; ita
laudat uirginitatem, ut arripiat eam qui uo-
luerit, non tñ ut si non fecerit, contra præce-
ptum fecisse iudicetur. Aliud.n.est ꝙ iube- *Aliud est*
tur, aliud ꝙ monetur, aliud ꝙ ignoscitur. Iu *præceptũ*
betur mulier à uiro non discedere, ꝙ si di- *aliud cõsi*
scesserit, manere innuptã, aut uiro reconci- *liũ aliud*
liari: Aliter ergo non licet facere. Monetur *venia.*
aũt uir fidelis, si habet uxorem infidelẽ con-
sentientem secũ habitare, non eam dimitte-
re. Licet ergo & dimittere, quia non est præ-
ceptum dñi ne dimittat, sed consilium Apo-
stoli: Sicut monetur uirgo non nubere, sed si G
nupserit consilium quidem non tenebit, sed
contra præceptũ non faciet. Ignoscitur cum
dr̃, Hoc autem dico secundum ueniam, non

secundum

secundum imperium. Quapropter si licet vt
dimittatur cõiunx infidelis, quamuis melius
sit non dimittere, & tñ non licet secundum
præceptum dñi vt dimittatur coniunx, nisi
causa fornicationis, fornicatio est etiam ipsa
infidelitas. Quid.n.tu dicis Apostole? Certe
vt vir fidelis consentientem secum habitare
mulierem infidelem non dimittat. Ita inquit,
Cum ergo hoc, & dñs præcipiat, ne dimittat
vir vxorem, nisi causa fornicationis, quare
hic dicis? Ego dico, nõ dñs? Quia scilicet ido
lolatria quam sequuntur infideles, & quæli-
bet noxia superstitio fornicatio est. Dominus
autem permisit causa fornicationis vxorem
dimitti: sed quia permisit non iussit, dedit lo
1. Cor. 7. cum Apostolo monendi, vt qui voluerit nõ
H dimittat vxorem infidelem, quo sic fortasse
possit fieri fidelis. Sanctificatus est enim, in-
quit, vir infidelis in vxore fideli: & sanctifica
ta est mulier infidelis in fratre fideli. Credo
iam prouenerat vt nonnullæ fœminæ per vi
ros fideles, & viri per vxores fideles in fidem
venirent: & quãuis non dicens nomina, exẽ-
plis tamen exhortatus est ad confirmandum
1. Cor. 7. consilium suum. Deinde sequitur, Alioquin
filij vestri immundi essent, nũc autem sancti
sunt. Iam enim erant paruuli Christiani, qui
siue authore vno ex parentibus, siue vtroque
consentiente sanctificati erant. Quod non fie
ret si vno credente dissociaretur cõiugium,
& non toleraretur infidelitas coniugij vsque
ad opportunitatem credendi. Hoc est ergo
cõsilium eius cui credo dictum esse, Si quid
Luc. 10. supererogaueris, rediens reddam tibi. Porro
Cap. 28. si infidelitas fornicatio est, & idololatria in-
fidelitas, & auaritia idololatria, non est dubi-
tandum & auaritiam fornicationẽ esse. Quis
ergo iam quamlibet illicitam concupiscen-
tiam potest recte à fornicationis genere sepa
rare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelli-
gitur, quod propter illicitas cõcupiscentias,
non tantum quæ in stupris cum alienis viris
aut fœminis cõmittuntur, sed omnino quas-
libet quæ animam corpore male vtentem à
lege Dei aberrare faciunt & perniciose tur-
piterque corrumpunt, possit sine crimine &
I vir vxorem dimittere, & vxor virum, quia ex
ceptam facit dominus causam fornicatio-
nis. Quam fornicationem sicut supra com-
memoratum est, generalem & vniuersalem
intelligere cogimur. Cum autem ait, Exce-
pta causa fornicationis: non dixit cuius ip-
sorum viri, an fœminæ. Non.n.tantum for- 2. Reg. 19
nicatorem vxorem dimittere cõceditur, sed
quisquis eam quoq; vxorem dimittat à qua
ipse cogitur fornicari causa fornicationis vti
que dimittit, Velut si aliquem cogat vxor sa-
crificare idolis. Qui talem dimittit causa for
nicationis dimittit, non tantum illius, sed &
suæ: illius, quia fornicatur: suæ, ne fornice-
tur. Nihil autem iniquius quam fornicatio- Rom. 2.
nis causa dimittere vxorem, si & ipse conuin
citur fornicari. Occurrit enim illud, In quo K
enim alterum iudicas, temetipsum condem-
nas, eadem enim agis quæ iudicas. Quapro-
pter quisquis fornicationis causa vult abij-
cere vxorem, prior debet esse à fornicatio-
ne purgatus: quod similiter etiam de fœmi-
na dixerim. Quod autem dicit, Quisquis so-
lutam à viro duxerit, mœchatur, quæri po-
test vtrum quomodo mẹchatur ille qui du-
cit, sic & illa quam ducit. Iubetur enim & il-
la manere innupta, aut viro reconciliari. Sed
si discesserit, inquit, a viro, maneat innupta.
Multum autem interest, vtrum dimittat, an
dimittatur. Si enim ipsa virum dimiserit, &
alteri nupserit, videtur cupiditate mutandi
coniugij virum priorem reliquisse, quæ sine
dubio adulterina cogitatio est. Si autem di-
mittatur a viro cum quo esse cupiebat, mœ-
chatur quidem qui eam duxerit secundum
domini sententiam, sed vtrum & ipsa tali cri
mine teneatur, incertum est. Quamuis mul-
to minus inueniri possit, quomodo cum vir
& mulier pari cõsensu sibi misceantur, vnus
eorum mœchus sit, & nõ alter. Huc accedit,
quia si mœchatur ille ducendo eam quæ so-
luta est a uiro, quanquam non dimiserit, sed
dimissa sit, ipsa eum facit mœchari, quod ni-
hilominus dominus vetat. Ex quo colligitur L
siue dimissa fuerit, siue dimiserit, oportere
illam manere innuptam, aut viro reconcilia-
ri. Rursum quæritur, vtrum si vxoris per- Cap. 29.
missu, siue sterilis, siue quæ concubitum pa-
ti non vult, adhibuerit sibi alteram vir, non
alienam, neque a uiro seiunctam, possit esse
sine crimine fornicationis. Et in historia qui
dem veteris testamenti inuenitur exemplum:
sed nunc præcepta maiora sunt, in quæ per il
lũ gradum generatio humana peruenit. Tra-
ctanda illa sunt ad distiguendas ætates dispẽ-
sationis diuinę prouidentiæ quæ humano ge
neri

neri ordinatiſsime ſubuenit, non autē ad vi-
uēdi regulas vſurpandas. Sed tamē vtrum ꝙ
1.Cor.7. ait Apoſtolus, Mulier non habet poteſtatem
ſui corporis, ſed vir: ſimiliter & vir non ha
bet poteſtatem ſui corporis ſed mulier, poſ-
ſit in tantū valere, vt permittente vxore quæ
maritalis corporis poteſtatem habet, poſsit
vir cum altera, quæ nec aliena vxor ſit, nec à
viro diſiuncta, concūbere: ſed non ita eſt exi
ſtimandum, ne hoc etiam fœmina, viro per-
mittente facere poſſe videatur, quod omniū
ſenſus excludit. Quanquam nonullę cauſæ
poſsint exiſtere, vbi & vxor mariti conſen-
ſu, pro ipſo marito hoc facere debere videa
tur, Sicut Antiochię factū eſſe perhibetur an
te quinquaginta fermè annos Conſtantij tē-
poribus. Nam Accindinus tunc præfectus,
qui etiā conſul fuit, cum quendā librę auri
debitorē fiſci exigeret, neſcio vnde commo
tus: ꝙ plerunq; in iſtis poteſtatibus pernicio
I ſum eſt, quib. quodlibet, licet aut potius pu-
tatur licere, cōminatus eſt iurans vehemen-
ter affirmans quod ſi certo die quem conſti
tuerat memoratum aurum non exolueret,
occideretur. Itaq; cū ille teneretur immani
cuſtodia, nec ſe poſſet debito illo expedire,
dies metuendus imminere & propinquare
cępit. Et forte habebat vxorē pulcherrimā,
ſed nullius pecunię qua ſubuenire poſſet vi-
ro. Cuius mulieris pulchritudine cū quidam
diues eſſet accenſus, & cognouiſſet maritum
eius in illo diſcrimine conſtitutum, miſit ad
eam pollicēs pro vna nocte ſi ei miſceri vel
let ſe auri libram daturum, Tum illa quę ſe
ſciret non habere ſui corporis poteſtatem,
ſed virum ſuum, pertulit ad eum dicens para
tam ſe eſſe pro marito id facere, ſi tamen ip-
ſe coniugalis corporis dominus, cui tota il-
la caſtitas deberetur, tanquam de re ſua pro
vita ſua vellet id fieri. Egit ille gratias, & vt
id fieret imperauit, nullo modo iudicans
adulterinum, eſſe concubitum, ꝙ & libido
nulla, & magna mariti charitas ſe iubente,
& volente flagitaret. Venit mulier ad villam
illius diuitis, fecit quod voluit impudicus:
H ſed illa corpus non niſi marito dedit, non cō
cumbere, vt ſolet, ſed viuere cupienti: acce-
pit aurum. Sed ille qui dedit fraude ſubtraxit
quod dederat, & ſuppoſuit ſimile ligamen-
tum cum terra. Quod vbi mulier iam domi
ſuę poſita inuenit, proſiliuit in publicum ea
dem mariti charitate clamatura quod fece-
rat, qua facere coacta eſt: interpellat præfe-
ctum, fatetur omnia, quam fraudem paſſa
eſſet oſtendit. Tum vero præfectus primo ſe
reum, quod ſuis minis ad id ventum eſſet,
pronunciat, tanquam in alium ſententiam
diceret, de Accindini bonis auri libram fi-
ſco inferendam, illam vero mulierem in do
minam in eam terram, vnde pro auro terrā
accepiſſet inducī. Nihil in alteram partem
diſputo, liceat cuique ęſtimare quod velit,
Non enim diuinis authoritatibus deprom-
pta hiſtoria eſt, ſed tamen narrato hoc fa-
cto non ita reſpuit hoc ſenſus humanus, qđ
in illa muliere viro iubente commiſſum eſt,
quemadmodum antea cum vllo ſine exem-
plo res ipſa poneretur, horruimus. Sed in
hoc Euangelij capitulo nihil fortius conſi-
derandum eſt, quam tantum malum eſſe for K
nicationis, vt cum tanto vinculo ſi coniugia
conſtringantur, hęc vna cauſa ſolutionis ex
cepta ſit. Quæ ſit autem fornicatio, iam tra-
ctatum eſt. Iterum, inquit, audiſtis, quia
dictum eſt antiquis, Non peiurabis, reddes *Cap. 20.*
autem domino iuramentum tuum: Ego au- *Matt. 5.*
tem dico vobis non iurare omnino, neque *Leui. 19.*
der cęlum quia thronus Dei eſt: neque per
terram, quia ſcabellum eſt pedum eius. Neq;
per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt magni
regis: neque per caput tuum iuraueris, quia
non potes facere capillum vnum album aut
nigrum. Sit autem ſermo veſter: eſt, eſt:
non, non: quod autem amplius eſt, à ma-
lo eſt. Iuſtitia Phariſæorum eſt non periu-
rare. Hanc confirmat qui vetat iurare quod
pertinet ad iuſtitiam regni cęlorum. Sicut
enim falſum loqui non poteſt qui non lo-
quitur, ſic periurare non poteſt qui non iu-
rat. Sed tamen quoniam iurat qui adhibet te
ſtem Deum, diligenter conſiderandum eſt
hoc capitulum, ne contra præceptum do-
mini Apoſtolus feciſſe videatur, qui ſæpe *Galat. 1.*
hoc modo iurauit cum dicit. Quę autē ſcri *1.Co.11.*
bo vobis, ecce coram Deo, quia non men-
tior: Et iterum, Deus pater domini noſtri Ie-
ſu Chriſti qui eſt benedictus in ſecula, ſcit
quia non mentior. Tale eſt etiā illud, Teſtis *Rom. 1.*
enim mihi eſt Deus cui ſeruio in ſpū meo in
Euangelio filij eius, quomodo ſine intermiſ
ſione memoriam veſtri facio ſemꝑ in ora-
tionibus meis. Niſi forte qs dicat tūc cauen-

dam

dam esse iurationē cum per aliquid dicitur
quod iuratur: vt non iurauerit, quia nō dixit
per Deū: sed dixit testis est mihi De⁹. Ridicu
lū est hoc putare. Tñ propter contentiosos
aut multū tardos, ne aliquid interesse quis
1.Co.15. putet sciat etiā hoc mō iurasse Apostolū di
centem, Quotidie morior, per vestrā gloriā.
Quod ne quis existimet ita dictū tanquam si
diceret vestra gloria, me facit quotidie mo-
ri, sicut dicitur, per illius magisteriū doctus
D factus est. i. illius magisterio factū est vt perfe
cte doceretur: Græca exemplaria diiudicant
in quib. scriptū est νὴ τὴν καύχησιν ἡμετέραν,
quod non nisi à iurante dicitur, ita ergo in-
telligitur prçcepisse dominū ne iuretur, ne
quisquā sicut bonū appetat iusiurandum, &
assiduitate iurandi ad periurium per cōsue-
tudinem delebatur. Quapropter qui intelli-
git, non in bonis, sed in necessarijs iurationē
habendam, refrenet se quātum potest vt non
ea vtatur, nisi necessitate: cū videt pigros es-
se homines ad credendum, quod eis vtile est
Matt. 5. credere, nisi iuratione firmētur. Ad hoc itaq;
pertinet quod sic dicitur, Sic aūt sermo ve-
ster: est, est: non, non. Hoc bonū est, & appe-
tendū, quod aūt amplius est, à malo est: idest
si iurare cogeris scias de necessitate venire
infirmitatis eorū quibus aliqd suades. Quç
infirmitas vtiq; malum est, vnde nos quoti
die liberari deprecamur cum dicimus, Libe
Matt. 6. ra nos à malo. Itaq; autem non dixit: ꝙ autē
amplius est, malum est, Tu autē nō malū fa-
cis qui bene vteris iuratione, quç etsi nō bo-
na, tamen necessaria est vt alteri persuadeas
quod vtiliter persuades, sed à malo est illius
cuius infirmitate iurare cogeris. Sed nemo
E nouit nisi qui expertus est, quam sit difficile
consuetudinē iurandi extinguere, & nunquā
temere facere quod nonnunquā facere ne-
Cap. 31. cessitas cogit. Quçri autem potest, cum dice
retur Ego autem dico vobis, nō iurare omni
no cur additum sit, neque per cçlum, quia
thronus Dei est: & cçtera vsque ad id quod
dictum est, neq; per caput tuum. Credo pro
pterea, quia non putabant Iudæi teneri iure-
iurando, si per ista iurassent: & quoniam au-
dierāt, Reddes autem domino iusiurandum
tuum, non se putabant domino debere iusiu
randum, si per cçlū, aut terram, aut per Hie-
rosolymam, aut per caput suum iurarent:
quod non vitio præcipientis sed illis male
intelligentibus, factum est. Itaq; dominus do
cet nihil esse tam vile in creaturis Dei, vt per
hoc quisq; periurandum arbitretur: quando Iurare p
a summis vsque ad infima diuina prouidētia cælū, per
creata regerentur, incipiens à throno Dei, terram,
vsq; ad capillum album aut nigrum. Neque &c.
per cçlum, inquit, quia thronus Dei est: ne-
que per terram, quia scabellum pedum eius
est: idest cum iuras per cçlum aut terram, nō
te arbitretis non debere domino iusiurandū
tuum, quia per eum iurare cōuinceris cuius F
cçlum thronus est, & cuius scabellum terra
est, neq; per Hierosolymam, quia ciuitas est
magni regis, melius q̄ si diceret, mea, cū ta-
men hoc dixisse intelligatur. Et quia ipse v-
tiq; dominus est, domino iusiurandum de-
bet qui per Hierosolymam iurat. Neq; per
caput tuum iuraueris. Quid enim poterat
quisq; magis ad se pertinere arbitrari quam
caput suum? Sed quomodo nostrum est, vbi
potestatem faciendi vnius capilli albi aut ni-
gri non habemus? Ergo Deo debet iusiuran-
dum ineffabiliter tenenti omnia & vbiq; prç
senti, quisquis etiam per caput suum iurare
voluerit: & hinc etiam cçtera intelliguntur,
quæ omnia vtiq; dici non poterant, sicut il-
lud quod commemorauimus dictū ab Apo-
stolo, Quotidie morior, per vestram gloriā.
Quam iurationem vt domino se debere o- Gen. 3.
stenderet, addidit, quam habeo in Christo
Iesu. Veruntamen propter carnales dico, nō
oportet opinari quod dictum est, cçlū thro-
nus Dei est, & terra scabellum pedum eius,
quod sic habebat Deus collocata membra
in cçlo & in terra, vt nos cū sedemus, sed il
la sedes Dei, iudicium Dei significat. Et quo-
niam in hoc vniuerso mundi corpore maxi-
mam speciem cçlum habet, & terra mini-
mam, tanquam prçsentior sit excellenti pul
chritudini vis diuina, minimam vero ordi-
net in extremis atq; infimis, sedere in cçlo
dicitur terramq; calcare. Spiritaliter autem G
sanctas animas cçli nomine significat, & ter-
ræ peccatrices, & quoniam spiritalis omnia
iudicat, ipse autem à nemine iudicatur, con-
uenienter dicitur sedes Dei, Peccator vero
cui dictū est, Terra es & in terram ibis: quia
per iustitiam meritis digna tribuentem, in Cap. 32.
infimis ordinatur, & qui in lege manere
noluit, sub lege punitur, congruenter ac-
cipitur scabellum pedum Dei. Sed iam vt
istam

istam quoque concludamus summam, quid laboriosius aut operosi⁹ dici, aut cogitari potest, vbi oés neruos industriæ suæ aĩus fidelis exerceat, q̃ in vitiosa cõsuetudine superanda præcidat membra impedientia regnum cęlorum, nec dolore frangaẽ, toleret in cõiugali fide oĩa quę quamuis sint molestissima, crimẽ tñ illicitæ corruptionis. i. fornicationis nõ habent? Veluti si vxorem quisq; habeat, vel sterilẽ, vel deformẽ corpore, siue debilẽ mẽbris, vel cæcam, vel surdam, vel claudã, vel si q̃d aliud siue morbis & dolorib. lãguoribusq; confecta, & q̃cquid excepta fornicatione cogitari põt vehemẽter horribile, pro fide & societate substineat, neq; talem abiiciat, sed ẽt si non habeat nõ ducat eam, quæ
H soluta est à viro pulchram, sanam, diuitẽ, fœcundam. Quæ si facere non licet, multo minus sibi licere arbitreẽ ad vllum alium illicitum concubitũ accedere, fornicationemque sic fugiat vt ab oĩ turpitudine se penitus extrahat. Verũ loquaẽ neq; iurationib. crebris, sed morum probitate commendet. Rebellãtes aduersum se oĩum malarum cõsuetudinũ innumerabiles turbas, de q̃b. vt oés intelligerenẽ, paucæ commemoratę sunt, confugiens ad arcẽ Christianæ militiæ, tanquã de loco superiore prosternat. Sed quis tantos labores inire audeat, nisi qui sic flagrat amore iustitiæ, tanq̃ fame & siti vehementissime accensus, & nullam sibi vitam donec ea satieẽ existimans, vim faciat cœlorum? Non.n. aliter poterit esse fortis ad toleranda oĩa, quæ in præcidẽdis cõsuetudinib. laboriosa & ardua & oĩno difficilia seculi huius amatores putãt. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt iustitiã, q̃m ipsi saturabunẽ. Veruntñ in his laborib. cum quisq; difficultatem patiẽ, & per dura & aspera gradum faciens circunuallatus variis tentationib. & hinc atq; illinc insurgere præteritæ vitæ molestias intuens, timet ne aggressa implere non possit, arripiat cõsilium vt auxilium mereatur. Quod est aũt aliud cõsilium, nisi vt infirmitatem aliorum ferat, & eis quantum potest opituletur, qui suæ diuinitus desiderat subueniri? Consequenter itaque præcepta misericordię videamus. Mitis autem & misericors vnum vidẽtur, Sed hoc interest, q̃ mitis, de quo superius tractatum, est qui pietate non contradicit diuinis sentẽtiis, quæ in sua peccata proferũtur, neq; illis

Mat. 5.

I

Mitis & miseri-cors differunt.

Dei sermonib. quos nondũ intelligit, sed nullum beneficium præstat ei cui non cõtradicit nec resistit. Misericors aũt ita nõ resistit, vt p̃p eis correptionẽ id faciat, quem redderet resistẽdo peiorem. Sequiẽ ergo dñs & dicit, Audistis q̃a dictũ est, Oculorũ pro oculo, dentem pro dente, Ego aũt dico vobis nõ resistere aduersus malum. Sed siquis te p̃cusserit ĩ dexterã maxillã, præbe illi & alterã. Et qui voluerit tecum iudicio cõtendere & tunicam tuã tollere, dimitte illi & pallium, & q̃ te angariauerit mille pass⁹ vade cũ illo alia duo. Oĩ petenti te da, & qui voluerit à te mutuari, ne aduersus fuerit. Pharisæorum iustitia minor est, non excedere vindictæ modũ ne plus rependat quisq; quam accepit. Et magnus hic gradus est, Nemo.n. facile inueniẽ qui pugno accepto pugnũ reddere velit & vno conuitiante verbo audito, vnũ & quod tantundem valeat referre contentus sit, sed siue ira perturbatus immoderatius vindicat, siue quia iustum putat, eum qui lęserit prior grauius lędi, q̃ læsus est qui non læserat. Talẽ aĩum magna ex parte refrenauit lex in qua scriptũ est, Oculum pro oculo, & dentẽ pro dente. Quib. nominib. significatur modus, vt iniuriam vindicta non transeat, & hæc pacis inchoatio. Perfecta aũt pax est, talem penitus nolle vindictã. Inter illud ergo primum q̃d̃ præter legem est, vt maius malum pro minore malo reddaẽ, & hoc quod dñs perficiẽdis discipulis dicit, ne pro malo ullum malum reddaẽ, medium quendam locum tenet, vt tñ reddaẽ quantum acceptum est, per quod a summa discordia pro temporum distributione transitus factus est. Quisquis ergo malum infert prior, studio lædendi & nocẽdi, vide quantum distat ab eo qui nec læsus rependit. Quisq; ergo nulli prior mala fecit, sed tñ læsus repẽdit grauius, vel volũtate vel facto, recessit aliquantum à summa iniquitate & processit ad summam iustitiam, & tñ nõdum tenet quod lex quæ per Moysen data est imperauit. Qui ergo tñ reddit quantum accepit iam donat aliquid, non.n. tantam pœnam mereẽ nocens quantam ille qui ab eo læsus innocens passus est. Hanc ergo inchoatam nõ seueram, sed misericordem iustitiam ille perfecit qui legem venit implere, nõ soluere. Deos ergo adhuc gradus qui intersunt intelligendos reliquit, q̃b. & de ipso summo

Cap. 33. Mat. 5. Exo. 21.

K

Perfecta pax.

L

Mat. 5. Cap. 34.

misericordiæ culmine dicere maluit. Nã est adhuc quod faciat, qui non implet istam magnitudinem præcepti quæ pertinet ad regnũ cœlorũ, vt non reddat tm̃, sed minus, vt vel
M pro duob. pugnis vnum, aut pro euulso oculo aurẽ præcidat. Hinc ascendens qui oĩno nihil rependerit, propinquat præcepto dñi, nec tñ adhuc ibi est. Parum enim adhuc vr̃ dño si ꝓ malo quod acceperis nihil reddas mali, nisi ẽt & amplius sis paratus accipere. Quapp̃ non ait, ego aũt dico uobis, non reddere malum pro malo, quanq̃ hoc ẽt magnũ præceptũ sit, sed ait, nõ resistere aduersus malum, vt non solum non rependas quod tibi fuerit irrogatum, sed ẽt non resistas quo minus aliud irrogetͬ. Hoc est.n. quod etiam cõsequenter exponit. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, non.n.ait, si quis te percusserit, noli tu percutere, sed para te adhuc percutienti. Quod ad misericordiam pertinere, hi maxime sentiunt, qui eis quos multũ diligunt tanq̃ filiis vel q̃buslibet dilectissimis suis ægrotantib. seruiunt vel paruulis vel phreneticis a q̃b. multa sæpe patiunͭ, & si eorum salus id exigat, præbent se ẽt vt plura patianͭ, donec vel ætatis vel morbi infirmitas trãseat. Quos ergo dñs medicus aĩarum, curandis proximis instruebat, quid eos aliud docere posset, nisi vt eorum, quorum saluti consulere vellent, imbecillitates æquo animo tolerarent? Omnis nanque improbitas ex imbecillitate animi venit, quia nihil innocẽtius est eo qui
Cap. 34. in virtute perfectus est. Quæri autem potest, quid sibi velit dextera maxilla, Sic. n. in exẽplarib. Græcis, q̃b. maior fides adhibẽda est,
Facies. 1. Cor. 11. d inuenitur. Nam multa Latina, maxillam tm̃ habent, non etiam dexteram, Facies est autẽ qua quisque cognoscitur. Et legimus Apud Apostolum, Toleratis.n. si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit,
A si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit.
In faciem cædi, qd sit. Deinde continuo subiungit, secundum ignobilitatem dico, vt exponat quid sit in faciem cædi, hoc est contemni atque despici. Quod quidem non ideo dicit Apostolus vt illos non sustinerent, sed vt se magis, qui eos sic diligeret vt seipsum pro eis vellet impendi. Sed quoniam facies non potest dici dextera & sinistra, & tamen nobilitas & secundum Deum & secũdum hoc seculum potest esse, ita tribuitur tanquam in dexteram maxillam & sinistram, vt in quocunq; discipulo Christi contemptum fuerit quod Christianũ est, multo magis in se cõtemni paratus sit: si quos huius seculi honores habet. Sicut idem Apostolus, cum in eo persequerenͭ hoĩes nomẽ Christianum, si taceret de dignitate quam habebat in seculo, non * præbuerat alteram maxillam cędentib. dexteram, Non.n. dicendo, Ciuis Romanus sum, non erat paratus hoc in se contemni quod pro minimo habebat, ab eis, qui in illo nomen tam preciosum & salubre contempserant. Nunquid.n. ideo minus postea vincula tolerauit, quæ ciuib. Romanis non licebat imponi, aut quenquã de hac iniuria voluit accusare? Et si qui ei propter ciuitatis Romanę nomem pepercerunt, nec tamen ille ideo non præbuit quod ferirent, cum eos de tanta peruersitate corrigere cupierit patientia sua, quos videbat in se sinistras partes magis quam dexteras honorare. Illud est enim tantum attendendum quo animo fecerit omnia, quam beneuole & clementer in eos à quib. ista patiebatur. Nam & pontificis iussu palma percussus, & quod cõtumeliose visus est dicere cum ait. Percutiet te dominus paries dealbate. minus intelligentib. conuitium sonat, intelligentib. vero prophetia est. Paries quippe dealbatus, hypocrisis est. i. simulatio sacerdotalem præferens dignitatem, & sub hoc nomine tanquam candido tegmine interiorem quasi luteam turpitudinem occultans. Nam quod humilitatis fuit, mirabiliter custodiuit cum ei diceretur, Principi sacerdotum maledicis. Et respõdit, Nesciui fratres quia princeps est sacerdotũ. Scriptum est enim, Principi populi tui ne maledicas. Vbi ostendit quanta tranqullitate illud dixisset, quod iratus dixisse videbatur, ꝙ tam cito, tam mansuete respondit, quod ab indignantibus & perturbatis fieri non potest. Et in eo ipso intelligentibus verũ dixit, Nesciui quia princeps est sacerdotum, tanquam si diceret, Ego alium sciui principem sacerdotum, pro cuius nomine ista sustineo, cui maledicere fas non est, cui vos maledicitis, cum in me nihil aliud quam eius oditis nomen. Sic ergo oportet non simulate ista iactare, sed in ipso corde esse ad omnia præparatum, vt possit canere illud Propheticum, paratum cor meum Deus, paratum

Right margin notes: a.l. præbret. — B Acto. 22 — Acto. 23 — Paries dealbat. — Exo. 22 — C — Psal. 56. Cap. 36.

Maxillã alteram præbere. Ioan. 18.

tum cor meum. Multi enim alteram maxillã prębere nouerunt, diligere vero illum à quo feruntur, ignorant. At vero ipse dñs, qui vtique pręcepta quę docuit primus impleuit, percutienti se in maxillam ministro sacerdotis non prębuit alteram, sed insuper dixit. Si male locutꝰ sum exprobra de malo. si bene, cur me cędis? Non tñ ideo paratus corde nõ fuit, non solum in alterã maxillã cędi pro salute oĩum, sed ẽt toto corpore crucifigi. Ergo & illud quod sequit̃, Et qui voluerit tecũ iudicio cõtendere, & tunicam tuam tollere, remitte illi & vestimentũ, ad præparationẽ cordis, non ad ostensionem operis pręceptũ

D recte intelligit̃. Sed de tunica & vestimento quod dictum est, non in eis solis, sed in oĩb. faciendum est, quę aliquo iure temporaliter nostra esse dicimus. Si. n. de necessariis hoc imperatnm est, quanto magis superflua contemnere conuenit? Veruntñ ea quę nostra dixi, eo gñe includẽda sunt, quo dñs ipse pręscripsit dicens, Si quis vult iudicio tecũ contendere, & tunicam tuam tollere. Oĩa ergo intelligunt̃, de qb. iudicio nobiscum cõtendi potest, ita vt à nostro iure in ius illius transeant, qui contendit vel pro quo contendit, sicuti est vestis, domus, fundus, iumẽtum, & generaliter oĩs pecunia. Quod vtrum etiã de seruis accipiẽdum sit, magna qõ est. Non. n. Christianum oportet sic possidere seruum, qũo equum aut argentum, quanquam fieri possit, vt maiore precio valeat equus quam seruus, & multo magis aliquod aureum vel argenteum. Sed ille seruus si rectius & honestius, & ad Deum colendũ accommodatius abs te dño educatur aut regitur, quam ab illo potest qui eum cupit auferre nescio vtrũ

Seruus inter Christianos qũo possidedꝰ.

E quisquam dicere audeat, vt vestimentum eũ debere contemni. Hominem nanque homo tanquam semetipsum diligere debet, cui ab omnium domino, sicut ea quæ sequunt̃ ostẽdũt, etiam vt inimicos diligat imperat̃. Sane aĩaduertendum est, omnem tunicam vestimentum esse, non omne vestimentum tunicam esse. Vestimenti ergo nomen plura significat quam nomen tunicę. Et ideo sic dictum esse arbitror, Et qui voluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, remitte illi vestimentum, tanquam si diceret, qui voluerit tunicam tuam tollere, remitte illi, & si quid aliud indumenti habes. Ideo nonnulli pallium interpretati sunt, quod Gręce positum est ἱμάτιον. Et qui te angariauerit, inquit, mille passus, vade cum illo alia duo. Et hoc vtique non tam vt pedib. agas, quam vt animo sis paratus. Nam in ipsa Christiana historia in qua est authoritas, nihil tale inuenies factũ a sanctis, vel ab ipso dño in homine, quem suscipere dignatus est, vt viuendi nobis pręberet exemplum cum tñ oĩb. ferè locis eos ĩuenias paratos fuisse ęquo animo tolerare quicquid eis improbe fuisset ingestum. Sed verbi gratia dictum putamus, vade cum eo alia duo, an tria cõpleri voluit, quo numero significatur perfectio, vt meminerit quisq; cum hoc facit perfectam se implere iustitiam, misericorditer perferendo infir- F

Tunica ue stimenta.

mitates eorum quos vult sanos fieri. Potest videri propterea etiam tribus exemplis hęc pręcepta insinuasse, Quorum primum est, si quis te percusserit in dexteram maxillam: Secundum, si quis tunicam tuam tollere voluerit: Tertium, si quis mille passus angariauerit, in quo tertio exemplo simplo duplum additur, vt triplum compleatur. Qui numerus hoc loco si non vt dictum est significat perfectionẽ, illud accipiatur, ꝙ in pręcipiendo tanquam tolerabilius incipiens paulatim creuerit, donec perueniret vsque ad duplum aliud perferrendum. Nam primo pręberi voluit alteram maxillam cum fuerit dextera percussa, vt minus perferre paratus sis quã pertulisti. Quicquid enim dextera significat, & charius est vtrique quam id quod sinistra significat, & qui in re chariore aliquid pertulit, si & in viliore perferat minus est. Deinde illi qui tunicam vult tollere, iu- G bet & vestimentum dimitti, quod aut tantundem est, aut non multo amplius, non tamẽ duplum. Tertio de mille passib. quib. addẽda dicit duo millia, vsq; ad duplum aliud perferas iubet, Ita significans siue aliquanto minus quam iam fuit, siue tantundem, siue amplius quisque improbus in te esse voluerit, ęquo animo tolerandum esse. In his sanè generibus trium exemplorum nullum genus iniurię prętermissum esse video. Nanque omnia in quibus improbitatem aliquam patimur, in duo genera diuidũtur: quorum alterum est quod restitui non potest, alterum quod potest. Sed in illo quod restitui non potest, vindictę solatium quęri

Dextera, Sinistra.

cap. 37. Iniuriarum duo genera.

ſolet. Quid enim prodeſt ꝙ percuſſus reper cutis? Nunquid propterea aliquid qđ in cor pore læſum eſt reſtituet in integrum? Sed tumidus aĩus talia fomenta deſiderat, Sanũ aũt firmumq; iſta non iuuant, q̃n potius miſericorditer perferendam alterius infirmitatem iudicat, q̃ alieno ſupplicio ſuam mitigandã quæ nulla eſt. Neq; hic ea vindicta prohibetur, quę ad correptionem valet, etiam ipſa.n. pertinet ad miſericordiam. Nec impedit illud propoſitum quo quiſque paratus eſt ab eo quem correctum eẽ vult, plura perferre. Sed huic vindictæ referendæ nõ eſt idoneus, niſi qui odium quo ſolent flagrare qui ſe vindicare deſiderant, dilectionis magnitudine ſuperauerit. Non. n. metuẽdum eſt ne odiſſe
H parũulum filium parentes videãtur, cum ab eis vapulat peccãs, ne peccet vlterius, & certe perfectio dilectionis ipſius Dei patris imitatione nobis proponitur, cum in ſequentib.
Mat. 5. g dr̃, Diligite inimicos veſtros, benefacite his
Hebræ. 12. b. qui oderunt vos, & orate pro eis qui vos per
Luc. 12. ſequunt̃, & tñ de ipſo dr̃ per Prophetã, Quẽ enim diligit dñs corripit, flagellat aũt oẽm filium quem recipit. Dicit & dñs, Seruus qui neſcit voluntatẽ dñi ſui & facit digna plagis, vapulabit paucis: Seruus aũt qui ſcit voluntatem dñi ſui, & faciens digna plagis vapulabit multis. Non ergo quærit̃, niſi vt & ille vindicet cui rerum ordine poteſtas data eſt, & ea voluntate vindicet qua pater in paruulum filium, quem per ætatem odiſſe nondũ poteſt. Hinc.n. aptiſsimum exemplum datur, quo ſatis appareat, poſſe peccatum amore potius vindicari q̃ impunitum relinqui, vt illum in
I quem vindicat non pœna miſerum, ſed correctione beatam velit, paratus tamẽ, opus ſit, æquo animo plura tolerare ab eo illata quẽ
Cap. 38. vult eſſe correctum, ſiue in eum habeat poteſtatem coercendi ſiue non habeat. Magni autem & ſancti viri, qui iã optime ſcirent, mortem iſtam quæ animam diſſoluit à corpore, non eſſe formidandam, ſecundum rerum tamen animum qui illam timerent nonnulla peccata morte punierunt, quo & viuentibus vtilis metus intueretur, & illis qui morte pu-
3. Re. 18. & 4. niebantur, non ipſa mors noceret, ſed pecca tum quod augeri poſſet ſi viuerent. Non te-
Reg. 1. mere illi iudicabãt quibus tale iudicium donauerat Deus. Inde eſt ꝙ Helias multos morte affecit, & propria manu, & igne diuinitus impetrato, cum & alii multi magni & diuini viri eodẽ ſpũ conſulendis reb. humanis non temere fecerint. De quo Helia cum exemplũ dediſſent diſcipuli dño, commemorãtes q̃d ab eo factũ ſit, vt etiam ipſis daret poteſtatẽ petendi de cœlo ignẽ ad cõſumendos eos q̃ ſibi hoſpitium non præberẽt, reprehendit in eis dñs non exemplum Prophetæ ſancti, ſed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in Luc. 9. rudib. aĩaduertens eos non amore correctionem, ſed odio deſiderare vindictam. Itaque poſteaquam eos docuit quid eſſet diligere proximum tanq̃ ſeipſum, infuſo etiam ſpiritu ſancto, quem decem dieb. completis poſt Act. 2. aſcenſionem ſuã deſuper vt promiſerat miſit, nõ defuerunt tales vindictæ quãuis multo K rarius q̃ in veteri teſtamento. Ibi enim ex maiore parte ſeruientes timore premebant̃: hic autem maxima dilectione liberi nutriebant̃. Nã & verbis Apoſtoli Petri Ananias & vxor Act. 5. eius, ſicut actib. Apoſtolorum legimus exanimes ceciderũt, nec reſuſcitati ſunt, ſed ſepulti. Sed ſi huic libro hęretici, qui aduerſantur, & veteri teſtamento, nolunt credere, Paulũ Apoſtolum quem nobiſcum legunt intueantur dicentem de quodam peccatore quem 1. Cor. 5. tradidit ſatanæ in interitum carnis, vt aĩa ſalua ſit. Et ſi nolunt hic mortem intelligere, fortaſſe.n. incertum eſt, quamlibet vindictam p̄ Satanam factam ab Apoſtolo fateãtur, quòd non eam odio, ſed amore feciſſet manifeſtat illud adiectum, vt anima ſalua ſit. Aut in illis libris quibus ipſi magnam tribuuntur autoritatem animaduertant quod dicimus, vbi ſcriptum eſt Apoſtolum Thomam im- Thomæ precatum cuidam à quo palma pecuſſus eſ- Imprecatio. ſet atrociſsimæ mortis ſupplicium, animam eius tamen commendat vt in futuro ei ſeculo parceretur, cuius à leone occiſi, à cæ- L tero corpore diſcerptam manum canis intulit menſis in quibus conuiuabatur Apoſtolus, cui ſcripturæ licet nobis non credere, non eſt enim in catholico canone. Illi tamen eam legunt, & tanquam incorruptiſsimam veriſsimamque honorant, qui aduerſus corporales vindictas, quæ ſunt in veteri teſtamento, neſcio qua cæcitate acerrime ſæuiunt, quo animo & qua diſtributione temporum facta ſint omnino neſcientes. Tene- Cap. 5. bitur ergo in hoc iniuriarum genere, quod per vindictam luitur, iſte à Chriſtianis modus,

dus, vt accepta iniuria non surgat in odium, sed infirmitatis misericordia paratus sit aĩus plura perpeti, nec correptionẽ negligat, qua vel consilio vel authoritate vel potestate vti potest. Aliud iniuriarũ genus est ꝙ in integrũ restitui pōt. Cuius duæ species, vna ad pecuniã, altera ad operã pertinet. Quapropter illius de tunicæ vestimento, huius de angaria mille passuũ & duũ millium exempla subiecta sunt: quia & reddi vestimentũ pōt, & quẽ adiuueris opera pōt te etiam ipse si opus fuerit adiuuare. Nisi forte ita potius distinguendum est, vt prius ꝙ positũ est de percussa maxilla, omnia significet quæ sic ingeruntur ab improbis, vt restitui nõ possint nisi vindicta.
M Secundũ ꝙ positum est de vestimẽto, omnia significet quæ pñt restitui sine vindicta. Et ideo fortasse additũ est, qui voluerit tecũ in iudicio contendere, quia ꝙ per iudiciũ aufertur non ea vi putatur auferri cui vindicta debebatur. Tertium vero ex vtroq; confectum sit, vt sine vindicta, & cũ vindicta possit restitui. Nã qui operã indebitã violẽter exigit sine vllo iudicio, sicut facit qui angariat hominẽ improbe & cogit se illicite adiuuari ab inuito, & pœnam improbitatis potest luere, & operã reddere, si hanc ille repetat qui improbũ pertulit. In his ergo omnibus generibus iniuriarũ dñs docet patientissimũ & misericordissimũ & ad plura perferenda paratissimũ animũ Christiani esse oportere. Sed qm̃ parum est non nocere, nisi etiam præstes beneficiũ quantum potes, consequenter adiungit & dicit, Omni petenti te da, & qui voluerit mutuari à te, ne auersatus fueris. Omni petenti, inquit, non omnia petenti, vt id des ꝙ dare honeste & iuste potes. Quid si.n. pecuniã petat, qua innocentẽ conetur opprimere? Quid si postremo stuprum petat? Sed ne multa persequar quæ sunt innumerabilia, id
A profecto dandũ est ꝙ nec tibi nec alteri noceat quãtũ sciri aut credi ab homine potest: & cui iuste negaueris ꝙ petit, iudicanda est ipsa iustitia, vt non eum inanem dimittas. Ita omni petenti te dabis, quamuis non semper id ꝙ petit dabis, sed aliqñ melius aliquid dabis, cum petentem iniuste, correxeris. Quod autem ait, Qui vult à te mutuari, ne auersatus fueris, ad animũ referendũ est, Hilarem enim datorem diligit Deus. Mutuatur autem omnis qui accipit, etiã si non ipse soluturus est. Cum.n. misericordibus Deus plura restituat, omnis qui beneficiũ præstat fęneratur. Aut si non placeat accipere mutuantem, nisi eũ qui accipit redditurus, intelligendum est dñm duo ipsa genera præstandi esse complexũ. Namq; aut donamus ꝙ damus beneuole aut reddituro cõmodamus. Et plerunq; homines, qui proposito diuino pręmio donare parati sunt, ad dandũ ꝙ mutuũ petitur pigri fiunt, quasi nihil recepturi à Deo, cũ rem q̃ addatur, ille qui accipit exoluat. Recte itaq; ad hoc beneficij tribuendi genus nos diuina hortatur authoritas dicens. Et qui voluerit à te mutuari, ne auersatus fueris, i. ne propterea voluntatẽ alienes ab eo qui petit, quia & pecunia te vacuat, & Deus tibi non redditurus est, cũ homo reddiderit. Sed cũ id ex præ B
cepto Dei facis, apud illum qui hæc iubet infructuosum esse non potest. Deinde adiunxit & dicit, Audistis: quia dictũ est antiquis, Diliges proximum tuum, & oderis inimicum tuum. Ego aũt dico vobis, diligite inimicos uestros, & benefacite his qui uos oderunt, & orate pro eis qui uos persequuntur, ut sitis filij patris uestris qui in cœlis est, qui Solem suũ oriri iubet super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si.n. dilexeritis eos, qui uos diligunt, quãmercedẽ habebitis? Nõne & Publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres uestros tm̃, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo uos perfecti, sicut & pater uester qui in cęlis est perfectus est. Sine ista dilectione, quã etiã inimicos & persecutores nostros diligere iubemur, ea q̃ superius dicta sunt implere quis potest? Perfectio aũt misericordiæ qua plurimũ animæ laboranti cõsulitur, vltra dilectionem inimici porrigi non potest, Et ideo sic clauditur, Estote ergo vos perfecti, sicut & pater uester qui in cœlis est perfectus est. Ita tñ ut Deus intelligatur perfectus tanquam Deus, & anima perfecta tanquã anima. Gradũ tñ esse aliquẽ in Pharisęorũ iustitia, quæ ad legẽ veterẽ pertinet, hinc intelligitur, ꝙ multi homines eos ẽt a quib. diliguntur oderunt, sicut luxuriosi filij parentes coercitores luxuriæ suæ. Ascendit ergo aliquẽ gradũ qui C
proximum diligit, quãuis adhuc oderit inimicũ. Eius aũt imperio qui venit legẽ implere nõ soluere, perficiet beneuolentiã & benignitatem, cũ eam vsq; ad inimici dilectionẽ

Marginal notes: ...p. 40. | ...at. 5. | ...petenti, id sit ...ndum. | ...poteti, dare. | ...Co. 5. b. | Cap. 41. Deu. 23. | Perfectio misericordiæ.

perduxerit.Nā ille gradus quāuis nonnullus sit tam paruus est tñ vt cum publicanis etiam possit esse communis: Nec quod in lege dictum est,Oderis inimicum tuū vox iubentis iusto accipienda est,sed permittētis infirmo.

Cap. 42. Orit̄ hic sanè nullo modo dissimulanda qō, quod huic præcepto dñi,quo nos hortat̄ diligere inimicos nostros, benefacere his qui nos oderunt, & orare pro his qui nos persequunt̄, multæ aliæ scripturarū partes minus diligenter & sobrie considerantib. videntur aduersæ, quia & in Prophetis inueniuntur multę imprecationes aduersus inimicos quę maledictiones putant̄,sicut est illud Fiat men
Psal. 78. sa eorum in laqueum, & cætera q̄ ibi dñr:Et
Ps. 108. illud,Fiant filii eius pupilli, & vxor eius vidua,& alia quæ vel supra vel infra in eodem
D Psalmo in personam Iudæ per Prophetam dñr. Multa alia vsquequaque in scripturis reperiunt̄,quæ videant̄ esse contraria, & huic
Rom. 12. præcepto dñi,& illi apostolico,quo ait,Be-
Lu. 10. et nedicite & nolite maledicere, cū & de dño
Mat. 11. scriptum sit, ꝙ maledixerit ciuitatib. quæ ver
2. Ti. 4. bū eius non acceperunt: Et memoratus Apostolus,de quodam ita dixerit,Reddet illi dñs secundū opera illius. Sed hæc facile soluunt̄, quia & Propheta per imprecationem quod esset futurum cecinit, non optantis voto sed spū præuidentis,ita & dñs,ita & Apostolus, q̄quam in horum etiam verbis non hoc inuenit, ꝙ optauerint,sed ꝙ prædixerint. Non.n. cum ait dñs,Væ tibi Capharnaum,aliud sonat nisi aliquid ei mali euenturum merito infidelitatis, quod futurum dñs nō maleuolentia optabat,sed diuinitate cernebat. Et Apo-
E stolus,nō ait,reddat,sed,reddet illi dominus iuxta opera eius,quod verbum prænunciantis est,non imprecantis. Sicut & de illa hypocrisi Iudæorum, de qua iam dictum est, cui
Act. 23. euersionem imminere cernebat,dixit,Percutiet te Deus paries dealbate. Prophetæ autem
Psal. 2. maxime solent figura imprecantis futura prędicere,sicut figura præteriti temporis ea quę ventura erat sæpe cecinerunt, sicut est illud, Quare fremuerunt gentes, & populi medita
Psal. 21. ti sunt inania? Non enim dixit, quare fremēt gentes, & populi meditabuntur inania, cum ea non quasi iam transacta meminisset, sed ventura prospiceret. Tale etiam illud est, Diuiserunt sibi vestimenta mea,& super vestem meā miserunt sortē,& hic.n.non dixit,diuident sibi vestimenta mea, & super vestē meā mittent̄ sortem. Nec tñ de his verbis quisquā calumniat̄,nisi qui nō sentit varietatē istā figurarū ī loquēdo nihil veritati rerū minuere,& plurimum afferre affectibus animarū.

Sed illud magis vrget istam qōnem,quod di Cap. 43.
cit Apostolus Ioannes, Si quis scit peccare 1. Ioan. 5
fratrem suum peccatum nō ad mortē,postulabit,& dabit illi dñs vitam,qui peccat nō ad mortem: Est aūt peccatum ad mortem,nō ꝓ illo dico,vt roget quis. Aperte.n. ostēdit esse quosdam fratres pro q̄b. orare nō nobis prępcipitur,cū Deus etiam pro persecutorib. nostris orare nos iubeat. Nec illa qō solui pōt, nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus quæ inimicorū persecutione grauiora sint, Fratres aūt Christianos significari,multis di- F
uinarum scripturarum documentis probari 1. Co. 7.
potest. Manifestissimū tñ illud est,quod Apostolus ita ponit, Sanctificatus est.n. vir infidelis i vxore fideli, & sanctificata est mulier infidelis in fratre. Non.n. addidit, nostro, sed manifestū existimauit, cū fratris noīe Christianū intelligi voluit qui infidelem haberet vxorem. Et ideo paulopost dicit, Quòd si infidelis discedit,discedat. Non.n. seruituti subiect⁹ est frater vel soror in huiusmodi. Pec- Peccatū, ad mortē.
catū ergo fratris ad mortem puto esse, cum post agnitionē Dei per gratiam domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidentiæ facibus agitatur. Peccatum autem non ad mortem est,si quis- Peccatū, nō ad mortē. 1. Retrac. 19.
quam non amorem à fratre alienauerit, sed officia fraternitati debita per aliquam infirmitatem animi non exhibuerit. Quapropter & dominus in cruce ait, Pater ignosce illis, Luc. 23.
quia nesciunt quid faciunt: Nondum enim Act. 7.
gratiæ spiritussancti paticipes facti, societatē G
sanctæ fraternitatis inierant. Et beatus Stephanus in actib. Apostolorum orat pro eis a quibus lapidatur, quia nondum Christo crediderant, neque aduersus illam communem gratiā dimicabant. Et Apostolus Paulus, propterea credo non orat pro Alexandro, quia iam frater erat,& ad mortem, idest, inuidentiæ facibus fraternitatem oppugnando, peccauerat. Pro his autem qui non abruperant amorē ad mortem,sed timori succubuerant, orat,vt eis ignoscatur. Sic enim dicit Alexāder ærarius multa mihi mala ostēdit, reddet 2. Ti. 4

illi dñs secundum opera eius, quę & tu de-
uita, valde.n.resistit nostris sermonib. Dein-
de subiungit, pro q̃b.orat, ita dicens, In pri-
ma mea defensiõe nemo mihi affuit, sed oẽs
Cap. 44. me dereliquerunt, non illis imputet. Ista dr̃ia
peccatorum Iudam tradentem à Petro negã
te distinguit, non quia pęnitenti vel petenti
Luc. 17. non sit ignoscendum, ne contra illam sñiam
Mat. 18. dñi veniamus, qua præcepit semper ignoscẽ
dum esse fratri petenti vt sibi frater ignoscat,
sed quia illius peccati tãta labes est, vt depre
candi humilitatẽ subire non possit etiam si
peccatum suũ mala cõscientia & agnoscere
Mat. 27. & annunciare cogat. Cum.n. dixisset Iudas,
Peccaui, q̃ tradiderim sanguinẽ iustum, faci
lius tñ desperatione cucurrit ad laqueum, q̃
H humilitate veniã deprecatus est. Quapropter
multum interest quali pœnitentiæ ignoscat
Deus. Multi.n. multo citius se fatẽtur peccas
se, atq; ita sibi succensent vt vehementer se
peccasse nollent, sed tñ aiam ad humiliandũ
& obtẽperandũ cor implorandamq; veniã
non deponunt: Quam mentis affectionẽ p̃p
peccati magnitudinem iam de damnatione
Peccare, in spũm sanctum. illos hr̃e credẽdum est. Et hoc fortasse pecca
re in spũsanctnm. i. per malitiam & inuidiã,
fraternam oppugnare charitatem post acce-
ptam gratiã spiritussancti, quod peccatũ dñs
Mat. 12. neq; hic neq; in futuro seculo dimitti dicit.
Marc. 3. Vñ quæri potest, vtrum in spm̃ sanctũ Iudæi
peccauerint, qñ dixerũt, q̃ i Beelzebub prin
cipe dæmoniorum dæmonia dñs expelleret,
vtrum hoc in ipsum dominum dictum acci-
Mat. 10. piamus, quia de se dicit alio loco: Si.n. patrẽ
familias Beelzebub vocauerũt, qñ magis do
mesticos eius? An quoniam de magna inui-
dentia dixerunt, ingrati tam præsentib. bene-
ficiis, quanuis nondum Christiani fuerint, ta
men propter ipsam inuidentiæ magnitudinẽ
in spiritumsanctum peccasse credendi sunt?
I Non enim hoc colligitur de verbis domini.
Mat. 12. Quanuis enim in eodem loco dixerit, Qui-
cunque enim dixerit verbum nequam in fi-
lium hominis remittetur ei, qui autem dixe-
rit verbum aduersus spiritumsanctum, non
remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in
futuro, tamen videri potest ad hoc eos mo-
nuisse, vt accedant ad gratiam, & post acce-
ptam gratiam non ita peccent vt tunc pecca
uerunt. Nunc enim in filium hominis dixe-
runt verbum nequam, & potest eis dimitti si
cõuersi fuerint & ei crediderint & spiritum-
sanctum acceperint, quo accepto si fraterni
tati inuidere, & gratiam q̃ acceperant oppu
gnare voluerint, non eis dimitti, neq; in hoc
seculo neq; in futuro. Nam si eos sic haberet
condemnatos, vt nullam spem illis reliquis-
set, non adhuc monẽdos iudicaret, cum ad-
didit, dicens, Aut facite arborem bonam & *Mat. 12.*
fructum eius bonum, aut facite arborem ma
lam & fructum eius malum. Sic itaque acci
piatur diligendos inimicos esse, & benefa-
ciendum his qui nos oderunt, & orandũ pro
his qui nos persequuntur, vt pro quibusdam
ẽt fratrum peccat s intelligatur nõ præceptũ
esse, vt oremus, ne p̃ imperitiã nostram diui
na scriptura, qđ fieri non põt, à se dissentire
videatur: Sed vtrum sicut pro quibusdam nõ K
est orandum, ita etiam contra aliquos oran- *Cap. 45.*
dum sit, nõdum satis apparet. Generaliter.n. *Rom. 12.*
dictum est, benedicite, & nolite maledicere: *1. Pet. 3. b*
Et illud, Nemini malum pro malo reddẽtes.
Pro quo aũt non oras, non etiam contra illũ
oras, potes.n. videre certam eius pœnam, &
penitus disperatã salutem, & non quia odi-
sti eũ, ideo pro illo oras, sed q̃a sentis nihil
te posse proficere, & orationem tuam non
vis repelli à iustissimo iudice. Sed quid agi-
mus de his, contra quos oratũ à sanctis acci
pimus, vt non corrigerentur, nã hoc modo
potius pro ipsis oratum est, sed ad illam vlti
mam damnationẽ, non sicut contra domini
traditorẽ per Prophetã, nã illa, vt dictũ est,
p̃dictio futurorũ non optatio supplicii fuit.
Nec sicut Apostolus contra Alexandrum, nã *Apo. 6.*
& inde satis dictum est, sed sicut in Apoca- *Acto. 7.*
lypsi Ioannis legimus martyres orare vt vin
dicẽtur, cum ille primus martyr vt lapidato-
rib. suis ignosceretur, orauerit. Sed hinc non
oportet moueri. Quis enim audeat affirma-
re, cũ illi sancti candidati se vindicari petie-
rint, vtrum contra ipsos homines, an contra
regnum peccati petierint? Nam ipsa est syn-
cere & plena iustitiæ & misericordiæ vindi
cta martyrũ, vt euertat regnum peccati, Nõ
enim contra ipsos hoies, sed contra regnum
peccati petierũt, quo regnãte tanta perpessi L
sunt. Ad cui⁹ euersionem nititur Apostolus, *Rom. 6.*
dicens, Non ergo regnet peccatum in vestro *Peccati*
mortali corpore. Destruit aũt & euertit pec *regnum*
cati regnũ, partim correctione hominũ, vt *quo de-*
caro spiritui subiiciatur. partim damnatio- *struitur.*

ne perseuerantiã in peccato vt ita iustitia ordinentur, vt iustis cum Christo regnantibus, molesti esse nõ possint. Intuere Apostolum Paulum, nonne tibi vr in seipso Stephanũ martyrem vindicare, cum dicit, Non sic pugno tanquam aerem cædens, sed castigo corpus meum & seruituti subiicio? Nam hoc in se vtique prosternabat & debilitabat & victũ ordinabat, vnde Stephanum cæterosque Christianos fuerat persecutus. Quis ergo cõuicit, martyres sanctos non talem suã vindictam à dño esse deprecatos, cum etiam finẽ huius sęculi, in quo tanta exitia pertulerunt, ad suam vindictam potuerunt libẽter optare? Quod qui orant, & pro inimicis suis orãt qui sanabiles sunt, & contra illos non orant qui insanabiles esse voluerunt, qa Deus quoque puniendo illos nõ est maleuolus tortor, sed iustissimus ordinator. Siue vlla ergo dubitatione diligamus inimicos nostros benefaciamus his qui oderũt nos, & oremus pro eis qui nos persequuntur. Quod autem consequenter positũ est, Vt sitis filii patris vestri qui in cœlis est, ex illa regula intelligendum est, qua & Ioannes dicit, Dedit illis potestatẽ filios Dei fieri. Vnus.n. naturaliter filius est, qui nescit oĩno peccare: nos autem potestate accepta efficimur filii, inquantum ea quæ ab illo præcipiuntur implemus. Vnde & apostolica disciplina adoptionem appellat, qua in æternam hæreditatem vocamur, vt cohæredes Christi esse possimus. Filii ergo efficimur regeneratione spiritali, & adoptamur ĩ regnum Dei, non tãquam alieni, sed tanquã ab illo facti & creati, hoc est conditi, vt vnũ beneficium sit, quo nos fecit esse per omnipotentiam suam, cum ante nihil essemus, alterũ quo adoptauit, vt cum eo tanq̃ filii vita æterna, ꝑ nostra participatione frueremur. Itaq; non ait, facite ista quia æstis filii sed facite & vt sitis filii. Cum aũt ad hoc nos vocat per ipsum vnigenitum, ad similitudinem suã nos vocat. Ille enim sicut cõsequenter dicit, Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Siue solem suum nõ istum carneis oculis visibilem accipias, sed illam sapientiam de qua dicitur, Candor est enim lucis æternæ: De qua itẽ dicitur, Ortus est mihi iustitiæ sol: Et iterum, Vobis autem qui timetis nomẽ domini orietur sol iustitiæ, vt etiam pluuiam accipiat irrigationem doctrinæ veritatis, quia & bonis & malis apparuit, & bonis & malis euangelizatus est Christus. Siue istum solum mauis accipere non solum hominum, sed etiam pecorum corporeis oculis prolatum, & istam pluuiam qua fructus gignuntur, qui ad refectionẽ corporis dati sunt. Quod probabilius intelligi existimo, vt ille sol spiritalis nõ oritur, nisi bonis & sanctis, quia & hoc ipsum est quod plangunt iniqui in illo libro qui sapientia Salomonis inscribitur. Et sol non est ortus nobis: Et illa pluuia spiritalis nõ irrigat nisi bonos, quia malos significabat vinea, de qua dictum est, Mandabo nubibus meis ne pluant super eam. Sed siue illud, siue hoc intelligas, magna Dei bonitate fit quæ nobis imitanda pręcipitur, si filii Dei esse volumus. Quãtum enim huic vitæ solatium afferat lux ista visibilis, & pluuia corporalis, quis tam ingratus est vt non sentiat? Quod solatium videmus & iustis in hac vita & peccatoribus communiter exiberi. Non autem ait, qui facit solem oriri super bonos & malos, sed addidit, suum, id est, quem ipsi fecit atque cõstituit, & à nullo aliquid sumpsit vt faceret: Sicut & in Genesi de omnibus luminaribus scribitur, qui proprie potest dicere sua esse omnia quæ de nihilo creauit, vt hinc admoneremur, quanta liberalitate inimicis nostris præcepto eius præstare debeamus, quæ nos non creauimus sed muneribus eius accepimus. Quis autem potest vel paratus esse ab infirmis iniurias sustinere, quantum eorum saluti prodest, & malle se amplius iniquitatis alienæ perpeti, quàm id quod perpessus est reddere: Omni petenti à se aliquid, vel id quod petit, si habetur, & si recte dari potest, vel consilium bonum vel beneuolum dare animum, nec se auertere ab eo qui mutuari cupit, diligere inimicos, benefacere his qui se oderunt, orare pro eis qui se persequũtur. Quis ergo hæc facit, nisi plene perfecteque misericors? Quo vno consilio miseria deuitatur, opitulante illo, qui ait, Misericordiam volo magis quàm sacrificium. Beati ergo misericordes, quia ipsorum miserebitur Deus. Sed iam commode fieri puto, vt hic lector tam longo volumine fatigatus respiret aliquantulum, & ad cætera reficiatur in alio libro consideranda.

Marginalia: 1. Co. 9. — M — Cap. 46. Mat. 5. Ioan. 3. Quomõ sumus filij Dei. Rom. 8. Gala. 4. — A — Sapien. 7 Mala. 4. — Sapien. 5 — B — Esa. 5. — Gene. 1. — C — Osee. 6. Mat. 9.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, de ſermone domini in monte.

LIBER SECVNDVS.

Cap. 1.



Iſericordiam, vſq; ad cuius tractationem liber primus terminū accepit, ſequit̃ cordis mundatio, vnde iſte ſumit exordiū: B Cordis mūdatio. Cordis aūt mundatio eſt tanq̃ oculus quo vr̃ Deus, cuius ſimplicis habēdi tantam curam eſſe oportet, quantam eius rei dignitas flagitat, duę tali oculo conſpici pōt. Huic aūt oculo magna ex parte mūdato difficile eſt non ſurrepere ſordes aliquas de his reb. quæ ipſas noſtras bonas actiones comitari ſolent, veluti laus eſt humana. Siquidem non recte viuere pernicioſum eſt recte autē viuere, & nolle laudari, quid eſt aliud q̃ ini- D micū eſſe reb. humanis, quæ vtique tāto ſunt miſeriores, quanto minus placet recta vita hoīum. Si ergo inter quos viuis, te recte viuētem non laudauerint, illi in errore ſunt, ſi aūt laudauerint, tu in periculo. Niſi tam ſimplex cor habueris & mundum, vt ea quæ recte facis non ꝓꝑ laudes hoīum facias, magiſq; illis recta laudantib. gratuleris, quib. id qđ bonū eſt placet q̃ tibi niſi quia recte viuis, ēt ſi nemo laudaret, ipſamq; laudem tuā tunc intelligas vtilem eſſe laudātib. ſi nō teipſum in tua bona vita, ſed Deum honorent, cuius ſanctiſſimum templum eſt quiſquis viuit bene, Pſal. 33. vt impleatur qđ ait Dauid, In dn̄o laudabit̃ a.l. iocundentur. aīa mea, audiāt manſueti & * lætent̃. Pertinet ergo ad oculum mundū non intueri in recte faciendo laudes hoīum, & ad eas referre qđ recte facis, i. propterea recte facere aliquid E vt hoīb placeas: Sic.n. etiam ſimulare bonū libebit, ſi non attēditur niſi vt homo laudet, qui quoniam videre cor non poteſt, poteſt etiam falſa laudare. Quod qui faciunt, ideſt, qui bonitatem ſimulant, duplici corde ſunt. Non ergo habet ſimplex cor, i. mūdum cor, niſi qui trāſcendit humanas laudes, & illum ſolum intuetur, cum recte viuit, & ei placere nititur, qui cōſcientiæ ſolus inſpector eſt: De cuius conſcientiæ puritate quicquid procedit, tanto eſt laudabilius, quanto humanas laudes minus deſiderat. Cauete ergo inquit, facere iuſtitiam veſtram coram hominibus, vt videamini ab eis, i. cauete hoc animo iuſte Cap. 2. viuere, & ibi conſtituere bonum veſtrum, vt Mat. 6. vos videant hoīes. Alioquin mercedem non habebitis, & reliqua. Non ſi ab hominib. videamini, ſed ſi propterea iuſte viuatis, vt ab hominib. videamini. Nam vbi erit, quod in Mat. 5. principio ſermonis huius dictū eſt, Vos eſtis lux mundi, non poteſt ciuitas abſcōdi ſupra montem poſita, & reliqua vſque ad id quod ait, Vt videant opera veſtra bona. Sed non ibi conſtituit finem: Addidit enim, & glorificēt patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Hic aūt, q̄a B hoc reprehendit, ſibi ſit finis recte factorū. i. ſi propterea recte faciamus, vt tantum videamur ab hominib. poſteaquam dixit, Cauete facere iuſtitiam veſtram coram hominibus vt videamini ab eis, nihil addidit, In quo apparet, non hoc eum prohibuiſſe vt recte fiat coram hominib. ſed ne ob id forte recte fiat coram hominibus, vt videamur ab eis, ideſt, vt hoc intueamur, & ibi finem noſtri propoſiti collocemus, Nam & Apoſtolus dicit, Si Gal. 1. adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus 1.Co.10. non eſſem: Cum alio loco dicat, Placet omnibus per omnia, ſicut & ego omnibus per omnia placeo. Quod qui non intelligunt, cōtrarium putant, cum ille ſe dixerit non placere hominibus, quia non ideo recte faciebat vt placeret in hominibus, ſed vt Deo, ad cuius amorem corda hominum volebat conuertere, eoipſo quo placebat hominibus. Itaque & non ſe placere hominibus recte dicebat, quia in eo ipſo vt Deo placeret intuebatur, & placēdum eſſe hominibus recte præcipiebat, non vt hoc appeteret̃ tanquam merces recte factorum, ſed quia Deo placere non poſſet qui non ſe iis quos ſaluos fieri vellet præbuerit imitandum, imitari autem illum qui ſibi non placuerit, nullo pacto q̄ſquam poteſt. Sicut ergo non abſurde loque- G retur, qui diceret, in hac opera qua nauem quæro, non nauē quęro, ſed patriam ſic Apoſtolus cōuenienter diceret, in hac opera, qua hominib. placeo, non hominib. ſed Deo placeo, quia non hoc appeto, ſed ad id refero, vt me imitent̃ quos ſaluos fieri volo ſicut dicit de oblatione quę fit in ſanctos. Non quia quæro datum, ſed requiro fructum, ideſt, ꝙ Phili. 4. quæro datum veſtrum, non hoc quæro, ſed fructum veſtrum. Hoc enim indicio apparere

rere poterat,quãtum profeciſſent in Deum, cum id libẽter offerrent, qđ non pp gaudiũ de munerib.ſed pp communionem charitatis ab eis quærebat. Quanq̃ & cum addidit, & dicit,Alioqn mercedẽ nõ habebitis apud patrẽ veſtrum qui in cœlis eſt,nihil aliud demonſtrat,niſi id nos cauere oportere, ne humanam laudem pro noſtrorũ operum mercede quæramus.i.ea nos beatos effici arbitre-

I mur, Cũ ergo facis eleemoſynam, noli tuba

Cap. 3. canere,& reliqua:Noli,inquit,ſic velle innoteſcere,vt hypochritæ:Manifeſtũ eſt aũt,hypocritas non qđ oculis prætendunt hoĩum,

Hypocritæ. id etiam corde geſtare. Sunt.n.hypocritę ſimulatores,tanquã pronunciatores perſonarum alienarũ,ſicut in theatricis fabulis:Non enim qui agit partes Agamẽnonis in Tragœdia,verbi gratia,ſiue alicuius alterius, ad hiſtoriã vel fabulam quæ agit̃ pertinentis, vere ipſe eſt,ſed ſimulat eũ,& hypocrita dr̃.Sic in eccleſia,vel in omni vita humana, q̃ſquis ſe vult videri qđ nõ eſt, hypocrita eſt.Simulat enim iuſtũ & non exibet,q̃a totum fructum in laude hoĩum ponit, quam pñt etiã ſimulantes percipere,dũ fallũt eos q̃b. vident̃ boni, ab eiſq; laudant̃: Sed tales ab inſpectore cordis Deo mercedẽ non capiunt,niſi fallaciæ ſuppliciũ.Ab hominib.aũt,inquit,perceperũt mercedem ſuã.Rectiſſimeq; dr̃, Recedite à me operarii doloſi,nomen.n. meũ habuiſtis,ſed opera mea non feciſtis. Illi ergo perceperunt mercedẽ ſuam,qui nõ ob aliud eleemoſynam faciunt, niſi vt glorificentur ab hominibus, non ſi glorificentur ab hominib.ſed ſi ideo faciunt, vt glorificentur ſicut ſuperius tractatum eſt. Laus.n. humana non appeti a recte faciẽte, ſed ſubſequi dẽt recte facientem,vt illi proficiant qui etiam imita-

K ri pñt quod laudant,non vt hic putet aliquid

Cap. 4. eos ſibi prodeſſe quem laudant.Te autem faciẽte eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid

Siniſtra. faciat dextera tua,& reliqua. Si intellexeris ſiniſtrã infideles dici, videbitur nulla eſſe culpa placere fidelib.velle,cum prorſus nihilominus in quorumlibet hominum laude fructum,& finem boni operis conſtituere prohibeatur. Quod aũt ad id pertinet vt te imitentur quibus recte facta tua placuerint,non tantum fidelib. ſed etiam infidelib. exhibendum eſt,vt laudandis bonis operibus noſtris Deum honorent & veniant ad ſalutem. Si autem ſiniſtram inimicum putaueris,vt neſciat inimicus tuus cũ eleemoſinam facis,cur ipſe dñs inimicis Iudæis circunſtantib.miſericorditer ſanauit hoĩes?Cur Apoſtolus Petrus *Act. 3.*

ſanato eo quẽ ad portã ſpecioſam debilẽ miſeratus eſt, etiam iras inimicorum in ſe atq; in alios Chriſti diſcipulos pertulit? Deinde ſi non oportet ſcire inimicum cum eleemoſynam facimus, quomodo cũ ipſo inimico facimus, vt illud impleamus præceptum, Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitierit,potum da illi? *Pro. 25.* Tertia ſolet eſſe carnalium *Rom. 12.* opinio, tam abſurda,& ridenda,vt non eam commemorarem niſi expertus eſſem nõ paucos eo errore detineri, qui dicunt ſiniſtrę nomine vxorẽ ſignificari, Vt qm̃ in re familiari tenaciores pecuniarũ ſolent eſſe fœminæ, la- L

Fœminæ tenaciores. teat eas cum aliquid miſericorditer viri earum egenis impendunt propter domeſticas lites, quaſi vero ſoli viri Chriſtiani ſint, & non hoc præceptũ etiam fœminis datum ſit. Cui ergo ſiniſtræ iubetur fœmina occultare opus miſericordiæ ſuæ?An ẽt vir ſiniſtra erit fœminæ, qđ abſurdiſſime dr̃? Aut ſi quiſpiã putat inuicem ſibi ſiniſtras eẽ, ſi ab altero ita eroget̃ aliquid de re familiari,vt ſit cõtra alterius voluntatem,non erit Chriſtianum tale coniugium.Sed neceſſe eſt, vt quiſquis eorũ eleemoſynam facere voluerit ex præcepto Dei,quencunq; aduerſum habuerit inimicus ſit pcepto Dei, & ideo inter fideles deputet̃. Pręceptũ eſt aũt de talib. vt bona ſua cõuerſatione ac morib.lucrifaciat vxorem maritus fidelis,vel maritũ mulier fidelis. Quapp nõ ſibi debent occultare bona opera ſua q̃b. inuitandi ſunt ab inuicem, vt alter alterum poſſit ad Chriſtianæ fidei cõionem inuitare: Nec furta facienda ſunt,vt promereat̃ Deus. quod ſi occultandum eſt aliquid, quandiu alterius infirmitas æquo animo id non põt,ſuſtinere,quod tñ nõ iniuſte,atq; illicite fit, nõ

tñ ipſam nunc ſiniſtram ſignificari totius ca- M

pituli conſideratione facile apparet, in qua ſimul inuenietur quam ſiniſtram vocet. Cauete,inquit, facere iuſtitiam veſtram coram

hominib. Et reliqua. Generaliter hic iuſtitiã *Cap. 5.* nominauit,deinde particulariter exequitur.

Eſt enim pars aliqua iuſtitiæ, opus quod per *Iuſtitiæ pars.* eleemoſynam fit, & ideo cõnectit dicendo. Cum ergo facis eleemoſynam,noli tuba canere:Et reliqua.Ad hoc reſpicit,qđ ſuperius

ait.

ait, Cauete facere iustitiam vestram coram hominib. Et reliqua. Quod aūt sequit̃, Amen dico vobis perceperūt mercedē suā, ad illud respicit qđ supra posuit, Alioquin mercedā non habetis apud patrē vestrum qui in cęlis est. Deinde sequit̃, Te aūt faciente eleemosynam: Cum dicit, Te aūt faciente, quid aliud dicit, q̄ non qūo illi? Quid ergo mihi iubet? Te aūt faciente, inquit eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Ergo illi sic faciant, vt sciat sinistra eorum quid faciat dextera eorum. Quod igitur in illis culpatū est, hoc tu facere vetaris: In ilis aūt hoc culpatum est, ꝙ ita faciunt vt laudes hominum quærant. Quapꝑ nihil consequentius sinistra vr̃ significare, q̄ ipsam delectationem laudis. Dextera aūt significat intentionem implendi præcepta diuina. Cum itaque conscientię facientis eleemosynam miscet se appetitio laudis humanæ, fit sinistra conscia operis dexteræ, nesciat ergo sinistra tua, quid faciat dextera tua. i. non se misceat cōscientiæ tuæ laudis humanæ appetitio, cum in eleemosyna faciēda diuinum præceptum contendis implere, vt sit eleemosiua tua in abscōso. Quid est in abscondito, nisi in ipsa bona cōscientia, quæ humanis oculis demonstrari non potest, nec verbis aperiri? Qn̄quidem multi multa mentiuntur? Quapꝑ si dextera intrinsecus agit in abscondito, ad sinistrā pertinent omnia exteriora, quæ sunt visibilia & tēporalia. Sit ergo eleemosyna tua in ipsa conscientia, vbi multi eleemosynam faciūt bona voluntate, ēt si pecuniam, vel si quid aliud est quod inopi largiēdum est, non habent: Multi aūt foris faciunt, & intus nō faciūt, qui ambitione, vel alicuius rei temporalis gratia volunt misericordes videri, in q̄b. sola sinistra operari existimanda est. Item alii quasi medium inter vtrosq; locum tenent, vt & intentione q̄ in Deum est eleemosynam faciant, & tñ inserat se huic optimæ voluntati, nōnulla etiam laudis vel cuiuscunq; rei fragilis & temporalis cupiditas: Sed dominus noster multo vehementius prohibet solam sinistrā in nobis operari, qn̄ etiam misceri eam vetat operib. dexteræ, vt. s. nō modo sola temporalium rerum cupiditate caueamus eleemosynam facere, sed nec ita in hoc opere attendamus Deum vt sese misceat vel adiungat exteriorū appetitio cōmodorum. Agitur enim de corde mundando, ꝙ nisi fuerit simplex, mundū non erit. Simplex aūt qūo erit, si duob. dñis seruiat, nec vna intentione rerum ęternarum purificet aciem suā, sed eam mortalium quoque fragiliumq; rerum amore obnubilet? Sit ergo eleemosyna tua in abscōso: Et reliqua. Rectissime oĩno & verissime. Si. n. prēmium ab eo expectas qui cōsciētiæ solus inspector est, sufficiat tibi ad promerendum præmium ipsa cōscientia. Multa Latina exemplaria sic habent Et pater tuus q̄ uidet in abscōso, reddet tibi palam. Sed quia in Græcis quæ priora sunt non inuenimus, palā, non putauimus hinc aliquid differēdum esse. Et cum oratis, inquit, nolite fieri sicut hypocritę tristes, qui amant in synagogis: & reliqua. Neq; hic videri ab hominib. nephas est, sed ideo hoc agere vt videaris ab hominib. & superfluo toties eadem dñr, cū sit iam vna regula custodienda, qua cognitum est, nō si hęc sciant hoĩes, formidandum esse aut fugiendum, sed si hoc animo fiat, vt fructus in eis expetatur placendi hominib. Seruat etiam ipse dñs eadem verba, cum adiūgit similiter, Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam hinc. ostendēs id se prohibere, vt ea merces appetatur, qua stulti gaudent vt laudentur ab hominib. Vos autem cum oratis. inquit, introite in cubicula vestra. Quæ sunt ista cubicula, nisi ipsa corda, quæ in Psalmo etiam significantur, cum dr̃, Quæ dicitis in cordibus vestris & incubilibus vestris compungimini. Et claudentes ostia, orate ait, patrem vestrum in abscōso. Parum est intrare cubicula si ostium pateat importunis, per quod ostium ea quę foris sunt improbe se immergant & interiota nostra appetunt. Foris autem diximus esse omnia temporalia & visibilia, quæ per ostium, idest, per carnalem sensum in cogitationes nostras penetrant, & turba vanorum phātasmatum orantibus obstrepunt. Claudendum est ergo ostium. i. carnali sensui resistendum est, vt oratio spiritalis dirigatur ad patrē, quę fit intimis cordis, vbi oratur pater noster in abscondito. Et pater, inquit, vester qui videt in abscondito, reddet vobis. Et hoc tali clausula terminandum fuit, non enim hoc monet nunc vt oremus, sed quomodo oremus, neque vt superius, vt faciamus eleemosynam, sed quo animo faciamus, quoniā de corde mundando præcipit, quod non mundat

M

Sinistra delectatio laudis. Dextera intentio implendi præcepta diuina.

A

B *Cap. 6.*

C

Ostium, sensus carnalis.

Ostium qūo claudendum.

dat

dat nisi vna & simplex intentio ęternam vi-
Cap. 7. tã solo & puro amore sapientiæ. Orãtes aũt ait,nolite multum loqui sicut ethnici faciũt, arbitrantur enim ꝙ multiloquio suo exaudiantur. Sicut hypocritarum est, præbere se spectandos in orõne,quorum fructus est placere hominib.ita ethnicorum.i. Gẽtilium in multiloquio suo se putare exaudiri. Et reuera omne multiloquium à Gentilibus venit, qui exercendæ linguę potius q̃ mũdando animo dant operam, Et hoc nugatorii studii genus ẽt ad precem fundendam transferre conent, arbitrantes Deum sicut hominem iudicẽ verbis adduci in sñiam. Nolite itaq; similes illis

Multiloquium a gentibus venit.

D esse,dicit vnus & ver⁹ magister. Scit.n.pater vester quid vobis necessarium sit antequam petatis ab eo.Si.n.verba multa ad id proferũtur, vt instruatur & doceatur ignarus, quid eius opus est ad rerum omnium cognitorẽ, cui omnia quæ sunt eo ipso quo sunt loquũtur seseq; indicant facta,& ea quæ futura sũt eiusdem artem sapiẽtiamq; nõ latent, in qua sunt & quæ transierũt & quæ transitura sunt omnia,præsentia & non transeuntia? Sed qm̃ quanuis pauca tñ verba & ipse dicturus est, q̇b.nos doceat orare,quęri potest cur vel his verbis paucis opus sit ad eum qui scit omnia antequam fiant, & nouit vt dictum est, quid nobis sit necesse antequam petamus. Primo hic rñdet non verbis nos agere debere apud Deum vt impetremus qđ volumus, sed reb. quas animo gerimus & intentione cogitationis cũ dilectiõe pura & simplici affectu: Sed res ipsas verbis nos docuisse dñm nostrum, q̇b.memoriæ mandatis eas ad tempus orãdi recordaremur. Sed rursus quæri potest, siue reb.siue verbis orãdum sit, quid opus sit ipsa

Qũo sit ostium.

E orõne, si Deus iam nouit quid nobis necessarium sit,nisi quia ipsa orõnis intentio cor nostrum serenat & purgat,capiciusq; efficit ad excipienda diuina munera, quæ spiritaliter nobis infundunt. Non enim ambitione precum nos exaudit Deus, qui semper paratus est dare suam lucem nobis, nõ visibilem sed intelligibilem & spiritalem, sed nos nõ semper parati sumus accipere, cũ inclinamur in alia,& rerũ temporalium cupiditate tenebramur. Fit ergo in oratione conuersio cordis ad eũ qui semper dare paratus est, si nos cãpiamus qđ dederit, & in ipsa purgatione cõnersio intentioris oculi, cum excludũtur ea quæ temporaliter cupiebantur, vt acies corsimplicis ferre possit simplicem lucem, diuinitus sine vllo occasu aut immutatione fulgentium,nec solum ferre,sed ẽt manere in illa,non tm̃ sine molestia,sed ẽt cum ineffabili gaudio, quo vere ac synceriter beata vita perficit.Sed iam cõsiderandum est, quę nos orare ille præcepit, per quẽ & discimus q̇d oremus,& cõsequimur qđ oramus. Sic itaq; orare vos,inquit,Pater noster qui es in cęlis: Et reliqua. Cum in omni deprecatione beneuolentia concilianda sit eius quem deprecamur deinde dicẽdum q̇d deprecemur, laude illius ad quem orõ dirigit solet beneuolentia cõciliari,& hoc in orõnis principio poni solet: In quo dominus noster nihil aliud nos dicere iussit,nisi,Pater noster qui es in cęlis. F

Oratio dominica.

Multa.n.dicta sunt in laudẽ Dei quæ per oẽs sanctas scripturas varie lateq; diffusa poterit quisq; considerare cum legit,nusquam tñ inuenitur præceptũ populo Israel, vt diceret, Pater noster,aut oraret patrem Deũ,sed dñs eis insinuatus est,tanquam seruiẽtibus. i.secundum carnem adhuc viuentib.Hoc aũt dico,cum mãdata legis acciperent,quæ obseruare iubebant. Nam Prophetæ sæpe ostendũt eundem dñm Deum ẽt patrem eorũdem esse potuisse, si ab eius mandatis non aberrarent:Sicut est illud,Filios genui, & exaltaui, ipsi aũt spreuerunt me:Et illud, Ego dixi dii estis,& filii excelsi omnes.Et illud,Si dñs sũ, vbi est timor meus,& si pater sum,vbi est honor meus?Et alia permulta,vbi arguuntur Iudæi,quia filii esse peccando noluerunt,exceptis eis quæ in prophetia dñr de futuro populo Christiano, quia patrẽ Deus esset habi- G turus ſm illud Euangelicũ, Dedit eis ptãtem filios Dei fieri. Apostolus aut Paulus dicit, Quãdiu hæres paruulus est, nihil differt a seruo,& spm̃ adoptionis nos accepisse commemorat,ĩ quo clamam⁹,abba pr̃. Et qm̃ ꝙ vocamus ad æternã hęreditatẽ,vt simus Christi cohæredes & ĩ adoptionẽ filiorũ veniamus, nõ est meritorũ nostrorũ,sed gr̃æ Dei,eandẽ ipsam gratiã in orõnis principio ponimus, cum dicimus,Pater noster. Quo nomine & charitas excitatur.Quid. n. chari⁹ filiis debet esse q̃ pater? Et supplex affectus, cum homines dicunt Deo,Pater noster, & quędã impetrandi præsumptio quæpetituri sumus, cum priusquam aliquid peteremus tam magnum

Esaiæ.1. Psal.8. Malac.1.

Ioan.1. Galat.4. Rom.8.

Pater. donum accepimus, vt sinamur dicere, Pater noster, Deo. Quid.n.iam non det filiis peten tib. cũ hoc ipsum ante dederit, vt filii essent? Postremo quanta cura aĩum tangit, vt qui di cit, Pater noster, tanto patre nõ sit indignus? Si.n.quisquam plebeius senatorem grandio-ris atatis ab eoipso patrẽ vocare permittaẽ, sine dubio trepidabit nec facile audebit, co-gitans humilitatẽ generis sui & opum indigẽ tiam & plebeiæ personæ vilitatem. Quanto ergo magis trepidandum est appellare patrẽ Deũ, si tãtæ sunt labes, tantæq; sordes in mo rib. vt multo iustius eas à sua coniunctione Deus expellat, q̃ ille senator cuiusuis mẽdici egestatẽ? Qñquidem ille hoc cõtemnit in mẽ

H dico, quo & ipse põt humanarũ rerũ fragili tate deuenire: Deus autẽ in sordidos mores nunq̃ cadit, & gratias misericordie ipsius, q̃ hoc a nobis exigit, vt pater noster sit, quod nullo sumptu, sed sola bona voluntate cõpa rari potest: Admonenẽ ẽt hic diuites, vel gñe nobiles secundum seculum, cum Christiani fuerint, non superbire aduersus pauperes & ignobiles, qm̃ simul dicũt Deo. Pater noster: quod non pñt vere ac pie dicere, nisi se fra-

Cap. 9. tres esse cognoscant. Vtatur ergo voce noui testamenti populus nouus, ad æternam hære ditatem vocatus, & dicat, Pater noster qui es in cœlis.i.in sanctis & iustis: Non.n. spatio

Pater q̃ es in cœlis idest in sanctis. locorum continetẽ Deus. Sunt.n.cœli excelsa mundi corpora, sed tamen corpora, quæ nõ pñt esse nisi in loco. Sed si in cœlis tanquam in superiorib. mũdi partib. locus Dei esse cre diẽ, melioris meriti sunt aues, quarũ vita est Deo vicinior. Nõ aũt scriptum est, prope est

I dñs excelsis hominib. aut eis qui in montib. *Psalmus,* habitant sed scriptum est, Prope est dñs ob-*Gene. 3.* tritis corde, quod magis pertinet ad humilita *Terra peccator.* tem. Sed queadmodũ terra appellatus est pec cator, cũ ei dictũ est, Terra es & in terrã ibis: *Cœlum, iustus.* sic cœlũ iustus econtrario dici põt. Iustis.n. *1.Co.3.* dr̃, Templum Dei sanctũ est, quod estis vos. Quapp̃ si in templo suo habitat Deus, & san cti templum eius sunt, recte dr̃, qui in cœlis, es, qui es in sanctis. Et accõmodatissima ista similitudo est, vt spiritaliter tm̃ interesse vi-deatur inter iustos & peccatores, quantum corporaliter inter cœlum & terram. Cuius rei significandæ gratia, cũ ad orationes sta-mus, ad Orientem conuertimur, vnde cœlũ fugis, non tanquam ibi sit Deus & quasi cæte ras mundi partes deseruerit, qui vbique præ sens est nõ locorum spatiis, sed maiestate po tentiæ, sed vt admoneaẽ aĩus ad naturam ex-cellẽtiorẽ se conuertere.i. ad dñm cũ ipsum corpus eius quod est terrenum ad corpus ex cellentius.i. ad corpus cœleste conuertitur. *Deus q̃uoubiq; præsens. In cœlis.i. in cordib. iustorum* Conuenit etiam gradib. religionis & plurimum expedit, vt omnium sensib. & paruulo rum & magnorũ bene sentiaẽ de Deo. ideo q̃ visibilib. adhuc pulchritudinib. dediti sũt, nec pñt aliquid incorporeum cogitare, qm̃ necesse est vt cœlum præferant terræ, tolera

K bilior est opinio eorum si Deum quẽ adhuc corporaliter cogitant, in cęlo potius credãt esse q̃ in terra: Vt cum aliqñ cognouerint di gnitatem aĩæ, cœleste etiam corpus excede-re, magis eum quęrat in anima q̃ in corpore etiam cœlesti: Et cum cognouerint quãtum distat in peccatorum animas & iustorum, si-cut nõ audebant cum adhuc carnaliter sape-rent eum in terra collocare, sed in cœlo, sic postea melior fide vel intelligentia magis eum in animis iustorum quàm in peccatorũ requirãt. Recte ergo intelligitur, quod dictũ est, Pater noster qui es in cœlis, in cordibus iustorum esse dictum, tanquam in templo sancto suo. Simul etiam vt qui orat, in se quo que ipso velit habitare quem inuocat, & cũ hoc affectu teneat iustititiam, quo munere inuitatur ad inhabitandum animum Deus.

L Iam videamus quæ sint pentenda: Dictum est enim qui sit qui petitur & vbi habitet. Primũ *Cap. 10. Prima petitio.* autem omnium quæ petuntur hoc est, San-ctificetur nomen tuum. Quod non sic peti-tur, quasi non sit sanctum nomen Dei, sed vt sanctum habeatur ab hominibus, idest, ita illis innotescat Deus, vt non existiment ali-quid sanctius quod magis ostendere timeaẽ. Neq; enim quia dictum est, Notus in Iudæa *Psal. 75.* Deus, in Israel magnum nomẽ eius, sic intel-*Nomen domini vbi sit magnum* ligendum est, quasi alibi minor sit Deus, ali-bi maior, sed ibi magnum est nomẽ eius, vbi pro suæ maiestatis magnitudine nominatur. Ita ibi dicitur sanctum nomen eius, vbi cum veneratione & offensionis timore nomina-tur. Et hoc est quod nunc agitur, dum Euan-gelium adhuc vsquequaq; perdiuersas gen-tes innotescendo, commendat vnius Dei no men per administrationem filii eius. Dein-*Petitio secunda.* de sequitur, Adueniat regnum tuum. Sicut ipse dñs in Euãgelio docet, tunc futurũ esse

iu dicii

iudicij diem, cum Euangelium prædicatum
fuerit in omnib. gentib. quæ res pertinet ad
sanctificationē nominis Dei. Nō.n. & hic ita
dictum est, Adueniat regnū tuū, quasi nunc
Deus non regnet. Sed forte quis dicat, adue-
niat dictū esse in terrā, quasi vero nō ēt ipse
nunc regnet in terra, semperq; in ea regnaue
rit à constitutione mundi. Adueniat ergo ac
cipiendum est, manifestet hominib. Quem-
admodum.n.etiam præsens lux absens est cę
cis & eis qui oculos claudunt, ita Dei regnū
M q̄uis nunquam discedat de terris, tñ absēs est
1. Retr. ignorantib. Nulli aūt licebit ignorare regnū
Cap. 19. Dei, cū eius vnigenitus, non solū intelligibi
liter sed ēt visibiliter in hoīe dñico de cœlo
venerit iudicaturus viuos ac mortuos: Post
qđ iudicium.i.cum discretio & separatio iu
storū ab iniustis facta fuerit, ita inhabitabit iu
stos Deus vt nō opus sit cuiq̄ doceri per ho-
Esa.54. minē, sed sint oēs, vt scriptū est, dociles Deo.
Ioan.6. Deinde beata vita oī ex parte perficiat ī san
ctis in æternū, sicuti nūc cœlestes angeli san
ctissimi atq; beatissimi soli Deo illustrāte sa
Mat.22. pientes, & beati sunt, quia & hoc promisit
Cap. 11. Deus sanctis suis: In resurrectione erunt, in-
Petitio quit, sicut angeli in cęlis. Et iō post illam pe
tertia. titionem qua dicimus, Adueniat regnū tuū,
sequit, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in
terra.i.sicut est in angelis qui sunt in cęlis vo
luntas tua, vt oīno tibi adhæreant teq; fruan
tur, nullo errore obnubilante sapientiam eo
rum, nulla miseria impediēte beatitudinem
eorum, ita fiat in sanctis tuis qui in terra sunt
& de terra, quod ad corpus attinet, facti sūt,
Lucæ. 2. & q̄uis ad cœlestē habitationē atq; immuta
tionē, tñ de terra assumēdi sunt. Ad hæc respi
cit ēt illa angelorū prædicatio, Gloria in ex
celsis Deo, & in terra pax hominib. bonæ vo
luntatis vt cū præcesserit bona voluntas no-
stra, quę vocantē sequit, perficiatur in nobis
Volūtatē volūtas Dei sicuti est in cœlestib. angelis, vt
Dei fieri. nulla aduersitas resistat nr̄æ beatitudini, qđ
est pax. Itē fiat volūtas tua, recte ītelligit, obe
diatur præceptis tuis, sicuti in cœlo & in ter
A ra.i.sicut ab angelis, ita ab hominibus. Nam
Ioan. 4. fieri voluntatē Dei cum obtemperat præce-
& 6. ptis eius, ipse dominus dicit, cum ait, Meus
cib. est, vt faciam volūtatem eius qui me mi
sit. Et sępe, Non veni facere voluntatē meā,
sed eius qui me misit. Et cum ait, Ecce mater
Mat. 12. mea & ecce fratres mei, & quicūque fecerit
voluntatem Dei, hic mihi est frater, & mater
& soror. Qui.n.faciunt voluntatem Dei, in
illis vtiq; fit voluntas Dei: Non quia ipsi fa-
ciunt, vt vult Deus, sed quia faciunt quod ille
vult.i.secundum voluntatem eius. Est etiam
ille intellectus, Fiat voluntas tua sicut in cœ
lo & in terra, sicut in sanctis & iustis, ita etiā
in peccatorib. Quod adhuc duob. modis ac
cipi potest: Siue vt oremus ēt pro inimicis
nostris. Quid. n. sunt aliud habendi contra
quorum voluntatem Christianum & catho
licum nomē augetur? Vt ita dictum sit, Fiat vo B
luntas tua sicut in cœlo & in terra, tanquā si
diceret, faciant volūtatem tuam sicuti iusti,
ita etiam & peccatores, vt ad te conuertant.
Siue ita, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in
terra, vt sua cuiq; tribuant, quod fit in extre-
mo iudicio, vt iustis pręmium, peccatoribus
damnatio tribuatur, cum agni ab hædis sepa
rabunt. Ille etiam nō absurdus, immo etiam *Mat. 25.*
& fidei & spei nostrę conuenientissimus in-
tellectus est, vt cœlum & terrā accipiamus,
spm̄ & carnē. Et quod dicit Apostolus, Men- *Rom. 7.*
te seruio legi Dei, carne aūt legi peccati, vi *Cœlum.*
deamus factam voluntatem Dei in mente.i. *Spiritus.*
in spiritu. Cum autem absorpta fuerit mors *Terra,*
in victoria, & mortale hoc induerit immor- *caro.*
talitatem, qđ fiet carnis resurrectione, atque *1. Co. 15.*
illa immutatione quæ promittitur iustis, ƒm
eiusdem Apostoli prædicationem, Fiat volū
tas Dei sicut in cœlo & in terra. i. vt quem-
admodum spiritus non resistit Deo, sequens
& faciens voluntatem eius, ita & corpus nō
resistat spūi vel aīæ, quę nunc corporis infir-
mitate vexatur, & in carnalem cōsuetudinē
ꝓna est, quod erit summę pacis in vita ęter-
na, vt non solum velle adiaceat nobis, sed ēt
perficere bonum: Nunc enim velle, inquit, *Rom. 7.*
adiacet mihi, perficere autem bonum nō in
uenio, quia nondum in terra sicut in cęlo.i.
non dum in carne, sicut in spiritu facta est
voluntas Dei. Nam & in miseria nostra fit
volūtas Dei, cum ea patimur per carnē quæ
nobis mortalitatis iure debentur, quam pec C
cando meruit nostra natura. Sed id orādum
est, vt sicut in cœlo, ita & in terra fiat volun
tas Dei.i.vt quemadmodum corde delecta-
mur lege, secundum interiorem hoīem, ita
etiam corporis immutatione facta, huic no-
stræ delectationi nulla pars nostra terrenis
doloribus seu voluptatibus aduersetur. Nec

illud a veritate abhorret, vt accipiamus, Fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra, sicut in ipso dño nostro Iesu Christo ita & in Ecclesia, tanquam in viro qui patris voluntatẽ impleuit, ita & in fœmina quæ illi desponsata est: Cęlum.n.& terra cõuenienter intelligit, quasi vir & fęmina, qm̃ terra cœlo fœcundante fructifera est. Quarta petitio, panẽ nostrum quotidianũ da nobis hodie. Panis quotidianus, aut ꝓ iis omnib. dictus est, quæ huius vitæ necessitatem sustentant, de quo cum præcipit, ait, Nolite cogitare de crastino, vt iõ sit additum, da nobis hodie: Aut pro sacro corporis Christi, qđ quotidie accipim⁹: Aut pro spiritali cibo, de quo idẽ dñs dicit, Operamini escam quæ nõ corrumpitur: Et illud, Ego sum panis vitæ, qui de cęlo descendi. Sed horũ trium q.d sit probabili⁹ cõsiderari potest. Nam forte quispiam moueat cur oremus pro his adipiscendis quæ huic vitæ sunt necessaria, veluti est victus & tegumentum, cũ ipse dñs dicat, Nolite soliciti esse q.d edatis, vel q.d induamini: An potest quisque de ea re pro qua adipiscẽda orat non esse solicitus, cum tanta intentione animi orõ dirigenda sit, vt ad hoc totum illud referatur quod de claudendis cubiculis dictum est. Et illud quod ait, Quærite primum regnũ Dei & iustitiam eius, & hæc oĩa apponent vobis? Nõ ait vtiq;, quærite primum regnũ Dei, & dein de ista q̃rite: Sed hęc oĩa, inquit, apponẽtur uobis.s. etiã nõ quærentib. Qũo aũt recte dicat non quęrere aliquis, qđ vt accipiat intẽtissime Deum precat, nescio vtrum inueniri queat. De sacro autem corporis dñi, vt illi non moueant qõnem qui plurimi in Oriẽtalib. partib. non quotidie cęnæ dñicę cõmunicant, cum iste panis quotidianus dictus sit, vt ergo illi taceant, neq; de hac re suã sñiam defendant, vel ipsa authoritate Ecclesiastica sint contenti qđ sine scãdalo ista faciunt, neque ab eis qui Ecclesiis pręsunt facere prohibentur, neque non obtemperantes damnantur. vnde probatur non hunc in illis partibus intelligi quotidianum panem. Nam magni peccati crimine arguerentur qui ex eo non accipiunt quotidie. Sed vt de istis, vt dictum est, nihil in aliquã partem disseramus, illud certe debet occurrere cogitantib. regulã nos orandi à domino accepisse, quam transgredi non oportet vel addendo aliquid vel prętereundo. Quod cum ita sit, quis est qui audeat dicere semel tm̃ nos orare dẽre orõnem dñicam, aut certe etiam si iterum vel tertio vsq; ad eam tm̃ horam qua corpori dñi cõmunicamus, postea vero non sit orandum ꝑ reliquas partes diei? Non.n. iam dicere poterimus, da nobis hodie, qđ iam accepimus. Aut poterit quisque cogere vt etiam vltima parte sacrm̃ illud celebremus? Restat igitur vt quotidianum panem accipiamus spiritalem, pręcepta.s. diuina, quæ quotidie oportet meditari & operari. Nam de ipsis dñs dicit, Operamini escam quæ non corrumpit. Quotidianus autẽ iste cib. nunc dr̃, quandiu ista vita temporalis per dies decedentes succedentesq; peragitur. Et reuera quandiu nũc in superiora, nũc in inferiora, i. nunc in spiritalia, nunc in carnalia animi effectus alternant, tanquam ei qui aliquando pascitur cibo, aliqando famem patitur, quotidie panis necessarius est, quo reficiatur esuriens, & relabẽs erigatur. Sicut itaque corpus nostrum in hac vita, ante illam scilicet immutationẽ, cibo reficitur, quia sentit dispendium, sic & animus quoniam temporalibus affectibus quasi dispendium ab intentiones Dei patit, præceptorum cibo reficiatur. Da nobis hodie dictum est quandiu dicitur hodie, idest, in hac temporali vita. Sic enim cibo spiritali post hanc vitam saturabimur in æternum, vt non tunc dicatur, quotidianus panis, quia ibi temporalis voluptas, quæ diebus dies succedere facit, vnde appellatur quotidie, nulla erit. Vt autem dictum est, Hodie si vocem eius audieritis, quod interpretatur Apostolus in Epistola quæ est ad Hebræos, quãdiu dicitur hodie, ita & hic accipiendum est, da nobis hodie. Si quis autem etiam illa quæ de victu corporis necessario, vel sacrameto dominici corporis istam sententiam vult accipere, oportet vt cõiuncte acipiantur omnia tria, vt scilicet quotidianum panem simul petamus, & necessarium corpori, & sacramentum visibile. & inuisibile verbi Dei. Sequitur q̃nta petitio, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris. Debita peccata dici maiufestum est, vel illinc quòd ait idem dominus, Non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem, vel illinc quòd debitores appellauit qui ei nũcia ti sunt extincti, vel ruina turris, vel quorum sangui-

Marginal notes: Petitio quarta. Cap. 12. Panis quotidianus. B Mat. 6. E Ioan. 6. Mat. 6. Rom. Colos. Spirit. Tertio. Ibidem. F G Ioan. 6. Psal. 94. Hebr. 3. H Cap. 13. Quinta petitio. Mat. 5. Luc. 12. & 12.

ſanguinem Herodes ſacrificio miſcuit. Dixit enim putare hoĩes ꝙ illi vltra modum debitores eſſent.i.peccatores, & addidit, Amẽ dico vobis, niſi pœnitentiam egeritis, ſimiliter
Lucæ. 13 moriemini. Non hic ergo quiſque vrgeť pecuniã dimittere debitorib. ſed quæcunq; in eum alius peccauerit. Nam pecuniã dimittere illo potius iubentur præcepto, quod ſupe
Mat. 5. rius dictũ eſt, Si quis tibi tunicam tollere vo
I luerit, & iudicio tecum cõtendere, dimitte ei pallium, nec ibi neceſſe eſt oĩ pecuniario debitori dimittere debitũ, ſed ei q̃ reddere no
2. Ti 2. luerit, in tm̃ vt vellet etiam litigare: Seruum
Pecunia, duab. de cauſis nõ redditur. aũt dñi, vt ait Apoſtolus, non oportet litigare. Qui ergo vel ſponte cõuentus pecuniam debitam reddere noluerit, dimittẽda illi eſt. Duas.n.ob res nollet reddere, vel ꝙ non habeat, vel ꝙ auarus ſit reiq; alienæ cupidius. Vtrunque aũt pertinet ad inopiam. Nam illa inopia eſt rei familiaris, hæc animi. Quiſq̃s itaq; tali dimittit inopi debitũ, inopi dimittit opusq; Chriſtianum operať, manente illa regula, vt in illo animo paratus ſit amittere qđ ſibi debeť. Nam ſi modeſte & leniter oĩmodo egerit, vt ſibi reſtituatur, non tam intẽdẽs fructum pecuniæ, quam vt hoĩem corrigat, cui ſine dubio perniciosũ eſt habere vnde reddat, & non reddere, non ſolum non peccabit, ſed proderit ei etiam plurimum ne ille dum aliena pecunia lucrum facere vult, damnum fidei patiatur, qđ tanto eſt grauius, vt nulla ſit comparatio. Ex quo intelligitur etiam in iſta quinta petitione, qua dicimus. Dimitte nobis debita noſtra, nõ de pecunia q̃dem dici, ſed de omnib. quæ in nos quiſq; peccat, ac per hoc etiam de pecunia. Peccat nanq; in te, qui tibi pecuniam debitam cum habeat vnde reddat recurat reddere. Qđ pec
K catum ſi non dimiſeris, non poteris dicere, dimitte nobis ſicut & nos dimittimus. Si aũt ignoraueris vides etiam de pecunia animi dimittenda admoneri eum, cui tali prece orare præcipiť. Illud ſanè tractari poteſt, vt qñ dicimus, Dimitte nobis debita noſtra, & reliqua, tunc conuincamur contra iſta regulam feciſſe, ſi eis non dimittimus qui veniam petunt, quia & nobis veniam petentibus à beniſſimo patre dimitti volumus. Sed illo rurſus præcepto, quo iubemur orare pro inimicis noſtris, non pro his iubemur qui veniam
Mat. 5. petunt. Iam enim qui tales ſunt, non ſunt inimici: Nullo modo autem quiſquam vere dixeri t orare ſe pro eo cui non ignouerit. Quapropter fatẽdum eſt oĩa peccata dimittenda eſſe, quæ in nos admittunť, ſi volumus nobis a patre dimitti quæ admittimus. Nam de vindicta ſuperius, vt arbitror, ſatis diſputatum
Cap. 14. Sexta petitio. eſt. Sequiť ſexta petitio, Et ne nos inferas in tentationem. Non nulli codices habent inducas, qđ tantundem valere arbitror: Nam ex vno Græco quod dictum eſt εἰσενέγκῃς vtrunque tranſlatum eſt: Multi aũt precando, ita dicunt, Ne nos patiaris induci in tentationem, exponẽtes videlicet qũo dictum ſit inducas. Non.n.per ſeipſum inducit Deus, ſed induci patitur eũ, quẽ ſuo auxilio deſeruerit ordine occultiſſimo ac meritis: Cauſis ẽt ſæpe manifeſtis dignum iudicat ille quem deſerat, & in tentationem induci ſinat. Aliud eſt aũt in-
Inducit qũo deus in tentationem. duci in tentationem, aliud eſt tentari. Nam ſine tentatione probatus eſſe nonnullus põt, ſiue ſibiipſi, ſicut ſcriptum eſt, Qui non eſt tẽ
Induci in tẽtationẽ & tẽtari. tatus, qualia ſcit? ſiue alii, ſicut Apoſtolus ait, Et tentationẽ veſtram in carne mea nõ ſpreuiſtis: Hinc.n.eos firmos cognouit, quia eius tribulationib. quæ Apoſtolo * in carne acciderant non ſun à charitate deflexi: nam Deo
a. l. ſcdm carnem. Eccleſiaſtici. 34. Galat. 4. Deut. 13. noti ſumus, & ante oẽs tentationes. qui ſcit oĩa antequam fiant. Qđ itaq; ſcriptum eſt, Tẽtat vos dñs Deus veſter, vt ſciat ſi diligatis eũ: illa locutione poſitum eſt, vt ſciat, pro eo qđ eſt, vt ſcire vos faciat, ſicut diẽ lætũ dicimus, ꝙ lætos faciat, & frigus pigrũ, ꝙ pigros facit, & innumerabilia huiuſmodi, quæ ſiue in conſuetudine loquendi, ſiue in ſermone doctorũ ſiue in ſcripturis ſanctis reperiunť. qđ non intelligentes heretici veteri teſtõ aduerſanť, velut ignorantiæ vitio notandũ putantes, de eo qđ dictũ eſt, Tẽtat vos dñs Deus veſter, quaſi in Euangelio de dño ſcriptum nõ ſit, Hoc aũt dicebat tentans eum, nam ipſe ſciebat quid eſſet facturus. Si enim nouerat cor eius quem tẽtabat, quid eſt quod voluit videri tentando? Sed profecto illud factũ eſt, vt ipſe ſibi notus fieret qui tentabať, ſuamq; deſperationem contemneret ſaturatis turbis de pane domini, qui eas nõ habere quod ederent exiſtimauerat. Non ergo hic oratur vt non tentemur, ſed vt non inferamur in tentationem, tanquam ſi quiſpiam cui neceſſe ſit igne examinari, non oret vt igne non contingatur, ſed vt non exuratur. Vaſa enim figuli

guli probat fornax,& homines iustos tenta-
Ephe. 2. tio tribulationis. Ioseph ergo tentatus est il-
Ecclesia- lecebra stupri, sed nō est illatus in tētationē.
stici 27. Susanna tentata est, nec ipsa inducta vel illa-
Gen. 39. ta in tentationem: Multiq; alij vtriusq; sexus.
Dan. 13. Sed Iob maxime: cuius admirabilem stabili-
Cap. 15. tatē in Deo domino suo, cū illi hæretici ho-
Iob. 1. stes veteris testamenti ore sacrilego irridere
voluerint, illud præ cęteris ventilant, ꝙ Sata
nas petierit eum tentādum. Quærūt enim ab
imperitis hominibus talia intelligere nequa
quā valētibus, quomodo Satanas cū Deo lo
qui potuerit: non intuentes, nō enim possunt
superstitione & contentione cęcati, dominū
non loci spatiū mole corporis occupare, &
sic alibi esse, alibi non esse, vel certe hic ha-
A bere partē aliam, & alibi aliam: sed maiestate
vbiq; præsto esse, non ꝑ partes diuisum, sed
Esa. 66. vbiq; perfectū. Quod si carnaliter intuentur
quod dictū est, Cęlū mihi sedes est, & terra
Matt. 5. scabellū pedum meorū, Cui loco dominus
attestatur dicens, Nec iuretis, neq; per cęlū,
quia thronus Dei est, neq; per terram, quia
scabellū est pedū eius: quid mirum si in terra
diabolus constitutus, ante pedes Dei, & corā
illo aliq̄d locutus est? Nā quando illi valent
intelligere, nullam esse animam, quāuis per-
uersam, quæ tamen vllo modo ratiocinari
potest, in cuius cōsciētia nō loquatur Deus?
Rom. 2. Quis enim scribit in cordibus hominū natu
ralem legem, nisi Deus? De qua lege Aposto
lus ait, Cum.n.gentes quæ legem nō habent,
naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi legem
non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostēdunt
opus legis scriptū in cordibus suis, cōtestan-
te conscientia ipsorū, & inter se inuicem co
gitationum accusantium, aut ēt excusantiū,
in die in qua iudicabit dominus occulta ho
minū. Quapropter si hominis anima rationa
lis etiam cupiditate cęcata, tamen cum cogi
tat & ratiocinatur, quicquid in ea ratiocina
B tione verū est, non ei tribuendum est, sed ipsi
lumini veritatis, à quo vel tenuiter pro sui
capacitate illustratur, vt verū aliquid in ratio
cinando sentiat: quid mirū si diaboli anima
praua cupiditate peruersa quicquid tamen
verū de iusto viro cogitauit cum eū tentare
vellet, ipsius Dei voce, idest ipsius veritatis
voce audisse perhibetur? Quicquid autem
falsum, illi cupiditati tribuitur, qua diaboli
nomē accepit. Quāuis ēt per creaturā cor-
poralē atq; visibilē Deus plerūq; locutus est
seu bonis, seu malis tanquam omniū domi-
nus & rector & pro cuiusq; rei meritis or-
dinator: sicut per angelos qui hominū quo-
que aspectibus apparuerunt, & per Prophe-
tas dicētes, Hęc dicit dn̄s. Quid ergo mirū, si
quanquā nō ipsa cogitatione, per aliquā cer
te creaturā tali operi accōmodatā Deus lo-
cutus esse cū diabolo dr̄? Nec dignitatis esse
arbitrētur, & quasi iustitiæ meritū, ꝙ cū illo
Deus locutus est: qm̄ locutus est cū anima ān
gelica quāquā stulta, & cupida, tanquā si lo C
queretur cū aīa humana stulta & cupida. Aut
ipsi dicant qūo locutus est Deus cū illo diui
te, cuius cupiditatē stultissimam arguere vo
luit dicens, Stulte, hac nocte aīa tua expostu
latur à te, hæc quę pręparasti cuius erūt? Cer *Luc. 12.*
te hoc ipse dn̄s in Euangelio dicit, cui hęreti
ci isti velint nolint colla submittunt. Si autē
hoc mouētur, ꝙ tentandū iustū Satanas petit *Iob. 1.*
à Deo, nō ego expono quare sit factū, sed ip
sos cogo exponere quare sit dictū ī Euāge
lio ab ipso dn̄o discipulis: ecce Satanas petijt
vos vexare quasi triticū. Et Petro ait, Ego aūt
postulaui ne deficiat fides tua. Cū autē hæc
exponunt mihi, simul illud quod à me quę- *Luc. 22.*
runt exponunt sibi. Si vero nō valuerint hoc
exponere, non audeāt id quod in Euangelio
sine offensione non intelligunt, in alio libro
cū temeritate culpare. Fiunt igitur tentatio-
nes per Satanam non potestate eius, sed per- *Tentationes q̄uo fiant per Satanam*
missu domini, ad homines aut pro suis pec-
catis puniendos, aut pro domini misericor-
dia probandos & exercendos. Et interest plu
rimum in qualē quisq; tentationem incidat.
Nō.n.in talē incidit Iudas q̄ vendidit domi-
nū in qualē incidit Petrus cū territus domi
num negauit. Sunt.n. tentationes humanæ,
credo cū bono quisq; animo secundū huma
nam tn̄ fragilitatē in aliquo consilio labitur:
aut irritatur in fratrē studio corrigēdi, paulo
tamen amplius quā Christiana tranquillitas *1. Co. 10.*
postulat: de quibus Apostolus dicit, Tenta-
tio vos non apprehendat nisi humana: cum
idē dicat, Fidelis Deus qui vos nō sinet tētari D
supra quam potestis ferre, sed faciet cum tē-
tatione etiā prouentum vt possitis tolerare.
In qua sententia satis ostendit, non id nobis
orandū esse vt non tentemur, sed ne in tenta
tionē inducamur. Inducimur.n. si tales acci-
derint quales ferre non possumus. Sed cum

tentationes periculosę, in quas inferri atque *Quo inducatur in tentationem.* induci periculosum est, aut prosperis rebus temporalibus, aut aduersis oriãtur, nemo frãgitur aduersarũ molestia qui prosperarũ dilectione non capitur. *Septima petitio. Cap. 16.* Vltima & septima petitio est, Sed libera nos à malo. Orãdũ est.n. vt non solum non inducamur in malũ, quo caremus, quod sexto loco petitur, sed ab illo ẽt liberemur, in q̃ iam inducti sumus. Qđ L cum factũ fuerit, nihil remanebit formidolosum, nec omnino metuenda erit vlla ten- *Gene. 3.* tatio. Quod tamen in hac vita quandiu istã mortalitatem circunferimus, in quã serpentina persuasione inducti sumus, non sperandum est posse fieri, sed tamen aliquando futurum sperandum est, & hęc est spes quę nõ videtur. De qua cum loqueretur Apostolus, *Rom. 8.* ait, Spes aũt quę videtur, non est spes. Sed tñ sapientia quæ in hac quoq; vita concessa est, fidelibus seruis Dei non est desperanda. Hæc est aũt vt id quod domino reuelante fugiendum esse intellexerimus, cautissima vigilantia fugiamus: id quod domino reuelãte appetendũ esse intellexerimus, flagrantissima charitate appetamus. Ita etiã relicto mortalitatis huius onere, ipsa morte deposita, ex omni hominis parte opportuno tempore perficietur beatitudo, quę in hac vita inchoata est: & cui capessendę atque obtinendæ aliquando, nunc omnis conatus impeditur. Sed harum septẽ petitionũ consideranda & commendãda distinctio est. *Cap. 17. Aeterna dignitate priora.* Nã cũ vita nostra tẽporaliter nunc agatur, atq; speretur æterna, & cũ ęterna priora sint dignitate, quãuis tẽporalibus prius actis ad illa transeatur, triũ primarũ petitionũ impetrationes in hac vita, quę in isto seculo agitur, exordium capiunt. Nã & sanctificatio nominis Dei ab ipso humilitatis dñi aduentu agi cępit, & aduentu regni eius, quo in claritate venturus est, nõ iam finito seculo, sed in fine seculi manifestabitur: perfe- M ctio voluntatis eius, sicut in cęlo & in terra: siue iustos & peccatores cęlũ & terrã intelligas, siue spiritũ & carnẽ siue dñm & Ecclesiã, siue omnia simul, ipsa perfectio est nostræ beatitudinis, & ideo seculi terminatione cõplebitur, tñ omnia tria in ęternũ manebũt nam & sanctificatio nominis Dei sempiterna erit, & regni eius non est finis, & perfectæ nostræ beatitudini æterna vita promittitur Permanebũt ergo ista tria consummata atq; cumulata in illa vita, quę nobis promittitur.

Reliqua vero quatuor quę petimus, ad tẽporalẽ istã vitã pertinere mihi videntur. Quorũ primũ est, Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Hoc ipso enim q̃ dictũ est quoti- A dianus panis, siue spiritalis significet, siue in sacramento, aut in victu iste visibilis, ad hoc tempus pertinet, quod appellauit hodie: non quia spiritalis cibus nõ est sempiternus, sed quia iste, qui quotidianus dictus est in scri- *Esa. 54. Ioan. 6.* pturis, siue in strepitu sermonis, siue quibusque tẽporalibus signis exhibetur animę, quę omnia tunc vtiq; non erunt, cũ omnes erunt docibiles Deo, & ipsam ineffabilem lucem veritatis, nõ motu corporũ significantes, sed puritate mentis haurientes. Nã fortasse & p̄ *Panis.* pterea panis dictus est, non potus: quia panis frãgendo atq; mandendo, in alimentum conuertitur, sicut scripturæ aperiendo, & dis *Potus.* serẽdo animã pascunt: potus vero paratus, sicuti est, transit in corpus, vt isto tẽpore panis sit veritas, cũ quotidianus panis dicitur: tunc autẽ potus, cũ nullo labore disputandi & sermocinandi, quasi frangẽdi atq; mandẽdi, opus erit, sed solo haustu syncerę & perspicuæ veritatis. Et peccata nũc nobis dimittunt, & nunc dimittimus, quę harũ quatuor reliquarũ secunda petitio est. Tunc autẽ nulla erit venia peccatorum, quia peccata & tẽtationes tẽporalem istã vitam infestant. Non autem erunt, cum perfectum fuerit quod di- *Psal. 30.* ctũ est, Abscondes eos in abdito vultus tui, Et malũ, à quo liberari optamus, & ipsa liberatio à malo ad hanc vtiq; vitam pertinet, quam & iustitia Dei mortalẽ meruimus, & vnde ipsius misericordia liberabimur: *Cap. 18.* Videtur etiam mihi septenarius iste numerus harũ petitionũ, cõgruere illi septenario numero, ex quo totus iste sermo manauit. B Si enim timor Dei est, quo beati sunt pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cęlorũ, petamus vt sanctificetur in hominibus nomẽ Dei timore casto permanẽte in secula seculorũ. Si pietas est, qua beati sunt mites, quoniã ipsi hęreditate possidebunt terram, petamus vt veniat regnum eius, siue in nosipsos, vt mitescamus, nec ei resistamus: siue de coelo in terras in claritate aduentus domini, quo nos gaudebimus & lętabimur dicente illo, Ve- *Mat. 16.* nite benedicti patris mei, percipite regnum. *Psal. 33.* In domino, inquit Propheta, laudabitur

anima

anima mea, audiant mansueti, & iocundentur. Si scientia est, qua beati sunt qui lugent, qm̃ ipsi consolabuntur: oremus vt fiat voluntas eius, sicut in cœlo & in terra, quia cũ corpus tanquam terra, spiritui tanquã cęlo summa & tota pace consenserit, non lugebimus: nã nullus alius huius temporis luctus est, nisi
I cum aduersus se ista confligunt & cogũt nos
Rom. 7. dicere, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & luctũ nostrũ lachrymosa voce testari, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Si fortitudo est, qua beati sunt q̃ esuriũt & sitiunt iustitiam, qm̃ ipsi saturabuntur, oremus vt panis noster quotidianus detur nobis hodie, quo fulti atq; sustentati, ad plenissimã illam saturitatem venire possimus. Si consilium est, quo beati sunt misericordes, qm̃ ipsorum miserebitur Deus, dimittamus debita debitoribus nostris, & oremus vt nobis nostra dimittantur. Si intellectus est, quo beati sunt mundi corde, qm̃ ipsi Deum videbunt, oremus non induci in tentationem: ne habeamus duplex cor, non appetendo simplex bonum, quò referamus omnia quæ operamur, sed simul temporalia & terrena sectando. Tentationes.n. ex his rebus quæ graues & calamitosæ videntur hominibus, non in nos valent, si non valeant illæ, quæ blanditijs earum rerum accidunt, quas homines bonas & lætabundas putant. Si sapientia est, qua beati sunt pacifici, qm̃ ipsi filij Dei vocabuntur, oremus vt liberemur à malo: ipsa.n. liberatio liberos nos facit, i. filios Dei, vt spiritu adoptionis clamemus Abba pater. Sanè non negligenter prætereundum est, ꝙ ex omnibus
Rom. 8. Gal. 4.
ijs sententijs, quibus nos orare dñs pręcepit, eam potissimum cõmendandam esse iudicauit, quę pertinet ad dimissionem peccatorũ: in qua nos misericordes esse voluit, ꝙ vnum est consilium miserias euadendi. Nulla enim alia sentẽtia sic oramus, vt quasi paciscamur cum domino: dicimus enim, Dimitte nobis
K debita nostra, sicut & nos dimittimus. In qua pactione si mẽtimur, totius orationis nullus
Mat. 6. erit fructus. Sic enim dicit, Si dimiseritis hominib. peccata eorum, dimittet & vobis pater vester qui in cœlis est peccata vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, neque pa-
Cap. 19. ter vester dimittet vobis delicta vestra. Sequitur de ieiunio præceptum, pertinens ad eandem cordis mundationẽ, de qua nunc agitur. Nam & in hoc opere cauendũ est, ne surrepat aliqua ostentatio & appetitus laudis humanæ, qui duplicet cor nostrũ, & non sinat mundũ & simplex esse ad intelligendum Deũ. Cũ autẽ ieiunatis, inquit, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: Exterminãt enim vultũ suũ vt videantur hominibus ieiunantes. Amen dico vobis perceperunt mercedem suã. Vos aũt ieiunantes vngite capita vestra, L
& facies vestras lauate ne videamini hominibus Mat. 6.
ieiunãtes, sed patri vestro q̃ est in abscõdito: & pater vester qui videt in abscondito, reddet vobis. Manifestũ est his præceptis omnem nostram intentionẽ in interiora gaudia dirigi, ne foris quærentes mercedẽ, huic seculo conformemur, & amittamus professionem tanto solidioris atq; firmioris, quanto interioris beatitudinis, qua nos elegit Deus conformes fieri imaginis filij sui. In hoc aũt capitulo maxime aduertendũ est, nõ in solo rerum corporearũ nitore atq; põpa, sed etiã in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiam: & eo periculosiorem, quo sub nomine seruitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis atq; vestitu, vel cęterarũ rerũ nitore præfulget, facile conuincitur rebus ipsis, põparum seculi esse sectator, nec quẽquã fallit dolosa imagine sanctitatis. Qui autẽ in professione Christianitatis inusitato squalore ac sordibus intentos in se oculos hominũ facit, cum id voluntate faciat, non necessitate patiatur, cęteris eius operibus potest conijci, vtrum hoc contemptu superflui cultus, an ambitione aliqua faciat: q̃a & sub ouina pelle cauẽdos lupos dñs præcipit, Sed ex fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos. Cũ enim cęperint aliquibus tentationib. ea ipsa scilicet illis subtrahi vel negari, quæ isto velamine cõsecuti sunt, vel cõsequi cupiũt, tũc necesse est vt appareat, utrũ lupus in ouina pelle sit, an ouis in sua. Nõ.n. propterea ornatu superfluo debet aspectus hoĩũ mulcere Christianus, quia illũ parcũ habitũ ac necessariũ, etiã simulatores sæpius usurpãt, ut M
incautos decipiant, quia & illæ oues non debent pelles suas deponere, si aliqñ eis lupi se cõtegant. Quæri ergo solet q̃d sit ꝙ ait: Vos Cap. 20.
aũt cũ ieiunatis, ungitę capita uestra: & reliqua. Nõ enim recte quisquã pręceperit, quãuis faciẽ quotidiana consuetudine lauemus,

vnctis etiam capitibus, cũ ieiunamus, nos esse debere. Quod si turpissimũ oẽs fatentur, intelligendũ est hoc præceptũ vngendi caput, & faciem lauandi, ad interiorẽ hominẽ pertinere. Vngere ergo caput ad lætitiã pertinet, lauare aũt faciem ad munditiã: & ideo caput vngit, qui lætatur interius & mente atque ratione. Hoc.n.recte accipimus caput, ꝙ in anima præeminet, & quo cętera hominis regi & gubernari manifestum est. Et hoc facit qui non foris quærit lætitiam, vt de laudibus hominũ carnaliter gaudeat. Caro aũt, q̃ subiecta esse debet, nullo modo est totius naturæ humanæ caput. Nemo quidẽ vnquã carnem suã odio habuit, sicut Apostolus dicit, cũ de diligẽda vxore præcipit, sed caput mulieris vir, cui viro caput est Christus. Interius ergo gaudeat in ieiunio suo, eoipso quo sic se ieiunando auertit à voluptate seculi, vt sit subditus Christo, qui secundũ hoc præceptum caput vnctũ habere desiderat. Ita.n.& faciem lauabit, i.cor mundabit, quo visurus est Deũ, non interposito velamine ꝑꝑ infirmitatem cõtractã de sordibus: sed firmus & stabilis, qm̃ mũdus & simplex. Lauamini, inquit, mundi estote, auferte nequitias ab animis vestris, atq; à cõspectu oculorũ meorũ. Ab his igitur sordib. facies nostra lauãda est, quib. Dei aspectus offenditur. Nos.n.reuelata facie gloriam dñi speculantes, in eandem imaginẽ transformabimur. Sæpe ẽt cognitio necessariarum rerũ ad istam vitam pertinentium sauciat, & sordidat interiorem oculum nostrum: & plerunq; cor duplicat, vt ea quæ videmur cũ hominibus recte facere, non eo corde faciamus, quo dñs pręcipit, i.quia eos diligimus, sed quia cõmodum ab eis aliquid ꝑꝑ necessitatem præsentis vitę adipisci volumus. Debemus ergo benefacere illis propter salutem ipsorum ęternã, non propter tẽporale cõmodum nostrũ. Inclinet ergo Deus cor nostrum, in testimonia sua, & non in emolumentum. Finis.n.pręcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Qui aũt propter suam in hac vita necessitatẽ fratri consulit, non vtiq; charitati cõsulit: quia non illi, quẽ debet tanquã seipsum diligere, sed sibi cõsulit, vel potius nec sibi: qñquidẽ hinc sibi facit duplex cor, quo impeditur ad videndum Deum: in qua sola visione est beatitudo certa atq; perpetua. Recte ergo sequitur, & præcipit, qui mundãdo cordi nostro instat, dicens, Nolite vobis condere thesauros in terra, vbi erugo & tinea exterminãt. Et reliqua. Ergo si in terra erit cor, idest si eo corde quisq; operetur aliquid, vt terrenũ cõmodũ adipiscatur, qũo erit mundum cor, ꝙ in terra volutatur? Si aũt in cęlo, mundum erit, quia munda sunt quæcunq; cęlestia: sordescit.n.aliquid, cum inferiori miscetur naturæ quanuis in suo genere non sordidæ: Quia ẽt de puro argento sordidatur aurum, si misceatur: ita & animus noster terrenorũ cupiditate sordescit, quãuis ista ipsa terra in suo genere atq; ordine munda sit. Cęlũ aũt in hoc loco non corporeum accipimus, quia omne corpus pro terra habendum est. Totum.n.mundũ debet contemnere, qui sibi thesaurizat in cœlo, de quo dictum est, Cœlũ cœli dño, i.in firmamento spiritali. Non enim in eo ꝙ transiet, constituere & collocare debemus thesaurũ nostrum & cor nostrũ, sed in eo ꝙ semper permanet. Cœlum autẽ & terra transibunt. Et hic manifestat de mundando corde se cuncta ista præcipere, cum dicit, Lucerna corporis tui oculus tuus est. Si ergo oculus tuus simplex fuerit, totũ corpus tuum lucidum fuerit: Et reliqua. Qui locus sic intelligẽdus est, vt nouerimus omnia opera nostra tunc esse munda, & placere in conspectu Dei, si fiant simplici corde, i.intẽtione superna, fine illo charitatis: quia & plenitudo legis charitas. Oculum ergo hic accipere debemus ipsam intẽtionẽ, qua facimus, quicquid facimus, quæ si munda fuerit & recta, & illud aspiciens ꝙ aspiciendum est, omnia opera nostra, q̃ secundũ eam operamur, necesse est bona sint. Quæ omnia opera totũ corpus appellauit, ꝙ & Apostolus membra nostra dicit quædam opera: quæ improbat, & mortificanda pręcepit dicens, Mortificate membra vestra, quæ sunt super terrã, fornicationem, immunditiam, auaritiã, & cętera talia. Non ergo quid quisq; faciat, sed quo animo faciat, cõsiderandũ est. Hoc est.n.lumen in nobis, quia hoc nobis manifestum est bono animo nos facere ꝙ facimus: omne.n.ꝙ manifestatur, lumen est. Nam ipsa facta, quæ ad hominũ societatẽ à nobis procedunt, incertum habent exitũ: & ideo tenebras eas vocauit. Non enim noui, cum pecuniam porrigo indigenti & petẽti, quid inde aut facturus sit,

Marginalia (left column): *Vngere caput.* — A — *Eph. 5.* — *1.Co.11.* — *Faciem lauare.* — *Esa.1.* — *2. Cor.3* — B — *Ps. 118.* — *1. Tim. 1* — *Cap. 21.*

Marginalia (right column): C — *Aurũ de puro argẽto sordidatur.* — *Ps. 113.* — *Matt.24.* — *Rom. 13.* — *Oculus intentio.* — *Colos.3.* — D

sit,aut passurus:& fieri potest vt vel faciat ex
E ea,vel propter eā patiatur aliquid mali, qđ
ego cū darē,nō euenire voluerim, neq; hoc
animo dederim. Itaq; si bono animo feci,
quod mihi cū facerē,notū erat,& ideo lumē
vocatur:illuminatur etiā factū meū, qualem
cunq; exitū habuerit: qui exitus quoniā in-
certus & ignotus est,tenebrę appellatę sunt,
Si aūt malo animo feci, etiam ipsum lumen
Lumen. tenebræ sunt.Lumen enim dicitur, quia no-
uit quisq; quo animo faciat, etiam cū malo
animo facit: sed ipsum lumen tenebrę sunt,
quia nō in superna dirigitur simplex intētio,
sed ad inferiora declinatur,& duplici corde
quasi vmbrā facit. Si ergo lumen,quod in te
est, tenebrę sunt, ipsæ tenebrę quantę sunt?
Hoc est si ipsa cordis intentio, qua facis qđ
facis,quę tibi nota est,sordidatur appetitu re
rū terrenarū & temporaliū,atq; cęcatur,quā
to magis ipsum factū, cuius incertus est exi-
tus,sordidū & tenebrosum est? quia & si be-
ne alicui proueniat,quod tu nō recta & mū-
F da intentione facis, q̄uo tu feceris,tibi impu
Cap. 22. tatur,non quomodo illi prouenerit. Quod
aūt sequitur & dicit, Nemo potest duobus
dominis seruire: ad hanc ipsam intentionē
referendū est: quod consequenter exponit,
dicens, Aut.n.vnū odio habebit, & alterum
diliget: aut alterū patietur, & alterum con-
temnet. Quæ verba diligenter consideranda
sunt: nam qui sint duo domini deinceps ostē
dit,cum dicit, Non potestis Deo seruire &
Mammona. Māmonæ.Mammona apud Hebræos diuitię
appellari dicuntur.Cōgruit & Punicū nomē
nam lucrū punice māmon dicitur. Sed qui
seruit mammonæ, illi vtiq; seruit, qui rebus
istis terrenis merito suę peruersitatis prępo si
tus huius seculi à dño dicitur. Aut.n. vnum
odio habebit, & alterum diliget homo idest
Deū: aut alterum patietur, & alterum contē
net. Patietur.n.durum & perniciosum domi
nū,quisquis seruit mammonæ:sua enim cu-
piditate implicatus,subditur diabolo: & nō
eum diligit, quis enim est qui diligat diabo-
lum:sed tamen patitur. Sic in maiore aliqua
domo,qui ancillę alienæ coniunctus est, ꝓ-
pter cupiditatem suam duram patitur serui-
tutem,etiam si non diligat eum,cuius ancil-
G lam diligit.Alterum autem contemnet,dicit,
non odio habebit. Nullius.n.ferè conscien-
1.Re.19. tia Deum odisse potest: cōtemnit autē.i.non
timet eū, qui quasi de eius bonitate securus
est. Ab hac negligentia & ꝑniciosa securitate
reuocat nos spiritussanctus cū ꝑ Prophetā
dicit, Fili ne adijcias peccatū super pctm̄,& *Ecclesiastici 5.*
dicas, Miseratio Dei magna est. Ignoras q̄a *Rom.2.*
patiētia Dei ad pęnitētiā te inuitat? Cuius.n. *Rom.11.*
tāta misericordia cōmēdari potest, q̄ eius q̄
omnia donat peccata cōuersis: & oleastrū fa
cit participē pinguedinis oliuæ?Et cuius tan
ta seueritas, q̄ eius qui naturalibus ramis nō
pepercit, sed propter infidelitatem fregit il-
los?Sed quisquis vult diligere Deū,& cauere
ne offendat, nō se arbitretur duobus domi-
nis posse seruire, & intentionē cordis sui re-
ctā, ab omni duplicitate explicet. Ita enim H
sentiēs de Deo in bonitate,& in simplicitate *Sapiē. 1.*
cordis quærit illū. Ideo,inquit, dico vobis,
nō habere solicitudinem animę vestræ quid
edatis,neq; corpori vestro quid induatis.Ne
forte,q̄uis iā superflua nō quęrātur,propter
ipsa necessaria cor duplicetur: & ad ipsa cō-
quirēda nostra detorqueatur intentio, cū ali
quid quasi misericorditer operamur.i. vt cū
cōsulere alij videri volumus, nostrū emolu-
mentū ibi potius,q̄ illius vtilitatē attēdamus
& ideo nobis non videamur peccare, quia
nō superflua, sed necessaria sunt q̄ consequi
volumus.Dn̄s aūt admonet, vt meminerimꝰ
multo amplius nobis Deū dedisse, qn̄ nos fe
cit & cōposuit ex anima & corpore,q̄ est ali
mentū atq; tegumentū, quorū cura nos du-
plicare cor non vult. Nonne, inquit,anima
plus est q̄ esca? Vt tu intelligas eū, qui dedit
animā,multo facilius escā esse daturū:& cor
pus q̄ vestimentū.i. plus est: vt similiter intel
ligas,eū qui corpus dedit, multo facilius da
turū esse vestimentū. Quo loco quęri solet,
vtrū ad animā cibus iste pertineat, cū anima
incorporea sit, iste aūt cibus corporeus. Sed
animā hoc loco pro ista vita positam noue-
rimus, cuius retinaculū est alimentum istud
corporeū.Secundū hanc significationē dictū I
est etiam illud, Qui amat animā suā, perdet *Ioan.12.*
illā.Quod nisi de hac vita acceperimus, quā
oportet pro regno Dei perdere, ꝙ potuisse
martyres claruit, cōtrariū hoc pręceptū erit *Mat.16.*
illi sententię, qua dictū est. Quid prodest ho
mini,si totū mundū lucretur, animę aūt suæ
detrimētū faciat?Respicite,inq̄t volatilia cę-
li,qm̄ nō serūt,neq; metūt,neq; cōgregāt in
horrea,& pater vester cęlestis pascit illa.Nō

ne vos pluris estis illis.i. carius vos valetis?
Quia vtiq; rónale animal, sicuti est hõ subli-
mius ordinatũ est in rerũ natura, quã irratio
Cap.23. nabilia, sicut sunt aues. Quis aũt vestrũ curãs
inquit, põt adijcere ad staturam suã cubitum
vnũ? Et de vestimento quid soliciti estis? idest
cuius potestate atq; dominatu factum est, vt
ad hanc staturam corpus vestrum veniret,
eius prouidentia etiã vestiri potest. Nõ autẽ
vestra cura factũ esse, vt ad hãc staturã veni-
ret corpus vestrũ, ex hoc intelligi potest, ꝙ
si curetis, & velitis adijcere vnũ cubitũ huic
K staturæ, nõ potestis. Illi ergo iam tegendi cor
poris curam relinquite, cuius videtis cura fa
ctũ esse, vt tantæ staturæ corpus habeatis. Dã
dũ aũt erat etiã documentũ ꝑꝑ vestimentũ,
sicut datũ est ꝑꝑ alimentũ. Itaq; sequitur &
dicit, Cõsiderare lilia agri quõ crescũt, nõ la
borant neq; nent: & reliqua vsq; , Quãto ma
Luc.18. gis ergo vos modicæ fidei? Sed ista documẽ-
ta nõ sic allegorice discutienda sunt, vt quæ-
ramus quid significent aues cęli, aut lilia a-
gri. Posita sunt.n. vt de rebus minoribus ma-
iora ꝑsuaderent: sicuti illud est de iudice, qui
nec Deũ timebat, nec hominẽ reuerebat: &
tamen sæpe interpellanti viduæ cessit, vt eius
causam cõsideraret, nõ ꝑꝑ pietatẽ, sed ne tę
diũ pateretur. Nõ.n. vllo modo ille iniustus
iudex personã dñi allegorice sustinet, sed ta-
men quantũ Deus, qui bonus est & iustus, cu
ret deprecantes se, hinc conijci dñs voluit:
quia nec iniustus hõ eos, qui illũ assiduis ꝑ-
cibus tundunt, vel propter tędiũ deuitandũ,
potest contemnere. Nolite ergo, inquit, soli-
citi esse dicentes, Quid edemus, aut quid bi-
bemus? & reliqua. Hic manifestissime oñdit,
nõ hęc esse appetenda, tanquã talia bona no-
stra, vt propterea ipsa debeamus bene facere
Bonũ appetendũ, & necessariũ differunt. si quid facimus, se tñ esse necessaria. Quid.n.
interest inter bonũ quod appetẽdũ est, & ne-
cessariũ quod sumendũ est, hac sñia declara
uit, cũ ait, Quęrite primũ regnũ Dei & iusti-
Cap. 24. tiam eius, & hæc omnia apponentur vobis.
L Regnũ ergo & iustitia Dei bonũ nostrũ est:
& hoc appetendũ, & ibi finis constituẽdus,
propter ꝙ omnia facimus quæcunque faci-
mus. Sed q̃a in hac vita militamus, vt ad il-
lud regnũ peruenire possimus, quę vita sine
his necessarijs agi nõ põt: Apponẽtur vobis
hæc, inquit, sed uos regnũ Dei & iustitiã e-
ius primũ quęrite. Cum.n. dicit illud primũ,
significauit ꝙ hoc posterius q̃rendũ est, nõ
tpe, sed dignitate. Illud tanquã bonũ nostrũ, *Euangelizãdũ est nõ vt mãducemus, sed mãducandũ vt euãgelizemus.*
hoc tanquã necessariũ nostrũ: necessariũ aũt
ꝑꝑ illud bonũ. Neq;.n. verbi grã, ideo debe-
mus euangelizare, vt manducemus: sed ideo
manducare, vt euangelizemus: nã si propte-
rea euangelizamus, vt manducemus, vilius
habemus euangelium quam cibũ: & erit iam
bonum nostrũ in manducando, necessariũ 1. Cor.9.
autẽ in euangelizando. Quod etiam Aposto-
lus ꝓhibet, cũ dicit, licere sibi quidẽ, & per-
missum esse à dño, vt qui Euangelium annũ-
ciant, de Euangelio viuant. i. de Euangelio ha
beant ea quæ huic vitæ sunt necessaria: sed ta
mẽ se nõ esse abusum hac ptãte. Erant.n. mul
ti, qui occasionẽ habere cupiebãt acquirẽdi
& vendendi Euãgeliũ quibus eam volẽs am- M
putare Apostolus, manibus victũ suũ tolera-
uit. De his.n. alio loco dicit, Vt amputem oc
casionẽ, ijs qui quærunt occasionẽ. Quãqua
etiã si vt cęteri boni Apostoli permissu do- 1.Co.11.
mini de Euangelio viueret, nõ in eo victu cõ
stitueret finem euangelizandi, sed magis ip-
sius victus sui finem in Euangelio colloca-
ret. i. vt superius dixi, nõ ideo euangelizaret,
vt perueniret ad cibũ. & si qua sunt alia neces
saria: sed ideo ista sumeret, vt illud impleret,
ne nõ volens, sed necessitate euangelizaret.
Hoc enim improbat, cũ dicit, Nescitis quo-
niam qui in templo operãtur, quæ de tẽplo 1.Cor.9.
sunt edũt: & qui altario deseruiũt altario cõ
partiuntur. Sic & dominus ordinauit ijs qui
Euangeliũ annunciant, de Euangelio viuere:
ego aũt nullius horũ vsus sum. Hic ostendit
permissum esse non iussum: alioquin contra
pręceptũ domini fecisse tenebit. Deinde se-
quitur & dicit, Nõ aũt scripsi hęc, vt ita fiãt
in me. Bonũ est mihi magis mori, q̃ gloriã
meã quisq; inanẽ faciat. Hoc dixit, quia iã sta
tuerat ꝑꝑ quosdã occasionẽ quęrentes ma-
nibus suis victũ transigere. Si.n. euangelizaue
ro, inquit, nõ est mihi gloria: idest, si euange
lizauero, vt ista fiant in me: idest, si ꝑpea euã
gelizauero, vt ad illa perueniam, & finẽ euã-
gelij in cibo & potu & vestitu collocauero.
Sed quare non est ei gloria? Necessitas.n. A
inquit, mihi incumbit. i. vt ideo euangelizẽ,
quia vnde viuam non habeo, aut vt acqui-
ram tẽporalem fructũ de prædicatione ęter-
norũ. Sic.n. iam necessitas erit in Euangelio
non voluntas. Væ enim mihi est, inquit, si
non

non euagelizauero. s.qm̃ debet euangeliza-
re sic,vt in ipso Euãgelio & in regno Dei po
nat mercedẽ: ita enim potest nõ coactus euã
gelizare,sed volens. Si enim volens, inquit,
hoc facio mercedẽ habeo.Si aũt inuitus,hæc
dispensatio mihi credita est: idest, si coactus
inopia earũ rerũ, q̃ tẽporali vitæ sunt neces
sariæ prædico Euãgeliũ, alij per me habebũt
mercedẽ Euangelij,qui Euangeliũ ipsum me
B prædicante diligũt:ego aũt nõ habebo, quia
non ipsum Euangeliũ diligo, sed eius pretiũ
in illis tẽporalibus constitutũ. Qđ nefas est
fieri, vt non tanquã filius ministret quisque
Euãgeliũ, sed tanquã seruus cui dispensatio
credita est: vt tanquã alienũ eroget, nihil in-
de ipse accipiat præter cibaria,q̃ non de par
ticipatione regni,sed ad sustentaculũ miseræ
seruitutis dantur extrinsecus. Quanquã alio
loco dispensatorem se dicat, Potest.n. & ser
uus in filiorũ numerũ adoptatus,eam rem in
qua cohæredis sortẽ meruit,infideliter dispẽ
sare participibus suis. Sed nũc vbi ait, Si aũt in
uitus,hæc dispensatio mihi tũc credita est:ta
lem dispensatorẽ intelligi voluit, qui alienũ
Cap. 25. dispensat vnde nihil accipit. Ergo quæcunq;
res propter aliud quæritur, sine dubio infe-
rior est, q̃ id ꝓpter quod quęritur: & ideo
illud primũ est ꝑꝑ quod istam rẽ quæris:nõ
ista res quã propter aliud quæris. Quapro-
pter si Euangeliũ & regnũ Dei propter cibũ
quærimus, priorem facimus cibũ & poste-
rius Euangeliũ.i.regnũ Dei: ita vt si non de-
sit cibus,non quæramus regnũ Dei. Hoc est
ergo primũ quęrere cibũ,& deinde regnum
Dei.i.hoc priore loco ponere,illud posterio
re.Si aũt ideo quæramus cibũ vt habeamus
regnũ Dei, facimus quod dictũ est,Quærite
primũ regnũ Dei & iustitiã eius, & hæc om
nia apponentur vobis. Quærẽtibus.n.primũ
regnũ Dei & iustitiã eius.i.hæc præponenti
C bus cęteris rebus, vt propter hęc cętera quæ
ramus, non debet subesse solicitudo ne illa
desint,q̃ huic vitę propter regnũ Dei sunt ne
cessaria.Dixit enim superius,Scit pater vester
ꝙ horũ omniũ indigetis. Et ideo cũ dixisset,
Quærite primũ regnũ Dei & iustitiã eius:nõ
dixit,deinde ista quærite,quãuis sint neces-
saria:sed ait,hæc omnia apponentur vobis.i.
cõsequẽtur, si illa quæratis, sine vllo vestro
impedimẽto: ne cũ ista quæratis illinc auer-
tamini: aut ne duos fines cõstituatis,vt & re-
gnũ Dei ꝑꝑ se appetatis & ista necessaria,
sed hæc potius ꝑꝑ illud. Ita vobis non de-
erunt,quia duobus dñis seruire non potestis.
Duobus aũt dominis seruire conatur,qui & *Quis duobus dominis seruiat*
regnũ Dei pro magno bono appetit, & hæc
omnia temporalia.Non poterit aũt simplicẽ
habere oculũ & vni dño seruire,nisi quęcun
que sunt cętera, si sunt necessaria, propter
hoc vnũ assumat.i.propter regnũ Dei. Sicut
aũt omnes militantes accipiunt annonã &
stipendiũ,sic oẽs euãgelizantes accipiunt vi D
ctũ & tegumentũ. Sed nõ omnes propter sa
lutẽ reipublicæ militant, sed ꝑꝑ illa quæ ac-
cipiunt: sic & nõ omnes ꝑꝑ salutẽ Ecclesiæ
ministrant Deo, sed propter hęc tẽporalia,
quę tanquã annonã & stipendia cõsequãtur
aut ꝑꝑ hoc & ꝓpter illud. Sed supra iã dictũ
est,Nõ potestis duob.dñis seruire.Ergo sim-
plici corde tñmodo propter regnũ Dei de-
bemus operari bonũ ad omnes. Non autẽ in
hac operatione, vel solam,vel cũ regno Dei
mercedẽ temporalẽ cogitare, quorum om-
nium temporaliũ nomine crastinũ posuit di
cens,Nolite cogitare de crastino. Non enim *Crastinus dies.*
dicitur crastinus dies, nisi in tpe vbi pręteri-
to succedit futurũ.Ergo cũ aliquid boni ope
ramur:nõ temporalia sed ęterna cogitemus,
tunc erit illud bonum & perfectũ opus.Cra-
stinus enim dies,inquit,solicitus erit sibiipsi
idest vt cũ oportuerit sumas cibũ vel potum
vel indumẽtũ,cũ ipsa.s.necessitas vrgere cę-
perit. Aderunt n.hęc quia nouit pater vester
ꝙ horũ omniũ indigeatis.Sufficit enim,inqt *1. Ret.19*
diei malitia sua.i.sufficit quod sumere vrge-
bit necessitas ipsa,Quã propterea malitiã no
minatam arbitror,quia pęnalis est nobis.Per
tinet enim ad hanc fragilitatẽ & mortalitatẽ
quã peccando meruimus.Huic ergo pęnę tẽ
poralis necessitatis noli addere aliquid gra-
uius,vt non solum patiaris harũ rerũ indigẽ E
tiã,sed etiã propter hanc explendam milites
Deo, Hoc aũt loco vehementer cauendum *Cap. 26.*
est,ne forte cũ viderimus aliquẽ seruum Dei
prouidere ne ista necessaria desint, vel sibi,
vel eis,quorũ sibi cura cõmissa est, iudicemꝰ
eum contra præceptum domini facere & de
crastino esse solicitũ. Nã & ipse dñs,cui mi *Matt. 4.*
nistrabant angeli, tñ propter exemplum,ne
quis postea scandalum pateretur,cum aliquẽ
seruorum eius animaduertisset ista necessa-
ria procurare, loculos habere dignatus est

eum pecunia, vnde vſibus neceſſarijs quic-
Ioan. 12. quid opus fuiſſet præberetur: quorũ loculo-
rũ cuſtos, & fur, ſicut ſcriptũ eſt, Iudas fuit,
q eũ tradidit. Sicut & Apoſtolus Paulus põt
videri de craſtino cogitaſſe, cũ dicit, De col
1.Co.16. lectis aũt in ſanctos, ſicut ordinaui Eccleſijs
Galatię, ita & vos facite: ſm vnã ſabbati vnuſ
quiſq; veſtrũ apud ſe ponat theſaurizans, ꝙ
ſibi placuerit: vt non cũ venero, tũc collectę
fiant. Cũ aũt aduenero, quoſcunq; approba-
ueritis per Epiſtolas, hos mittã perferre gra-
tiã veſtrã in Hieruſalẽ, Quod ſi dignũ fuerit
vt ego eã, mecũ ibunt. Veniã aũt ad vos, cũ
Macedoniã tranſiero, nã Macedoniã pertrã-
ſibo: apud vos aũt forſitan remanebo: vel ẽt
hyemabo, vt vos me deducatis quocunq; ie
ro. Nolo aũt vos nunc in tranſitu videre. ſpe
F ro.n.me aliquod tpis manere apud vos, ſi ꝑ-
miſerit dñs. Permanebo aũt Epheſi vſque ad
Pentecoſten. Item in Actibus Apoſtolorum
ſcriptũ eſt, ea quæ ad victũ ſunt neceſſaria,
procurata eſſe in futurũ pp imminentem fa-
mẽ. Sic.n.legimus, In illis dieb. deſcenderunt
Acto. 11 ab Hieroſolymis Prophetæ Antiochiã, erat-
que magna exultatio. Cõgregatis aũt nobis,
ſurgens vnus ex illis, nomine Agabus, ſignifi
cauit per ſpm̃, famẽ magnam futuram in vni
uerſo orbe, quæ & facta eſt ſub Claudio Cę-
ſare. Deſcendentiũ aũt vt quiſq; abundabat,
ſtatuerunt vnuſquiſq; eorũ in miniſteriũ mit
tere presbyteris habitantibus in Iudęa fratri-
bus, & miſerunt per manus Barnabæ & Sau-
Acto. li. Et quia nauiganti eidẽ Apoſtolo Paulo im
poſita ſunt vtenſilia, quæ offerebantur, nõ ad
vnum tãtum diem vr̃ victus eſſe procuratus.
Eph. 4. Et ꝙ idẽ ſcripſit, Qui furabatur, iam non fu-
retur, magis aũt laboret operando manibus
ſuis bonũ, vt habeat vnde tribuat cui opus eſt
ꝙ bonum eſt, Male intelligentibus non vr̃ ſer
uare pręceptũ dñi, quo ait, Reſpicite, inquit,
volatilia cœli, qm̃ non ſerunt neq; metunt,
neq; cõgregant in horrea: & cõſiderate lilia
agri quõ creſcunt, non laborant, neq; nent:
cum iſtis ꝑcipit vt laborent, operantes mani
G bus ſuis, ita vt habeant ꝙ ẽt alijs poſſint tri-
buere: & ꝙ ſæpe de ſeipſo dicit, ꝙ manibus
1.The.2. operatus eſt, ne quẽ grauaret. Et de illo ſcri-
2.Theſ.3 ptum eſt, ꝙ coniunxerit ſe Aquilæ pp artis
Acto.18. ſimilitudinẽ, vt ſimul operarẽtur: vnde victũ
tranſigerent, non vr̃ imitatus aues cœli & li-
lia agri. His & hmõi ſcripturarum locis, ſatis
apparet dñm noſtrum non hoc improbare,
ſi quis humano more iſta procuret: ſed ſi qs
propter iſta Deo militet, vt in operib. ſuis nõ
regnum Dei, ſed iuſtorũ inquiſitionem in-
tueatur. Ad hanc ergo regulã hoc totum præ *Cap. 17.*
ceptũ dirigitur, vt ẽt in iſtorum prouiſione
regnũ Dei cogitemus, in militia vero regni
Dei iſta non cogitemus. Iſta.n.ẽt ſi aliqñ de-
fuerint, ꝙ plerunq; pp exercitationẽ noſtrã H
Deus ſinit, non ſolũ non debilitant propoſi-
tum noſtrũ, ſed ẽt examinatũ probatumque
confirmant. Gloriamur.n.inquit, in tribula- *Rom.5.*
tionibus, ſcientes ꝙ tribulatio patientiã ope
ratur, patientia aũt probationẽ, probatio aũt
ſpem, ſpes vero non confundit, quia charitas
Dei diffuſa eſt in cordib. noſtris per ſpiritũ-
ſanctum, qui datus eſt nobis. In cõmemora-
tione aũt tribulationum ac laborum ſuorum
idẽ Apoſtolus non tantum in carceribus & *2.Co.11.*
naufragijs, atq; hmõi moleſtijs, ſed ẽt infa-
me & ſiti, in frigore & nuditate ſe laboraſſe
cõmemorat. Quod cũ legimus, non æſtime-
mus Deũ promiſſo titubaſſe, vt famem ac ſi-
tim & nuditatẽ pateretur Apoſtolus, quærẽs
regnum & iuſtitiã Dei, cũ dictum ſit nobis,
Quærite primũ regnũ Dei, & iuſtitiam eius,
& hæc omnia adijcientur vobis. Qñquidem
iſta ſicut adiutoria nouit ille medicus, cui ſe
mel nos totos cõmiſimus, & à quo habemus
promiſſionem vitæ pſentis & futuræ, qñ ap-
ponat, qñ detrahat, ſicut nobis iudicat expe-
dire: quos cõſolandos & exercendos in hac
vita, & poſt hanc vitã in perpetua requie ſta-
biliendos atq; firmandos gubernat ac diri-
git. Non.n.& homo, cũ plerunq; iumẽto ſuo
cibaria detrahit, deſerit illud cura ſua, ac nõ
potius curando hæc facit. Et qm̃ cum iſta vel
procurantur in futurum, vel ſi cauſa non eſt *Cap. 28.*
quare illa impendas, reſeruantur, incertũ eſt,
quo animo fiant: cum poſſint ſimplici corde
fieri & duplici, opportune hoc loco ſubie-
cit, Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis. In *Matt.7.*
quo.n.iudicio iudicaueritis, iudicabitur de
vobis: & in qua menſura menſi fueritis, reme
tietur vobis. Hoc loco nihil aliud nobis ꝑci-
pi exiſtimo, niſi vt ea facta, q̃ dubiũ eſt quo
animo fiant, in meliorẽ partem interprete- I
mur. Quod.n.ſcriptũ eſt, Ex fructib. eorum *Ibidem.*
cognoſcetis eos, de manifeſtis dictũ eſt quæ
non pñt bono animo fieri: ſicut ſunt ſtupra,
vel blaſphemiæ, vel furta, vel ebrioſitas, &

ſi qua

si qua sunt alia de quib. nobis iudicare per-
1. Cor. 5. mittitur,dicente Apostolo. Quid.n.mihi de
his qui foris sunt iudicare? Nonne de ijs qui
intus sunt vos iudicatis? De genere aūt cibo-
rum , quia pn̄t bono animo & simplici cor-
de sine vitio concupiscentiæ , quicunq; hu-
mani cibi indifferenter sumi, prohibet idem
K Apostolus iudicari eos , qui carnibus vesce-
bantur & vinū bibebāt, ab eis qui se ab hmōi
Rom. 14 alimentis tēperabant,Qui manducat,inquit,
non manducantē non spernat:& qui nō mā-
ducat,manducantē non iudicet.Ibi ēt ait, Tu
quis es qui iudicas alienum seruū? dn̄o suo
stat,aut cadit.De talibus.n.rebus, quæ pn̄t bo
no animo & simplici & magnanimo fieri ,
quāuis ēt possint non bono, volebant illi cū
homines essent in occulta cordis ferre sn̄iā ,
de quib.solus Deus iudicat . Ad hoc pertinet
1. Cor. 4. ēt illud ꝙ alio loco dicit, Nolite ante tp̄s iu-
dicare,quo vsq; veniat dn̄s, qui & illumina-
bit abscondita tenebrarū & manifestabit co-
gitationes cordis:& tunc laus erit vnicuique
à Deo.Sunt ergo quædā facta media q̄ igno-
ramus quo animo fiant, quia & bono & ma
lo fieri pn̄t de quib. temerariū est iudicare ,
maxime vt condēnemus. Horū aūt veniet tp̄s
vt iudicentur, cum dn̄s illuminabit abscondi
ta tenebrarū &manifestabit cogitationes cor
1. Tim. 5 dis.Itē alio loco dicit Apostolus,Quorundā
aūt hominū peccata manifesta sunt p̄cedēn-
tia ad iudiciū , quædā aūt & subsequuntur .
Manifesta ea dicit,de quibus clarum est quo
animo fiant . Hæc præcedunt ad iudicium,i.
quia si fuerit ista subsecutum iudicium , non
est temerariū. Subsequuntur aūt illa quæ oc-
culta sunt,q̄ nec ipsa latebunt tp̄e suo . Sic &
de bonis factis intelligendū est. Nam ita sub-
iunxit:similiter & facta bona manifesta sunt,
& q̄cunq; aliter se habent abscondi non pn̄t.
De manifestis ergo iudicemus , de occultis
vero Deo iudiciū relinquamus: quia & ipsa
L abscondi non pn̄t, siue mala siue bona, cum
tp̄s aduenerit quo manifestentur. Duo sunt
Iudicium temerarium. aūt in quib. temerariū iudiciū cauere debe-
mus : cū incertū est quo animo quidq; factū
fuerit:uel cū incertū sit qualis futurus sit, qui
nunc uel bonus uel malus apparet.Si ergo q̄s
piam,uerbigratia, cōquestus de stomacho ie
iunare noluit : & tu id nō credens edacitatis
uitio tribueris,temere iudicabis. Itē si mani-
festā edacitatem ebriositatemq; cognoueris,

& ita reprehenderis quasi nunquā illa possit
corrigi atq; mutari, nihilominus temere iu-
dicabis. Nō ergo reprehendamus ea quæ ne-
scimus quo animo fiant, neq; ita reprehēda-
mus q̄ manifesta sunt , ut desperemus sanita-
tē.Euitabimus iudiciū,de quo nunc dr̄, No- *Cap. 29.*
lite iudicare ne iudicet̄ de uobis . Potest aūt
mouere ꝙ ait , In quo.n.iudicio iudicaueri-
tis , iudicabitur de uobis , & in qua mensura M
mensi fueritis,remetiet̄ uobis . Nunquid.n.si
nos in iudicio temerario iudicauerimus, te-
mere ēt de nobis Deus iudicabit?Aut nūquid
si mēsura iniqua mensi fuerimus , apud Deū
iniqua mensura est unde nobis remetiet̄? Nā
& mensurę noīe ipsum iudicium significatū
arbitror. Nullo modo Deus uel temere iudi
cat,uel iniqua mensura cuiquā repēdit . Sed
hoc dictū est , q̄m temeritas qua punis aliū ,
eadē ipsa te puniat necesse est . Nisi forte ar-
bitrandū est,ꝙ iniquitas ei noceat aliquid in
quē procedit,ei aūt nihil à quo ꝓcedit, imo
uero sæpe nihil nocet ei qui patitur iniuriā ,
ei aūt qui facit necesse est ut noceat. Quid.n.
nocuit martyrib.iniquitas persequētium?Ip-
sis aūt persecutorib.plurimū , Quia &si ali-
qui eorū correcti sunt , eo tn̄ tp̄e quo perse-
quebantur,excęcauit illos malitia eorū . Sic
& temerariū iudiciū plerunq; nihil nocet ei
de quo temere iudicatur , ei aūt qui temere
iudicat ipsa temeritas necesse est ut noceat .
Ista regula ēt illud dictū arbitror . Omnis q̄
percusserit gladio,gladio moriet̄.Quā mul-
ti.n.gladio percutiūt.nec tn̄ in gladio moriū
tur?sicut neq; ipse Petrus. Sed ne istum dice-
re uenia peccatorū talē euasisse pœnam quis
putet:quāquā nihil absurdius, quàm ut ma-
iorem putet gladij pœnā esse potuisse , quæ
Petro non accidit,q̄ crucis q̄ accidit,quid tn̄ *Luc. 23.*
de latronib.dicturus est,qui cum dn̄o cruci-
fixi sunt,quia & ille qui meruit ueniam, po-
steaquā crucifixus est meruit , & alter omni- A
no nō meruit?An forte oēs quos occiderant,
crucifixerant , & ꝑpea hoc ēt ipsi pati me-
ruerant?Ridiculū est hoc putare. Quid ergo *Qui gladio percusserit , gladio morietur.*
aliud dictū est . Omnis.n.qui in gladio per-
cusserit,gladio morietur: nisi quia ipso pc̄tō
anima moritur,quodcunq; cōmiserit?Et q̄m
đ temerario,&iniquo iudicio hoc loco dn̄s *Cap. 30.*
monet: vult.n.ut simplici corde, & in unum
Deū intenti faciamus quęcunq; facimus , &
multa incertū est quo animo fiant de quibus
iudicare

iudicare temerariũ eſt, Maxime hi temere iudicant de incertis, & facile reprehẽdunt, qui magis amant vituperare & dãnare, q̃ emendare atq; corrigere: ꝙ vitiũ vel ſuperbiæ eſt, vel inuidentiæ. Et cõſequenter ſubiecit & di-

B cit. Quid aũt vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem aũt in oculo tuo non vides? Vt ſi forte verbigratia, ira ille peccauit, tu odio re prehẽdas. Quantũ aũt inter feſtucã & trabẽ, quaſi tantum inter irã diſtat & odium. Odiũ

Odium.

enim eſt ira inueterata, quaſi quæ vetuſtate ipſa tñ robur acceperit, vt merito appellet trabs. Fieri autẽ põt, vt ſi iraſcaris homini, velis eũ corrigi. Si aũt oderis hominem, non potes eũ velle corrigere. Qũo.n. dicis fratri tuo, Sine eijciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo? Hypocrita, eijce primũ trabem de oculo tuo, & reliqua, i. primo abs te expelle odiũ, deinde poteris iã eum quem diligis emendare. Et bene ait Hypocrita. Accuſare. n. vitia, officium eſt bonorum virorũ & beneuolorũ. Quod cum malefici agunt, alienas partes agunt: ſicut hypocritæ, qui tegunt ſub perſona ꝙ ſunt, & oſtẽtant in perſona ꝙ non ſunt. Hypocritarũ ergo noĩe ſimulatores acceperis. Et ẽ vere multũ cauendũ & moleſtũ ſimulatorum genus, qui cũ omnium vitiorũ accuſationes odio & liuore ſuſcipiant, ẽt conſolatores videri ſe

Trabem eijcere de oculo.

Hypocritæ.

C volunt. Et ideo pie cauteq; vigilandum eſt, vt cum aliquem reprehendere vel obiurgare nos neceſsitas coegerit, primũ cogitemus vtrum tale ſit vitiũ ꝙ nunquam habuimus, vel quo iam caruimus. Et ſi nunquã habuimus, cogitemus & nos homines eſſe, & habere potuiſſe. Si vero habuimus, & non habemus, tãgat memoriã cõis fragilitas, vt illam reprehẽſionem aut obiurgationem non odiũ, ſed miſericordia præcedat: vt ſiue ad correctionem eius, ꝑ quem id facimus, ſiue ad peruerſionem valuerit, nã incertus eſt exitus, nõ tñ de ſimplicitate oculi noſtri ſecuri ſimus. Si aũt cogitantes noſmetipſos inuenerimus in eo eſſe vitio, in quo eſt ille quẽ reprehendere parabamus, nõ reprehendamus neq; obiurgemus, ſed tñ congemiſcamus: & non illud ad obtemperãdũ nobis, ſed ad pariter cauendũ inuitemus. Nã & illud ꝙ dicit Apoſtolus, Factus ſum Iudęis tanq̃ Iudęus vt Iudęos lucrifacerem: His qui ſub lege erant, quaſi ſub lege eſſem, cũ non ſim ipſe ſub lege, vt eos qui

Qũo debeamus alium reprehendere.

1. Cor. 9.

ſub lege erant lucrifacerem: His qui ſine lege ſunt, quaſi ſine lege, cũ ſine lege Dei non eſſem, ſed ſim in lege Xpi, vt lucrifacerẽ eos qui ſine lege ſunt. Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerẽ: omnib. omnia D factus ſum, vt oẽs lucrifacerem: non vtiq; ſimulatione faciebat, quemadmodũ alij intelligi volunt, vt eorũ deteſtanda ſimulatio tãti exempli authoritate muniat: Sed hoc faciebat charitate, qua eius infirmitatẽ, cui volebat ſubuenire, tanquã ſuã cogitabat. Hoc.n. præſtruxit dicẽdo. Cũ.n. liber ſim ex omnib. me omniũ ſeruũ feci, vt plures lucrifacerẽ. Quod vt intelligas, nõ ſimulatione, ſed charitate fieri, qua infirmis hominib. tãquã nobis cõpatimur, ita monet alio loco, dicens, Vos in libertatẽ vocati eſtis fratres, tñ ne libertatem in occaſionem carnis detis, ſed per charitatem ſeruite inuicem. Quod fieri non põt, niſi alterius infirmitatem quiſq; habeat quaſi ſuã: vt eã ęquanimiter ferat, donec ab ea liberetur ille, cuius curat ſalutem. Raro ergo & in magna neceſsitate obiurgationes adhibendæ ſunt: ita tñ vt ẽt in his ipſis, non nobis, ſed dño vt ſeruiatur, inſtemus. Ipſe eſt.n. finis: vt nihil duplici corde faciamus, auferentes trabem de oculo noſtro inuidentiæ vel malitiæ vel ſimulationis, vt videamus eijcere feſtucã de oculo fratris. Videbimus.n. eã oculis colũbæ, quales in ſpõſa Chriſti ꝓdicantur, quã ſibi elegit Deus glorioſam eccleſiã nõ habẽtem maculã neq; rugam, i. mundã & ſimplicem. Sed qm̃ poteſt nõnullos Dei præceptis obtẽperare cupientes, nomen ſimplicitatis decipere, vt ſic putent vitioſum eſſe aliqñ verũ occultare, qũo vitioſum eſt aliqñ falſum dicere, atq; hoc modo aperiendo ea quæ hi quib. aperiuntur ſuſtinere non pñt, amplius noceant q̃ ſi ea penitus ſemperq; occultarẽt, rectiſsime ſubiungit: Nolite ſanctum dare canibus, neq; miſeritis margaritas veſtras ante porcos, &c. Quia dñs quãuis nihil mentitus ſit, vera tñ aliqua occultare ſe oſtendit dicẽs, Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed adhuc non poteſtis illa portare. Et Apoſtolus, Non potui, inquit, vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, tanquã paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, nõ eſcam. Neque enim poteratis, ſed neq; nunc poteſtis, Adhuc enim eſtis carnales. In hoc autem pręcepto quo prohibemur ſanctum dare canibus,

Gal. 5.

1. Ret. 19.

Ephes. 5.

Cap. 31.

E

Mat. 7.

Ioan. 16.

1. Cor. 3.

&

& mittere ante porcos margaritas nostras, diligenter quærendũ est quid sit sanctum, quid margaritę, quid canes, quid porci. Sanctũ est quod violare atq; corrũpere nephas est, cuius vtiq; sceleris conatus & voluntas tenetur rea: quanuis illud sanctũ natura inuiolabile atq; incorruptibile maneat. Margaritæ autẽ, quæcunq; spiritalia magni æstimanda sunt, & in abdito latẽt, tanq̃ de profundo eruũtur & allegoriarũ integumentis quis apertis conchis inueniũtur. Licet itaq; intelligi, quod vna eadẽq; res & sanctũ & margarita dici possit. Sed sanctũ ex eo quod non debet corrũpi, margarita ex eo quod non debet contemni. Conatur aũt vnusquisq; corrumpere qđ nõ vult esse integrũ: contemnit vero quod vile ducit, & quasi infra se esse existimat, & iõ calcari dicitur quicquid contemnitur. Quapropter canes, qm̃ insiliunt ad dilacerandũ: quod aũt dilacerant integrũ esse non sinunt, Nolite inquit, sanctũ dare canibus: quia & si dilacerari & corrumpi non põt, & manet in integrũ atq; inuiolabile: illi tñ quid vellẽt cogitandũ est, ꝙ acriter atq; inimicissime resistunt, & quantũ in ipsis est si fieri possit conãtur perimere veritatẽ. Porci vero quanuis nõ ita canes morsu appetant, passim tñ calcando coninquinant. Neq; ergo miseritis, inqt, ante porcos margaritas vestras, &c. Canes ergo pro oppugnatoribus veritatis, porcos ꝓ contemptoribus positos, non incongrue accipimus. Quod aũt ait, Conuersi dirumpãt vos: non ait ipsas margaritas dirumpant, Illas enim conculcant etiam cũ conuertuntur vt adhuc aliquid audiant, dirumpant aũt eũ à quo iã missas margaritas conculcauerunt. Nõ enim facile inueneris q̃d gratũ ei esse possit q̃ margaritas cõculcauerit. i. cũ magno labore diuina inuenta contempserit. Qui autẽ tales docent qũo non dirumpantur indignãdo, & stomachando, non video, vtrunq; autẽ animal immundum est, & canis & porcus. Cauendũ est ergo ne quid aperiatur ei q̃ non capit: melius. n. quærit quod clausum est, q̃ id quod apertum est aut infestat aut negligit. Neq; vero alia causa reperitur, cur ea quæ manifesta & magna sunt, non accipiantur præter odiũ & contẽptum, quorum ꝑꝑ vnum canes, ꝑꝑ alterũ porci nominati sunt. Quæ tñ omnis immunditia rerum temporaliũ dilectione concipitur. i. dilectione huius seculi, cui iubemur renunciare vt mundi esse possimus. Qui ergo mundũ & simplex cor habere appetit, non debet sibi reus videri si aliquid occultat, ꝙ ille cui occultat capere non põt. Nec ex eo arbitrandũ est licere mẽtiri: nõ. n. est consequens, vt cũ verũ occultatur, falsum dicatur. Agendum ergo primum est, vt impedimenta detrahantur quibus efficitur vt non capiat: q̃a vtiq; si propter sordes non capit, mundandus est vel verbo vel opere, quantũ fieri à nobis põt. Quod aũt dñs noster q̃dã dixisse inuenitur, quæ multi qui aderant, vel resistendo vel contemnendo non acceperunt, non putandus est sanctũ dedisse canibus, aut margaritas misisse ante porcos: nõ enim dedit eis, qui capere non poterant, sed eis q̃ capere poterant, & simul aderant: quos propter aliorũ immunditiam negligi nõ oportebat. Et cũ eum tentatores interrogabãt, respondebatq; illis ita, vt ꝙ contradicerent non haberent, q̃uis venenis suis cõtabescerẽt potius q̃ illius cibo saturarentur, alij, tñ qui poterant capere, ex illorũ occasione multa vtiliter audiebant. Hoc dixi, ne quis forte, cũ interroganti rñdere nõ potuerit, hac sententia se excusare videatur, si dicat, nolle se sanctũ dare canib. vel ante porcos mittere margaritas. Qui enim nouit q̃d respondeat, debet respondere, vel propter alios, quibus desperatio suboritur, si propositã quæstionem solui nõ posse crediderint: & hoc de reb. vtilib. & ad instructionem salutis pertinentib. Multa sunt. n. quę inquiri ab otiosis possunt, superuacua, & inania, & plerunq; noxia, & quibus tñ nõnihil dicendũ est: sed hoc ipsum aperiendũ & explicãdũ, cur inquiri talia nõ oporteat. De rebus vero vtilibus aliq̃n ad id rñdendũ est, ꝙ interrogamur: sicut dñs fecit, cũ eũ Sadducęi de muliere iterrogassent quę septẽ viros habuit, cuius eorũ in resurrectione futura esset. Rñdit. n. ꝙ in resurrectione neq; vxores ducẽt, neq; nubent, sed erunt sicut angeli in cęlis. Aliquando aũt ille, qui interrogat, interrogandus est aliud: ꝙ tñ si dixerit, ipse sibi ad id quod interrogabat, rñdeat. Si aũt dicere noluerit, nõ videatur ijs q̃ assunt iniustum, si & ipse quod interrogauit non audiat. Nã & Pharisæi qui interrogauerunt tentantes, vtrum reddendum esset tributum, interrogati sunt aliud. i. cuius haberet nũmus imaginem, qui ab ipsis prolatus est.

Et

Marginal notes: Sanctũ quid sit. — D — Margaritæ. — G — Gal. — Canes. — Porci. — Rom. Ephes. Cap. — E — Mat. — H — Cap. 32. — I — Mat. 22. Mar. 12. Luc. 20. — K — Mat. 22.

Et quia dixerũt quod interrogati erant.i. Cę
ſaris imaginẽ habere nummũ, ipſi ſibi quodã
modo reſponderunt id quod dñm interro-
Mat. 21. gauerant. Itaq; ille ex eorum reſponſione ita
concluſit, Reddite ergo Cęſari quod Cęſa-
ris eſt & Deo quod Dei eſt. Cũ aũt Principes
ſacerdotũ & ſeniores populi interrogaſſent,
in qua poteſtate illa faceret, interrogauit eos
L de baptiſmate Ioannis: & cũ nollent dicere,
quod contra ſe videbant dici: de Ioanne aũt
nihil maledicere auderẽt propter circunſtã-
tes, Nec ego vobis dicã, inquit, in qua pote-
ſtate hæc facio, quod iuſtiſsimũ apparuit cir
cunſtantib. Hoc enim ſe dixerunt neſcire, ꝗ
ſciebãt, ſed dicere nolebant. Et re uera iuſtũ
erat, vt qui ſibi volebant reſponderi quod in
terrogauerant, prius ipſi facerent ꝗ erga ſe
fieri poſtulabant. Quod ſi feciſſent, ipſi ſibi
vtiq; reſpõdiſſent. Ipſi.n. miſerant ad Ioãnẽ
quærentes quis eſſet: vel potius ipſi miſerunt
ſacerdotes & leuitas, putantes ꝗ ipſe eſſet
Chriſtus: quod ille ſe negauit eſſe, & de dño
Ioan. 1. teſtimoniũ perhibuit: de quo teſtimonio ſi
confiteri vellent, ipſi ſe docerent in qua po-
teſtate illa faceret Chriſtus: quod quaſi ne-
ſcientes interrogauerunt, vt calumniandi a-
cap. 33. ditũ reperirent. Cũ igitur præceptũ eſſet, ne
ſanctum daretur canibus, & margaritę ante
porcos mittantur, potuit auditor occurrere
& dicere conſcius ignorantiæ atq; infirmita
tis ſuæ: & audiẽs præcipi ſibi ne hęc daret: q̃
ſeipſum nondũ accepiſſe ſentiebat. Potuit er
go occurrere ac dicere, Quod ſanctũ me da
re canibus, & quas margaritas me mittere an
te porcos vetas, cũ adhuc ea me habere non
1. Ret. 9. videã? Opportuniſsime ſubiecit, dicens, Peti
te, inquit, & dabitur vobis: q̃rite, & inuenie-
Petitio. tis pulſate, & aperiet̃ vobis, &c. Petitio ꝑti-
net ad impetrandũ ſanitatẽ firmitatẽq; ani-
mi, vt ea quę præcipiuntur, implere poſsi-
mus: inquiſitio aũt ad inueniendã veritatem.
M Cũ enim beata vita actione & cognitione cõ
Inquiſitio. pleatur, actio facultatem viriũ, cõtemplatio
manifeſtationẽ rerũ deſiderat. Horũ ergo pri
mũ petendũ, ſcd̃m quęrendũ: vt illud detur,
hoc inueniatur: ſed cognitio in hac vita viæ
priuſquã ipſius poſſeſsio eſt: ſed cũ quiſq; ve
rã viã inuenerit, perueniet ad ipſam poſſeſ-
ſionẽ, q̃ tñ pulſanti aperiet̃. Vt ergo tria iſta
ideſt petitio, inquiſitio, pulſatio, manifeſta
fiant, ſub aliquo exẽplo ponamus. Videmus
aliquẽ infirmis pedibus ambulare nõ poſſe:
prius ergo ſanandus eſt, & firmandus ad am
bulandũ: & ad hoc pertinet, ꝗ dicit, Petite.
Quid aũt prodeſt ꝗ ambulare iã, vel ẽt cur-
rere põt, ſi per deuia itinera errauerit? Secũ- *Petite.*
dũ eſt ergo, vt inueniat viam quæ ducat eum *Quærite.*
quo vult peruenire: quã cũ tenuerit, & perue *Pulſate.*
nerit ad eũ ipſum locũ, vbi habitare vult, ſi
clauſum inuenerit, neq; ambulare potuiſſe,
neq; ꝑrexiſſe ac ꝑueniſſe profuerit, niſi ape-
riatur ad hoc pertinet ꝗ dictum eſt, Pulſate. A
Magnã aũt ſpẽ dedit & ille qui promittendo
non decipit. Ait enim, Omnis qui petit, acci
pit: & qui quęrit, inuenit: & pulſanti aperie-
tur. Ergo perſeuerantia opus eſt, vt accipia-
mus quod petimus, & inueniamus quod q̃-
rimus & quod pulſamus aperiatur. Quemad
modũ aũt egit de volatilibus cęli & lilijs a-
gri, ne victũ nobis veſtitumq; deſperaremus
adfuturũ, vt ſpes à minoribus ad maiora cõ-
ſurgeret, ita & hoc loco, Aut quis erit ex vo-
bis, inquit, homo, quem ſi petierit filius ſuus
panẽ, nunquid lapidẽ porriget ei? Aut ſi pi-
ſcẽ petierit, nunquid ſerpentẽ porriget ei? &
reliqua. Qũo ergo mali dãt bona? Sed malos *Male, di-*
appellat dilectores adhuc ſeculi huius & pec *lectoru*
catores: bona vero quæ dant, ſcd̃m eorũ ſen *ſeculi.*
ſum bona dicenda ſunt, quia hęc pro bonis
habent. Quanquã & in rerũ natura iſta bona
ſint, ſed tẽporalia ad vitã infirmã pertinentia
& quiſquis ea malus dat, nõ de ſuo dat, Do- *Pſal. 23.*
mini eſt enim terra & plenitudo eius: qui fe- *Pſ. 145.*
cit cęlũ & terrã, mare & omnia quæ in eis
ſunt. Quantũ ergo ſperandũ eſt daturũ Deũ
nobis bona petentibus, nec nos poſſe decipi,
vt accipiamꝰ illud ꝓ alio, cũ ab ipſo petimꝰ,
qñ etiã nos, cũ ſimus mali, nouimus id dare
quod petimur. Non.n. decipimus filios no-
ſtros, & qualiacunq; bona damus, nõ de no-
ſtro, ſed de ipſius damus. Firmitas aũt & va-
lentia quędã ambulandi per ſapientiæ viam, *cap. 34.*
in bonis moribus cõſtituta eſt, qui perducun
tur vſq; ad mundationẽ ſimplicitatemq; cor B
dis, de qua iã diu loquens ita concludit, Om
nia ergo quęcunq; vultis vt faciant vobis ho
mines bona, ita & vos facite illis: hæc eſt e-
nim lex & Prophetæ. In exẽplaribus Gręcis
ſic inuenimus, Omnia ergo q̃cunq; vultis vt
faciant vobis homines, ita & vos facite illis.
Sed ad manifeſtationẽ ſentẽtię puto à Latinis
additũ, bona. Occurrebat enim quid ſi quiſ-

quam

quam flagitiose aliquid erga se fieri vellet, &
ad hoc referat istam sñiam? Veluti si velit ali
quis prouocari vt immoderate bibat & se in
gurgitet poculis, & hoc prior illi faciat, à
quo sibi fieri cupit. Ridiculũ est hunc putare
istã impleuisse sñiam. Cũ ergo hoc moueret
C vt arbitror, additum est ad manifestationem
rei vnũ verbum: vt posteaquam dictum est,
Omnia ergo quæcunq; vultis vt faciant vo-
bis homines, adderetur bona. Quod si deest
exemplarib. Græcis, ẽt illa emendanda sunt.
Sed quis hoc audeat? Intelligendũ est ergo,
plenã esse sñiam, & omnino perfectam, etiã
si hoc verbũ non addatur. Id.n.ꝙ dictũ est,
Omnia quæcunq; vultis: non vsitatè ac pas-
sim, sed propriè dictũ accipi oportet. Volũ-
tas nanq; nõ est nisi in bonis. Nã in malis fla-
gitiosisq; factis cupiditas proprie dr̃, non vo
luntas. Non quia sic semper loquant̃ scriptu
ræ, sed vbi oportet, ita omnino propriũ ver-
bũ tenent, vt non aliud sinant intelligi. Vr̃ aũt
hoc prçceptũ ad dilectionẽ proximi pertine
re, non ẽt ad Dei, cum alio loco duo præce-
pta esse dicat, in quib. tota lex pendet & Pro-
Matt. 25 phetæ. Nam & si dixisset, omnia q̃cunq; vul-
tis fieri vobis, hæc vos facite, hac vna senten-
tia vtrunq; illud præceptũ cõplexus esset, Ci
to.n. diceretur, diligi se velle vnumquenq; &
a Deo, & ab hominib. Cũ itaq; & hoc ei pci-
peretur vt ꝙ sibi facere velit, hoc faceret, id
vtiq; præciperetur, vt diligeret Deũ & homi
nes. Cũ vero expresśius de hominibus dictũ
est, omnia quæcunque vultis vt faciant vobis
homines, ita & vos facite illis: nihil aliud di-
ctum vr̃, q̃ diliges proximum tuum sicut te-
ipsum. Sed non est negligenter attendendũ ꝙ
subiecit. Hæc est.n. lex & Prophetę. In his au
tem duobus præceptis, non tm̃ ait, lex pẽdet
D & Prophetæ: sed ẽt addidit, tota lex & Pro-
phetæ, pro eo ꝙ est omnis prophetia. Quod
cũ hic non addidit, seruauit locũ alteri præ-
cepto, ꝙ ad dilectionẽ Dei pertinet. Hic au-
tem qm̃ præcepta simplicis cordis exigũtur,
& erga eos metuendũ est ne habeat quis du-
plex cor, quib. occultari cor põt, i. erga ho-
mines, quibus idipsum præcipiendum fuit.
Nemo.n. ferè est qui velit quenquã duplici
corde secũ agere. Id aũt fieri non potest, i. vt
simplici corde homo homini aliq̃d tribuat,
nisi ita tribuat vt nullum ab eo tẽporale cõ-
modum expectet, & ea intentione faciat de
qua superius satis tractauimus, cũ de oculo
simplici loqueremur. Mundatus ergo oculus *Cap. 35.*
simplexq; redditus, aptus & idoneus erit ad
intuendũ & contemplandũ interiorem lucẽ
suam. Iste.n. oculus cordis est. Hunc n. talem *Oculus cordis.*
oculum habet ille qui finem bonorũ operũ
suorũ, vt vere bona opera sint, non in eo con
stituit ut hominibus placeat: sed ẽt si proue-
nerint ut eis placeat, ad eorum salutẽ potius
hæc refert & ad gloriam Dei, nõ ad inanem
iactantiam suã. Neq; propterea boni aliquid E
ad salutẽ proximi operatur, vt ex eo cõparet
ea quæ huic uitæ transigẽdæ sunt necessaria:
neq; temere animum hominis uolũtatemq;
contemnit in eo facto, in quo non apparet
quo animo & uolũtate sit factũ: & quicquid
officiorum exhibet homini, hac intentione
exhibet, qua sibi exhiberi vult, i. ut non ab eo
aliquid cõmodi temporalis expectet. Ita erit
cor simplex & mũdũ in quo quæritur Deus.
Beati ergò mundo corde, qm̃ ipsi Deum ui-
debunt. Sed hoc quia paucorum est, iam in- *Mat. 5.*
cipit de inuestiganda & posśidenda sapiẽtia
loqui, ꝙ est lignum uitæ, cui utiq; inuestigã-
dæ ac posśidendæ, i. cõtemplandæ, talis ocu-
lus per omnia superiora perductus est, quo
uideri iam posśit & arcta uia & angusta por-
ta. Quia ergo deinceps dicit, Intrate per an-
gustam portã, quia lata porta: & reliqua: nõ
ideo dicit, quia iugum Christi asperum est *Mat. 7.*
& sarcina grauis: sed quia labores finire pau
ci uolunt, minus credentes clamanti, Venite *Mat. 11.*
ad me oẽs qui laboratis & ego reficiã uos,
Tollite iugũ meũ super uos: & reliqua. Hinc
ergo sermo sumpsit exordiũ de humilib. &
mitibus corde, qm̃ iugũ lene & leuem sarci-
nam multi respuunt, pauci subeunt: eo ꝙ sit
arcta uia quæ ducit ad uitam, & angusta por
ta qua intratur in eam. Hic ergo illi qui pro- *Cap. 36.*
mittunt sapientiã cognitionemq; ueritatis q̃
non habent, præcipue cauẽdi sunt, sicut sunt
hæretici, qui se plerunq; paucitate cõmen-
dant. Et ideo cũ dixisset, paucos esse qui inue
niunt angustã portam & arctã uiam, ne se il-
li supponant nomine paucitatis, statim subie F
cit. Cauete a pseudoprophetis qui ueniũt ad
uos in uestitu ouiũ intrinsecus aũt sunt lupi
rapaces. Sed isti non fallunt oculũ simplicẽ,
qui arborem dignoscere ex fructibus nouit.
Ait.n. Ex fructib. eorũ cognoscetis eos. Dein
de similitudines adiũgit. Nunquid colligunt
de

de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit: & reliqua. Quo loco illorũ error maxime cauendus est, qui de ipsis duab. arborib. duas naturas opinantur esse, quarũ vna sit Dei, altera vero neq; Dei neque ex Deo. De quo errore & alijs libris disputatum est vberius, &, si adhuc parũ est, disputabitur. Nunc aũt, non eos adiuuare duas

G istas arbores, docendũ est. Primũ, quia de hominib. eũ dicere tã clarum est, vt quisquis ꝓcedentia & sequentia legerit, miretur eorum cęcitatẽ. Deinde attendunt ꝙ dictũ est, Non põt arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Et ideo putãt neque animã malã fieri posse vt in melius cõmutetur, neq; in deterius bonã: quasi dictum sit, Nõ põt arbor bona mala fieri, neq; arbor mala bona fieri: sed dictũ est, Non põt arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala bonos fructus facere. Arbor est quippe ipsa aĩa, i. ipse homo, fructus vero opera hominis. Non ergo põt malus homo bona operari, neq; bonus mala. Malus ergo si vult bona operari, prius bonus fiat. Sic alio loco euidẽtius dicit ipse dñs, Aut facite arborẽ bonã, & fructus eius bonos: aut arborẽ malam, & fructus eius malos. Quod si duas naturas istorũ, his duab. arborib. figuraret, non diceret, facite. Quis. n. hominũ, põt facere naturam? Deinde ẽt ibi, cum ipsarum duarũ arborũ mentionẽ fecisset, subiecit. Hyppocritæ, quõ potestis bona loqui, cũ sitis mali? Quandiu ergo quisque malus est, non potest facere fructus bonos. Si. n. bonos fructus fecerit, iã malus non erit. Sic verissime dici potuit, nõ põt esse nix calida: cũ. n. calida esse cęperit, non iam niuem, sed aquam vocamus. Potest ergo fieri, vt quæ nix fuit, non sit: nõ aũt potest fieri, vt nix calida sit. Sic potest fieri, vt qui malus fuit, non sit malus, non tñ fieri potest, vt

H malus bene faciat. Qui ẽt si aliqñ vtilis sit, nõ hoc ipse facit, sed fit de illo diuina prouidentia procurante, sicut de Pharisęis dicit, Quæ dicunt facite, quæ aũt faciunt, facere nolite. Hoc ipsum ꝙ bona dicebant, & ea quæ dicebant vtiliter audiebantur & fiebant, non erat ipsorum. Cathedram. n. inquit, Moysi sedent. Per diuinam ergo prouidentiam legem Dei prædicantes, possunt esse audientibus vtiles, cum ipsi sibi non essent. De talibus alio loco

Arbor, anima. Fructus, opera hominis.

Mat. 12.

Cap. 37.

Mat. 23.

per Prophetam dictũ est, Seminastis triticũ & spinas metetis: quia bona præcipiũt & mala faciunt. Non ergo qui eos audiebant & faciebant quę ab eis dicebantur, de spinis legebãt vuas, sed per spinas de vite legebãt vuas: tanquã si manũ aliquis per sepem mittat, aut certe de vite quæ sepi fuerit inuoluta vuã legat, non spinarũ est fructus iste, sed vitis. Rectissime sanè quæritur quos fructus nos attẽdere voluerit, quib. cognoscere arborẽ possimus. Multi. n. quædam in fructibus deputãt, I quæ ad vestitum ouiũ pertinent, & hoc modo à lupis decipiũtur: sicuti sunt vel ieiunia, vel orationes, vel eleemosynæ, quæ oĩa nisi fieri ẽt ab hypocritis possent, nõ superius diceret, Cauete iustitiã vestram facere coram hominib. vt videamini ab eis. Qua sñia præposita, ipsa tria exequitur, eleemosynam, orationem, ieiuniũ. Multi. n. multa pauperib. nõ misericordia, sed ambitione largiuntur. Et multi orant vel potius videntur orare, nõ intuentes Deum, sed hominib. placere cupientes. Et multi ieiunant & mirabilem abstinentiam prætendunt eis quibus ista difficilia videntur, & honore digna existimantur: & huiuscemodi dolis eos capiunt, dũ aliud ostentant ad decipiendũ, aliud exerunt ad deprædandũ, vel interficiendũ eos qui sub vestitu ouino lupos videre non possunt. Hi ergo nõ sunt fructus de quibus cognosci arborẽ monet. Ista. n. cũ bono animo ĩ veritate fiũt, propriæ sunt ouibus vestes: cum aũt malo in errore, non aliud quã lupos tegunt. Sed nõ ideo debent oues odisse vestimentũ suum, quia plerunq; illo se occultãt lupi. Qui sunt ergo fructus quib. inuentis cognoscamus arborẽ malã? dicit Apostolus. Manifesta aũt sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, q̃ prædico K vobis sicut ꝑdixi, qm̃ qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Et qui sunt fructus ꝑ quos cognoscimus arborẽ bonam, idẽ ipse Apostolus consequenter dicit, Fructus autẽ spũs est charitas, gaudiũ, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mãsuetudo, cõtinẽtia. Sane sciendũ est, hic gaudiũ proprie positũ, mali. n. hoĩes non gaudere, sed gestire dicuntur proprie: sicut superius diximus volun-

Hier. 12.

Cap. 38.

Gal. 5.

tatem

tatem proprie positã,quã non habent mali, vbi dictũ est, Omnia quæcunq; vultis vt faciã: vobis homines : & reliqua. Ex ista proprietate verbi qua gaudium non dicitur nisi in bonis, et Propheta loquitur dicens. Non

Gaudiũ nõ dicit nisi in bonis.

est gaudere impij dicit dñs: Ita quoq; posita est fides, nõ quęcunq; vtiq; sed vera fides,& cętera quę hic posita sunt habẽt quasdã ima-

Esa. 57.

gines suas in malis hominib. & deceptorib. vt omnino fallant, nisi quisq; iam mundum oculum & simplicem habuerit,quo ista co-

Cap. 39.

gnoscat. Optimo itaq; ordine primo actum est de mũdando oculo, & deinde dicta sunt quæ cauerẽtur. Sed qm̃ quãuis quisq; oculo mũdo sit.i.simplici & syncero corde viuat, non põt tñ cor alterius intueri : quęcũq; ergo in factis vel dictis apparere non potuerũt, tẽtationibus aperiuntur.Tentatio aũt du-

L

Tentatio duplex.

plex est, aut in spe adipiscendi aliquod cõmodũ temporale,aut in terrore amittẽdi. Et maxime cauendũ est,ne tendentes ad sapientiã,quæ in solo Christo inueniri põt, in quo sunt omnes thesauri sapientię & sciẽtiæ ab-

Colos. 2.

sconditi, Cauendũ, inquã,est ne pro Christi nomine ab hæreticis quibuslibet male intelligentibus & seculi huius amatoribus decipiamur. Nam ideo sequitur & monet dicens, Non omnis qui dicit mihi domine dñe, intrabit in regnũ cęlorũ : & reliqua.ne putemus ad illos fructus pertinere,si q̃s dño nostro dicat, dñe dñe, & ex eo nobis arbor bona videatur.Sed illi sunt fructus facere volũtatẽ patris q̃ est in cęlis,cuius faciendæ seipsum exẽplũ pbere dignatus est.Sed merito

I.Co.12.

põt mouere,qũo huic sententię cõueniat illud Apostoli vbi ait,nemo in spũ Dei loquẽs dicit anathema Iesum : & nemo põt dicere dñs Iesus nisi ĩ spũsancto: quia neq; aliquos habẽtes spiritũsanctũ possumus dicere nõ introituros in regnũ cęlorũ si perseuerauerint vsq; in finẽ : neq; illos qui dicũt dñe dñe, & tñ non intrant in regnũ cęlorũ, possumus dicere: habere spiritũsanctũ. Quomodo ergo nemo dicit dominus Iesus in spiritusancto, nisi quia proprie Apostolus posuit verbum

M

quod est,dicit, & significet voluntatem atq; intellectũ dicentis? Dominus vero generaliter posuit verbum quod ait, Nõ omnis qui dicit, & reliqua. Videtur enim dicere etiam ille qui nec vult nec intelligit quod dicit: sed ille proprie dicit, qui voluntatem ac mẽtem suam sono vocis enunciat. Sicut paulo ante quod dictum est,gaudiũ in fructibus spiritussancti, proprie dictũ est,nõ eo mõ quo alibi dicit idem Apostolus,Nõ gaudet super

I.Co.13.

iniquitatẽ:quasi quisquã possit super iniquitatem gaudere: quia illa elatio est animi turbide gestientis,nõ gaudiũ:nam hoc soli boni habent.Ergo dicere videtur,etiam illi qui non hoc quod sonant dicere videntur & intellectu cernunt & voluntate agunt, sed voce tantum sonant, secundũ quẽ modum dominus ait,Non omnis qui dicit,&c.Vere aũt ac proprie illi dicunt, a quorum voluntate ac mẽte nõ abhorret prolatio sermonis sui, secundum quam significationem dicit Apostolus, Nemo, põt dicere dominus Iesus nisi in spiritusancto. Atq; illud ad rem maxime

Cap. 40.

pertinet ne decipiamur tendentes ad contẽplationem veritatis,non solum noĩe Christi

A

per eos qui nomen habẽt & facta nõ agũt, sed etiam quibusdã factis atq; miraculis:qualia p̄p infideles cum fecerint, dñs monuit tamen ne talibus decipiamur,arbitrantes ibi esse inuisibilẽ sapientiã, vbi miraculũ visibile viderimus. Adiungit ergo & dicit, Multi mihi dicent in illa die,dñe dñe, Nõne in nomine tuo dęmonia eiecimus? & reliqua.Nõ ergo cognoscet nisi eum qui operatur ęquitatem.Nam & ipsos discipulos suos ꝓhibuit

Lucæ. 10

gaudere ex talibus.i. quia dęmonia illis subiecta fuerint,sed gaudete,inquit, q̃a nomina vestra scripta sunt in cęlis. Credo in illa ciuitate Hierusalem quę est in cęlis, in quã non nisi & iusti & sancti regnabũt An nescitis,ait Apostolus, qm̃ iniqui regnũ Dei nõ possidebunt?Sed fortasse quis dicat, non posse ini-

I.cor.6.

quos visibilia illa miracula facere, & mẽtiri potius illos credat,q̃ dicturi sunt,in nomine tuo ꝓphetauimus & dęmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus. Legat ergo quãta fecerint resistẽtes famulo Dei Moysi magi Aegyptiorũ: aut si hoc nõ vult legere ꝙ non in noĩe Chri fecerũt,legat quę ipse dñs dicit de pseudoprophetis, Tũc si q̃s vobis dixerit,Ecce hic est Christus, aut illic,nolite credere,

Mat.24. Mar.13.

surgẽt.n. pseudochristi & pseudoprophetæ,

B

& dabũt signa magna & ꝓdigia, ita vt ĩ errorẽ ducanť et electi. ecce prædixi vobis. Quã ergo mundo & simplici oculo opus est, vt inueniatur via sapientię, cui tantę malorum & peruersorum hominũ deceptiones erro-

resque

resque obstrepũt, quos omnes euadere, hoc est venire ad certissimã pacem & immobilem stabilitatem sapientiæ. Vehementer.n. metuendũ est, ne studio altercandi & contẽdendi quisque non videat quod à paucis videri põt, vt paruus sit strepitu contradicentium, nisi etiam sibijpsi obstrepant. Quod
2. Ti. 2. pertinet etiam ad illud quod Apostolus dicit, Seruum autem domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilẽ, patientẽ, in modestia corripiẽtem diuersa sentientes, ne forte det illis Deus pñiam ad cognoscendam veritatem. Beati ergo pacifici,
Matt. 5. quoniam filij Dei vocabuntur. Conclusio ergo huius totius sermonis quam terribiliter
C inferatur, valde attendendum est. Omnis ergo, inquit, qui audit verba mea hæc & facit ea, similis est viro sapienti qui ædificauit domum suam super petram. Non.n. quisque firmat quæ audit vel percipit, nisi faciendo. Et
2. Co. 10. Aedificare in Xp̃o si petra Christus est, sicut multa scripturarũ testimonia prędicant ille ędificat in Christo qui quod audit ab illo, facit. Sequitur, descẽdit pluuia, venerũt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domnm illam, & non potuerunt illam mouere, fundata.n.erat supra petram. Non ergo iste metuit vllas caliginosas superstitiones. Quid enim aliud intelligitur pluuia, quum in mali alicuius significatione ponitur? Aut rumores hominum quos ventis comparatos puto. Aut vitæ huius fluuium, carnalibus concupiscentijs tanquam fluentem super terram vel petram. Horum enim trium qui prosperitatibus inducitur, aduersitatibus frangitur: quorum nihil metuit, qui fundatam habet domũ super petrã, idest qui non solum audit præceptadomini, sed etiã facit. Et his omnibus periculose subiacet, qui audit & non facit, non enim habet stabile fundamentum, sed audiendo & nõ faciendo ruinam ædificat. Ait enim consequẽter omnis qui audit verba mea hæc & nõ facit ea, & reliqua vsque, Et factũ est quum cõsummasset Iesus verba hęc, admirabtãur tur-
D bæ super doctrinam eius: erat enim docens eos sicut potestatem habens, non quasi Scribæ eorum & Pharisæi. Hoc est quod ante dixit per Prophetam esse significatum in Psalmis cum diceret, Fiducialiter agam in eo, eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Propter quem numerum admonitus sum etiam præcepta ista ad septem illas referre sententias, quas in principio sermonis huius posuit de beatis quũ diceret, & ad alias septem illas operationes spiritussancti, quas Esaias propheta commemorat: sed siue iste ordo in his cõsiderandus sit, siue aliquis alius, facienda sunt quæ audiuimus à domino, si volumus ædificare super petram.

Pluuia. Ventus. Fluuius.

Fundatã hẽre domũ supra petram.

D. AVRELII AVGVSTINI Expositionis epistolę Pauli ad Romanos inchoatæ, salutatione tantummodo expedita.

LIBER VNVS.



IN epistola quã Paulus Apostolus scripsit ad Romanos, quantum ex eius textu intelligi potest, quæstionem habet talẽ: vtrũ Iudęis solũ Euangeliũ domini nostri Iesu Christi venerit propter merita operũ legis: an vero nullis operũ meritis præcedentibus, omnibus gentibus venerit iustificatio fidei quæ est in Christo Iesu, vt nõ quia iusti erant homines, crederent: sed credendo iustificati, deinceps iuste viuere inciperent. Hoc ergo docere intendit Apostolus, omnibus venisse gratiã euangelij domini nostri Iesu Christi. Quã propterea etiam gratiã vocari ostendit, quia non quasi debitũ iustitię redditũ est, sed gratuito datũ. Cęperant enim nonnulli qui ex Iudæis crediderãt tumultuari aduersus gẽtes, & maxime aduersus Apostolum Paulum, quod incircũcisos & legis veteris vinculis liberos admittebat ad euangelij gratiã, prędicans eis vt in Xp̃m cre- F
derent, nullo imposito carnalis circuncisionis iugo. Sed planè tanta moderatione, vti nec Iudæos superbire permittat, tanquã de meritis operũ legis: Nec gentes merito fidei aduersus Iudęos inflari quod ipsi receperũt Xp̃m quem illi crucifixerunt, tanquam.n.sicut alio loco dicit, pro domino legatione cõfungens, hoc est, pro lapide angulari vtrũ- Psal. 11.
que populũ tam ex Iudæis quàm ex gentibus 1. Cor. 5.
cõnectit in Christo per vinculũ gratiæ, vtrisque auferens omnẽ superbiam meritorũ, & iustificandos vtrosque per disciplinã humi-

G litatis associans. Itaq; epistolam sic exorsus est, Paulus seruus Iesu Xpi vocatus Apostolus, segregatus in euangeliū dei. Bř in duob. verbis ecclesiæ dignitatem a synagogę uetustate discernit. Ecclesia quippe ex uocatione appellata est, synagoga uero ex congregatione. Conuocari.n.magis hoībus cōgruit, congregari autē magis pecoribus, vñ greges ꝓprie pecorum dici solent. Quāquā ergo plerisq; scripturarū locis ipsa ecclesia grex dei, & ouile dei & pecus dei uocetur, tñ quū in comparatione homines pecora dñr, ad uitā veterem pertinet. Et apparet hmōi homines, non cibo sempiternæ ueritatis, sed temporalium promissionum tanquam terreno pabulo esse cōtentos. Paulus ergo seruus Xpi Iesu uocatus est Apostolus, quæ uocatio illum coaptauit ecclesiæ. In euāgeliū aūt dei segregatus est, vñ, nisi a grege synagogæ, si uerborum latinorum significatio omnimodo cum Gręca interpretatione cōcordat? Sanè euāgelium Dei in quo segregatū se esse cōmemorat, cōmendat authoritate prophetarum: ut qm̄ credentes Xpo, in quorum numero uocatus est, Iudæis ꝑposuerat, a quib. se dixerat segregatū, gentes rursus iam nō sꝑbire admoneat. *Non concordat.* H Siquidē de populo Iudæo. ū fuerūt prophetę, ꝑ quos euangeliū, cuius fide credentes iustificantur, ante promissum esse testatur. Segregatus.n.inquit, in euangeliū dei quod ante promiserat per prophetas suos. Fuerunt.n.& prophetæ non ipsius, in quib. ēt aliqua inueniuntur quæ de Xpo audita cecinerunt, sicut etiā de Sibylla dř, quod nō facile crederem, nisi ꝙ poetarum quidam, in Romana lingua nobilissimus, antequam diceret ea de innouatione seculi, quæ in domini nři Iesu Xpi regnū satis cōcinere & cōuenire uideātur, pręposuit uersum dicēs. Vltima Cumæi iā uenit carminis ætas. Cumæū āt carmen Sibyllinū esse nemo dubitauerit. *Aegl. 4.* Sciēs ergo Apostolus ea in libris gētiū inueniri testimonia veritatis, qđ ēt in actib. Apostolorū loquēs Atheniensib. manifestissime oñdit, Nō solum ait per prophetas suos, ne qs a pseudoprophetis ꝑ quasdam ueritatis cōfessiones in aliquam impietatē seduceretur, sed addidit ēt in scripturis sanctis, uolēs utique oñdere literas gentium superstitiosæ idololatriæ plenissimas, non iō sanctas haberi oportere, quia in eis aliquod ad Christū pertinēs inuenitur. *Act. 17.* *Colos. 4.* I Et ne quisquam etiā pro phetas aliquos remotos atq; alienos a gente Iudæorum forte præferret, in quibus nullus simulachrorum cultus esset, quantū attinet ad simulachra q̄ humana operatur manus, Nam simulachris phātasmatū suorum sectatores suos omnis error illudit, Ne quis tñ aliqua hmōi pręferens, quia ibi Christi nomen ostentet, eas potius sanctas scripturas esse asserat, non eas q̄ populo Hebræorū sunt diuinitus creditæ, satis opportune mihi uř adiungere cum dixisset, In scripturis sanctis, qđ adiecit, de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid, ₰m carnem. Dauid.n.certe rex Iudæorum fuit. Oportebat aūt ut ex illa gente orirentur Christi prænunciatores prophetę, ex qua gente carnem assumpturus erat quē prænunciabant. Occurrendū aūt erat ēt illorum impietati, qui dñm nostrum Iesū Christum ₰m hominem tantummodo quem suscepit, accipiunt: diuinitatem aūt in eo non intelligunt ab uniuersæ creaturæ cōmunione discretā: velut ipsi iudæi, qui Christum filium Dauid tm̄modo esse opinabātur, ignorantes excellētiam, qua dñs est ipsius Dauid, ₰m id quod est filius Dei. k Vñ illos in Euāgelio redarguit per prophetiam quæ ipsius Dauid ore prolata est. Quærit.n.ab eis, quē ipse Dauid dñm appellat, qūo filius eius sit. Cum deberent utiq; rñdere, ꝙ ₰m carnem filius esset Dauid, ₰m diuinitatem autem filius Dei & dñs ipsius Dauid. *Mat. 22.* Quod Paulus Apostolus quia iam didicerat, posteaquam dixit, in Euangelium Dei quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid: Addidit, ₰m carnem: ne hoc solum & totum in Christo esse arbitrarentur, quod factum erat ₰m carnem. Addendo ergo, ₰m carnē, seruauit diuinitati dignitatem suam. Quę non solum semini Dauid, sed nec alicui angelicæ aut cuiusuis excellentissimæ creaturæ generationi tribui potest, quandoquidem ipsum est verbum Dei, per quod facta sunt omnia. Quod uerbum ex semine Dauid caro factū est, & habitauit in nobis, non mutatum & couersum in carnem, sed carne ut carnalib. congruenter appareret indutum. *Ioan. 1.* L Quapropter Apostolus non solum eo uerbo ꝙ ait,

secundū carnē,humanitatem a diuinitate di
stinxit:sed ēt illo quo ait,factus est. Non est
.n.factus ꝯm id quod uerbū dei est, Omnia.
n.ꝑ ipsum facta sunt.Nec fieri cum omnib.
posset ꝑ quem facta sunt omnia.Neque ante
omnia factus est, ut per ipsum fierent oīa:
Ipso .n. excepto,si ante illa iam factus esset,
nō essent illa omnia quę per illum fierēt:nec
possent uere dici facta omnia ꝑ ipsum in q-
bus ipse non esset, si ipse ēt factus esset.Et iō
Apostolus cum factum diceret Christū,addi
dit,ꝯm carnem:ut ꝯm uerbum quod est fili⁹
Dei,non factum a Deo,sed natum esse mon
straret, Eundem sanè ipsum qui ꝯm carnem
factus est ex semine Dauid,prædestinatū di-
cit filium dei,in uirtute: non ꝯm carnē, sed
ꝯm spiritum:nec quemlibet spiritū,sed spiri
tū sanctificationis ex resurrectione mortuo-
rum. In resurrectione.n. uirtus moriētis ap-
paret, ut diceretur prædestinatus in uirtute
ꝯm spiritum sanctificationis ex resurrectio-
M ne mortuorum.Deinde sanctificatio uitā no
uam fecit,quę in domini nostri resurrectio-
ne signata est.Vnde idem Apostolus alio lo-
Colos. 3. co dicit,Si consurrexistis cum Christo, quæ
sursum sunt quęrite, ubi Christus est in dex
tera dei sedens. Potest quidem etiam sic esse
ordo uerborum, ut non ad spiritum sanctifi
cationis quod ait,ex resurrectione mortuo-
rum: sed ad id quod ait, pręedestinatus est ex
resurrectione mortuorum,cui ordini inter-
posita sunt hæc, Filius Dei in uirtute secun-
dum spiritum sanctificationis. Et nimirum
iste ordo certior & melior uidetur, ut sit fi-
lius Dauid in infirmitate secundum carnē,fi
lius autem Dei in uirtute secundum spiritū
sanctificationis. Factus est ergo ex semine
Dauid,id est, filius Dauid ex mortali corpo-
re,ꝑ ꝑ quod & mortuus est. Prædestinatus
est autē filius dei, & dn̄s ipsius Dauid ex re-
surrectione mortuorum. In quātū .n. mor-
tuus est,ad id pertinet ꝙ est filius Dauid: in-
quantum aūt resurrexit a mortuis, ad id ꝙ
2.Co.13. est filius Dei,& dn̄s ipsius Dauid, sicut alibi
A idē Apostolus dicit. Nā & si mortuus est ex
infirmitate,sed uiuit in uirtute Dei: ut infir-
mitas ꝑtineat ad Dauid, uita uero æterna ad
uirtutem Dei.Ideoq; in his ipsis uerbis dn̄m
suū designat eū Dauid,dicēs. Dixit dn̄s dn̄o
Ps. 109. meo,sede ad dexteram meam, Donec ponā
inimicos tuos sub pedib. tuis.Ex eo.n. ꝙ re-
surrexit a mortuis,sedet ad dexteram patris.
Prædestinatū ergo ex resurrectione mortuo
rū,ut sederet ad dexterā patris,videns in spū
Dauid,nō auderet dicere filium suū,sed do-
minū suum. Vn̄ & ꝯnter hic adiungit, Iesu
Christi dn̄i nostri: Posteaquam dixit, ex re-
surrectione mortuorū: tanquā admonēs un̄
illū Dauid dn̄m suum potius quā filium es-
se testatus sit: nō aūt ait eū prædestinatum a
mortuis, sed ex resurrectione mortuorum.
Non .n.resurrectione ipsā sua filius apparet,
de propria illa & eminentissima dignitate,
qua ēt est caput ecclesiæ, cum & cæteri mor
tui resurrecturi sint: sed filius dei pędestina
tus est quodā principatu resurrectiōis,q̄a ex
resurrectione oīum mortuorū ipse ꝑdestina
tus est.i.ut ꝑ cæteris & ante cęteros resurge-
ret designatus. Vt qđ hic positū est, fili⁹ dei,
cū dixisset,ꝑdestinatus est,ad documētū ua- B
leat tātæ sublimitatis. Nō.n. sic prædestinari
oportuit, nisi filiū dei ꝯm quod est ēt caput
Ecclesiæ,un̄ illū alio loco primogenitum ex
mortuis appellat. Eū.n.decebat uenire ad iu
diciū resurgentiū, qui præcesserat ad exem- Colos. 1.
plū: neq; ad exēplū oīum resurgētiū, sed ad
exēplū eorū q̄ sic resurrecturi sunt,ut cū illo
uiuant & regnēt in sempiternū, quorū ēt ca
put est,tāquā corporis sui.Ex ipsorū.n.resur
rectione ēt ꝑdestinatus est, ut ipsis princeps
fieret: cæterorum aūt in sua cōditione resur
gentium non princeps,sed iudex est.Nō ita-
que ex illorū mortuorū resurrectione ꝑdesti
natus est quos est dānaturus.Prædestinatum
.n.esse ex resurrectione mortuorū,ut ꝑcede
ret resurrectionē mortuorum, uult intelligi
Apostolus.Hos āt ꝑcessit, q̄ ad ipsum cœle-
ste regnū quò eos ꝑcessit secuturi sunt.Pro-
pter qđ nō ait q̄ prędestinatus est filius Dei
ex resurrectione mortuorum Iesus Christus
dn̄s noster: sed, ex resurrectione mortuorū
Iesu Christi dn̄i nostri. Tanquam si diceret, C
qui prædestinatus est fili⁹ dei ex resurrectio
ne mortuorum suorū:hoc est,ad se pertinē-
tium in uitam æternā: uelut si interrogaret,
quorū mortuorū,& rn̄deret, ipsius Iesu Xpi
dn̄i nostri.Ex resurrectione.n.cęterorū mor
tuorū nō est prædestinatus quos non pręces
sit ad gloriam uitæ ęternæ, non utiq; secutu
ros,quoniā ad pęnas suas impij resurrecturi
sunt.

sunt. Ergo ille tanq̃ filius dei unigenitus, ēt primogenitus ex mortuis prædestinatus est, ex resurrectione mortuorū. Quorū mortuorum, nisi dñi nostri Iesu Xpi? Per quē accepimus, inquit, gratiā & apostolatū. Gratiam cū oībus fidelibus, apostolatū aūt nō cū oīb. Et ideo si tm̄modo apostolatū se diceret accepisse, ingratus extitisset grǣ, qua illi peccata dimissa sunt. tanq̃.n.meritis priorū operū accepisse apostolatū uideretur. Optime itaq; tenet ordinem causę, ut nemo audeat dicere uitæ prioris meritis se ad Euangeliū esse pductū: qñ nec ipsi Apostoli, qui cæteris mēbris post caput corporis supereminent, accipere apostolatū proprie potuissent, nisi prius cōiter cum cęteris gratiā q̃ peccatores sanat & iustificat accepissent. Qđ aūt subiungit,

D Ad obediendum fidei in oībus gētibus pro noīe eius: ad hoc dicit apostolatū se accepisse, ut obediaī fidei pro nomine dñi nrī Iesu Xpi, hoc est, ut credāt oēs in Xpo, & signenī in eius noīe qui salui esse cupiunt. Quā salutē non solis Iudæis, sicut nōnulli qui ex ipsis crediderant arbitrabātur, uenisse iam ondit cū ait, in oīb. gentibus, in qbus estis, inquit, & uos uocati Iesu Xpi.i.ut & uos sitis eius Iesu Christi, qui oīum gentium salus est, q̃q̃ non in numero Iudæorū, sed in numero cęterarum gentiū sitis inuenti. Hucusq; dixit ipse quis esset q scribit epistolam. Est n.qui scribit epistolā, Paulus seruus Iesu Christi, uocatus Apostolus, segregatus in Euangeliū dei. Sed quia occurrebat. quod Euangelium? rñdit, qđ ante pmiserat per Prophetas suos, in scripturis sanctis, de filio suo. Item qa occurrebat, de quo filio suo? rñdit, qui factus est ex semine Dauid ꝫm carnem, qui prædestinatus est filius dei in uirtute ꝫm spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorū, dñi nostri Iesu Christi. Et quasi diceret, qūo tu ad eū pertines? rñdit, Per quē accepimus gratiam, & apostolatū, ad obediendū fidei in oībus gentibus pro noīe eius. Itē quasi diceretur,

E Quæ igiī causa est ut scribas ad nos? rñdit, In qbus estis & uos uocati Iesu Christi. Nunc deinde adiungit ex more epistolæ qbus scribat, Oībus, inquit, qui sunt Romæ dilectis dei, uocatis sanctis, ēt hic significauit benignitatē dei potiusquā meritū illorū. Non.n.ait, diligentibus deū: sed dilectis dei. Prior.n. dilexit nos ante oīa merita, ut & nos eum dilecti diligeremus. Inde ēt addidit uocatis sanctis. Quanq̃ n. sibi qs tribuat ꝙ uocati obtēperat, nemo pōt sibi tribuere ꝙ uocatus est. Vocatis aūt sanctis, non ita intelligendum est tanq̃ ideo uocati sint, qa sancti erant: sed ideo sancti effecti, qa uocati sunt. Restat ergo ut salutē dicat, ut cōpleatur usitatum epistolæ principiū, tanq̃ ille illis salutem: pro eo aūt ac si diceret salutē, Gratia uobis, inquit, & pax a deo patre nostro, & dño Iesu Christo. Non.n.oīs gratia est a deo. Nā & iudices mali præbent gratiā in accipiendis personis aliqua cupiditate illecti, aut timore perterriti. Neque oīs pax dei est uel ab illo, unde ipse dñs discernens ait, Pacē meā do uobis: adiungens ēt & dicens, non se talē pacē dare, qualem dat hic mūdus. Gratia est ergo a deo patre, & dño nostro Iesu Christo, qua nobis peccata remittunī, quibus aduersabamur deo, Pax vero ipsa qua reconciliamur deo. Cum.n. per gratiā remissis peccatis absumptæ fuerint inimicitiæ, restat ut pace adhæreamus illi, a quo nos sola pctā dirimebant. Sicut propheta dicit, Nō grauabit aurē ut non audiat, sed pctā uestra inter vos & deū separāt. Quibus remissis per fidē dñi nostri Iesu Christi, nulla separatione interueniente pax erit. Fortasse aūt quisq; mireī qūo intelligenda sit iustitia iudicis dei, cum gratiā præbet ignoscendo peccatis. Sed hoc planè iustū est apud deū, quia uere iustū est, ut ij quos peccatorum suorum pœnitet, eo tpe quo nondum pęnarū manifestus terror apparet, misericorditer separentur ab eis qui defensiones peccatorum suorū pertinaciter exquirentes, nulla pnīa corrigi uolunt. Iniustum est.n. ut cū his illi ad consortiū pęnale copulentur, qui uocantē deū nō spreuerunt, & peccantes displicuerunt sibi, ut quēadmodum ille peccata eorū, sic ēt ipsi odissent sua. Ea.n. demū est humanæ iustitiæ disciplina, non in se amare, nisi qđ dei est, & odisse qđ propriū est: nec approbare pctā sua, nec in eis aliū improbare, sed seipsum, nec putare satis sibi esse ut sua peccata displiceāt, nisi ēt uigilātissima deinceps intētione uitenī: nec in eis uitādis uires suas existimare sufficere, nisi diuinitꝰ adiuueī. Iustū ē ergo apud deū, vt ignoscaī talib. quęcunq; antea cōmiserūt,

Prou. 9.

Ioan. 14.

G

ne quid iniustissimum est, cum eis qui tales nõ sunt confundant atq; misceant. Quapp & quia talibus nõ ignoscitur iustitia dei est, & q ignoscit gratia est. Iusta est ergo gratia dei,& grata iustitia, cum in eo quoq; ét pęnitentiæ meritũ gratia præcedat,qđ neminẽ peccati sui poeniteret, nisi admonitione aliquã uocationis dei. Porro iustitiæ diuinę tãta cõstantia est, ut cũ pęna spiritalis & sempiterna poenitẽti fuerit relaxata, pressuræ tñ cruciatusq; corporales, quibus ét martyres exercitatos nouimus,postremo mors ipsa,q̃ peccãdo meruit nostra natura, nulli relaxet.

H Quòd.n.iustitia iusti hoĩes & pij tñ exoluũt ista supplicia, de iusto dei iudicio uenire credendũ est. Ipsa est q̃ in sacris scripturis ét disciplina noĩatur, quã nemo iustorũ effugere sinitur. *Heb.12.* Neminẽ quippe excepit cũ dixeret, Quem.n.diligit deus, corripit: flagellat aũt oẽm filium quẽ recipit. Vnde ét ipse Iob, q propterea tã multa illa passus est, vt hoĩbus quis vir esset & quãtus dei seruus eluceret, poenas tñ corporis pro peccatis suis se exoluere sępe testat. *1.Pet.4.* Petrus quoq; Apost. exhortans fratres ad perferẽdas pro Xp̃i noĩe passiones ita loquit, Nemo aũt vestrum patiat quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut curas alienas agens, Si vero quasi Christianus,nõ erubescat: glorificet aũt deum in isto noĩe, quia tp̃s inchoationis iudicij a domo dei. *Prou.11* Si aũt initiũ a nobis,q̃s finis eorũ qui nõ credunt Euãgelio dei? Et si iustus quidẽ uix saluus fit,peccator & impius ubi parebit? Manifeste oñdit easdẽ ipsas passiones,quas iusti patiunt,ad iudiciũ dei ptinere. Qđ inchoari dixit ex domo dei,ut inde conijciat, quanta impijs futura seruãtur. I Vnde ét ipse Paulus ad Thess. dicit, *2.The.1.* Ita ut nosipsi de uobis gloriemur in Ecclesijs dei, pro uestra patientia & fide in oĩbus persecutionibus uestris, & præssuris quas sustinetis in exẽplum iusti iudicij dei. Quod oĩno ad illud respicit,qđ ait Petrus, tp̃s esse inchoationis iudicij a domo dñi: *Prou.11* & illud qđ de propheta interposuit. Et si iust⁹ uix saluus erit, peccator & impius vbi parebit? *2.Re.12.* Vnde mihi vr̃ ét illa quæ per Nathã prophetam regi Dauid cõminatus est deus, q̃q̃ statim ignouerit pęnitenti, propterea tñ accidisse,omnia,vt demõstraretur illam ueniam spiritaliter datam pp futurũ iudicium pęnarum, qđ expectat eos qui hoc tp̃e corrigi nolunt. Dicit.n.& alibi Petrus, *1.Pet.4.* Propter hoc.n.& mortuis euangelizatũ est, vt iudicent quidem ſm hoĩem in carne, uiuant aũt ſm deum in spũ. Hoc dixi,ut oñderem quãtum possem,& quantũ opportunitas pręsentis loci scripturarũ sinit: non sic accipiendã gratiam & pacem dei cum dr̃, ut existiment hoĩes a iustitia deũ posse discedere. Nam & ipsam pacẽ cum promitteret dñs ait, *Ioan.16.* Hæc dixi, vt in me pacẽ habeatis,in mũdo aũt pressuram. Sed tribulationes & molestiæ cũ per iustitiam dei reddunt peccatis, bonos & iustos,& quib. iam plus peccata ipsa displicẽt, K quã ulla corporis pęna,nõ reflectunt ad peccandum, sed ab omni labe penitus purgant. Pax.n.perfecta ét corporis suo tp̃e roborabitur,si nunc pacẽ quam dñs per fidem dare dignatus est inconcusse spũs nr̃ atq; incommutabiliter teneat. *Rom.1.* Quod aũt Apost. gratiam & pacẽ a deo patre,& dño nostro Iesu Xp̃o dicit,non adiungens ét spm̃sanctũ: nõ mihi alia rõ ur̃, nisi quia ipsum donum dei spiritumsanctum intelligamus. Gratia porrò & pax, quid aliud est quam donum dei? Vnde nullo modo dari hoĩbus gratia põt qua liberamur a peccatis: & pax qua reconciliamur deo,nisi in spũsancto. Et ideo ipsa trinitas, pariterq; incõmutabilis vnitas in ista salutatione cognoscitur. Quod propterea maxime credo, qm̃ excepta epistola quã ad Hebræos scripsit ubi principiũ salutationum de industria dr̃ omisisse,ne Iudæi qui aduersus eum pugnaciter oblatrabãt, noĩe eius offensi, uel inimico aĩo legerẽt, uel oĩno legere non curarent qđ ad eorum salutẽ scripserat. L Vnde nonnulli eam in canonẽ scripturarũ recipere timuerunt. Sed quoquo modo se habeat ista qõ, excepta hac epistola, cæteræ oẽs quæ nulla dubitante Ecclesia Pauli Apost. esse firmantur, talẽ continẽt salutationẽ, nisi ꝙ ad Timotheum in utraq; interponit, misericordiã. *1.Tim.1 & 2.* Nã ita scribit, Gratia, misericordia, pax a deo patre, & Iesu Xp̃o dño nr̃o. Quo.n. familiarius, eo dulcius quodãmodo scribens ad Timotheũ, id uerbũ interposuit, quo planè aperit atq; oñditur, non meritis operũ priorũ, sed ſm misericordiã dei nobis dari spiritũsanctũ: ut & peccatorũ abolitio fiat, quib. seiungebamur a deo, & reconciliatio, ut illi inhærea-

inhærea-

inhęreamus. Nec aliç Apostolorũ epistolæ
quas usus Ecclesiasticus recipit, parũ nos ad
monẽt de ista trinitate in principiis suis. Nã
1.Pet.1. Petrus ita dicit, Gr̃a vobis & pax adimpleat̃.
Deinde statim subiecit, Bñdictus deus & pr̃
dñi nr̃i Iesu Xp̃i: ut ꝑ gr̃am & pacẽ spũsan-
cto ĩtellecto, patris & filii cõmemoratio ani
2.Pet.1. mũ de trinitate cõmoneat. Et in alia sic ait,
Gr̃a uobis & pax multiplicet̃ in recognitiõe
Dei & Xp̃i Iesu dñi nr̃i. Ioãnes autẽ nescio
M quã ob cãm omisit tale principiũ sed planè
trinitatis cõmemorationẽ nec ipse neglexit,
pro gr̃a & pace, societatẽ interponẽs. Qđ er
1.Ioan.1 go uidimus, inq̃t, nunciamus & uobis, vt &
uos societatẽ habeatis nobiscum, & societas
nr̃a sit cũ patre & filio eius Iesu Xp̃o. In secũ
da uero illis q̃ ad Timotheũ sunt cõsonat di-
2.Ioan.1 cẽs, Sit uobiscũ gr̃a, misericordia, pax, a deo
patre & Iesu Xp̃o filio patris, In tertiæ prin-
cipio de trinitate penitus tacet̃, credo ꝙ sit
oĩno breuissima. Sic.n.incipit, Senior Gaio
dilectissimo, quẽ ego diligo in ueritate. Quã
3.Ioan.1 veritatẽ pro ipsa trinitate positã puto. Iudas
nominato deo pr̃e & dño Iesu Xp̃o, ad intel
Iudæ.1. ligẽdũ sp̃m sanctũ, hoc est, donũ dei, tria uer
ba ponit: sic q̃ppe incipit, Iudas Iesu Xp̃i ser
uus, frater ãt Iacobi, in Deo patre dilectis, &
Ibidem. in Iesu Xp̃o cõseruatis & uocatis, misericor
dia uobis, & pax, & charitas adimpleat̃. Gr̃a
.n. & pax sine misericordia & charitate intel
ligi non põt. Iacobus ãt usitatissimũ exordiũ
fecit Epistolæ, ita scribens, Iacobus Dei &
dñi nr̃i Iesu Christi seruus, duodecim tribu-
Iaco.1. bus q̃ sunt in dispersione salutẽ, Credo cõsi
derãs salutem non esse nisi in dono Dei ubi
A gr̃a & pax. Et quãquã ante hoc uerbũ nomi-
nauerit Deũ & dñm nostrũ Iesum Christũ:
tñ quia nulla gr̃a & nulla pace salui fiũt ho-
1.Ioan.1 mines, nisi quæ est a Deo patre & Dño Iesu
Christo, sicut Ioãnes in tertia ueritatẽ, sicut
iste salutẽ pro ipsa trinitate posuisse mihi vr̃.
Quo loco prorsus non arbitror prætereũdũ,
quod pater Valerius animaduertit admirãs.
In quorũdã rusticanorũ collocutione, cum
alter alteri dixisset, salus: quæsiuit ab eo qui
& Latine nosset & punice, quid esset salus,
Rñsum est, tria. Tum ille agnoscens cũ gau-
dio salutẽ nostram esse trinitatẽ, conuenien-
tiã linguarũ non fortuitu sic sonuisse arbitra
tus est, sed occultissima dispẽsatione diuinæ
prouidẽtiæ: ut cũ Latine nominatur, salus, a
Punicis ĩtelligãtur, tria: & cũ Punici lingua
sua tria nominant, Latine intelligatur salus. Mat.15.
Chananæa.n.hoc est Punica mulier, de fini-
bus Tyri & Sidonis egressa, q̃ in Euãgelio ꝑ
sonã gẽtiũ gerit, salutẽ petebat filiæ suæ, cui
rñsum est a dño, Nõ est bonũ panẽ filiorum
mittere canibus. Qđ crimẽ obiectũ illa non
negãs, tãquã de cõfessione pctõrũ impetra-
tura salutẽ filiæ, hoc est, nouç uitæ suæ, Ita in
q̃t, Dñe, Nã & canes edũt de micis q̃ cadunt B
de mẽsa dominorũ suorum. Tria.n.mulieris
lingua salus uocantur. Erat.n.Chananea. Vñ
interrogati rustici nr̃i, q̃d sint, punice rñden
tes Chanani, corrupta.s. sicut in talib. solet,
una litera, q̃d aliud rñdent q̃, Chananæi? Pe
tẽs itaq; salutẽ, Trinitatẽ petebat, quia, & Ro
mana lingua q̃ in salutis noĩe Trinitatẽ Pu-
nice sonat, caput gentiũ inuenta est in aduẽ-
tu dñi. Et diximus, Chananæã mulierẽ, gen-
ergo dei dr̃, qui legi ipſius nõ obtẽperat, &
hoc ꝑ carnis prudentiam. i. cum appetit tem
poralia bona, & timet temporalia. Definitio
.n. prudentiæ in appetendis bonis, & uitãdis
malis explicari ſolet. Quapp recte appellat
L Apoſtolus carnis prudentiam, qua hæc appe
tuntur pro magnis bonis quæ non perſeue-
rant cum homine, & ne hæc amittãtur time
tur, quę quandoq; amittenda ſunt. Non põt
autem talis prudentia legi dei obtẽperare.
Sed tũc obtẽperatur legi, cum hæc prudẽtia
extincta fuerit, ut ei ſuccedat prudẽtia ſpũs,
qua nec in tpalibus bonis ſpes nr̃a eſt, neq;
in malis timor. Eadẽ nanq; animæ natura &
prudentiã carnis habet, cũ inferiora ſectat:
& prudẽtiã ſpũs, cũ ſuperiora eligit. Quẽad-
modũ eadẽ aq natura & frigore cõgelaſcit,
& calore reſoluitur. Sic ergo dictũ eſt, Legi
Dei non eſt ſubiecta prudẽtia carnis: nec.n.
põt: qũo diceretur, niuẽ nõ poſſe calefieri, ne
que.n.põt. Sed cũ adhibito calore ſoluitur, &
caleſcit aqua, iã nemo põt eã niuem dicere. 50
Qđ aũt ait, Corpus quidem mortuũ eſt pp
peccatum, ſpiritus autem uita eſt pp iuſti-
tiam. Corpus mortuum dicit mortale: ex ip-
ſius.n. mortalitate indigentia rerũ terrenarũ
ſollicitat animam: & quædam deſideria exci- M
tat, quibus ad peccandum non obtemperat
qui iã mente ſeruit legi Dei: Qđ autẽ ait, Si 51
ſpũs eius qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum a
mortuis habitat in uobis, q ſuſcitauit Ieſum
Xpm uiuificabit & mortalia corpora ueſtra
ꝑ inhabitantem ſpm̃ eius in uobis. Iã quar-
tum gradũ demonſtrat ex illis quatuor quos
ſuperius diſtinximus. Sed gradus iſte in hac
uita non inuenitur, Pertinet.n. ad ſpẽ qua ex
pectamus redemptionem corporis noſtri,
qñ corruptibile hoc induet incorruptionẽ,
& mortale hoc induet immortalitatem. Ibi *1. Co. 15.*
pax pfecta eſt, quia nihil moleſtiarũ anima
de corpore patietur iam uiuificato, & in cœ
leſtem qualitatem immutato. Cũ ãt ait, Non
.n. accepiſtis ſpm̃ ſeruitutis iterum in timo- 52
re, ſed accepiſtis ſpm̃ adoptionis filiorum in *Rom. 8.*
quo clamamus, abba pater. Euidentiſſime
duorum teſtamentorum diſtincta ſunt tpa.
Illud.n. ad timorẽ pertinet, nouum ãt ad cha
ritatem. Sed quæritur quis ſit ſpiritus ſerui-
tutis. Nam ſpiritus adoptionis filiorũ utique
ſpũſſanctus eſt. Spiritus ergo ſeruitutis in ti-
more, ille eſt q poteſtatẽ habet mortis, quia A
in ipſo timore ꝑ totã uitam rei erant ſeruitu
tis qui ſub lege agebant, non ſub grã. Nec
mirãdũ eſt qꝛ eum acceperunt per diuinam
prouidentiam qui bona tpalia ſectabantur,
non quia ipſius eſt lex, & mãdatũ, Nam lex *Rom. 7.*
ſancta eſt, & mãdatũ ſanctũ & iuſtum & bo
nũ. Ille aũt ſpũs ſeruitutis non utiq; bonus
eſt, quẽ accipiũt qui pręcepta datæ legis im-
plere non pñt, dum ſeruiunt deſideriis carna
libus, nondum gratia liberatoris aſſumpti in
filiorum

filiorum adoptionem, quia & ipse spũs ser
uitutis non habet quenq̃ in ptãte, nisi qui ei
per ordinem diuinæ prouidẽtiæ traditus fue
rit, Dei iustitia sua cuiq; tribuẽte. Quã ptãtẽ
acceperat Apostolus cũ dicit de q̃busdam,
Quos tradidi Satanæ vt discant non blasphe
I.Ti.1. mare. Et iterũ de alio, Iudicaui, inquit trade-
1.Co.5. de hmõi Satanæ in interitũ carnis vt aĩa salua
sit. Qui ergo nec dum sub gratia sunt, sed sub
lege cõstituti, vincunt peccatis ad obedien-
dũ desideriis carnalib. & præuaricatione au-
gent reatum criminũ suorũ, spm̃ acceperunt
seruitutis.i.spm̃ eius qui ptãtem mortis hẽt.
B Nam si spm̃ seruitutis ipsum spm̃ hoĩs intel-
lexerimus, incipit & spũs adoptionis ipse in
telligi tanq̃ in melius commutatus. Sed quia
spm̃ adoptionis, spm̃ sanctũ accipimus, qđ
manifeste ostendit cum dicit, Ipse spũs testi-
monium reddit spũi nostro, restat vt spm̃ ser
uitutis illũ intelligamus cui seruiũt pc̃tores,
vt quemadmodum spũssanctus timorẽ mor
tis vincit, sic spũs seruitutis qui ptãtem habet
mortis, eiusdem terrore reos teneat, vt se ad
liberatoris auxilium quisq; conuertat, etiam
ipso diabolo inuito qui eum semper in ptãte
hr̃e desiderat. Qđ autem ait, Nã expectatio
53 Rom. 8. creaturæ reuelationem filiorũ Dei expectat.
Vanitati.n.creatura subiecta est non sponte,
&c. vsq; ad id qđ ait, Et ipsi in nobis ingemi
scimus adoptionẽ expectantes redemptionẽ
corporis nostri. Sic intelligẽdum est, vt neq;
sensum gemendi & dolendi opinemur esse
in arborib. & olerib. & lapidibus & cæteris
huiuscemodi creaturis. Hic.n. error Mani-
chœorum est. Neq; angelos sanctos vanitati
subiectos esse arbitremur & de his existime-
mus ꝙ liberabunt à seruitute interitus, cũ in-
terituri vtiq; non sint, sed oẽm creaturã in ip
C so hoĩe sine vlla calumnia cogitemus. Nõ.n.
creatura vlla esse põt, nisi aut spiritalis quæ
excellit in angelis, aut aĩalis, quæ ẽt in vita be
stiarũ satis apparet, aut corporalis quæ vide-
ri & tangi põt. Oĩs aũt est ẽt in hoĩe, quia hõ
constat spũ & aĩa & corpore. Ergo creatura
reuelationẽ filiorũ Dei expectat quicq̃d nũc
in hoĩe laborat, & corruptioni subiacet, illã
.s. manifestationem de qua idem dicit Apo-
Gal. 3. stolus, Mortui.n.estis, & vita vestra abscon-
dita est cum Christo in Deo: Cum Christus
apparuerit vita vestra, tũc & vos cũ ipso ap-
1. Ioan. 3 parebitis in gloria. Dicit enim & Ioannes,
Dilectissimi, nunc filii Dei sumus, & nõdum
apparuit quid erimus. Scimus quia cũ appa-
ruerit similes ei erimus, q̃m videbimus eum
sicuti est. Hanc ergo reuelationẽ filiorũ Dei
expectat creatura, quæ in hoĩe nunc vanitati
subiecta est, quandiu dedita est temporalib. Ps. 143.
reb. quæ trãseũt tanq̃ vmbra. Vnde & in Psal
mis dr̃, Homo vanitati similis factus est, dies
eius velut vmbra prætereunt. De qua vanita-
te ẽt Salomon loquit̃ cum dicit, Vanitas va- Eccl. 1.
nitantium, & oĩa vanitas. Quæ abundantia
homini in omni labore suo quem ipse labo- D
rat sub sole? De qua item dr̃, Vt quid diligi- Psal. 4.
tis vanitatem, & q̃ritis mẽdaciũ? Non sponte
aũt dicit esse subiectã vanitati creaturã, q̃m
pœnalis est ista subiectio, Non.n.homo sicut
sponte peccauit, sic ẽt spõte damnatus est, q̃
tñ damnatio nõ sine spe reparationis irroga
ta est naturæ nostræ. Et ideo ꝑ eũ, inquit, q̃
subiecit eam in spe, q̃a & ipsa creatura libe-
rabit̃ à seruiture interitus in libertatẽ gloriæ
filiorum Dei.i.etiam ipsa natura, quæ tantũ-
modo creatura est, nõdũ per fidẽ aggregata
numero filiorum Dei, sed tñ in eis qui credi
turi erant videbat Apostolus qđ dicit, quia
creatura liberabitur à seuitute interitus, vt in
teritui non seruiat, cui seruiunt oẽ pc̃tores.
Pc̃tori n.dictum est, Morte morieris. Libera
bit̃ aũt ĩ libertatẽ glorię filiorũ Dei.i.vt & ip
sa ꝑueniat ad libertatẽ gloriæ filiorũ Dei per
fidem, quæ fides cũ in ea non erat tm̃modo
creatura dicebat̃. Et ad ipsam refert qđ sequi
tur, scimus.n. quia creatura congemiscit &
dolet vsq; adhuc, Erant.n. adhuc crediturí q̃
spũi subiacebant, laboriosis errorib. Sed ne
quis putaret de ipsorũ labore tm̃ dictũ esse,
subiungit ẽt de iis qui iã crediderant. Quanq̃ E
enim spũ, hoc est mente seruirent legi Dei,
tñ quia carne seruit̃ legi peccati, quãdiu in
hac vita molestias & solicitudines mortalita
tis nostrę patit̃, ideo addidit dicens, Non so
lum aũt ipsi, sed & nos primitias spũs haben
tes, & ipsi in nobis ingemiscimus adoptionẽ
expectantes redemptionem corporis nostri.
Non solum ergo, inquit, ipsa quæ tantum-
modo creatura dr̃ in hominib. qui nondum
crediderunt, & ideo nondũ in filiorũ Dei nu
mero cõstituti sunt, cõgemiscit & dolet, sed
etiam nosmetipsi qui credimus & spũs pri-
mitias habemus, ꝙ spiritu adhęremus Deo
per fidẽ, & ideo non iã creatura sed filii Dei

appellamur,tamē & ipsi in nobis ingemisci
mus adoptionē expectātes redemptionē cor
poris nostri. Hæc.n.adoptio quæ iam facta
est,in iis qui crediderunt,in spū nō corpore
facta est, Nondum.n. etiam corpus reforma
tum est in cęlestem illam mutationem,sicut
spūs iam mutatus est recōciliatione fidei ab
errorib.cōuersus ad Deum.Ergo ēt in iis qui
crediderunt, expectat̃ adhuc illo manifesta-
F tio quæ in corporis resurrectione ꝓueniet,
quæ pertinet ad quartum illum gradum, vbi
ex toto perfecta pax erit, & requies æterna,
nulla nobis ex aliqua parte corruptione exi-
54 stēte,aut solicitante molestia. Quod aũt ait,
similiter & spūs adiuuat infirmitatē nostrā.
Quid enim oremus sicut oportet,nescimus.
Manifestum est enim de spiritusancto dice-
re,quod in consequentib.clarum est,vbi ait,
quia secundum Deum interpellat ꝓ sanctis.
Nos ergo quid oremus sicut oportet, nesci-
mus.Duas ob res, & illud quod futurum spe
ramus,& quò tēdimus nec dũ apparet, & in
hac ipsa vita multa pñt nobis prospera vide-
ri quę aduersa sunt,& aduersa quę prospera.
Nā & tribulatio qñ accidit seruo Dei ad ꝓ-
bationem vel emēdationem, vr̃ nonnunquā
Psal. 56. minus intelligentib.inutilis, sed si referat̃ ad
illud quod dictum est,Da nobis auxilium de
tribulatione, & vana salus hoīs, intelligitur,
quia plerunque de tribulatione nos adiuuat
Deus,& frustra salus optat̃, quæ aliqñ aduer
sa est,cum delectatione & amore huius vitæ
Ps. 114. implicat aīam.Inde est & illud, Tribulatio-
G nē & dolorē inueni:Cum.n.dicit, inueni,si-
gnificauit vtilē.Non.n.recte gratulamur nos
inuenisse,nisi quod quærebamus, ergo quid
oremus sicut oportet,nescimus.Deus.n. no-
uit,& quid nobis in hac vita expediat, & q̃d
post hanc vitā daturus sit.Sed ipse spūs inter
pellat gemitib. inenarrabilib. Gemere dicit
spm̄,ꝙ nos gemere faciat charitate concitās
Deut. 13 desideriũ futuræ vitæ,sicut dicit, Tentat vos
Rom. 8. dñs vester vt sciat si diligatis eum.i. vt scire
vos vaciat,Nō.n.Deum aliquid latet. Quod
55 aũt ait, Quos vocauit ipsos & iustificauit.
Pōt mouere & quæri, vtrum oēs qui vocati
Mat. 22. sunt,iustificētur,sed alibi legimus,Multi vo-
cati,pauci aũt electi. Tñ q̃a ipsi quoq; electi
vtiq; vocati sunt,manifestum est non iustifi-
catos nisi vocatos, quanquam nō omnes vo
catos,sed eos qui secũdum propositum vo-
cati sunt, sicuti superius dixit. Propositum
aũt Dei accipiendum est,non ipsorum: Ipse
aũt exponit quid sit secundum propositum,
cum dicit,Qm̄ quos ante præsciuit & præde
stinauit conformes imaginis filii Dei: Nō.n.
omnes qui vocati sunt, secundum proposi-
tũ vocati sunt,hoc.n.propositum,ad præsciē
tiam & ad prædestinationē Dei pertinet,nec
prædestinauit aliquē,nisi quem præsciuit cre
diturum & secuturum esse sanctorum voca- H
tionē,quos & electos dicit,Multi.n.non ve-
niunt cũ vocati fuerint,Nemo aũt venit qui
vocatus non fuerit.Quod aũt dicit, Vt sit pri 56
mogenitus in multis fratrib. Satis docet ali-
ter intelligēdum Deum nostrũ vnigenitum,
aliter primogenitũ. Nam vbi vnigenitus dr̃,
fratres non habet,& naturaliter est filius Dei
verbũ in principio, per quod facta sunt oīa. Ioan. 1.
Secundum susceptionem autem hoīs & in-
carnationis dispensationem, per quam nos
etiam non naturaliter filios in adoptionem
filiorum vocare dignatus est, primogenitus
dr̃ cum adiunctione fratrum. Vbi enim pri-
mus dr̃, non vtique solus, sed consecuturis
fratribus in quo ipse præcesit. Vnde & alio Colos. 1.
loco primogenitum eum à mortuis dicit,vt
sit in omnib.ipse primatum tenens.Resurre-
ctio.n.mortuorum vt iam non moriatur,an-
te illum nulla, post illũ aũt multorũ sancto-
rum est, quos fratres non confundit̃ appella
re ꝑ ipsam cōmunicationem humanitatis.
Quod aũt dicit,Quis nos separabit à charita
te Christi? Tribulatio, an angustia,an perse- 57
cutio,& cętera.Ex superiore snīa pendet vbi
ait.Si tñ compatimur vt glorificemur. Existi I
mo.n.ꝙ non sunt condignæ passiones huius
tpis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in
nobis.Ad ipsam.n.hortationem omnis huius
loci intentio directa est,ne illi quibus loqui-
tur persecutionibus frangerentur,si viuerent
secundum prudentiam carnis,qua tempora-
lia bona appetuntur,& timētur tpalia mala.
Quod autem ait, Certus sum enim & non di
xit,opinor,plena fide tenuit,ꝙ nec mors vl- 58 Rom. 8.
la,nec vitæ temporalis promissa, nec cætera
subsequentia possunt credentem à charitate
Dei detorquere.Nemo ergo separat,nec qui
minatur mortē, quia qui credit in Christo,
licet moriatur, viuit. Neq; qui pollicetur vi
tam,quia ille dat vitam æternam. Nam tem-
poralis vitæ pollicitatio, æternæ vitæ cōpa-

Gala. 1. ratione contemnenda est. Neque angelus separat, quia licet angelus, inquit, de cœlo descendat & annunciet vobis prẹter quam qđ
Colo. 2. accepistis, anathema sit. Neq; principatus. i. cõtrarius, quia exuit seipse hos principatus & potestates triũphans eos in semetipso. Neque præsentia neq; futura. i. temporalia vel q̃ delectant, vel quæ præmunt, vel q̃ spem dãt, vel quæ incutiunt timorem. Neque virtus, Et hic virtutem cõtrariam oportet intelligi se-
E cundum quam dicit, Nemo vasa fortis diri-
Mat. 12. piet, nisi prius alligauerit fortem. Neq; altitudo, neq; profundum, plerunque. n. nõ inanis curiositas earum rerũ quæ inueniri non pñt aut frustra etiam inueniunt siue in cœlo sine in abysso, separat à Deo, nisi charitas vincat, quæ ad certa spiritalium non vanitate rerum quẹ foris sunt, sed interno volumine inuitat. Neq; creatura alia. Quod duob. modis intelligi põt, Aut visibilis creatura, quia & nostrẹ aĩẹ creatura sunt, sed inuisibilis, vt hoc dixerit, ꝙ non separaret alia creatura à charitate Dei. i. amor corporum, Aut certe quia nos nõ separat alia creatura a charitate Dei, ex eo ꝙ nulla creatura est alia inter nos & Deũ, q̃ se opponat & à cõplexu eius nos excludat, supra humanas. n. mẽtes quæ rõnales sunt, iã nulla creatura, sed Deus est. Quod aũt dicit,
59
Rom. 9. Quorum patres & ex q̃b. Christus secũdum carnem, & adiecit, Qui est super oĩa Deus benedictus in secula, plenissima fide cõmendat ꝙ Deũ nostrum ₤m susceptionem carnis filium hoĩs confitemur, & secundum æternitatem & verbum in principio Deum benedi-
L ctum super oẽs in secula. Huius aũt cõfessionis Iudẹi qm̃ partem tenuerunt, refellũ tur à dño. Nam cum eos interrogasset, cuius filiũ dicerẽt esse Christum, Rñderunt, Dauit. Hoc
Mat. 22. aũt ₤m carnẽ est, De diuinitate vero eius qđ Deus est, nihil rñderũt. Ideo dñs ait eis. Qũo ergo Dauid in spiritu vocat eum dñm? Vt intelligerent hoc se cõfessos esse tm̃, ꝙ Christus filius est Dauid, hoc aũt tacuisse, ꝙ est Christus dñs ipsius Dauid. Illud. n. est ₤m susceptionẽ carnis, hoc ₤m eternitatẽ diuinita-
60 tis. Quod aũt ait, Nondum. n. nascentium, ne
Rom. 9. que agentium aliquid boni aut mali, vt ₤m electionem propositum Dei maneret, nõ ex operib. sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori: Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Nõnullos mouet vt putent apostolum Paulum abstulisse liberum voluntatis arbitrium, quo promeremur Deum bono pietatis, vel malo impietatis offendimus. Dicunt. n. ꝙ ante opera, aliqua, seu bona, seu mala, duorum necdum nascentiũ Deus vnũ dilexit, & alterum odio habuerit. Sed rñdemus, præsciẽtia Dei factũ esse, qua nouit ẽt de nondum natis, qualis quisq; futurus sit. Sed ne quis dicat, Opera ergo elegit Deus in eo quẽ dilexit, quanquam nondum M
erant, ꝙ ea futura præsciebat, Quod si opera elegit qũo dicit Apostolus, non ex operibus factã electionẽ? Propterea ergo intelligendũ est, opera bona per dilectionem fieri, dilectionẽ aũt esse in nobis per donum spũsancti, sicut idem Apostolus dicit, Charitas Dei Rom. 5.
diffusa est in cordib. nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non ergo quisquã gloriari debet ex operib. tanquam suis, quæ per donum Dei habet, cũ ipsa dilectio in eo bonum operaẽ. Quid ergo elegit Deus? Si. n. cui vult donat spm̃sanctum per quem dilectio operaẽ bonum, qũo elegit cui donet? Si . n. nullo merito, non est electio, æquales. n. oẽs sunt antea meritum, nec põt in reb. oĩno æqualib. electio nominari. Sed qm̃ spũsanctus non daẽ nisi credentib. non q̃dem Deus elegit opera quæ ipse largiẽ, cũ dat spiritũsanctum, vt per charitatem bona operemur, Sed tñ elegit fidem. Quapp nisi quis credat in eum & in accipiẽdi volũtate permaneat, A
non accipit donum Dei, i. spiritumsanctum per quẽ infusa charitate bonum possit operari. Nõ ergo elegit Deus opera cuiusq̃ in p̃scientia, quẹ ipse daturus est, sed fidẽ elegit I. Retra
p̃scientia, vt quẽ sibi crediturũ esse p̃ẹscivit, ipsum elegerit cui spiritumsanctũ daret, Cap. 23.
vt bona operando etiam vitam ẹternam cõsequereẽ. Dicit enim idem Apostolus, Idem Deus qui operatur omnia, & in omnib. Nusquam autem dictum est, Deus credit omnia in omnib. Quod ergo credimus, nostrũ est: quod autem bonum operamur, illius est qui credendibus in se dat spiritumsanctũm. Hoc autem exemplum quibusdam Iudẹis obiectum est, qui Christo crediderant, & de operibus ante gratiam gloriabantur, & dicebant se Euangelii gratiam per sua bona opera prẹcedentia meruisse, cum bona opera in nullo esse posint, nisi qui acceperit gratiam. Est autem gratia, vt vocatio peccatoris proroge-

I. Co. 12. I. retra. Cap. 25. 2. sent. di. 28. ca. in expositione.

 tur,

tur, cum eius merita nulla, nisi ad damnatio
nem præcesserint. Quod si vocatus vocātem
secutus fuerit, qđ est iam in libero arbitrio,
merebiť & spiritumsanctum per quem bona
possit operari, in quo permanens, qđ nihilo
minus est in libero arbitrio, merebiť ēt vitā
B 61 æternā, q̄ nulla possit labe corrūpi. Qđ aūt
ait, Miserebor cui misertus ero, & misericor
diā præstabo cui misericors fuero. Hinc ostē
diť nō esse iniquitatem apud Deum, qđ pñt
dicere q̄dam cum audiunt anteq̄ nascerenť:
Iacob dilexi, Esau āt odio habui. Miserebor,
inquit, cui misert⁹ ero. Primo.n.misertus est
nostri Deus cū peccatores essemus vt voca-
ret nos. Cui ergo misertus ero, inquit, vt eū
vocē, miserebor adhuc eius cum crediderit.
Qūo aūt adhuc, nisi vt det credenti & petēti
spiritumsanctum? Quo dato misericordiam
præstabit cui misericors fuerit.i. vt faciat eū
misericordem, quo bona possit per dilectio
nem operari. Nemo ergo sibi audeat tribue-
re ꝙ misericorditer operať, quia Deus illi ꝑ
1. retra. spiritumsanctum dedit dilectionē, sine qua
Cap. 23. nemo pōt esse misericors. Non ergo elegit
Deus bene operantes, sed credētes potius, vt
vt ipse illos faciat bene operari. Nostrum.n.
est credere & velle, illius aūt dare credentib.
& volentib. facultatē bene operandi per spi-
ritūsanctū, per quē charitas Dei diffundiť in
cordib. nostris, vt nos misericordes efficiat.
62 Quod autem ait, Igitur non volentis, neque
C currentis sed miserentis est Dei: Non tollit
liberum voluntatis arbitrium, sed non suffi-
cere dicit velle nostrū, nisi adiuuet Deus, mi
sericordes nos efficiendo ad bene operandū
per donum spūssancti, ad hoc referēs, quod
superi⁹ dixit, Miserebor cui misertus ero, &
misericordiā prēstabo, cui misericors fuero.
1. retra. Quia neq; velle possumus, nisi vocemur, &
Cap. 23. cum post vocationē voluerimus, nō sufficit
volūtas nostra, & cursus noster, nisi Deus &
vires currentib. præbeat, & perducat quo vo-
cat. Manifestū est ergo, nō volētis neq; cur-
rentis, sed miserentis esse Dei ꝙ bene opera-
mur, quanq̄ ibi sit ēt voluntas nostra, quæ so
la nihil posset. Vnde sequiť ēt de Pharaonis
supplicio testimonium, cum ait scriptura de
Pharaone, Quia ad hoc te excitaui, vt osten-
dam in te potentiam meam, & vt annunciet
nomen meum in vniuersa terra. Sicut enim
legimus in Exodo, Obduratum est cor Pha-
raonis, vt tam euidentib. signis non moueret.
Quòd ergo tunc Pharao non obtēperabat Exod. 9.
præceptis Dei, iā de supplicio veniebať. Nō Exod. 10.
aūt quisquam pōt dicere obdurationē illam
cordis immerito accidisse Pharaoni, sed iu-
dicio Dei retribuētis incredulitati eius debitā
pœnam. Non ergo hoc illi imputať ꝙ tunc D
nō obtemperarit, q̄nquidem obdurato cor-
de obtemperare non poterat, sed quia dignū
se præbuit, cui cor obduraret priori infideli
tate. Sicut.n.in iis quos elegit Deus, non ope 1. retra.
ra, sed fides inchoat meritū, vt ꝑ munus Dei Cap. 23.
bene operenť, sic & in iis quos damnat, infi-
delitas & impietas inchoat pęnæ meritum,
vt per ipsam pęnam etiam male operenť, si-
cut & superius idem dicit Apostolus, Et q̄m Rom. 1.
non probauerunt Deum in notitia hr̄e, tradi
dit illos Deus in reprobum sensum, vt faciāt
quæ nō coueniunt. Quaꝑꝑ ita cōcludit Apo
stolus, Ergo cuius vult misereť, & quem vult
obdurat. Cuius.n.misereť, fecit eum bonum Rom. 9.
operari, & quem obdurat, relinquit eum vt 1. retra.
mala opereť. Sed & illa misericordia præce- Cap. 23.
denti merito fidei tribuiť, & ista obduratio
præcedenti impietati, vt & bona per donum
Dei operemur, & mala per supplicium, cum
tñ homini non auferať liberum voluntatis ar
bitrium, siue ad credendum Deo vt cōsequa
tur nos misericordia, siue ad impietatem vt
cōsequatur nos supplicium. Qua conclusio-
ne illata, infert quæstionem tanquam à con- Rom. 9.
tradicente. Ait enim, Dicis itaq; mihi: Quid E
adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis
resistit? Cui sanè quæstioni sic rñdet vt intel-
ligamus spiritalibus viris, etiam non secun-
dum terrenum hominem viuentibus, pate-
re posse prima merita fidei & īpietatis, quo-
modo Deus præscientia eligat crediturōs,
& damnet incredulos, nec illos ex operibus
eligens, nec istos ex operibus damnans, sed
illorum fidei præstans vt bene operentur, &
istorum impietatem obdurans deserendo vt
male operentur. Qui quoniam intellectus, vt
dixi, spiritalibus patet, à carnali autem pru-
dentia longe remotus est, sic refellit inqui-
rētem, vt intelligat se deponere debere prius
hominem luti, vt ista per spiritum inuestiga-
re mereamur. Itaque, inquit, O homo tu q̄s
es qui respondeas Deo? Nunquid dicit fig-
mentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti?
An non habet potestatem figulus luti, ex ea-

dem conſperſione vas facere, aliud quidem
1.Co.2. in honorem, aliud in contumeliam? Quãdiu
figmentum es, inquit, & ad maſſam luti ꝑti-
nes, non perductus ad ſpiritalia, vt ſis ſpirita
lis, oĩa iudicans & à nemine iudicatus, cohi
beas te oportet ab huiuſmodi ĩquiſitione, &
non rñdeas Deo. Cuius conſilium quiſq; ſci
re cupiens, oportet vt prius in eius amicitiã
F recipiat. Quod contingere niſi ſpiritalibus
Ioan.15. non poteſt, iam portantib. imaginem cœle-
ſtis hominis. Iam.n. inquit, non vos dicam
ſeruos, ſed amicos: Oĩa.n. quæ audiui à patre
meo, nota feci vobis. Quandiu itaque vas fi-
guli es, conterendũ eſt hoc ipſum in te prius
virga illa ferrea, de qua dictũ eſt, Reges eos
Pſal. 2. in virga ferrea, tanq̃ vas figuli cõfringes eos,
Ephe. 3. vt corrupto exteriore hoĩe, interiore inno-
uato, poſsis in charitate radicatus & fundat⁹,
cõprehendere latitudinem, lõgitudinem, alti
tudinẽ, & profundum, cognoſcere ẽt ſuper-
eminentiã ſcientiæ charitatis Chriſti. Nunc
itaq; cũ ex eadẽ conſperſione Deus alia vaſa
in honorem fecit alia in contumeliã, non eſt
tuum diſcutere, quiſquis ſ̃m eandem cõſper
ſionem adhuc viuis.i. terreno ſenſus carnali
63 ter. Quod aũt ait, Attulit in multa patientia
vaſa iræ quę ꝑfecta ſunt in perditionẽ: Hinc
ſatis ſignificauit obdurationẽ illam cordis,
quæ in Pharaone facta eſt, ex merito veniſſe
occultæ ſuperioris impietatis, quem tñ patiẽ
ter ſuſtinuit Deus, donec ad illud tempus ꝑ-
duceretur, quo oportune in eum vindicta ꝓ
cederet, ad correctionẽ eorũ quos ab erro-
re inſtituerat liberare, & ad cultum ſuũ pie-
G tate vocando perducere, precib. eorũ & ge-
mitib. opem præbens. Quod aũt ait, Quos &
64 vocauit nos, non ſolum ex Iudæis, ſed etiam
Oſee. 2. ex gentib. Sicut & Oſee dicit, Vocabo non
plebem meã, plebẽ meã, & cætera totius hu
ius diſputationis ꝓpoſitũ ad hoc ꝑducit: qm̃
docuit miſericordiã Dei eſſe, ꝙ bene opera-
mur, non tanq̃ ex operib. Iudæi glorientur,
1. retra. Cap. 23. qui cum Euangelium percepiſſent tanquam
meritis ſuis id retribuendum exiſtimantes,
nolebant gentibus dari, à qua ſuperbia iam
debent deſiſtere, intelligentes, quoniã ſi non
ex operib. ſed miſericordia Dei vocamur vt
credamus, & credentibus præſtatur vt bene
operemur, non eſt gentib. iſta inuidenda mi
ſericordia, quaſi prælato merito Iudeorum,
quod nullum eſt. Quod autem dicit, Eſaias
antem clamat pro Iſrael, Si fuerit numerus
filiorũ Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ ſal- 65
uæ fient: Oſtendit quemadmodum ſit dñs la Eſa. 10.
pis angularis, vtrunq; parietem in ſe iũgens.
Teſtimonium enim Oſee Prophetę dictum Ephe. 2.
eſt pro gentib. Vocabo nõ plebem meã, ple- Oſee. 2.
bem meã, & non dilectam meam, dilectam
meã, & Eſaiæ teſtimonium dictum eſt pro H
Iſrael, qm̃ reliquiæ ſaluę fient, vt ipſi depu-
tentur in ſemen Abrahæ qui crediderunt in
Chriſtum, ita concordes ambos populos fa
cit ſecundum dñi teſtimonium dicentis in
Euãgelio de gentib. Habeo alias oues q̃ non
ſũt de hoc ouili, quas oportet me adducere, Ioan. 10.
& erit vnus grex & vnus paſtor. Quod autẽ
ait, Bona voluntas cordis mei & deprecatio 66
fit pro illis in ſalutem: Hinc iam incipit de Rom. 10.
ſpe Iudęorum loqui, ne etiam gentes ſuper-
bire audeant aduerſus Iudæos. Sicut enim Iu
deorum ſuperbia refellenda erat tanquã ex
operibus gloriantium, ſic & gentibus occur
rentib. ne tanquam Iudæis prælati ſuperbiãt.
Quod autem dicit, Prope eſt verbum in ore 67
tuo, & in corde tuo, hoc eſt, verbũ fidei qđ Rom. 10.
prędicamus: Quia ſi confitearis in ore tuo
quia dominus eſt Ieſus, & credideris in cor-
de tuo quia Deus illum ſuſcitauit a mortuis,
ſaluus eris. Corde enim credit̃ ad iuſtitiam,
oris aũt confeſsio fit ad ſalutem. Totus hic lo
cus ad illud refert, qđ ſuperius dixit, Verbũ Rom. 9.
enim conſummans & breuians faciet domi
nus ſuper terram. Remotis enim innumera-
bilib. & multiplicib. ſacramẽtis, qb. Iudaicus
populus premebat̃ per miſericordiam Dei
factum eſt vt breuitate confeſsionis fidei ad I
ſalutem perueniremus. Quod autem dicit. Se
cũdum teſtimoniũ fidei Moyſi, ego ad ęmu-
lationem vos adducam in non gentem, in gẽ 68
tem inſipientem irritabo vos dicendo, gen- Rom. 10.
tem inſipientem, expoſuit quid dixerit, in
non gentem, quaſi quòd nec gens dicenda
ſit quę inſipiẽs eſt. De cuius tamen fidei iri-
tandum dicit populum Iudaicum, quia illi
apprehenderunt quod iſti reſpuerunt. Vel Rom. 2.
certe in nõ gentem, in gentem inſipientem,
quia cũ eſſet gens inſipiens omnes gẽs idola
colens, tamen gentilitatem credendo depo-
nunt. Vnde etiam illud eſt, Si igitur præpu-
tium iuſtitias legis cuſtodiat, nonne præpu-
tium eius in circunciſione deputabitur? Vt
ſit hic ſenſus, Ego in ęmulationem vos ad-

ducam in eam gentem, quę non gens facta est deponendo gentilitatẽ per fidem Christi, cum fuisset gens insipiens colendo idola.
69 Rom. 11. Quod aũt ait, Nunq̃d repulit Deus plebem suam? Absit: Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin: Ad hoc referẽ, quod superius dixit, Non põt aũt excidere verbũ Dei: Nõ.n.oẽs qui sunt ex Israel, Rom. 9. K hi sunt Israelitæ, neq; qui sunt semẽ Abrahẽ, oẽs filii, sed in Isaac vocabiẽ tibi semen vt de ipso.s.populo Iudæorum illi deputetur in semen, q̃ dño crediderunt. De hoc item dicit
70 Rom. 9. superius, Reliquiæ saluæ fient. Quod autem dicit, Ergo nunquid deliquerũt vt caderent? Rom. 11. Absit: Sed illorũ delicto salus gentib. est. Nõ ideo dicit, quia non ceciderunt, sed q̃a casus ipsorum non fuit inanis, qm̃ ad salutem gentium profecit. Non ergo ita deliquerunt vt caderent.i.vt tantummodo caderent, qua si ad pęnam suã solum, sed vt hoc ipsum ꝙ ceciderunt, prodesset gentib. ad salutem. Deinde incipit ex hoc loco Iudæorum populum commẽdare, etiam de ipso casu infidelitatis, vt nõ superbiant gentes, qui ẽt casus Iudæorum tam preciosus extitit pro salute gentiũ, sed magis debent cauere gentes ne dum supbiunt similiter cadant. Quod aũt dixit, Si esu-
71 Rom. 12. Pro. 25. rierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potũ da illi, hoc.n. faciens carbones ignis congeres sup caput eius: Multis videri põt repugna- Luc. 6. re illi sniæ, qua dñs ꝑcepit, vt diligamus ini- L minos nostros, & oremus pro iis qui nos ꝑsequunẽ, vel huic ẽt quam idem Apostolus Rom. 12. superius dixit, Benedicite persequentes vos, bñdicite & nolite maledicere: Et iterũ, Nulli malum pro malo reddentes. Qũo.n.quisque diligit eum cui propterea cibum & potum dat, vt carbones ignis congerat super caput eius, si carbones ignis hoc loco aliquã grauem pœnam significant? Quapp intelligẽdũ est ad hoc dictũ esse, vt eum qui nos læserit prouocemus ad pęnitẽtiam facti sui, cum ei nos bene facimus. Isti. n. carbones ignis ad exustionem.i.contribulationem spũs valent, qui est quasi caput animæ, in qua exuritur omnis malitia, cum homo in melius, per pęnitẽtiam commutatur, vt sunt illi carbones, de quib. dr̃ in Psalmis. Quid deẽ tibi, aut q̃d apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittę Ps. 119. potentis acutę cum carbonibus desolatoriis. Quod autem ait, Omnis aĩa potestatib. sublimiorib. subdita sit: Non est.n. potestas nisi à Deo; Rectissime admonet ne quis ex eo ꝙ a 72 Rom. 13. dño suo in libertatẽ vocatus est, factus Christianus extollatur in superbiam, & non arbitretur in huius vitæ itinere seruandũ esse ordinem suum, vt potestatibus sublimioribus quib. pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita est, existimet non se esse sub M dendum. Cum.n. constemus ex anima & corpore, quandiu in hac vita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidium degendæ huius vitæ vtamur, oportet nos ex ea parte quæ ad hanc vitam pertinet subditos esse potestatibus.i.hominib. res humanas cũ aliquo honore administrantib. Ex illa vero parte qua credimus Deo & in regnum eius vocamur, non nos oportet esse subditos cuiquam homini, idipsum in nobis euertere cupienti, quod Deus ad vitam æternam donare dignatus est. Si quis ergo putat quoniã Christianus est, non sibi esse vectigal reddendum, aut tributum, aut non esse exhibendum honorem debitũ eis qui hæc curant potestatib. in magno errore versatur. Sed modus iste seruandus est quem dominus ipse pręscribit, vt Mat. 22. reddamus Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt. Quanquam enim ad illud regnum vocemur vbi nulla erit potestas huiusmodi, in hoc tamen itinere dum agimus, donec perueniamus ad illud seculum, vbi fit A euacuatio omnis principatus & potestatis, conditionem nostram pro ipso rerum humanarum ordine toleremus, nihil simulate facientes, & in eoipso non tam hominibus 73 quàm Deo qui hæc iubet, obtemperantes. Rom. 13. Quod autem ait, Vis non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex ea: Potest mouere aliquos cum cogitauerint ab istis potestatibus persecutionem se passos fuisse. Christiani ergo non faciebant bonum, qui non solum non sunt laudati ab istis potestatibus, sed & pœnis affecti & necati sunt. Consideranda ergo sunt verba Apostoli. Non enim ait, Bonum fac & laudabit te potestas, sed ait, Bonum fac & habebis laudem ex illa, siue enim probet factum tuum bonũ, siue persequatur, laudem habebis ex illa, vel cum eam in obsequium Dei lucratus fueris, vel cum eius persecutione coronam merueris. Hoc etiam in consequentibus intelligiẽ, cum dicit, Dei enim minister est, tibi in bonum,

num,

74 num,etiam si sibi in malum. Quod autẽ ait.
Ideoq; necessitate subditi estote: Ad hoc va-
let vt intelligamus, quia necesse est ꝑꝑ hanc
vitam subditos nos esse oportere, nõ resisten
tes si q̃d illi auferre voluerint, in quo sibi po-
B testas data est de tp̃alib. reb. Quæ q̃m trãseũt,
iõ & ista subiectio non in bonis quasi permã
suris, sed in necessariis huic tp̃i constituẽda
est. Tñ q̃m dixit, Necessitati subditi estote: ne
q̃s non integro aĩo & pura dilectione subdi
tus fieret huiusmodi ptãtib. addidit dicens,
Non solum ꝑꝑ iram, sed etiam ꝑꝑ conscien
tiam. i. non solum ad iram euadendam, ꝙ po
test etiam simulate fieri, sed vt in tua consciẽ
tia certus sis, illi⁹ dilectione te facere cui sub
ditus fueris iussu dñi tui qui oẽs vult saluos
1.Ti.2. fieri, & in agnitionẽ veritatis venire. Et hoc
Ephe. 6. enim cum diceret Apostolus de ipsis pote-
statib. aiebat. Hoc est, quod seruis alio loco
suadet, Non ad oculum seruientes quasi ho-
minib. placẽtes, vt idipsum ꝙ subdũtur dñis
suis non eos oderint, aut fallaciis promereri
desiderẽt. Quod autem dicit, Qui. n. diligit
75 proximum, legem impleuit, Ostendit con-
Rom. 13. summationem legis in dilectione positam. i.
Mat.22. in charitate. Vnde & dñs in illis duob. præce
ptis totam legem pendere dicit, & oẽs Pro-
phetas. i. in dilectione Dei & proximi. Vnde
& ipse qui legem venit implere, dilectionẽ
C donauit per spm̃sanctum, vt quod antea ti-
mor implere non poterat, charitas postmo-
Rom. 13. dum impleret. Inde est & illud eiusdem Apo
1.Tim.1. stoli, Plenitudo aũt legis charitas. Et illud, Fi
75 nis aũt pręcepti est charitas de corde puro,
Rom. 13. & conscientia bona, & fide non ficta. Quod
2.Co.6. aũt ait, Et hoc sciẽtes tp̃s, quia hora est iã nos
de somno surgere, illuc spectat q̃d dictũ est,
Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc
dies salutis. Tempus enim Euangelii signifi-
catur, & illa opportunitas saluos faciẽdi cre
77 dentes in Deum. Quod aũt ait, Carnis proui
dentiam ne feceritis concupiscẽtiis: Osten-
dit non esse culpandam carnis prouidentiã,
q̃ñ ea prouidentur quę ad necessitatem salu
tis corporalis valent. Si autem ad superfluas
delectationes atque luxurias, vt quisque in
his gaudeat quæ carne cupit, recte reprehen
ditur, quia prouidentiam carnis in concupi
Galat.6. scentiis facit. Q̃m qui seminat in carne sua,
de carne metet corruptionem. i. qui delecta-
tionib. carnalib. gaudet. Quod aũt dicit, Infir
mum aũt in fide recipite, non in diiudicatio
nibus cogitationum: Hoc dicit, vt eum qui 78
infirmus in fide est recipiamus, & nostra fir- Rom. 12.
mitate infirmitatem eius sustineamus, neque
diiudicemus cogitationes eius. i. quasi ferre D
audeamus sñiam de alieno corde, quod non
videmus. Ideo sequit̃ & dicit, Et alius q̃dem
credit manducare oĩa: Qui autem infirmus
est, olus manducet: Quia illo tempore multi
iam firmi in fide, & scientes secundum sñiam
dñi, ꝙ non macularent ea quę in os intrant,
sed quę exeunt, indifferenter sumebant cibos
salua conscientia. Quidam vero infirmiores Mat. 15.
abstinebant à carnib. & à vino, ne vel nesciẽ
tes inciderent in ea quę idolis sacrificabant̃.
Omnis enim tunc immolatitia caro in ma-
cello venundabatur, & de primitiis vini liba
bant gentes simulachris suis, & quędam in ip
sis torcularib. sacrificia faciebant. Iubet ergo
Apostolus & his qui salua conscientia talib.
alimentis vtebantur, non spernere infirmita
tem illorum, qui se à talib. cibis & potu absti
nebant. Et illis infirmis, ne eos qui carnibus
vescebantur & vinum bibebant, tanquã pol
lui iudicarent. Ad hoc valet quod consequẽ
ter dicit, Qui manducat, non manducantem
non spernat, & qui non manducat, mandu-
cantem non iudicet. Firmi. n. infirmiores cõ
tumaciter cõtemnebant, & infirmi firmos te
mere iudicabant. Quod aũt dicit, Tu quis es
qui iudicas alienum seruum? ad hoc dicit, vt 79
in his reb. quæ pñt & bono aĩo fieri & ma- E
lo, iudicium Deo dimittamus, nec audeam⁹
de alterius corde, quod non videmus, ferre
sñiam. In his. n. reb. quæ ita comprehendunt̃,
vt eas bono & casto animo non posse fieri
manifestũ sit, nõ improbamur si iudicemus.
Itaque hoc quod de cibis dicit, quia ignora
tur quo animo fiat, non vult nos esse iudices,
sed Deum. De illo autem nefario stupro, vbi 1. Co. 5.
vxorem patris sui quidam habuit, pręcepit
debere iudicari. Non. n. poterat ille dicere,
bono animo se tam immane flagitium com
misisse, Ergo quęcunq; facta ita manifestant̃.
vt non possit dicere. Bono animo feci, iudi-
canda sunt à nobis, quęcunque aũt ita fiunt,
vt in quo animo fiant incertũ sit, non sunt iu
dicanda, sed seruanda iudicio Dei, sicut scri
ptum est, Quæ occulta sunt, Deo, quæ au-
tem palam sunt, vobis, & filiis vestris. Quod
autem ait, Alius quidem iudicat alternos

80 dies,alius aũt iudicat oẽm diem,Sequestrata
Rom.14. interim meliore cõsideratione, non de duo
bus hoĩbus mihi vř dictũ, sed de hoĩe & de
Deo.Qui.n.alternos dies iudicat hõ est, põt
F .n.hodie aliud, cras aliud iudicare.i. vt quẽ
hodie malũ cõuictũ cõfessũq; dãnauerit,
cras bonum inueniat & correctũ vel cõtra,
cum aliquẽ iustũ hodie laudauerit,cras inue
niat deprauatũ. Qui aũt iudicat oẽm diem,
Deus est,q̃a non solũ qualis quisq; sit, sed ẽt
qualis omni die futurus sit,nouit. Vnusquis-
que in suo intellectu abundet,inquit.i.q̃tum
humano intellectui,vel vnicuiq; homini cõ
cessum est,tñ audeat iudicare.Qui sapit,in-
quit,diẽ,dño sapit.i. quia hocipsum ad pr̨e-
sentem diem bene iudicat,dño sapit.Hoc est
aũt bene iudicare ad diem, vt noueris non
esse de correctione eius desperandũ in futu-
81 rũ,de cuius culpa manifesta in præsentia iu-
Rom.14. dicauerit. Q̃d aũt ait, Beatus qui iudicat se-
metipsum in quo probat, ad id potissimum
referendum est, q̃d superius dixit,Non ergo
blasphemet̃ bonũ nostrũ. Hoc est etiam q̃d
ait ante istam sñiam. Tu fidem quam habes
ad Ti.1. penes temetipsum,habe coram Deo:Vt qũo
bona est hæc fides,qua credimus oĩa munda
G mundis,& in ea fide ꝓbamus, bene vtamur
ipso bono nostro, ne forte cum ad offendi-
culum infirmorum fratrũ eo bono abusi fue
rimus,peccemus in fratres,& ĩ eoipso bono
nos iudicemus cum scãdalizamus infirmos,
in quo bono nos probamus, cum ipsa fides
non placet.Quod aũt ait, Christũ Iesum mi-
82 nistrum fuisse circuncisionis ꝑꝑ veritatem
Rom.15. Dei ad confirmandas promissiones patrum,
gẽtes super misericordiam glorificare Deũ:
Ad hoc dicit,vt intelligentes gentes dominũ
Christum ad Iudæos esse missum,& non su-
perbiant.Iudæis enim repellentibus quod ad
ipsos missum est, factum est vt gentibus Euã
gelium prædicaretur,quod & in Actib. Apo
stolorum manifeste scribitur, cum dicunt
Acto.13. Apostoli Iudæis, Vobis primum oportuit
prædicari verbum, sed quoniam indignos
vos iudicastis, ecce conuertimus nos ad gen
tes. Secũdum ipsa etiam domini testimonia,
cum dicit,Non sum missus nisi ad oues per-
Mat.15. ditas domus Israel.Et iterum, Non est bonũ
panem filiorum mittere canibus. Quod gen
tes si bene considerent, intelligant ista fide
qua iam credunt,omnia munda mundis, nõ
se debere insultare his si qui forte infirmi ex
circuncisione fuerint, qui propter commu-
nicationem idolorum nullas omnino audeãt
carnes attingere.Quod autem dicit,Vt mini 83
ster sum Christi Iesu in gentibus, consecrãs Rom.15.
Euangelium Dei,vt fiat oblatio gentium ac- H
ceptabilis sanctificata in spiritusancto. Hoc
intelligitur,vt offerantur gentes Deo tanquã
acceptabile sacrificium, cum in Christo cre
dentes per Euangelium sanctificantur, sicut
& superius dicit,Obsecro itaque vos fratres
per misericordiam Dei &c. Quod ait, Ob- Rom.12.
secro vos fratres vt intendatis in eos qui dis- 84
sensiones & scandala præter doctrinam quã
vos didicistis faciunt. De his intelligitur di-
cere,quibus ad Timotheum scripsit dicens, 1. Tim.1
Sicut rogaui te vt sustineres Ephesi, vt cum
irem in Macedoniam vt denunciares qui-
busdam ne aliter docerent, neque intende-
rent fabulis & genealogiis indeterminatis q̃
quæstionem magis præstãt quam ædificatio
nem,quæ est in fide.Et ad Titum, Sunt enim Titum.1
multi non subditi, vaniloqui & mente sedu-
ctores q̃ maxime ex circũcisione sunt, quos
oportet refelli, q̃ vniuersas domos subuuer-
tunt docentes quæ non oportet, turpis lucri
gratia. Dixit quidam ex ipsis proprius eorũ
Propheta,Cretenses semper mendaces, ma-
læ bestiæ, ventres pigri.Ad hoc enim refer-
tur quod & hic ait. Hi enim Christo domi-
no non seruiunt, sed suo ventri: De quibus I
alio loco dicit, Quorum Deus venter est.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, in librum expositionis Epistolæ Pauli ad Galatas.

PRAEFATIO.



Ausa ꝑꝑ quam scribit Apostolus ad Galatas hæc est, vt intelligant gratiam Dei id secũ agere, vt sub lege iam nõ sint. Cũ enim prædicata eis esset euãgelij gratia, non defuerunt quidam ex circũcisione, quanuis Christiani nomine, nondum tamen tenentes ipsum gratiæ beneficium, & adhuc volentes esse sub oneribus legis quæ dominus Deus imposuerat, non iustitiæ seruienti-

K uientibus sed peccato, iustam scilicet legem iniustis hominib. dando ad demonstranda peccata eorum, nō auferenda: Non.n. aufert peccata nisi gratia fidei quæ per dilectionē operat̄. Sub hac ergo gratia iā Galatas cōstitutos, illi volebant cōstituere sub onerib. legis, asseuerātes nihil eis prodesse Euāgelium nisi circunciderentur, & cæteras carnales Iudaici ritus obseruationes subirent. Et iō Paulum Apostolum suspectum hr̄e cœperant, a quo illis euangelium prædicatum erat, tanq̄ non teutem disciplinā cæterorū Apostolorū qui gentes cogebant Iudaizare. Cesserat. n. taliū hoīem scādalis Apostolus Petrus & in simulationē ductus erat, tanq̄ & ipse hoc sentiret, nihil prodesse gentib. Euangelium, nisi onera legis implerent: A qua simulatione idē Apostolus Paulus eum reuocat, sicut in hac ipsa epistola docet. Talis q̄dem quęstio est & in epistola ad Romanos. Verum tñ vr̄ aliq̄d interesse, q̄ ibi contentionē ipsam dirimit, litemq; componit, quæ inter eos qui ex Iudæis & eos qui ex gētib. crediderāt orta erat: Cum illi tanq̄ ex meritis operū legis sibi redditū Euangelii præmium arbitrarent̄, quod præmium incircuncisis tanq̄ immeritis nolebant dari. Illi cōtra Iudæis se præferre gestirent, tanq̄ interfectorib. dñi. In hac vero epistola ad eos scribit, qui iam cōmoti erāt authoritate illorum qui ex Iudæis erant, & ad obseruationes legis cogebat. cœperant.n.eis credere, tanq̄ Paulus Apostolus non vera p̄dicasset q̄ eos circuncidi noluisset. Et iō sic cœpit: Miror q̄ tam cito trāsferimini, ab eo qui vos vocauit in gloriam Christi, in aliud euangelium. Hoc ergo exordio causæ q̄ōnē breuiter insinuauit, q̄quam & in ipsa salutatione, cum dicit se Apostolum, non ab hominibus neq; per hominem, quod in nulla alia epistola dixisse inuenitur, satis ostendit & illos qui talia p̄suadebant non esse à Deo, sed ab hominib. & cæteris Apostolis quantū ad authoritatem testimonii Euangelici pertinet, imparem se haberi non oportere, quandoquidem non ab hominibus neq; per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem se Apostolum nouerit. Singula igitur ab ipso epistolæ vestibulo, permittente domino & adiuuante studium nostrum, sic consideranda & tractanda suscepimus. Paulus Apostolus nō ab hominibus neque per ho-

Galat. 5. *Galat. 1.* *Expositio capituli primi.* L

minē, sed per Iesum Christum & Deum patrem qui suscitauit illum à mortuis, & q̄ mecū sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiæ. Qui ab hominib. mittitur, mendax est, qui per hominem mittit̄ potest esse verax, quia & Deus verax potest per hominē mittere. Qui ergo neq; ab hominibus, neq; per hominem, sed per Deum mittitur, ab illo verax est, qui etiā per hominem missos veraces facit. Priores ergo Apostoli veraces, qui non ab hominibus, sed à Deo per hominem missi sunt, per Iesum Christum. s. adhuc mortalem. Verax etiam nouissimus Apostolus, qui per Iesum Christum totum iam Deum post resurrectionem eius missus est. Priores sunt cæteri Apostoli per Christum adhuc ex parte hominem idest mortalem. Nouissimus est Paulus Apostolus per Christum iam totum Deum, idest omni ex parte immortalem. Sit ergo testimonii eius æqualis authoritas, in cuius honorē implet clarificatio domini, si quid habeat ordo temporis minus. Ideo enim cum dixisset, Et Deum patrem, addidit, Qui suscitauit illum a mortuis, vt etiam ex hoc modo breuiter iam clarificato missum se esse cōmemoraret, Gratia vobis & pax à Deo patres & domino Iesu Christo, Gratia Dei est qua nobis donantur peccata vt recōciliemur Deo, pax autem qua reconciliamur Deo. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eximeret nos de præsenti seculo maligno. Seculū præsens malignum, propter malignos homines qui in eo sunt intelligendum est, sicut dicimus etiam malignam domum, propter malignos inhabitantes in ea. Secundum volūtatē Dei & patris nostris, cui est gloria in secula seculorum, Amen. Quanto igitur magis homines non debent arroganter ad ipsos referre si quid operantur boni, quādo & ipse Dei filius in Euangelio, non gloriam suā se quærere dicit, neque voluntatem suam venisse facere, sed voluntatē eius q̄ eum misit. Quam voluntatem gloriamque patris nunc commemorauit Apostolus, vt ipse quoque domini exemplo, à quo missus est, non se quærere gloriam suam significaret, nec facere voluntatem suam in prædicatione Euangelii, sicut paulo post dicit, Si hominibus placerē, Christi seruus non essem. Miror quòd sic tam cito trāsferimini ab eo qui vos vocauit in gloriam Christi, in aliud Euangelium quod nō est

M *1. Retra. Cap. 24.* A *1. retra. Cap. 24.* *Ioan. 6.*

est aliud.Euangelium enim si aliud est prẹter
id quod siue per se siue per aliquem dñs de-
B dit,iam nec Euangelium recte dici potest.Vi
gilanter aũt cum dixisset,transferimini ab eo
qui vos vocauit in gloriam Christi: quã vo-
lebãt illi euacuare,quasi frustra venerit Chri
stus si iam venerit circuncisio carnis atque
huiusmodi opera legis tñ, vt ꝑ illa hoĩes sal
ui fierent. Nisi aliqui sunt conturbantes vos
& volentes conuertere Euangelium Christi.
Nõ quemadmodum istos conturbant, ita ẽt
cõuertunt Euangeliũ Christi, quia manet fir
missimum, sed tñ conuertere volunt qui ab
spiritalib.ad carnalia reuocant intentionem
credentiũ.Illis enim ad ista conuersis,manet
Euangelium non conuersum.Et ideo cum di
xisset,cõturbantes vos,non dixit,& conuer-
tens,sed,volentes,inq̃t,conuertere Euãgeliũ
Christi.Sed licet si nos, aut angelus de cœlo
vobis euangelizauerit, præterquam qđ euan
gelizauimus vobis anathema sit. Veritas ꝑꝑ
seipsam diligenda est,nõ ꝑꝑ hoĩem, aut ꝑꝑ
angelum ꝑ quẽ annunciat.Qui.n. ꝑꝑ annun
ciatores diligit eam,põt ẽt mendacia dilige-
re,si qua forte ipsi sua protulerint. Sicut præ
diximus,& nũc iterũ dico,si quis vobis euã-
gelizauerit,præterquã qđ accepistis, anathe
C ma sit. Aut præsens hoc prædixerat, aut quia
iterauit qđ dixit ꝑpea voluit dicere, sicut p̄-
diximus.Tñ ipsa iteratio saluberrime intẽtio
nem mouet ad firmitatem retinẽdi eam quæ
sic commendat̃ fidem.Modo ergo hominib.
suadeo,an Deo?Aut q̃ro hoĩb.placere?Si ad-
huc hominib. placerem Christi seruus non
essem.Nemo Deo suadere põt,quia manife-
sta sũt illi oĩa,sed hominib. ille bene suadet,
qui nõ se illis placere vult,sed ipsam quã sua
det veritatem.Qui.n.placet hominib.non ab
ipsis suam gloriam quærens,sed Dei ,vt salui
fiãt, non iam hominib. sed Deo placet, aut
certe iam cum & Deo placet simul & homi
nibus, non vtique hominibus placet: Aliud
est enim placere hominibus,aliud & Deo &
hominibus. Item qui hominibus, propter
veritatem placet, non ipse illis, sed veritas
placet, placere autem dixit quantum in se-
ipso est,quãtum ad eius voluntatem attinet:
ac si diceret, placere vellem. Non enim si
hoc eo non agente placeat alicui,quasi pro-
pter seipsum & nõ propter Deum atq; Euã-
gelium quod annunciat,superbiæ ipsius po-
tius, quàm errori eius cui peruerse placet,
tribuendum est.Iste itaque sensus est. Modo
ergo hominib.suadeo,an Deo?Aut quia ho- D
minib.suadeo quæro hominib. placere?si ad
huc hominib.quærerem placere, Christi ser
uus nõ essem. Iubet etiam ille seruis suis, vt
discãt ab eo mites esse & humiles corde.Qđ Mat. 11.
nullo modo põt,qui ꝑꝑ seipsum.i. ꝑꝑ suam
priuatam & propriam gloriã placere hoĩb.
quærit.Dicit aũt & alibi. Hominibus suade-
mus,Deo autem manifesti sumus, vt intelli-
gas quod hic ait Hominibus suadeo,an Deo: 2.Co.5.
non vtique Deo,sed hominibus suadendum.
Non ergo moueat,quod alibi dixit. Sicut &
ego omnibus per omnia placeo. Addidit.n.
Non quærens quod mihi prodest, sed quod 1.Co.10.
multis, vt salui fiãt.Nulli aũt ꝓdest, vt saluus
fiat,si homo ei ꝑꝑ seipsum placeat.Qui non
placet vtiliter, nisi cum ꝑꝑ Deum placet.i.
vt Deus placeat & glorificet̃,dum dona eius
attendunt̃ in hoĩe,aut per ministerium hoĩs
accipiuntur.Cum aũt sic homo placet, non
iã homo,sed Deus placet. Vtrũq; ergo recte
dici potest,& ego placeo,& nõ ego placeo.
assit bonus intellector,piusque pulsator, pa
tebit vtrunq; & nulla inter se repugnantia re
pellet intrantem. Notum enim vobis facio
fratres Euangelium quod euangelizatũ est a
me,quia nõ est secundum hoĩem: Neque.n.
ego ab hoĩe accepi illud,neq; didici,sed per E
reuelationem Iesu Christi. Euangelium qđ
secundum hoĩem est,mẽdacium est: Oĩs.n.
homo mendax,quicquid veritatis inuenitur Ps. 115.
in homine,non est ab hoĩe, sed à Deo ꝑ ho-
minem. Ideo iam quod secundum hominẽ
est nec Euangeliũ dicendum est,quale illi af-
ferebant qui in seruitutem ex libertate attra-
hebant eos quos Deus ex seruitute in liberta
tem vocabat. Audistis enim conuersationẽ
meam aliquando in Iudaismo, quia supra
modũ persequebar Ecclesiam Dei, & vasta-
bam illam, & proficiebã in iudaismo supra
multos coætaneos meos in genere meo.abũ
dantius ęmulator existens paternarum mea-
rum traditionum. Si persequendo & vastan-
do Ecclesiam Dei proficiebat in Iudaismo,
apparet contrarium esse Iudaismũ Ecclesiæ
Dei, non per illam spiritalem legem quam
acceperunt Iudęi,sed per carnalem conuer-
sationem seruitutis ipsorum.Et si ęmulator,
idest, imitator paternarum suarum traditio-
num,

num, persequebatur Paulus Ecclesiam Dei, paternæ ipsius traditiones cõtrariæ sunt Ecclesiæ Dei, F Non aũt legis illius culpa est:Lex enim spiritalis est,nec carnaliter se cogit intelligi,sed illorum vitium est,qui & illa quæ acceperunt,carnaliter sentiunt,& multa etiã sua tradiderunt,dissoluentes, sicut dñs dicit, *Mat. 15.* mãdatum Dei pp traditiones suas. Cum aũt placuit Deo, q me segregauit de uentre matris meæ,& vocauit per gratiam suam, reuelare filium suum in me, vt annũciarem eum in gentibus, continuo non acquieui carni & sanguini. Segregat quodammodo de ventre matris,quisquis à carnalium parentum consuetudine cæca separat: Acquiescit aũt carni & sanguini,quisquis carnalib.propinquis & cõsanguineis suis carnaliter suadentib.assentit.Neq; veni in Hierosolymam ad præcessores meos Apostolos,sed abii in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascũ. Deinde post annos tres,ascẽdi Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud illud dieb.quindecim. Si cũ euangelizasset Paulus in Arabia,postea vidit Petrum, nõ ideo vt per ipsum Petrum disceret Euangelium,nã ante eum vtique vidisset, sed vt fraternam charitatem ẽt corporali notitia cumularet. G Alium aũt Apostolorum vidi neminẽ,nisi Iacobum fratrem dñi. Iacob.dñi frater, vel ex filiis Ioseph de alia vxore, vel ex cognatione Mariæ matris eius debet itelligi. *Lib. 1. De sermone domini in monte.* Quæ aũt scribo vobis,ecce coram Deo,quia non mentior.Qui dicit,Ecce coram Deo qa nõ mentior, iurat vtique:Et quid sanctius hac iuratione?sed non est contra præceptum iuratio,quæ à malo est nõ iuratis,sed incredulitatis eius cui iurare cogit. Nam hinc intelligit ita dñm prohibuisse à iurando, vt q̃tum in ipso & quisq; nõ iuret, qđ multi faciunt, in ore habẽtes iurationem tanquã magnum aut suaue aliquid.Nam vtique Apostolus nouerat præceptum dñi, & iuraui tñ: Non enim audiendi sunt qui has iuratitones esse non putant: *1.Co.15.* Quid.n.faciẽt de illa, Quotidie morior per gloriam vestram fratres, quã habeo in Christo Iesu dño nostro, quã Græca exemplaria manifestissimã iurationẽ esse conuincunt. Quantum ergo in ipso est, non iurat Apostolus:Non enim appetit iurationẽ cupiditate aut delectatione iurandi,amplius est enim quàm est, est:non, non; & ideo à malo est, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum qui non aliter mouent ad fidem. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. *Mat. 5.* H Eram aũt ignotus facie Ecclesiis Iudææ quæ in Christo sunt:Animaduertendum, nõ in sola Hierosolyma Iudæos in Christo credidisse, nec tam paucos fuisse, vt ecclesiis gẽtium miscerent,sed tam multos vt ex illis Ecclesiæ fierent:Tm̃ autem audientes erant, qa qui aliquando nos persequebatur, nũc euangelizat fidem quam aliqñ vastabat, & in me magnificabant Deum: Hoc est q̄ dicebat nõ se placere hominib.vtiq; per seipsum,sed vt in illo magnificaretur Deus. *Mat. 5.* Hoc est quod etiam dominus dicit, Luceant opera vestra coram hominibus vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cęlis est.

Expositio capituli secundi.

Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito: Tanquam testimoniis plurib.agit,cum etiam istos nominat:Ascendi aũt secundum reuelationem: Ne moueret eos quare vel tunc ascenderit quò tandiu nõ ascẽderat.Quapropter si ex reuelatione ascẽdit,tunc proderat vt ascenderet.Et exposui illi Euangelium quod pręđico in gentib. seorsum his qui videbantur. Quod seorsum exposuit Euangelium eis qui eminebant in Ecclesia, I cum iam illud exposuisset coram omnibus, non ideo factum est, quòd aliqua falsa dixerat, vt seorsum paucioribus vera diceret, sed aliqua tacuerat quæ adhuc paruuli portare non poterant. *2.Cor 3.* Qualibus se ad Corinthios lac dicit dedisse,non Escam. Falsum enim dicere nihil licet. Aliquando autem aliquid veritate vtilius est. Perfectionẽ ipsius opus erat vt scirent cæteri Apostoli: Non enim sequebatur vt si fidelis esset, veráque & rectam teneret fidem, iam etiam Apostolus esse deberet. Illud autem quod subiungit, Ne forte in vacuum curram aut cucurri,non ad illos cum quibus seorsum contulit Euangelium,sed ad istos quibus scribit quasi per interrogationem dictum intelligẽdum est, vt ex eo appareret non eum in vacuum currere aut cucurrisse,quia iam etiam attestatione cæterorum, nihil ab Euangelij veritate dissentire approbatur.Sed neque Titus qui mecum erat,inquit,cum esset Gręcꝰ compulsus est circuncidi. Quanuis Titus Græcus esset, & nulla eum consuetudo aut cognatio parentum circuncidi cogeret sicut Timo-

Timotheum, facile tamen etiam istum circũcidi permisisset Apostolus. Non.n. tali circũcisione salutem docebat auferri, sed si in ea constitueret spes salutis, hoc esse cõtra salutem ostendebat. Poterat ergo vt superfluam æquo aīo tolerare, ẜm sniam q̃ alibi dixit, Circuncisio nihil est, & præputiũ nihil est, sed obseruatio mandatorũ Dei. Propter subintroductos aũt falsos fratres non est cõpulsus Titus circuncidi.i.non ei potuit extorqueri vt circunciderẽ, quia illi qui subintroierunt dicit proscultare libertatem eorum, vehementer obseruabant & cupiebant circũcidi Titum, vt iam circũcisionem ẽt ipsius Pauli attestatione & consensione, tanq̃ saluti necessariam prædicarent. Et sic eos, vt ait, in seruitutem redigerent.i.sub onera legis seruilia reuocarent. Quib. se nec ad horam. i. nec ad tp̃s cessisse dicit subiectioni, vt veritas Euangelii permaneret ad gentes. Denotabant aũt suspectumq; haberi volebant inuidi Apostolum Paulum, q̄ aliq̃n persecutor Ecclesiarũ fuerit, & ideo dicit. De his aũt qui videntur esse aliquid, quales aliq̃n fuerint, nihil mea interest: Quia & qui videnẽ esse aliquid carnalib. hominib. videntur esse aliquid. Nã nõ sunt ipsi aliq̃d: Et si.n. boni ministri Dei sunt, Christus illis est aliquid non ipsi per se. Nã si ipsi per se essent aliquid, semper fuissent aliquid, quales aliq̃n fuerint.i. quia & ipsi peccatores fuerũt, nihil sua dicit interesse. Quia Deus hoīs personam non accipit.i. sine personarum acceptione omnes ad salutem vocauit, non reputans illis delicta eorum: Et iõ absentib. illis qui priores facti erant Apostoli, Paulus à dño perfectus est, vt q̃n cum eis cõtulit, nihil esse quod perfectioni eius adderent sed potius viderent eũdem dñm Iesum Christum, qui sine personarum acceptione saluos facit, hoc dedisse Paulo vt ministraret gentib. quod etiam Petro dederat, vt ministraret Iudæis. Non ergo inuenti sunt in aliquo dissentire ab illo, vt cum ille se perfectũ Euangelium accepisse diceret, illi negarent & aliquid vellent tanquam imperfecto addere, sed contrario pro reprehensorib. imperfectionis, approbatores perfectionis fuerũt. Et dederunt dexteras societatis.i. consenserũt in societatem, & paruerunt voluntati domini consentientes, vt paulus & Barnabas irent ad gentes, ipsi autem in circuncisionem, quę præputio.i. gentibus contraria vr̃. Nam etiã sic potest intelligi, quod ait, econtrario, vt ordo iste sit, Mihi.n. qui videntur nihil apposuerunt sed contrario, vt non quidem in gentes iremus, quæ sunt contrariæ circũcisioni, ipsi aũt in circuncisionem, consenserunt mihi & Barnabæ, hoc est, dexteras societatis nobis dederunt. Neque in contumeliam præcessorum eius putet quis ab eo dictum: Qui videtur esse aliquid, quales aliq̃n fuerint, nihil mea interest. Et illi enim tanquam spiritales viri volebant resisti carnalibus, qui putabant aliquid ipsos esse & non potius Christum in eis, multumq; gaudebant cum persuaderẽ hominib. & seipsos præcessores Pauli sicut eũdem Paulum ex peccatoribus iustificatos esse a domino, qui personam hominis non accipit, quia Dei gloriã quærebant, non suã: Sed quia carnales & superbi homines si q̃d de vita ipsorum præterita dr̃ irascuntur & in contumeliam accipiunt, ex animo suo conliciunt Apostolos. Petrus autem & Iacob. & Ioannes honoratiores in Apostolis erant, q̃a ipsis tribus se in monte dominus ostendit in significatione regni sui, cum ante sex dies dixissent, Sunt hic quidam de circunstantibus qui non gustabunt mortem donec videāt filium hominis in regno patris sui. Nec ipsi erant columnæ, sed videbãtur. Nouerat enim Paulus sapientiam ædificasse sibi domum, & non tres columnas constituisse, sed septem: Qui numerus vel ad vnitatẽ Ecclesiæ referẽ. Solet enim pro vniuerso poni, sicut in Euangelio dictum est, Accipiet in hoc seculo septies tantũ, ac si diceret, Quasi nihil habẽtes, sed omnia possidentes. Vnde etiam Ioannes ad septem scribit Ecclesias, quæ vtique vniuersitatis Ecclesiæ personam gerunt. Vel certe ad septenariam operationem spiritussancti magis refertur septenarius numerus columnarum, sapientiæ & intellectus, cõsilii & fortitudinis, scientiæ & pietatis & timoris Dei, quibus operationibus domus filii Dei, hoc est, Ecclesia continetur. Quid autem ait, Tantum vt pauperum memores essemus, q̃d & studui hoc ipsum facere, Communis cura erat omnib. Apostolis de pauperibus sanctorum qui erant in Iudæa, qui rerũ suarum vẽditarum precia ad pedes Apostolorum posuerant. Sic ergo ad gentes missi sunt, Paulus & Barnabas, vt Ecclesiæ gentium quæ

hoc

Marginalia: 1. Co. 7. — K — L — M — Mat. 16. & 17. — A — Mat. 19. — 2. Co. 6. — Apoc. 1. — Acto. 4.

hoc non fecerant, ministrarent oratione ipsorũ eis qui hoc fecerant, sicut ad Romanos dicit, Nunc aũt pergam Hierusalẽ ministrare sanctis, placuit. n. Macedoniæ & Achaiæ cõionem aliquam facere in pauperes sancto
B rum qui sunt in Hierusalẽ. Placuit.n. illis, & debitores eorum sunt. Si.n. spiritalib. eorum cõicarent gentes, debẽt & in carnalib. ministrare eis. In nulla ergo simulatione Paulus lapsus erat, quia seruabat vbique quod congregari videbat, siue Ecclesiis gentium, siue Iudæorum, vt nusquã auferret cõsuetudinẽ, dum regnũ Dei tm̃ admonens, ne qs in superfluis poneret spem salutis, ẽt si consuetudinẽ in eis pp offensionem infirmorum custodire
1.Co.7. vellet. Sicut ad Corinthios dicit, circuncisus quis vocatus est, non adducat præputium, in præputio quis vocatus est, nõ circũcidatur. Circuncisio nihil est, & prẹputium nihil est, sed obseruatio mandatorũ Dei: Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea pmaneat. Hoc.n. ad eas consuetudines vel cõditiones vitæ retulit, quæ nihil obsunt fidei bonisque moribus: Non. n. si latro erat quisq; cum vocatus est, debet in latrocinio permanere. Petrus aũt cum venisset Antiochiam obiurgatus est à Paulo, non qa conseruabat cõsuetu-
Mat.16. & 17. dinẽ Iudæorũ in qua nat⁹ atq; educatus erat, q̃quam apud gentes eam nõ seruaret, sed obiurgatus est, quia gentib. eam volebat impo-
C nere cũ vidisset quosdã venisse ab Iacobo.i. a Iudæa: Nam Ecclesiæ Hierosolimitatæ Iacob. præfuit. Timens ergo eos qui adhuc putabant in illis obseruationib. salutem constitutã, segregabat se à gentib. & simulate illis
Mat.19. 2.Co.6. Apoc.1. cõsentiebat ad imponenda gentib. illa onera seruitutis, qđ in ipsius obiurgatione verbi satis apparet. Non.n. ait, Si tu cum Iudæus sis gentiliter & non Iudaice viuis, quemadmodum rursus ad cõsuetudinẽ Iudæorũ reuerteris, sed, queadmodũ, inquit, gentes cogis Iudaizare. Quod aũt hoc ei corã oĩb. dixit, necessitas coegit, vt oẽs illius obiurgatione sanarent. Nõ.n. vtile erat errorẽ qui palam noceret, in secreto emẽdare. Huc accedit ꝙ fir-
Acto.4. mitas & charitas Petri cui ter à dño dictum
Ioa.21 est, Amas me Pasce oues meas, obiurgationẽ talem posterioris pastoris pro salute gregis libentissime sustinebat: Nam erat obiurgatore suo ipse qui obiurgabatur mirabilior, & ad imitandum difficilior, Facilius est.n. videre quid in alio corrigas, atq; id vituperãdo vel obiurgando corrigere, q̃ videre quid in te corrigendum sit, libenterq; corrigi, vel per alium adde posteriorem, adde coram oĩbus. D
Valet aũt hoc magnũ humilitatis exemplũ, quæ maxima est disciplina Christiana, humilitate.n. conseruatur charitas. Nam nihil eam citius violat q̃ superbia. Et ideo dñs non ait, Tollite iugum meum & discite a me quoniã quatriduana de sepulchris cadauera exuscito, atque oĩa dæmonia de corporib. hoĩum morbosq; depello, & cętera huiusmodi: sed, Tollite, inquit, iugum meum, & discite a me, Mat.21.
quia mitis sum & humilis corde: Illa.n. signa sunt rerum spiritalium, mitem aũt esse & humilem, charitatis conseruatio est. Res ipsæ spiritales sunt, ad quas per illa ducuntur, qui oculis corporis dediti fidem inuisibiliũ qua iam de notis vsitatisque non possunt, de nouis & repentinis visibilibus quærunt. Si ergo & illi qui cogebant gentes iudaizare, didicissent mites esse & humiles corde, quod a domino Petrus didicerat, saltem correcto tãto viro ad imitandũ inuitarentur, nec putarent Euangelium Christi iustitiæ suæ tanq̃ debitũ redditum. Sed scientes qm̃ non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Christi Iesu vt impleat opera legis adiuuante infirmitatem suam, non merito suo, sed gratia Dei, non exigerent de gentibus carnales legis obseruationes, sed per ipsam gratiã Dei, E
spiritalia opera legis eos implere posse cognoscerent. Quoniam ex operibus legis, cũ suis viribus ea quisque tribuit, nõ gratiæ miserantis Dei, non iustificabitur omnis caro.i. omnis homo siue oẽs carnaliter sentientes. Et ideo illi qui cum iam essent sub lege, Christo crediderunt, non quia iusti erant, sed vt iustificarent, venerunt ad gratiam fidei. Peccatorum aũt nomen gentib. imposuerant Iudæi iam vetusta quadã superbia tanquã ipsi iusti essent, videndo stipulã in oculo alieno, & non trabem in suo. Secundum eorum morem locutus Apostolus ait, Nos natura Iudęi & non ex gentibus peccatores, idest, quos appellent peccatores cum sint, & ipsi peccatores. Nos ergo, inquit, natura Iudæi, cum gentiles non essemus, quos nisi peccatores appellant, & tamẽ & nos peccatores in Christo Iesu credimus, vt iustificemur per fidem Christi. Non aũt quærerent iustificari nisi

essent peccatores. An forte quia in Christo voluerunt iustificari peccauerũt,q̃a si iam iusti erãt,aliud quęrẽdo vtiq; peccauerũt:sed, si ita est,inq̃t,ergo Christus peccati minister
F est.Quod vtiq; non pñt dicere,q̃a & ipsi qui nolebãt nisi circuncisis gentib. tradi Euangelium,in Christo crediderant. Et ideo q̃d dicit,Absit,nõ solus,sed cũ ipsis dicit.Destruxit aũt superbiã gloriãtem de operib. legis quæ destrui & deberet & posset,ne gratia fidei videret̃ nõ necessaria, si opera legis ẽt sine illa iustificari crederent̃.Et ideo prçuaricator est si rursus illa ædificat,dicens,q̃ opera legis ẽt sine grã iustificant,vt Christus peccati minister inueniat̃.Posset ergo illi obiici,Si.n.quæ destruxi hęc eadẽ rursus ædifico, præuaricatorem meipsum constituo.Quid ergo, quia fidem Christi oppugnabas antea, quam nũc ædificas,prçuaricatorem te constituis,Sed illam non destruxit, quia destrui non potest. Hanc aũt superbiam vere destruxerat,constãterq; destruebat,quia destrui poterat:& ideo non ille præuaricator est qui rem verã cum conaret̃ destruere,& postea veram esse ac destrui nõ posse cognosceret, tenuit eam vt in ea ædificet̃. Sed ille præuaricator est qui cũ destruxerit rẽ falsam quia destrui põt,eã rursus ędificat.Mortuũ aũt se legi dicit vt iã sub
G lege non esset,sed tñ per legem. Siue quia Iudęus erat,& tanq̃ pedagogum legem acceperat,sicut postea manifestat. Hoc aũt agit̃ per pędagogum, vt non sit necessarius pędagogus,sicut p̃ vbera nutrit̃ infans vt iam vberibus non indigeat, & per nauem peruenit̃ ad patriã,vt iam naui opus non sit. Siue per legem spiritaliter intellectã legi mortuus est, ne sub ea carnaliter viueret.Nam hoc modo per legẽ legi vt morerent̃ volebat,cũ eis paulopost,ait. Dicite mihi sub lege volẽtes esse, legẽ non legistis? Scriptũ est.n. q̃d Abraham duos filios habuit &c.vt per eandẽ legẽ spiritaliter intellectã morerent̃ carnalib. obseruationib.legis.Q̃d aũt adiungit,vt Deo viuam. Deo viuit qui sub Deo est,legi aũt qui sub lege est.Sub lege aũt viuit inq̃tum quisque peccator est.i.inq̃tum à vetere hoĩe nõ est mutatus:sua.n.vita viuit,& iõ supra illũ est,q̃a qui eã nõ implet infra illã est.Nã iusto lex posita nõ est.i.imposita,vt supra illũ sit,in illa est.n. potius q̃ sub illa,quia non sua vita viuit, cui coercẽdæ lex imponitur.Vt.n.sic dicam, ipsam quodammodo legẽ viuit,qui cum dilectione iustitiæ iuste viuit,nõ proprio ac transitorio,sed cõmuni ac stabili gaudens bono. H
Et ideo Paulo non erat lex ponenda, qui dicit,Viuo aũt iã nõ ego,viuit vero in me Christus. Quis ergo audeat Christo legem imponere qui viuit in Paulo?Non.n.audet q̃s dicere Christum nõ recte viuere, vt ei coercẽdo lex imponenda sit.Quòd aũt nunc viuo, inquit,in carne, q̃a non posset dicere Christũ adhuc mortaliter viuere, uita aũt in carne mortalis est.In fide,inquit, viuo filii Dei, vt ẽt sic Christus viuat in credente,habitãdo in interiore hoĩe per fidẽ: vt postea per speciẽ impleat eũ, cum absorta fuerit mortalis vita. Vt aũt ostenderet q̃ viueret in illo Christus, & q̃ in carne viuens in fide viuit filii Dei,nõ meriti sui esse,sed gratiæ ipsius: Qui me, inquit,dilexit, & tradidit seipsum pro me.Pro quo vtiq;,nisi pro peccatore, vt eũ iustificaret?Et dicit hoc qui Iudæ⁹ natus & educatus erat,& abundãtius æmulator extiterat paternarũ suarũ traditionũ. Ergo si & pro talib.se tradidit Christus,etiam ipsi peccatores erãt. Non ergo meritis iustitiæ suæ datum dicant, quod non opus erat iustis dari.Nõ.n.veni vocare iustos, ait dñs, sed peccatores, ad hoc
I vtiq;,ne sint peccatores.Si ergo Christus me dilexit & tradidit seipsum pro me, nõ irritã facio gratiam Dei, vt dicã per legem esse iustitiã.Nam si per legem iustitia,ergo Christ⁹ gratis mortuus est.i. sine causa mortuus est, q̃n per legem.i.per opera legis q̃b.Iudei cõfidebant,posset esse iustitia in hoĩb. Gratis aũt mortuum Christum nec illi dicunt quos refellit,q̃m Christianos se volebãt haberi. Nõ ergo recte per illa legis Opera Christianos iustificari p̃suadebant,q̃a.recte dicit,O stulti Galatæ quis vos fascinauit? Quod non recte diceret̃ de his qui nunquam profecissent,sed de his qui ex profectu defecissent. Ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est, crucifixus, hoc est, quibus videntibus Christus Iesus hæreditatem suam possessionemq; suam amisit,his vtique auferentibus eam,dominumque inde expellentib. qui ex gratia fidei per q̃ Christus possidet gentes, ad legis opera eos qui crediderant reuocabant, Christo auferendo possessionem suam. i. eos q̃b. iure gratiæ fideique inhabitabat. Quod in ipsis Galatis accidisse vult videri Apostolus.

Præuaricator q̃s sit. — *Galat. 3.* — *Galat. 4.* — *1. Tim. 1* — *Galat. 1.* — *Mat. 9.* — *Expositio capituli tertij.* — *προεγράφη.*

Nam

K Nam ad hoc pertinet, quod ait, Ante quorũ oculos. Quid.n. tam ante oculos eorum contigit, quam q̃d in ipsis contigit? Cum aũt dixisset Iesus Christus proscriptus est, addidit, crucifixus, vt hinc eos maxime moueret, cũ cõsiderarent quo precio emerit possessionẽ quam in eis amittebat, vt parum esset gratis eum mortuum, q̃d superius dixerat, Illud.n. ita sonat tanq̃ non peruenerit ad possessionẽ pro qua sanguinem dedit. Proscriptio autẽ quæ tenebat, auferẽ. Sed hæc proscriptio non obest Christo, qui etiã per diuinitatem dñs est oĩum, sed ipsi possessioni, quæ eius gratię cultura caret. Hinc iam incipit demonstrare quemadmodum gratia fidei sufficiat ad iustificandum sine operib. legis, ne quis diceret non se q̃dem operib. legis tñ totam hoĩs iustificationem tribuere, sed neque tñ gratiæ fidei, ex vtroq; aũt perfici salutem. Sed hæc qõ vt diligenter tractaretur, ne quis fallatur ambiguo, scire prius debet opera legis bipertita esse. *Opera legis bipertita.* Nam partim in sacris, partim vero in morib. accipiuntur. Ad sacra pertinet circũcisio carnis, sabbatum temporale, neomeniæ, sacrificia, atq; oẽs huiusmodi innumerę L obseruationes. Ad mores aũt, *Exo. 20.* Non occides, non mœchaberis, nõ falsum testimoniũ dices, & talia cętera. Nunquid nã ergo Apostolus ita põt nõ curare vtrũ Christianus homicida aut mœchus sit, an castus atq; innocẽs, quemadmodum non curat vtrum circuncisus carne an prępũtiatus sit? Nũc ergo de his operibus maxime tractat quę sunt in sacris, q̃quam & illa interdum se admiscere significet. Prope finẽ aũt epistolę de his separatim tractauit, quæ sunt ĩ morib. & illud breuiter, hoc aũt diutius. Hęc.n. onera potius imponi gentib. quorum vtilitas in intellectu est: nam hæc oĩa exponunẽ Christianis, vt q̃d valeãt, tñ intelligant, ẽt facere nõ cogãẽ, in obseruationib. aũt si nõ intelligantur, seruitus sola est, qualis erat in populo Iudęorum, & est vsq; adhuc. Si aũt obseruentur illa, & intelligantur, non modo nihil obsunt, sed etiam ꝓ sunt aliquid, si tempori cõgruant. Sicut ab ipso Moyse Prophetisq; obseruata sunt, congruentib. illi populo, cui adhuc talis seruitus vtilis erat, vt sub timore custodiretur. Nihil enim tam pie terret aĩam quam sacr̃m nõ intellectum, intellectũ aũt, gaudiũ piũ parit, & celebratur libere, si opus est * tp̃i, si aũt non *a. l. tp̃is.* est opus, cũ seruitute spiritali tñ mõ legiẽ & tractaẽ. Omne aũt sacr̃m cũ intelligitur, aut M ad contemplationẽ veritatis refertur, aut ad bonos mores. Contẽplatio veritatis in solius *Mat. 22.* Dei dilectione fundata est, boni mores in dilectione Dei & proximi, in q̃b. duob. pręceptis tota lex pendet & prophetę. Nunc igitur quemadmodum circuncisio carnis, & cętera hm̃oi legis opera, vbi iam gratia fidei est, nõ sint necessaria, videamus. Hoc solũ, inq̃t, volo discere à vobis, ex operib. legis spiritũ accepistis, an ex auditu fidei? Rñdeẽ, Vtiq; ex auditu fidei. Ab Apostolo.n. prędicata est eis fides, in qua pręedicatione vtiq; aduentũ & pñtiam sanctispũs senserant, sicut illo tp̃e in nouitate inuitationis ad fidem etiam sensibilib. miraculis pña sanctispũs apparebat, sicut in Actib. Apostolorum legitur. *Acto. 2.* Hoc aũt factũ erat apud Galatas, anteq̃ isti ad eos ꝑuertendos & circũcidendos venissent. Iste ergo sensus est, Si in illis operib. legis esset salus vestra, nõ vobis spũssanctus nisi circuncisis dareẽ. Deinde intulit, Sic stulti estis, vt cum spũ cœperitis, nũc carne cõsummemini. Hoc est A q̃d superius in exordio dixerat, Nisi aliqui *Galat. 1.* sunt cõturbantes vos, & volẽtes conuertere Euangeliũ Christi. Cõturbatio.n. ordini contraria est. Ordo est aũt à carnalib. ad spiritalia surgere, nõ ab spiritalib. ad carnalia cadere, sicut istis acciderat. Et hęc est Euãgelii cõuersio retrorsus, quod quia bonum non est, non est Euangelium cum hoc annunciatur. Q̃d aũt dicit, Tanta passi estis: Multa iam pro fide tolerauerant, non timore tanquã sub lege positi, sed magis in ipsis passionib. charitate timorem vicerant. *Rom. 5.* Qm̃ charitas Dei diffusa est in cordibus eorum per spm̃ sanctũ, quẽ acceperant. Sine cã ergo, inquit, tanta passi estis, qui ex charitate, quę in vobis tanta sustinuit, ad timorẽ relabi vultis. Si tñ sine cã tãta passi estis. Quod.n. sine causa factum est, dr̃ superfluũ, nec prodest nec nocet. Hoc vero videndum est, ne ad perniciem valeat, nõ enim hoc est non surgere, quod est cadere, quamuis isti nondum cecidissent, sed iam inclinarentur vt caderent. Nam vtique adhuc in eis spiritussanctus operabatur, sicut consequenter dicit, Qui ergo tribuit vobis spiritum, & virtutes operatur in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Respondetur. B Vtique ex auditu fidei, sicut superius tractatum

tū est. Deinde exhibet exemplū patris Abraham, de quo in Epistola ad Romanos vberi⁹ apertiusq; dissertum est. Hoc.n. maxime in eo victoriosum est, ꝙ anteq̃ circunciderẽ deputata est fides eius ad iustitiā, & ad hoc re- *Gen. 22.* ctissime refert, qđ ei dictū est, Quia bñdicētur in te oēs gētes, imitatione vtiq; fidei eius, qua iustificatus est ēt ante sacr̄m circuncisionis, qđ fidei signaculū acceperit, & ante omnē seruitutē legis, q̃ multo post data est. Qđ aūt ait, Quicunq;.n. ex operib. legis sunt, sub maledictio sunt legis, Sub timore vult intelligi, nō in libertate, vt.s. corporali præsentiq; vindicta vindicaretur in eos, qui nō permanerēt in omnib. q̃ scripta sunt in libro legis, *a.l. accederet.* vt facerent ea. Huc quoq; *accedebat, vt in ipsa corporum pœna ēt maledicti ignominiam formidarent. Ille aūt iustificatur apud Deum, qui eū gratis colit, nō.s. cupiditate appetendi aliquid ab ipso præter ipsum, aut timore amittendi. In ipso.n. solo vera nr̃a beatitudo atq; perfecta est, & qm̃ inuisibilis est oculis carneis, fide colitur quādiu in hac car-
C ne viuimus, sicut supra dixit, Quod aūt nūc
Abac. 2. viuo in carne, in fide viuo filii Dei, & ipsa est iustitia, quò pertinet qđ dictum est, Quia iustus ex fide viuit. Hinc.n. ostendere voluit, q̃a in lege nemo iustificaẽ, quia scriptum est iustum ex fide viuere. Quare intelligendū est in lege, qđ nūc ait, in operib. legis dictū esse: & hoc istis, qui in circuncisione carnis, & tā lib. obseruationib. continentur, in q̃b. qui viuit, ita in lege est, vt sub lege viuat. Sed legē, vt dictū est, pro ipsis operib. legis nunc posuit, qđ de posteriorib. manifestaẽ. Ait.n. Lex aūt nō est ex fide, sed qui fecerit ea viuet in illis. Nō ait, q̃ fecerit eā, viuet in ea, vt ītelligas legē in hoc loco pro ipsis operib. positam. Qui aūt viuebant in his operib. timebant vtique ne si nō ea fecissent, lapidationē, vel crucem, vel aliquid huiusmodi paterentur. Ergo qui fecerit ea, inquit, viuet in illis. i. hēbit præmiū, ne in ista morte puniaẽ. Non ergo apud Deum, cuius fide si quis in hac vita vixerit, cū hinc excesserit, tunc eum magis habebit præsentissimum præmium. Non ita ex fide viuit, quisquis præsentia, quæ videntur, vel cupit
D vel timet. Quia fides Dei ad inuisibilia pertinet, quæ post dabuntur. Nam est ista quædā in operib. legis iustitia, q̃ñ sine suo præmio relicta non est, vt qui fecerit ea, viuat in eis.

Vnde & ad Romanos dicit, Si enim Abrahā *Rom.4.* ex operib. iustificatus est, habet gloriam, sed non ad Deum. Aliud est ergo non iustificari, aliud nō iustificari apud Deū: Qui oīno non iustificatur, nec illa seruat, quæ t̃pale habent præmiū, nec illa quæ æternū, qui aūt in operib. legis iustificaẽ, nō apud Deū iustificatur, quia t̃palem inde expectat visibilemq; mercedē. Sed tñ est ēt ista, vt dixi, quædā, vt sic dicā, terrena carnalisq; iustitia: nā & ipse Apo- *Phili. 3.* stolus eam iustitiam vocat, cum alibi dicit, Secūdum iustitiā quæ in lege est cōuersatus, qui fuerim sine querela. Propterea dñs Iesus Christus iam libertatem daturus credentib. quædam earum obseruationum nō seruauit ad literam. Vnde ēt cū sabbato esurientes di- *Mat. 12.* scipuli spicas euulsissent, rñdit indignātibus, dñm esse filium hoīs etiam sabbati. Itaq; illa carnaliter nō obseruando, carnalium cōflagrauit inuidia, & suscepit q̃dem pęnam propositā illis, qui eā nō obseruassent, sed vt credentes in se talis pęnæ timore liberaret: quò pertinet, qđ adiungit, Christus nos redemit E
de maledicto legis, factus pro nobis maledi- *Deu. 21.* ctum, q̃a scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Quæ sñia spiritaliter intelligentibus sacramentum est libertatis, carnaliter autem sentientibus si Iudæi, sunt, iugum est seruitutis: si Pagani aut hæretici, velamentum est cæcitatis. Nam ꝙ q̃dam nostri minus in scripturis eruditi, sñiam istam nimis timentes, & scripturas veteres debita pietate approbantes, non putant hoc de dño esse dictū sed de Iuda traditore eius. Aiūt.n. propterea nō esse dictū, Maledictus oīs qui figitur in ligno, sed, qui pendet in ligno, quia nō hic dñs significatus est, sed ille qui se de laqueo suspendit. Nimis errant, nec attendunt se contra Apostolum disputare, qui ait, Christus nos redemit de maledicto legis, factus ꝓ nobis maledictum: quia scriptū est, Maledictus oīs qui pendet in ligno. Qui ergo ꝓ nobis factus est maledictū, ipse vtique pependit in ligno. i. Xp̃s, qui nos liberauit à maledicto legis, vt nō iam timore iustificaremur in operib. legis, sed fide apud Deū, quæ nō ꝑ timorem, sed per dilectionē operatur. Spūs enim sanctus, qui hoc per Moysen dixit, vtrunque *Galat. 5.* præuidit, vt timore visibilis pœnæ custodi-
F rentur, qui nondum poterāt ex inuisibilium fide viuere, & ipse timorem ist um solueret susci-

suscipiendo quod timebatur, q̃ timore subla
to donũ dare poterat charitatis. Nec in hoc
ꝗ maledictus est appellatus, q̃ pendet in li-
gno, cõtumelia in dñm putãda est: ex ꝑte q̃ ꝓ
pe mortali pependit in ligno: mortalitas aũt
vñ sit, notũ est credentibus. Ex pœna quippe
1.Pet.2. est, & maledictio peccati primi hominis, q̃
dñs suscepit, & peccata nr̃a pertulit corpore
suo ꝑ lignũ. Si ergo diceretur, mors maledi-
cta ẽ: nemo exhorresceret. Quid ãt nisi mors
dñi pependit in ligno, vt mortẽ moriẽdo su-
peraret? Eadem igitur maledicta, q̃ uicta est.
Itẽ si diceret̃, pctm̃ maledictũ est: nemo mi-
raretur. Quid aũt pepẽdit in ligno, nisi pctm̃
ueteris hominis, quod dñs pro nobis in ipsa
2.Co.5. carnis mortalitate suscepit? Vñ nec erubuit
nec timuit Apost. dicere pctm̃ eũ fecisse pro
nobis: addens, ut de pctõ condẽnaret pctm̃.
Non.n. & uetus hõ noster simul crucifigere
G tur, sicut Apost. alibi dicit, nisi in illa morte,
dñi, peccati nostri figura pẽderet, ut euacua-
retur corpus peccati, ut ultra nõ seruiamus,
Nũe.21. pctõ. In eius peccati & mortis figura ẽt Moy
ses in eremo super lignũ exaltauit serpentẽ.
Persuasione quippe serpentis, hõ in dãnatio
nẽ mortis cecidit. Itaq; serpens ad significa-
tionẽ ipsius mortis, cõueniẽter in ligno exal
tatus est: in illa.n. figura mors dñi pẽdebat in
ligno. Quis aũt abhorreret si diceretur, Male
dictus serpens q̃ pendet in ligno? & tñ mor-
tẽ carnis dñi ꝑfigurans serpens pendebat in
ligno, cui sacro ipse dñs atteſtatus est, dicẽs,
Ioan.3. Sicut exaltauit Moyses serpẽtẽ in eremo, ita
& exaltari oportet filiũ hominis super terrã.
Non.n. & hoc in contumeliã dñi Moysen fe
cisse aliquis dixerit, cũ tantã in ea cruce salu
tẽ hominũ esse cognosceret, ut non ob aliud
ad eius iudiciũ serpentẽ illũ erigere iubere-
tur, nisi ut eum intuẽtes, q̃ morsi a serpentib.
morituri erant, contiuuo sanarẽtur. Nec ꝑꝑ
aliud ille serpens æneus factus erat, nisi ut ꝑ
mansuræ passionis dñi fidẽ significaret. Etiã
al. memoria. vulgo quipe dñr ænea, quorũ* numerus ma
net. Si.n. obliti essent homines, & obliteratũ
esset de memoria tꝑis, ꝗ Christus ꝓ homi-
nibus mortuus est, uere morerentur, nũc aũt
H tanquam ænea ꝑmanet crucis fides, ut cum
alij moriantur, alij nascantur, ipsam tñ subli
mẽ ꝑmanere inueniant, quã intuendo sanẽ-
tur. Non igitur mirum, si de maledicto uicit
maledictum, qui uicit de morte mortẽ, & dẽ
peccato pctm̃, de serpente serpentẽ. Maledi-
cta aũt mors, maledictum pctm̃, maledictus
serpens: & hęc oĩa in cruce triumphata sũt.
Maledictus igitur oĩs qui pendet in ligno.
Quia ergo nõ ex operib. legis, sed ex fide iu-
stificat Xp̃s credẽtes in se, timor maledictio Deu.21.
nis crucis ablatus est: charitas bñdictionis A
brahæ ꝑꝑ exẽplũ fidei ꝑmanet ad gẽtes: vt
annunciationẽ, inquit, spiritus per fidẽ acci-
piamus. i. vt non quod timetur in carne, sed
quod spiritu diligitur, credituris annuncie-
tur. Vnde etiã testamenti humani mentio-
nẽ facit: quod utiq; multo est infirmius q̃ di
uinũ. Tñ hominis confirmatum testm̃, inq̃t, Heb.9.
nemo irritum, facit, aut superordinat, quia
cum testator mutat testm̃, nõ confirmatum
mutat: testatoris.n. morte confirmatur. Qđ
aũt mors testatoris valet ad confirmandũ te
stamẽtum eius, quia consilium mutare iam
non potest; hoc incõmutabilitas promissio-
nis dei ualet ad confirmandam hęreditatem I
Abrahæ, cuius fides deputata est ad iustitiã. Rom.4.
Et ideo semen Abrahæ, cui dictę sunt ꝓmis-
siones, Christũ dicit Apostolus, hoc est oẽs,
Christianos fide imitantes Abraham: quod
ad singularitatem redigit, commendando ꝗ
non dictũ est, & seminibus: sed, semini tuo:
quia & una est fides, & non possunt similiter
iustificari qui uiuunt ex operibus carnaliter
cũ his qui viuũt ex fide spiritaliter. Inuinci-
biliter autẽ infert, ꝗ lex nondum data erat:
nec posset post tantos annos ita dari, ut anti
quas Abrahæ promissiones irritas faceret. Si
.n. lex iustificat, non est iustificatus Abrahã,
q̃ multũ ante legem fuit. Quod q̃a dicere nõ
possunt, coguntur fateri non legis operibus
iustificari hominẽ, sed fide. Simul ẽt nos co-
git intelligere oẽs antiquos, q̃ iustificati sũt,
ex ipsa fide iustificatos. Quod.n. nos ex parte De fide antiquorum.
præteritum. i. primum aduentum dñi: ex par
te futurum. i. s̃m aduẽtum dñi credendo sal-
ui efficimur: hoc totũ illi. i. utrunq; aduentũ
futurum credebant, reuelante sibi spiritusan
cto, vt salui fierent. Vnde est ẽt illud, Abrahã
concupiuit diẽ meũ uidere, & uidit & gaui-
sus est. Sequitur qõ satis necessaria. Si.n. fides
iustificat, & priores sancti, q̃ apud deũ iusti
ficati sunt, ꝑ ipsam iustificati sunt, q̃d opus
erat legem dari? Quam qõnem tractandam

sic intulit, interrogans & dicens, Quid ergo? Hucusq;.n.interrogatio est. Deinde infertur responsio, Lex transgresionis gratia ꝓposi-
1. Retra. 24 ta est, donec uenerit, inquit, semen, cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator aũt unius nõ est, deus uero unus est. Mediatorẽ Iesum Christũ ẜm hominem dici, ex illa eiusdem Apostoli sententia fit planius, cum ait, Vnus.n.deus, unus
1 Tim. 2. & mediator dei & hominum hõ Christus Iesus. Mediator ergo inter deum & deum esse non põt, quia unus est deus mediator autem vnius non est, quia inter aliquos medius est. Angeli porrò, qui nõ lapsi sunt a comspectu dei, mediatore non opus habent, per quẽ reconcilientur. Item angeli qui nullo suadente spontanea pręuaricatione sic lapsi sunt, ꝑ
L mediatorem nõ reconciliantur. Restat ergo, vt qui mediatore superbo diabolo, superbia persuadente deiectus est, mediatore humili, Christo humilitatem persuadente erigatur. Nam si filius dei in naturali ęqualitate patris manere uellet, nec se exinaniret, formã serui accipiens, non esset mediator dei & homi-
Phil. 2. num, Quia ipsa trinitas unus deus est, eadẽ in tribus patre & filio & spirituisancto deitatis æternitate & æqualitate constante. Sic itaque unicus filius dei mediator dei & hominum factus est, cum uerbum dei deus apud deũ, & maiestatẽ suã usq; ad humana deposuit, & humilitatẽ humanam usq; ad diuina subuexit, ut mediaor esset inter deũ & homines, hõ per deum ultra homines. Ipse est
Psal. 44. .n.speciosus forma pręꝗ filiis hominũ, & vnctus oleo exultationis præ participibus suis. Sanati sunt ergo ab impietate superbiæ, ut reconciliarentur deo, quicunq; homines humilitatem Christi, & ꝑ reuelationem anteq̃ fieret, & post Euangelium posteaq̃ facta est, credendo dilexerunt, diligendo imitati sunt. Sed hæc iustitia fidei, quia nõ pro merito data est hominibus, sed ꝓ misericordia & gratia dei, non erat popularis anteq̃ dñs hõ inter homines nasceretur. Semen autẽ, cui pro missum est, populũ significat: non illos paucissimos, qui reuelationib. ea futura cernen-
M tes, quamuis per eandem fidem salui fierẽt, populum tñ saluum facere nõ poterãt. Qui populus sanè, si per totum orbẽ cõsideretur, nam de toto orbe Ecclesiã Hierusalẽ cęlestẽ congregat, pauci sunt, q̃a uia angusta paucorũ est: in unũ tñ congregati, quotquot existere potuerũt, antequã Euangeliũ ṗdicabatur: & quotquot existere potuerunt, ex quo Euãgeliũ ṗdicatur: & quotquot poterunt usq; in finẽ seculi ꝑ oẽs gentes, adiunctis sibi etiã illis quãuis paucissimis, q̃ ex fide dñi fidei ꝓphetica ante ambos aduentus eius salutẽ grę perceperunt: implent sanctorũ beatissimũ ciuitatis sempiternæ statum. Superbienti ergo populo lex posita est ut qñ gratiam charitatis nisi humiliatus accipere nõ posset, & sine hac gratia nullo mõ ṗcepta legis impleret, transgressione humiliaretur ut quęreret gratiã, nec se suis meritis saluũ fieri, quod superbũ est opinaretur: vt esset nõ in sua potestate & uiribus iustus, sed in manu mediatoris iustificantis impium. Per angelos aũt mi- A
nistrata est oĩs dispensatio ueteris testamenti, agente in eis spiritusancto, & ipso uerbo veritatis nondum incarnato: sed nunquã ab aliqua ueridica administratione recedente. Quia ꝑ angelos disposita est ipsa dispẽsatio legis, cum aliqñ suam, aliqñ dei personam, sicut Prophetarum ẽt Moyses, agerent, perq; illam legem morbos ostendentem, non auferentem, ẽt pręuaricationis crimine contrita est superbia. Dispositum est per angelos, sed in manu mediatoris, ut ipse liberaret a peccatis, iam per transgresionem legis coactos confiteri opus sibi esse gratiam & misericordiam dñi: ut sibi peccata dimitterentur, & in noua uita per eũ, qui pro se sanguinẽ fudisset reconciliarentur deo. In istis.n.erat ꝑ trãsgresionem legis confringẽda superbia, qui gloriantes de patre Abraham, quasi naturalẽ se iactabant habere iustitiam, & merita sua in circuncisione, cæteris gentibus tanto perniciosius, quanto arrogantius pręferebant. Gentes ẽt facillime ẽt sine hmõi legis transgresione humiliarentur. Homines.n.nullã ex parentibus originem iustitiæ se trahere ꝓuidentes, simulachrorum ẽt seruos inuenit Euangelica gratia. Non.n.sicut istis dici poterat, non fuisse illam iustitiam parentũ eo- B
rum in colendis idolis, quam esse arbitrabantur: ita etiam Iudæis dici poterat falsam fuisse iustitiam patris Abraham. Itaq; illis dicit,
Matt. 3 Facite ergo fructum dignum Pęnitentiæ: & ne dixeritis uobis, patrem habemus Abrahã:

potens

potens est.n.deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahã. Istis aũt dr̃, Propter quod memores estote, quia uos aliqñ gentes eratis in carne, qui dicimini prępntium, ab ea, q̃ dicitur circuncisio in carne manufacta, q eratis illo tp̃e sine Xp̃o, alienati a societate Israel, & peregrini testõrum, & promissionis spem nõ habentes, & sine deo in hoc mundo. Deniq; illic infideles de oliua sua fracti, hic aũt fideles de oleastro in oliuam illorum inserti esse monstrantur. Illorum ergo erat de legis transgressione cõterenda superbia, Sicut ad Romanos cum scripturarum uerbis peccata eorum exaggerasset. Scitis autem, inquit, qm̃ quæcunq; lex dicit, his qui in lege sunt loq̃tur: ut oẽ os obstruatur & reus fiat oĩs mundus deo. Iudæi.s.de transgressione legis, & gentes de impietate sine lege, Vnde & iterũ ait, Conclusit.n.deus omnia in incredulitatẽ vt omnib. misereatur. Hoc & nunc dicit, refricans ipsam qõnem, Lex ergo aduersus ꝓmissa dei? Absit. Si.n.data esset, quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia: sed cõclusit scriptura omnia sub pc̃tõ, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentib. Non ergo lex data est, vt pc̃tm̃ auferret, sed ut sub peccato oĩa concluderet: Lex.n.ostendebat pc̃tm̃ esse, quod illi per consuetudinẽ cęcati, possent putare iustitiam: ut hoc mõ humiliati, cognoscerent non in sua manu esse salutẽ suam, sed in manu mediatoris. Maxime quippe humilitas reuocat, unde nos deiecit suꝑbia. Et ipsa humilitas accõmodata percipiendæ gratiæ Christi: qui singulare humilitatis exemplum est. Ne quisquam hic tam imperite dixerit. Cur ergo non pro fuit Iudæis, qđ per angelos legẽ ministrantes, in manu mediatoris dispositi sunt? Profuit.n.quantũ dici non põt. Quæ.n.gentium ecclesiæ uenditarum rerum suarum precia ad pedes Apostolorũ posuerũt, quod tot milia hominum tam repente fecerunt? Nec turbę infidelium considerandæ sunt: omnis.n.area multis partibus ampliorem habet paleam, quã frumentum. Vnde ẽt illa eiusdem Apostoli uerba ad Romanos, nisi de sanctificatione Iudæorũ. Quid ergo? Nunquid repulit deus plebem suam? Absit, nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin. Non repulit deus plebem suam, quam pręsciuit. Cũ autem laudaret prę cęteris ecclesiis gentiũ, ecclesiam Thessalonicensium, similes eos factos ecclesiis Iudęæ, quia multa a contribulibus suis pro fide passi erant, qũo & illi a Iudæis. Hinc est, & illud quod pauloante commemoraui, quod ait ad Romanos. Si.n.spiritalibus eorum communicauerunt gẽtes, debent & in carnalibus ministrare eis. De ipsis ergo Iudæis etiam consequenter dicit, Prius autem quam ueniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quę postea reuelata est. Vt.n.tam prope inuenirentur, etiã de proximo ad deum uenditis suis rebus accederent, quod dominus eis pręcepit, q uellent esse ꝑfecti, lege ipsa factum est, sub qua custodiebãtur, conclusi in eam fidem, id est, in aduentum eius fidei, quæ postea reuelata est, conclusio enim eorum erat tum timor vnius dei. Et quod præuaricatores ipsius legis inuenti sunt, non ad perniciẽ, sed ad utilitatem ualuit eis, qui crediderunt, cognitio enim maioris ęgritudinis, & desiderari medicum uehementius fecit & diligi ardentius, Cui.n.plurimum dimittitur plurimum diligit. Ita lex, inquit, pędadogus noster fuit in Christo: hoc est quod ait, Sub lege custodiebamur conclusi in ea. Posteaquam uenit fides, iam non sumus sub pędagogo. Eos ergo nunc reprehendit, qui faciunt irritam gr̃am Christi: quasi.n.nondum uenerit, qui uocaret in libertatem si adhuc uolunt esse sub pędagogo. Quod aũt filios dicit esse oẽs per fidem, quia induerunt Christum, quicunq; in Xp̃o baptizati sunt, ad hoc ualet, ne gentes, de se desperarent, quia non custodiebantur, sub pędagogo, & ideo se filios non putarent: sed per fidem induendo Xp̃m, omnes fiunt filii: non natura sicut unicus filius, qui etiam sapientia dei est: neq; præpotentia & singularitate susceptionis ad habendam naturaliter & agendam personã sapientiæ, sicut ipse mediator, unum cum ipsa suscipiente sapientia sine interpositione alicuius mediatoris effectus: sed filii fiunt participatione sapientiæ, id præparante atq; præstante mediatoris fide q̃ fidei gr̃am nunc indumẽtũ uocat, ut Xp̃m induti sint, qui in eum crediderunt: & ideo filii dei fratresq; eius mediatoris effecti sũt. In qua fide nõ est distantia Iudæi neq; Græci nõ serui, neq; liberi: nõ masculi & foemi-

Marginalia: Ephes. 2. — Rom. 11. — Rom. 3. — Rom. 11. — C — Acto. 4. — D — Rom. 11. — Matt. 3 — 1. Thess. — Rom. 15. — Mat. 19. — E — F

næ: in quantũ.n.oẽs fideles ſunt, oẽs unũ sũt in Chriſto Ieſu,& hoc facit fides, per quã in hac uita iuſte ambulatur, quanto perfectius atque cumulatius id ſpecies ipſa factura eſt, cũ uidebimus facie ad faciẽ? Nã nũc quãuis primitias habẽtes ſpũs,qui uita eſt,ꝑꝑ iuſtitiã fidei,tñ quia adhuc mortuũ eſt corpus ꝓpter pctm̃,differentia iſta uel gentiũ,uel conditionis, uel ſexus iam quidem ablata eſt ab unitate fidei,ſed manet in cõuerſatione mortali. Eiuſq; ordinẽ in huius uitæ itinere ſeruãdũ eſſe & Apoſtoli præcipiũt,qui ẽt regulas, ſaluberrimas tradunt:quẽadmodum ſecũ uiuant ꝓ differentia gentis Iudæi & Græci:& pro differentia cõditionis dñi & ſerui,& differẽtia ſexus uiri & vxores:uel ſiqua talia cętera occurrũt. Et ipſe prior dñs,qui ait, Reddite Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & deo q̃ dei ſunt. Alia ſunt.n.quæ ſeruamus in unitate fidei ſine ulla diſtantia: & alia in ordine uitæ huius tanq̃ in uia,ne nomen dei & doctrina blaſphemetur. Et hoc nõ ſolum ꝑꝑ iram,ut effugiamus offenſionẽ hominũ,ſed ẽt ꝑꝑ cõſcientiam: ut non ſimulata, quaſi ad oculos hominum iſta faciamus:ſed pura dilectionis cõſcientia ꝑꝑ deum, qui oẽs homines vult ſaluos fieri, & in agnitionẽ ueritatis uenire. Oẽs ergo, inquit,vos unum eſtis in Xp̃o Ieſu. Et addidit, Si aũt,ut hic ſubdiſtinguatur, & ſubaudiatur, vos unũ eſtis in Chriſto Ieſu: ac deinde inferatur, Ergo Abrahæ ſemen eſtis: vt iſte ſit ſenſus, Oẽs ergo uos unũ eſtis in Chriſto Ieſu. Si aũt uos unũ eſtis in Xp̃o, Ieſu,uos ergo Abrahæ ſemen eſtis. Superius .n.dixerat, Non dicit & ſeminibus,tanquam in multis,ſed tanquam in uno,& ſemini tuo quod eſt Chriſtus. Hic ergo oſtendit unũ ſemen Chriſtum,non tñ ipſum mediatorem, intelligendum eſſe,uerumetiam Eccleſiam, cuius ille corporis caput eſt: vt oẽs in Chriſto unum ſint, & capiant ẽm promiſſionem hęreditatem per fidem: in quam concluſus erat. i. in cuius aduentu tanquam ſub pædagogo cuſtodiebatur populus vſque ad ætatis opportunitatem: quia in libertatẽ uocãdi erant: qui in eodem populo ẽm propoſitũ uocati ſunt. i. qui in illa area frumentũ inuenti ſunt. Ad hoc.n.ſubiungit. Dico aũt, Quanto tp̃e hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, cum ſit dñs omnium:ſed ſub ꝓcuratoribus, & actoribus eſt uſq; ad præfinitum tp̃s a patre. Sic & nos cũ eſſemus paruuli, ſub elemẽtis huius mundi eramus ſeruientes. Quæri aũt põt, qũo ẽm hanc ſimilitudinem ſub elementis huius mundi fuerint Iudæi: cum illis per legem quam acceperunt,unus deus q̃ fecit cœlum & terram, colendus commendaretur. Sed põt eſſe alius exitus capituli huius, ut cum ſuperius legẽ pædagogum fecerit, ſub quo erat ille populus Iudęorũ nunc procuratores & actores dicat elementa mundi,ſub quibus ſeruiebant gentes: ut filius ille paruulus. i. populus ꝑꝑ unã fidẽ ad unũ ſemen Abrahæ pertinens, qm̃ & de Iudęis & de gentib. congregatus eſt: partim fuerit ſub pædagogo legis, tp̃e pueritiæ ſuæ.i.ex ea parte, qua de Iudæis cõgregatus eſt: partim ſub elementis huius mundi,quibuſdam tãquam ꝓcuratorib. & actoribus ſeruierit, ex ea parte qua de gentibus congregatus eſt: vt ꝙ immiſcet Apoſt. ꝑſonam ſuam, non dicens, Cũ eſſetis paruuli, ſub elemẽtis huius mũdi eratis ſeruientes: ſed dicens, Cũ eſſemus paruuli, ſub elementis huius mundi eramus ſeruientes: non pertineat ad ſignificationẽ Iudęorum, ex quibus Paulus originem ducit, ſed magis ad gentium, hoc duntaxat loco: qm̃ & eorum perſonæ decenter ſe põt annectere quibus ad euangelizandum miſſus eſt. Deinde iam dicit, Veniente plenitudine tẽporis, deũ miſiſſe filium ſuum ad liberãdum paruulum hęredem, ſeruientem ex parte legi, tanquam pædagogo: ex parte elementis huius mundi, tanquam procuratoribus & actoribus: Miſit deus, inquit, filium ſuum factum ex muliere. Mulierem pro fœmina poſuit, more locutionis Hebræorum. Non .n. quia de Eua dictũ eſt, Formauit eam in mulierem: iam paſſa erat concubitus uiri, quos non ſcribitur paſſa, niſi cum dimiſſi erant de paradiſo. Factum autẽ dixit, ꝑꝑ ſuſceptionẽ creaturæ: quia qui naſcuntur ex fœminis, non tunc ex deo naſcuntur, ſed tamen deus illos facit: vt ſic naſci poſſint, ut omnis creatura. Factum aũt ſub lege dixit, quia & circũciſus eſt, & hoſtia pro illo legitima oblata ẽ. Nec mirum ſi & illa legis opera ſuſtinuit: ex quib. liberaret qui eis ſeruiliter tenebantur, q̃ ẽt mortem ſuſtinuit, ut ex ea liberaret eos q̃ mortalitate tenebãtur. Vt adoptionem, inquit,

Marginalia: 1. Ioan. 3 — Rom. 8. — G — 1. Tim. 2. — H — Expoſitio capi-tuli. (col. 2) — quarti. — I — Gen. 2. — K

quit, filiorũ recipiamus. Adoptionẽ ꝓ ꝑea dicit, ut distincte intelligamus unicũ dei filiũ. Nos.n. beneficio & dignatione misericordię eius, filii dei sumus: ille natura est filius, qui hoc est quod pater. Nec dicit accipiamus, sed recipiamus, ut significaret hoc nos amisisse in Adam ex quo mortales sumus. Hoc quod ait, Vt eos qui sub lege erãt redimeret: & ad liberandum eũ populum ꝑtinet, ꝗ paruulus sub pædagogo seruiebat: & refertur, ad id quod dixit, factum sub lege. Illud autẽ quod ait, ut adoptionẽ filiorum recipiamus, refertur ad id quod dixit, factum ex muliere. Hinc.n. adoptionẽ recipimus quod ille unicus non dedignatus est participationem naturę nostræ, factus ex muliere, ut non solum vnigenitus esset ubi fratres non hẽt, sed etiã primogenitus in multis fratribus esset. Duo .n. proposuit, factũ ex muliere, factũ sub lege: sed mutato ordine respondit, Iam illũ populum adiungens qui paruulus sub procuratoribus & actoribus seruiebat. i. elementis huius mundi: ne putarent se non esse filios, quia non erãt sub pędagogo. Qm̃ aũt filii estis, inquit, misit deus spm̃ filii sui in corda uestra clamantẽ, abba pater. Duo sunt uerba quæ posuit, ut posteriorẽ interpretaret̃ primũ, Nam hoc est abba, quod pater. Elegãter aũt intelligitur nõ frustra duarum linguarũ uerba posuisse idẽ significantia, ꝑ ꝑ uniuersum populum qui de Iudæis & de gentibus in unitatẽ fidei uocatus est: vt Hebræum uerbum ad Iudęos, Græcum ad gentes, utriusq; tñ uerbi eadem significatio ad eiusdem fidei spiritusq; unitatem ꝑtineat. Nam & ad Romanos, ubi similis q̃ de pace in Christo Iudæorum gentiumq; tractatur, hoc dicit, Nõ .n. accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritũ adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Recte autem de pręsentia & de dono spiritussancti ꝓbare uoluit gentibus, ꝙ pertineant ad ꝓmissionẽ hęreditatis. Non.n. euangelizatum est gentibus, nisi post ascensum dñi & aduentũ spiritussancti. Cœperant.n. iam Iudæi credere cum in terris adhuc filius dei mortalẽ hominem gereret: sicut in euangelio scriptum est, ubi quanquam & Chananææ mulieris fidem ipse laudauerit, & illius Centurionis, de quo ait, Nõ se inuenisse talẽ fidẽ in Israel tñ ꝓprie tunc Iudæis esse euangelizatũ, uerbis ipsius dñi satis clarũ est, cũ ad ipsius Chananęæ deprecationẽ dixit, non se esse missũ nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, & discipulos cũ mitteret, ait, In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne introieritis, sed ite primum ad oues quæ perierunt domus Israel. Gentium aũt aliud ouile appellauit cũ diceret, Habeo alia oues q̃ non sunt de hoc ouili: quas tñ se adducturũ ait, vt esset vnus grex, & unus pastor. Qñ aũt nisi post clarificationẽ suã? Post resurrectionem aũt ad gentes discipulos misit, cũ eos interim Hierosolymę manere iussisset, donec eis ẽm ꝓmissionem suam spiritumsanctum mitteret. Cum ergo dixisset Apostolus, Misit deus filium suum, factu ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret ut adoptionem filiorũ recipiamus, restabat ut ẽt gentes, quæ non erant sub lege, ad eandem adoptionẽ filiorũ pertinere ostenderet: quod de sancti spũs dono, qui omnib. datus est docet. Vñ se ẽt Petrus de baptizato incircunciso centurione Cornelio defendit apud Iudęos qui crediderant, dicens, Non se potuisse aquam negare illis, quos sanctum spm̃ accepisse clarueral. Nã ipso grauissimo documento ẽt superius usus est Paulus cũ diceret. Hoc solum uolo discere a uobis, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Et paulopost, Qui ergo tribuit uobis spiritum & uirtutes, operatur in uobis ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sic & hic, Qm̃, inquit, filij dei estis, misit deus spiritum filij sui in corda uestra clamantẽ, abba pater. Deinde manifestissime ostendit, de his ẽt se dicere ꝗ ex gentib. ad fidẽ uenerant, ad quos ẽt epistolã scribit, Ita iam, inquit, non est seruus, sed filius: ꝑ ꝑ id q̃d dixerat, Quãdiu hęres paruulus est, nihil differt a seruo. Si autẽ filius, inquit, & hæres, ꝑ deũ. i. ꝑ misericordiã dei, non per promissiones patrũ: de quibus quanquã carnaliter sicut Iudęi natus nõ es, es tamen filius Abrahę secundum imitationem fidei, cuius fidei gratiam per misericordiam domini meruisti. Sed tũc quidem, inquit, ignorantes deum, his qui naturaliter nõ sunt dij seruistis. Nunc certe quia non Iudæis scribit sed gẽtibus, nec, ait, seruimus: sed seruistis: satis probabile est etiam supe-

Margin notes: L; M; Rom. 8.; Mat. 15.; Mat. 10.; Ioan. 10.; Act. 10; A; Act. 10.; Gala. 3.; B

rius de gentibus dictũ, ꝙ sub elementis huius mundi erant seruientes tanquã sub ꝓcuratoribus & actorib. Nã ipsa elementa utiq; non sunt naturaliter dij, siue in coelo, siue in terra: quemadmodũ multi dij, & domini multi: sed nobis unus de⁹ pater* ex quo oĩa, & nos in ipso: & unus dñs Iesus Xp̃s, ꝑ quẽ oĩa, & nos per ipsum. Cum aũt dicit, His q̃ naturaliter non sunt dij, seruistis: satis demõstrat unũ uerum deũ natura esse deum, quo nomine trinitas fidelissimo & catholico gremio cordis accipitur. Eos aũt qui natura nõ sunt dii, ꝓ pea superius procuratores actoresq; appellat: quia nulla creatura est, siue q̃ in ueritate manet, dans gloriam deo: siue q̃ in ueritate non stetit, quærens gloriã suam: Nulla ergo creatura est, q̃ non, uelit nolit, diuinę prouidentię seruiat: sed uolens facit cũ ea quod bonũ est. de illa, uero, q̃ hoc nõ uult fit quod iustum est. Nam si ẽt ipsi ꝑuaricatores angeli, cum principe suo diabolo nõ recte dicerentur procuratores uel actores diuinæ prouidentiæ, non dñs magistratum hui⁹ mũdi diabolum diceret: nec uteretur illo ad correptionem hominum ipsa potestas apostolica, eodem Paulo alibi dicente, Quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare: & alio loco ad salutem, ait. n. Ego quidem sicut absens corpore, præsens spũ, iudicaui quasi præsens, eum qui sic operatus est, in nomine dñi Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu, cum potẽtia domini nostri Iesu Xp̃i, tradere huiusmodi hominem Satanę in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. Sed & magistratus sub tanto imperatore nõ facit, nisi quantũ illi ꝑmittitur: & procuratores actoresq; huius mundi nihil faciunt, nisi quantũ dñs sinit: non. n. latet eum aliquid sicut hominem, aut in aliquo est minus potens: vt procuratores atq; actores, qui sunt in eius potestate, aliquid ipso siue non permittente, siue nesciente in subiectis sibi pro suo gradu rebus efficiant: nõ eis tamen rependitur quod de ipsis iuste fit, sed quo animo ipsi faciunt: quia neq; liberã voluntatem rõnali creaturæ suæ deus negauit, & tñ potestatẽ, qua ẽt iniustos iuste ordinat, sibi retinuit. Quẽ locũ latius & uberius in libris alijs tractauimus. Siue ergo solẽ & lunã & sydera & coelum & terrã, cæteraq; hmõi gentes colebãt, siue dęmonia, recte sub ꝓcuratorib. & actorib. fuisse intelliguntur. Verũ tñ ea q̃ sequuntur, iam quasi explicatã qõnẽ rursus implicant. Cũ. n. ꝑ totã epistolam nõ ab alijs ostẽdant solicitatã fuisse Galatarũ fidẽ, nisi ab eis qui ex circuncisione erant, & ad carnales obseruationes legis tanq̃ in eis salus esset, adducere cupiebant: hoc tñ loco ad eos loqui vr̃, qui ad gentilium superstitiones redire tentarent. Ait. n. Nunc aũt cognoscentes deũ: immo cogniti a deo, qũo reuertimini ad infirma & egena elementa, quib. rursus vt antea seruire vultis? In eo. n. quod dicit, Reuertimini, qñ non circuncisis, sed gentibus loquitur, sicut in tota epistola apparet, non utiq; ad circuncisionem dicit eos reuerti, in qua nunquam erant, sed ad infirma, inquit, & egena elementa, quibus rursus ut antea seruire uultis. Quod de gentibus intelligere cogimur: his. n. supra dixerat, Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura non sunt dij, seruistis. Ad quam seruitutem reuerti eos uelle significat, cũ ait. Quomodo reuertimini ad infirma & egena elementa, quibus rursus vt antea seruire vultis? Quòd aũt adiungit, Dies obseruatis, & menses, & annos, & tempora. Timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis: magis hanc sententiam confirmare uideri potest. Vulgatissimus est. n. error gentilium iste, ut uel in agendis rebus, uel in expectandis euentibus uitæ ac negociorum suorum, ab Astrologis & Chaldæis notatos dies, menses, & annos, & tp̃a obseruant. Fortasse tñ non opus est, ut hoc de gentiliũ errore intelligamus, ne intẽtionẽ causæ, q̃ ab exordio susceptã ad finem vsq; ꝑducit, subito in aliud temere detorq̃re uelle uideamur, sed de his potius de q̃bus cauendis eũ agere per totã epistolã apparet. Nã & Iudęi seruiliter obseruant dies & mẽses & annos & tp̃a in carnali obseruatione sabbati & neomeniæ & mense nouorũ, & septimo quoq; anno, quẽ uocant sabbatũ sabbatorũ. Quę qm̃ erant umbræ futurorũ, iam aduenięte Xp̃o in superstitione remanserũt, cũ tanquã salutaria obseruarẽtur a nascentibus quò referenda sint, ut tanquã hoc dixerit Apostolus gẽtib. Quid ꝓdest uos euasisse seruitutẽ qua tenebamini, cũ seruiretis elemẽtis mũdi, qñ rursus ad talia reditis, seducti ab eis

Margin notes: 1. Co. 8. — al. per quem. — C — 1. Tim. 1 — 1. Co. 5. — D — E — 2. Cor. 5.

ab eis qui nondũ agnoſcentes libertatis ſuæ tp̃s, inter cætera opera legis q̃ carnaliter ſapiunt,ẽt tẽporibus ſeruiunt: quib.& uos rurſus ut antea ſeruire vultis,& obſeruare cum eis dies & menſes & annos & tp̃a, quib.ſeruiebatis antequã Xp̃o crederetis? Manifeſtũ eſt.n.uolumina tẽporum ꝑ elementa huius mundi,hoc eſt,cœlum & terrã & motus atque ordinem ſyderũ adminiſtrari. Quæ infirma appellat ex eo qđ infirma & inſtabili ſpecie uariantur. Egena uero ex eo ꝙ egent ſumma & ſtabili ſpẽ creatoris, vt quoquo mõ ſunt,eſſe poſſint.Ergo eligat lector utrã volet ſententiã, dummõ intelligat ad tñ periculum animæ pertinere ſuperſtitioſas temporum obſeruationes,vt huic loco ſubiecerit Apoſtolus,Timeo vos ne forte ſine cauſa laborauerim in uobis. Quod cũ tanta celebritate atq; authoritate per orbẽ terrarũ in Eccleſijs legatur,plena ſunt cõuenticula noſtra hominibus,qui tp̃a rerum agendarum a Mathematicis accipiunt. Iam uero ne aliq̃d inchoetur,aut ædificiorum aut hmõi quorũlibet operum,diebus quos Aegyptiacos uocant, ſæpe ẽt nos monere non dubitant, nescientes,vt dr̃,ubi ambulant. Quòd ſi locus iſte de Iudæorum ſuperſtitioſa obſeruatione intelligendus eſt,quã ſpem habent, cum Chriſtianos ſe dici velint,ex ephemeridis vitã naufragam gubernantes:qñ de diuinis libris,quos deus adhuc carnali populo dedit ſi more Iudæorũ tp̃a obſeruarẽt,diceret eis Apoſtolus,Timeo vos ne forte ſine cã laborauerim in uobis:& tñ ſi deprehendatur q̃ſquã uel catechumenus Iudaico ritu ſabbatũ obſeruans,tumultuatur Eccleſia, nunc autẽ innumerabiles de numero fideliũ cũ magna cõfidentia in faciẽ nobis dicunt, die poſt calendas nõ proficiſor,& vix lente iſta ꝓhibemus arridentes, ne iraſcantur, & timẽtes ne quaſi nouũ aliq̃d mirentur. Væ peccatis hominũ,quæ ſola inuſitata exhorreſcimus. Vſitata uero ꝓ quib. abluendis filij dei ſanguis effuſus eſt,quãlibet magna ſint,& oĩno claudi contra ſe faciant regnũ dei,ſępe viuendo oĩa tolerare,ſæpe tolerando nõnulla ẽt facere cogimur, atq; vtinã ò dñe non oĩa q̃ non potuerimus prohibere faciamus.Sed iam uideamus q̃ ſequuntur. Sanè ꝑterieramus qđ dictũ eſt, Nunc aũt cognoſcẽtes deũ,immo cognitia deo.Vr̃.n.certe hoc loco ẽt Apoſtolica locutio congruere velle infirmitati hominũ. Neq; tm̃modo in ueteris teſtamenti libris vſq; ad terrenas hominũ cogitationes modus diuini eloquij deſcendiſſe videatur. Nam qm̃ correxit quod dixerat, cognoſcentes deũ:nihil nos mouere dẽt. Manifeſtũ eſt .n.quãdiu ꝑ fidẽ ambulamus nõ ꝑ ſpẽm,nõ dũ nos cognouiſſe deum,ſed ea fide purgari vt opportuno tẽpore cognoſcere valeamus. Sed ꝙ in ipſa correctione ait,immo cogniti a deo:ſi ꝓprie accipitur,putabiť deus quaſi ex tp̃e aliq̃d cognoſcere quod ante nõ nouerat. Tranſlate ergo dictũ eſt, vt oculos dei accipiamus ipſam dilectionẽ eius,quã commendauit mittendo pro impijs unicũ filiũ: ſic.n.de ijs q̃ diliguntur dicere ſolemus,qđ ante oculos habeantur.Hoc eſt ergo cognoſcentes deũ,immo cogniti a deo. Qđ & Ioãnes dixit,Nõ quod nos dilexerimus deũ, ſed qm̃ ipſe dilexit nos. Dicit aũt,Eſtote ſicut & ego:Qui utiq; cũ Iudęus natus ſim,iam iſta carnalia ſpiritali diiudicatione cõtẽno. Qm̃ & ego ſicut vos.i.hõ ſum. Deinde opportune ac decenter facit eos recolere charitatem ſuã,ne tanquã inimicũ illũ deputẽt.Dicit.n. Fratres precor uos nihil me læſiſtis. Tanquã ſi diceret,ne ergo putetis qđ ego lædere uos cupiã. Scitis quia ꝑ infirmitatẽ carnis iam pridẽ euangelizaui uobis.i.cum perſecutionem paterer. Et tentationem ueſtram in carne mea non ſpreuiſtis neque reſpuiſtis. Tentati ſunt enim cũ perſecutionem pateretur Apoſtolus, utrũ timore deſererent eum, an charitate amplecterentur.Et neq; ſpreuiſtis, inquit,tanquã utilẽ iſtã tentationẽ, neq; reſpuiſtis, ut non ſuſciperetis cõionẽ periculi mei.Sed ſicut angelũ dei excepiſtis me,ſicut Xp̃m Ieſum. Deinde admirãs opus eorũ ſpiritale cõmẽdat,vt hoc intuẽtes, in carnalẽ timorẽ nõ decidãt.Quæ ergo fuit,inq̃t,beatitudo ueſtra?Teſtm̃ vobis ꝓhibeo, qm̃ ſi fieri poſſet, oculos ueſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi.Ergo inimicus factus ſum uobis, uerũ p̃dicans?Rñdeť utiq;,nõ.Sed q̃d uerũ prædicans,niſi ut nõ circuncidanť. Et iõ uide q̃d adiungit,Aemulanť uos nõ bene.i.inuident vobis, q̃ uos carnales de ſpiritalib. uolũt facere:hoc ẽ æmulanť nõ bñ,ſed excludere,ĩq̃t,uos uolũt,ut illos æmulemini,hoc ẽ imitmini.

Marginalia: 2.Cor.5. — 1.Ioan.4.

K mini. Quō, nisi ut seruitutis iugo attineamini, sicut ipsi attinētur? Bonū aūt est, ait, ęmulari in * bono semper. Vult.n.ut seipsum imitentur, pp hoc addidit, Et non solū cū pſens sum apud vos. Cum.n.pſenti oculos suos dare uellent, vtiq: ipsum conabantur imitari, quē ita diligebāt. Ad hoc dicit ēt, Filioli mei vt tanquā parentē vtiq; imitentur. Quos iterū, inquit, parturio, donec Xp̄s formetur in vobis. Magis hoc ex ꝑsona matris, Ecclesiæ locutus est: nā & alibi dicit, Factus sum paruulus in medio uestrū tanquam si nutrix foueat filios suos, Formatur aūt Xp̄s in credēte ꝑ fidē in interiore hoīe, uocato in libertatē gratiæ: miti & humili corde, nō se iactāte de operum meritis, q̄ nulla sunt, sed ipsa gratia meritū aliquod inchoante, quo possit dicere minimus sum.i.ipse sum ille, qui ait, Cū.n. fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Formatur.n.Xp̄s in eo, qui formam accepit Xp̄i: formā aūt accipit Xp̄i, qui adhęret Xp̄o delectatione spiritali. Ex hoc.n.fit, ut huius imitatione fit quod ille, quantū gradu suo sinit. Qui.n.dicit se in Xp̄o manere, ait Ioānes debet quō & ille ambulauit & ipse ambulare. Sed cū homines a matrib.cōcipiantur ut formentur, iam formati aūt parturiantur ut nascantur, pōt mouere quod dictū est, Quos iterum parturio, donec Xp̄s formetur in uobis. Nisi parturitionē hanc pro curarū angoribus positam intelligamus, quibus eos parturiuit ut nascerentur in Xp̄o, & iterum parturit pp pericula seductionis, quibus eos cōturbari videt. Solicitudo aūt taliūde illis curarū, qua se quodammodo parturire dicit, tandiu esse poterit, donec perueniant in mēsuram ætatis plenitudinis Xp̄i, ut iam nō moueantur oī uento doctrinæ. Non ergo ꝓpter initium fidei, qm̄ nati erant, sed ꝓpter robur * perfectionis dictum est, Quos iterū parturio, donec Xp̄s formetur in uobis. Hanc parturitionē alijs uerbis ēt alibi cōmendat, vbi dicit, Incursus in me quotidianus, solicitudo oīum Ecclesiarū. Quis infirmatur, & ego nō vror? Qđ uero subiecit. Vellē aūt nunc adesse apud uos, & mutare vocē meā, q̄a cōfundor in uobis: quid aliud intelligitur, nisi q̄a filiolos suos dixerat, parcens eis fortasse ꝑ literas, ne seueriore obiurgatione cōmoti, facile in eius odium traducerētur a decepto-

al.bonos. | 1.The.2. | Mat.25. | 1.Ioan.2 | L | Ephe. 4. | al.& perfectionē. | 2.Co.11.

ribus illis, quib. absens non posset resistere? Vellē ergo, inquit, nunc adesse apud vos, & mutare uocē meam.i.negare uos filios, quia M confundor in uobis, Malos enim filios ne de his erubescant, ēt parentes abdicare solent. Deinde subiungit, Dicite mihi sub lege uolentes esse, Legē non audistis? Et de duob. q̄dem filijs Abrahæ quod dicit, facile intelligitur, nam ipse interpretatur hanc allegoriam. Hos.n.duos habebat Abrahā, cū duo testamenta significata sunt. Post mortē aūt Saræ, quos de alia uxore genuit, nō ꝑtinēt ad hāc significationē, Et ideo multi legentes Apostolum, librū aūt Geneseos ignorantes, putant solum duos filios habuisse Abrahā. Hos ergo solos cōmemorat Apost. quia solos adhuc habebat cū hæc significarentur, quę cōsequenter exponit. Quod ille de ancilla, quę Agar uocabatur, uetus testm̄ significat.i.populum ueteris testamenti, pp iugum seruile carnalium obseruationū, & promissa terrena, quib. irretiti & quæ tm̄modo sperantes de deo, non admittuntur ad hæreditatē spiritalē cœlestis patrimonij. Non aūt sufficit qđ A de libera uxore natus est Isaac, ad significandū populū hęredē noui testamenti: sed plus hic valet ꝙ ſm promissionē natus est. Ille āt & de ancilla ſm carnē & de libera nasci potuit ſm carnem, sicut de Cethura quam postea duxit Abrahā non ſm promissionē, sed ſm carnem suscepit filios. Isaac.n.mirabiliter natus est per repromissionem cum ambo parentes senuissent. Quod si data ꝑ Apostolum fiducia, duos illos allegorice accipiēdos apertissime ostendit, uoluerit aliquis ēt Cethuræ filios in aliqua rerum figura futurarū inspicere, non.n.frustra de talib. personis administratione spūssancti hęc gesta cōscripta sunt, inueniet fortasse hęreses & schismata significari. Qui filij de libera quidē sicut isti de ecclesia, sed tn̄ ſm carnem nati sunt, non spiritaliter per repromissionem. Quod si ita est, nec ipsi ad ad hæreditatē inueniunt pertinere.i.ad cœlestem Hierusalem, quam sterilē uocat scriptura quandiu filios in terra non genuit. Quæ deserta ēt dicta est cœlestem iustitiam deserētibus hominibus terrena sectantibus, tanquam uirum habente illa terrena Hierusalem, quia legem acceperat. Et ideo cęlestem Hierusalem Sara significat,

Gen. 21. | Gen. 25.

B q̃ diu deserta est a concubitu uiri proter cognitã sterilitatẽ, Non.n.tales homines qualis erat Abrahã ad explendã libidinẽ utebantur fœminis, sed ad successionẽ prolis. Accesserat aũt sterilitati ẽt senectus, ut ex oĩ desperatione diuina promissio magnũ meritũ credentibus daret. Certus ergo de promissione dei, officio gignendi accessit ad ætatẽ iã grauẽ q̃ in annis vegetiorib. corporali copulatione deseruerat. Non.n.ob aliud Apostolus adiuncta earũ mulierum figura interpretat̃, quod ꝑ Prophetã dictum est, Q̃m multi filij desertæ magis quam eius q̃ hẽt uirum, Cum & marito prior Sara sit mortua, neque inter eos vllũ extitisset diuortium. Vnde ergo illa deserta, aut illa habens uirũ, nisi qd̃ Abrahã propagandę prolis gr̃a operã ad Agar ancillę fecunditatẽ ab vxoris Saræ sterilitate transtulerat: ipsa tñ ꝑmittente & ultro offerente ut maritus eius de ancilla susciperet filios? Antiqua. n. iustitiæ regula est, q̃ cõmendat ad Corinthios idem Apost. Mulier sui corporis potestatẽ non hẽt, sed uir: Similiter autẽ & uir sui corporis potestatẽ non hẽt, sed mulier. Et hmõi.n.debita, sicut cętera, in eorum C quib. debentur potestate consistunt, Cui potestati qui fraudẽ non facit, ille castitatis cõiugalis iura custodit. Senectus aũt parentum Isaac ad eam significationem ualet, q̃n noui testamenti populus quãuis sit nouus, prædestinatio tñ eius apud deũ, & ipsa Hierusalem cœlestis antiqua est. Vñ & Ioannes ad patres dicit, Scribo vobis patres, q̃m cognouistis quod erat ab initio. Carnales autẽ qui sunt in ecclesia ex quib. hęreses & schismata fiunt, ex Euãgelio quidem occasionẽ nascendi acceperunt, sed carnalis error quo cõcepti sunt & quẽ secum trahunt, non refertur ad antiquitatẽ ueritatis. Et ideo de matre adolescentula, & de patre sine repromissione nati sunt. Quia & dñs nõ nisi ob antiq̃tatẽ ueritatis in Apocalypsi albo capite apparuit. Nati sunt ergo tales ex occasione antiq̃ veritatis in nouitio tpaliq; mendacio. Dicit ergo nos Apost. ẽm Isaac ꝓmissionis filios esse, Et sic ꝑsecutionẽ passum Isaac ab Hismaele, quẽadmodum hi q̃ spiritaliter viuere cœperant, a carnalib. Iudæis ꝑsecutionẽ patiebãtur: frustra tñ, cum ẽm scripturã eijciatur ancilla & filius eius, nec hæres esse possit cum filio liberæ. Nos autẽ, inquit, fratres non sumus ancillæ filii, sed liberæ. Ea.n.libertas nunc maxime opponenda est seruitutis iugo, quo in operibus legis tenebantur, q̃ ad circuncisionem iustos trahebant. D

Cũ aũt dicit, State ergo, significat eos nõdũ cecidisse: accõmodatius.n.diceret, surgite. Sed quod addidit, Et ne iterũ seruitutis iugo attineamini, q̃nquidẽ hic nullũ aliud iugum põt intelligi quo eos attineri nolit, nisi circuncisionis taliumq; obseruationũ Iudaicarũ. Ita.n.& sequitur, Ecce ego Paulus dico uobis, quia si circuncidamini, Xp̃s uobis nihil proderit: qũo accepturi sumus qd̃ ait, Ne iterum seruitutis iugo attineamini: cũ ad eos scribat qui Iudæi nunq̃ fuerant? Nam hoc agit utiq;, ne circuncidantur. Sed nimirum hic declaratur & confirmatur illa sentẽtia, de qua superius disputauimus. Quid .n. aliud hoc loco gentibus dicat, non inuenio, nisi ut prosit illis qd̃ a seruitute superstitionis suæ per fidẽ Christi liberati sunt, ne iterum serui esse uelint sub iugo obseruationũ carnalium, quamuis sub lege dei, tñ carnalẽ populum seruiliter alligantium. Christum aũt nihil eis profuturum esse dicit, si circuncidantur. E Sed illo mõ, quo eos isti uolebant circuncidi.i.ut in carnis circuncisione ponerẽt spem salutis. Non.n.Timotheo non profuit Xp̃s, quia Paulus ipse illũ iam Christianum iuuenẽ circuncidit: facit autẽ hoc ꝑ ꝑscãdalum suorũ, nihil simulans oĩno, sed ex illa indifferentia, qua dicit, Circũcisio nihil est, & ꝑputium nihil est: nihil. n. obest ista circuncisio ei, qui salutẽ in illa esse nõ credit. Secundũ hanc sñiam ẽt illud addidit, Testificor aũt oĩ homini circuncidenti se.i.tanquã salutarẽ istã circuncisionẽ appetenti, q̃a debitor est uniuersæ legis faciendæ. Quod ideo ait, ut uel terrore innumerabilium obseruationum, quæ in legis operibus scriptæ sunt, ne omnes implere cogerentur: qd̃ nec ipsi Iudæi, nec parentes eorũ implere potuerunt, sicut Petrus in actibus Apostolorũ dicit: abstinerent se ab his, quibus eos isti subiugare cupiebãt. Euacuati inq̃t, estis in Christo, qui in lege iustificamini. Hæc est illa proscriptio, qua Christũ proscriptum superius dixerat, ut cũ isti euacuarentur a Xp̃o.i. Christus ab eis tanquam a possessione, quã tenebat,

bat,

Gen. 21. Esai. 54. 1.Co.7. 1.Ioan.2 Apoc. 1. Gen. 21. Expositio capituli quinti. Act. 16. 1.Co.7. Act. 15.

F bat,abſcedit, opera legis in eam poſſeſsionē tanq̄ in uacuā inducātur:quod q̄a nō Chriſto,ſed illis obeſt,addidit,A gratia excidiſtis. Cū.n.hoc agat gratia Chriſti, ut illi q̄ debitores erant operū legis,liberentur hoc debito,iſti ingrati tantæ gratiæ,debitores eſſe uolunt uniuerſæ legis faciendæ.Nondū āt erat factū,ſed q̄a voluntas iā moueri cęperat,ita pleriſq; locis loquitur quaſi factū ſit.Nos.n. inquit, ſpū ex fide ſpē iuſtitiæ expectamus, In quo demonſtrat ea ꝑtinere ad fidē Chriſti,q̄ ſpiritaliter deſiderantur & expectantur nō quæ carnaliter:quib promiſsionib.ſerui-
1.Co.4. tus illa tenebatur:ſicut alio loco dicit,Nō reſpicientib.q̄ videntur,ſed quæ nō videntur. Quę.n.videntur tēporalia ſunt:quę aūt non uidentur,æterna ſunt.Deinde ſubiunxit, In Chriſto.n.Ieſu neq; circuncifio quicquā ualet,neq; præputium: ut illā indifferentiā declararet,nihilq; ꝑniciofum eſſe in hac circūciſione oſtenderet,niſi ex illa ſalutē ſperare᷑. Nihil ergo valere dcit in Chriſto circūciſionem aut præputium,ſed fidem quę per dile-
Galat. 5. ctionē operatur.Et hic illud tetigit,quia ſub lege ſeruitus ꝑ timorem operatur. Currebatis bene,inquit,quis uos impediuit ueritati
G nō obedire?Hoc eſt quod ſuperius ait, Quis
Galat.3. vos faſcinauit? Suaſio,inquit,ueſtra,non ex eo eſt, q̄ vocauit vos. Hæc.n.ſuaſio carnalis eſt,ille aūt in libertatē vocauit. Suaſionē aūt eorum dixit,quod eis ſuadebatur. Eos autē paucos,qui ad illos veniebant,ut iſta ſuaderēt, quia in cōparatione multitudinis credētium Galatarum exiguo numero erant, fermentū appellat.Recipient aūt iſti fermentū: & tota maſſa.i.tota eorum eccleſia in corruptione carnalis ſeruitutis quodammodo fermentabitur,ſi tales ſuaſores tanquā iuſtos & fideles recipientes honorauerint.Ego,inq̄t, confido de vobis in dño, quòd nihil aliud ſapietis. Hinc vtiq; manifeſtū eſt nondū illos fuiſſe poſſeſſos a talib. Qui aūt cōturbat vos inquit,portabit iudiciū,quicunq; ille fuerit. Hæc eſt illa conturbatio cōtraria ordini, vt de ſpiritalib.carnales fiant.Et qm̄ intelligendū eſt fuiſſe quoſdā, qui cū vellent eis iſtam ſeruitutē ꝑſuaderet,& uiderent eos Pauli Apoſtoli authoritate reuocari, dicerent ēt ipſum Paulū id ſentire, ſed nō eis facile aperire voluiſſe ſnīam ſuā,opportuniſsime ſubie-

cit,Ego aūt frēs,ſi circūciſionē adhuc p̄dico, H
q̄d adhuc ꝑſecutionē patior? Etiā ab ipſis.n. 1.Co.11.
patiebat̄ ꝑſecutionē,q̄a talia ꝑſuadere mo- Galat.2.
liebant̄,cū iā euangeliū ſuſcepiſſe uiderent̄. Quos tāgit alio loco,vbi ait,Periculis in falſis fratrib.& hic in capite epiſtolę, vbi dicit, ꝑꝑ ſubītroductos āt falſos frēs, q̄ ſubintroierunt proſcultate libertatē noſtrā,quā habemus in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutē redigerent. Ergo ſi circunciſionē prædicabat,deſinerent eum perſequi.Qui tñ non timerentur ab eis quibus Chriſtiana libertas annunciabat̄:aut ne ab ipſo Apoſtolo timeri putarentur,ꝑ ꝑea ſuperius libera plenus fiducia, nomen ſuū ēt profeſſus eſt,dicens,Ecce ego Paulus dico uobis, quia ſi circuncidamini, Xp̄s vobis nihil ꝓderit:tanquā ſi diceret, Ecce me imitamini vt non timeatis, aut in me cām refundite ſi timetis.Quod aūt dicit,Ergo euacuatū eſt ſcandalū crucis: ſententiam illam repetit,Si ex lege iuſtitia,ergo Xp̄s gratis mortuus eſt. Sed hic qm̄ ſcandalū nomi- Galat.2.
nat, in memoriā reuocat ꝑꝑea maxime in Chriſto paſſos eſſe ſcandalū Iudæos,q̄a iſtas carnales obſeruationes quas pro ipſa ſalute ſe habere arbitrabantur eū ſæpe animaduertebant præterire atq; contēnere. Hoc ergo ita dixit,ac ſi diceret, Sine cā ergo Xp̄m, cū I
iſta contemneret ſcandalizati Iudæi crucifixerunt,ſi adhuc eis ꝓ quib.crucifixus eſt talia ꝑſuadentur.Et adiecit elegantiſsima ambiguitate quaſi ſub ſpē maledictionis benedictionē dicens, Vtinā abſcindātur qui vos cōturbant.Non tm̄,inquit,circuncidantur, ſed abſcindantur. Sic.n.fiunt ſpadones ꝑꝑ regnum cęlorum,& carnalia ſeminare ceſſabūt. Vos.n.inquit,in libertatem vocati eſtis fratres.Quia illa conturbatio a ſpiritalib. ad carnalia reuocans in ſeruiturē trahebat. Sed iam hinc opera illa legis tractare incipit, de quibus eum ſupra dixeram in fine epiſtolæ tractaturum,q̄ ad nouum quoq; teſtamentū pertinere nemo ambigit, ſed alio fine: quo liberos ſe ea facere decet. i.charitatis æterna ſperantis hinc præmia, & ex fide expectantis.Non ſicut Iudæi,qui timore iſta implere cogebantur non illo caſto permanente in ſeculum ſeculi, ſed quia timebant præſenti vitæ ſuæ:& ideo quædā opera legis implebant quæ in ſacramētis ſunt,illa uero quæ ad bo-

nos

H nos mores ptinent oīno nō poterāt. Non.n.
1.Co.11. Galat.2. K implet ea nisi charitas. Quia & hominē si ꝓpterea nō occidit aliquis, ne & ipse occidať, nō implet pceptū iustitiæ: sed si iō nō occidat, qa iniustū est ēt si id possit facere impune,
1.Re.24 nō solū apud homines sed ēt apud deū. Sicut Dauid cū diuinitus accepisset in ptātē regē Saul, impune utiq; occideret: nec hominib. in se uindicaturis, qa multū ab eis diligebať idē Dauid. nec deo q hāc ipsam ptātem dedisse se dixerat, ut oīno ei faceret qđ uellet. Pepercit ergo diligēs ꝓximū tanquā seipsum, nō solū persecutū, sed ēt ꝑsecuturū, q eū corrigi q̄ interfici maluit hō in ueteri testō, sed nō hō de ueteri testō, quē fides futurę hæreditatis Xp̄i reuelata &* reddita
al. credita. saluū faciebat, & ad immitandū uocabat: ideo nūc dicit Apostolus, In libertatē uocati estis fratres, tm̄ ne libertatē occasionē carnis detis. i. ne audito nomine libertatis impune uobis peccādū esse arbitremini. Sed per charita
Galat.2. tē, inquit, seruite inuicē. Qui.n. ꝑ charitatē seruit libere seruit, & sine miseria obtēperās deo, cū amore faciendo quod docetur, non
Matt.22 cū timore qđ cogitur. Oīs.n. lex, inquit, in uno sermone impleta est, in eo q diliges ꝓximū tuū tanq̄ teipsum. Oēm ergo legē nūc dicit ex his operib. quæ ad bonos mores ꝑtinent.
I L Quia & illa q̄ sunt in sacris, cū bene a liberis intelliguntur, nec carnaliter obseruātur a seruis, ad illa duo pcepta referantur necesse est, dilectionis dei & ꝓximi Recte itaque accipitur, ad hoc ꝑtinere quod etiā dn̄s
Mat. 5. ait, Nō ueni legē soluere sed implere: qa erat ablaturus timorē carnalē, Spiritalē aūt charitatē daturus qua sola lex impleri pōt. Pleni-
Rom.13. Rom.5. tudo.n. legis charitas, ut qn̄ fides īpetrat spm̄ sanctū, per quē charitas dei diffusa est in cordib. operantiū iustitiā, nullo mō quisquā ante gratiā fidei de bonis operibus glorietur. Qua pp istos iactantes se de operib. legis ita refellit Apost. dū ostēdit opera uetusta sacrorū umbras futurorū fuisse, quas iā aduentu dn̄i libero hæredi necessarias nō eē monstrauit. Opera uero ad bonos mores pertinentia non impleri nisi dilectione, ꝑ quā fides operatur. Vn̄ si opera legis quædā post fidē suꝑ-
Gala. 5. Abac. 2. Mat.11. flua, quędā ante fidē nulla sunt, uiuat iustus ex fide ut & onus graue seruitutis abiiciat, leui sarcina Xp̄i uegetatus, & iustitiæ metas, nō trangrediať, leui iugo charitatis obtēperans. Quęri āt pōt, cur Apost. & hic solā cō- M
memorauit proximi dilectionē, q̄ lege dixit impleri, & ad Romanos cū ī eadē q̄one uersaretur, Qui.n. diligit alterū, inquit, legē impleuit. Rō. 13.
Nā nō adulterabis, nō homicidiū facies, nō furaberis, nō concupisces, & si q est aliud mandatū, in hoc sermone recapitulať, Diliges ꝓximū tuū tanq̄ teipsum. Dilectio ꝓximi malū nō operatur, Plenitudo aūt legis charitas. Cū ergo in duobus pceptis dilectionis dei & ꝓximi ꝑfecta sit charitas, cur Apost. & in hac & in illa epistola solā proximi dilectionē commemorat, nisi qa de dilectione dei pn̄t mentiri homines, qa rariores tentationes eā probant: in dilectione aūt ꝓximi facilius cōuincuntur eā nō habere, dū iniq; cū hominib. agunt? Cōsequens est aūt vt q ex toto corde, ex tota anima, ex tota mēte deū diligit: diligat ꝓximū tanq̄ seipsum. Quia hoc iubet ille quē ex toto corde, ex tota anima, ex tota mēte diligit: itē diligere ꝓximū. i. oēm hominē tanquā seipsum, qs potest, nisi deū diligat, cuius pcepto & dono dilectionē ꝓximi possit implere? Cū ergo utrunq; pceptū ita sit, ut neutrū sine altero possit teneri, ēt unū horū cōmemorare plerunque sufficit, cū agitur de operib. iustitiæ: sed A
opportunius illud de quo quisq; facilius cōuincitur. Vn̄ Ioānes dicit, Qui.n. non diligit 1.Ioan.4
fratrē suū quē uidet, deū quē non uidet quō pōt diligere? Mentiebantur.n. quidam dilectionem se dei habere, & de odio fraterno eam non habere conuincebantur. De quo iudicare in quotidiana uita & moribus facile est. Si aūt mordetis, inquit, & comeditis inuicē, uidete ne abinuicem cōsumamimini. Hoc.n. maxime uitio cōtentionis & inuidētię, ꝑniciosæ disputationes inter eos nutriebantur, male de inuicem loquendo, & quærendo quisq; gloriā suā uanamq; uictoriā, quibus studijs consumitur societas populi, dum in partes disiungitur. Qūo aūt ista uitare pn̄t, nisi spiritu ambulent, & concupiscētias carnis non ꝑficiant? Primū.n. & magnū munus est spūs, humilitas & mās uetudo. Vn̄ illud quod iā memoraui, dn̄s clamat, Discite Mat.11.
a me, qa mitis sum & humilis corde. Et illud Esa.66.
Prophetæ, Suꝑ quē requiescit spiritus meꝰ, nisi super humilem & quietū, & trementem verba

verba mea? Quod aũt ait, caro cõcupiſcit ad
B uerſus ſpm̃, ſpũs aũt aduerſus carnẽ. Hæc.n.
iuuicẽ aduerſantur, ut nõ ea q̃ vultis faciatis
putãt hic homines liberũ uolũtatis arbitriũ,
negare Apoſtolũ nos habere. Nec intelligũt
hoc eis dictũ ſi grãm fidei ſuſceptam tenere
uolunt, ꝑ quã ſolã pñt ſpũ ambulare & con
cupiſcentias carnis non ꝑficere. Si ergo no-
lunt eam tenere, non poterunt ea q̃ uolunt,
facere. Volunt.n.operari opera iuſtitię quæ
ſunt in lege, ſed uincũtur cõcupiſcentia car
Rom.8. nis, q̃ ſequendo deſerunt grãm fidei. Vñ &
ad Romanos dicit, Prudentia carnis inimica
in deum, legi.n.dei non eſt ſubiecta, neq;.n.
põt. Cum.n.charitas legem impleat, pruden
tia uero carnis cõmoda tẽporalia cõſectan-
do ſpiritali charitati aduerſetur, quõ põt le-
gi dei eſſe ſubiecta.i.libenter atq; obſequen
ter implere iuſtitiã eiq; non aduerſari: qñ ẽt
dũ conatur, uincatur, neceſſe eſt, ubi inuene
rit maius comodum tꝑale de iniquitate poſ
ſe aſſequi q̃ ſi cuſtodiat æquitatẽ? Sicut.n.pri
ma hominis uita eſt ante legẽ, cũ nulla neq-
C tia & malitia prohibebatur, neq; ulla ex par
te prauis cupiditatib. reſiſtit, quia non eſt q̃
prohibeat: ſic ſecunda eſt ſub lege ante gra-
tiã, qñ ꝓhibetur quidẽ & conatur a pctõ ab-
ſtinere ſe, ſed uincitur quia nondũ iuſtitiam
ꝑꝑ deum & ꝑꝑ ipſam iuſtitiã diligit, ſed eã
ſibi vult ad cõquirẽdũ terrena ſeruire. Itaq;
vbi uiderit ex alia parte ipſam ex alia cõmo-
dũ tẽporale, trahitur pondere tꝑalis cupidi-
tatis, ſed qua relinquit iuſtitiã. Quam ꝑꝑea
tenere conabatur, ut haberet illud quod ſe
nunc uidet amittere ſi illam tenuerit. Tertia
eſt uita ſub gratia, qñ nihil tẽporalis cõmodi
iuſtitiæ præponitur, quod niſi charitate ſpiri
tali q̃ dñs exemplo ſuo docuit & gratia do-
nauit, fieri non põt. In hac.n.uita ẽt ſi exiſtãt
deſideria carnis de mortalitate corporis, tñ
Rom.6. mentẽ ad conſenſionem peccati non ſubiu-
gant. Ita iam nõ regnat pctm̃ in noſtro mor
tali corpore, quanuis non poſſit niſi in habi
tare in eo quandiu mortaliter poteſt. Primo
.n. non regnat cum mẽte ſeruimus legi dei,
quanuis carne legi peccati.i. pœnali conſue
tudini, cum ex illa exiſtunt deſideria quibus
Rom.7. tñ non obedimus. Poſtea uero ex omni par-
te extinguitur. Qm̃ ſi ſpiritus Ieſu habitat in
nobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum a mor

tuis, uiuificabit & mortalia corpora noſtra
ꝑꝑ ſpm̃ qui habitat in nobis. Nunc ergo im D
plẽdus eſt gradus ſub gratia, ut faciamus qđ
uolumus ſpũ, ẽt ſi carne non poſſumus.i.nõ
obediamus deſideriis peccati ad prębendũ il
li membra nr̃a arma iniquitatis, ẽt ſi nõ uale
mus efficere, ut eadem deſideria non exiſtãt:
ut quanuis nondũ ſimus in pace illa æterna
ex oĩ hominis parte perfecta, iam tñ deſina-
mus eſſe ſub lege, vbi ꝑuaricationis reamẽs
tenetur, dum eã concupiſcentia carnis in cõ
ſenſionẽ peccati captiuã ducit: ſimus ãt ſub
gratia, ubi nulla eſt condemnatio ijs q̃ ſunt
in Chriſto Ieſu, quia non certantẽ, ſed uictũ
pœna conſequitur. Ordinatiſſime itaq; ſu- 1.Retra.
biungit, Quod ſi ſpũ ducimini, non adhuc Cap.24.
eſtis ſub lege: vt intelligamus eos eſſe ſub le-
ge, quorũ ſpũs ita concupiſcit aduerſus car-
nẽ, ut nõ ea quæ uolunt faciant.i.nõ teneant
coniunctos in charitate iuſtitiæ, ſed a concu
piſcente aduerſum ſe carne uincantur: non
ſolum ea repugnãte legi mentis eorũ, ſed ẽt
captiuante illos ſub lege peccati, q̃ ineſt in
mẽbris mortalibus. Qui.n.nõ ducuntur ſpũ, E
ſequitur ut carne ducantur, Non aũt pati ad
uerſitatẽ carnis, ſed duci a carne dãnatio eſt.
Et ideo ꝙ ſi ſpũ, inquit, ducimini, nõ adhuc
eſtis ſub lege. Nã & ſuperius non ait, ſpũ am
bulate, & cõcupiſcentias carnis nõ habueri-
tis: ſed, ne perfeceritis. Quippe non eas oĩno
habere, non iã certñ ſed certaminis præmiũ
eſt, ſi obtinuerimus uictoriam perſeuerãdo
ſub gratia. Cõmutatio.n.corporis in immor
talẽ ſtatũ, ſolas carnis concupiſcentias non
habebit. Deinde incipit opera carnis enume
rare, vt intelligant ſe, ſi ad operandũ iſta deſi
deriis carnalibus cõſenſerint, tunc duci car-
ne, non ſpũ. Manifeſta aũt ſunt, inq̃t, opera
carnis, q̃ ſunt fornicationes, immunditiæ, i-
dolorũ ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, contẽ-
tiones, animoſitates, æmulationes, diſſenſio-
nes, hęreſes, inuidiæ, ebrietates, comeſſatio-
nes, & his ſimilia, q̃ ꝓdico uobis ſicut ꝓdixi,
qm̃ q̃ talia agunt regnũ dei nõ poſſidebunt.
Agũt ãt hęc q̃ cupiditatib. carnalib. cõſentiẽ
tes faciẽda eẽ decernũt, ẽt ſi ad iplẽdũ facul-
tas nõ dať. Cæterũ q̃ tãgunť hmõi motib. & F
ĩmobiles, & in maiore charitate cõſiſtũt, nõ
ſolũ ñ eis exhibẽtes mẽbra cꝑis ad maleoꝑã
dũ ſed neq; nutu cõſẽſionis ad exhibẽdũ ꝯſẽ
tien-

cōſentiẽtes,nō hæc agũt, & iō regnũ dei poſ
ſidebũt. Nō.n.iã regnat pctm̃ in eorũ morta
li corꝑe,ad obediẽdũ deſiderijs eius, quãuis
habitet in eodẽ mortali corꝑe pctm̃ nondũ
extincto impetu cōſuetudinis naturalis, qa
mortaliter nati ſumus,& ꝓpriæ uitæ nr̃æ,cũ
& noſipſi peccando auximus qđ ab origine
63 pcti humani dãnationiſq; trahebamus. A-
liud eſt.n.nō peccare,aliud nō habere pctm̃.
Nã in quo pctm̃ nō regnat,nō peccat.i.q nō
obedit deſideriis eius. In quo aũt nō exiſtũt
oĩno iſta deſideria, nō ſolũ nō peccat, ſed ẽt
nō hẽt pctm̃. Quod ẽt ſi ex multis partib. in
iſta uita poſſit effici, ex oĩ tñ parte nō niſi in
1.Retra. Cap.24. reſurrectione carnis atq; cōmutatione ſperã
dũ eſt. Pōt ãt mouere qđ ait,q̃ dico uobis,ſi-
cut p̃dixi,qm̃ q talia agũt,regnũ dei nō poſ-
ſidebunt: ſi quæratur ubi iſta p̃dixerit, nã in
hæc epiſt.nō inuenitur.Ergo aut pn̄s cũ eſſet
hoc p̃dixerat, aut cognouerat ꝑueniſſe ad il
los epiſtolã q̃ miſſa eſt ad Corinthios. Ibi.n.
ſic ait,Nolite errare,neq; fornicatores, neq;
1.Cor.6. idolis ſeruientis,neq; adulteri neq; molles,
neq; maſculorũ cōcubitores, neq; fures ne-
que auari,neq; ebrioſi,neq; maledici, neque
rapaces regnũ dei poſſidebunt. Hic ergo cũ
enumeraſſet opera carnis quib. clauſum eſt
regnũ dei,ſubiecit ẽt oꝑa ſpũs quos ſpũs fru
G ctus uocat, Fructus aũt ſpũs eſt,inqt, chari-
tas,gaudiũ,pax,lōganimitas,benignitas,bo-
nitas,fides,mãſuetudo,cōtinẽtia:& addidit,
Aduerſus hmōi nō eſt lex: ut intelligamus il
los ſub lege poſitos,in quib.iſta nō regnant.
Nã in quib.hæc nō regnant, ipſi lege legiti-
me utuntur, qa nō eſt illis lex ad coercendũ
poſita.Maior.n.& ꝓpollentior delectatio eo-
1.Tim.1 rũ iuſtitia eſt,ſic.n.ad Timotheũ dicit,Scim⁹
.n.quia bona eſt lex ſi quis ea legitime utat̃,
ſciens hoc quia lex iuſto poſita nō eſt.Iniu-
ſtis aũt & non ſubditis & impiis peccatorib.
& ſceleſtis & contaminatis, parricidis & ma
tricidis homicidis, fornicatoribus,maſculo-
rũ cōcubitoribus,plagiarijs,mẽdacibus, pe-
riuris,& ſi qđ aliud ſanæ doctrinæ aduerſat̃,
ſubaudiatur,his lex poſita eſt.Regnant ergo
ſpirituales iſti fructus in homine in quo pctã
non regnant. Regnant aũt iſta bona ſi tantũ
delectant, ut ipſa teneãt aĩum in tẽtationib⁹
ne in pcti cōſenſionẽ ruat.Qđ.n.ampli⁹ nos
delectat,ſ̃m id operemur neceſſe eſt,ut uer-
bi grã, occurrit forma ſpecioſæ fœminæ, &
mouet ad delectationẽ fornicationis: ſed ſi
plu⁹ delectat pulchritudo illa intima & ſin-
cera ſpẽs caſtitatis, p grãm q̃ eſt in fide Xp̃i, H
ſ̃m hanc uiuimus & ſ̃m hãc operamur, ut
nō regnante in nobis pctō ad obediendũ de
ſideriis eius,ſed regnante iuſtitia p charitatẽ
cũ magna delectatione faciamus qcqd in ea
deo placere cognoſcimus.Qđ ãt de caſtitate
& de fornicatione dixi,hoc de cęteris intel-
ligi uolui. Neq; moueat,uel ꝙ non oĩno ad
eundẽ numerũ & ordinẽ opera carnis in hac
epiſtola enumerauit, atq; in illa ad Cor.uel
ꝙ ſpiritalia bona pauciora, plurib.carnalib.
uitijs oppoſuit: neq; ita ecōtrario ut fornica
tionib.caſtitas, immũditijs mũditia, atq; ita
cæteris cætera occurrãt: nō.n.hoc ſuſcepit,
vt doceret quot ſint, ſed in quo gñe illa uitã
da,illa uero expetenda ſint,cũ carnis & ſpũs
noĩbus a pęna peccati atq; pctō ad gratiã do
mini atq; iuſtitiæ nos cōuerti oportere p̃di-
ceret,ne deſerendo grãm tꝑalẽ,qua ꝓ nobis
dñs mortuus eſt,nō ꝑueniamus ad ęternam
quietẽ in qua pro nobis dñs uiuit,neq; intel
ligendo pœnam tꝑalẽ,in qua nos dñs morta
litate carnis edomare dignatus eſt,in pęnam
ſempiternã incidamus, quæ perſeueranti ad
uerſum dñm ſuperbiæ p̃parata eſt. Cũ.n.cō-
memoratis multis operib. carnis, addidit & I
his ſimilia, ſatis oſtendit nō ſe iſta examina-
tiore numero collocaſſe,ſed liberiore ſermo
ne poſuiſſe. Hoc ẽt de ſpiritalib.fructib.fe-
cit. Nō.n.ait aduerſus hæc nō eſt lex,ſed ad-
uerſus hmōi, hoc eſt, ſiue iſta, ſiue ẽt cætera
hmōi. Sed tñ diligenter cōſiderantibus, non
oĩmō carnaliũ ſpiritaliumq; operũ oppoſi-
tio inordinata atq; confuſa eſt. Ob hoc autẽ
latet,qa pauciora ſunt, uel ſingula quibuſdã
plurib.opponuntur. Nã ex eo qđ carnalium
uitiorũ in capite poſuit fornicationes,in ca-
pite aũt uirtute ſpiritaliũ charitatẽ, quẽ non
diuinarũ literarũ ſtudioſum faciat intẽtum
ad ꝑſcrutãda cætera? Si.n.fornicatio ẽ amor
a legitimo cōnubio ſolutus,& uagus explẽ-
dę libidinis cōſectando licentiã, qđ tã legiti
me ad ſpiritalẽ fœcunditatẽ cōiungitur quã
anima deo?Cui quanto fixius inhæſerit, tan-
to eſt incorruptior,Inhęret aũt charitate.Re
cte igit̃ fornicatiōi opponit̃ charitas, in qua
ſola eſt cuſtodia caſtitatis. Immunditiæ autẽ
ſunt

sunt ꝑturbationes de illa fornicatione cõceptæ, quib. gaudiũ tranquillitatis opponitur.
K Idolorũ aũt seruitus ultima fornicatio ẽ animæ ꝓꝑ q̃ ẽt bellũ aduersus Euangeliũ cũ reccõciliatis deo furiosissimũ gestũ est, cuius reliquæ quãuis interdiu, adhuc tñ recalẽt. Huic itaq; pax cõtraria est qua reconciliamur deo eadẽq; pace ẽt cũ hominib. custodita, uenefi ciorũ, inimicitiarũ, tẽtationũ, ęmulationum, animositatũ, dissensionũq; uitia sanantur in nobis. Vt aũt ea in alijs, inter quos uiuimus, iusta moderatione tractenť, & ad sustinendũ lõganimitas, & ad curandũ benignitas, & ad ignoscendũ bonitas militat. Iã vero hæresib. fides, inuidiæ mansuetudo, ebrietatib. & comessationib. cõtinentia reluctatur. Nec quis sanè arbitretur hoc esse inuidiã qđ est ęmulatio, uicina.n.sunt, & ꝓꝑ ipsam vicinitatem plerũq; utrumlibet horũ ꝓ altero, uel ęmulatio ꝓ inuidia uel ĩuidia ꝓ æmulatione ponitur. Sed q̃a vtrunq; hic locis suis dictũ est
Aemulatio. vtiq; distinctionẽ de nobis flagitãt. Nã ęmulatio est dolor animi cũ alius ꝑuenit ad rẽ q̃ duo plures ve appetebant, & nisi ab uno haberi nõ põt. Istã sanat pax, qua id appetimus
Inuidia. quod oẽs qui appetunt si assequantur unũ in eo fiunt. Inuidia uero dolor animi est, cũ indignus vr̃ aliquis assequi, ẽt quod tu nõ ap-
L petebas. Hanc sanat mansuetudo, cũ quisq; ad iudiciũ dei reuocans nõ resistit uoluntati eius, & magis ei credit recte factũ esse q̃ sibi quod putabat in dignũ. Crucifixerunt ãt carnẽ suã cũ passionib. & cõcupiscentijs, sicut
Psal. 18. cõsequenter dicit, qui sunt in Xp̃o Iesu. Vñ
Deut. 6. aũt crucifixerunt, nisi timore illo casto ꝑmanente in seculũ seculi, quo cauemus offendere illũ quẽ toto corde, tota anima, tota mẽte diligimus? Non.n. hoc timore timet adultera ne custodiatur a viro, quo timet casta, ne deserať. Illi.n. tristis est p̃sentia uiri, huic absentia. Et iõ timor ille corruptus est & transire nõ vult, hoc seculũ iste ãt castus permanet in seculũ seculi. De quo timore crucifigi se
Ps. 118. optat Propheta cũ dicit, Confige clauis a ti-
Mat. 16. more tuo carnes meas. Ista crux est de qua
Expositio sexti capituli. dñs dicit, Tolle crucẽ tuã, & sequere me. Si spũ, inq̃t uiuimus, spũ & sectemur. Manifestũ est certe ꝯm id nos uiuere qđ sectati fuerimus, sectabimur ãt qđ dilexerimus. Itaq; si ex aduerso existãt duo, p̃ceptũ iustitiæ & cõsuetudo carnalis & utrunq; diligiť, id se-
M ctabimur quod amplius dilexerimus. Si tm̃dẽ utrũq; diligiť, nihil eorũ sectabimur, sed aut timore inuiti trahemur in alterutrã partẽ: aut si utrũq; æqualiter ẽt timemus, in ꝑiculo sine dubio remanebimus, fluctu dilectionis & timoris alternãte quassati. Sed pax
Xp̃i uincat in cordib. nostris. Tũc.n. orõnes, *I. T. 4.* & gemitus, & in auxilium inuocata dextera misericordiæ dei, sacrificiũ cõtribulati cordis nõ despicit, charitatẽq; sui ampliorẽ cõmẽdatione ꝑiculi, de quo liberabit, & exuscitat. In eo ãt illi fallebanť, ꝙ negare q̃dẽ non poterãt, sectãdũ sibi esse spm̃ sanctũ assertorẽ atq; ducẽ libertatis suæ, sed ad oꝑa seruilia, carnaliter cõuersi, retrorsũ se conari nõ ĩtelligebãt. Propterea nõ ait, si spũ uiuimus, spm̃ sectemur: sed spũ sectemur, inq̃t. Fatebantur .n. spũisancto seruire oportere, & cũ nõ spũ suo, sed carne uolebãt sectari: nõ spiritaliter, obtinẽtes gr̃am dei, sed in circũcisione carnali & cæteris hm̃oi spẽ cõstituẽtes salutis. Nõ efficiamur, inq̃t, inanis gloriæ cupidi, inuicẽ inuidẽtes, & inuicẽ ꝓuocãtes. Prorsus magnifice & oĩo diuino ordine, posteaquã eos instruxit aduersus illos a q̃b. in seruitutẽ legis seducebanť, hoc in eis cauet ne instructiores facti, & uolẽtes iã calũnijs carnaliũ rñdere, cõtentionib. studeãt, & appetitu inanis glorię, legis oneribus nõ seruiẽtes, uanis cupiditatib. seruiãt. Nihil ãt sic ꝓbat spiritalẽ uirũ, q̃ p̃cti alieni tractatio, cũ liberationẽ ei⁹ poti⁹ q̃ insultationẽ, potiusq; auxilia, q̃ cõuicia meditať, & quãtũ facultas tribuiť suscipit. Et iõ dicit, Frẽs, & si p̃occupatus fuerit hõ in aliquo delicto, vos q̃ spiritales estis ĩstruite hm̃oi. Deinde ne sibi quisq; uideať ĩstruere, ẽt cũ ꝓterue exagitat irridetq; peccãtẽ, aut suꝑbe tanq̃ insanabilẽ detestať: In spũ, inq̃t, mãsuetudinis: intẽdẽs teipsũ, ne & tu tẽteris. Nihil.n. ad misericordiã sic ĩclinat q̃ ꝓprij ꝑiculi cogitatio. Ita eos nec deesse voluit fratrũ correptioni, nec studere certamini. Multi.n. hoĩes cũ a somno excitanť, litigare uolunt: aut rursus dormire, cũ litigare ꝓhibẽtur. Pax igiť & dilectio & cõis ꝑiculi cogitatio in corde reserueť: mod⁹ ãt sermonis, siue acrius siue blãdius ꝓferať, sicut sal⁹ *I. Ti. 2.* ei⁹ quẽ corrigis vr̃ postulare ẽ. Nã & alio loco dicit, Seruũ ãt dñi litigare nõ oportet, sed

mitem

niam deprecantes, & tanto magis quāto magis iuſte iudicat. Non. n. iuſti iudicij eſt pœnitentes ſupplices miſcere cum ijs qui recuſant humilitatē & ſatisfactionē pęnitentię. Propterea timebunt eum homines,) ſi ſe homines eſſe meminerint, confitendo peccata ſua, q̄a adhuc homines ſunt, quibus dr̃. Nonne homines eſtis? Timebunt quoq; eū & ſapientes corde,) ne ſibi tribuendo q̄d acceperunt, & dicendo ſe eſſe ſapientes, ſtulti fiāt. Pōt. n. auferri ſuperbis q̄d datur humilibus. Qua p p & ſapientes quanuis cordis illuminatione, nō linguæ iactatione ſapientes ſint & reges, ſpiritaliter iudicantes terrā, ipſi aūt à nemine iudicētur, ſeruiāt tñ dño in timore, & exultent cū tremore, ne pereant de uia recta. Deus. n. eſt qui operatur in eis & velle & operari pro bona uoluntate. Et poſtquam quieuit Heliu loqui, dixit dñs ad Iob p turbinē nubis.) Etiam ſi hoc mō uox iſta facta eſt qūo ad Moyſen, uel qūo cum ſe dñs trib. diſcipulis in monte oſtendiſſet, tñ quod nō dictum eſt ſimpliciter p nubem, ſed p turbinem nubis hoc ſignificari arbitror, q̄ non p ſanam carnem interrogatus, hoc eſt tentatus eſt Iob, ſed per tribulationem perturbationemq; carnis. Quis eſt qui celat meum conſilium, cōtemnens ſermones in corde, & me putat dare?) Nemo eſt ergo q̄ ſe immeritum pati aliq̄d aſperum dicat, quia ſi non factis ſaltem uerbis peccatur: & ſi non uerbis, ſaltē temeraria præſumptione intus in corde, uel ſermonib. cogitationum. Et deū nō latet, nemo flagellatus dicat indigne ſe accipere diſciplinā: quaſi vltra non ſit quo per illam p̄ficiat. Sciendum eſt. n. ſic in principio libri huius diabolo laudatum Iob teſtimonio dei & in fine tribus amicis eius, vt tamen noſſet deus quantum ei deeſſet ad perfectionē, quò etiam laudabiles ſm̄ hāc uitam viros, & deo iam placentes, paterna flagella perducunt, q̄ noluit ab Apoſtolo remouere, dicens. Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Accingere tanquam uir lumbū tuum:) Significat ad hoc pati dura & amara dei ſeruos in hoc ſeculo, ut omnes affectiones ſuas à terrenarū delectationū fluxu colligant atq; conſtringant. Interrogabo te, tu aūt reſponde mihi Vbi eras cum fundarē terram?) Hinc iam cōmendare incipit eminen

tiam

Rom. 1.
Phili. 2.
De. c. 38.
K
Mat. 17.
2. Co. 12.
L

tiā dñi nostri Iesu Xpi, quia in ipso est salus oīum ꝑcussorum uenenata suasione serpentis, ne in se sibi quispiā esse salutē putet. Ille .n. deus, nō sicut dictū est, Dij estis & filij altissimi: sed cui rapina nō sit esse æqualē patri: & filius hominis, nō sicut filii hominū in quib. non est salus: sed ꝑ participib. suis. Nō .n. iustus tm̄, sicut Iob, sicut Paulus, sicut Ecclesia, sed ēt iustificans tanq̄ vnigenitus a patre, plenus grā & ueritate. Ad insinuandā ergo differentiam diuinæ humanitatis eius, in quo princeps huius mundi nihil inuenit: q̄a in passione, q̄ non rapuit tunc hæc exoluebat, & iustificationē sanctorū ꝑ pctōrum remissionē, q̄b. sanctis in vnū redactis, sit corpus eius Ecclesia, cuius & particula est Iob ſm historiā, q̄a iustificatus, & figura uniuersæ, ꝑ prophetiā incipit dicere, q̄ dicturus est.

Psal. 81. *Philip. 2.* *Psa. 145.* *Ioan. 1.* *Ioan. 14.* *Psal. 68.*

Vbi eras cū fundarē terrā?] Vtrū q̄a nondū erat? an q̄a non per eū fundata est, sicut ꝑ unicum filium & terrā istā, an ipsam Ecclesiam? Ipsa aūt accepit lapidem angularē, de quo mox dicturus est. Indica mihi si nosti scientiam.] Hæc.n.q̄ a dño pro nobis tēpaliter gesta sunt, ad scientiam pertinent. Quis posuit mensuras eius si nosti?] ſm distributionem donorum spiritalium. Vnicuique.n. nostrum data est gratia ſm mensuram donationis Christi. Propter quod dicit, Ascendēs in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quia si totū corpus oculus, vbi auditus? Secundum mensuram quippe vniuscuiusq; partis incrementum corporis facit, in ædificationem sui in charitate. Aut quis est qui induxit super eam funiculum?] vt eam faceret hereditatē suam, distinguens ab eis, quibus dicit, Non noui uos. Nouit.n. dñs qui sunt eius. Aut super quo circuli eius fixi sunt?] Quia constringunt eā ne dissoluatur, diuini libri fixi super deū: quia quisquis eos sine illo interpretari uoluerit, fluitet atque erret necesse est. Quis est aūt q̄ misit lapidē angularē?] Super eā, quē reprobauerūt ædificātes. Qn̄ facta sunt sydera,] simul baptizata tot milia uerbo uitę, inter peccatores tanq̄ in tenebris fulgentia. Laudauerunt me uoce magna oēs angeli mei,] Euangelistæ.

M

Ephe. 4. *Psal. 67.* *1. Co. 12.* *Matt. 7.* *1. Tim. 2.* *Ps. 117.*

A

Conclusi portis mare,] populos amaricantes amore terrenorum. Sed quare portis? An forte vt non solum modum haberet exercendi iustos* ꝑsecutionibus, sed ēt ut liceret iustis inde egredi? Cū fremeret ex vtero matris suæ, uolens ꝓgredi.] Cū irasceret in concilio Babyloniæ ciuitatis, fornicantis amore hui⁹ seculi, uolēs extēdere ꝑsecutiones suas ad perdendos de terra eos, de quib. dictum est, Nō peto ut tollas eos de seculo, sed ut tollas eos de malo.

al. persecutoribus

Ioan. 17

Circūposui nubē operimentū.] Nō.n. boni tm̄, sed ēt mali multi amatoresq; hui⁹ seculi sacro corporis Xpi subiecti sunt: Cuius authoritate a sanctorū ꝑsecutione reprimūtur. Et nebula obuolui illud.] Ignorātia qua terrenā inde expectāt fęlicitatē terrenāq; in fęlicitatē timēt: Et ꝑ ꝑea timēt quos nisi ita esset ꝑsequerent. Nō.n. solū dictū est, Edent pauperes & saturabunt, & laudabunt dñm q̄ requirunt eū, sed ē t dictū est, Manducauerūt & adorauerūt oēs diuites terrę. Et posui illi terminos, & imponēs claustra & portas. Terminos quib. sæuitia cohibeatur, nō ut nihil afflgat, sed quousq; exerceat: Claustra, vt iniusti non progrediātur: Portas, ut ab eis iusti egrediātur. Et dixi, Hucusq; uenies & nō transibis:] Sicut ipse diabolus modum accepit quousq; affligeret Iob, ita illud mare quousq; persequeretur Ecclesiam.

Psal. 21.

B

Iob. 1. & 2.

Sed in temeipso cōminuētur fluctus tui, alterna vastatione discordiarū atq; bellorū. Aut nunq̄d tecū lucē cōstitui matutinā?] .i. cōsilio meo tp̄s resurrectiōis ꝓdestinaui. Aut cognouit lucifer ordinē suū? subaudiēdum est, Nunq̄d tecū? Dñm aūt luciferum dicit, ꝓ ꝑ ipsum matutinū resurrectionis exortū. Non.n. de alio dici potuit, Et lucifer oriatur in cordibus uestris. Ipse agnouit ordinē suū, ut esset primitiæ dormientiū, primogenitus a mortuis, caput Ecclesiæ secuturo ēt corpore in futura resurrectione sanctorū. Apprehendere pennas terræ,] dictū est, Si recipiam pennas meas in directum: virtutes vtiq; spiritales fideliū quibus a secularibus suspendūtur illecebris: Excutere impios ex ea.] Ad hoc enim prior tanto antè resurrexit agnoscens ordinem suum, ut fidē resurrectionis insinuaret, atq; per ipsas pēnas Ecclesię ubique prædicatus ministerio circunuolātium nunciorū iuste apprehendat eas in opus iudicandi duodecim tribus Israel, cū uenerit excutere impios ex Ecclesia, qui nunc ante iudicium

2. Pet. 1.

1. Co. 15.

Ps. 138.

C

diciũ ꝑmixti tolerantur. Et tu ſumens terræ lutũ figuraſti animal. Siue ipſum Adã cõmemoret, ſiue qđ nunc ſexta ætate ſeculi, ſicut tũc ſexto die de peccatorib. tanꝗ de luto terrę hõ factus eſt, ſm imaginẽ eius ꝗ creauit. eũ. Nõ vtiq; hoc fecit Eccleſia, ſed in hoc potius facta eſt ꝑ verbũ opportuno tꝑe incarnatũ, p quod facta ſunt oĩa. Et famoſum eũ, poſuiſti ſuper terram? Magis iſte hõ famoſus poſitus ſuper terrã, ꝗ ſexta ætate ſeculi fact⁹ eſt, ꝙ ille ꝗ ſexta die anteꝗ eſſent cæteri homines per quos diffamaretur. Niſi forte quia nunc ita innotuit. Et abſtuliſti ab impijs lucem?] Sicut ille qui uenit, vt qui non uidẽt uideant, & qui uident, cæci fiant.

Gene. 1. Ioan. 1. Ioan. 9.

Aut brachiũ ſuperborũ cõminuiſti?] Potentiã eorũ, ſicut ille ꝗ infirma mundi elegit vt cõfunderet fortia. Aut veniſti ad fontẽ maris?] ſicut ille cui venienti patuit confitendo quicq̃d occultũ erat in cordib. eorũ, ꝗ credẽ D do in eũ iuſtificati ſunt. Nã quẽ fontẽ maris melius accipimus, niſi ſecretũ vñ erũpit oĩs hęc amartſsima impietas, ꝙ ingentes fluctus iã manifeſtorũ malorũ operũ concitat, ꝙ uidẽt hoĩes in apertis factis, ꝗ fontẽ ipſum videre non pñt? Aut in veſtigijs abyſsi ambulas?] Abyſſus hic recte intelligiť uita ſecularis quæcunq; eſt in ꝓfundo malorũ, quo ſicut ſcriptũ eſt, cũ venerit peccator, contemnet. Quia ipſi quoq; deſperatiſsimi ſubiecti gr̃ę remiſsionis peccatorũ, ſalui facti emerſerunt, & receperũt Xp̃m, nõ in abyſſum quo premebanť, Sed in loco eius ubi ambulabat calcans eos ambulet,] inhabitans eos Xp̃s, in veſtigijs abyſsi remanentib. per memoriam pctõrum ſuorũ, ut dũ recolunt ubi fuerint, amplius diligant quẽ receperunt, a quo ſibi tanta dimiſſa. Aut tibi aperiuntur metu porE tæ mortis?] Oĩbus. n. morientibus aperiũtur portæ mortis, ſed non metu ſicut vni illi qui deſtruendę mortis cã mortuus eſt. Aut certe aperiuntur ad reſurgendũ. Aut ianitores inferni uidentes te timuerunt?] Sicut illũ unũ in quo nihil dignũ morte princeps mũdi inuenit, quẽ tã cito dimiſerunt, quẽ inuiti amiſerunt. Inferi aũt ianitores, aliquæ inferiores poteſtates morti ꝑpoſitæ intelligendæ ſunt.

1. Co. 1. Pro. 18.

Aut cognouiſti latitudinem ſub cœlo? [ſicut cognouit qui per illam diffudit Eccleſiã. Narra ergo mihi quanta quæq; ſint.] Quis ergo hoc ſciat, niſi quẽ ille docuerit? Aut in qua terra habitat lux?] Ille. n. docet, ꝗ a manifeſtatio verborũ eius illuminat, & intelligere facit infantes. Aut quis tenebrarũ locus?] Hoc ille utiq; docet, ꝗ dicit, Accedite ad eũ & illuminamini. Hinc. n. oñdit eos tenebreſcere, ꝗ recedũt dũ nolunt eſſe infantes, initiũ. n. ſuperbiæ hominis a deo. Inde qui non glorificauerunt deũ, aut gratias egerunt, euanuerunt in cogitationib. ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorũ, & facti ſunt tenebrarũ locus. Niſi forte ille eſt tenebrarũ locus, ꝗ excipit ꝑſeuerãtes in peccatis, ut ipſi ſint tenebræ quarũ ille eſt locus, quẽ vere nullus hominũ nouit. Similiter & terra in qua habitat lux, põt intelligi terra illa uiuentiũ. i. beatitudo exceptura perſeuerantes in fide & ſpe & charitate, qui fuerunt aliqñ tenebrę, nunc ãt lux in dño. Si duces me in fines eorum, quouſq; ꝑueniunt qui tales ſunt. Quid eſt. n. vbi nõ ſit ſapientia Dei?] ꝙ attingit a fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit oĩa ſuauiter. Cui vtiq; nullus hominũ cõparandus eſt. Quod ſi & noſti ſemitas eorũ, nunquid ſcis ꝗ a tũc natus es, & numerus annorũ tuorum multus?] Qđ ſi & noſti ſemitas impiorũ, ꝗ uel tenebræ ſunt, uel tenebrarũ locus, quia oẽs ẽt qui iam ad deũ cõuerſi ſunt, in ipſis ſemitis ambulauerunt antequã acciperent a deo gr̃am, qua iuſtificat impium. Nunquid ſcis tñ, quia tunc tibi extitit cã mortaliter naſcẽdi in hoc ſeculo, cũ eaſdẽ ſemitas inierunt primi omniũ parentes, qui p̃uaricatione impij manibus, & uerbis accerſierũt mortẽ, ut oẽs in Adã morerentur; Non. n. ex quo ꝗſq; in hac uita apparuit, cõputãdus eſt numerus annorum eius tã paruus, ſed ex quo facta eſt prima mortalis natiuitas. Cũ. n. uerbi gratia, natus eſt Abrahã, tunc oẽs in illo Hebræi nati ſunt. Numerus ergo annorũ vnicuiq; multus eſt ſm mortalitatis originẽ, quæ exorta eſt in ſemitis impiorũ. Quis ãt meminit fuiſſe ſe, aut cũ eſſet, ſcire potuit eſſe ſe in lũbis patris ſui? Qñquidẽ nec illud tp̃s quiſq; recolit, quo nõ in parentib. ſed in ſeipſo natus ẽ, quo tꝑe certe nemo dubitat quod iã erat & viuebat & ſentiebat. Oĩa ãt ſcit illa ſapiẽtia ꝙ format oĩa, non tñ illa ſupercœleſtia, ſed ẽt illa mortalia. Et quia Chriſtus dei uirtus eſt & dei ſapiẽtia, ſcit iſta ille qui etiam mortaliter

Pſal. 33. Eccl. 10. Rom. 1. Ephe. 3. E G Sapiẽ. 8.

taliter natus est, nõ cõditione mortali, q̃a in mortuis liber, sed miseratione mortaliũ, ut a morte faceret liberos. Aut uenisti in thesauris meis?) Id est ad eã cognitionẽ ꝑuenisti si cut ille sciebat ẽt opportunas cãs imminentiũ scandalorũ secretas atq; abditas. Nã inde appellat thesauros, ad probãda & exercenda spiritaliũ corda, cũ exclamaret, Væ mundo a scãdalis. Oportet ãt uenire scãdala: Væ ãt illi homini ꝑ quæ scãdalũ uenit. Per superbiam q̃ppe elati in alto more niuis cõgelascũt & cadũt: Ex quorũ iniquitate abũdante refrigescit charitas multorũ. Qui ãt sustinẽt dñm uiriliter agentes & spũ feruentes, ꝑseuerẽt usque in finẽ, & salui erũt. Aut thesauros grandinis uidisti?) Grãdo sunt illi iniq̃, qñ nõ solũ torpent nullũ feruorẽ spũs habẽtes, sed ẽt obstinata duritia persequendo uel irruendo contundunt. Quæ reposita sunt tibi in tẽpus inimicorũ, & ĩ die pugnæ & belli.) Vel hinc q̃s nõ uideat, cuius ꝑsonã ĩ prophetia gestet Iob? Non.n. huic uni homini reposita sunt ista in tꝑe inimicorũ, & in die pugnę, & belli, sed vtiq; vnico populo dei. Tp̃s q̃ppe inimicorũ est, donec transeat iniq̃tas, q̃ quanto magis abũdat, tãto magis aduersus diabolũ acrius pugnãdũ atq; bellãdũ est, ne charitas ꝑseuerãtiũ refrigescat. Vñ ãt procedit pruina, q̃s hoc nouit?) nisi q̃a hæc ut initia parturitionũ sunt. Pruina q̃ppe minutissima grando est. Et disꝑgitur auster sub cœlo,) Auster quãuis mortalib. carnib. grauis sentiat̃, non tñ uspiã memini in sanctis libris mali aliq̃d significare, sicut Aquilonẽ nunq̃ in bonũ. Illũ q̃a ea parte flat qua lux claret, istum q̃a ex ea uñ lux est remotior dispergitur. Ergo Auster sub cęlo, vt aduersus illas oẽs iniq̃tates auxiliũ aliq̃d intelligat̃ Dei, quãdiu nõdum in cœlo, sed sub cœlo sumus. Quis p̃parauit flumẽ validæ pluuiæ, & uiã vocibus tẽpestatis?) Vide queẽadmodũ tria illa br̃ complexa sunt, q̃ dñs in tẽtationib. ponit cõtẽnẽda his q̃ ædificãt suꝑ petrã, & ꝑniciosa his q̃ ędificãt suꝑ arenã. Pluuiã cõmemorauit & flumẽ & voces tẽpestatis, vbi uentos intelligimus. Pluuia ergo tentatur, q̃ ex ipsa celsitudine scripturarũ diuinarũ peccãdi occasionẽ prauẽ intelligẽdo accipit: tãquã si audiẽs, Cui modicũ dimittit̃, modicũ diligit dicat sibi, Faciamus mala ut ueniant bona, & permaneat ĩ pc̃tõ vt grã abũdet, & multa hmõi, quib. se hoĩes sermonẽ diuinum malè interpretando subuertunt, impunitatẽ sibi ꝑmittentes, qñ misericordia dei in diuinis libris cõmendatur. Flumine ãt qñ ab hominib. q̃ hæc ita intellexerũt & acceperũt, tentat̃. Flumen.n. nunc dicit illud q̃d de pluuia colligitur, & torrens vocat̃, cũ ait. Quis præparauit validæ pluuiæ flumen, q̃ impleat̃, & q̃ currat? Sicut sunt vasa irę perfecta ad perditionẽ, quę illo mõ quo dixi, scripturas accipiũt. Per illos.n. habet liberiorem cursum ꝑniciosa interpretatio quã agri fructiferi non recipiũt, et tanto maiore impetu impellit & deijcit & trahit q̃d instabile inuenerit quanto vr̃ de authoritate diuina suscepta. Vẽtis vero tẽtatur, quẽ inflant inanes suasiones hominũ superborũ. i. ex propria authoritate verba vana iactantiũ. Qui ergo iudicio Dei pręparat̃ ad ꝑditionẽ, nõ obtẽperãdo verbis eius, q̃d est suꝑ arenã ædificare, nõ resistit vẽtis talib. & cadendo fit uia vocibus tẽpestatis. Validæ ãt pluuiæ dictũ arbitror difficilis ad capiẽdũ .i. ad intelligendum. Vt pluat suꝑ terrã ubi non est uir.) Subaudiendum est, Quis p̃parauit? Per uirum ãt vr̃ legem significare, q̃ data est Iudæis. Ergo suꝑ gentes intelligimus imbrem Euangelij: in deserto, ubi nõ est hõ: in ipsis gentibus, ubi non erat aliqua authoritas cognoscentis deũ. Vt faciat inuiũ & inhabitabile, & ut germinet herbę uiror.) Multi filij desertæ magis q̃ eius q̃ habet uirũ: In omnibus ãt his quatuor uersibus, subaudiendum est, Quis præparauit? Quis est pluuiæ pater?) sicut spõsus q̃ filios suos misit p̃dicatione regni cœlorũ irrigare terram. Et quis est qui peperit glebas roris?) Bene suscipientes illã p̃dicationẽ. Sic.n. ait glebas roris, qũo dñr vasa vini ad hoc facta vt vinũ suscipiãt. De cuius utero procedit glacies?) Vtrũ glacies in bono accipienda est, ꝓꝑ stabilitatem & à fluxu continentiã vt ita dictũ sit, De cuius utero procedit glacies: quemadmodũ illud, Quis est pluuiæ pater? An uterus pro secreto positus est, vt de eius utero procedat glacies: sicut dedit illos deus in reprobũ sensum? An potius illius utero procedit glacies, qui persuadendo impietatẽ qua intrinsecus plenus est, facit frigescere & durescere amisso calore charitatis? Quis enim hũc nouit?)

Psal. 33. Eccl. 10. Rom. 1. Mat. 18. Ephe. 3. E H I Matt. 7. G Sapiẽ. 8. Lucæ 7. Rom. 3. K Esa. 54. Gala. 4. L Rom. 1.

Sicut ille q ait duris & resistẽtib. Euãgelio.
Ioan. 8. Vox ex patre diabolo estis. Aut pruinã in cę
lo q̃s genuit?) q̃ descẽdit sicut aquæ flumẽ.
Qđ de glacie in ultimo sensimus, hoc & de
pruina intelligendũ puto. Nec tñ frustra est
additũ, in cœlo, ut ex ijs q præsunt intelligã
tur, imitantib. sanè bonos nũcios ueritatis,
q trãsfigurant se sicut ministri iustitiæ. Quò
pertinet qđ adiũctũ est, Quę descendit sicut
Rom. 8. aq̃ flumen. Aut faciẽ impij q̃s tabefecit?) Id
est, confudit. Quis nisi ille qui quos iustifica
uit, ipsos & glorificauit? Aut intellexisti ne-
xus pleiadis, & septũ orionis aperuisti? An
aperies arcturos in tpe suo, & vesperũ super
ędificationẽ eius indices?) Nã & astrologia
M pscrutanda est ad cognoscẽdũ proprietates
istorũ syderũ, ut hũc locũ intelligere possi-
mus. Miror & si hoc cõgruit sermoni nr̃o, &
certe nimis lõgũ est, trãsimus ergo ad alia.
An qbusdã syderibus nominatis, figura locu
tionis qua intelligit a parte totũ, oĩa sydera
accipiẽda sunt? Si tñ & Maziroth sydus est,
qđ interpretatũ nec in Græca lingua inueni
mus. Nã Hebręũ esse nomẽ satis apparet. Ita
.n. a parte totũ intelligit, & qđ scriptũ ẽ, An
te luciferũ genui te. Nõ.n. lucifer in oĩ crea-
Psal. 109 tura prior est cõditus, ut ante luciferũ, ante
oẽm creaturã dictũ uideatur: Sed per lucife
rũ oĩa sydera, qđ est a parte totũ: Et per oĩa
sydera oĩa tpa intelligũtur. De syderibus.n.
Gene. 1. scriptũ est, Et sint in signis & in tẽporibus,
ut dñs natus ante oĩa tpa, nõ utiq; natus in
tpe, & ob hoc patri coæternus ĩsinuaretur.
Pleiadis ergo & orionis & maziroth & ve-
speri commemoratio, cuncta sydera intelli-
genda de cõpendio persuadet. Si.n. uno luci
fero, quanto magis tot nominatis ẽt cætera
accipi per hmõi locutionem licet? Cur ergo
A alibi dictũ est, Intellexisti nexus: alibi aperui
sti. alibi, aperiens in tpe suo: & alibi, sup ędi
ficationẽ eius inducens, propria sunt ista sin
gulorũ ex ordine cõmemoratorũ. An recte
dici possit ẽt septũ pleiadis ĩtellexisti, & ape
Al. com- ruisti nexus orionis? Atq; ita & alia duo *cõ
mutari. memorari pñt, sicut illud in Psalmo, Qui ha
Psal. 2. bitat in cœlis irridebit eos, & dñs subsanna
bit eos. Nihil sñiæ deperiret, ẽt si ita diceret,
Qui habitat in cœlis subsannabit eos, & dñs
irridebit eos. Sicut.n. Ille qui habitat in cœ-
lis, ipse est dñs: ita siue pleiadis nomen, siue

orionis, in eadem significatione est, si p utrũ
libet oĩa sydera intelligũtur. Oĩum itaq; sy
derũ noĩe, oẽs in ecclesia tales intelligendi
sunt, q conuersationẽ habẽt in cœlis, nexus
eorũ intelligũtur, qbus & inuicẽ sibi & deo
connectuntur ne cadãt. Charitas ãt nunquã
cadit. Quis ãt hoc nosset, nisi ille oñdisset, q 1. Co. 13.
ait, Mãdatũ nouũ do uobis, ut uos ĩuicẽ dili Ioan. 13.
gatis, Et, Qui me diligit, diligeť a patre meo. Ioan. 14.
Septũ eorũ est quo sepiuntur diuina scriptu
ra, quã non transgrediũtur. Quis ãt hãc ape
rit, nisi ad quẽ trãsitur, ut auferatur uelamẽ?
Tp̃s apertionis est eorũ) .i. demõstrationis & 1. Cor. 4.
manifestationis, cũ veniet dñs illuminabit B
abscõdita tenebrarũ, & manifestabit cogita-
tiones cordis, & tunc erit laus vnicuique a
Deo. Solus.n. hæc ipse faciet in tẽpore suo:)
Quia cũ ipse apparuerit vita nostra, & nos Colos. 3.
cũ illo apparebimus in gloria. Inducet autẽ
eos sup ędificationẽ eorũ, qui eos faciet hoc
possidere, qđ hic ædificauerunt. Si cuius eñ 1. Cor. 3.
opus permanserit, qđ superędificauit merce
dẽ accipiet. Scis cõmutationes cœli?) vtrũ ĩ
deterius, sicut ij q cognoscẽtes deũ, nõ sicut Roma. 1.
deũ glorificauerunt. Noluerunt.n. esse sedes
Dei.) Ac p hoc mutati sunt, cũ euanuerunt
in cogitationib. suis. An in melius? Quia oẽs 1. Co. 15.
quidem resurgemus, sed non oẽs immutabi
mur. Qui ãt immutabũtur manifestum est,
cũ ait, Et nos immutabimur. Cũ.n. iusti im-
mutabuntur, cœlũ immutabitur: Quia thro Mat. 15
nus Dei cœlum est, & sapientia uerbũ Dei, Ioan. 1.
& Deus erat verbũ, & thronus sapientiæ, aĩa
iusti. An utrunq; potius. Non.n. cõmutatio-
nẽ cœli, sed cõmutationes dixit. Aut omnia
quæ sub cœlo sunt, pariter fiunt? Sicut.n. hu
ius mutationes afficiunt ea quæ sub cœlo C
sunt, ita & cõmutantur iusti siue in deterius,
siue in melius afficiunt carnales ad utrũq;.
Vocabis nubem uoce,) aut interiore, aut illa
qua dictũ est, Sequere me: Aut illa qua dictũ
est, Saule Saule, quid me persequeris? Et in Ioan. 21
tremore atq; valide obedient tibi populi po Actor. 9.
tentes.) Cũ audiũt, In timore & tremore ue Philip. 2
strã ipsorũ salutẽ operamini. Deus est.n. qui
operatur in uobis & uelle & operari pro bo
na uolũtate. Mittis ui flumina, & ibũt. Flumi Ioan. 7.
na, inqt, de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Vi
ãt dicit, fiducia, qua psecutores nõ timuerũt
Quia & q uim faciũt, diripiũt regnũ cęlorũ. Matt. 11.
Aut

Aut dicent tibi, quid est?) Quid est nunquid abs te quærunt vel voluntatē iussionis tuæ,
Act. 9. Sicut Saulus ait, Quid me iubes facere? Aut
Mat. 19. spē mercedis suæ, sicut dixerunt, Ecce dimisimus oīa, & secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? Quis dedit mulieribus texturæ sapien
Pro. 31. tiā, & uarietatū scientiā? Texit & apud Salomonē mulier uestimēta uiro suo. Opera ergo intelligenda sunt ecclesiarū, quib. honoratur deus. Nā & ipsa textura .i. infirmos fratres tanq̄ lanuginantē tramam, firmorū atq; * electorū spiritaliū quasi staminū cōtextione cōstringere, maximū & singulare op' est ecclesiarum. Et varietatū scīa ad id valet, ut tanq̄ in polymito est ea varietas colorū, qua nō turbet decus unitatis, sic in fratribus ita sunt dona diuersa, ut nulla inuidiæ discrepantia cohæreāt, sibi sufferētes inuicē in dilectione, studētes seruare unitatē spūs in uin culo pacis. Aut q̄s est qui numeret nubes sapiētia?) Nouit.n. dñs qui sunt eius. Quis aūt hominū, inquit, nouit? Et organa cęli in terrā declinauit. Angelos cęlestes, per quos diuinæ uoces enūciari solēt. Nō.n. ceciderunt sicut ille unus, sed flexu obediētiæ declinati sunt in terrā, maxime cū & ipse dñs esset in terra: Nā Euāgelista, inquit, Et angeli ministrabāt ei. Diffusus est aūt sicut terra cinis, & agglutinauit eū sicut lapidibus cibū.) Diffusa est late atq; abundāter humilitas pęnitentiæ, ad hoc ut dñs qui superbis resistit humilibus aūt dat gratiā, cohæreret eis tanq̄ glutine charitatis, hō hoībus, ut mediator esset dei & hoīum, seipsum illis dans cibum per sacr̄m corporis & sanguinis sui, stulta mundi tanq̄ lapides eligēs, ut cōfundat sapiētes. Angelis.n. cibus est inquātum est uerbū dei apud deū: lapidibus aūt ut cibus esset, Verbū caro factum est, & habitauit in nobis. Ergo agglutinabis tu hoībus, p̄cedente pęnitētia. Tanq̄ cinis diffundat faciēs ei uiā.) Nam ille qui dicit, Facite ergo fructus dignos pęnitētiæ: Et ne dixeritis vobis, Patrē habemus Abrahā, potens est.n. deus de lapidibus susci tare filios Abrahæ. quibus lapidibus eū tanq̄ cibū agglutinandū esse nūciabat. Si aūt non præcedit humilitas pęnitendi, nō agglutinabit, q̄a excelsa a longe cognoscit. Aut capies leoni escas, aut aīas draconum replebis.) De diabolo dictū est, Et cōculcabis leonē & dra conē, p̄p insidias & iram. Oēs ergo angeli eius leonibus & draconibus cōparantur. Ille aūt capit eis escas & aīas eorū replet, qui de impietate cōuictos tradit in eius ptātem. Volūnt.n. latere impietatē suā, sed cum producūtur, utiq; capiunt, ut sint in ptāte diaboli & angelorū eius, quib. consenserunt. Pauidi ergo sūt in cubilib. suis, in latebris insidiarū suarū. Nā si pauidi non essent, q̄s subsisteret? Pauent aūt illus imperiū, sub quo exclamarūt. Quid uenisti ante tp̄s p̄dere nos? Et quēadmodū de porcis manifestum est, q̄ in eos nō issent nisi permississent, sic intelligendū est, nihil eos in quēquā posse nisi permissos; Permittit aūt iustitia qua reguntur oīa, siue probationis cā, siue vindictæ, uel ad dānationē, uel ad correctionē irrogatæ. Et sedent n insidiis insidiātes. Nō.n. quiescit in eis uoluntas nocēdi, ēt cum ptās nō dat, Obseruant aūt in insidijs in tā syluosa dēsitate occasionū carnaliū quis capiat diuinis legib .i. conuincat de peccato suo, ita ut eorū escę deputari mereantur. Quis aūt præparauit coruo escā? pulli.n. eius ad deū clamātes & errātes, & escā quęrētes.) Vt in psal. Et pullis ceruorū inuocantibus eū. Cui sn̄iæ est locus ille simillimus. Nec in malo pōt intelligi, q̄a inuocant eum. Significant ergo nigri, hoc est, peccatores nondū dealbati remissione peccatorū. Sed ideo pulli, q̄a iam humiles: ideo errātes, quia nondū cognouerunt ueritatē, q̄ tn̄ pie quærūt cū ad deū clamāt. Præparari aūt coruo esca pōt p̄p eius præscientiā, qui nouit ēt nondū humilē quēquā conuersum iri: Sed tn̄ pulli, hoc est humiles ad dn̄m clamant. Si cognouisti tp̄s pariendi tragelaphorum petras.) Tragos hircus, elaphos ceruus. Tragelaphus ergo compositum ex hirco & ceruo animal. Significat igit mentē seruientem legi dei s̄m interiorē hoīem. Videt aūt quātum adhuc ex parte hircus est, aliam legem in mēbris suis repugnantē legi mentis suæ, & captiuantē se in lege peccati. Peperit aūt talibus petras opportuno tp̄e.) Ille qui firmamēta solida exēplorum in scripturis posuit, in quib. & quiescētes de se nō desperēt, quorū caro concupiscit aduersus spiritū, & spūs aduersus carnē, donec uiuacitate cerui serpētinis suasionibus superatis spū uiuant, & spū sectētur ne regnet peccatū. Vnde simili-

Marginal notes (left): 1.Co.13. Ioan.13. Ioan.14. al. erectorum. 1.Cor.4. B D Colos.3. Ephe.3. 2.Ti.2. 1.Cor.3. Roma.1. Matt.4. 1.Co.15. Iaco.4. Mat.15. 1.Ti.2. Ioan.1. C 1.Cor.2. Ioan.1. E Ioan.21 Actor.9. Matt.3. Philip.3 Ioan.7. Ps.137. Psal.90. Matt.1.

Marginal notes (right): Matt.1. F Ps.140 De.c.39. G Rom.7. Gal.5.

militudo cerui dr̄ in eorum mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. Aut partus ceruarū custodisti.) Ecclesiarum. In numero spiritalium materno affectu imitationē suam persuadentiū, quibus iam non pn̄t serpentinæ opiniones nocere, tn̄ & tales custodiunt non de se, sed de deo præsumentes.
H
Gal. 4. Et numerasti mēses partus earum.) Non.n. pariunt nisi per euangeliū, quod a baptismo suo dn̄s vsq; ad passionē & ascensionē suam certis mensibus, magisterij sui authoritate prędicauit. Et dolores earū soluisti?) Non.n. sine dolore dicebatur, Filij mei quos iterum parturio donec Christus formetur in uobis. Soluuntur isti dolores cum fuerit partus ędi tus.i. ueritas persuasa eis pro quibus ita ingemiscitur, id agente in interioribus conscientiæ uerbo dei. Et nutristi hinnulos earū sine metu.) In lacte sacramentorū non timidos:
Rom. 8. Non.n. acceperunt spm̄ seruitutis iterum in timore, partus earū euntes in libertatē uberioris pascuæ spiritalis, abrumpent filij eorum uincula concupiscentiarum seculariū.

Multiplicabuntur in tritico,) solidiore cibo sapientię post nutrimenta lactis. Exibunt & non reuertent̄ eis.) Exibunt, tanq̄ ex angustijs doctrinæ, quæ per hoīes incipientib. traditur. Et non reuertentur matribus suis.) Non iam opus habentes lacte, nec doctoribus hoībus indigentes. Sanè isti tres uersus non per interrogationē pronunciandi sunt. Quis aūt est qui dimisit onagrū liberū?) Mirum nisi eos per onagrū significat, qui pauci ab oī negocio liberi deo seruiūt: Et uincu
I la eius quis resoluit?) Affectionum carnaliū atq; popularium. Posui.n. habitaculum desertum & tabernacula eius salsuginē. Vnde clamet, Sitiuit in te aīa mea. Irridens multitudinem ciuitatis,) quam Babyloniam scriptura dicit, perambulantes per latam uiam, quæ ducit ad perditionē. Et querelā exactoris non adiens:) Nemini quicquam debens. Considerauit montes pascuæ suæ. Magnitudinē reuelationū. Et post oē uiride quærit.) Oē sempiternū. Volet aūt monoceros seruire tibi superbus dignitate huius seculi. Quia & tales subiugauit Xp̄s, & ministros ecclesię constituit: μονόκερως enim unicornis est, qđ superbiā significat. Aut dormire super præsepe tuū.) Sicut super illius humilitatem qui ēt in præsepi est infans positus, requiescitur securitate ueniæ peccatorum, & obliuione curarū malæ consc̄iæ. Et alligabit in loris iugū suū.) iugū leue portans alligatū loris: hoc est, in authoritatibus eorū qui carnē mortificauerunt atq; domuerunt. Vnde & Ioannes zona pellicea cingebatur, nō asperis rustib. Mat. 3.
K
peccatorū. Adducet tibi sulcos in cāpo,) aperiet pectora plebis obedientis ad obtinendū regnū dei. Confidis aūt in eo, q̄a mutata est uirtus eius,) ut nō uanitatē humanæ laudis & honoris etiā in ecclesiæ ministerio requirat, sicut requirebat in seculo. Aut dimittes ei oṗa tua?) sicut ille pro quo se dicit Apost. legatione fungi, exhortans pro Xp̄o reconciliari deo. Credes ei, q̄a reddet tibi semētem.) 2. Cor. 5.
Nihil ex eo suo dn̄atui uendicabit. Sementē quippe dicit opus seminādi. Et in areā tuam inferet:) Vt sit inter illos q̄bus ipse dn̄s præcepit rogandū dn̄m messis, ut mittat operarios in messem suā, non aūt ut sibi uelit areā facere, sicut princeps hęresum & schismatū, & quicunq; non dei gloriā quærūt, sed suā. Luc. 10.
Difficillimum est.n. ut velit iste monoceros, sed tn̄ & hoc præstat, & deficit in hoīs aīo, qui facit mirabilia solus, cōsilia destruēs, & oēm altitudinē extollentē se aduersus sciam dei. Et captiuans oēm intellectū ad obedientiam suā. Penna struthionū mixta ex alis herodianis & accipitris.) tardis ingenio, qđ significāt struthiones, q̄a volare nō pn̄t, donatū esse per eiusgratiā, qui stulta mūdi elegit, vt æquarent̄ ingeniosorum celeritati pariter credentiū, qui per alias aues quas cōmemorauit, sign̄antur, per hūc uersum intelligendū est. Et reliquit in terra oua sua.) Iā incipit de struthione dicere.i. de his quos ꝑ hoc aīal sign̄at. Nō.n. miscerent̄ pēnæ eorū tarde alis velociū auiū ad pariter uolandū, nisi spem priorē in terra relinquerēt, q̄ per oua sign̄at.

Et in puluere calefiunt:) Quia & si id qđ sperabat in seculo non attenderit plerūq; fauentibus amatoribus seculi, qui pulueri cōparant̄, prouenit. Et oblita est q̄a pes disperdidit ea, & bestia agri cōculcauit ea?) Qđ si & aduersa cuiusquā cupiditas & iniq̄ huius mūdi perturbēt & obterāt spem eius, talem tanq̄ oua eius q̄ relinquit in terra, ita nō curat ut tanq̄ oblita nō sentiat. Obdurauit cōtra filios suos ne sint eius,) et si iā nō spes sit sicut

cut oua, sed res ipsa, sicut filij iam nati, hoc est, fęlicitas tpalis, fortiter contẽnit eam, nolens eã suam esse fęlicitatẽ, q̃a illã uerã desiderat. Frustra laborauit absq; ullo timore,) hoc anteq̃ conuertatur, laborat.n. spe seculi sine fructu, & quod est insipientius sine vllo timore, dum pręsumit in rebus incertis. Quia despexit eã deus in sapientia, & nõ distribuit intellectũ.) Quid.n. stultius q̃ fidere in uanitate, & laborare ad acquirẽda peritura sine ullo timore amittendi? Cõcipiunt.n. pleriq; hũc affectũ, quib. longa fęlicitas seculi prouenit, præsertim si ab auis & atauis perpetua sucessione ducat̃, ut se repẽte infęlices fieri posse nõ credãt. Et q̃a magni solẽt apparere in terra, nõ tñ pẽnis uirtutũ cęlesti cõuersatione frui, recte struthionibus cõparantur. Sed attende qđ sequit̃. Cum tp̃s fuerit, in altum euolabit, & irridebit equitẽ & ascensorẽ.) Posteaq̃ uenit plenitudo tp̃is, ut præciperet̃ diuitibus huius seculi, nõ superbe sapere in incerto diuitiarũ, sed in deo viuo, cęperũt sursum corda habere ad deũ, & deridere superbos persecutores, quos dñs proiecit in mare. tunc.n. penna struthionis mixta uelocibus auibus, cęlũ petit, & cętera quæ de hoc animali supra dicta sunt. An tu circundedisti equo uirtutẽ?) Martyrẽ uř describere, intrepidum & alacrẽ testẽ fidei salutaris, non tñ uirtute propria, sed qua eũ circundedit dñs. Et inseruisti collo eius hinnitũ.) Induite uos armatura dei, ut posśitis resistere in die malo. Et glorię pectoris eius audacia.) Hæc est audacia qua Esaias audet & dicit, Gloria uero pectoris est cõsciẽtia hoĩs probans, ut in semetipso habeat quisq; gloriã, & non in altero. Prodiens in cãpo luxuriat:) In lucẽ libertatis exiens facilitate boni opis in latitudine caritatis exultat. Et procedit in præliũ,) cũ uirtute aduersus tentationes aduersitatũ: Occurrẽs iaculo contẽnit,) q̃a circũposita sunt ei arma, in quib. est illud scutũ fidei, in quo ignita inimici iacula extinguunt̃. Nec se auertit a ferro:) Vel a morte uisibili, uel quia sunt & duri ad nõ cõsentiendũ ueritati, & acuti ad persequendum a quib. se non auertit, q̃a ipsos ẽt ut diligat, iubetur. Super ipsum.n. gaudet arcus & gladius.) Per confeśsionẽ quippe eius asseritur, & cõminatio dei, quę inuisibiles pęnas longe prænunciat, & testificatio uerbi, qua oẽs tanq̃ cominus errores debellat. Aliud est.n. minari, q̃ longe futura sunt supplicia peccatorum, qđ est tanq̃ arcu tela intẽdere; aliud tanq̃ manu ad manũ gladio uerbi pręsentes debellare cupiditates: Lãceæ, hastæq; tremore,) Quid est q̃ lanceæ hastæq; tremore super ipsum gaudet arcus & gladius? An quia nisi & ipse tremat, hoc est, timeat futuram mortẽ, quam iaculatur diuina iustitia, non põt præsentẽ contẽnere, quã persecutor minatur, ut intrepidam habeat confeśsionẽ, & prædicit cũ fiducia ueritatẽ, cui non posśint inimici resistere, atq; ita super eam gaudeat, hoc est, p ipsum libere asserat̃ doctrina dei, per quã minatur impijs futurũ interitum, & interficit præsentẽ iniquitatẽ? Nisi.n. gaudiũ spei nr̃æ cũ tremore dãnationis esset, in nobis negligens esset ipsa securitas & superba præsumptio: Neq; in psal. nobis diceretur, Exultate ei cũ tremore. Et iracundia euertit terrã.) Apud semetipsum irascẽs, ad euertendas in se terrenas cõcupiscentias & timores carnales, quibus quisq; a tolerantia pasśionis auertitur. In hac sñia forte dictũ est, Irascimini & nolite peccare. Cum iracundia.n. saluberrima se debet quisq; correctione corripere, dicẽs. Vt quid tristis es aĩa mea, & quare conturbas me? Spera in dño quia confitebor illi. Quia.n. ore cõfeśsio fit ad salutẽ, statim sequit̃, Salutare vultus mei deus meus. Nec credit donec clamauerit turba.) Ante tp̃s quippe tẽtationis, ẽt si euersa est terrena trepidatio, non apparet nec facile credendũ est, nisi tp̃s ipsum tentationis docuerit. Cum autem tuba cecinerit, dicet: Euge, Cum tp̃s tentationis uenerit, tunc uero placebit ei aĩa eius si gloriatur in tribulationibus: Quia tribulatio patientiam operatur, patientia uero probationẽ, probatio uero spem, ut iam non dicat aĩæ suæ irascens: Vt quid cõturbas me? Sed glorians dicat, Lauda anima mea deum. Et procul odoratur pugnam.) non quasi in hominibus persequentibus qui vñr, sed procul, hoc est, pro longe ab oculis: Sciens quia non est ei colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates & rectores mundi tenebrarum harũ aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus, hoc est procul. Apte autem dictum est, odoratur,

Mat. 3. K — 2. Cor. 5. — Luc. 10. — 1. Ti. 6. — Ephe. 6. A — M — B — Psal. — Psal. 4. — Psal. 31. — Rom. 10. C — Rom. 5. — Ephe. 6.

tur, ꝑ ꝑ principē ptātis aeris huius. Odores
Ephe. 6. quippe olfactu sentiunt,siue boni siue mali.
Odoratur ergo pugnā qui intelligit principem ptātis aeris huius operari in filijs diffidentiæ,quorū persequentiū iras aut insidias patiť, ut aduersus spiritalia nequitiæ spiritalibus armis dimicet,nō corporalibus aduersus carnem & sanguinē.i.malos & perditos
D hoīes quos carneis oculis uidet. Tonitrū ducum & clamorē,) subaudiendū est odorať. Tonitrū aūt ꝑ ꝑ ipsum aerē puto dictū esse, in quo clausa spiritalia nequitiæ uersantur. Nō.n.rectores mūdi propterea dicti sunt hi spūs,q̄a cęlū & terrā regūt,sed sicut ipse exponit Apost.Etenim ne ita intelligereť subiecit,statim q̄d dixerit rectores mūdi tenebra-
Ephe. 5. rū harū,inquit,hoc est,impiorū: Quibus ad dñm cōuersis,dixit,Fuistis.n.aliqñ tenebrę, nunc aūt lux in dño. In uoluntate.n.cuiusq; est,vtrū tenebræ sit an lux. Sed cū tenebræ, in seipso,hoc est,peccatis q̄ ipsius sunt propria:cum aūt lux,non in seipso,sed in dño a quo illuminať, ut queādmodū dixit Esaias, Tenebræ eius sint velut meridies. Dr̄ & in
Esa.58. psalmis, Illuminabis tenebras meas. Quos
Psal. 17. ergo dicit Apost. rectores tenebrarū, ipsi & in hoc uersu dicti sunt duces. Ducūtur.n.& ab his tenebræ,hoc est, impij,ut persequanť pios,i.eos qui persecutionē patiuntur ꝑ ꝑ iustitiā,non eos qui patiunť ꝑ ꝑ impietates & iniquitates suas. Ducū aūt taliū clamorē di-
Ephe. 6. cit odorari martyrē, nō quia sonitus aliquis inde audiť aurib⁹ corporis, sed q̄a cordis auribus per fidē clamēt, quāta diabolus & angeli eius aduersus dei seruos machinentur.
2.Cor.2. Ait.n.Apost.Non.n.ignoramus astutiā eius.
E Aduersus quē clamorē ducum, surdę vtiq; sunt aures infideliū. Nunq̄d in sapientia tua plumescit accipiter?) Sicut in sapiētia dei,q̄ est Xp̄s, nouus hō paulatim innouať,cōuersationē habiturus in cęlestib. Expāsis pennis immobilis,respiciēs ad austrū?) explicatis ab oī impedimēto seculari virtutib. geminę dilectionis permanēs incōcussus in fide,nō tñ in hoc ipso de seipso ꝓsumens,sed sperās in deū,& in illū reuocās intentionē,a quo ipse charitatis ardor inspirať,ut fortitudinē suam
Psal.61. ad ipsum custodiat,dicēs.Nonne deo subiecta erit aīa mea.ab ipso.n.salutare meū.Etenim ipse est deus meus & salutaris meus,susceptor meus,nō mouebor amplius. Ac tuo pręcepto exaltabitur aquila? Sicut eius præcepto,q̄ ait, Cū exaltatus fuero,oīa trahā ad Ioan.12.
me.Pro nobis.n.moriturus, & corpus resurrectione leuaturus in cęlū. Vbi fuerit,inq̄t, cadauer, illic cōgregabuntur & aquilæ. Sa- Mat.24.
tiauit.n.in bonis cęlestib. desideriū eius,cuius sicut aquilę renouabitur.Pōt & exaltatio Ps. 102.
aquilæ ad id pertinere, q̄d ait Apost. Siue.n. 2. Cor.5.
mēte excessimus,deo:vt versus qui ēt ibi se- F
quitur de vulture, ad id pertineat, q̄d ēt ibi sequiť,Siue tēperātes sumus,uobis. Sicut.n. aut vultur super nidū suū in petra fides morabitur,) q̄a ex affectu dictū vr̄ nō sublimia contēplandi mētis excessu, sed inferioribus cōsulendi per tēperantiā qua humanis rebus coguntť. Vt impij qui pro mortuis hńr iustificati per verbum,hoc est,quasi ore deuorati conuertanť in corpus Ecclesiæ. Vultur.n.de mortuis pasciť,& ideo super nidū suum vbi tanq̄ fętus ponit opera huic uitæ necessaria. Ideo aūt in petra, q̄a cū dixisset Apost. Siue tēperantes sumus,uobis: cōtinuo subiunxit, 1.Co.10.
Charitas.n.Xp̄i compellit nos,petra aūt erat Philip.1.
Christus.Et bene sedēs morabitur,s̄m id q̄d dictū est,Compellor aūt ex duobus, concupiscentiam habēs dissolui & esse cum Xp̄o, multo.n.magis optimū, ut hoc ad exaltationē aquilæ pertineat,ad vulturē uero sedentē in nido & morantē, manere in carne necessarium ꝑ ꝑ uos.Et quia petra ēt tota ecclesia bene intelligiť,ꝑ ꝑ ēt Simonē, qui ob hoc a dño Petrus appellatus est, summitas petræ est caput Ecclesiæ. Ad hoc addiť uersus qui sequiť, In summitate petræ & in cauerna.) Summitas.n.refertur ad id q̄d est caput: cauerna uero ad id, ꝙ uita nostra abscōdita est cum Xp̄o in deo. Et cum ibi fuerit, quærit Colo. 3.
escas,) de quibus dictum est Petro, Macta & G
māduca,vt incorporaret ecclesię credituros ex gentib. Lōge oculi eius respiciūt,& pulli Act. 11.
eius uolutantur in sanguine,) spe futuræ immortalitatis, in uitā æternā intentionem suā longe porrigit, q̄uis corpora eius in carnis infirmitate uolutentur.i.dubijs motibus iactentur, dum incertum habet humana ignorantia ex ijs quæ misericorditer facit, quid cui profit ad deū, cum tñ longè oculis prospicientibus propter æternam salutē syncera charitate dispēsat. Sed cum inueneri iste

talis

H talis dispensator & operator eos qui per affe ctum, quo renunciant diabolo, iam mortui sint huic seculo, sine dubitatione aliqua eis exhibet oris ministerium in opere sermonis quo eos in corpus ecclesiæ iam paratissimos traiiciat: Et ideo sequitur, Vbicunq; fuerint cadauera, confestim reperiuntur. Rñdit dñs & dixit.) Quòd nunc dñs tanquam repetit sermonem cum ipse loqueretur, intelligitur Iob ad ea quę dicta sunt obstupuisse in silentio & quieuisse, ut nihil amplius dicere auderet. Ergo duobus qui sequuntur uersibus exhortatur eum dñs ad rñdendum. Nunquid qui disputat cum omnipotente quiescit?) hoc est, Quare tu quiescis cum omnipotente disputans? Arguẽs deũ rñdebit ita,) subaudiendum est, nunquid, ut sit sensus, Nũquid arguit Deũ qui disputans respondebit? Quærendo.n.cum omnipotente disputatur, non conuincendo aut refellendo. Non ergo q̃a omnipotens est, ideo quiescendum est a disputando cum eo: Neq;.n.ad arguendum ab eo aliquid per disputationem tanquã ab ipsa ueritate requiritur. Pôt & sic intelligi.

I Nũquid qui disputat cum dño quiescit .i. quia non quiescit qui cum omnipotẽte disputat, non est cum eo disputandum ut* quiescat: Solet.n.disputans contradicere. Qui aũt contradicit Deo, quiescere non potest: hoc est, non inuenit quietem nisi in eius uoluntate sine ulla contradictione consentiat. Arguẽs .n. Deum rñdebit ita.i.cum disputãdo rñdet dño, arguit Deum, & propterea non peruenit ad quietem. Vñ dictum est, O hõ, tu quis es qui rñdeas deo? Sed quid tale fecerat Iob? Non.n. Deus illum accipit tanquã contradicentem sibi, sicut amici eius non intelligentes, cum tale testim̃ illi perhibeat, & in capite libri, & in fine. an propter personam quã Iob gestabat, dictum est, hoc est, corporis domini, quod est ecclesia, in qua multa infirmorũ pars est, nõ quidem desperatorum, sed tamẽ adhuc in prouentu suo periclitantium, quibus bene commouentur pedes, & quorum paulò minus effunduntur gressus, cum zelant in peccatoribus, pacem peccatorum intuentes? Qui dicunt q̃uo sciuit deus, & si est scientia in altissimo? Ecce ipsi peccatores &


K abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Nunquid vanè iustificaui cor meum, & laui in innocentibus manus meas, & fui flagellatus tota die, & argutio mea in matutinum? Nam hinc potius Iob ipse uidetur rñdere sequentibus versibus, Rñdens autem Iob dixit. Quid ergo iudicer cõmonitus & increpatus a dño, audiens talia cum nihil sim?) Id est, Quid ergo mihi iudicium comparo, cum me commonet & arguit dñs? Si ei contradicam audiens talia.i.intelligens quãta iustitia & misericordia mecum sic agatur, cũ per meipsum utiq; nihil sum. Quod rñsum dabo?) .i.quid potero contradicere ueritati? Manum ponam ad os meum,) idest tenebo & cohibebo loquacitatem meam. Semel locutus sum, iterum non adijciam: Nisi in mysterio accipiatur, q̃uo semel locutus est Iob, qui toties locutus est? Aut q̃uo iterũ non adijciet, post paulum locuturus? Sed locutio hic intelligenda est progressus animæ in hæc exteriora, quo relinquit Deum: & ei resistit. Vnde maior iste progressus, etiam clamor in scriptura appellatur, cũ dicit deus clamorem Sodomorum ad se peruenisse. Cui locutioni atq; clamori contrarium est beatissimum illud silẽtium, de quo dicitur, Et silebit sine timore ab omni malignitate. Bene itaq; dicit se semel locutũ continua quadam locutione in tota uita ueteris hominis, cum esset spiritus ambulans & nõ reuertens. Nunc autem manum imponens ori, ne ultra progrediatur, promittit se non adijcere iterum, ne recedat a Deo. Amen. L

Ioan. 11. Mat. 24. Ps. 102. 2. Cor. 5. F 1. Co. 10. Philip. 1. Al. quiescatur. Rom. 9. Colo. 3. G Act. 11. Psal 42. Gen. 18. Psal. 77.

Tomi quarti operum Diui Augustini, Finis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm.

Omnes sunt quaterniones, præter Mmm duernionem.



Quod Christianis Sabb. n̄ ī observād. [illegible] 172





